Universidad de Deusto
Biblioteca

TOSTATI
OPERA OMNIA

IN MATTHÆUM
7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 4
Plúteo 9

32,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI HISPANI.


EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Septimam Partem MATTHÆI:
Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.

Collegii S.I. de Loyola in Hibernia.



SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA COLLEGII LOYOLANI DUBLINENSIS

VENETIIS, M D XCVI.
Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM In Euangelium Matthæi.

PARS SEPTIMA.

BIBLIOTECA DE LA COMPAÑIA DE JESUS PROVINCIA DE CASTILLA

CAP. XXV.

TVNC ſimile erit regnũ cęlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierũt obuiã ſponſo, & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, nõ ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit ſponſus; & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt, & reliquæ virgines, dicentes. Domine Domine aperi nobis. At ille reſpondens, ait. Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam. Luc 13. Luc. 19. Mar. 13.

.q. 1. c. q uidam. a. q. 1. c. fi aulus. c ſa. vnc. vnico.

VNC ſimile. Poſtquàm præcedenti cap. Chriſtus poſuit quædam præcedentia iudicium, & aduentum ad iudicium. hic magis expreſſe deſcribit ipſum iudiciũ: & quia vniuerſitas iudicandorum diſtinguitur in tres ſtatus, vt quidam dicũt, ſcilicet, actiuorum, contemplatiuorum, & prælatorum: ideo diſtinguitur litera iſta in tres parabolas, ad iſtos tres ſtatus pertinentes. Prima, vt dicunt, pertinet ad contemplatiuos. Secunda ad prælatos, ibi. *Sicut enim homo peregre proficiſcens.* Tertia ad actiuos, ibi. *Cum autem venerit filius hominis.* Prima in duas, quia circa vitam contemplatiuam ponitur meritum, & demeritum. Secundo ponitur circa hoc examinationis iudicium, ibi. *Media autem nocte.* Quid autem veritatis contineat iſta diuiſio in examinatione quæſtionum apparebit infra.

An inter ea quæ habentur hic, & cap. præcedenti intercidit aliquod tempus. Quæſt. I.

QVAERETVR circa primum, an ea quæ habentur hic ſint continuata ad præcedẽtia, & an intercidit aliquantum tempus inter hæc.

Ad primum dicendum, q̃ ſunt continuata ad præcedentia: quia iſta quę hic dicuntur non fuerunt primo facta, aut dicta, q̃ præcedentia: eũ nemo Euangeliſtarum

liſtarum ponat illa ante præcedentia, immo nemo eorum ponit hęc niſi Matthæus, & nunquam eſt recedendum ab ordine literæ, niſi appareat cauſa aliqua, hic autem nulla apparet: ideo tenendum eſt, quòd ſit ordo rectus.

Ad ſecundum dicendũ, quòd putant aliqui, quòd fuit hoc in eodem contextu cum præcedentibus, eo quòd dicitur hic tunc, & ſignat ſimultatẽ temporis. Sed dicendum, quòd iſta ratio procedit ex errore: nam tunc nõ eſt verbum Matthęi quaſi diceret, tunc quando dixit Chriſtus prędcedentia adiunxit hęc, ſed eſt verbum Chriſti, & refertur ad tempus quo fient prędcedentia, & ideo nihil probatur ex hoc. Eſt tñ dicendum, ꝙ iſtud dictum eſt ſimul cum prędcedẽtibus in eadem hora, & continuato ſermone: nam poſtquã Chriſtus ſędit ſupra montem Oliueti contra Templum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius quatuor, cępit loqui ad eos omnia, quæ habentur præcedenti cap. a principio vſque ad finem huius, vt patet Mar. 13. ca. & præce. ca. Et ideo in eodem tempore, & cõtinuato ſermone fuit hoc dictum cũ prędcedentibus. Circa primum autem dicitur. *Tunc*. Scilicet, In die iudicij, de quo ſermo erat. *Simile erit regnum cœlorum*, Ideſt, Status eccleſię militantis. *Decem virginibus*. Quid autem ſint iſtę decem virgines exponetur infra q. 36.

Quæ accipientes lampades ſuas. Omnes iſtę decem virgines tam fatuę quã prudentes lampades habebant, quia exire volebant obuiam ſponſo per noctem cum luminaribus. *Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*. Ideſt, Marito, & vxori in ſolennitate nuptiarum: nam ſponſos ante nuptias dicimus, poſtea vero coniuges appellamus. *Quinque autem ex eis*. Poſitum fuit, quod erat commune, ſcilicet, quòd omnes virgines iſtę volebant occurrere ſponſo, & ſponſę cum lampadibus, hic autem ponitur in quo differebant, ſcilicet, in modo occurrendi, ſcilicet, quia quędam bene, alię male, cum non haberent oleum in lampadibus. *Erant fatuæ*. In hoc apparuit iſtas quinque fatuas eſſe, quia de futuro nihil cogitauerant, neque fecerant diſpoſitionẽ neceſſariam, cum recipere intenderent ſponſum, & ſponſam. *Et quinque prudentes*. Apparuit iſtarum prudentia, quia de futuro cogitauerunt, & diſpoſitiones neceſſarias præmiſerunt, ſicut conueniens erat præmittere. *Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus ſuis*. Lampades ſunt vaſa in quibus oleum ponitur, & crematur, iſtę autem cum exierunt de domibus ſuis, vt venirent obuiam ſponſo, & ſponſę acceperunt lampades, ſed non habuerunt oleum in illis quod erat neceſſarium. *Non ſumpſerunt oleum ſecum*. Scilicet, In lampadibus, vel in alijs vaſis ad infundendum in lampades cum opus eſſet, ſed melius eſt, quòd in alijs vaſis deberet ſumi nunc oleum quàm in lampadibus, vt patet ex litera ſequenti. *Prudentes autem acceperunt oleum*. Sicut fuit commune omnibus quinque fatuis, quòd oleum nõ ſumpſerunt, ita erat commune omnibus prudentibus, quòd oleum ſumerent: nam hoc oſtendit fatuas, & prudentes, ideſt, quæ fatuę, aut ſapienter ſe habuerint. *In vaſis ſuis cum lampadibus*. Apparet hinc alia fuiſſe vaſa in quibus oleum ferebatur, aliud vero lampades ipſas: nam illa vaſa erant lechiti, qui ſunt aptiores ex figura ſua ad ferendum liquorẽ, quia ſunt capacia, & ſtricta in orificio, lampades autem ſunt non quidem ad portandum oleum, ſed ad tenendum illud quando exuritur: ideo vtraque vaſa portabant virgines ſecum, ſcilicet, lechitos in quibus oleum ferebant, & lampades in quibus nõdum oleũ erat, neque adhuc ardebant, ſed poſtea quando ſponſus veniret accendendę erant lampades, quod patet, quia dicitur infra in litera, tunc ſurrexerunt omnes virgines illę, & ornauerunt lampades ſuas, ſed ornare erat ponere oleum in lampadibus, vel vt alij putãt, ponere ad copiam quaſi iam ibi aliquid olei eſſet. *Moram autem faciente ſponſo*. Non enim exiuit ita cito ſicut putabatur, & ideo propter diuturnitatem moræ fuit occaſio omnibus virginibus dormiendi. *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*. Ideſt, Tam prudẽtes quàm fatuę virgines dormitauerũt. Sed videtur, quòd prudentes dormitauerunt, & fatuæ dormierint, licet de hoc infra dicetur.

Quid ſint lampades.

Quid lãpades ornare ſit.

De virginibus fatuis atque prudentibus quoad ſenſum parabolicum ſolum in cortice literæ. Quæſt. II.

QVAERETVR circa iſtam parabolam de virginibus fatuis, & prudentibus. Et primo quãtum ad ſenſum parabolicũ, qui eſt in cortice literę, vt poſtea exequamur ſenſum hiſtoricũ quẽ Chriſtus intẽdit. Dicendum autem, ꝙ Chriſtus tangit hic conſuetudinem terrę Chanaan, in qua erat quãtum ad celebrationẽ nuptiarum. Erat enim quędam cõſuetudo illius terrę circa nuptias, ꝙ in principio celebrationis earum veniebant ſponſus, & ſponſa in locum in quo celebrandę erant nuptiæ, & veniebant per noctem, & puellę ad honorandum nuptias occurrebant cum luminaribus: nam per noctem oportebat luminaria habere tam ad neceſſitatẽ quàm ad honorem, & cũ iam veniret ſponſus, veniebant obuiam omnes puellę cum luminaribus ſuis, & occurrentes ſponſo, & ſponſę ibant ad locum illum in quo nuptię celebrãdę erant, & cum introiſſent, claudebatur ianua, & interius fiebant cantica, & omnia quæ ad iucũditatem pertinebãt, ſicut in nuptijs ſolitum eſt, ſi quis autem veniebat poſtquã ianua clauſa erat, manebat foris, ga non aperiebatur ei. Amplius aũt dici põt, ꝙ iſtud ſpecialiter erat quando ſponſus, & ſponſa non erant de loco illo in quo nuptię celebrandę erant, & antequã inciperet celebritas, veniebant, & recipiebantur in loco nuptiarum, & tunc agebatur tota celebritas, & tunc potuit accidere totum quod dicitur de virginibus fatuis, & prudentibus.

Quare, quæ exiuerunt obuiam ſponſo ac ſponſæ dicuntur virgines. Quæſt. III.

QVAERETVR quare iſtę, quę exierunt obuiam ſponſo, & ſponſę dicũtur virgines. Dicendũ, ꝙ iſtę erant puellę, quę in nuptijs ſolent cãtare. Nam iõ exeunt obuiã, vt ſolennizent nuptias cantu ſuo, tales aũt ſunt innuptę, oẽs aũt innuptas vocat ſcriptura virgines, loquitur enim ex opinione cõi. Eſt enim cõceptio rõnabilis, ꝙ cum iſtę ſint in habitu virginum, & nondũ acceperint viros matrimonialiter, ſint virgines, & ita dicũtur virgines, iſte modus accipiendi eſt ſacrę ſcripturę, ſic patet Iudi. 21. ſ. percutite viros labes Galaad tam viros quam vxores eorum, & paruulos, omnis generis maſculini, & mulieres, quę cognouerunt viros interficite, virgines reſeruate. Et ita apparet ibi, ꝙ vxores vocauit mulieres, quę cognouerãt viros, cęteras aũt, quæ nullorũ erant vxores neq; fuerant, vocauit virgines, & tñ aliquę ſunt in habitu virginali, quę non ſunt virgines, idem modus eſt apud ſcriptores, & Poetas. Nã Virgilius primo Aeneidos dixit ex perſona Veneris, virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetras, & vocat virgines puellas in habitu virginali, & Ouidius 7. Metamorp. vocat virgines filias Pelię, ſcilicet, quia nondum acceperant viros, & ita ex habitu, & ętate imponunt nomina ſcripturæ, vnde Poetæ vocant matres abſolute omnes mulieres maturæ ætatis, quæ viros habent, aut habuerunt, etiam ſi nullos filios habeant, aut habuerint, & has

has iura humana matronas vocant, quia matrona a matre dicitur, ſcilicet, quæ apta eſt ex ſtatu, vt mater ſit: nurus autem vocant omnes mulieres adoleſcentes, quæ viros habent, quaſi nurus ſit nomen abſolutum, vt Ouid. in 2. Metamor. dicit: Nuribus mittit geſtanda Latinis. Sic autem Chriſtus hic virgines vocauit puellas, & quia ad puellas iſtud pertinet, & non ad veteranas mulieres, dixit abſolute, quòd virgines hoc fecerint.

Quare Chriſtus dixit, quòd erant decem virgines, & an potuerint eſſe plures, quàm decem, vel minus, quàm duæ. Quæſt. IIII.

QVAERETVR quare dixit, quòd erant decem. Dicendum, quòd de numeris raro poteſt reddi ratio, & maxime hic quantum ad ſenſum parabolicum, ſicut enim dixit de decem virginibus, ita poterat dicere de viginti, aut pluribus, vel de octo, quia ſecundum quem libet numerum poterant hæc accidere, ſed magis ratio numeri pertinet ad ſenſum, quem Chriſtus intendebat, vt infra dicetur.

Eſt tamen dicendum, quòd etiam quantum ad parabolam oportebat eſſe aliquas virgines: in vna enim virgine non haberet locum parabola, quia intendebat facere virginum quaſdam fatuas quaſdam prudentes, in vna non erat diuiſio. Item ſi duas, aut tres, ſiue quatuor poneret, & quædam eſſent fatuæ non habentes oleum ſecum, aliæ darent eis oleum, vt non intrarent tam paucæ, ſcilicet, vt ſi duæ ſolæ occurrere deberent ſponſo. Et tamen ita introduci debebat, vt virginibus prudentibus nulla eſſet neceſſitas dandi oleum fatuis, quia ſic conueniebat ad ſenſum quem Chriſtus intendebat, ideo non debebant eſſe paucæ, ſed aliquot.

Item quia dicitur, quòd cum virgines fatuæ non habentes oleum iuiſſent ad vẽdentes, & empto oleo veniſſent, & clamarent ad portam, dicentes, aperi nobis: dixit eis ſponſus, neſcio vos, & noluit eas recipere: tamen ſi illæ quæ intrauerant eſſent ſolum duæ, quia non ſufficerent ad ſolennitatem nuptiarum illa nocte, reciperet ſponſus fatuas, quæ tunc tandem oleum ferebant, & tamen hoc erat contra intentionem Chriſti in parabola iſta, vt infra dicetur: ideo debuit ponere aliquot, & ſic poſuit decem: nam manentibus quinque prudentibus, etiam ſi abirent quinque fatuæ ad emendum oleum, ſufficerent quinque prudentes, quæ manebant ad recipiendum ſponſum, & ſolennizandum illa nocte nuptias.

Quare dicitur accipientes lampades exierunt obuiam. Quæſt. V.

QVAERETVR, quare dicitur quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam.

Dicendum, quòd lampades acceperũt, quia per noctem erat. Nam ſicut infra dicitur, oẽs dormitauerũt, & dormierũt faciente morã ſponſo, & dr ꝙ media nocte clamor factus eſt, ecce ſpõſus venit. Dicitur autẽ, ꝙ exierunt obuiam, i. in occurſum, in quo intelligendum, ꝙ ſponſus, cuius nuptiæ fiebant, non erat in loco in quo futuræ erant nuptiæ, ſed veniebat aliunde, & quãdo ſic venit aliquis ad celebrandas nuptias de alio loco, ſolent ei multi occurrere ad ſolennizandum feſtum: nam quædam pars feſtiuitatis erat receptio illa, ita autem virgines iſtæ volebant occurrere ſponſo venienti extra locum, vel ſaltem apud domum, in qua nuptiæ celebrandæ erant, & occurrebant ei cum lampadibus, & canticis.

Quare fiebat receptio iſta per noctem, & non per diem. Quæſt. VI.

SED quæretur cum virgines portarent lampades, ga erat nox, quare fiebat receptio iſta per noctẽ.

Aliqui dicunt, ꝙ fuit a caſu, ſ. ꝙ per diem venturus erat ſponſus, & recipiendus, accidit tamen ꝙ tardaret, & non potuit intrare in locum vſque ad noctem. Et patet hoc, quia dicitur in litera: Moram autem faciente ſponſo dormitauerunt omnes, & ita putabatur prius venturus, ſed accidit, quòd moram faceret, & interim virgines dormitabant.

Dicendum, quòd non ſtat, ſed per noctem venturus erat ſponſus ex intentione. Et hoc patet, quia virgines tam prudentes, quàm fatuę acceperunt lampades ad hoc, quòd exirent obuiam ſponſo antequàm dormitarent, & ita a principio determinatum erat ꝙ per noctem venturus erat ſponſus, ſed putauerunt, ꝙ citius veniret, accidit autem quòd tardius veniret, ꝙ putauerant: nam media nocte factus eſt clamor, & ideo interim virgines expectantes ſponſum dormitauerunt.

Eſt igitur dicendum dupliciter: vno modo, ꝙ erat conſuetudo apud Iudæos, quòd cum quis veniret de vno loco in alium ad celebrandum ibi nuptias, quòd per noctem veniret, & reciperetur: vnde per noctem ad nuptias ibatur, & per noctem veniebatur: de eũdo patet hic, de redeũdo patet Luc. 12. cap. ſ. Vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs, vt ſi in ſecunda vigilia venerit, ſi in tertia aperiant ei. Forte autem cauſa huius conſuetudinis erat ad recipiendum honorabilius: nam ſi per diem reciperetur ſponſus, ſine lumine reciperetur. Si autem per noctem oportebat quòd illa multitudo recipientium eum haberet multitudinem luminarium, & lumen cõfert multum ad honorem, & magnificationem ſolennitatis.

Cauſa conſuetudinis Iudæorum penes nuptias.

Alio modo poteſt dici, quòd non erat determinata conſuetudo, quòd per diem, aut per noctem reciperentur ſponſi aliunde venientes, ſed iſte voluit per noctem intrare, & recipi, quia aliqui per diem, alij per noctem recipiebantur, & forte aliqua opportunitas fuit ſibi potius per noctem, quàm per diem recipere.

Sed dicendum, quòd licet multi venientes ad nuptias intrarent per diem, tamen Chriſtus elegit receptionem illam, quæ facta eſt per noctem: de qua aliqui dubitant quare elegerit.

Dicendum autem eſt nunc in hoc ſolũ, quantũ ad rõnem parabolę, & nõ quantũ ad ſenſum, q habetur ex parabola. Aliqui dicũt, quòd hoc fuit, quia voluit dicere de virginibus euntibus obuiam, & tamen per diem non exirent virgines obuiam.

Dicendum, ꝙ non ſtat, ga licet nõ exirent cũ lãpadibus, exirent cum canticis ad ſolennizandũ nuptias.

Sed dicendum, quòd fuit hoc primo propter lampades: nam ad ſenſum quem Chriſtus intẽdit, eſt neceſſaria portatio lampadum, per diem tamen nõ portarent lampades.

Secundo, quia Chriſtus voluit introducere quaſdã virgines harum fuiſſe prudentes, alias fatuas, quia ſic etiam conueniebat ad ſenſum eius, & tamen prudentia, & fatuitas apparuit ex conſideratione omniũ conuenientium, ſ. quia prudentes accipientes lampades acceperunt quoque oleum, quod erat neceſſariũ. fatuæ autem de oleo non cogitauerunt: ſi autem per diem veniret ſponſus, nõ portarent lampades, neque alium apparatum ex quo poſſet aduerti, quæ erant fatuæ, & quę prudentes: ideo fuit cõueniens dici, quòd erat per noctem receptio ſponſi.

Tertio, quia ad intentionem Christi conueniebat dici, quòd omnes dormitauerunt, & dormierũt, vt apparebit infra: & tamen per diem, neque virgines prudentes, neque fatuæ dormirent expectando sponsum: ideo debuit dici, quòd per noctem fuit.

Quarto, quia ad eandem intẽtionem Christi competit dici, quòd ostenderet aduentum sponsi esse incertum, & esse subitaneum: hoc autem per diem nõ poterat fieri, quia de longe videretur veniens. per noctem autem potuit fieri: quia dormitantibus omnibus, factus est clamor media nocte, ecce sponsus venit, ideo per noctem debuit poni venire.

Quinto, quia voluit Christus quasdam virgines harum tarde venientes non recipi in domo nuptiarum, & hoc quia clausa erat porta. Si autem per diem fieret aduentus sponsi, non clauderetur ianua domus nuptialis, quia erat publica solennitas, & sic quæcunque virginum veniret intraret, & nulla excluderetur, neque clamaret, vt reciperetur, ideo per noctem omnia ista fieri verisimile erat: nam post mediam noctem venit sponsus, & iam non erat tempus tenendi portam apertam propter timores nocturnos, ideo illæ quæ tardè venerunt non receptæ sunt, & sic per noctem debuit dici omnia hæc facta esse.

Quare dicitur, exierunt obuiam sponso, ac sponsæ. Quæst. VII.

QVAERETVR, quare dicitur, exierunt obuiam sponso, & sponsæ.

Dicendum, quòd istud est, quia ambo veniebant de foris: nullus enim eorum erat in loco in quo nuptiæ celebrandæ erant, & ambo simul venerunt, vt vnica eis receptio fieret: ideo dicitur, quòd exierunt obuiam sponso, & sponsæ, ideſt, ambobus simul venientibus. Et ista est causa, quare virgines exierunt obuiam. Nam si solus sponsus veniret, non exirent virgines obuiam, sed soli viri, quia ista est communis consuetudo, quæ satis rationabilis est.

Sed obijcietur, quòd solus sponsus veniebat, quia dicitur in litera: Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt: de sponsa autem nihil ibi dicitur.

Dicendum, quòd tam sponsæ, quàm sponso exierunt simul obuiam virgines istæ, vt litera dicit. Ad istud autem dicendum, quòd scriptor, quia breuiloquus fuit, scripsit quod satis erat: & quia semel de sponso, & sponsa dictum erat, satis erat postea de sponso dici, quia ambo intelligerentur: nominabat, aut sponsum, quasi digniorem, & ideo dixit: Moram autem faciente sponso: nam eo faciente moram, etiam sponsa faciebat moram: quia ambo simul veniebant, etiam dicitur postea: media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, & de sponsa nihil dicitur. Ex eadem causa etiam virgines fatuæ redeuntes, & petentes sibi aperiri portam ad solum sponsum clamauerunt dicentes: Domine Domine aperi nobis.

Quare isti sponsus, ac sponsa vocentur, & non vir & vxor. Quæst. VIII.

SED quæretur, quare vocantur isti sponsus, & sponsa, quia potius deberent vocari vir, & vxor, cum essent nuptiæ.

Aliqui dicunt, quòd vocantur sponsi, quia solet accipi vnum pro altero, sicut & aliqui viri post longum tempus coniugij vxores suas sponsas vocant.

Sed dicendum, quòd non est ista causa, sed proprie accipitur: nam sponsi vocantur ante matrimonium consummatum, postea vero coniuges. Sed sciendum, quòd sponsi a sponsalibus dicuntur, vel a sponsione. Sponsalia autem, & matrimonium differunt, quia per sponsalia aliquid promittitur, siue spondetur, & nondum datur, per matrimonium autem datur. Et ex hoc sequitur, quòd sponsalia de futuro sunt sola proprie sponsalia: de præsenti autem non. Ratio est, quia per sponsalia de futuro solum promittuntur futuræ nuptiæ, & matrimonium, vt mulier sit viri, & vir sit vxoris, sed non efficitur hoc, quia sponsalia de futuro multis modis infringuntur, ita vt sponsi licite transeant ad alia vota coniugalia: in sponsalibus autem de præsenti non fit solum promissio futurarum nuptiarum, & futuri iuris viri in fœminam, & econtrario, sed statim traditur ius, cum ibi vir accipiat fœminam in suam, & fœmina accipiat virum in suum: & ob hoc sponsalia de præsenti vocantur matrimonium, & non differunt nisi quia ponimus matrimonium consummatum, & non consummatum: sponsalia quidem de præsenti matrimonium nõ consummatum dicimus: sponsalibus autem his cum superuenerint nuptiæ matrimonium consummatum appellatur.

Et tamen consueuimus distinguere sponsalia de futuro, & de præsenti. In futuro promittitur ius quod non est, ideſt, matrimoniale vinculum. In sponsalibus autem de præsenti nullum ius promittitur, quia iam totum est, sed promittitur futura carnalis copulatio, quæ est consummatio matrimonij, & ideo sponsos vocamus aliquos quousque nuptialis concubitus interuenerit: & quia isti quibus obuiam exibant virgines, nõdum conuenerant nuptialiter, sed ad hoc veniebant vt nuptiæ celebrarentur, vt patet ex litera, dicuntur recte sponsi, & nondum coniuges, aut vir & vxor.

Quare dicitur, quòd quinque virgines erant fatuæ, & quinque prudentes. Quæst. IX.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd quinque harum virginum erant fatuæ, & quinque prudentes.

Dicendum, quòd necesse fuit, quòd essent aliquæ earum fatuæ, & aliquæ prudentes, & vocantur hic prudentes, quæ prudentia gubernabantur. prudentia autem est habitus actiuus cum recta ratione eorum, quæ sunt circa totam vitam. 2. Ethicorum, cap. prudentia. ideo qui prudenter agit, nihil omittit de contingentibus rem illam, quam intendit. sic virgines quinque prudentes vocantur, quia exituræ obuiam sponso nihil omiserunt de eo, quod eis opportunum erat, ideſt, tam lampades, quàm oleum sumpserunt, & cætera ornamenta sua nuptialia: fatuæ autem dicuntur per oppositum ad prudentiam, scilicet, quæ non gubernantur prudentia. Ideo non habent rectam rationem circa agenda. Et ita quinque harum cum sumpsissent lampades non sumpserunt oleum, sine quo nihil lampades proderant. istę autem prudentes ante hoc prudentes erant, sed non apparebat nobis per quid essent prudentes, nisi nunc actum prudentiæ ostendissent: fatuæ quoque ante istam receptionem sponsi erant fatuæ, & in cæteris actibus suis sic se habebant, & tamen nobis non constaret eas fatuas esse, nisi ex isto actu, scilicet, quia sumptis lampadibus oleum quod necessarium erat, non sumpserunt.

Quare

Quare quinque dixit fatuas, & totidem prudentes. Quæst. X.

QVAERETVR quare quinque dixit fatuas, & totidem prudentes.

Dicendum, quòd quantum ad sensum parabolicum non differt, quia siue plures siue pauciores essent fatuę quàm prudentes, nõ mutaretur aliquid de narratione parabolica: nam non habentes oleum irent ad emendum, & postquàm venirent nõ reciperentur, quia clausa esset ianua, sicut de quinque fatuis factum est. Sed dicendum, quòd hoc verum est, nisi fatuę essent valde multę, & prudentes paucę. Nam tunc aliter forte fieret in sensu parabolico: nam tunc si essent nouem fatuæ, & vna prudens, aut duæ prudentes, & octo fatuæ, quando fatuæ peterent de oleo prudentum, illę darent spontaneę, vel inuitæ, quia fatuæ, quæ multæ erant, cogerent eas ad hoc, & tunc omnes haberẽt lampades ornatas, & reciperent sponsum, & hoc non conueniebat ad intentionem Christi, quia tunc nihil plus valebat prudentes esse quã fatuas: ideo posuit quinque, & quinq;, quia quinque fatuæ non possent cogere, quinque prudentes ad communicandum oleum.

Secundo quia dato, quòd vna, aut duę prudentes non communicarent oleum nouem fatuis, & illę irẽt ad emendum oleum, & cum venirent clausa esset ianua, aperiret eis sponsus clamantibus propter inopiã scilicet, quia vna, aut duę virgines prudentes, quæ intrauerant solæ, nõ poterant sufficienter celebritatem nuptialem noctis illius agere, cum vero quinque receptę essent aut multę, abundarent illę, & ita nõ esset necesse recipi eas, quæ foris erant, vnde debuit ponere Christus multas prudentes, & multas fatuas.

Sed tamẽ quare specialiter tot sint fatuæ quot prudentes, & quare vtreque quinque sunt, ad rationem significationis intentę a Christo pertinet, & nõ ad parabolam, vt dicetur infra q. 46. & 47.

Quare Christus parabolam hanc introduxit esse virgines fatuas, & prudentes. Quæst. XI.

QVAERETVR quare Christus introduxit parabolam istam esse virgines fatuas, & prudentes, quia poterat esse, quòd nullę fatuę essent in virginibus recipientibus sponsam.

Dicendum, quòd poterãt esse omnes virgines istæ prudentes, aut omnes fatuæ, aut quędam prudentes, & quædam fatuę, & tamen Christus noluit accipere nisi exemplum illud in quo essent quędam prudẽtes, & quędam fatuæ. Non enim debuerunt omnes esse prudentes, quia Christus volebat concludere in parabola ista, quòd quædam virgines non receptę fuerunt in nuptijs, licet paratæ essent aliquantulum ad recipiendum sponsum, sed hoc non potuerat esse si omnes essent prudentes, quia omnes attulissent oleũ in vasis suis, & omnes intrarent cum sponso ad nuptias, & hoc non conueniebat intentioni Christi in præsenti.

Etiam nõ debuerunt poni omnes fatuæ, quia tunc non conueniebat ad intentionem Christi, neque ad intentionem parabolæ. Non quidem ad parabolam, quia si omnes essent fatuæ nulla earum haberet oleum, & ideo cum fieret clamor media nocte, ecce sponsus venit, nulla esset parata, sed omnes irent ad emendum, & veniret interim sponsus, & a nulla reciperetur, & ita non conueniebat parabolæ, quæ erat de receptione sponsi.

Intentione quoque Christi non conueniret, quia ipse intendit, quòd quædam virgines recipiantur, & quędam excludantur, quia sic fiet in iudicio vltimo, & tamen si omnes essent fatuæ omnes reciperentur, & non noceret eis, quòd fatuæ essent: nam si fatuæ essent veniente sponso nulla haberet oleum, & euntibus omnibus pro oleo veniret sponsus, & a nulla reciperetur, sed cum postea venirent empto oleo, & clamarent, sponsus aperiret eis, quia nullam aliam habebat ad solennizãdum illa nocte nuptias, hoc autem contra intentionem Christi erat, ideo neque omnes debuit ponere fatuas, sed quasdam prudentes, & quasdam fatuas.

Quare dicitur, quòd fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Quæst. XII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, prudentes vero oleum in vasis suis cum lampadibus.

Dicendum, quòd hoc fuit primo ad ostendendum, quòd fatuæ erant: nam vt dictum est supra quæst. 10. istę prudentes non cęperant nunc primo esse prudentes, sed ante hoc prudenter se habebant in operationibus suis, fatuę quoque ante hoc fatuę erant, & insipienter operationes suas exercebant, tamen istud non constabat: ideo debuit poni aliquid ex quo constaret quaidã earum fatuas esse, alias vero prudentes, & fuit istud, quia fatuæ, cũ acceperunt lãpades omiserunt rẽ necessariam, ideſt, oleũ, prudẽtes vero acceperunt lampades, & oleum.

Secundo vt ostendatur in quo fuerint fatuæ circa istam receptionem sponsi: nam dato, quod aliàs essent fatuæ, & male se haberent in alijs, si in hoc bene se habuissent, non vocaret eas Christus fatuas: ideo oportuit assignari in hac receptione sponsi aliquid in quo imprudenter se haberent.

Tertio quia hoc conueniebat ad intentionẽ Christi, scilicet, vt videretur quomodo quædam habebant lampades, & nõ oleum, alię vero oleum cum lampadibus, & lampades, & oleum signant aliqua quæ in extremo iudicio quærentur, de quo est parabola hęc.

Cum autem dicitur de fatuis, quòd non sumpserũt oleum secum, non intelligitur in lampadibus, sed in lechitis, quę sunt vasa continentia oleum, & ratio est, quia non debebant statim lampades accendi, sed postea quando veniret sponsus, & ita virgines illæ sciebant: nam expectabant quousque veniret sponsus, & tunc procederent ei obuiam cum lampadibus, & patet, quia moram faciente sponso non processerunt obuiam ei, sed manserunt, & dormitauerunt, & dormierunt quousque media nocte factus est clamor, ecce sponsus venit exite obuiam ei, & tunc exierunt obuiam: ideo interim non debebat esse oleum in lampadibus, sed in vasis olearijs. Et sic apparet, quia dicitur de prudentibus, quòd acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus, ideſt, lampades, & alia vasa cum oleo.

Quare singulæ virgines portabant singulas lampades. Quæst. XIII.

QVAERETVR quare singulę virgines portabant singulas lampades, sufficiebat enim, quòd multæ vnam lampadem portarent.

Dicendum, quòd quælibet portabat lampadem vnam, vt ex litera colligitur, cum fatuæ dixerint, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur, etiã dicitur, tunc surrexerũt omnes virgines illæ,

illę, & ornauerunt lampades suas, ergo quęlibet lampadem habebat.

Causa autem prima erat ad honorem: nam multitudo lumen non facit ad honorem. lumen enim quocunque tempore adhibeatur ad aliquid agēdum honorem quendam, & reuerendum statum ostendit: potissime quando adhibetur sine necessitate lucis, & ob hoc in diuinis ministerijs, si in meridie fiāt, maxime in celebritate Missarum, luminaria adhibentur: & non potest Missa dici sine lumine: grauiter enim peccat, qui sine aqua, aut sine lumine Missam celebrat, extra de celebrat. Missa. cap. licet, cum ergo lumen ad honorem adhibeatur, quanto fuerit maius lumen, tanto est maior honor: & quia occursus ille, qui fit sponso, & sponsæ ad solum honorem fit: debet multitudo, quam vt quælibet de virginibus portaret lampadem suam, ideo quælibet portabat lampadem.

Qui sine lumine, & aqua Missā celebrat, grauiter peccat.

Secunda causa erat propter necessitatem: nam receptio ista fiebat per noctem, & ad hoc quòd omnia clare viderentur, multo lumine opus erat, sed luminaria lampadum parua erant, ideo multæ lampades erant necessariæ.

Pro quo considerandum, quòd in terra Chanaan, maxime inter Iudæos, quibus Christus nunc loquebatur, vsque ad tempora illa non fuerat consuetudo candelarum, aut facularum ceræ, aut de sepo, sed omne lumen erat ex combustione olei. Et causa erat, quia terra illa in oleo abundabat: vnde in templo Domini nunquàm fuit cera, aut sepum, sed oleum: sic patet Exodi 26. cap. vbi ponuntur lucernæ ardentes, idest, vasa olei, in quibus lychnum erat: & vocantur septem lampades candelabri. Exodi 25. & 26. Et in illo candelabro quotidie sacerdos infundebat oleū, & disponebat lucernas, idest, lychnum mane, & vespere, Exodi trigesimo cap. Et pro isto candelabro accipiebatur oleum purissimum, piloque contusum. Exodi vigesimo septimo, & non de quolibet oleo. sic igitur inter populares ad vsus luminarium accipiebatur oleum, & non cera, neque sepum: propter quod necesse erat multa simul esse luminaria: nam si de cera faculæ fierent, paucæ erāt, quia propter suam magnitudinem in lato poterant illuminare multitudinem occurrentium, sed quia non erat facula de cera, neque de sepo, immo luminaria de oleo parum lucebant, nisi multa simul ponerentur, ideo conueniens fuit, quòd quælibet virginum suam lampadem ferret.

Tertia causa erat, quantum ad intentionem Christi: nam quòd singulę in lampadibus oleum haberēt, vel non haberent, pertinet ad intentionem Christi, vt infra dicetur quæst. 46. ideo debuit quælibet poni, quòd ferret lampadem.

Quarta est, quia præsupponitur, quòd erant quædā fatuæ, & quædam prudentes. & tamen non posset sciri, quæ erant fatuæ, aut quę prudentes; nisi ex ornatu lampadum, scilicet, quia quædam ferebant oleum pro lampadibus, & aliæ non: ideo vt de qualibet sciri posset, quòd esset fatua, aut prudēs: fuit necessarium, quòd diceretur quamlibet ferre lampadem suam.

Quare dicitur: Moram faciente sponso omnes dormitauerunt.
Quæst. XIIII.

QVAERETVR quare dicitur: Moram autem faciente sponso omnes dormitauerunt, & dormierunt.

Dicendum, quòd sponsus fecisse moram dicitur: quia per noctem quidem sperabatur venturus, & tamen non tam profunda nocte, sed forte in principio noctis, non multum post Solis occasum, quia illud tempus erat conueniens ad recipiendum cum luminaribus, & illo tempore adhuc solent homines ambulare, sed accidit, quòd sponsus iste vltra modum tardaret: nam venit media nocte, quia dicitur: Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, ideo dicitur: Moram autem faciente sponso.

Est ergo præsupponendum, quòd sponsus iste expectabatur venturus per noctem, & hoc in principio noctis: ideo virgines istæ ex principio noctis parauerant se cum ornatu nuptiali, & lampadibus ad exeundum obuiam cum veniret sponsus. Et est intelligendum, quòd virgines non ibant ad recipiendum sponsum in itinere, quia aliàs statim in principio noctis exiuissent de loco, vt occurrerent, & tamen manebāt expectantes quousque veniret. Ideo dicēdum, quòd manebant in vrbe, & forte occurrūræ erant sponso vsque ad portam vrbis, vel non longe a domo in qua nuptiæ celebrandæ erant: in loco autem illo manebant virgines tunc ex principio noctis, vt scirent quādo sponsus prope esset, & esset tempus occurrendi ei.

Quòd autem dicitur, quòd moram faciente sponso dormitauerunt. dicitur primo ad tangendum rem verisimilem. Nam si statim sponsus venisset cum putabatur, non inueniret virgines dormientes, quia vigilarent modicum expectantes, quòd statim venturus esset, sed quia vltra modum morabatur, & nox procedebat, erat enim iam media nox: verisimile erat quòd longa expectatione fatigatas sopor inuaderet.

Secundo fuit ad sequentem narrationem reddendam verisimilem: nam dicitur quòd media nocte illis dormientibus factus est clamor, scilicet, ecce sponsus venit, & ille clamor factus est cum iam prope esset sponsus: ideo quæ non erant paratę non potuerūt parari, & sic quædam intrauerunt, & aliæ non. si autē vigilarent semper virgines vsque ad aduētum sponsi respicerent, & a lōge antequàm accederet ad locum scirent eius aduentum, & inciperent ornare lampades, & quæ non habebant oleum, idest, fatuæ poterāt interim ire ad vendentes, & redirent antequàm sponsus intraret in domum. Et tamen dicitur, quòd cum illæ iuissent emere, prius intrauit sponsus, quàm illæ redirent, ideo oportet poni, quòd dormirent, & ita cum non viderent sponsum venientem, non fuit eis locus cito se parandi ad occurrendum ei.

Tertio, quia istud conuenit ad intentionem Christi: nam cum ipse venerit, qui est sponsus, omnes dormient, & ante aduentum omnes dormiunt.

Quare dicitur, quòd omnes dormitauerunt.
Quæst. XV.

QVAERETVR dicitur, quòd omnes dormitauerunt: nam videtur quòd solæ fatuæ debebant poni dormire, prudentes autem non, quia dormire quando vigilandū est ad imprudentiam pertinet, sed nunc quando expectabatur sponsus non erat tempus dormiendi, sed potius vigilandi, ideo dormire non debebant tunc prudentes.

Dicendum, quòd omnes ponuntur tunc dormientes. Primo, quia tam in profunda nocte, scilicet, ad mediam noctem verisimile erat, quòd omnes dormirent sopore grauatæ.

Secundo, quia hoc conuenit ad narrationem reddendam verisimilem: nam si fatuæ dormirent, prudentes autem vigilarent, idem esset ac si omnes vigilarent, s. quia prudentes scirent aduentū sponsi aliquantulū anteq̄ veniret, & tunc excitarēt socias suas, vt

vt ornarent lampades, & cum illæ non inuenirent oleum in vasis suis, haberent spatium eundi ad vendentes, & redirent antequam sponsus intraret in domum. Et hoc necesse est poni, nisi dicas, quòd prudentes inuidebant fatuis, & ob hoc nollent eas excitare. Sed falsum est, nō enim inuidebant, neque ob hoc cessauerunt eis dare de oleo, sed solum, vt non patere-tur ipsæ defectum: ideo ad inferendum, quòd aliquæ earum non introierunt, quia non erant paratæ, necesse est dici, quòd omnes dormiebant. Tertio quia hoc conuenit ad intentionem Christi: nam ante aduētum sponsi omnes tam boni, quàm mali dormiunt, vt infra dicetur. Ad rationē in contrariū dicetur sequen. q.

Quare dicitur dormitauerunt omnes, & dormierunt.
Quæst. XVI.

QVAERETVR quare dicitur dormitauerunt omnes, & dormierunt. Dicendum, quòd dormitare, & dormire ponuntur, quia ad diuersos modos pertinent. Vno modo quādo quis nulla cura tenetur, quæ eum euigilare cogat. Nam totus tunc sopori deditus itidē euigilat. Alio modo quādo sopor grauis in aliquem incidit, siue ex magna fatigatione, siue ex insomnietate præcedentiū dierum, siue ex alia causa, a quo sopore non potest faciliter euigilare, dormire autem est eorum, qui facilem somnum habent: ideo ipsi per se faciliter euigilant, & somnus eorum parum durat, siue hoc ex curis proueniat, siue ex alia causa. Sed tunc est dubium de quibus dicitur hoc. Aliqui dicunt, quòd de vtrisque competit vtrūque. Nam dicitur dormitauerunt omnes, & dormierunt, ergo ad singulas competit dormitare, & dormire. Alij dicunt, quòd dormitare pertinet ad prudentes, dormire autem ad fatuas, & tamen quidquid sit omnes tenebantur aliquo sopore, quando clamor insonuit, ecce sponsus venit.

Dicendum, quòd licet vtrunque posset teneri, tamen verisimilius est, quòd prudētes dormitabant, & non dormiebant, fatuę autem dormiebant, hoc enim pertinet ad prudentes: nam cum tenerentur cura expectationis sponsi venturi, non possent dormire profunde, quia cura eas excitaret, sed dormitabant, idest, paululū, & leuiter rapiebantur sopore, & statim euigilabant, fatuę vero licet essent in expectatione sponsi venturi, quasi non esset eis aliqua cura sine solicitudine dormiebant, & ideo dormire, & non dormitare dicebantur.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd omnes cum sit ibi in plurali non est necesse, quòd teneatur distributiue, sed potius tenetur collectiue, & ideo non prædicatur quodlibet verbum istorum de singulis, sed est sensus, quòd sub illo signo omnes includuntur illæ, quæ dormitabant, & illæ, quæ dormiebāt, & omnibus competit hoc, quia nulla illarum virginum erat, cui nō competeret aliquid horum, idest, dormire, aut dormitare.

Ex hoc autem patet responsio ad argumentum in principio prędcedentis q. scilicet, quòd prudentes non deberent poni dormire: nam dormire quasi sine solicitudine, & totū inquietem se resolui tempore quo vigilandum erat, non pertinet ad prudentes, sed parūo sopore sapi, quasi ex quadam necessitate manente insita cura, quæ statim euigilare cogit, non repugnat prudentiæ, primum est dormire, secundum dormitare, & ita prudentes non dormierunt, sed dormitauerunt, fatuæ autem dormierunt.

Media autem nocte. Hic ponitur circa prędictas virgines examinationis iudicium, & dicitur. *Media autem nocte.* Scilicet, Vsque ad mediam noctem non venit sponsus, & ideo vsque illuc virgines dormitabant, & dormiebant. *Clamor factus est.* Iste clamor fuit ad excitandas virgines dormientes, vt occurrerent sponso, fuit autem factus per aliquem ex parte sponsi, forte enim videbant, quòd non veniebant virgines in occursum: ideo venit aliquis qui clamaret, vt exirent.

Ecce sponsus venit. Tam sponsus quàm sponsa veniebant, sed de solo sponso dicitur, quia iam de vtroque expressum fuerat, vt dictum fuit supra q. 8.

Exite obuiam ei. Idest, Ad recipiendū eum cum lampadibus, & canticis, sicut solitum erat in nuptiali festiuitate. *Tunc surrexerunt.* Scilicet, Quando ille clamor auditus est, & dicitur surrexerunt, idest, euigilauerūt, & etiam iacebant, quia dormiebant. *Omnes virgines illæ.* Idest, Tam prudentes quàm fatuę, quia omnes dormitauerunt, vt dicitur supra in litera.

Et ornauerunt lampades suas. Ornare lampades est disponere lychnum, & infundere oleum ad sufficiētiā, vt lampas cōueniēter ardeat, & cinerem ipsum lychni, siquis est tollere, quod emungere dicimus, hoc autem fecerunt virgines, quia ante istud non erant lampades succensę, cum nondum veniret sponsus, & ita non erat vtile lampades ardere.

Fatuæ autem sapientibus dixerunt. In ornando lampades viderunt fatuæ suam insipientiam: nam ornare lampades erat infundere eis oleum, & fatuæ hoc volentes facere non inuenerunt oleum, & ideo petierunt illud. *Date nobis de oleo vestro.* Omnes quinque fatuæ petierunt a quinque prudentibus, quia viderunt fatuæ, quòd prudentes oleum haberent, ideo ab illis petierunt, & dixerunt date nobis de oleo vestro, idest, quod haberis in vasis vestris.

Quia lampades nostræ extinguuntur. Idest, Parum olei habemus, & iam non potest ardere lampas præ defectu olei, vel extinguuntur, idest, ardere non poterunt, quia oleum non habemus.

Responderunt prudentes dicentes. Noluerunt dare illis oleum, ideo se excusauerunt. *Ne forte non sufficiat nobis, & vobis.* Est incompleta ratio, & subintelligitur, quod deest, scilicet, nolumus vobis dare oleum, ne forte non sufficiat nobis, & vobis. Est autem conueniens ratio ac si dicerent, oleum nostrum est sufficiens nobis, sed non superabundans, si autem diuiserimus inter nos, & vos, neque sufficiet nobis, quod retinemus, neque vobis, quod damus, ideo vtræque erimus deficientes, melius est autem, vt aliquæ nostrum sint sufficientes, etiam si non omnes, quàm vt nullæ, ideo non est bonum, quòd vobis aliquid demus de oleo.

Ite potius ad vendentes. Idest, Melius est, quòd eatis ad vendentes oleum, quàm quòd a nobis petatis. *Et emite vobis.* Idest, Pro vobis, quia nos oleum habemus. *Dum autem irent emere.* Assenserunt virgines fatuæ, non enim viderunt alium modum ad habendum lampades ardentes, nisi vt irent ad emendum, ideo iuerunt. *Venit sponsus.* Fuit enim mora inter ire, & redire cum oleo, ideo interim venit sponsus, scilicet, vsque ad domum in qua celebrandæ erant nuptiæ, vel in qua mansurus erat illa nocte sponsus.

Et quæ paratæ erant. Scilicet, Quinque virgines prudentes, illæ enim habebant lampades ardentes, & oleum in vasis suis, & ita nihil eis deerat, vnde dicuntur paratæ. *Intrauerunt cum eo.* Scilicet, Cum sponso in domum illam, in qua ipse mansurus erat.

Ad nuptias. Idest, Ad celebritatem nuptiarum, quia illa nocte cantandum erat, & aliæ solennitates agēdę erant, ad quas introierunt virgines prudentes. *Et clausa est ianua.* Scilicet, Postquàm intrauit sponsus, & virgines prudētes clausa est porta domus nuptiarum, quia per noctem erat.

Universidad de Deusto

Nouissime autem. Scilicet, Postquàm spõsus venit, & introiuit, & clausa est ianua. *Veniunt, & reliquæ virgines.* Ideſt, Venerunt alię quinque virgines, quæ fatuę erãt, & iuerant ad emendum oleum, nunc vero redibant empto oleo. *Dicentes domine domine aperi nobis.* Est sensus, quòd venerunt ad portam domus nuptiarum, & viderunt clausam, & tunc cęperũt clamare ad spõsum, domine domine aperi nobis. Ad illum enim clamabant vocantes dominum, quia ille erat præcipuus, & ad ipsum pertinebat tota hæc solennitas.

At ille respondens ait. Nolebat eas recipere, ideo posuit excusationem. *Amen dico vobis.* Modus iurandi, vel affirmandi est, ideſt, in veritate vobis dico. *Nescio vos.* Ideſt, non cognosco, quomodo ergo aperiam vos per noctem, cum non cognoscam vos.

Vigilate itaque. Ista non sunt iam verba parabolę, sed verba Christi inducentis parabolam ad propositum suum, scilicet, hortatur ad vigilandum. *Quia nescitis diem neque horam.* Ista est causa vigilię, scilicet, quia ignoramus diem: nam si sciremus determinate diem, & horam, non oporteret præcedenti tempore vigilare, satis enim erat illo tempore se parare, & tamen tam dies quàm hora incerti sunt: ideo omni tempore vigilandum est.

Quare dicitur, quòd media nocte factus est clamor.
Quæst. XVII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd media nocte factus est clamor.

Dicendum, quòd primo ponitur, quia ita fuit veritas, quòd ille spõsus tardaret vsque ad mediam noctem. Et ideo tunc factus est clamor aduenientis.

Secũdo positum fuit a Christo ex industria ad reddẽdam narrationem verisimilem. Nam dictum erat, quòd omnes illę virgines dormitauerunt, & dormierunt, & tamen si esset parua pars noctis, non esset verisimile, quòd saltem prudentes dormirent, aut dormitarent: ideo dicitur, quòd media nocte venit sponsus, tunc enim iam nimia expectatione fatigatę, satis erat verisimile, quòd vtręque dormirent.

Tertio fuit propter aliam particulam, scilicet, quòd virgines fatuę iuerunt ad vendentes oleum, & inde illud adduxerunt postquàm sponsus introiuit, & clausa est ianua.

Est autem sensus, quòd si esset parua pars noctis, vigilarent adhuc vendentes oleum, & ita virgines fatuę cito irent ad eas, & accipientes oleum redirent, & possent fortassis intrare cum sponso antequàm claudereturianua, quia tamen erat media nox, verisimile erat, quòd venditrices olei iam dormiebant, quia pars illa noctis est inactuosa, & ad hoc, quòd virgines fatuæ excitarent vẽditrices, vt ab eis acciperent oleum, morarentur aliquantulum, & sic non possent redire vsquequo iam esset clausa ianua.

Quarto fuit propter intentionem Christi, quia ipse voluit designare tempus esse valde occultum, & non videtur esse magis quàm media nox, quia est tempus tunc inactuosum: ideo dixit media nocte factum.

A quo factus est clamor quare, & quomodo.
Quæst. XVIII.

QVAERETVR de isto clamore a quo factũ est, & cur, aut quomodo.

Dicendum, quòd fuit iste clamor factus ab aliquo ex parte sponsi: nam virgines, quæ exiturę erãt obuiam sponso dormiebant. Secundo quia cum illę omnes virgines dormitent, non excitabantur ab aliqua earum, aut ex parte ipsarum, sed aliquis veniens ex parte sponsi excitaret.

Causa autem quare fieret clamor poterat esse duplex. Vna quia forte erat in similibus receptionibus sponsorum consuetum, quòd sponsus prẽmitteret aliquem paulo antequam introiret ad vocãdum virgines, vt exirent.

Secunda potuit esse, quòd specialiter nunc accideret, scilicet, quòd in omnibus receptionibus spõsorũ virgines erant paratę ad recipiendum, & exibant tempore congruo nullo vocante. Nunc vero, quia accidit, quòd virgines istę dormitauerunt hora illa, qua sponsus veniebat, & nulla exibat in occursum; misit sponsus aliquem, qui vocaret, vel excitaret virgines paratas.

Quare clamatum est, ecce sponsus venit exite ei obuiam.
Quæst. XIX.

SED quęretur quare clamatum est, ecce sponsus venit exite obuiam ei.

Dicendum, quòd fuit hoc, quia sponsus sciebat, quòd aliquę virgines erant paratę ad recipiẽdum eum, & tamen, quia accidit, quòd veniebat tardius quàm alij sponsi consueti erant venire, illę quæ paratę erant non exibant ad recipiẽdum: ideo debuit spõsus prẽmittere aliquem, qui excitaret omnes virgines paratas ad recipiendum, & si qui viri parati erãt ad hoc etiam exirent. Iste autem vir non venit ad vocandum singulos, aut singulas, sed in generali clamauit, ecce sponsus venit exite obuiam ei. Iste enim clamor non erat inuitandi aliquos de nouo ad exeundũ, sed excitandi eos, qui iam parati erant, vt exirent. Vnde ait, ecce sponsus venit, ideſt, ò vos, qui nescitis an sponsus venit, annuncio vobis, quòd venit, & ideo exite si exire disposueratis. Et patet etiam ex hoc, quòd dicitur clamor factus est: nam si inuitarentur per hoc aliqui nouiter ad eundum obuiam sponso, veniret nuncius singillatim ad eos, & suaderet, vt exirent, & tamen ad neminem fuit: nam si ad singulos iret, non esset clamor, sed singularis vocatio, & suasio, dicitur autem, quòd fuit clamor: ideo non vocati fuerunt aliqui de nouo, sed est sensus, quòd nuncius ille missus a sponso clamabat per vicos vrbis, aut apud domum in qua nuptię celebrandę erant, ecce sponsus venit, ideſt, iam prope est, & tempus est, vt occurratis, ideo exite obuiam ei.

Item patet hoc ex verbo clamoris, quia non dixit parate vos ad exeundum ei obuiam, sed dixit exite obuiam, ideſt, præsupponebat iam exituros esse paratos, & quacunque hora vocarentur posse exire obuiã.

Item patet hoc ex hora vocationis: nam si vocarẽtur aliqui de nouo ad exeundum obuiam sponso, nõ vocarentur media nocte, quando omnes dormire solent, sed per diem, & tunc eis suaderetur, vt se parare possent, & non media nocte factus est iste clamor, ergo fuit excitandum eos, qui iam parati erant vt exirent.

Quare dicitur tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Quæst. XX.

QVAERETVR quare dicitur tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.

Dicendum, quòd tunc refertur ad tempus quo clamor factus est, fuit enim clamor ille validus: ideo statim, vt factus est audierunt illum virgines, quæ dormiebant, & surrexerunt, non enim aliud expectabant quàm vt occurrerent sponso venienti, nunc autem nunciabatur venire: ideo statim surrexerunt, vt obuiã irent, & omnes quidem surrexerunt, quia vt dictum est in expositione literę, omnes tam fatuæ quàm prudentes dormiebant.

Dicuntur autem ornasse tunc lampades, quia ante hoc non erant ornatæ: nam lampades erant non accensæ quousque sponsus veniret, vt non consumerẽt oleum frustra, cum autem sponsus veniebat, processu rę erant obuiam cum luminaribus: ideo tunc ornare voluerunt lampades, & quia ornatus lampadis dicit infusionem olei, & apparationem lychni, tunc apparuit defectus olei in virginibus fatuis, cum voluerunt infundere oleum, & non inuenerunt illud.

Quare fatuæ dixerunt sapientibus, date nobis de oleo vestro. Et quare a prudentibus illud petierunt.
Quæst. XXI.

QVAERETVR quare dicitur, quòd fatuę dixerunt sapientibus date nobis de oleo vestro.

Dicẽdum, ꝙ cum tempus aduenisset ornare lampades non inuenerunt fatuę oleum, & ideo petierunt illud. Verisimilitudo huius rei erat, quia oleũ nõ ferebatur in lampadibus, sed in vasis olearijs, ideſt, lechitis, vel si aliquid ferebatur in lampadibus paruũ erat, & superfundendum erat, quod in lechitis ferebatur, virgines autem portauerunt tam lampades quã vasa, & tamen in vasis non ferebant oleum, & ad hoc non respexerunt quando acceperunt illa, cum vero ornandę fuerunt lampades, voluerunt infundere oleum de lechitis, & non inuenerunt illud. Vel potest dici, quòd etiam vasa olearia non sumpserunt secum, sed solum lampades, & non cogitauerũt de vasis olei quousq; ornare voluerunt lampades, sed verisimilius est, quòd vasa secum tulerint, & nõ oleum, quia postquàm non inuenerunt oleum, iuerunt ad vendentes, & tulerunt illud redeuntes ad nuptias. De prudentibus autem constat, quòd portabant vasa, & oleum, & lampades, quia dicitur, prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

Causa autem prima quare fatuę petiuerunt a prudentibus oleum fuit, quia viderunt se non habere, & nõ posse comparere coram sponso sine lampadibus accensis, viderunt quoque quòd prudẽtes oleum haberent, cum infudissent de lechitis in lampades, quãdo illas ornabant: ideo nihil aliud eis occurrit nisi ab illis petere.

Secunda fuit, quia crediderunt, quòd rem rationabilem petebant, habebant enim illę oleum in vasis, de quo communicare poterant, & istę postea retribuerent.

Tertia fuit, quia Christus voluit hoc petere, vt inferat quod dicitur infra, scilicet, quòd prudentes noluerunt dare, quia illud pertinet ad intẽtionem Christi, sed non potest conuenienter dici quomodo prudentes dare recusauerint, nisi ponatur quomodo fatuę petiuerunt: ideo posuit, quod illæ petiuissent, scilicet, date nobis de oleo vestro, ideſt, de oleo, quod in lechitis vestris habetis.

Quare dixerunt, quia lampades nostræ extinguuntur.
Quæst. XXII.

QVAERETVR quare dixerunt, quia lampades nostræ extinguuntur.

Dicendum, quod circa hoc dupliciter solet dici. Vno modo, quòd virgines tam fatuę quàm prudentes portabant lampades non accensas, & ita tenuerũt eas quousque clamor factus est, & exituræ fuerunt obuiam sponso, & tunc dicetur, quòd facto clamore ornauerunt lampades, ideſt, accenderunt eas, & infuderunt oleum, sed fatuę virgines, quia non habuerunt oleum, non ornauerunt lampades, sed petiuerũt illud a prudentibus dicentes, lampades nostrę extinguuntur, ideſt, extinctę sunt, & non habemus vnde foueamus eas.

Alio modo potest dici, quòd vtręque virgines portauerunt lampades ardentes, & tenuerũt eas semper ardentes, vt promptiores essent ad exeundum obuiã sponso. Et cum voluerunt ornare lampades veniente sponso, non habuerunt oleum ad superfundendum, vt posset viuere ignis in lampade, & ideo extinguebãtur iam lampades deficiente oleo.

Dicendum autem, quòd licet vtrunque possit teneri, & supra communiter dixerimus iuxta vnam positionem lampades non fuisse accensas ante aduentũ sponsi, tamen magis consonat literę lampades vtrarumque virginum fuisse semper accensas ante aduentum sponsi.

Et patet primo, quia dicitur, tunc surrexerunt virgines, & ornauerunt lampades, ornare autem lampades non est accendere eas, sed ornare est disponere, vt bene ardeãt, scilicet, fundendo oleum, & emungẽdo lychnum: ideo innuit iam lampades ardere.

Secundo quia dicitur lampades nostrę extinguuntur, & tamen extingui non pertinet nisi ad id, quod viuens est.

Tertio quia hoc modo verisimilius est, quod dicitur de virginibus fatuis: nam constat, quòd virgines fatuæ nunc quando sponsus veniebat nullum oleum habebant, quia aliàs non iuissent ad emendum, sed intrassent cum sponso, si ergo dicatur, quòd ante hoc nõ ardebant lampades, sequitur quòd virgines fatuę nullum omnino secum oleum tulerint, neq; in lampadibus, neque in vasis, cum nunc nullum habuerint, & hoc non est satis verisimile. Si autem dicatur, quòd lampades ardebant ex eo tempore quo virgines parauerunt se ad eundum vsque ad mediam noctem, quãdo venit sponsus, sequetur quòd tulerunt oleum, quod durauit vsque ad mediam noctem, & fortassis ipse putauerunt, quòd sponsus statim in principio noctis veniret, & manerent cum eo aliquanta parte noctis in canticis, & tunc redirent ad propria, & ad hoc sufficeret oleum, quod potuit sufficere vsque ad mediam noctem, & ita erat aliqua verisimilitudo qua deciperentur istę fatuæ virgines, verum tamen adhuc fatuæ erant, quia debuerant sumere de oleo secum tantum quantum putarẽt nullo modo posse deesse in illa nocte, cum non esset certum qua hora venturus esset sponsus.

Et hoc modo stat litera conuenienter, scilicet, lampades nostrę extinguuntur, ideſt, vsque nunc arserũt, & ideo diminutum fuit oleum quousque iam nullũ manet, & oportet, quòd extinguãtur, nisi infundatur oleum, quod tamen nos non habemus.

Quare virgines fatuæ permiserunt lampades suas extingui.
Quæst. XXIII.

QVAERETVR quare virgines fatuæ permiserunt lampades suas vsquequo iam extinguerentur, & non prouiderunt infundendo oleũ, aut petendo, vel eundo ad vendentes.

Dicendum, quòd non prouiderunt vsque nunc, quia dormiebant, & non viderunt quousque lampades erant iam prope extinctionem, immo & si clamor ille parum vltra venire tardasset, cum euigilarẽt virgines fatuę, inuenirent lampades extinctas.

Hoc patet, quia cum virgines cęperunt dormire, lampades ardebant, suppositio, eo quod dictum est

precedenti q. sed tandiu dormierunt, quòd oleum F
consumptum quasi erat: nam vt dicitur in litera dormitauerunt omnes, & dormierunt, fatuę quidem dormierunt, vt dictum est supra quæst. 16. & ita cum magno tempore dormirent, diu non viderunt lampades suas, & interim poterat totum oleum consumi in lampadibus: nam etiam virginibus prudentibus dormitantibus consumptum fuit aliquid de oleo lampadum suarum. Et ista fuit causa quare omnes virgines prudentes cum surrexerunt ornauerunt lãpades suas, scilicet, quia iam opus erat, vt emungerentur, & effunderetur oleum, cum eis dormitantibus aliquid de oleo consumptum esset, & lychnum haberet iam aliquid cineris, & tamen non dicitur de G
virginibus prudentibus, quòd lampades earum extinguebantur iam, quia paruo tempore dormierant, cum dicatur de istis, quòd dormitabãt, & sic paucum de oleo poterat interim consumi.

Etiam dicendum, quòd si clamor ille tardasset aliquantulum fieri, inuenissent fatuę virgines lampades extinctas: nam cum surrexerunt, dixerunt, lampades nostrę extinguũtur, ergo forte si per mediam horam tardasset venire clamor, extinctę essent lampades earum. Sed dicendum, quòd Christus noluit ponere lampades extinctas fuisse, quia non conuenit hoc ad intentionem suam, vt infra declarabitur, sed prope esse ad extinctionem. H

Quare ante hoc non prouiderunt virgines fatuæ.
Quæst. XXIIII.

QVAERETVR quare ante hoc non prouiderũt virgines fatuæ.

Dicendum, quòd cum illę dormire cęperũt non erat opus prouidere, quia oleum erat in lampadibus pro tunc: dormierunt autem nimis, & quando euigilaueruut iam extinguebãtur lampades: vnde non potuissent prouidere, quia non videbãt defectum suum.

Secundo quia antequam dormire inciperent, non putauerunt opus esse prouidere, quia putabant sponsum statim venturum, & nõ esse opus amplius habere de oleo. Contigit autem morari nimis sponsum dũ illę dormiebant, & interim consumptum est totum oleum, & tunc apparuit eis euigilantibus, quòd opus erat prouideri, & sic non potuerunt prius. I

Tertio fuit, quia dato, quòd putarent sibi oleum defuturum, sperabant, quòd socię earum, scilicet, prudentes virgines darent de oleo suo & sub hac spe petiuerunt, licet non obtinuerint, & quia ante hoc nõ egebant oleo, non petebant illud manentes sub hac spe. Si tamen crederent, quòd virgines prudentes nõ communicarent eis de oleo cum peterent, aut dubitarent de hoc; ante fortassis prouiderent petendo, vt experirentur an darent, vel aliunde quęrendum esset.

Quarto potest dici, quod etiam si ante hoc viderẽt K
defectum futurum esse, non audebant ire ad emendum, timentes, quod interim veniret sponsus, quoúsque iam euigilantes viderunt extingui lampades, & necesse fuit prouideri: ideo iuerunt ad vendentes exponentes se periculo aduentus sponsi.

Quare prudentes oratæ a fatuis non communicarunt eis de oleo suo. Et an ratio a prudentibus assignata fuerit conueniens. Quæst. XXV.

QVAERETVR quare prudentes oratę a fatuis non communicauerunt eis de oleo suo, & an conueniens ratio fuit quàm assignarunt, scilicet, ne forte non sufficiat nobis, & vobis.

Aliqui impugnant virgines prudentes, dicentes, quòd ex inuidia fecerint, vt nõ interessent fatuæ huic solennitati nuptiarum.

Dicendum, quòd non stat. Primo ex ratione quã dederunt, quæ non pertinet ad inuidiam, scilicet, ne forte non sufficiat nobis, & vobis.

Secundo quia nõ erat verisimile, quòd inuiderent super tali re, immo maius gaudium esset singulis, cũ plures essent in solennitate.

Tertio quia si inuiderent prudentes fatuis, ita vt nollent eas interesse nuptijs, a fortiori nollent eas secum esse, sed separarent se ab eis quando ibant ad recipiendum sponsum, sed non fecerunt, immo semper manserunt simul: ideo non fecerunt ex inuidia, sed motæ ratione.

Cum autem quæritur an fuit cõueniens ratio hæc, dicendum, quòd sic, quia virgines prudentes etiam tunc nõ multum oleum habebant, quia sponsus fuerat valde moratus, & interim in lampadibus multum oleum consumptum fuerat, propter quod pro seipsis sufficientiam habebant, sed non pro se, & pro alijs, qui iam nihil habebant, vnde si oleum suum communicarent virginibus fatuis, neutris sufficeret: ideo non debuerunt communicare. Et ista ratio tenebat ex duplici radice.

Primo quia non debet quis magis alteri prodesse quàm sibiipsi, & tamen si prudentes communicarent fatuis de oleo deesset eis: ideo non debuerunt communicare.

Secundo ex bono publico nuptiarum: nam si diuideretur oleum prudẽtum in eas, & fatuas, cum paucum esset, neutris sufficeret, & ideo extinguerentur cito lampades omnium, & sic manerent nuptię sine honore. Si autem retinerent prudentes oleum suũ, non extinguerentur lampades earum, & illæ saltem celebrarent nuptias illa nocte: ideo melius erat non communicare quàm communicare oleum.

Quare dixerunt prudentes fatuis, ite potius, & emite vobis.
Quæst. XXVI.

QVAERETVR quare dixerunt prudentes fatuis ite potius ad vendentes, & emite vobis.

Aliqui dicunt, quòd prudentes dixerunt hoc illudendo fatuas, quæ non duxerant secum oleum, offerentes eis hoc ridiculum remediũ.

Dicendum, quòd hoc pendet ex eo, quod dictum est precedenti q. putabant enim aliqui, quòd prudentes ex inuidia noluerint communicare de oleo fatuis, & tunc cõsequens erat, quòd illudendo eas tanquam fatuas, mitterent eas ad remedium, quod non erat conueniens, vel quia eas oderant, simularent se bene consulere, cum male consulerent.

Sed dicendum, quòd non stat, quia non responderunt ex inuidia, neque abstraxerunt se a communicatione olei velut inuidentes, vt præcedenti quæst. dictum est: ideo neque nunc responderunt, & consuluerunt istud velut illudentes, aut odio habentes illas, sed fuit, quia nullum aliud remedium videbatur possibile, non enim habebant oleum, quia (vt illæ dixerunt) lampades nostræ extinguuntur, prudentes autem dare noluerant propter causam dictam superat igitur, vt sine lumine sponsum reciperent, aut ad vendentes pro oleo irent, sed sine lumine recipere sponsum turpe erat, & fatuitatem ostendebat: ideo hoc solum relinquebatur, quòd ad vendentes irent, vnde hoc suaserunt eis prudentes.

Quomo-

Quomodo fatuæ virgines ire voluerunt ad vendentes oleum cum esset inconueniens. Et quare potius non redibant in domos proprias quàm irent ad emendum oleum.
Quæst. XXVII. A

QVAERITVR quomodo fatuæ virgines ire voluerunt ad vendentes oleum, quia erat inconueniens: nam interim sponsus veniret sicut factum est, & non possent ipsę introite ad nuptias.

Aliqui dicunt, quòd fatuę virgines hoc elegerunt, & non est mirum, quia fatuę erant, & sicut se habuerunt imprudenter nõ ferendo secum oleum ad abundantiam intus, & nunc insipienter fecerunt euntes ad vendentes.

Dicendum, quòd non fecerunt imprudenter fatuę virgines in hoc: nam cum neque oleum haberent, & ab alijs virginibus habere non possent, necesse erat, quòd aut sine lumine sponsum reciperent, aut pro oleo ad vendentes irent, aut si vellent reuerterentur in proprias domos nulla re facta, sed sine lumine recipere sponsum erat turpe, vt dictum est præcedenti quæstio. quia per hoc suam fatuitatem ostenderent, cum aliæ irent cum lampadibus, ipsæ vero sine lumine: ideo elegerunt redire ad vendentes, vt emerent oleum. B

Cum autem obijcitur, quòd interim sponsus intrauit domum nuptialem, quod erat inconueniens. Dicendum vno modo, quòd etiam si intrauerit, nõ erat tamen certum, quòd intraturus esset, quia poterat esse, quòd aliquantulum moraretur sponsus, vel virgines fatuæ velociter irent, ita vt antequã intraret sponsus redirent illę, & intrarent cum eo. Accidit autem, quòd spõsus cito venit, & introiuit antequam reuerterentur illę, quia tamen non erat certum, quòd sponsus intraturus esset antequàm illæ redirent cautius erat ire quàm non ire, licet satis timeretur, quòd prius sponsus intraret, quàm illæ redirent, sicut factum est. Et ratio est, quia in agentibus secundum prudentiam bonum eligitur, & quãdo non est, quod eligatur, nisi quod aliquo modo est malum, vel inconueniens, minus malum accipitur pro bono. Cum autem sunt aliqua duo æqualia mala, si vnum est certum, & aliud dubium, quod dubium est, minus malum est, & illud debet eligere prudens, & tamen nunc si non irẽt ad vendentes certum erat, quòd sponsum sine lumine reciperent, quod malum certum erat. Si autem irent ad vendentes, dubium erat an redirent antequã sponsus intraret ad nuptias, & poterat esse, quòd prius redirent. Ideo prudenter agebant, eligendo potius ire quàm non ire ad vendentes. C

Secundo, & principaliter, quia dato, quòd scirent se nõ posse redire ante sponsi aduentum, nesciebant an statim ille clausurus esset portam nuptiarum, & dato, quod scirent eam claudendam nesciebant, quòd non aperturus esset redeuntibus, immo potius credebant verisimiliter, quòd eis aperiret, cum venirẽt ad honorandum nuptias, & ideo cautius erat ire ad ementes quàm non ire.

Sed dicebatur, quare non redibant virgines istæ fatuæ in domos proprias potius quàm irent ad emendum oleum.

Dicendum, quòd inconueniens erat reuerti nullo facto: nam ad eundum obuiam sponso venerant, & totam noctem impenderant, quia vsque ad mediam noctem manserant expectando, quòd ergo nunc sine aliqua operatione redirent, inconueniens erat, propter quod non dixerunt eis virgines prudentes, quod reuerterentur ad domos proprias, sed quòd irent ad vendentes, & habito oleo redirent, quia poterat esse, quòd venirent antequam sponsus introiret, & sic non expendissent totam noctem præteritam frustra, & dato, quòd clausa ianua venirent, credebant quòd aperiretur eis, si tamen scirent, quòd non poterant reuerti ante introitum sponsi, & quod postea nõ reciperet eas, sed excluderet, sicut dixit nescio vos, potius debuissent reuerti ad propria.

Quare Christus dixit, quòd dum istæ irent emere oleum venit sponsus, & quæ paratæ erant introierunt cum eo.
Quæst. XXVIII.

QVAERETVR quare Christus dixit, quòd dum istę irent emere oleum venit sponsus, & quæ paratę erant introierunt cum eo.

Dicẽdum, quòd primo fuit, quia ita accidit, narrabat Christus parabolam hanc, & ideo id, quod accidit posuit. Sic autem fuit, quòd statim post clamorem factum virgines fatuæ cum oleum non haberent, iuerunt ad vendentes, vt emerent, & antequam redirent, sponsus qui prope erat venit, & virgines prudentes, quæ paratæ erant, scilicet, quia habebant oleum ad sufficientiam exierunt ei obuiam, & introierunt cum illo ad nuptias, scilicet, vt celebrarent honorem nuptiarum illa nocte.

Secũdo fuit, quia hoc ad intentionem Christi pertinebat. Ipse enim vult significare quosdam recipi, & quosdam excludi a nuptijs ęternis, quia absentes sunt quãdo sponsus venit, ideo cõueniens fuit poni, quòd quędam virgines interim iuerunt ad quærendum oleum, & dum illæ irent venit sponsus, & non intrauerunt nuptias.

Quare clausa est ianua, & quare hoc exprimitur.
Quæst. XXIX. D

QVAERETVR quare clausa est ianua, & quare hoc exprimitur.

Dicendum, quòd primo factum est propter conditionem temporis, nuptię quidem publica festiuitas sunt, & ideo omnibus patent, vt ad honorandũ eas veniant, tamen nunc erat per noctem. Erat enim plusquàm media nox, & illud tẽpus est periculosum propter insidias nocturnas: ideo fecit sponsus claudi portam.

Secundo fuit, quia hoc conueniebat ad intentionem Christi dici portam claudi: nam ad illas nuptias ad quas vocãtur beati, porta aperta est vsque ad diem iudicij, postea vero nulli erit illuc introitus. Et ista fuit causa quare Christus introduxit nuptias, & receptionem, quæ per noctem fieret, vt esset opportunitas dicendi, & clausa est ianua: nam si per diem receptio ista facta fuisset, neque opus esset lampadibus, neque aliquæ irent ad vendentes oleum, sed omnes simul reciperent sponsum, & introirent cum eo, & nulli clauderetur ianua etiam postea venienti.

Quare dicitur, quòd nouissime venerunt virgines reliquæ dicentes, Domine Domine aperi nobis.
Quæst. XXX. E

QVAERETVR quare dicitur, quòd nouissime venerunt virgines reliquæ dicentes, Domine Domine aperi nobis.

Dicendum, quòd fecerunt istæ virgines iuxta id, quod deliberauerant, scilicet, iuerunt ad vendentes, & emerunt oleum, & redierunt habentes sufficientiam pro nocte illa, sed cum redirent, inuenerunt clausam portam, & ita erat contra primam intentionem earum: crediderant enim posse

redire

redire ante introitum ſponſi ad nuptias. Cum ergo F
inuenirent clauſam portam, confidentes, quòd ſponſus aperiri iuberet clamauerunt, Domine Domine aperi nobis, ideſt, nos ad honorandum nuptias venimus, iube ergo nobis aperiri, & dixerunt Domine Domine aperi nobis propter duo.

Primo ad ſignandum, quòd ſæpe clamauerunt, & nunquam eis apertum eſt, & qualibet vice dicebant Domine aperi nobis.

Secundo fuit ad oſtendendum nimietatem deſiderij earum, vt aperiretur illis, & ideo duplicabant verba, ſic enim ad paſſionatos pertinet, quibus non ſatis eſt idem ſemel dicere, ſed pluries, & iō exaggerationibus vtuntur, vel duplicationibus verborum.

Amplius dixit hoc Chriſtus, quia ad ſuum propoſitum pertinebat: nam voluit oſtendere deſiderium G
eorum, qui excluderentur ab æternis nuptijs ad hoc, quòd recipiantur, & non recipientur, licet cum lachrymis, & inſtanter illud petant.

Quare ſponſus reſpondit, amen dico vobis neſcio vos, & an fuit conueniens reſponſio. Quæſt. XXXI.

QVAERETVR quare ſponſus reſpondit, amen dico vobis neſcio vos, & an fuit conueniens reſponſio.

Dicendum, quòd reſpōdebat iuxta clamorem virginum fatuarum, petebant enim illę inſtāter ſibi aperiri, & ad ſuadendum hoc ſponſo dicebant, nos venimus ad honorandum nuptias tuas, & prius hic expectauimus per totam noctem, aperi ergo nobis, ille autem ad earum ſuaſiones reſpondet, amen dico vobis neſcio vos, ideſt, licet omnia hæc dicatis, ego dico vobis in veritate, quòd non cognoſco vos.

Erat autem hoc conuenienter dictum, quia ſponſus iſte fortaſſis non erat de loco iſto, in quo nuptias celebrabat, cum de foris nunc veniſſet, & reciperetur, & ita non agnoſceret habitatores loci, neqùe filias eorum. Vnde virgines iſtas non agnoſceret an eſſent de illis, quę exituræ fuerant ei obuiam, etiam poterat hoc dicere propter conditionem temporis, ſcilicet, cum clauſa eſſet porta, neſciebat an illæ aliquid fraudis occultarent, an aliqui venirent cum eis ad irrumpendum in nuptias, & turbandum eas: ideo conuenienter dicebatur, neſcio vos, ideſt, non agnoſco vnde ſitis, vel ad quid venitis. Etiam hoc dictum eſt ad intentionem Chriſti, quia in nuptijs extremis clamantibus non aperietur. Sed dicetur, neſcio vos.

Ad quid Chriſtus induxit hanc parabolam, & de vero ſenſu eius. Quæſt. XXXII.

QVAERETVR nunc circa ſenſum quem intendit Chriſtus in hac parabola, & ad quid induxit eam.

Nicolaus dicit (vt apparuit ſupra in diuiſione literę) quòd in hoc capitu. Chriſtus deſcribit ipſum iudicium, & quia ſunt tres ſtatus hominum iudicandorum, ideſt, contemplatiuorum, prælatorum, & actiuorum, ideo ponuntur tres parabolæ quaſi in ſingula earum agatur de modo quo ille ſtatus iudicabitur, & ita vult, quòd iſta prima parabola de decem virginibus pertineat ad ſtatum contemplatiuorum, & hoc forte, quia virgines vocantur, & quia ad nuptias celebrandas cum canticis veniunt, & quia in expectatione ſponſi futuri ſemper ſunt, ſicut virgines iſtæ expectabant quando veniret.

Sed dicendum, quòd non ſtat. Primo quia non eſt, verum quòd ponantur hic tres parabolæ, ſed duæ. Nam illud quod infra ponitur, ſcilicet, cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, non eſt parabola, ſed ad literam ſic erit, cum ibi ponatur modus ſtandi in iudicio, & veniendi ad illud.

Secundo quia illud, quod infra ponitur de illo, qui peregre proficiſcens tradidit ſeruis ſuis talenta, nō pertinet ad ſolos prelatos, ſed ad omnes homines, ſingulis enim commodata ſunt aliqua talēta, vt dicetur infra q. 60. & ita nō pertinet illud ad aliquem ſpecialem ſtatum.

Tertio quia hoc, quod hic dicitur de virginibus expectantibus ſponſum non pertinet ſpecialiter ad aliquem ſtatum hominum, ſed ad omnes homines, ponitur tamen ſolum quædam admonitio generalis ad omnes, ſcilicet, quòd vigilent, quod patet, quia in fine parabolæ recitatæ a Chriſto ponitur ex Chriſti verbis, & non ex parabola, vigilate itaque quia neſcitis diem, neque horam, & ideo nihil aliud in hac parabola intendebatur niſi hoc, cum iſtud fuerit poſitum tanquam concluſio.

Quarto quia ſi in his tribus parabolis ageretur de iudicio ſecundum cōditionem trium ſtatuum, oporteret, quòd in qualibet illarum ageretur de modo quo iudicantur illi, qui illius ſtatus ſunt, & tamen in duobus primis non agitur de modo quo aliqui iudicantur, ſed in tertio, & ibi non agitur ſpecialiter de modo quo aliquis ſtatus hominum iudicatur, ſed de H
iudicio omnium bonorum, & malorum, ergo non agitur in his tribus parabolis de his tribus ſtatibus.

Sed dicendum eſt, quòd in præcedenti capitu. egit Chriſtus de quibuſdam præcedentibus iudicium, & etiam de ipſo iudicio, hic autem continuat de ipſo iudicio. Et facit tria, primo ponit quandam conditionem ex parte iudicandorum præcedentem ipſum iudicium.

Secundo ponit modum quo ratio petitur in iudicio. Tertio ponitur modus ſtandi, & veniendi ad ipſum iudicium, & hoc pro diuiſione vera præmitti debuerat in princi. huius cap. ſed hucuſque diſtulimus ad verificandum quod dicitur.

Primum autem quod ponitur hic eſt conditio præcedens iudicium ex parte iudicandorum, & iſta eſt vigilantia, ſcilicet, quod exigitur in omnibus, qui iudicandi ſunt ad hoc, quòd apti ſint ad illum diē, quòd vigilent, quia nihil eſt per quod magis diſponantur ad I
expectadum ſecure illum diem, & ad hoc poſuit hic iſtam parabolam de decem virginibus, tota enim ipſa ad vigilātiam pertinet, & ideo in fine eius, vt dictum eſt, Chriſtus ad vigilantiā hortatur, quaſi illud ſit concluſio omnium dictorum.

Secundum autem eſt modus quo ratio petitur, & hoc cōuenienter ponitur: nam in parabola iſta ponitur de virginibus expectantibus ſponſum, & iſte ſpōſus eſt, qui rationem petiturus eſt, & iudicaturus. Ideo poſtquàm dicitur quomodo ſponſus expectatus venit, ponitur quomodo exigit rationem in iudicio ab K
omnibus hominibus de eis, quæ illis commiſit, quod per talenta data ſeruis intelligitur.

Tertium eſt modus veniendi, & ſtandi in iudicio, & conſummandi iudicium, in quo ponitur qualiter veniet Chriſtus ad iudicandum, & qualiter ſtabunt omnes iudicandi, ſcilicet, quidam ad dexteram, alij ad ſiniſtram, & poſtea ponitur ſententia, quę proferetur tam pro eis, qui ſunt in dextera, quàm contra eos, qui ſunt in ſiniſtra, & quia hoc eſt vltimum, debuit poni vltimo loco, maxime quia ibi ponitur executio virtuſque ſententiæ, & poſt executionem nihil ſupereſt. Ideo vltimo ponitur illud in quo completur tota Chriſti narratio, & ſtatim tranſitur ad eius narrationem. Iſta autem eſt vera diuiſio huius ca.

Qua-

Quare hic quædam ponuntur hortantia ad vigilandum. Quæſt. XXXIII.

SED quæretur cum precedenti cap. fuerunt poſitæ parabolæ hortantes ad vigilantiam, quare ponitur hic alia.

Dicendum, quòd inter ea, quæ ponuntur hic, & precedenti cap. nulla diſtantia eſt, vt dictum fuit ſupra q. 1. ſed continuato ſermone omnia illa, & iſta Chriſtus dixit. Et ideo quòd ibi dixerit de vigilātia, & etiam hic, non eſt pluſquam ſi in eodem cap. vtrunque poſitum fuerit: nam etiam præcedenti cap. duæ parabolæ hortantes ad vigilantiā poſitæ fuerunt, ita & nunc alia ponenda fuit de decem virginibus, & conuenienter, quia iſta addit ad illas, & differt. Et iſto modo poſuit præcedenti cap. duas parabolas de vigilantia: nam prima erat de patrefamilias vigilante ne fur ſuffodiat domum eius, & capiat omnia, alia erat de ſeruo diſpenſatore conſtituto a patrefamilias ſuper familiam ſuam, & vigilanter miniſtrante donec veniat dominus, ita & nunc iſta differt a duabus prædictis. Et conueniens eſt hanc vigilantiam ſub diuerſis parabolis cōmendari, quia cū nunc nihil magis neceſſarium ſit quàm vigilantia, non ſufficit ſemel hortari, ſed ſæpe oporter illud dici, vt infigatur in mentibus, & quia vitium eſſet idem per eadem verba repetere, ponitur hortatio ad eandem rem per diuerſas parabolas.

Secundo fit hoc ad magis ſuadendum, quia dum eadem res diuerſimode concipitur magis mouet, quia quoſdam mouet ſub vna ratione, alios vero ſub alia, & ſic parabolæ ponuntur hic tres ad vigilantiam ſub diuerſis conditionibus.

Differt autem primo iſta parabola a prędictis, quia in illis hortantur homines ad vigilantiam velut manentes, & expectantes, hic autem, vt exeuntes, quia hic virgines vigilabant, vt exirent obuiam ſponſo.

Secundo quia in illis vigilant, vt malum caueant, ſcilicet, vt fur non ſuffodiat domum, & vt mala cogitatio non ſubintret, per quam ſeruus incipiat male adminiſtrare percutiendo ſeruos, & ancillas. Hic autem vigilant, vt bonum habeant, ſcilicet, vt ſponſo occurrant, & intrent cum illo ad nuptias, & ſunt iſti duo modi ſuadendi conuenientes, quia quidam homines vigilant, vt malum caueant, alij vt bonum acquirant.

Tertio quia per iſtam parabolam magis immediate, & quaſi vltimo ſecundum conditionem temporis ſignatur bonum in quod homines tendunt, totum enim bonum quod agimus, & malum quod cauemus ob hoc eſt, vt perueniamus ad beatitudinem, quæ eſt in viſione ſpōſi. Iſta aūt quaſi expreſſe fuit deſignata in hac parabola. Nam ponitur de virginibus recipientibus ſpōſum, & intrantibus cum eo ad nuptias, & tamen nuptiæ ſponſi ſunt vltimum bonum, in præcedentibus autem parabolis fuit expreſſum aliquid horum. Ideo conuenienter iſta poſita fuit poſt illas.

Bonū agimus, malū cauemus, vt ad beatitudinē perueniamus.

Quarto, & principaliter fuit ad oſtendendum cauſam vigilandi. Nam in præcedentibus parabolis oſtēdebatur vigilandum eſſe, quia neſciebatur dies, & hora, qua venturus eſſet latro, vel dominus, & principaliter, quia ignorabatur dies. Hic autem ſpecialiter ſuadetur vigilare, quia neſcitur hora, & patet, quia præcedenti capitulo, in prima parabola paterfamilias neſciebat quando venturus ſit fur, ſcilicet, neque qua die, & conſequenter neque qua hora. Hic autem virgines ſciebant qua die venturus eſſet ſponſus, quia in ipſa die venturus erat, & tamē neſciebant qua hora noctis: ideo vigilabant, & ideo con-

A cluditur hic in fine literæ, vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam, quaſi dicat, ſupra neſciebatis diem, hic autem neque horam, ſatis etiam eſſet ſi poſſetis ſcire diem, & ideo ſtrictius vigilandum eſt, & innuit, quòd magna vigilantia neceſſaria ſit. Nam ſi in illa nocte ſcientibus virginibus venturum eſſe ſponſum, & expectantibus eum, adhuc quædam non bene vigilauerunt, quanto magis nobis cauendum eſt, ne rapiamur ſomno, cum neſciamus diem, neque horam? nam ſi decipi potuerunt illę, quę diem ſcientes horam ignorabant, poterunt a fortiori decipi, qui neque diem neq; horam, & poteritis magis decipi.

B Quinto quia in qualibet harum parabolarum ponitur id, quod expectatur ſub alia, & alia ratione, ſcilicet, in prima, vt fur ſuffodiens, in 2. vt dominus exacturus rationem, in iſta 3. vt ſponſus venturus ad nuptias, & ita non coincidunt parabolę.

Sexto, & principaliter, quia in iſta parabola non ſolum ſuadetur vigilandum eſſe, ſed etiam ponitur conditio vigilantium, & diſpoſitio ipſorum, eo quòd vigilare ſi ſolum ſit non ſufficit, ira apparet hic de virginibus decem. Nam omnes dormiebant quādo clamor factus eſt, & omnes euigilauerunt facto clamore antequam veniret ſponſus, & tamen quædam, quia habebant ſecum oleum, & lampades introierunt cum ipſo ad nuptias, aliæ vero, quia oleum C
non habebār, quod pertinebat ad neceſſariam diſpoſitionem, non introierunt, ſed dum illæ irent emere introiuit ſponſus, & tamen in præcedentibus non ponebatur niſi vigilantia.

Septimo quia hic additur differentia eorum, qui Chriſto venienti occurrunt, cū quędam dicantur virgines prudentes, alię virgines fatuæ, & oſtenditur, quę dicuntur fatuæ virgines, & quæ prudentes, & hoc ſupra poſitum non fuerat.

Octauo quia determinatur certum tempus veniēdi, in quo qui non venerit non recipietur ad beatitudinem, etiam ſi vniuerſam diſpoſitionem habuerit, cum dicatur, quòd virgines prudentes veniente ſpōſo introierunt cum eo, quia oleum habuerunt in lampadibus, fatuæ autem, quia tunc oleum non habebant non occurrerunt ſponſo, ſed iuerunt ad emendum illud, & cum redirent iam habentes oleum non receptæ ſunt, quia clauſa erat eis ianua, & ſic non ſolum neceſſe erat habere diſpoſitionem ad recipiendū D
ſponſum, ſed etiam, quòd illam in hora certa haberent, ſcilicet, tunc cum veniret ſponſus.

Quod eſt tempus quod deſignat tunc. Quæſt. XXXIIII.

QVAERETVR cum dicatur tunc ſimile erit regnum cęlorum, quod eſt iſtud tempus, quod deſignatur per tunc. Dicendum, ꝙ refertur hoc ad præcedentia, in quibus dictum erat de patrefamil. vigilante, & de ſeruo vigi-
E lante quando veniat dominus eius: vtraque enim vigilia ad aduentum pertinet, & iſte aduentus tam furis quàm domini eſt aduentus Chriſti, quia præcedenti capitu. poſtquàm dictum eſt, quòd ſi ſciret paterfami. qua hora fur veniret vigilaret, ſequitur, & vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt, aduentus autem filij hominis, ideſt, Chriſti eſt duplex in præſenti, vnus eſt ad mortem, alius eſt ad iudicium, vt declaratum eſt præcedenti capitu. quæſtio. 248. Et de hoc intelligitur litera iſta, ſcilicet, tunc ſimile erit regnum cęlorum, ideſt, in aduentu Chriſti tam ad mortem quàm ad iudicium ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, &

hoc

hoc patet, quia in parabola ista agitur de virginibus occurrentibus sponso, quarum quædam sunt paratæ, & aliæ non: nam tam in morte quàm iudicio illi, qui fuerint parati introibunt, & quicunque paratus non fuerit, non recipietur.

Sed considerandum, quòd qui in morte fuerint parati, in die iudicij inuenientur parati: nam post mortem non mutatur status, vsque ad diem enim mortis variatur, & variari potest quotidie status noster, sed post mortem non, quia qualis quisque hinc decesserit, talis manebit, & ideo qui in morte occurrerit paratus Christo venienti ad iudicandum eum, occurret paratus in die iudicij, quia rapietur obuiam ei in aera. 1. Thessa. 4. cap. & è contrario, qui non fuerit paratus in die mortis, non poterit esse paratus in die iudicij, propter quod istud tunc magis refertur ad diem mortis, quàm ad diem iudicij, licet de vtroque est verum.

Quid vocatur hic regnum cœlorum. Quæst. XXXV.

QVAERITVR cum simile regnum cœlorum dicatur, quid vocatur hic regnum cœlorum.

Dicendum, quòd regnum cœlorum multis modis dicitur, scilicet, quatuor vel quinque, vt dictum est supra 10. capitu. quęstio. 52. & tamen dicendum, quòd hic non potest accipi nisi pro vno de duobus modis. Nam planum est, quòd non accipiatur pro Christo, neque pro intellectu sacræ scripturæ, sed aut pro Ecclesia militanti, aut triumphanti accipietur, & verum est, quòd regnum cœlorum secundum propriam significationem pro vita æterna accipitur, sicut dicitur supra 5. cap. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, ideſt, paradisus. Et ideo vbicunque ponatur, deberet sic accipi, nisi sensus literę obuiet.

Dicunt ergo aliqui, quòd ita hic accipitur pro vita æterna, quæ tunc assimilabitur decem virginibus.

Sed obijcietur, quòd non stet, quia hic ponuntur quinque virgines prudentes, & quinque fatuæ, & tamen in vita æterna nullus fatuus est: ideo non accipitur sic.

Secundo quia omnes istę virgines exire volunt obuiam sponso venienti, sed qui est in vita æterna iam nunquam exit obuiam Christo, sed eum semper præsentem habet.

Tertio quia ponitur in virginibus istis solicitudo quædam vigilandi, & passiones accedentes contra intentionem earum, scilicet, dormire, & dormitare, & tamen in vita æterna neque solicitudines, neque passiones sunt, ideo secundum hęc non potest regnū cęlorum esse simile istis decem virginibus.

Quarto quia ponitur, quòd quædam virgines excluſę fuerunt, sed postquàm quis est in vita æterna nūquam excluditur de illa: ideo non intelligitur de vita æterna.

Dicendum ergo videtur, quòd regnum cœlorum accipiatur hic pro Ecclesia militanti, hæc enim vocatur regnum cœlorum, sic enim accipit Greg. in expositione huius literæ, scilicet, sępe in sacro eloquio regnum cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur. Iuxta illud, mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & tamen in illo regno beatitudinis, vbi pax summa est, scandala inueniri non poterunt, quæ colligantur. Et tunc est sensus, simile est regnum cœlorum decem virginibus, ideſt, talis erit tunc status Ecclesię militantis, qualis erat habitudo illarum decem virginum, scilicet, quòd sicut inter illas fuerunt quædam fatuæ, & quędam prudentes, & quędam receptę sunt ad nuptias, & quędam non, ita in Ecclesia militanti in tempore mortis, aut iudicij quidam prudentes erunt, quia de se bonam rationem Deo reddent, & admittentur ad vitam æternam. Alij vero non poterunt rationem reddere, & ideo non recipientur ad vitam æternam.

Sciendum tamen, quòd si accipiatur tunc pro aduentu Christi ad mortem, est sensus, quòd regnum cœlorum sit Ecclesia militans: nam vocatur Ecclesia militans status hominum, qui in ea manent, & quia in morte quilibet est adhuc de militanti Ecclesia, & non de triumphanti, accipietur regnum cœlorum pro Ecclesia militante. Si autem accipiatur tunc pro aduentu ad iudicium, non potest proprie accipi pro Ecclesia militanti, quia non sunt de Ecclesia militanti homines post mortem, & tamen tunc omnes erunt mortui, & postea resurgentes. Ideo non manebit tunc Ecclesia militans, neque etiam proprie erit Ecclesia triumphans, quia accipitur ibi pro omnibus iudicandis, quorum quidam saluabuntur, alij condemnabuntur, & tamen pertinentes ad triumphantem Ecclesiam non possunt damnari, quia iam salui sunt.

Sed obijcietur, quòd non bene dicatur regnum cęlorum Ecclesia militans, neque triumphans, quia hic agitur de omnibus iudicādis, quorum quidam damnabuntur, alij saluabuntur, & illorum quidem sunt fideles, alij infideles, & tamen infideles non sunt de Ecclesia. Ideo non sunt de Ecclesia triumphanti, neque militanti.

Dicendum, quòd verum est: nam in parabola ista non ponitur similitudo nisi illorum, qui aliquando sunt in Ecclesia militanti, & ita sunt fideles, de infidelibus autem nihil agitur, & patet, quia dicitur hic de omnibus istis virginibus, quòd erant expectantes sponsum quando veniret, vt eum reciperent, sponsus autem est Christus, qui venturus est ad iudicandum, siue in morte, siue in extremo iudicio, & hunc non cognoscunt neque vēturum credunt, nisi qui fideles sunt: ideo de solis fidelibus dicitur.

Causa autem quare de infidelibus nihil dicitur, est quia hic ponitur comparatio virginum fatuarum, & prudentum, quæ quidem omnes recipi possunt ad vitam æternam, & iam de illis diffinitum est, quòd non ibunt illuc, vt dicitur Ioan. 3. capitu. qui non credit iam iudicatus est, ideſt, non iudicabitur post hoc, quia certa est sententia eius, etiam isti non volunt recipi, quia cum non credant non desiderant, quę non credunt.

Est tamen adhuc dicendum, quòd potest accipi hic regnum cœlorum pro vita æterna, & est sensus, quòd status vitę æternæ, aut paradisi erit tunc similis decem virginibus, scilicet, quia quædam erant fatuę, & quædam prudentes, & sicut fatuæ non introierunt hic in nuptias, quia non erant paratæ, ita in vitam æternam non recipientur, qui non reddiderint rationem in morte de factis, & sicut prudentes virgines, quia tunc paratę erant introierunt ad nuptias, ita in morte, qui rationem conuenientem, aut in die iudicij de factis suis reddiderit, admittetur ad vitam æternam.

Argumenta autem in contrarium non obstant, quia non præsupponitur, quòd significati per virgines istas erūt in vita æterna, siue Ecclesia triumphanti, aut quòd conditiones earum erunt ibi, sed respectu earum taliter se habebit vita æterna ad recipiendum, sicut spōsus veniens ad nuptias se habuit respectu virginum istarum fatuarum, & prudentum, quia quasdā recepit, & quasdam non, & tunc accipietur regnum cœlo-

cœlorum proprie pro vita æterna, & erit etiam generale hoc quantū ad oēs tam fideles quā infideles, quia quidā illorū admittentur ad vitā æternā, alij vero non.

Quid signauit Christus hic per has virgines, & quare virgines vocentur. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR quid signauit hic Christus per istas virgines, & quare vocantur virgines.

Aliqui dicunt, quòd intelligitur de virginibus, quæ istum titulum virginitatis habent: nam illis taliter accidet circa vitam æternā, qualiter hic dicitur, scilicet, quòd aliquæ recipientur, & aliquæ excludentur. Sed dicēdum, quòd non stat. Primo quia si de illis intelligeretur, non poneretur tam paruus numerus, multò plures enim virgines in Ecclesia sunt. Sed aliquis diceret, quòd licet multę virgines in Ecclesia esse videantur, tamen nō sunt omnes virgines, quia aliquæ videntur, & non sunt. Dicendum, quòd falsum est, quia multo plures iam Ecclesia canonizauit in virgines sanctas quàm quinque.

Secundo patet, quia si de illis intelligeretur nō poneret Christus quasdam esse fatuas, & alias virgines prudentes, & potissime, quia tot ponit malas virgines quot bonas, & cum hoc non cōstat, scilicet, an plures malę quàm bonę, vel è contrario, & specialiter, quia paucas bonas, & paucas malas posuit, multo enim plures de vtrisque erunt.

Dicendum ergo, quòd per virgines istas putant aliqui solos contemplatiuos intelligi, & sic accipit Nicolaus dicens, quòd virginitas, quæ tenet supremum gradum in virtute castitatis, signat contemplatiuam vitam, quia castitas eleuat mentem a carnalibus, & sic disponit intellectum ad contemplationem veritatis, sicut è contrario luxuria deprimit mentem, & facit hebetudinem intellectus, & reddit hominem quasi bestialem.

Sed dicendum, quòd non stat, quia in ista parabola non intelliguntur soli contemplatiui, sed omnes homines cuiuscunque status, vt ostensum est supra quæst. 33.

Est igitur asserendum istam parabolam intelligi de omnibus hominibus fidelibus, & omnes vocari hic virgines, vel saltem intelligi sub nomine virginū harū. Et patet primo, quia ista parabola ponitur ad suadendum vigilare, cum dicatur in fine, vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam, sed vigilare nō pertinet ad solas virgines, neque ad solos contēplatiuos, sed ad omnes homines. Ideo de omnibus intelligitur.

Secundo quia dicitur hic, simile est regnum cœlorum decem virginibus, & ideo non est sensus, quòd istud, quòd accidet in die iudicij erit in decem virginibus, sed erit simile ei quod accidit decem virginibus, siue ergo isti sint multi, siue pauci, & quicunque sint, verum est, quòd regnum cęlorum se habebit ad illos, sicut in isto exemplo se habuit festiuitas nuptialis ad decē virgines has, & quia omnibus hominibus istud euenit, scilicet, quòd recipiantur quidam illorum, & excludantur alij a vita æterna, conuenit omnibus ista similitudo decem virginum.

Tertio patet, quia idem tenet Hieronymus super Mat. scilicet, similitudinem autem decem virginum fatuarum, atque prudētum quidam simpliciter interpretantur in virginibus, quarum aliæ iuxta Apostolū in corpore, & mente sunt virgines, aliæ virginitatem corporis seruantes cætera opera non habent, vel parentum custodia reseruatæ nihilominus mente nupserunt, sed mihi videtur ex superioribus alius sensus esse, qui dicitur, & non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus hanc comparationem pertinere. Augustinus quoque dicit, non videtur mihi ista parabola ad eas solas pertinere, quæ propria, & excellentiori sanctitate virgines in Ecclesia nominantur, quas vsitatiori vocabulo sanctimoniales appellare cōsueuimus. Sed nisi fallor similitudo hæc ad vniuersam ecclesiam pertinet, quia & si illas solas intelligeremus, quæ sanctimoniales appellantur, nunquid decem sunt? absit vt virginum tanta multitudo ad tam exiguum numerum reuocetur, & concludit postea, intelligamus charissimi ad omnes nos, ideſt, ad vniuersam Ecclesiam istam pertinere parabolam, non ad solas propositas de quibus locuti sumus, neque ad solas plebes, sed prorsus ad omnes.

Quare fideles homines virgines sic appellentur a Christo. Quæst. XXXVII.

SED quæretur cum ista parabola intelligatur de omnibus hominibus saltem de fidelibus, quare hic appellantur virgines, cum hoc sit nomē speciale cuiusdam excellentiæ, quæ in paucis inuenitur.

Aliqui dicunt hoc dici, quia hic non accipiuntur quicunque homines, sed soli fideles, & qui bona opera aliqua saltem foris ostendunt. Fides autem cum virginitate conuenit, quia per fidem abstinemus ab immunditia idolorum, cum quibus fornicari dicuntur colentes ea. Bona etiam opera ad virginitatem pertinent, quia qui bonum facit abstinet a malis, sicut virgo ab omni carnali inquinamēto munda est, sic dicit Origenes super Matth. tale est verbum Dei, vt de sua munditia accommodet omnibus, qui per suam doctrinam recesserunt ab idolorum cultura, accesserunt autem per Christum ad Dei culturam. Ideo sensus est oēs, qui receperunt verbum Dei virgines sunt, & Augustinus dicit, omnes istę decem virgines sunt non qualescunque, sed quæ habent catholicam fidem, & habere videntur bona opera in Ecclesia Dei.

Alij dicunt omnes fideles vocari virgines, quia sicut virgo munda est, ita omnes per sanguinem Christi purificati sunt. Sic patet ad Ephe. 5. capitu. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam nō habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata, & ob hoc ipse Apostolus solet nos vocare virgines 2. Corin. 11. cap. despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

Sed obijcietur, quòd tunc non deberent vocari hic virgines, quia vnica virgo est, sicut Apostolus vocat omnes vnam virginem.

Dicendum, quòd recte possunt vocari fideles virgines propter rationem dictam, & tamen differt, quia aliquando accipiuntur fideles sub nomine Ecclesiæ, quæ vna est, licet multos sub se habeat, aliquando autem sub nomine priuatorum, si primo modo, quia Ecclesia vna est, & omnes fideles sunt vna Ecclesia, & ideo vocantur omnes vna virgo, & sic dicit Apostolus 2. Corin. 11. dispondi vos, scilicet, vos omnes virginem castam exhibere Christo, ideſt, vos omnes dare, vt vnam virginem, scilicet, quòd omnes sitis vna virgo.

Cum autem secundo modo accipiuntur non vocantur virgo, sed virgines, & quia hic agitur de fidelibus, vt de singularibus personis, scilicet, inquantum quidam sunt boni, & alij mali, & differunt inter se, & non sub ratione vnius communitatis, non poterant vocari virgo, sed virgines.

Alij

Alij dicunt, quòd vocãtur virgines ad incutiẽdum maiorem timorem, vt non putet aliquis, quòd in iudicio liberabitur a pœnis, etiã si virginitatem, vel aliã excellentiam habuerit, si mala opera habuerit, vel si non habuerit opera bona, & cõuenienter hoc signatur, quia virginitas magna excellentia est, sic dicit Chryso. scilicet, ideo ponit hanc parabolam in virginum persona, vt ostendatur, quòd licet virginitas magnum quid sit, tamen si ab operibus misericordiæ sit deserta, cum adulteris foras eijcietur.

Sed dicendum, quòd frustra est quærere, quare fideles, vel omnes, qui in hac parabola signantur vocãtur virgines, quia non vocantur virgines: nam hic nõ dicitur, quòd isti, qui vigilare admonentur sunt decẽ virgines, sed quòd simile est regnum cœlorũ decem virginibus, ergo illi, qui iudicabuntur in morte, vel in die iudicij sunt similes decẽ virginibus, quia eueniet eis, sicut euenit decem virginibus cum sponso, & ita quia fideles non vocantur virgines hic non oportet quęri quare vocantur virgines.

Quare homines virginibus comparentur.
Quæst. XXXVIII.

Sed quæretur quare comparantur virginibus. Dici potest sicut dictum est prędcedenti q. quòd ad ostendendum nullam excellentiam prodesse homini in morte, aut in die iudicij, si bona opera non habeat, factum est. Nam inter excellentias magna est virginitas, vt Chryso. ait.

Sed aliter dicendum est, & melius, quòd fuit hoc non propter similitudinem quam habeant virgines ad illos, qui iudicabuntur, sed quia istud factũ in quo conueniunt, qui iudicantur est virginum: nam intentio Christi ad comparandum est, quòd sicut istę mulieres omnes occurrere volebant sponso, sed non receptæ fuerunt omnes ad nuptias, sed solę illæ, quæ paratę erant, ita in iudicandis, qui fuerunt parati recipiẽtur ad vitam ęternam, qui vero non fuerunt parati non intrabunt, & tamẽ iste occursus erat virginum, & nõ aliarum, ideo in parabola nominauit virgines, & non vocantur hic virgines, quæ integritatem carnis habent, sed illæ, quæ innuptę sunt, omnes enim innuptas, licet sint corruptę virgines vocamus in scriptura, sicut dictum est supra, & quia iste occursus pertinebat ad innuptas, & puellas, non autem ad matronas, quia illę non cantant ex leuitate sicut puellę, dixit Christus istas esse virgines, & tameu nihil plus est, quantum ad intentionem Christi, quòd illas virgines vocemus, quàm quòd pueros, aut viros. Nam si viris hoc conueniret, quòd in occursum irent sponso cum lampadibus, & lumine, & quidam reciperentur, & quidam non, poneretur parabola de illis, & tamen non erat hoc officium virorum, sed puellarum cantantium: ideo de virginibus dixit, & non de pueris, aut viris.

Quare specialiter Christus dixerit virgines has esse decem.
Quæst. XXXIX.

Quaeretur quare specialiter dixit virgines istas esse decem.

Dicẽdum, quòd quidam putant istam parabolam esse valde difficilem, & hoc propter multas particulas, quarum applicatio non est facilis, sic dicit Augu. inter multas parabolas a Domino dictas, solet quærentes ista mouere, quæ de decem virginibus posita est, sed quomodo partibus eius omnibus conueniat expositio id elaborandum est, & postea ait, nihilque in vnã partem dicatur, quod impediat aliam, magna F cautio est adhibenda. Sed dicendum, quòd in expositionibus parabolarum non oportet singulas partes esse significatiuas, sed solum illas, quę faciunt ad intentionem vtentis parabola, & tamen non propter hoc sunt cęterę partes superuacuę, sed necessarię, & ponunt doctores exemplum communiter, in aratro enim solus vomer, vel caput aratri terram scindit, quod est arare, & tamen omnes alię partes aratri sunt necessarię, quia illis deficientibus non aratur, ita & in parabolis, quędam partes ponuntur ad principaliter significandum id ad quod applicatur intentio vtẽtis parabola, aliæ ponuntur ad reddendam narrationem verisimilem, & completam, & ad pulchritudinẽ eius. in quibusdam autem parabolis ablatis partibus non G significatiuis non erit narratio parabolica verisimilis: ideo ponuntur multę particulę, & non oportet omnes applicare neque omnium rationem dare.

Ita autem est in prędenti, quòd quantum ad intentionem Christi non plus est, quòd sint decem virgines quàm viginti, aut mille: nam id ad quod inducitur parabola non pertinet ad rationem numeri, sed solum, quòd sicut istarum virginum quædam receptę fuerunt, & aliæ non ad nuptias, quia erant quędã paratę, & alię non, ita iudicandorum quidam recipiẽtur ad vitam ęternam, & alij non, quòd vero decem, aut plures fuerint virgines, nihil ad hoc facit, immo dicendum, quòd non poneretur numerus determinatus harum virginum, sed quot erant virgines, nisi H quia diuidit eas, vt quasdam dicat fatuas, alias prudentes, & quasdam receptas, alias non.

Aliter potest dici, quòd quantum ad rationem significationis dicãtur potius decem quàm in alio numero, quòd signantur per hoc quinque sensus, & isti cum geminantur efficiuntur decẽ, & necesse est eos geminari, vt boni, & mali sensus intelligantur, sic dicit Grego. in homilia, scilicet, in quinque sensibus corporis vnusquisque subsistit, geminatus autẽ quinarius denarium perficit.

Alij dicunt, quòd ponitur denarius, eo quòd est primus articulus, vel limes numerorum, vnde numeri sequentes componuntur ex denario pluries sumpto, & ideo aliqui Philosophi dixerũt, quòd numeri non procedunt in infinitum, sed solum vsque ad decem, vt dicitur 2. physi. & ideo denarius numerus signat vniuersitatem, sic Nicolaus dicit, & ipse vult signari vniuersitatem contemplatiuorum, & quia tamen non signantur hic soli contemplatiui, vt ostensum est supra q. 33. & 38. signabitur vniuersitas omnium fidelium, vel omnium hominum.

Quis est hic sponsus, & sponsa cui obuiam exierunt virgines.
Quæst. XL.

Quaeretur cum dicatur, quòd istę virgines exierunt obuiam sponso, quis est hic sponsus.

Dicendũ, quòd in parabola accipitur sponK sus, quia istę virgines occurrebant sponso ad recipiẽdum eum, & tamen quantum ad intentionem parabolę nõ oportet, quòd ponatur aliquis sponsus, quia non pertinet ille ad parabolam, vt sponsus, sed vt homo excludens quasdam virgines a nuptijs, & alias recipiens, & si iste cui occurrebatur esset alius quàm sponsus, eadem semper significatio maneret.

Dicendum tamen, quod satis conuenit ad intentionem parabolæ, quòd ponatur sponsus, est enim Christus iste sponsus, qui desponsat nos sibi, & ille est cui nos obuiam procedimus, & ipse est, qui excludit quosdam a vita ęterna, & alios recipit.

Item patet, quia omnes, qui recipiuntur ad vitam ęternã recipiuntur ad nuptias, sic accipitur Apoc. 19. cap.

cap. beati qui ad cœnam agni nuptiarum vocati sunt. A & ista vocatio est deductio in vitam æternam.

Quæ est hæc sponsa, quia dicitur in litera exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quæst. XLI.

Sed quęretur quæ est hæc sponsa, quia dr̃ in litera exierunt obuiam sponso & sponsæ. Dicendum q̃ cũ sponsus ponatur hic Christus, non potest poni spõsa eius, nisi Ecclesia, vel anima cuiuslibet fidelis. De Ecclesia patet 2. Corint. 11. c. desponsaui, virginem castam exhibere Christo, i. tota Ecclesia est vna virgo, quæ est sponsa Christi, & non solum sponsa, sed vxor vel coniunx Christi vocari potest, non ex conditione matrimonij carnalis, sed spiritualis, quod habet spũalem modũ consummationis. & patet hoc ad Gala. 5. c. s. viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiã. & ita comparat viros ad vxores, sicut Christum ad Ecclesiam. & postea de matrimonio loquẽs ait. sacr̃m hoc magnum est, ego aũt dico in Christo & Ecclesia: immo ita dr̃ q̃ matrimonium nostrum assimilatur matrimonio, quod est inter Christum & Ecclesiam. sic inducit Innocẽtius Tertius extra. de biga. c. debitum.

Inter Deũ, & ãam nostram est matrimonium.

De anima cuiuslibet fidelis planum est. nam dicimus illam Christo desponsari in fide. & ita de virginibus dicimus, veni sponsa Christi. sicut enim sponsa debet sponso fidem corporis sui, ita anima nostra debet Christo fidem subiectionis bonæ ad colẽdum eum per omnia. & ita etiam in allegato. capitu. debitum dr̃, q̃ inter Deum & ãam nostrã est matrimonium, & ideo si sponsæ occurrendum esset, oporteret nobisipsis occurrere.

Sed manifestum est, quòd non potest sic accipi, quia istæ virgines occurrentes non sunt sponsa, neque sponsus, sed non omnes per illas virgines signamur, ideo non possumus vocari hic sponsus. Neque etiam potest accipi hic sponsa pro Ecclesia, quia spõsa venit hic cum sponso simul, ideo tam sponsæ quã sponso obuiam exierunt virgines. sed nõ venit Ecclesia cum Christo quasi veniat de cœlo, sed potius de terra in cœlum vadit, & ideo parat se quando veniat pro D illa sponsus suus expectans. sic dicitur Apoca. 19. c. venerunt nuptiæ agni, & vxor eius parauit se. Secundo, quia exeuntes obuiam sponsæ non sunt ipsa spõsa, & tñ nos sumus sponsa, quia sumus Ecclesia, iõ non possumus accipere sponsam pro Ecclesia. Aliqui dñt, q̃ tam sponsus q̃ sponsa est Christus: & ideo cum occurrimus Christo, eximus obuiam sponso & sponsæ. ipse enim quantum ad deitatem est sponsus, quantum ad humanitatem assumptam est sponsa. vnde dr̃ esse matrimonium inter Christum, & humanam naturam. i. inter verbum, quod est persona diuina. sic enim dicit in allegato c. debitum. & Magister 4. sententiarũ dist. 26. & sic dicit hic Hilarius accipiendum, s. spõsus atq; sponsa Dominus noster est in corpore Deus. namque spiritui caro sponsa est. Sed dicendum q̃ non debet assignari in significatione parabolæ aliquid quod sponsæ correspondeat. in parabola autem positum fuit de sponsa, quia ita fuit q̃ sponsus, & sponsa simul de foris venirent, sed in significatione ad nihil facit spõsa: quia illa neminem admittit, aut excludit, in quo consistit significatio parabolæ. Et hoc colligitur, quia de sponsa solũ semel dicitur in parabola, postea vero de sponso sæpe dicitur, & nunquam de sponsa, vt cũ dicitur, moram autem faciente sponso omnes dormitauerunt, & iterum, scilicet, clamor factus est, ecce spõsus venit. & iterum, scilicet, quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias. & illud. s. dum irẽt emere venit sponsus. hoc autem ideo fuit, quia sponsus facie-

bat aliquid ad significationem parabolæ. sponsa autem nihil. si quis tamen velit dicere Christũ sponsum & sponsam non contradicimus.

Quid sit exire obuiam sponso. Quæst. XLII.

Quaeretur quid sit exire obuiam sponso.

Dicendum quòd non eximus obuiam spõso, nisi quando ipse venit. noster autem sponsus qui Christus est dupliciter venit quãtum est ad præsens, scilicet, in morte, & in die iudicij generalis. & vocatur vterque aduentus eius, quia ad iudicandum hominem tunc venit, vt dictum est præced. capit. quæst. 248. his ergo duobus modis ei occurrere B possumus.

De morte dicendum, quòd ei occurrimus inquantum per mortem ad accedendum ad eum disponimur. sicut enim occurrendo sponso absenti videmus eum quem prius non videbamus, ita morien do videre possumus iam Christum, quem prius videre non poteramus, iuxta illud Exo. 33. cap. s. non videbit me homo & viuet, idest, quandiu vixerit nõ videbit me. & Apostolus 2. Corint. 5. cap. quandiu in corpore sumus peregrinamur a Domino, s. nõ videmus eum, sicut peregrini ab eo existentes: omnis ergo homo per hoc, quòd moritur occurrit Christo iudici, & sponso.

De aduentu autem ad iudicium dicendum, q̃ occurremus Christo, quia ipse faciet nos congregari p C angelos suos a quatuor ventis cœli, vt dicitur præcedenti cap. & quia quasi simul veniemus cum ipso ad locum resurrectionis, siue iudicij resurgentiũ, vt ibidem declaratum est, dicemur ei occurrere. nã de bonis manifeste dicitur prima Thessa. 4. c. rapiemur obuiam Christo in aera, & ibi cum eo erimus. mali autẽ saltem deducentur per Angelos in locum iudicij. & hoc erit quoddam occurrere.

Sed aliter potest dici & melius, q̃ occurrere sponso per mortem non est mori, sed id quod ante mortẽ facimus. Et patet primo, quia mori omnium est, & tamen non omnes dicuntur Christo occurrere, quia D infideles non occurrent ei, cum non pertineat ad eos ista parabola, vt dictum est supra q. 36. Secundo, quia occurrere voluntarium est, sed per mortem non occurrimus voluntariè, quia mortem non facimus, sed patimur, ideo non occurrimus sic. Tertio quia occurrere sponso est scientium esse sponsum, & volẽtium habere aliquid a sponso, vel cum illo. sed infideles nesciunt Christum esse sponsum, neque aliquid ab illo volunt, & tamen moriuntur: ideo per mortem nõ occurrimus.

Quarto & precipue, quia inter occursum & aduentum sponsi multum tempus est, cum dicatur hic in litera. moram autem faciente sponso oẽs dormitauerunt. & tñ inter mortem & aduentum spõsi nulla est distantia. ideo non est mors occursus ipse.

Sed pro hoc dicendum, quòd aliud est exire obuiã, E aliud obuiare. exire obuiam & occurrere idem sunt: exit autem ille obuiam, qui vadit vt alium in via inueniat, & ideo quandiu vadit non inuenit: immo postquam inuenit, nunquam vadit obuiam, & hoc est proprie occurrere, idest contra, vel ex opposito currere. obuiare autem est in via inuenire per concursum, ita autem si accipiatur proprie exire obuiam, sicut in litera dicitur, non est ipsa mors, sed quod mortem præcedit. & idem est occurrere, accipiendo obuiare pro concurrere est in ipsa morte. & tunc dicendum, quia totum tempus vitæ nostræ, in quo aliquomodo per operationes nostras disponimur ad inueniendum Christum in morte, est quoddam exire

Universidad de Navarra

obuiam', vel occurrere, & ipsa mors est obuiare, aut concurrere, quia tunc Christum inuenimus, si recte ei obuiam exiuimus, Et tunc stāt oīa supra posita. s. ꝙ exire obuiam vel occurrere sit voluntarium, etiam ꝙ sit in lōga mora, s. quia tota nostra vita est quoddam exire obuiam. Sed dicetur qūo exiemus obuiā Christo venienti ad iudicium, quia ibi non erit voluntarium aliquid, sed deducemur. Dicendum ꝙ sicut iudicium quo iudicatur homo in generali iudicio nō est aliud ab eo quo iudicatur in morte (nam eadem sntia est, & nullo modo variatur) ita occursus quo Christo venienti ad generale iudiciū occurrimus est ille, quo ei occurrimus venienti ad mortem, s. quia occursus iste quandam præparationem nominat, & nulla alia præparatio fit, nec est necessaria ad recipiēdum Christum in iudicio generali, quam illa quæ fit ad recipiēdum eum in morte.

Quæ sunt istæ lampades quas virgines portabant.
Quæst. XLIII.

QVAERETVR cum dicatur, accipientes lāpades suas exierunt obuiam quæ sunt istæ lampades. Dicendum ꝙ non est necesse istā particulam exponi, eo ꝙ sensus parabolæ nō stat nisi in hoc, ꝙ quædam admittūtur, & quædam excluduntur. lampades autem ad narrationem parabolicā pertinent, inquantum virgines exeuntes obuiā ibant per noctem, & lampades ferebant pro lumine. Sed dicendum ꝙ adaptari possunt ad sensum parabolæ. & aliqui dicunt, ꝙ per lampades intelligūtur organa naturalia, ideſt omnes partes nostræ operatiuæ, quia illæ proficiunt ad operationem, sicut lampades ad oleum ferendum. has enim lampades ad Christum ferimus, inquantum ei cum oībus viribus nostris seruire profitemur, & in tota vita nostra sic seruire debemus: quæ tota vita est, vt quoddam occurrere, vt dictum est præced. q. De hoc dicit Origenes super Matth. s. accipiūt enim lampades, i. organa sua naturalia, & egrediūtur de mundo, & de erroribus, & veniunt obuiam Saluatori, qui semper paratus est venire, vt ingrediatur simul cum dignis ad beatam sponsam Ecclesiam. Alij dicunt lampades cōscientiam singulorum esse, nam quemadmodum in lampade oleum cōtinetur, ita in conscientia rectitudo boni, aut deprauatio mali operis. singuli autem lampades ferunt, quia necesse est, vt nobiscum conscientias nostras oīum actuum nostrorum testes feramus. Alij dicunt lampades esse lumen quoddam rationis. sic enim ait Hilarius super Matth. s. lampades autem quas acceperunt splendētium animarum lumen est, quæ sacramento baptismi splēdue runt. Alij dicunt lampades opera nostra esse, & ratio est, quia sicut lampades manibus tenentur, ita opera per manus exercentur. sic dicit Gregor. & August. lib. de verbis Domini. lampades quæ manibus gestantur opera sunt, de quibus dictum est, luceat lux vestra coram hominibus. Dicendum ꝙ omnes isti sensus possunt stare, & ratio est quia cum lampades portentur, tam a fatuis quam prudentibus virginibus, oportet p lampades designari aliquid quod cōe sit omnibus, & ita est quantum ad omnia prædicta. De primo patet, quia organa naturalia ad operandum omnibus cōueniunt, quia non habemus illa ex electione, sed ex natura, & cum his occurrere debemus obuiā Christo, quia vniuersas vires nostras debemus mancipare in obsequium eius, & nunquam licet nobis ꝑ eius cultū vti aliquo organo nostro. Sed obijcietur, ꝙ lampades non signent organa, quia organa quibusdam desunt, vt qui naturaliter orbati sunt. lampades autem sunt oībus cōes. Dicendum ꝙ quilibet habet organa, quia licet quædam organa possint deesse orbatis, natura tñ nulli pñt deesse oīa. non enim posset manere vita cum hoc, & illa quæ manent lampades vocantur. maxime quia non solum organa, i. mēbra corporis sunt lampades, sed & vires interiores organa vocantur, inquantum sunt instrumenta operationis, nulli autem possunt oīa hæc deficere. De secundo patet, quia conscientiam oēs homines habent. nemo enim est qui rationem non habeat, *f*m quam de agibilibus iudicet bene aut male: istā ergo oēs portant, quia ex testimonio huius damnantur, aut absoluuntur. nam cum cōtra conscientiam facimus peccamus ad Rom. 14. ca. s. oē quod non est ex fide peccatum est, i. omne quod facimus contra id, quod credimus dictante nobis conscientia peccatum est. ex his in die iudicij condemnabimur aut absoluemur, *f*m ꝙ in nobis opera ꝓ cōsciē tiam, aut *f*m conscientiam inuenientur ad Ro. 2. ca. s. gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sunt sibi lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus, testimonium reddente illis cōsciētia ipsorum, & inter se cogitationum accusantium, aut etiam defendētium in die qua iudicabit Dominus occulta hominum. De tertio. s. de lumine animæ apparet, qa omnes habēt aliquod lumē animę, & nō accipit Hilarius pro lumine naturali intellectus circa agibilia, qa istud aliquo modo cōuenit cum cōsciētia, sed pro iplēdore quem accipit anima in baptismo. nam accepit ibi characterem, quæ est quædam cōfiguratio Christi. & hoc lumē retinēt animæ, quia character non deletur: & cōuenit etiam istud, quia vt dictum est supra q. 36. non accipitur parabola ista, nisi quantum ad fideles.

De quarto, s. de operibus planum est: omnes enim opera portant in manibus, quia quādiu viuimus semper operamur aliquid, siue bonum, siue malum. & iō necesse est, ꝙ in tota vita ista, quæ est quidam occursus, vel exire obuiam Christo, lampades geramus in manibus, quia semper aliquid facimus quo Christo bene, aut male occurramus, ideſt concurramus cum eo, quia ex concursu iudicabitur, an fuerit bonus, vel malus occursus. Nā si occurrentes recipiamur ab eo, erit bonus occursus, si autem non recipiamur, malus occursus totius vitæ fuit.

Quare dicitur, quòd erant quinque fatuæ, & quinque prudentes. *Quæst. XLIIII.*

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ erant quinque fatuæ, & quinque prudentes, s. quare virgines has in fatuas, & prudentes distinxit: nam cum omnes Christo occurrant, non deberent vocari fatuæ.

Item admirantur quidam, vt Augu. ait libro de verbis Domini. cum virginitatis nomen honorabile sit, quare dicitur communiter de fatuis & prudentibus.

Dicendum quòd cum per virgines istas, vt dictum est supra quæst. 36. signentur omnes homines, saltem omnes fideles, non est inconueniens quasdam virgines fatuas, alias prudentes esse. nam non sunt omnes fideles prudentes, sed quidam fatui, vel insipientes, quia quidam boni, & quidā mali sunt. sicut Christus dixit supra 19. & 20. c. multi sunt vocati, pauci autem electi. ad fidem enim multi vocati sunt & tracti, sed non omnes sunt electi, quia quidam illorum pereūt iuxta illud Psalm. 39. annunciaui, & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum. s. ex annuntiatione verbi Dei multiplicati sunt fideles supra numerū, scilicet saluandorum, ideſt, quia plures crediderunt, quam saluandi essent.

Sed dicendum ꝙ fatui, & prudentes dicuntur qdā fidelium ad similitudinem virginum. vocantur enim virgi-

virgines illæ prudentes, quæ cum exirent obuiā sponso acceperunt secum omnem apparatum necessariū ad apparendum coram eo, & manendum in nuptijs. Fatuæ autem vocantur virgines illę, q̄ cum spōso vellent occurrere, & cum eo intrare ad nuptias, nō sumpserunt secum omnem necessarium apparatum, sed cū lampades sumpsissent, non acceperūt oleum, sine quo lampades non proderant. Similiter autē fideles quosdam prudentes dicimus, qui cum desiderent inuenire Chm̄ in morte, accipiunt secum oīa necessaria. s. vigilāt in operibus bonis, cum quibus corā Christo sine verecundia appareant, & ita ab eo recipiātur. Fatuos aūt quosdam fideles dicimus, qui cum deside rent vitam ęternam, & Christum in morte inuenire, quem tñ sciunt nō posse haberi, nisi per bona opera, non faciunt illa, sed cum mala conscientia, aut malis operibus apparent coram eo, & non recipiūtur ad nuptias vitæ æternę. Ad primum dicendum, ꝙ immo ex eo ꝙ occurrunt, i. ex modo occurrendi fatuæ vocant̄. nam prudentia nō est de fine, sed de ordinatione eorum q̄ ad finem. vnde in hoc ꝙ quis non præstituit sibi finem rectum non vocatur imprudens, sed magis insipiens. & è contrario ex eo, ꝙ quis bonum sibi finē præstituit, & vult tendere in illum, non vocatur prudens, sed sapiens. prudentia aūt & imprudentia est circa media perueniendi. vnde qui rectum finem sibi cō stituit, & post hoc conueniētia media accipit ad perueniendum in illum, dicitur prudens. qui vero constituto recto fine, volens in illum tendere, non q̄rit media conuenientia, aut non vadit per illa, dr̄ imprudens aut fatuus. Nunc vero Christus finis nr̄ est, quia Deus est, & visio sua est vita æterna, quæ est beatitudo. velle occurrere ei, aut ipsum occurrere nō pertinet ad prudentiam, quia pertinet ad constitutionem finis, circa quem non est electio, sed voluntas: & ideo est sapientia. nolle autem Christo occurrere est non hēre Christum pro fine, & hoc est errare in constitutione finis, & pertinet ad insipientiam, & non ad imprudētiam. & ideo infideles potius insipientes quam imprudētes quātum ad hoc appellamus. Sed supposito, ꝙ aliquis vult occurrere Christo, in quem tendit vt in finē, contingit se habere prudenter aut imprudenter, qa nunc non erratur in fine, sed in eis quæ sunt circa finem, & circa quæ est electio. & ideo qui oīa media peruenien di in Christum recte accipit prudens dr̄. qui autē non accipit media conuenientia dr̄ imprudens, & ideo licet oēs fideles exeant obuiam Christo, non dr̄ prudentes, sed quidam sunt prudentes alij fatui, quia qui dam conuenienter occurrunt, alij non cōuenienter. Ad secundum dicendum, ꝙ virginibus competit prudentes & fatuas esse, & hoc tam *f*m parabolam, quā *f*m applicationem. nam in sensu parabolico virgines vocantur omnes puellæ, quæ nondum matrimoniaaliter acceperūt viros, & sunt in statu puellari, siue sint virgines, siue corruptæ, & ideo his ita accidit esse fatuas, i. imprudentes, sicut esse prudentes. quantum ad applicationem a fortiori competit, quia per virgines istas signantur omnes homines, aut saltē fideles omnes, quorum quidam prudentes, alij fatui sunt. maxime quia accipitur respectu Christi, & status spiritualis. aliqui enim qui in secularibus sunt prudentes, circa Christum sunt imprudentissimi, aut insipientes, quod maius est, s. quia nullo modo de illo curant. sic dicitur Luc. 16. ca. filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. sunt ergo coniunctæ virgines prudentes, & fatuæ etiam in occurrendo Christo, quia quādiu viuimus omnes homines, & omnes fideles, tam boni quam mali cōiuncti sunt, & omnes occurrunt Christo, quia omnes faciunt opera aliqua ante mortem, quidam bona, alij vero mala. sic dicit Alph. Tost. in Matth. Pars VII.

Gregor. in Homilia. s. quia ex vtroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus simul denunciatur, mali cum bonis, reprobi cum electis admixti sunt, ideo recte similis virginibus prudentibus & fatuis perhibetur.

Quare specialiter quinque prudentes posuit, & quinque fatuas.
Quæst. XLV.

QVAERETVR autem, quare specialiter posuit quinque prudentes, & quinque fatuas. Dici poterat, ꝙ istud non pertinebat specialiter ad significationem parabolæ, sed solum ꝙ virgines fatuæ quotquot illę essent, quia fatuæ erāt, & imprudenter occurrerunt, non sunt receptæ ad nuptias, prudentes vero, quia occurrerunt prudenter, receptæ fuerunt. Sed tamen dici potest, vt cōmuniter dicitur, ꝙ ideo ponuntur quinque, quia sunt quinque sensus corporis. sic dicit Gregorius. in quinque enim corporis sensibus vnusquisque subsistit. Et ratio comparationis est, quia opera bona & mala sunt per quæ Christo bene, aut male occurrimus: sed hæc per quinque sensus efficiuntur, vel per quinque sensus exteriores accipimus ea, *f*m quæ animus noster ad bonum, aut malum mutatur. ideo quinque vocantur fatuę, quinque prudentes. sic dicit Gregorius qui recte credunt, & iuste viuunt, assimilantur quinque prudētibus, qui autem profitentur quidem fidem Iesu non autē præparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinq; virginibus fatuis cōparantur. Vel sensus nostri inquātum ad bona, & spiritualia in cultum Christi tendūt sunt quinque virgines prudentes, inquātum vero carnalia concupiscunt sunt virgines fatuæ. sic dicit Hieronym. super Matth. sunt enim quinque sensus qui festinant ad celestia, & superna desiderāt. De visu enim & auditu, & tactu spiritualiter dictum est, quod vidimus, quod audiuimus, quod oculis nostris perspeximus. & manus nostræ contractauerūt de verbo vitę. De gustu, gustate, & videte, quia suauis est Dominus. De odoratu, in odorem vnguentorum tuorum currimus. Alij autem sunt quinq; sensus terrenis fęcibus inhiantes. Alij dicunt iuxta conditionem virginitatis per quinque virgines signari abstinentiam quinque partitam a carnis illecebris. nam virgo dicit immunē a contactu viri, ita virginitas notabit abstinentiam q̄cunque a quibuslibet carnis illecebris, & quia ista abstinentia quinque modis fit, vocantur quinque virgines, & quia cōtinere omnibus his modis a carnis voluptate potest bene, & male fieri, vocantur quinque prudentes virgines, & quinque fatuæ. sic dicit Augu. lib. de verbis Domini, s. per quinq; virgines signatur quinque partita continentia a carnis illecebris. continendus est enim animus appetitus a voluptate oculorum, aurium, olfaciendi, & gustandi. sed quia ista continētia partim coram Deo fit, vt illi soli placeatur interiori gaudio cōscientiæ, partim coram hominibus tantum, vt gloria humana capiatur, quinque dicūtur prudentes, & quinque fatuæ, quia vtraque continentia est, licet diuerso fomite gaudeat.

Quare posuit tot virgines fatuas quot prudentes.
Quæst. XLVI.

SED quæret quare posuit tot virgines fatuas quot prudentes: nam cum per prudentes virgines signentur boni, & electi, & per fatuas reprobi, vt dicit Grego. videtur innui, quòd tot sunt reprobi quot electi.

Aliqui dicūt, ꝙ ad hoc Christus posuit quinque, & quinque, vt signet tot esse electos quot reprobos.

Duabus vijs maior est numerus damnandorū quā saluādorū.

Sed dicendum ꝙ falsum est: non enim Christus intendit hoc signare, neque est nobis notum quot erūt plures. & tñ verisimiliter dicitur multo plures esse reprobos quā electos. Primo ex auctoritate Christi sup. 19. & 20. c. s. multi sunt vocati pauci vero electi. ergo in respectu electorum multitudo damnatorū. Secundo quia ex quadam coniectura hoc colligitur: oēs. n. infideles damnātur, qui sunt in magna multitudine, & forte plures q̄ fideles, ēt de fidelibus plurimi ꝓeunt. ideo planum est multoplures damnari q̄ saluari. non igitur ꝓp hoc posuit Christus totidem fatuas quot prudentes. Est aūt dicendum, ꝙ ponuntur tot fatuæ quot prudentes, quia ponuntur quinq; prudentes ꝓp quinque sensus, vel quinque modos abstinendi a carnis illecebris, vt dictum est ꝑcedē. q. & quia quot modis abstinetur bene, tot modis abstinetur male. s. ꝓp Deum bene, aut ꝓp gloriam humanā male, & sicut ꝑ quinq; sensus bene agimus, ita per eosdem qnque, & nō plures, neq; pauciores malum facimus, tot dñr fatuæ quot prudentes, quia non respicit numerus earū, sed numerus principiorum, aut modorū boni & mali, prudentiæ & fatuitatis. & ob hoc non dictum est, ꝙ erant tot fatuæ quot prudentes, sed specialiter ꝙ erāt quinque fatuæ, & qnq; prudētes, quasi ꝓp numerum quinq; sensuum in bonis & malis dictum sit. Alij aūt dicunt, ꝙ ꝓp sensus ista dñr, sed hac rōne, s. ꝙ in quolibet homine si vnus sensus ponit bonus, oēs ponūtur boni, & si vnus malus, oēs mali, sicut de virtutib. est. s. ꝙ se consequunt, & idem de vitijs dicūt. sic dicit Origenes super Matth. s. sicut aūt sequūtur seipsas inuicē virtutes, vt qui vnā habuerit oēs habeat, sic & sensus oēs alterutrū se consequunt: propterea necesse est, vt aut oēs quinq; sensus sint prudētes, aut oēs fatui. Sed dicendum ꝙ non est istud necessarium, qa non est talis connexio in vitijs, sicut in virtutibus. nam oēs virtutes iuxta Aristotelem sunt connexæ in prudentia, & non ſm naturam habituum. vitia aūt non hūt aliquid vnum in quo connectuntur, vnde licet necesse sit, ꝙ qui habet vnam virtutem habeat aliquo modo alias: non est necesse, ꝙ qui habet vnum vitiū, habeat aliquo modo alia. Ideo dicendum similiter de sensibus, ꝙ qui per vnum sensum bene operat, operatur bene aliquomō per alios, vel hēt ad hoc aliqualiter virtutem. & tñ qui male operatur per vnum sensum nō est necesse, ꝙ operetur male per alios. sed quia licet nō operetur vnus homo male per omnes sensus, possunt alij operari male per illos. & isti modi sunt quibus homines possunt male operari.

Origenis verba.

Quid sit oleum istud quod prudentes sumpserunt, fatuæ vero non. Quæst. XLVII.

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ quinq; fatuæ non sumpserunt oleum, quinque aūt prudētes sumpserunt oleum, qd sit oleum istud. Aliqui dicunt, ꝙ oleum est fructus boni operis. sic dicit Hilarius super Matth. s. oleū boni operis fructus boni operis est. Sed hoc parum consonat, qa fructus boni operis nō est in nobis, sed datur nobis a Deo. & tñ in ꝑate virginum erat oleū ferre, & ob hoc q̄dam increpant, i. fatuæ, qa non tulerunt oleum secum, ergo non accipit pro fructu boni operis. Alij dicunt oleum esse lętitiam de bono opere, qa debemus lætari in Deo de bono opere. sic accipit Aug. lib. de verbis Dom. s. ꝓp oleum ipsam lætitiā signari arbitror, ſm illud, vnxit te Deus oleo lętitiæ. q. ergo non ꝓpea gaudet, quia Deo intrinsecus placet non hēt oleū secū. gaudium. n. non hūt dū cōtinenter viuunt, nisi in laudibus hominū. Alij dicunt oleum esse charitatem, & eleemosynā, eo ꝙ per oleū misericordiā signamus, sic dicit Chrysost. in Homilia, s. oleū hic vocat eleemosynā & charitatē, & quodcunque circa indigentes auxiliū. Alij dicunt oleū esse doctrinam. sic dicit Origenes sup Matth. s. oleum est verbum doctrinæ quo vasa aīarū implentur: nihil. n. sic cōfortat, sicut moralis sermo, qui oleum luminis appellat. Alij dñt oleum signare nitorem conscientiæ, quia oleū nitet, & res nitidas facit, & iste nitor est in bonis, in fatuis aūt & reprobis non. Dicēdum aūt, ꝙ oēs istę positiones ꝑñt aliquomodo applicari ad ꝓpositum. & tñ dicendum, ꝙ per oleum hic bona opera signantur. ille aūt gerit oleū in lampade, q conscientiam hēt bonorum operum. qui aūt non hēt conscientiā bonorum operū. sed malorum, oleum nō hēt in lampade. Et dicendum, ꝙ oēs præcedentes positiones intātum possunt tolerari inquantum cū hac consonant. nā nulla alia res faciet intrare ad vitam ętern̄, nisi bona opera in fine vitæ inuenta, & nihil excludit a regno, nisi non inueniri in hoīe opera bona in fine. Quod aūt dicit secunda positio de gaudio interiori, ꝙ per ea Deo placeret non excludit a Deo, quia agere ꝓp humanā laudē excludit a vita ęterna, qa istud est inanis gloria, & licet illa tollat meritum, vt Christus dixit supr. 6. c. s. receperunt mercedem suam, tñ non est peccatum mortale, nisi in aliquibus casibus. & ita pōt stare cum charitate, sed nihil excludit a regno, nisi peccatum mortale, non hr̄e autem oleum excludit à nuptijs. iō non signatur solum gaudiū interius, sed aliquid plus s. bona opera, quę licet interdum stent sine illo gaudio, dum tñ stent cum charitate, faciunt recipi ad regnum. Tertia positio magis consonat, s. ꝙ opera misericordiæ vocentur hic oleum. tum quia misericordiā per oleum signamus, tum & principaliter, quia non excluditur qs a regno, nisi quia non habet, qd̄ a iudicante petitur. & tñ iudicans nihil petet a iudicandis, nisi opera misericordiæ, q̄ per oleum designantur, vt patet infra in litera. s. esuriui, & dedistis mihi manducare. alijs vero quos excludit dicet. esuriui & non dedistis mihi manducare. ergo vī ꝙ nō accipiatur hic per oleum, nisi ista opera misericordię, quia sicut hic non excluduntur a nuptijs, nisi pro defectu olei, ita ibi nō excluduntur a vita æterna, nisi pro defectu illorū operum misericordię, vt infra habet lra. & ideo ista videt multum conueniens positio. sed vltima est magis sine calumnia. nā licet ibi de solis operibus misericordiæ dicatur. constat ꝙ si aliquis fuerit in peccato mortali moriens, & egerit omnia opa misericordiæ ꝓ totam vitā excludet a regno, & non ꝓdērūt ei opera misericordiæ 1. Corin. 13. c. s. si dedero oēm substantiam meam in cibos pauperum, charitatē aūt nō habeam, nihil mihi prodest, ideo cum qualibet addi debet vltima positio. Quarta positio parum prodest, nam quātumcunq; quis hēat doctrinā & sermonē moralē, nisi opera hēat nihil valet, immo si quis linguis hoīum loquat̄, & Angelorum, charitatem aūt non hēat non ꝓdest. 1. Corin. 13. c. sed intelligatur, ꝙ habeat doctrinā cum opibus. Quinta aūt positio de nitore conscię incidit cum vltima, qa nitor conscię non est, nisi qñ quis habet conscientiam de operibus bonis, & nō habet in ꝓsenti cōscīam de aliquibus malis. & hęc est cōsolatio nr̄a, vt Apostolus dicit. hæc est gloria vestra testimonium conscię vestrę. Vltima aūt est vera, quia ꝓp operibus bonis, q̄ quis in fine vitę habuerit, accipit vitam æternam, vel vocatur oleum ipsa charitas. vere enim illa nitet, & verum est, ꝙ hęc sola diuidit inter filios regni & alienos. Et ideo is in quo fuerit in morte recipietur ad vitam, in quo vero non fuerit nō recipietur, & quādo dicimus de operibus bonis, quòd sunt oleum, intelligitur inquantum cum illis est charitas, quia alia nulla opera bona prosunt morienti ad vitam ęternam.

Quo-

Quomodo virgines fatuæ oleum non ferebant, & prudentes sic. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR quomodo virgines fatuæ non ferebant oleum in vasis suis, & prudentes ferebant. Dicendum ꝙ ſm quamlibet positionem applicari potest. quantum ad primā planum est, quia licet fatuę aliqua opera exerceant non habent fructum illorum, quia non egerūt ea taliter, vt fructum inde consequi possent. virgines prudētes consequuntur, quia bene opera sua egerunt, ita vt eis prodesse possent. De secunda positione patet, quia fatuæ, licet vasa, aut lampades portent, quæ sunt bona opera materialiter, non portāt ibi oleum, i. gaudium interius de opere pro Deo facto, quia non faciunt ꝓp Deum, sed propter gloriam humanā. sic dicit Augus. lib. de verbis Domini. prudentes aūt acceperunt oleū cum lampadibus, i. lætitiam bonorum operum, & in vasis suis, idest in corde atque conscientia posuerunt. & hoc tenet Nicolaus dicēs, oleum istud est spirituale gaudium, quod oritur ex operibus bonis factis ꝓp Deum. de quo Apost. ad Philip. 4. ca. gaudete in Dño semper. hoc autem oleum non habēt virgines fatuæ ꝓp defectum intentionis rectæ, licet habeant lampades, i. opera bona ex genere. prudentes autem acceperunt oleum, quia propter rectitudinē intentionis gaudent in Domino de suis operibus bonis. dicitur autē gaudium istud oleum, quia nutrit, & fouet ignē charitatis. ex hoc enim ꝙ aliquis delectatur in opere fortius & melius operatur, vt dicitur 2. Ethi. Tertia autē positio sic applicatur, ꝙ virginitas sit lampas, oleum sit opus misericordiæ: illæ ergo virgines quæ cum virginitate habuerunt opera misericordiæ habent oleū, quæ vero virginitatem sine illis operibus habuerunt, lampades sine oleo habent. sic dicit Chrysost. in Homilia. s. oleum vocat eleemosynam, & quodcunque circa indigentes auxilium. lampades autem vocat virginitatis charismata, propter hoc & stultas eas vocat, quoniam maiorem sustinentes laborem ꝓp minorē omnia perdiderunt: maiori. n. labore vincitur carnis cupido quàm pecuniarum. Quarta autem applicatur sic, ꝙ doctrinæ verbum manet in prudentibus vsque ad finem vitæ ad confortandum eas, in fatuis autem ante mortem deficit. sic dicit Origenes super Matth. s. oleum est verbum doctrinæ quo vasa animarū implentur. nihil enim sic cōfortat, sicut moralis sermo, qui oleum luminis appellatur: prudētes ergo acceperunt huiusmodi oleum, quod satis fit eis etiam tardāte sponso. fatuæ autem acceperunt lampades in primis quidem accensas, sed non acceperunt tantū oleū vt eis sufficeret vsque ad finem, negligentes circa susceptionem doctrinæ quæ confortat fidem, & bonorum actuum lumen illuminat. Quinta plana est, nam prudentes non solum lampades, i. conscientiam, sed etiam oleum, idest nitorem conscięntiæ portant, quia non sunt sibi conscię malorum operum.

De vltima expositione est certius, nam prudentes habent conscientiam, & cum illa charitatem quę illuminat, & bona opera. fatuæ autem non assumpserūt bona opera secū. & sic vt ista acceptio olei est verior, vt dictum est præceden. q. ita & ista applicatio consequenter est melior quàm præcedentes.

Quid est quod dicitur, moram autem faciente sponso &c. Quæst. XLIX.

QVAERETVR quid est quod dicitur, moram autem faciente sponso dormitauerunt oēs & dormierunt. Dicendum ꝙ ista mora est dilatio aduentus Christi. sponsus. n. iste Christus

est, vt ostensum est supra q. 41. moram autem dr̄ facere ad similitudinem illius sponsi, quem virgines expectabant. & dr̄ mora respectu aduentus, & quia aduentus Christi est duplex, potest dupliciter mora accipi. est autem vnus aduētus Christi ad iudicium, alius ad mortem cuiuslibet, vt ostensum est præced. c. q. 248. Accipiendo aūt aduentum Christi ad iudicium, iam nimis tardat spōsus, & debet computari absentia sua ab eo tpe quo desijt esse nobiscum, sicut ipse dixit, venient dies in quibus auferetur ab eis sponsus supra 9. c. receſſit autem a nobis in die Ascēsionis, & ideo ab illo die computatur absentia. & iā fluxerunt anni mille quadringenti, & sexdecim, cum sint nunc à Christi natiuitate anni mille quadringēti quadragintanouem, a quibus demantur trigintatres qui fluxerunt à Christi Natiuitate vsque eius Ascensionē, & resīduū tempus vsque ad diem iudicij nobis ignotum est. & ita dicit Nicolaus, ꝙ mora ista est decursus temporis ab Ascensione Christi vsq; ad diem iudicij, quod tps quoad longitudinem vocatur hic mora. Accipiendo aduentum ad mortē vocatur mora oē tempus, quod est inter natiuitatem & mortem, vel inter principiū ætatis discretionis, in qua quis iam exit obuiam Christo, & morti. Sed dicetur, ꝙ meli⁹ accipitur mora isto secundo modo, eo ꝙ mora ponitur hic sponsi inquātum illa aliquid agit, ad hoc ꝙ dormitent homines. sed tarditas diei iudicij parū facit ad hoc, sed diei mortis mora. nam qualiter de quolibet diffinitum fuerit in die mortis, taliter diffinietur in die iudicij, & etiam si nunquam veniret dies iudicij, ista tarditas mortis facit dormitare & dormire.

Quare dicitur de mora ista sponsi. Quæst. L.

SED quęretur, quare dicitur de mora ista sponsi. Dicendum ꝙ ista pertinet multum ad propositum, tam quantum ad rationem parabolæ quam ēt ad applicationem suam. De primo patet, quia oēs virgines tam fatuæ q̄ prudentes a principio, cum se parauerūt ad exeundum obuiam sponso, habebant oleum in vasis suis, aut saltem in lampadibus. & si statim veniret sponsus nullam moram faciens, nō deficeret oleum in lampadibus virginum fatuarum, & sic possent intrare cum sponso ad nuptias, quia vero moram fecit interim consumptum est oleum, & cum venit sponsus, iam extinguebantur lampades, & ita quia non habuerunt tunc oleum, iuerunt ad vendentes, & sponsus interim veniens non recepit eas postea clausa ianua. Secundo quantum ad hoc, quia si sponsus nō fecisset moram, non dormitarent, & dormirent fatuæ virgines. & dato ꝙ non haberent oleum, cum vigilarent, scirent, qñ venturus esset sponsus aliquantulum ante, & interim possent ire pro oleo, & redeuntes intrare cum sponso, sed quia eis dormiētibus, quasi inopinatus venit sponsus, non fuit tempus ad emendum oleum, & ita non potuerunt recipi fatuæ. & sic mora sponsi multum egit ad parabolam. De secundo quantum ad principale patet: multum enim facit ad intentionem Christi. nam mora ista aduentus facit dormitare & dormire: mora enim aduentus Christi reddit quosdam procliues ad malum, & voluptates, sic patet præcedenti capi. cum dixit seruus malus in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cępit percutere conseruos suos, & māducare cum ebriosis, & ita si putaret statim illum venturum non faceret ista.

De quocunque autem aduentu accipiatur, verum erit, quòd mora sponsi est occasio malorum. patet de aduentu ad iudicium. si enim scirent omnes homines vsque ad triginta annos futurum esse diem iudicij, multi abstinerent a voluptatibus huius seculi.

sed quia incertum est tps,& quidam putant,p fortassis non erit vsq; ad mille annos, iō plures prolabūtur homines ad vitia quasi sine timore. De aduentu Christi in morte est magis planum, quia breuior termin⁹ est iste,& manifestior q̄ aduentus in die iudicii,& mora ista facit multos dormire. nam inter natiuitatē, & mortem est aliquantū, quod licet non sit homini certum quousque effluxerit, tñ putatur ab homine magnum futurū: eo p quilibet cogitat de annis ad quos peruenire poterit ſm naturam,& non cogitat,p qualibet hora vita potest desinere. vnde ista mora nō est interdum ſm rem,sed ſm æstimationem, quod patet supra præced.c.& Luc.12.ex verbis serui.s.moram facit dñs meus venire.& sequitur veniet aūt dñs serui illius die qua nescit,& hora qua ignorat. & sic non est mora,sicut putatur. sed satis est, p putetur, quia per hoc declinabit homo ad voluptates huius seculi. sic patet ibidē,quia dixit seruus ille malus in corde suo. moram facit dominus meus venire,& cepit percutere conseruos,& manducare cum ebriosis.

Quid est quod dicitur dormitauerunt,& dormierunt, Quæst. LI.

QVAERETVR, quid est quod dicitur dormitauerunt,& dormierunt. Dici potest vno modo, p ista differentia dormitationis, & dormitionis magis facit ad parabolam quàm ad rationē eius,i. applicationem.nā dormitare est paululum,& inquiete,vel non secure dormire. vnde dormitatio ante somnum est.dormire aūt est ipsa quies secura, cum quis velut curis solutus iacet,& ita dormitio est somnus. & q̄dā de virginibus parum dormiebant,aliæ vero multū dicebantur dormitare,& dormire. ad parabolæ aūt applicationem satis est,p dicantur dormire.Sed dicēdū, p ēt ad applicationem ista pertinent,& accipiunt aliqui tam dormitationem, q̄ dormitionem de morte, sed dicunt dormitionem esse mortem,dormitationē vero ęgritudinem qua peruenit ad mortē, sicut dormitio est somnus,dormitatio ante somnum. sic dicit Greg.in Homilia.s.dormire enim mori est, dormitare aūt ante somnum est ante mortem à salute lāguescere,quia per pōdus ægritudinis peruenitur ad somnum mortis. Alij dicunt, p dormitare sit mori, dormire aūt est postea in morte manere, quasi dormitatio sit motus ad dormire,quod est quædam quies, sicut mori est, quasi motus quidam pp alterationes p̄cedentes ad quietem illam q̄ est post mortem,quando corpus iacet in puluere. & sic ista quies finit in rōne,qñ euigilant dormientes.de hoc dicit Hieron.sup Matth.dormitauerunt.i.mortui sunt,& consequēter dr̄ dormierunt,quia postea suscitandi sunt. Nicolaus aūt dicit mortem vocari hic dormitationem,vel dormitionem, quia tam faciliter excitabuntur homines a morte per Christum venientem ad iudicandum, sicut vnus homo purus excitat alium dormientē. Alio modo accipitur,tam dormire q̄ dormitare pro quadā quiete in voluptatibus huius ſeculi.s.p homines promittentes sibi longa tpa vitæ,quæ vocantur mora aduentus sponsi, dilabuntur in delitias euntes ad desideria sua,& tunc sunt sicut dormientes, quia sicut dormiens nil facit humanum, ita declinans ad voluptates huius seculi quiescit ī illis, & nil facit de operibus vitæ æternæ.sic dicit Origenes super Matth. spōso tardante, & non cito veniente verbo ad consummationem vitæ patiunt aliquid sensus dormitantes,& quasi in nocte mundi agentes,& dormierunt, vt puta remissius agentes a sensu illo vitali. Sed hoc supposito quæ differentia erit inter dormitare, & dormire? Dicēdū p sicut dormitatio est aliquid breue ante somnum,& nondum quis est cōsopitus,qñ dormitat. dormire aūt est ipse somnus quo quis premitur, cū quiete solutus est: ita in vacatione ad delitias huius seculi, & exercitio peccatorum dormitare illi dicuntur, qui paruō tpe manent in actu, & voluptate peccatorum, sed cum aliquas sordes delictorum ꝯxerint mox illas pœnitentiæ lachrymis lauant, & sic a sopore quo teneri incipiebant resurgunt. dormiūt autem qui in voluptatibus seculi quiescunt, neque vllus compunctionis stimulus illos excitat,sed quasi plena quiete soluti sunt dormiunt. & ideo hos dormientes excitari facile non est: dormitantes autem facile,aut per seipsos excitantur. vtrunque autem tam dormitionem, quā dormitationem facit mora aduētus, idest vitæ diuturnitas,vel quæ est,vel quam homo cogitat,& sibi promittit.

Quomodo accipitur dormitatio, & dormitio, Quæst. LII.

SED quæretur quis modus istorum verior sit.nam p̄cedens ponit dormitationem,& dormitionē mortem esse.Dicendum,p ille modus non potest esse,nisi de aduētu Christi ad iudicium. nam ante illud tempus oēs moriuntur,& sic dormitant,& dormiūt. sic dicit Aug. lib. de verbis Dñi. ex vtroq; genere hominum moriūtur hoc interuallo tpis, donec sub aduentu Domini fiat resurrectio mortuorū. hoc enim modo exponetur parabola,p exire obuiam sit p opera, quæ homines faciunt dum viuunt, per quę Christum inuenire nituntur, sed nō statim Christus venit ad iudicium, vt homines per opera exeūt ei obuiam, sed tardat venire, quia illo modo nondum venit pp, quod interim dormitant,& dormiunt virgines, quia sopore mortis grauantur, & post mortem istam erit iudicium. Accipiendo aūt secūdo modo dormitare, & dormire est voluptatibus huius seculi detineri,s.gadum sponsus morā facit venire, s.quia non statim deducit mortem, per quam venire dr̄ ad iudicandū hominem, declinat homo ad voluptates seculi. Dicendum autem, p accipiēdo vtrunq; aduentum Christi potest stare vterq; modus moræ. & tñ dictum est supra.p potius intelligatur de aduētu ad mortem, quia aduentus ad iudicium nil mutat de statu hoīs cuiuslibet.aduentus aūt ad mortem dat totum statum. & iō melius est intelligere de dormitatione, & dormitione,quæ præcedit mortem, quæ est declinatio ad delitias.Secundo quia mors,vt sic parum facit ad aduentum sponsi, scilicet ad hoc, quòd inueniantur quædā virgines paratæ & alię non, sed ea quæ mortem præcedunt,idest dispositio in qua quis inuenitur quando moritur.sed dormitatio,& dormitio prout est detineri voluptatibus multum facit ad occursum, & obuiationem sponsi in morte, nam qui fuerit diu quiete sopitus in voluptatibus seculi,tarde consurgit ad se disponendum in morte, & si nō declinassent homines ad vitia huius seculi propter moram aduētus mortis, omnes inuenirentur parati in morte.ideo ista dormitio & dormitatio melius videtur accipi. si quis tamē aliam de dormitione mortis teneat non resistimus.

Quare dicitur, quòd dormitauerunt omnes, & dormierunt. Quæst. LIII.

QVAERETVR quare dicitur, p dormitauerūt omnes & dormiuerunt, cum de virginibus prudentibus videatur inconueniēs, quòd dormirent quando vigilandum erat. Dicēdum, quòd pendet solutio huius dubij ex præced.q. Aliqui enim accipiunt dormire,& dormitare pro morte, & tunc verum est, p tam fatuæ, q̄ prudentes dormiunt, quia

quia omnes boni, & reprobi ante tempus iudicij mo riuntur.& tunc etiam dicetur, p dormire.& dormitare competit cuilibet.s.quia fatuæ dormitāt, & dormiunt.& idem est de prudētibus. nam dormitare est ante mortem lāguescere,dormire est mori.oībus autem competit mori, & ante mortem languescere in eis virtutem corporis.sic accipit Greg.vt dictū est supra q.52. Accipiendo secūdo modo verum est,p omnes dormitant,& dormiunt, quia cū mora aduentus Christi extendatur, nemo est qui tota vita maneat vigilās ad Dei cultum, & nullo vnquam vitio deprimatur: & ideo tam boni quàm mali interdum cadunt: sed mali quidem cadunt,& non resurgunt,& cū nūc dormiant in vitijs, etiam adueniente morte inueniūtur dormientes,& ideo pereunt. boni autem licet aliquando premantur vitijs statim euigilāt, & tñ nemo est qui semper vigilet, quia nemo est qui bonum faciat & non peccet.3.Reg. 8.c. Et ob hoc distinguunt dormire,& dormitare.quia dormire quod est quiete manere resolutū pertinet ad illos qui in peccatis diu, aut semper tenentur,& sunt virgines fatuæ.dormitare autem quod est leuiter dormire, & cito euigilare pertinet ad bonos, qui si aliquando labuntur, statim de peccato resurgunt. Et per hoc patet solutio ad inconueniens, s. quia boni qui signātur per prudentes virgines non dormiunt,sed dormitāt. dormitare autem non est reprehēsibile, quia est quasi necessariū. sicut dicimus,quòd nemo potest vitare omnia venialia simul,licet possit vitare quodlibet per se.

Quid sit iste clamor mediæ noctis, & per quos fiet. Quæst. LIIII.

QVAERETVR quid est quod dr̄, media nocte clamor factus est.& quid sit iste clamor? Dicēdum p hoc pendet ex præcedentibus.dictum est.n.p duplex est Christi aduentus.s.ad mortem, & ad diem iudicij. Accipiendo pro aduentu ad iudicium dr̄ clamor iste Angelorum esse,vel Archangelorum,q clamabunt ad mortuos,vt surgāt ad iudicium. sic enim dicitur 1.Corint.15.c.p resurrectio fiet in ictu oculi, & nouissima tuba,i.audietur tunc vox tubę,& postea nunquam audietur,ēt expressius 1.Thessa.4.c.vbi dr̄, quòd Dñs veniet in iussu, & voce Archāgeli,& tuba Dei,& mortui resurgent, & sic dicit Hierony. super Matth.subito ergo, & quasi intempesta nocte,quando grauissimus sopor est per Angelorum clamorem & tubas præcedētium fortitudinum Christi resonabit aduentus. Accipiendo secundo modo aduentum Christi ad mortem, s. hominis, vocatur clamor iste quidam stimulus,qui in corde nostro figitur Deo vocante,vt ad pœnitētiam resurgamus. Sed dicetur iste stimulus per quem fit? Dicūt aliqui, p per Angelos, sic dicit Origenes super Matth. clamor factus est oēs excitare volentium,vt æstimo Angelorum, qui sunt administratorij spiritus, clamantes in sensibus dormientium,ecce sponsus venit.Est dicendum,p potest poni fieri per Angelos qui tangūt interiores sensus. & tñ quia iste motus est spiritualis qui pertinet ad effectum,melius est dici, p fiat per Deū. sic enim ipse ait Apoca.3.c. ego sto ad ostium & pulso, siquis aperuerit mihi intrabo,& cœnabo cū eo. Et intelligit p Deus stat ad ostiū conscientiæ nræ, pulsando nos sp ad bonū.illi aūt aperiūt q assentiūt huic pulsationi, q vero non assentiūt nō aperiūt,& recedit Deus ab eis.

Qūo per istū clamorē, tā boni quā mali excitantur. Quæst. LV.

SED quæretur qūo per istum clamorem, tā boni, q̄ mali excitantur, nā hic tā virgines fatuæ per quas

reprobi, q̄ prudentes per quas electi signanē excitatæ sunt. Dicendum p istud beneficium clamoris oībus cōicatur,& colligitur ex eo,quod dr̄ Apo.3.cap. ecce ego sto ad ostium & pulso, siquis audierit vocē meā, & aperuerit mihi intrabo,& cœnabo cum eo, & ipse mecum. nā apparet p quidā aperiunt Deo vocāti, & alij non. sed q non aperiunt Deo mali sunt. ergo aliq sunt mali,qui tñ vocantur à Deo,& pulsat eos ad bonum. Sc̄do patet,quia nō solum mali pulsanē à Deo, & non aperiunt,sed interdū expresse abijciunt eū, & tristātur quia Deus pulsat eos ad bonum, iuxta illud Iob 21.c.q dixerunt Deo recede a nobis, scientiā viarum tuarū nolumus. Tertio patet,quia necesse est poni istam pulsationem fieri circa malos, sicut circa bonos.nam homo p seipsum pōt cadere a bono statu. resurgere autem non pōt p seipsum, sed indiget diuino auxilio, quia aliàs ex puris naturalibus posset homo saluari, q̄ fuit hr̄sis Pelagiana. dato ergo p nō sit auxilium Dei circa hominē,erit impossibile ipsum à peccato resurgere,& tñ quod impossibile est non imputatur alicui: ideo necesse est circa quēlibet hoīem dum viuit, poni auxilium Dei ad resurgēdum de peccato.& tñ auxilium primū est pulsare mouendo conscientiam,vt homo obediendo pulsationi,& faciēdo quod in se est iustificetur per firmationem contritionis:ideo necesse est circa quemlibet hominem poni Deum pulsantem,& stare ad ostiū eius, sed aliqui audiunt aliqui non. Ex hoc autem apparet, p imputat hominibus qui damnantur sua damnatio: eo p in potestate sua est aliquo modo non dānari. nam licet iustificatio p quam saluamur fit per gr̄am, & illa nō sit directe in nra potestate,quasi nos gr̄am nobis formemus,tñ est aliquo modo in nostra potestate,q̄a possumus illam hr̄e.s.si nos facimus,qđ in nobis est. Deus namq; semper ad bonum pulsat nos, & si nos volumus audire eius pulsationi,quod est in nostra potestate,statim gratia infundetur,& iustificabimur,p ergo non simus iusti nobis imputatur,qui nolumus obedire pulsationi Dei, q̄ semper est, & ideo rectè dictum est hic,p clamor iste tam ad prudentes, quam ad fatuas fuit, vt innuatur quòd diuina pulsatio ad omnes se extendit,tam ad bonos quàm ad malos.

Deꝰ semp ad bonum nos pulsat.

Quare hæc pulsatio clamor vocetur. Quæst. LVI.

SED quæretur quare ista pulsatio vocatur clamor. Dicendum p clamor significat vocē altam qualis est vox tubæ, aut vox præconis, & dicitur clamor ad differentiam vocis,quę in mediocri, aut summisso tono profertur, & competit tam ad parabolam q̄ ad sensum quem Christus intendit de parabola propter duo. Primo,quia fuit iste sonus ad excitādū virgines. oēs enim dormitabant & dormiebant, tā prudentes,quam fatuę,vt dr̄ in litera.vox autem summissa non excitaret eas: ideo oportuit esse vocem fortē & altam,quæ vocatur clamor. Secundo fuit,quia virgines non erant nunc vocandæ, & inuitandæ sigillatim,vt exirent obuiam sponso, sed iam supponebatur, p erant paratæ,quia tñ nesciebant tempus, erant vocandæ generali vocatione,quæ non fieret tantum alicui,sed omnes eam possent audire, tales autem vocationes oportet esse in alta voce, iō vocant clamores. De secundo principali,s. quantum ad intētionē Chr̄i dicendū,p ēt debuit vocari clamor,quia aut ista vocatio intelligit de aduentu Chr̄i ad iudicium,aut de aduentu ad mortem. Si de primo debet vocari clamor, quia fit illa vocatio ad oēs mortuos qui per totū mūdum sunt,vt ergo saluetur, p oēs illā audiēt debet esse excelsa,& sic vocabitur clamor.ēt quia ad excitandum

Universidad de Deusto

dum dormientem requiritur vox, quæ est clamor, quanto magis ad excitandum mortuos, ideo ibi potius debet vocari clamor. Vnde plus quã clamor vocatur ab Apostolo.s.tuba nouissima.1. Cor. 15.c. vel tuba Dei prima Thessa.4.c.

Accipiendo autem pro aduentu ad mortem erit vox ista, qua excitantur illi qui in peccatis suis dormiũt. Excitare autem istos multum est, ideo alta vox exigitur quæ clamor dicitur. licet enim ista vocatio fiat in secreto cordis, quia tamen non potest fieri nisi ex magna virtute, vt auertatur homo ab eo quo fruebatur, magna vox illa est & clamor.

Quomodo dicitur hunc clamorem annunciare Christum uenientem. Quæst. LVII.

SED queretur quomodo dicitur iste clamor esse annuncians Christum venientem ad mortem, cum ista pulsatio, de qua dictum est semper fiat in nobis.

Dici potest vno modo, ꝙ licet per totam vitã fiat pulsatio a Deo in cordibus nostris. tamen hic accipitur de illa pulsatione & clamore, quo homines mor ti ꝓpinqui a Deo pulsantur: & est ille clamor vtilior oĩbus præcedẽtibus, quia licet quis per totam vitam dormierit in peccato, si in morte pulsatus a Deo obedit ei saluatur. & si per totam vitam audierit vocantẽ & nunc non, nihil prodest: ideo de hac velut vtiliori vocatione dicitur hic quod sit clamor.

Aliter potest dici, & melius qđ hic dicitur de clamore qui est pulsatio per totam vitam ad surgendũ de peccato. nam sicut exire obuiam spõso est à principio vitæ nostræ vsque ad mortem per omnes operationes nostras, vt ostensum est sup. ita clamor iste precedens sponsi aduentum est tota pulsatio, quę fit per totam vitam ad surgendum de peccato. in parabola autem non fuit nisi vna dormitatio & dormitio. ideo ponitur vnicus clamor, quo virgines ab illa dormitione excitatę sunt: sed quia per totam vitã est sępe hominem prolabi ad vitia: ideo opus est multiplicata vocatione aut pulsatione, & tota hæc signatur per illum clamorem quo vocatæ sunt virgines.

Tertio adhuc potest dici pulsatio totius vitæ iste clamor Christi venientis ad mortem nostram, quia vt plurimum pulsationes istæ fiunt in vitiosis hominibus, in cutiendo timorem mortis & inferorum. talis. n. cogitatio nimis mouet, & abstrahit a uitijs. sic dicitur Eccl.7.c. memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. i. nunquam.

Quomodo virgines hunc clamorem audientes non inuentæ sunt paratæ. Quæst. LVIII.

QVAERETVR cum virgines fatuę audiuerint istum clamorem, quomodo postea non inuẽtæ sunt paratę, & quomodo non introierunt ad nuptias? quia qui audit pulsationem recipit Christum ad se intrantem, & cænat cum illo Apoc.3.c.

Dici potest vno modo ꝙ licet audierũt clamorem non introierunt ad nuptias, quia non fuit in eis completa pulsatio, & ideo Christus ad signandum incompletam pulsationem in quibusdã esse, dixit quasdam virgines clamatas, sed non intrantes ad nuptias.

Pro quo sciendum, quòd in prædicta auctoritate duo ponuntur, scilicet, audire vocem, & aperire, & quando hæc simul sunt, Christus intrat, & cęnat cum homine. audire autem est, quòd pulsatus credat se a Deo moueri, & ista bona desideria ab eo prouenire. aperire autem, est obedire illis bonis desiderijs vel vocationibus, exequendo id quod a Deo suadetur. qui autem audiunt, & non obediunt habent primum & nõ secundum, ideo pulsatio non prodest eis, licet illam intellexerint.

Secundo modo potest dici ꝙ virgines per clamorẽ excitatæ sunt, & tamen nõ introierunt ad nuptias, quia tempore aduentus non fuerũt paratæ, & in hoc signatur multitudo pulsationum, quę nobis fit in uita, & innuitur per unicam, quæ facta est virginibus. Nam licet quibusdam Dei uocationibus obediamus resurgentes de peccato, si postea incidamus in peccata, & non resurgamus de illis, licet vocati, nõ prosunt priores vocationes.

Sed dicendum ꝙ non potest omnimoda similitudo esse inter parabolam & sensum quantum ad uocationem virginum & pulsationem nostram. Nam virgines dormiebant, & clamor profuit ad hoc ꝙ excitarentur, & excitatæ sunt, & obedierũt clamori, quia statim surrexerunt, & cęperũt ornare lampades suas, & tamen clamor ille non poterat parare eas quæ paratæ non erant, eo ꝙ apparatus consistebat in quibusdam rebus corporalibus, quæ non habentur ad nutum, nisi realiter inquirantur. Pulsatio autem mentis aliter se habet, quia per hoc ꝙ homo obedit illi, est dispositus, & non sunt necessarii exteriores apparatus, ideo sola obedientia pulsationis potest nos iusti ficare, & paratos reddit ad aduentum Christi in morte. secus autem fuit in virginibus. & ita licet excitatæ fuerunt illę per clamorem, non introierunt ad nuptias. Nos uero mox ut audimus & assentimus pulsationi, digni sumus introire ad nuptias Christi.

Quare dicitur quod media nocte factus sit ille clamor. Quæst. LIX.

QVAERETVR quare dicitur ꝙ media nocte factus sit ille clamor.

Dicendum ꝙ cum ut sæpe dictum est, sit duplex aduentus Christi, & ad quemlibet fiat clamor. videndum est cui illorum competat, an utrique conueniat quod fiat clamor præcedens illum media nocte. accipiendo autem de aduentu ad iudicium dicunt quidam, quod media nocte fit clamor, quia media nocte fiet iudicium, & resurrectio mortuorum, & sic refert Hieronym. super Mattheum, quorundam esse positionem. s. tradunt Iudæi Christum media nocte esse venturum in similitudinem temporis Aegipij, quando Pascha celebratum est.

Alij dicunt media nocte futurum. i. tempore igno to, & quando non putabitur superueniet: sicut media nox est tempus occultum. i. quia tunc omnia tacẽt. sic dicit Aug. lib. de verbis Domini, quod veniet media nocte. i. nullo sciente atque sperante, & Hiero. ait subito ergo, & quasi intempesta nocte, & securis omnibus, quando grauissimus sopor est, per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum Christi resonabit aduentus.

Si autem accipiatur pro clamore præcedente aduentum Christi dicitur fieri media nocte. i. tempore incerto: quia nihil est incertius quam tempus mortis & aduenit, quando homo non cogitat, sicut dicitur præcedenti. c. ueniet dominus serui illius die qua nescit, & hora qua non sperat: ideo clamor etiã præcedẽs dicitur fieri media nocte. Sed dicetur qũo fit media nocte cũ ista pulsatio fiat ꝑ totam vitam, cum hõ est in peccato? Dici põt uno modo, ꝙ licet fiat per totã uitam, tamen fit media nocte. i. tpe inopinato, qa cũ a Deo fiat, pulsat nos qñ vult, & cũ nos de hoc nõ cogitamus. oẽ aũt occultũ & incertũ media nox dici potest pro conditione temporis illius. Aliter dici potest qđ accipitur de illa vocatione, qua pulsamur pauloante mortem, & illa, & mors cõputãtur pro eodem tẽpore, & quia mors media nocte fieri dicitur, etiam pulsatio illa media nocte.

Tertio potest dici, quòd accipiatur de pulsatione quæ fit quãdo quis maxime gaudet in voluptatibus. Est enim tunc altissima caligo, & potestas tenebrarum, cum homo penitus Dei oblitus his bonis qui tẽporaliter apparẽt fruitur, cum igitur de tam profundis tenebris quis pulsatione Dei eripitur, dicitur media nocte ad eum clamor factus. sic dicit Origenes super Matthæum, media nocte, idest in altitudine remissionis factus est clamor omnes susciture volentium æstimo Angelorum, qui sunt administratorij spiritus intus clamantes in sensibus dormientium.

Quid est quod in clamore dictum est, scilicet ecce sponsus venit &c. Quæst. LX.

QVAERETVR quid est quod in clamore dictũ est, ecce sponsus venit exite obuiam ei.

Dicendum, quòd hoc proprie ad parabolam pertinet iuxta literam. nã virgines illæ expectabant spõsum venturum, vt cũ eo intrarent ad nuptias. & ideo ille qui venit ad excitandas virgines debuit clamare iuxta id, quod illę sperabant, sed ipsę expectabant spõsum, vt exirent obuiam ei, ideo ille nuncius clamauit, ecce sponsus venit exite obuiam ei. Applicando autem ad sensum Christi non erit idem clamor præcedens aduentum eius quantum ad literam, sed in signato idem erit. nam accipiendo aduentum Christi ad iudicium clamor precedens illum aduentum erit, surgite mortui, & venite ad iudicium, aut aliquid simile. & hoc etiam est dicere, ecce spõsus venit, quia Christus venit tũc, vt assumat secum omnes bonos, & transferat eos ad æternas nuptias, & per illum aduentum transfertur sponsa in vitam æternam. sic accipitur Apoc.19.cap.s.venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. & statim dicitur beati qui ad cenã agni nuptiarum vocati sunt, & sic vocatio ad iudiciũ est vocatio ad nuptias Christi, sed licet ad illas vocentur omnes mortui non intrabunt omnes, quia non erunt omnes parati, sicut omnes virgines tam prudẽtes quam fatuæ vocatæ fuerunt ad exeundum obuiã sponso, & intrandum cum eo ad nuptias, sed non intrauerunt omnes.

Si autem accipiatur pro clamore præcedente aduentum ad mortem, ille est pulsatio ad excitandum a sopore peccatorum, & nihil est aliud quam quædã inuitatio ad nuptias Christi: immo tunc fit cena nuptialis si pulsatus obedierit pulsationi, sicut dicitur Apoc.3.cap. ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi intrabo, & cęnabo cum eo, & ipse mecum. necesse est autem talem cęnam nuptialem esse, idest festiuam qua Deus cum homine cęnat, & sic quomodocunque accipiatur iste clamor, in vnam sententiam redit, s. inuitare nos, vt occurramus sponso venienti ad nuptias.

Quid signatur per hoc, quod dicitur, tunc surrexerunt omnes illæ virgines. Quæst. LXI.

QVAERETVR quid signatur per hoc, quod dicitur tunc surrexerunt omnes virgines illæ.

Dicendum, quòd quantum ad parabolam signatur excitatio a somno. nam dicitur in litera, ꝙ morã facientę sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt, & postea cum factus est clamor excitatæ sunt, & surrexerunt omnes, vt occurrerent sponso. Accipiendo autem quantum ad sensum quem Christus intendit, intelligetur de aduentu eius duplici. accipiẽdo autem de aduentu ad iudicium est sensus, quòd præcedente vocatione illa per Angelos surgent omnes, & ideo recte dicitur, quòd audito clamore surrexerunt tam fatuæ quam prudentes, quia audita tuba iudicij tam boni quam mali resurgent, & ita resurrectio dicitur generalis, & iudicium generale, præcesserat enim in omnibus hominibus bonis, & malis, quæ sunt virgines prudentes, & fatuæ, vt dictum est supra dormitio mortis, dum Christus moram faceret venire ad iudicium. nunc vero cum per Angelos clamatum est Christum venire, omnes de morte resurgunt velut de somno. sic dicit Grego. tunc quidẽ omnes virgines surgunt, quia electi, & reprobi a somno suæ mortis excitantur. Sed accipiendo pro primo aduentu, idest ad mortem, verum est, quòd præcedẽte clamore, idest pulsatione Dei omnes excitantur, quia quando Christus efficaciter vult pulsare, nemo est qui non excitetur. Verum est enim quod multi vocantur qui non obediunt, quia pulsatio illa nõ est efficax saltem respectu illorum. nam si Deus vult fortiter pulsare necesse est, quod exaudiat homo, quia cor hominis in manu Dei est, & quocunque voluerit vertet illud Prouer.21.cap. in pulsationibus autem minoribus quidam obediunt, & quidam non. vnde ab æquali pulsatione quidam mouetur, & alius non, s. quia non sunt æqualiter dispositi, & talis modus est quantum ad augmentationem charitatis per actus nostros, quòd autem Deus velit quosdam pulsare efficaciter, & alios non, ab eius liberalitate prouenit: quia vult quibusdam potius benefacere quam alijs, cum nulli teneatur, vt dicitur ad Ro.9.cap. quòd cui vult miseretur. dicitur tamen hic omnes virgines excitatas per illum clamorem, vt innuatur fortis pulsatio, quæ omnes homines monere potest.

Deus quosdã magis quosdã vero minus mouet, nec tamẽ est iniustus.

Quid signat quod dicitur, & ornauerunt lampades suas? Quæst. LXII.

QVAERETVR quid signat, quod dicitur, & ornauerunt lampades suas?

Dicendum, quòd quantum ad parabolã istæ ornauerunt lampades, idest infuderunt oleum, & dispo suerunt lychnum emungedo illud, quia dormierunt aliquantulum, & tunc olei aliquanta pars exusta erat, & lychnum cineres habebat, decuit quòd ornarent lampades olei infusione, & apparatione lychni. maxime quia nunc occursurę erant sponso, & ita lampades paratæ esse debebant ne coram illo opus esset eas ornare.

Sed ad intentionem Christi fortassis ista pars non facit, quia vt dictum est supra. non seruit ad sensum vtentis parabola quælibet pars parabolæ, aut metaphorę. possumus tamen applicare, si accipiatur de aduentu ad iudicium resurgentes ornant lãpades suas, quia opera sua quæ in conscientia inueniunt numerant, pro quibus gloriam, aut pęnam recepturi sunt. sic dicit Grego. lampades ornãt, quia sua secum opera numerant, pro quibus ęternam percipere beatitudinem expectant: vel dicũtur ornatus lampadum apparatus rationum reddendarum in iudicio. sic dicit Augustl. lib. de verbis Domini, s. aptauerunt enim lãpades suas, idest rationes reddẽdas operum suorum. verum est, quòd rationes iam redditæ sunt a quolibet in morte, & sententia de eo lata est, & ideo non sunt reddendæ rursus rationes, & si reddendæ essent non oportebat de hoc cogitare, quia iudex qui rationem petit nouit eam, & ipse secundum eam sententiam profert, & tamen, quia iudicij vocatur dies ille quo omnes resurgent, eo modo quo iudicium dicitur, rationes ibi reddentur, & quærentur, & sic homi-

nes

Universidad de Navarra

nes rationes suas componere dicentur.

Alij dicunt assumptionem lampadum esse reditũ in corpora, quia virgines vocamus sic animas. lampades autem suas corpora sua, & ideo quia cũ resurgere iubentur, assument singulę animę corpora propria, dicentur accipere lampades, & ornare illas. nam Origenes dicebat lampades esse naturalia organa, totum autem corpus organum est animæ ad operationem. & sic dixit Hilarius super Mat. s. lampadarum assumptio animarum est reditus in corpora.

Accipiendo autem de aduẽtu ad mortem, & pulsatione precedente est adhuc magis planũ, quia postquã per Dei interiorem pulsationem excitantur animæ bonorum, aut malorum ornant lampades, idest conscientias, quia lampades conscientiæ sunt, vt dictum est supra. & in illis est oleum, idest bona opera. qui autem in peccato est, & vocatur à Christo, lãpadem inornatam habet, quia habet conscientiam immundam, & tunc eam mundat purgando a vitijs, & virtutibus aptando.

Quid est, quod dicitur, quòd fatuæ sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro. Quæst. LXIII.

QVAERETVR quid est quod dicitur, quòd fatuæ sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro.

Dicendum, quòd in parabola rem verisimilem dicunt. nam parum de oleo stultæ virgines secum tulerant in lampadibus, & nunc veniente sponso deficiebat, prudentes autem ad sufficientiam habebãt, ideo petiuerunt fatuæ a sapientibus quasi recepturæ, & tamen non receperunt.

Applicando autem ad sensum Christi aliqui dicũt accipi de aduentu ad mortem, s. ꝙ fatuæ petunt a sapientibus, idest homines qui dum in seculo viuerent nulla bona opera egerunt, cũ quibus Christo sponso occurrere possint, cum iam venit sponsus, idest est mors in ianuis, commẽdant se aliquibus viris bonis adhuc viuentibus, quasi precibus eorum, & meritis saluandi sint, & ita oleum bonorum operum, quod ipsi non habuerunt ab alijs expetunt, & opera aliena non possunt iuuare eos ad intrandum in vitam ęternam. Sed dicendum, quòd ista applicatio ex parte tenet, & ex parte deficit: quòd enim nõ curauerit quis dum viueret bonum operari, quo posset occurrere Christo quasi cum lumine, recte similatur stultis virginibus, & ꝙ opera aliorum putet sibi ad salutẽ sufficere si nulla ipse habet, stultitia est, quia nihil de bonis proprijs habentem alia bona non solum nõ adiuuant, immo ei non prosunt. & si credat non habens charitatem, quòd per alienam charitatem potest saluari falsum est, & si ipse habeat charitatem, & tamen pauca opera credens, quòd aliena opera possunt ei ꝓdesse ad gradum gloriæ falsum est, & tamẽ in aliquo credit iste recte commendãdo se orationibus, & bonis operibus bonorum virorum. Circa quod sciendum, quòd moriturus qui aliena bona petit, aut charitatem habet, aut non, si non habet stulte petit, quia non solum non applicabuntur ei ad sufficiẽtiam salutis, immo nullo modo proderunt ad salutem, quia sine charitate non est salus. si autem charitatem habeat, s. si ex pulsatione illa ad se cõuersus charitatem accepit, & ideo bonorum alienorum adiutorium petit, aut petit per hæc quasi per opera propria gradum aliquem gloriæ habeat, & tunc stulte petit, quia nemo ꝓ alio potest mereri, & ideo nemo habebit maiorem gradum gloriæ quam per actus suos ipse viuẽs meruit, & ita nemo potest cõmunicare alteri actus proprios ad merendum per illos, sed cuilibet tãtum

Quomodo mortuis prosint bona a viuis pro illis facta, & qsio nõ.

F respondebit de gloria quantũ per actus suos meuerit, licet illos alteri communicare voluerit, si tamen quis ideo se commẽdet orationibus alterius, vel bonis operibus eius, vt per hæc a pęna liberet recte credit. ad hoc enim prosunt omnia suffragia Ecclesiæ, & singularium personarũ, vt si mortui sunt illi pro quibus oratur, aut bona opera fiunt, vt liberentur citius a pęna, quia minuitur eis per ea quæ pro eis fiunt. si autem viuentes sunt illi pro quibus suffragia, vel bona fiunt, prosunt quidem ad multa, sed non ad merẽdum vitam æternam. proderunt quidem ad liberationem a periculis, aut ad liberationẽ a peccato, aut augmentum bonorum temporalium, aut ad hoc, ꝙ G Deus det illi pro quo oratur maiorem gratiam quã aliàs daturus erat, & tũc per maiorem charitatem sibi datam magis merebitur in operationibus proprijs sed nunquam potuit mereri per operationes alienas.

Accipiendo autem de aduentu ad iudicium, & de bonis, & malis resurgentibus est sensus, quòd mali resurgentes, & conscientiam suam inquirentes nihil ibi inueniunt, de quo Deo placere possit, vt eos admittat ad beatitudinem, ideo tunc de meritis bonorum aliquid cõmunicare vellent, per quod ipsi quoque Christo occurrerent, & intrarent ad nuptias, & tamen nihil tale recipiunt, quia neque alij eis participare possunt.

Sciendum autem, quòd licet in parabolica narratione realiter acciderit, quòd virgines fatuæ non ha- H bentes oleum petiuerint illud a sapientibus, & nõ receperunt, nõ erit sic in iudicio, & resurrectione, quia reprobi nihil petent ab electis sibi communicari, & scient etiam non posse sibi communicari, neque illud tunc desiderabunt, cum præsciant esse impossibile, quoniam antequam ad iudicium veniant iam dãnati sunt, & pęnas suas tolerant, sed ponitur ad tollẽdum ignorantiam nostram nũc, s. ne putemus, quòd in die iudicij, si propria bona non habuerimus, possimus accipere a sanctoribus, per quæ nosipsi sancti videamur, aut efficiamur. nam non erit ibi communicatio meritorum, sicut nunc est communicatio pecuniarum, & aliorum bonorum, & ideo fuit conueniens introduci, quòd virgines fatuæ oleum petunt, & prudentes non communicant eis illud. I

Quid est quod dicunt fatuæ, lampades nostræ extinguuntur. Quæst. LXIIII.

SED quæretur quid est, quod dicũt fatuæ virgines, lampades nostræ extinguuntur.

Dicendum, quòd ponitur pro causa petendi. dixerant enim, date nobis de oleo vestro, & ne sine causa petere videantur dixerunt, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Ad parabolam autem sic realiter fuit, s. fuerat oleum in lampadibus fatuarum, sed paucum, & ardebat quousque veniret sponsus, sed cum moram faceret sponsus cõsumptũ K est oleum, & iõ cum facto clamore surrexerũt viderunt quasi nihil olei esse in lampadibus, & sic illas extingui. Applicando autem ad sensum quem Christus vult, si intelligamus de aduentu Christi ad mortem, & clamore præcedente, qui est pulsatio mentis, inueniunt tunc homines qui ante fuerant in peccato se vacuos lumine diuinę gratię, & omnibus operibus bonis, & ideo dicunt lampades nostræ extinguũtur, idest extinctæ sunt, quia in cõscientijs nostris nullum bonum inuenimus, communicate ergo nobis de oleo vestro, vt possint lucere lampades conscientiarum nostrarum ex operibus vestris.

Accipiendo autem pro aduentu ad iudicium, quasi idem modus applicationis est, s. quia inueniẽt quæ mala

mala egerunt, conscientias suas vacuas omni bono A testimonio, quo possint comparere ante Deum, ideo dicunt lampades nostræ extinguuntur, & sic petent testimonium præstari ab alijs de ipsis. cum ipsi de seipsis non valeant testimonium reddere. sic dicit Grego. sed lampades fatuarum virginum extinguuntur, quia earũ opera quę clara hominibus foris apparuerant in aduentu iudicis intus obscurantur. vnde fatuę dixerunt. date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. quid est autem, ꝙ tunc a prudẽtibus non acceperunt, & petunt, nisi ꝙ in aduentu iudicis, cum se intus vacuas inuenerint, testimoniũ foris quærunt ac si a sua fiducia deceptæ proximis dicãt, quia nos quasi sine opere pelli conspicitis, dicite de nostris operibus quid vidistis, & August. lib. de verbis Domini ait, de consuetudine enim id semper inquirit de quo gaudere animus solet, itaque hominũ qui B corda non vident, testimonium volunt habere apud Deum, qui cordis inspector est, sed quorum facta alie na laude fulciuntur eadem subtracta deficient, vnde & earum lampades extinguuntur: vel virgines quę lãpades suas conqueruntur extingui ostendunt eas lucere, & tamen non habent lumen indeficiens, neque opera perpetua: siquis ergo habet animãm virginalẽ, & amator est prudentiæ, non debet mediocriter esse contentus his quæ cito exarescant, & orto cãumate arefiunt, sed perfectas virtutes sequatur, vt lumen habeat sempiternum.

Quare virgines prudentes non communicarunt oleum suum fatuis. Quæst. LXV. C

QVAERETVR quare virgines prudẽtes non communicauẽrunt oleum suum fatuis.

Dicendum, quòd quantum ad parabolã causa patet, quia expectãdo sponsum multum oleum consumptum erat plusquã cogitauerant, & adhuc cum sponso mansuræ erant illa nocte in celebritate nuptiarum. vnde forte non sufficeret eis suũ oleum si aliquid alijs communicarent.

Applicando autem ad sensum quẽ Christus intendit dicitur, quòd prudentes non communicãt fatuis, D quia non possunt. nam si accipiatur de fatuis, & prudentibus dum adhuc viuunt, & moriendo commendant se meritis bonorũ, quasi per illa ipsi possint mereri, non possunt boni communicare merita sua illis, vt per ea ipsi mereantur vitam æternam, & ita Christus introducit ista hic nõ quasi aliquis petãt hic merita alterius, aut petiturus sit, sed ad ostendendum, ꝙ ętiam si peterentur non possent concedi. vnde dicit non concedi cum petitur id, quod cõcedi non posset si peteretur.

Sed obijceretur, quia concedi possunt bona opera vnius alteri ad remissionem pœnarum, vt dictum est supra.

Dicendum, quòd hoc non prodest, quia aut agitur de aduentu Christi ad iudicium, aut ad mortem singulorum. si primo modo non tenet. Primo quia me- E rita vnius non prosunt alteri quantum ad habendam vitam æternam, & tamen ibi est status ad illam habẽdam. Secũdo quia bona satisfactoria quæ sunt ibi nulli tunc prosunt, eo quòd satisfactio per pęnas est quãtum ad eos qui in purgatorio sunt, & hoc est vsque ad diem iudicij. post illum autem diẽ est tempus perpetui gaudij, aut perpetuæ pęnæ, & non alicuius satisfactionis. ergo sola bona meritoria peterentur ibi cõmunicari, & illa non communicantur. Si autem accipiatur de aduentu ad mortem, dicendum ꝙ ibi etiã non possunt viuentes morituris cõcedere merita sua ad vitam æternam, quia illa non sunt communicabi-

lia. Cum autem dicitur, ꝙ possunt communicari bona satisfactoria ad relaxationem pęnarum, dicẽdum ꝙ verum est. & tamen non potest intelligi, ꝙ oleum, quod hic petunt fatuę, sit translatio bonorum satisfactoriorũ, sed necesse est accipi pro bono meritorio, quod vere trãsferretur ad alium, sicut oleum datum facit lumen in aliena lampade, ideo verum est, quòd nec etiam potest dari oleum a prudentibus inter viuentes.

Quomodo hæc causa conueniat ad propositum, scilicet ne forte non sufficiat. Quæst. LXVI.

QVAERETVR de causa data, s. ne forte non sufficiat nobis, & vobis, quomodo conueniat ad propositum.

Dicendum, quòd quantum ad parabolam conuenit, quia multum oleum expenderãt prudentes morã faciẽte sponso, & adhuc mansuræ erant cũ eo illa nocte, & si cõmunicare vellent fatuis virginibus, forte neutris sufficeret, ideo non erat conueniens communicari.

Sed quantum ad significationem est dubium quomodo sit verum. Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ non sufficeret vtrisque oleum si diuideretur, idest meritum bonorum operum. Sed dicendũ, ꝙ aut accipitur quãtum ad viuentes, volentes communicare merita sua morituris, aut quantum ad mortuos bonos, & malos simul existentes. De primo dicendum, ꝙ non sufficiunt merita si diuidãtur, quia nemo potest aliquid alteri dare quousque habeat, sed viuens nemo habet secure merita vitæ æternæ, quia quandiu viuit potest illa perdere, & non est securus de beatitudine, ideo qui pro se non est securus, non potest alteri præstare quicquam de eo circa, quod non est securus.

Viuẽtes non possunt merita sua mortuis communicare.

Secundo quia nemo potest alteri dare, nisi de eo, quod superabundat ei, & tamẽ nullius merita superabundant, quia quantumcunque quis mereatur, maior est vita æterna quam merita ad Ro. 8. ca. non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Tertio quia nemo proprie dare potest, nisi de eo, quod suum est, merita autem non sunt nostra, quia Deus dat nobis mereri inquãtum charitatem nobis infundit quantam vult, & tunc secundum mẽsuram charitatis est mensura meriti, ideo diuidere, & communicare meritum nostrum non est in potestate nostra, sed in potestate Dei, qui nobis mensuram merẽdi dat. Secus autẽ est de actionibus satisfactorijs, quia hoc competit actioni inquantum est laboriosa. labores autem sunt a nobis inquantũ nos illos toleramus; merita autem sunt a Deo, cum sint ex radice charitatis, ideo non sufficiunt nobis nostra merita ad hoc, ꝙ illa possimus communicare.

Quarto potest dici, ꝙ non sufficiunt merita nostra si diuidantur, quia cuilibet secundum merita sua respondet gradus præmij, & tamen si aliquid tolleretur de quantitate illius meriti non corresponderet sibi præmium prædictum. ideo minus dandum erat, & ita videtur iniuste factũ, quòd acciperet quis minus quã meruerat. si autem acciperet prefatum premiũ diminuto merito non esset commensuratio, & sic daretur præmium sine merito, quod inconueniens est. Ex hoc apparet, ꝙ non sunt increpandæ virgines prudentes quasi immisericorditer se habuerint, quia nõ egerunt hoc ex auaritia, sed quia nõ erat possibile fieri talem communicationem. & etiã nemo debet cõfidere de suis meritis, ꝙ tanta habeat, vt alijs possit distribuere sibiipsi sufficiendo. sic dicit Hierony. super Matthæum, non enim hæ virgines prudentes hoc de

auaritia,

auaritia, sed de timore respondēt. vnusquisque enim pro suis operibus mercedem recipiet, neque possunt in die iudicij aliorum virtutes aliorum vitia subleuare. de hoc etiam Chry. in Homilia ait. non solum hæ virgines stultæ erant, quoniam hinc recesserunt misericordia carentes, sed quia æstimabāt se accepturas vbi importune quęsierunt, quamuis autem illis virginibus prudentibus nihil misericordius sit, quæ propter misericordiam fuerunt maxime approbatæ, non tamen stultę virgines sua petitione potitę sunt. respōderūt enim ne forte nō sufficiat nobis, & vobis. hinc aut discimus, quia nullus nostrum adijcere poterit ibi operibus cum quibus inuenti erimus.

Quomodo concordat quod dicitur. ite potius ad vendentes, & emite vobis. Quæst. LXVII.

QVAERETVR quomodo concordat, quod dicitur, ite potius ad vendentes, & emite vobis.

Dicendum, quòd quātum ad parabolam planum est. nam cum non haberent fatuæ oleum, & prudentes non possent eis communicare, ne deesset vtrisq;, & corā sponso sine lumine apparere pudor erat, consuluerunt eis, ꝙ irent ad vendentes, quia forte dum sponsus veniebat possent ipsæ redire, & intrarent ad nuptias, vel si postea redirent, aperiret eis sponsus.

Sed quantum ad applicationem dicunt aliqui, ꝙ debet legi potius per redargutionem, & insultationē quam per modum consilij, quasi dicat, cum fueritis insipientes non ferendo oleum, ite nunc ad vendentes, idest ad adulatores a quibus gloriam mundanam capiebatis. sic dicit Aug. lib. de verbis Domini. non sunt putandæ dedisse consilium, sed crimē earum ex obliquo commemorasse, vendunt enim oleum adulatores, qui siue falsa, siue ignorata laudando animas in errores mittunt, & eis vana gaudia tanquam fatuis consiliando aliquam de his mercedem commodi tēporalis accipiunt. dicitur ergo, ite ad vendentes, & emite vobis, idest videamus quid nunc vobis adiuuēt qui vobis laudes vendere consueuerunt. dicunt autē, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, quia alieno testimonio non adiuuatur quisquam apud Deum, cui se creta cordis apparent, & vix quisquam sibi sufficit cui testimonium perhibeat conscientia sua.

Sed dicendum potius, ꝙ per modum consilij hoc dictum est. nam in sensu parabolico ita accipitur. sic dicit Hiero. super Matthæ. dant autem prudentes fatuis consilium, ꝙ nō debeant sine oleo lampadarum sponso occurrere. & idem tenent Hilarius, & Chryso.

Dicendum ergo, ꝙ si particula ista applicanda est ad sensum Christi, accipienda est per modum consilij, & non insultationis, & accipietur quātum ad morituros quos Deus pulsat, & timore mortis ad se conuertit. tunc enim inuenientes se omnibus bonis meritis vacuos commēdant se meritis sanctorum viuentium, quasi illorum merita possint transferri in ipsos, vel pars illorum. prudentes autem, idest prædicti sancti viri respondent, ꝙ merita propria non sufficiūt eis, quanto magis deficient si distribuere voluerint alijs, sed suadent recurrere ad venditores olei, idest meritorum. isti enim sunt pauperes, qui nobis merita vendunt, s. quia per hoc, ꝙ eis benefacimus meremur, & ita rectum consilium eis tribuūt. sic dixit Daniel Nabuchodonosor regi Dani. 4. ca. s. consilium meū regi placeat. peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. sic dicit Hilarius super Matthæ. venditores hi sunt qui misericordia fidelium indigentes reddunt ex se petita commercia indigentiæ suæ facietate boni operis nostri conscientiā venundantes. hæc enim est indefessis copiosa materia, quæ nunc misericordiæ fructibus emenda est, & recondēda. & Chry. in Homilia dicit. vides ergo quāta nobis sit a pauperibus negociatio. pauperes autem non sunt ibi sed hic, ideoque hic oleum congregare oportet, vt vtile sit illic cū tempus nos vocet. & Hiero. super Matthęum ait, venditur, & hoc oleū, & multo emitur precio ac difficili labore cōquiritur, quod non solum in eleemosynis, sed & in cūctis virtutibus, & consilijs intelligimus magistrorum, & sic vult Hiero. cōsistere oleum in omnibus operibus bonis, quę ex habitudine ad alios habentur, aut fiunt, quasi ab alijs oleum accipiamus emptum.

Et ideo quantum ad istam applicationem aliqualiter stat, quia viuentes morituri possunt adhuc per opera misericordiæ, aut quæljbet alia bona emere oleum a vendentibus, idest bonam habere operū conscientiam, cum qua appareant coram Christo.

Sed non poterit applicari ad aduētum Christi post mortem in iudicio, tum quia nemo erit ibi qui iā mereri possit, quod prius non meruit. hic autem semper mereri possumus, tum quia nemo est cui misericordia impendi potest, vt ab eo oleum ematur.

Sed adhuc dicendum, ꝙ melius est non applicare particulā istam ad significationem, sed solum ad parabolam, cum quædā partes similes sint in omnibus parabolis, vt dictum est supra. & hoc quia non cōcordant cętera quæ sequuntur cum hoc, s. quia illæ quæ emere oleum iuerunt redeuntes non receptæ sunt, & clausa est ianua, & tamen qui compunctus de peccatis emere oleū vult a pauperibus per misericordiæ opera semper recipitur, neque potest esse vnquam tardus quando talia facere vult, & facit, sed de hoc dicetur seq. q.

Quomodo stat, quod dicitur. cum autem irent venit sponsus &c. Quæst. LXVIII.

QVAERETVR quomodo stat quod dicitur. dum autem irent emere venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias.

Dici potest vno modo, ꝙ dicatur istud ad signādū, quòd virtutes, & bona opera quandocunque fierent prodessent ad vitam æternam, & tamē post mortem iam nemo talia facere potest, ideo non potest sibiipsi prodesse mortuus, qui non profuit viuens. ponitur tamen ite ad vendētes, & emite vobis, quasi dicat, quomodocunque vos possetis habere conscientiam bonam, etiam si ab alijs emptam acciperetis esset vobis salus. inquantum autem dicitur, ꝙ dū irent ad emendum venit sponsus, innuitur ꝙ non potest post mortem bona conscięntia acquiri, quæ in vita non fuit habita, & ideo frustra est quærere, sed admonemur per hoc, quòd viuentes illam acquiramus. sic dicit Hierony. super Matthæum, verum quia iam emēdi tempus excesserat, & aduenięnte iudicij die locus non erat pœnitentiæ, non noua opera patrare, sed præteritorum rationem coguntur exsoluere.

Nota, ꝙ pauperes sunt meritorum venditores.

Alij autem dicunt, quòd ire ad emendum bona opera, siue oleum est inclinari ad fauores mundanos, & adulationes, & tales nunquam recipiuntur ad nuptias æternas, quia dum his vanitatibus occupantur venit mors, & rapiuntur sine fructu boni operis, & pereunt non recepti ad uitam æternam. sic dicit Augus. libro de verbis Domini, s. euntibus illis emere, idest inclinantibus se in ea, quæ foris sunt, & solitis audere quærentibus, quia gaudia interna non nouerat, venit ille qui iudicat, & quæ paratæ erant, idest quibus testimonium coram Deo conscientia perhibebat, intrauerunt ad nuptias cum sponso.

Alij exponunt de viuentibus parum post morituris, qui

ris, qui semper male vixerunt, & dum postea aliquid boni agere studeant capiuntur antequam agāt. sic dicit Chry. in Homilia, s. per hoc quod dicit dum irent emere ostendit, qa & si misericordes efficiamur post mortē lucrabimur ad effugiēdū, sicut nec diuiti profuit apud inferos, ꝙ factus est solicitus, & misericors circa eos qui sibi attinebant. vel dicit dum irent emere, est enim inuenire quosdam, qui quādo debuerūt neglexerunt discere ad vtile, in ipso autem exitu vitæ suæ dum disponuntur discere, comprehenduntur a morte.

Alij volunt dicere, quòd non accipiatur ista particula, nisi quantum ad sensum parabolicum, & quòd non exponatur in sensu pertinente ad intentionem Christi, & tunc verum est, quòd quantum ad sensum parabolicum accidit, quòd virginibus fatuis non habentibus oleum dixerint virgines prudentes, quòd irent ad emendum illud ad vendentes, & dum irent, quòd venerit sponsus, & sic non fuerint receptæ ad nuptias, & tamen quātum ad sensum quem Christus intendit, si non exponantur istę particulę hoc nihil facit. Et sic dicemus vno modo, quòd non significent aliquid istæ particulæ in sensu, quem Christus intendit, & ideo non includere inconueniens aliquod, scilicet, quòd missæ fuerint ad emendum oleum, & tamen quando venerunt empto oleo non fuerint receptæ, quia in sensu parabolico bene stat hoc. in sensu autem quem Christus intendit non stat, quia repugnarent sibi istæ partes.

Accipiēdo autem in sensu quem Christus facit dicēdum, quòd aut accipitur pro statu hominum post mortem, aut ante mortem. Accipiendo primo modo dicendum, quòd neque stat ire ad venditores, neque emere oleum, neque illud emptū reducere, sed pro tāto hoc totum dicitur, quia admonere nos vult Christus in hoc omnia bona quæ possumus agere dū viuimus, quia post mortem non est locus inueniendi merita, neque pęnitendi de peccatis præteritis, & si quis hoc vellet, tamen illud tardum esset.

Accipiendo autem quantum ad viuentes dicendū, quòd potest dupliciter intelligi. vno modo, quòd sit per modum insultationis, s. quòd non possit emi oleum, idest meritum ab eo qui per se opera meritoria non fecit, & hoc in mala significatione. Alio modo pro eo qui ad vanitates pristinas declinauit, idest adulatoribus delectatus est (sicut prius) & dum hoc faceret mors eum præoccupauit, & sic nullum meritum in eo inuentum est cū quo posset intrare ad nuptias. Alio modo potest accipi, vt documētum contra illos, qui bona opera in fine vitæ incipere volunt, quæ tunc non possunt finire morte præoccupati, scilicet, quòd expectēt inchoare illa in fine vitæ, sed per totam ætatem illa prosequātur, & hoc est verū quantum ad opera per quæ intendunt proficere in bono. Secus autem quantum ad opera conuersionis, quia illud in quacunque parte ætatis conueniens est etiam in articulo mortis, immo ibi maxime prodest, quia per hoc tota præterita mala vita aboletur.

Quomodo dicitur, quòd virgines prudentes paratæ introierunt ad nuptias cum sponso. Quæst. LXIX.

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd virgines prudentes quę paratæ erant introierunt ad nuptias cum sponso.

Dicendum, quòd pro vtroque statu verum est, sicut etiam in parabolico sensu. nā in parabola ille virgines quinque quæ oleum habebant paratæ erant, & ita non iuerunt ad aliquid quærendum, sed expectauerunt vsquequo venit sponsus, & introierunt cum eo ad celebritatem nuptiarum. interim autem fatuæ foris manebant.

Applicando autem ad sensum Christi, verū est pro statu mortuorū, quia in die iudicij illi qui inuenti fuerint parati, s. cum bonis operibus, & digni vita æterna introibunt ad illam, qui non fuerint parati non habebunt tunc locum pęnitentiæ, quasi tunc redirent ad seculum, & bona opera facerent, quibus mererentur vitam æternam. etiam verum est de morientibus, scilicet, quòd morientes qui in ipso mortis articulo nō fuerint parati ad vitam ęternam, nūquam habebunt illam, & dicūtur parati quantum ad meritoria opera, secus autem quantum ad satisfactoria. nā aliqui morientur debitores pęnę cuiusdam, scilicet purgatorię, & tamen, quia charitatem habebunt dicentur digni vita ęterna, & parati, licet illam non habebunt statim, sed postquam compleuerint satisfactioni in purgatorio.

Quod autem dicitur, quòd introierunt ad nuptias. planum est in sensu parabolico. nam sponsus erat ille qui recipiebatur, & ei festiuitas celebranda erat illa nocte. ingredi ergo in domum in qua celebrabatur illa festiuitas, erat intrare ad nuptias.

Accipiendo in sensu quem Christus intendit, vocantur nuptię pro vtroque modo, scilicet pro statu in die iudicij, quia boni intrabunt in æternam beatitudinem, quæ dicitur esse nuptiæ, quia nuptiæ vocantur celebritas quædam in coniunctione sponsi ad sponsam, sed ibi tota ecclesia bonorum simul intrabit, vt coniuncta maneat Christo secundum claram visionem in qua est summa iocunditas, ideo omnes qui tunc recipientur, dicentur intrare ad nuptias.

Si autem accipiatur pro statu morientium est sensus, quòd morientes in charitate, qui dicuntur esse parati, intrant ad nuptias, quia licet illæ solæ animæ tūc transeant, cum statim Christo coniunguntur, coniūctio est nuptiæ. & ista coniunctio, vel est in re, scilicet quantum ad illas animas quæ sunt libere ab omni debito satisfactionis, & peccati, quæ statim transeunt ad beatitudinem, vel in certa spe, scilicet quantum ad animas quæ decesserunt in aliquo onere satisfactionis, habentes tamen charitatem, quia iste puniuntur in purgatorio aliquandiu, tamen certissime ad beatitudinem recipiendæ sunt, & ideo statim dicuntur intrare ad nuptias.

Quare dicitur clausa est ianua. Quæst. LXX.

QVAERETVR, quare dicitur, & clausa est ianua.

Dicendum, quòd quantum ad parabolam, ita fuit, scilicet, quòd cum esset media nox, quando venit sponsus, & introiuit ad nuptias, fecit claudi ianuam, quia non erat securum tempus illud ad hoc, quòd pateret porta.

Accipiēdo autem in sensu Christi innuitur, quòd post diem iudicij non est locus intrādi ad vitā æternā, nam sicut ante mortem Christi dicebatur esse ianua clausa, & ideo nemo illuc intrauerat, quia nondum Christus per sanguinem suum aperuerat portam, ita post diem iudicij erit clausa ianua, quia nemo illuc poterit intrare, & ideo virgines fatuæ quæ postea veniunt, non recipiūtur, quia clausa est ianua: nam post diem iudicij nemo erit, nisi aut in inferno, aut in vita æterna, sed qui est in inferno nunquam recipitur ad vitam æternam, ideo nemo intrabit post diem iudicij illuc, quia clausa est ianua. Est etiam ratio huius alia, quia qui in die iudicij non fuerint recepti ad vitam æternam, non erant dispositi, sed qui tunc nō habuit

buit bona opera per quæ mereretur vitam æternam non poterit postea illam mereri, ideo nemo intrabit. sic dicit Hiero. super Matthæum, s. post iudicij autem diem bonorum operum, & iustitiæ occasio nō relinquitur. August. etiam in lib. de verbis Domini dicit, receptis illis qui sunt in Angelicam vitam commuta ti clauditur aditus ad regna cœlorum. non enim post iudicium patet precum, aut meritorum locus.

Accipiendo autem pro statu morientium etiam verum est, quòd morientibus etiam ante diem iudicij clauditur porta. nam dum viuimus patet cuilibet porta. sed post mortem non patet ei qui in vita illam non meruit, sed intelligitur hoc quantum ad meritum secus quantum ad introitum. nam post diem iudicij nemo poterit mereri vitam æternam, neque etiam recipi ad illam, si nondum intrauit. post mortem autem clausa est ianua quantum ad meritū, sed non est clausa quantum ad introitum. nemo enim post mortem poterit mereri vitam æternam, qui tamen viuens meruit vitam æternam, post mortem etiam multo tempore poterit intrare in illam.

Quomodo stat, quod dicitur, nouissime veniunt virgines dicentes, domine domine aperi nobis. *Quæst. LXXI.*

QVAERETVR quomodo stat quod dicitur, nouissime veniunt virgines illæ dicentes, domine domine aperi nobis.

Dicendum, quòd quantum ad parabolicum sensum planum est, s. quia illæ quinque virgines fatuæ empto oleo redierunt, vt intrarent ad nuptias postquam sponsus venerat, & non aperuit eis spōsus, quasi non cognosceret eas, quia non erat tēpus agnoscendi, aut aperiendi.

Applicando autem ad sensum Christi dicendum putant quidam, quòd istæ fatuæ virgines non portauerunt oleum etiam, quando redierunt, & ideo non fuerunt receptæ. Dicendum, quòd non stat hoc quātum ad sensum parabolicum. nam dicitur, quòd iuerunt ad emendum, & dicitur, quòd redierunt, ideo supponendum est, quòd oleum portarent.

Secundo, quia non est verisimile, quòd redirēt ad intrandum in nuptias, nisi portarent oleum. nā a principio cum oleum non haberent non ausæ sunt expectare sponsum, sed iuerunt ad vendētes, a fortiori ergo nunc, si oleum non reportarent non auderent redire ad sponsum.

Tertio, quia non expelluntur ex hac causa, sed dixit sponsus, nescio vos. ergo presupponendum est, q̄ oleum portauerunt, sed non receptæ sunt, quia tarde veniebant.

Quantum ad sensum autem Christi non potest dici, quòd oleum afferrent virgines fatuę, quia quādocunque quis esset in charitate, quæ est hic oleum, esset dignus vita æterna. vnde si decedentes sine charitate possent habere charitatem ante diem iudicij reciperentur ad vitam æternam in die iudicij, vel prius, & si damnati in inferno possent post diem iudicij habere charitatem, de nouo liberarentur a pœna inferni, quia impossibile est aliquem existentem in charitate manere in inferno, sed signatur hic impossibilitas habendi oleum, idest charitatem post mortē, quā charitatem non habuit ante mortem decedens. & in hoc est differentia inter parabolam, & applicationē, quia in parabola licet virgines fatuæ oleum portauerint non receptæ sunt, quia tarde venerunt. in applicatione autem quandocunque charitas sit in aliquo facit eum dignum vita æterna, & tamen tempus aliquod est in quo haberi nō potest, & ideo propter tarditatem repelluntur, qui ante mortem non habuerūt oleum, idest charitatem. Dicendum est ergo, quòd ista reuersio sit quantum ad parabolam, quia vere redierunt cum oleo. sed quantum ad applicationē non signatur, quòd reuersę sint virgines cum charitate, sed quòd etiam si mortui vellent tunc habere charitatem, cum qua apparerent coram Deo, nō possent, & potest etiam intelligi istud de pœnitētia infructuosa, quam habent damnati apud inferos Sapi. 5. capit. s. stabūt iusti in magna constantia aduersus eos qui se, angustiauerunt, & qui abstulerūt labores illorum, videntes impij turbabuntur timore horribili, & dicent inter se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c. Ista autem pœnitētia est infructuosa, quia tarda est, scilicet tunc quando cum charitate esse nō potest. sic dicit Hila. super Matthæum, & tamen cum iam pœnitentiæ nullum est tempus, fatuæ occurrunt, & aperiri sibi aditum rogant.

Quod autē dicunt domine domine pertinet ad exprimendam cordis magnam affectionem, cum non sint contentæ semel dominum vocare. Vel ponitur ad signandum, quòd sępe vocauerūnt, quia non aperiebatur eis, & qualibet vice dicebant domine aperi nobis. sic dicit glo. s. dolore autem repulsionis impulsæ appellationem ingeminant dominationis. Vel dicunt domine domine ad ostendendum fidem suam, s. quia eum dominum confitentur, & per hoc suadere volunt, vt aperiat, sed fides hęc non prodest, cum opera non præcesserint. sic dicit Hierony. super Matthæum, egregia in Domini appellatione cōfessio iudicium fidei est, sed quid prodest voce inuocare quē operibus neges? Alij dicunt, q̄ vocant dominum, & non patrem, quia eius misericordiam non quæsierūt dum viuerent. sic dicit Glo. appellationem dominationis ingeminant non vocando patrem, cuius in vita sua misericordiam contempserunt.

Quomodo dicitur nescio vos, & quomodo possit Christo applicari ista responsio. *Quæst. LXXII.*

QVAERETVR quomodo dicitur nescio vos.

Dicendum, quòd ad parabolā istud pertinet. nam sponsus non viderat illas fatuas virgines, quia non occurrerant ei, & nunc quando clamabant non videbat eas, quia porta erat clausa, & non fuit aperta, ideo potuit conuenienter dicere nescio vos.

Applicando autem ad intētionem Christi est sensus, quòd ad dānatos Christus dicet, nescio vos, quando aliqua opera dixerint se fecisse, & dicet hoc, quia est verbum rigorosum, & despectiuū, vt hoc sit quædam pars pœnæ eorum, qui dum viuerent, Christum quotidie vocantem audire, nolebāt: sic dicit August. libro de verbis Domini. non dictum est autem, quòd emerunt oleum, & ideo intelligendæ sunt nullo iam remanente de alienis laudibus gaudio, in angustijs, & magnis affectionibus redire ad implorationem Dei, sed magna est eius seueritas post iudicium, cuius ante iudicium magna misericordia prærogata est, & iō dicitur nescio vos ex illa regula, s. non habet ars Dei, idest eius sapientia, vt intrent in gaudiū eius, qui non coram eo, sed vt placerent hominibus conati sunt aliquid secundum eius præcepta operari. Est autem dicendum, quòd in die iudicij aliqui dicent, vel dicere poterunt Christo iudicanti, quando viderint se damnari. domine aperi nobis, aut benefac nobis, & ille cōtemnet omnes. sic dicitur supra 7. cap. s. multi dicent mihi in illa die Domine Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & tunc cōfitebor illis,

illis, quia nunquam noui vos, discedite a me qui operamini iniquitatē. & magis expresse tenetur iste modus loquendi Lu. 13. c. s. cum autem intrauerit paterfam. & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium dicentes, domine aperi nobis. & respondēs dicet vobis nescio vnde sitis. tunc incipietis dicere, māducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti, & dicet vobis nescio vos vnde sitis, discedite a me omnes qui operamini iniquitates.

Sed dicetur quomodo potuerit Christus dicere nescio vos, cum omnia sciat?

Dicendum, quòd in veritate omnia scit, sed nescire dicit ea quæ nō approbat. hoc modo dicitur Deus omnia facere, quia nihil fieri potest, nisi eo agēte, aut cooperante. Io. 1. c. sine ipso factum est nihil. & quędā dicitur non facere, neque scire, quia non placent ei, idest sunt contra eius mandata. sic patet de potestate, & principatu, quia omnis potestas est a Deo ad Ro. 13. & ab eo sunt reges, & duces eod. cap. & 1. Pe. 2. ca. & dicitur Prouer. 8. ca. per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. & tamen Oseę 8. c. dicitur, ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. & hoc dicitur, quòd mali reges, & principes erant illi, s. idolatræ, idest reges Israel, & cum Deus non approbaret facta eorum, dicebantur non regnare ex ipso, idest eo iubēte immo eo nesciente, & tamen etiam malos, quando regnant ipse regnare facit Iob. 34. ca. s. qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. ita & in hoc ipse quidem omnes quos iudicat cognoscit, sed quia mali sunt, dicitur non cognoscere eos, idest non approbare facta eorū, & patet hoc ex modo loquendi, quia statim, vt dicit nescio vos, vel nescio vnde sitis, addit. discedite a me operarij iniquitatis, quasi dicat, ꝓpter iniquitatem vestram neque vos scio, neque scire volo, sed discedite. & recte hoc fit, quia cum isti Deum per opera scire noluerunt, iustum est, vt Deus eos nesciat, iuxta Apostolum ignorans ignorabitur, & licet virgines sint, vel corporis puritate, vel suæ fidei confessione, tamen quia oleum non habent ignorantur a sponso.

Quid est virginitas. & an consistat in carne, vel in mente, vel in vtroque. *Quæst. LXXIII.*

DICTVM est autem de virginibus prudentibus, & fatuis. ideo de virginitate aliqs quæret, licet etiam de hoc dici poterat 1. Cor. 7. ca. & primo quæritur quid sit virginitas, aut in quo consistat?

Est autem dubium, an consistat in carne, an in mente, vel in vtroque. dicit autem Augustin. lib. de nuptijs, & concupiscentia, quòd virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Aliqui dicunt, quòd virginitas nullo modo pertineat ad carnem, quia dicitur in prædicta diffinitione Augu. perpetua incorruptionis meditatio, & tamen meditatio non est carnis, sed mentis, ergo virginitas non pertinet ad carnem.

Secundo, quia virginitas importat quandam pudicitiam, vt dicit Augu. 1. de ciuit. Dei. sed pudicitia cōsistit in anima, & non in corpore. ergo non consistit virginitas in anima.

Tertio quia virginitas carnis videtur consistere in signaculo virginalis pudoris, sed quandoque absque virginitatis præiudicio frangitur illud signaculum. dicit enim Augu. 1. de ciui. Dei ꝙ membra illa possunt diuersis vsibus vulnerata vim perpeti, & medici aliquando saluti opitulantes ibi faciūt quæ horret aspectus. obstetrix etiam virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans vnde inspicit perdidit, & post hæc ait, non æstimo quemquam tam stulte sapere, vt huic periisse aliquid, & de ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita. ergo non consistit virginitas in carne, cum non pereat corrupta carne.

Quarto patet, quia corruptio carnis consistit maxime in resolutione seminis, quæ potest fieri sine cōcubitu, vel in dormiēdo, vel in vigilando. magis enim hic integritas tollitur vbi aliquid aufertur quam vbi rumpitur, sed in decisione fit particulæ ablatio. ideo maxima corruptio carnis fit in resolutione seminis, & tamen Aug. lib. de virginitate videtur velle, quòd non pereat virginitas sine concubitu, s. virginalis integritas, & per piam continentiam ab omnium concubitu immunitas Angelica portio est. ergo non cōsistit in carne, cum non tollatur per carnis corruptionem, quæ fit sine concubitu.

Contra illam quoque August. diffinitionem supra positam aliqui dicunt, quòd non sit conuenienter assignata. Primo quia dicitur ibi in carne corruptibili, & ita non poterit esse virginitas, nisi in carne quandiu est corruptibilis, sed post resurrectionem omnis caro est incorruptibilis. ergo sanctæ virgines desinerent tunc virgines esse, quod falsum est. ergo non erit in carne corruptibili pars diffinitionis virginitatis.

Secundo, quia virginitas ponitur pars continētiæ, quæ ad temperantiam reducitur, sed meditatio non est actus temperantiæ, immo magis intellectiuarum virtutum. ergo non debet poni tanquam genus virginitatis, vt dicatur, quòd est virginitas incorruptionis meditatio.

Tertio quia ponitur perpetua in eadem diffinitione, idest perpetua meditatio, & tamen non videt perpetuitas conuenire virginitati. Nam non est virginitas firmius bonum quā charitas quæ excedit omnes 1. Cor. 13. & tamen perpetuitas nō est de ratione charitatis, quia charitatem habitam contingit amitti, vt ostendit Magister 4. sen. dist. 31. ergo non debet poni perpetuitas in diffinitione virginitatis.

Quarto, quia dicitur incorruptionis meditatio perpetua: talis enim meditatio perpetua incorruptionis tollitur per corruptionem mentis. sicut dicitur supra 5. c. qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iā mœchatus est in corde suo, sed per hoc nō tollitur virginitas, quia talis corruptio reparari potest, sed virginitas perdita non potest reparari. ergo non est incorruptionis perpetua meditatio.

Quinto qa perpetua incorruptionis meditatio perditur non solum mente, sed etiam corpore sine concubitu, vt in mollibus, & tamen sine concubitu, vt dictum est videtur Augu. dicere non perdi virginitatē. ergo non est incorruptionis perpetua meditatio.

Sexto quia si esset virginitas incorruptionis perpetua meditatio, non posset perire, nisi perdita ista meditatione, & tamen potest perire non pereunte hac meditatione, quia Ambro. dicit, virginitas est expers contagionis integritas, sed hæc integritas perdi videtur per pollutionem in somnio, quia corpus cōtaminatur. & ita videtur perdi virginitas, non tamen perditur meditatio prædicta. ergo non est ista diffinitio virginitatis conueniens. Septimo quia perpetua meditatio incorruptionis non potest tolli per violentiā. virginitas autem per violentiam auferri potest, quia alias non esset irregularis qui contraxit cum illa, quæ per violentiam ab alio deflorata est, & tamen est irregularis. ergo censetur ablata virginitas, & sic non erit conueniens diffinitio. Dicendum quantum ad duo de quibus dubitabatur, q̄ ambo vera sunt, s. virginitas aliquo modo consistit in carne, licet magis consistat

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in mente, secundū est, quòd diffinitio August. de virginitate est conueniens. Circa primum considerandū, ꝙ virginitas aliquo modo ad corpus pertinet, sicut dicit Augu. lib. de virginitate, virginitas est continentia qua integritas carnis ipsi Creatori animæ, & carnis vouetur, consecratur, seruatur, & hoc maxime apparet ex nomine virginitatis. dicitur enim a virore, aut viriditate. illud autem dicitur virens, & in suo virore persistere, quod non est ex abūdātia caloris exustum. aut adustionē passum. hæc autem viriditas importat in persona quam dicimus virginē esse, s. quòd sit immunis ab adustione caloris cōcupiscentiæ, quæ adustio videtur maxime esse in cōsummatione summæ delectationis secundum corpus, qualem dicunt esse venereorum, & quia non est aliqua delectatio in qua prædicta adustio sequi videatur, nisi ista, quæ est venereorū, non videtur virtus virginitatis circa aliud consistere, nisi in repugnātia ad delectationem venereorum. Sed in delectatione venereorum tria esse videtur. Primū est violatio signaculi virginalis, & istud est solum ex parte corporis. Secundum est in quo cōmunicant anima, & corpus, s. resolutio seminis causans delectationem sensualem. Tertium quātum ad solam animam, s. propositum perueniendi ad talem delectationem, & velle se ei subijcere, quia in experientia delectationis anima est subiecta carni, s. quia per actum carnis tollitur omnino actus animæ. nam vt dicit Aristote. 7. Ethic. aiunt in ipsa intelligere neminem posse. quodlibet autem horum trium corruptio quædam est. prima quidem, quia vere frangitur vas, quod naturaliter integrum erat, siue in viro, siue in fœmina. secundum vero corruptio est, quia fit decisio particulæ coniunctæ. semen quidem deciditur, & emittitur. tertium vero est etiam corruptio, inquantum anima subijcitur huic passioni. non est enim illud aliqua actio animæ, licet in hoc distinguendum est, quia aliud est propositū peruenīedi ad delectationem, aliud subijcere, aut subiectum esse passioni. Primum quidem est actio animæ, s. electio. Secundum vero non est actio, sed passio quædam, & non solum non est actio animæ, sed est priuatio omnium actionum eius quantum ad partem rationalem, quia vt dictū est nihil potest in ipsa intelligi, & ideo dicitur absorptio quædam rationis, quæ non accidit circa alias passiones. in illis quidem rationis actus distorquet, sed non absorbetur. in hoc autem absorbetur, idest, quòd nihil de eo tunc manet.

Sed quia virginitas nomen virtutis est, dicendum quòd ista tria quæ sunt circa delectationem venereorum consideranda sunt circa virginitatem eo modo, quo se habent ad virtutem, & uitium. De primo eorum, idest fractione signaculi virginalis, siue in fœmina, siue masculo dicendum, ꝙ per accidens se habet ad virtutem, & vitium, immo & ad totam materiam moralem. vnde si secundum se accipiatur illa fractio, aut ruptio signaculi non pertinent ad virtutē vllo modo, & non plus est frāgi, aut rumpi signaculum illud, quam abscindi manum, aut percuti pedem, quæ ad virtutem, & vitium non pertinēt, per accidēs autem integritas, & fractio pertinent ad virtutem, & vitiū, s. inquantum integritas vasis stat cum inexperiētia venereorum, quæ secundum se pertinet ad virtutem, vel moralem materiam. fractio autem vasis stat cum experientia venereorum: immo regulariter nō solet fieri, nisi ex vsu venereorum, & quia in venereis tollitur virginitas, & pertinet ad materiam moralem, dicitur integritas, & fractio vasis pertinere ad virginitatem, & materiam moralem per accidens. Secūdum vero, idest resolutio seminis causans sensualem delectationem materialiter se habet ad actum moralem,

Triā venereorū delectatione sunt.

F quia sensuales passiones sunt materia actionum moralium, & virtutum atque vitiorum. Tertium autem dupliciter accipitur, s. aut pro proposito mentis perueniēdi ad delectationem sensualem, quæ est in actu resolutionis, & motus seminis, aut pro subiectione mentis ad istam delectationem. Accipiendo secundo modo est materia per accidens moralis actus, s. inquantum in illa subiectione absorbetur mens, vel ratio ex passione partis inferioris: pp colligātiam enim virium, & vnitatem animæ, cuius sunt vires, facta passione vehementi in quibusdam fit cessatio in actu aliarum, sicut in delectationibus, ponit regulam Arist. 10. Ethi. s. ꝙ non stat simul sentiri duas delectationes,
G sed si vna vehementer sentitur, altera non sentitur. sicut dicit ibi de agonistis, quia mali sunt agonistæ, vel athletæ, quando videntes possunt comedere legumina, & quoniam inter sensuales magnam asserunt esse delectationem venereorum tollūtur cęteræ delectationes, & actiones animæ ea præsente: vnde dicit Arist. aiunt in ea intelligere posse neminem 7. Ethi. & hoc vnitas animæ facit, & virium colligātia: aliæ quoque passiones tollunt, interdum autem actum rationis absorbēdo eā, vt sopor, & phrenesis, quæ facit corporales passiones, vel ex parte corporis. istę autem nō sunt materia moralis, ideo absorptio rationis in venereis non esset modo moralis, nisi quia coniungitur
H actui venereo, qui est materia moralis actus, & ideo per accidens est materia moralis. Si autem accipiatur aliud, idest propositum perueniendi ad delectationem, quæ est in resolutione seminis, dicēdum ꝙ proprie pertinet ad moralia, & solū tenet se ex parte mētis, & hoc est completiuum, & formale quantum ad actum moralem, quia nulla res determinatur per materiam suam, sed per formā, ideo in moralibus oportet poni materiale, & formale: materiale autem vocamus tam fractionem, & integritatem uasis per accidens delectationem sensualem in resolutione seminis per se materiale. absorptionem autē rationis materiale per accidens. formale autem, & completiuū oportet, ꝙ consistat in actu rationis eligentis, & istud est propositum perueniendi ad experiētiam illius de-
I lectationis in resolutione seminis, & sic apparet quomō uenerea circa quæ est uirginitas sunt aliquo modo pertinentia ad animam, & aliquo modo ad carnē, & consequenter uirginitas aliquo modo est in carne aliquo modo in anima, sicut etiam dicemus quæs. 86. Ad primum dicēdum, quòd virginitas ad carnem aliquo modo pertinet, & aliquo modo ad animam. In diffinitione autem August. quæ plena est tanguntur omnia quæ ad uirginitatem pertinent, ideo necesse est quędam illorum ad carnem pertinere, alia ad mētem. cum autem dicitur meditatio pertinet ad mentem, non tamen sequitur, ꝙ non sit in carne uirginitas, sed ꝙ non sit totaliter in carne, quia tunc omnia quæ ponerentur in diffinitione uirginitatis conueni-
K rent carni. Ad secundum dicendum uno modo, ꝙ importat uirginitas pudicitiam quandam, & licet illa totaliter esset in anima, non sequeretur, ꝙ uirginitas esset totaliter in anima, quia ut dictum est uirginitas partim est in carne, partim in mente, & ideo quātum ad rationem pudicitiæ poterat pertinere ad animā, quantum ad alia vero quæ ad uirginitatem pertinent est in carne. Alio modo potest dici, & melius, ꝙ sicut uirginitas nō est totaliter in anima, neque totaliter in corpore, sed ad utrunque pertinet, ita & de pudicitia est, & ideo nō sequitur ex eo, ꝙ pudicitia pertinet ad animam, virginitatem esse totaliter in anima. unde dicit August. in lib. de Virginitate, ꝙ licet uirginitas in carne seruetur, ac per hoc corporalis sit, tñ spiritualis est quam uouet, & seruat continentia pietatis.

Ad

Ad tertium dicendum, ꝙ signaculum, siue integritas carnis, aut membri genitalis non continet perfectam rationem virginitatis, sicut vulgus putat, nihil aliud dicens esse virginitatem, immo nō pertinet aliqualiter ad virginitatē, nisi per accidens, quia vt dictū est in resolutione seminis est p se materia moralis, ꝑ positū aūt experiendi illā delectationem est formale cōpletiuum actus moralis, & ista per se repugnat virginitati, & opposita pertinent ad illā per se. pertinet aūt prædicta integritas, aut fractio vasis ad virginitatem, inquantum coniunguntur actibus per se ad moralia pertinentibus: vnde integritas vasis inquantum manet in eo, & ea quæ spōte abstinent a venereis pertinet per accidens ad virginitatem. fractio aūt membri, inquantum regulariter solet sequi ex actu venereorum, qui non stat cum virginitate, repugnat per accidens virginitati, per se autem non, & ideo si alio modo, quàm per venerea naturaliter, vel non naturaliter exercita vas frangatur, siue tollatur signaculum, nihil magis præiudicatur virginitati, quàm si frangeretur pes, aut manus.

Ad quartum dicendum, ꝙ per resolutionem seminis virginitas tollitur, licet non semper. de concubitu autem dicendum, ꝙ per illum tollitur virginitas, & tamen non per illum solū, sed interdū sine cōcubitu.

Circa resolutionem aūt seminis dicendū, ꝙ aut fit volūtarie, siue ex proposito, siue pręter propositum: si fiat ex proposito semper virginitas tollitur, siue fiat per concubitum, siue sine concubitu. De concubitu aūt dico, siue sit naturalis, i. maris ad fœminā, & in vase determinato, siue non naturalis, sicut ad fœminam extra vas ordinatū, siue maris ad marem, quos Apostolus vocat masculorū concubitores. 1. Cor. 6. c. Siue ad pecora quęcunque. sine concubitu aūt, vt quantū ad eos quos Apostolus eodē cap. molles vocat, quod graue vitiū est, & putatur in his quæ sunt extra naturam, quolibet enim modorum horum virginitas tollitur. Si autem sine proposito, non tollitur virginitas, vt patet in dormientibus, qui patiuntur pollutionem nocturnam, vel si violenter fiat, vel ex ęgritudine. De primo patet, quia patientes per somnium pollutionem, licet sentiant delectationem ex ipso impetu decisi, aut moti seminis, titillati, & excitati nō dicimus virginitatem amittere.

An siquis ante somnum in vigiliam consensit deliberate in venereā delectationem, & vadens cubitum patitur pollutionem non organice cooperans, an virginitatem perdat. Quæst. LXXIIII.

Sed quęretur nūquid siquis ante somnium in vigiliam consensit deliberate in venereā delectationem, & vadens cubitum passus est pollutionem nocturnā nihil organice cooperans an virginitatem perdat. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia ad tollendum virginitatem requiritur voluntaria experientia resolutionis seminis, & sic tollitur virginitas mentis, & corporis simul, & tamen hic fuit vtrūque. primum enim fuit cōsensus in venereā delectationem: secundum secuta est ipsa venereorum delectatio, & seminis resolutio, ideo nihil deest ad tollēdam virginitatem. Dicendum, ꝙ non tollitur virginitas, quia non concurrunt hic ea, quæ exiguntur ad corruptionem virginitatis. Primo, quia potest esse, quod talis pollutio facta fuerit insensibiliter, sicut sæpissime accidit, maxime in his qui habent debilitatem organi retentiui, si delectationem sensibilem in resolutione seminis ponimus materiale in actu morali quo tollitur virginitas, ideo ibi non tollitur.

Sed dicendum, ꝙ istud solum nō sufficit: nam da-

A ta resolutione seminis voluntaria, siue per concubitum, siue sine concubitu, etiam si nulla delectatio ibi sequatur, tollitur virginitas, vt si aliquo tangente fœminam voluntarie, ante incipientem fieri vllam resolutionem, superueniat dolor tam vehemens, qui nullam omnino voluptatem sentire permittat, & tamen compleatur resolutio, & decisio, aut si Deus specialiter faceret in aliquo, quòd in actu venereo, neque absorberetur, neque voluptatem vllam pateretur, potius quàm in apertione oculorum: manifestum est, quòd nihilominus in isto periret virginitas.

Secundo, quia etiam si passus esset iste delectationem in pollutione nocturna, in casu dato, non tolleretur virginitas, vt si titillatus ex motu seminis euigi-
B laret, & ratio est, quia iste nō cooperatus est ad illam effusionem seminis, cum neque fuerit ibi concubitus, neque mollities.

Tertio, quia forte iste qui cōsenserat in delectationem venereā non elegerat talem, sed cum fœmina: accidit autem quòd pollueretur per noctem, ideo nō cooperatus est ad hanc delectationē, de qua neq; cogitauerat, nisi forte per accidens, s. ꝙ per cogitationem diurnam de coitu ad fœminam secuta est p noctem facilis solutio seminis, quę aliàs nō sequeretur.

Quarto, quia forte nihil cooperata est illa deliberatio ad resolutionem seminis: nam licet quis cogitauerit, & deliberauerit de coitu ad fœminā, pōr esse ꝙ
C non fuerit facta dispositio aliqua ad resolutionem seminis, sed ex abundantia humoris, vel ex organi retētiui debilitate, sequenti nocte passus fuerit pollutionem, & tunc cum cogitatio præcedens, nihil ad hoc egerit, non videtur cooperatus ad resolutionem, & sic non est perdita virginitas, etiam quia aliàs sequeretur ꝙ siquis hodie cōsensit in delectationem venereā, nondū perdita virginitate carnis, & post duos annos manēte eadem integritate carnis, polluatur p noctem diceretur perdidisse virginitatem, cum in eo fuerint duo hęc, i. cōsensus in resolutionē seminis, & resolutio, & hoc absurdū est. Etiā sequeretur ꝙ siqua mulier consensit hodie cognosci a viro, & tamen nō cognita est, quia postea noluit, vel non se obtulit opportunitas, & post mensem defloretur ab aliquo vio-
D lenter, ꝙ perderet virginitatem totaliter. Sed falsum est, quia oportet respectu actus eiusdem concurrere voluntatem, i. ꝙ ille actus resolutionis seminis, vel susceptio delectationis venereæ sit volitus, & tunc tollitur virginitas, sed in casu dato quando mulier deliberauit cognosci a viro, perdidit virginitatem mentis, sed illa reparari potuit manente integritate carnis. post vero cum defloratus fuit, perdidit virginitatem carnis, & passa est delectationem venereā, sed hic non fuit perdita virginitas mentis, quia non fuit consensus, sed potius repugnantia, & tamen nō perditur simpliciter virginitas, nisi cum vtraque simul amittitur: ergo illa non perdidit virginitatem, & cōsequenter neq; ille qui passus pollutionem modo prędicto.
E Quinto, quia dato quòd consensus ille in venerea fuerit causa præcisa pollutionis nocturnæ, vt si ex illo consensu tantum titillata est caro, quòd facta fuerit resolutio seminis in nocte, & inciderit simul cogitatio tunc de coitu somnialis, adhuc non tollitur virginitas, & causa est, quia nō fuit ille consensus causa per se, & directe, sed per accidens: cum acciderit ꝙ ex isto consensu fuerit caro titillata: nam si propter hoc quod est causa resolutionis diceret tolli virginitas, diceretur ꝙ qui ex abundantia cibi, & potus, aut diurni colloquij passus fuerit pollutionem nocturnā, perderet virginitatē, cū ipse causam prestiterit quod est falsum, quia istę cause non ordinabant directe ad illum effectum. sic & consensus in venerea, qa forte

ille non fuit ad hoc, sed ad concubitum, & accidit inde pollutio nocturna.

An tollatur virginitas siquis concupiuit, quòd per noctem sibi pollutio eueniret.
Quæst. LXXV.

SED ponatur, ꝙ quis consensit per diem in pollutionem nocturnam, ideſt, concupiuit quòd per noctem eueniret ei pollutio somnialis, in qua delectaretur, & ex illo desiderio titillata est caro, & venit sibi per noctem pollutio, sicut concupiuerat, an tollatur virginitas.

Aliqui putarent quòd sic, quia hic consensus in resolutionem seminis fuit causa eius, & directa quidē, quia illa resolutio secuta est, quę concupita fuerat, iō non videtur aliquid deesse ad perdēdam virginitatē.

Dicendum, ꝙ adhuc non perditur hic virginitas. Primo, quia nō videtur iste plenus consensus: nam si iste determinate eligeret delectationem venereā per pollutionē quæ est sine coitu, poterat illā faciliter sine mora per mollitiem efficere, sed non fecit: ergo non fuit plena deliberatio de hoc. Secundo, quia dato, ꝙ ista esset plena deliberatio, respectu illius actus, tñ illum actum non egit iste, sed passus est: nā dū pollutio fieret iste dormiebat, & nesciebat an aliquid circa ipsum fieret, & tñ cū perditio virginitatis sit actus moralis, & nihil est morale, nisi sit ibi volūtarium, & electio, sed hic non erat electio, neque complacentia de eo quod in carne fiebat, ideo non tollebatur virginitas. Tertio, quia dato, ꝙ iste sic per diem cōcupiuerit, poterat postea pęnitere de illo proposito, & tamē carne titillata sequeretur per noctem pollutio, ideo erat ibi pollutio sine consensu, & sic non tolleretur virginitas. Quarto, quia licet talis consensus non fuerit reuocatus per contrariam volitionem, adhuc non erat causa directa, & sufficiens: nam licet hoc ille vellet, non solet tequi resolutio seminis per solum consensum, sed per applicationem organorū, siue in coitu, siue absque illo. maxime quia ēt siquis velit ꝙ adueniat sibi pollutio nocturna, non ideo adueniet, & dato quòd nolit aduenire accidet, ideo non est causa sufficiens, neque per se consensus, aut desiderium resolutionis ad ipsam resolutionem. Dicendum igitur quòd in casu dato non tollitur virginitas, cum iste nō procurauerit organice talē pollutionem, neque tunc cum fuit, consensit in illam, verum est tamen quòd peccauit mortaliter, quando concupiuit sic pollui.

An fœmina violenter cognita a viro, amittat virginitatem.
Quæst. LXXVI.

QVAERETVR de resolutione seminis, aut experientia venereorum, facta violenter, an tollat virginitatem, & de fœmina primo quęritur.

Dicendum, quòd non tollatur virginitas, eo quòd non perditur illa, nisi simul tollatur integritas carnis, & mentis: manet ergo virginitas, & hoc verum est tam de vigilantibus, quàm dormientibus, & amentibus. si enim mulier demēs sit penitus, & aliquis eam cognoscat, quia illa nescit se cognosci, non perdit virginitatem. Dicendum autem est idem de inebriata summa ebrietate, ita ꝙ nō sentiat quid agat, aut quid patiatur. nam si sic cognoscantur, non perdunt virginitatem, quia non est ibi aliqua actio voluntaria. De dormientibus idem dicendum est, quia dormiens nihil sentit, ideo neque consentit, & sic nō est actus moralis. Aliqui enim tanto sopore tenentur, quòd cognosci possunt non enigilātes: maxime si ex ebrietate, vel aliquo accidentali somnus talis aduenerit.

Sed dicendum, quòd verum est hoc, nisi mulier ea intentione cubitum iuerit, vt dormiens cognosceretur, quia tunc virginitatem perdit: sic tenetur cōmuniter, & tenet illud Sanctus Tho. lib. 4. Sentē. dist. 33. Sed obijcietur ex eo, quod dictum est præcedē. q. ſ. ꝙ desiderans pollui per noctem, si postea polluatur nō perdit virginitatem, & tamen ista dormiens cognoscitur: ergo licet hac intentione cubitum iuerit, vt cognosceretur non perdet virginitatem.

Dicendum, ꝙ perdit virginitatem, & multa ratio diuersitatis est inter istos casus. Primo, quia licet ille desiderauerit pollui per noctem: non tñ hac intentione dormitū iuit, vt pateretur pollutionē. ista aūt ea intentione iuit dormitum, vt cognosceretur dormiēs.

Secundo, & principalius, quia iste desiderauit pollutionem, per quam regulariter non tollitur virginitas, cum sæpe patiamur hoc nihil cogitantes, & non solum non tollatur virginitas, sed neque sit peccatum mortale, immo interdum neque veniale: mulier tamen illud voluit, per quod regulariter immo necessario tollitur virginitas, quia qui vult cognosci, & cognoscitur, iam virgo non manet.

Tertio, quia mulier voluit id, quod est causa directa, & immediata, & sufficiens ad tollendū virginitatē, ſ. cognosci, & secutū est, iō virginitatem perdidit, vir voluit id quod non est causa per se: nam cogitatio aut desiderium precedens nō facit necessario resolutionem seminis, immo multum per accidens, quia pluries volet quis & non fiet, quàm quòd volendo sequatur, & sæpe non cupiendo illud accidit.

Quarto, quia mulier ista nō solum voluit dormiēs cognosci, sed etiam hac intentione iuit dormitum, vt sic dormiens cognosceretur, & multum differt inter hęc: nam si aliqua mulier desiderauit ꝙ dormiēs cognosceretur, & tamen non credebat hoc facturū eē, & ideo non ibat hac intētione dormitum, & accidit ꝙ dormiens cognosceretur, ipsa non sentiente, non videretur perdidisse virginitatem, quia ille actus consensus non continuatur huic actui, de quo nihil cogitatum erat, immo de quo credebatur, ꝙ non accideret. cum vero hac intentione dormitum iuit, vt dormiens cognosceretur, fuit specialiter cogitatum de actu illo cognitionis, quæ in illa dormitione fieret, & consensus fuit in illū, & videtur continuatus ille consensus cognitioni, quę fuit postea in dormitione, cū quandiu vigilauerit illam intentionem habuerit, & somnus non tollit consensum priorem, neque impedit, cum non sit actus contrarius, & ideo hic videtur perdita virginitas directe.

Quinto, quia de illa quæ ideo iuit dormitum, vt cognosceretur, idem videtur esse ac si vigilans cognosceretur, quia forte ire dormitum fuit quidā modus procurandi illam cognitionem, qui in vigilia non sequeretur, vt siqua mulier crederet de aliquo viro ꝙ vigilans, aut præloquens nollet, aut non auderet, vel erubesceret eam cognoscere, dormientē autem, & quasi nihil scientem, neque præcedente colloquio vellet eam cognoscere, & ideo illa iuit dormitum, vt sic cognosceretur, & secuta est, nihil aliud fuit, nisi se faciliorem exponere ad hoc ꝙ cognosceret, & ideo virginitas perditur, secus autē in illo qui desiderauit accidere sibi nocturnam pollutionem, & accidit.

Quod autem de dormiente diximus, intelligendū est de inebriata: nam si aliqua mulier ideo inebriaretur, vt sic cognosceretur, & sic postea accideret, licet non sentiret se cognosci perdebatur virginitas, quia fuit modus exponendi se ad hoc, ꝙ cognosceretur. Sed redeundum ad mulierem quæ vigilans, defloratа est inuita, & dicendum quòd si non consentit tūc in actum illum, neque precessit vllus consensus, ꝙ nō perit

perit virginitas, cum solum tollatur integritas carnis, quæ se habet per accidens ad virginitatē, vt dictū est.

Sed quid si mulier elegit cognosci, & postea secuta est defloratio inuoluntaria, an pereat virginitas? Dicendum, ꝙ si tunc quando cognita est, non habebat consensum in aliquem actum carnis, i. neq; in illum, neque in alium, non erat periculum virginitatis. secus autem si manebat aliquis actus consensus ad hunc, vel ad alium actum venereum.

Circa quod sciendum, ꝙ potest mulier habere nūc desiderium determinatū, vt cognoscatur ab aliquo homine, aut a quocunque, & quandiu manet istud desiderium non occurrit sibi qui eam cognoscat, & ideo non cognoscitur: post aliquantum tempus, cessante isto desiderio per contrarium actum, ſ. propositum continendi, occurrit qui eam inuitam cognoscat, tunc dicendum non tolli virginitatem, quia nūc non manet aliquis consensus in venerea, scilicet, neque in istum actum, neque in aliquem alium, ideo non perit, quia necesse est duo concurrere ad hoc ꝙ virginitas pereat, scilicet, delectatio, & apertio claustri cum consensu, & ista duo non sunt nunc. Et si dicas, quòd iam præcessit consensus. Dicendum, quòd dato, quòd aliqua mulier desiderauerit ab aliquo cognosci, immo etiam si locuta fuerit, & incitauerit illum de hoc, & assignauerit tempus, & locum, quo hoc fieret, & interim illa dissenserit, & mutauerit propositum, & superueniens ille a quo voluerat cognosci eam renitentem defloret, non perit virginitas, eo quòd non concurrunt ista duo, ideſt, consensus mentis cum ipsa cognitione, & oportet ambo simul venire ad hoc, quòd virginitas totaliter pereat: hic autē quando fuit consensus, perit virginitas mentis, sed tunc non erat actus venereus, & potuit reparari ista virginitas perdita per cōtrarium actum. cum vero superuenit cognitio, non erat consensus in venerea, & sic sola ruptio virginalis claustri non abstulit virginitatem, licet ibi interuenerit delectatio, quia non erat in potestate eius, quæ cognoscebatur quin delectaretur, dum tamen quantum posset reniteretur, ne sequeretur copula, & post violentiam illatam non placeret sibi voluptas, quam experta fuerat in violatione.

Alio modo potest fieri, quòd consentiat mulier in venerea, & vellet cognosci ab aliquo determinato quem diligit, non autem ab aliquo alio, & manente isto consensu, & desiderio, superuenit alius & violenter cognouit eam, perit virginitas, licet violenter cognoscatur. & ratio est, quia hic concurrunt ambo, quæ destruunt virginitatem, scilicet, consensus in venerea, & actualis experientia venereorum. Nam potuit, quòd eo tempore quo violenter ab vno cognita est, habebat istum actum consentiendi, & desiderandi quod ab alio cognosceretur, & non ab isto. & ratio est, quia si ista cognosceretur ab eo, quem eletas, & tamen quod cognoscatur ab hoc, vel ab illo, parum differt, quantum ad Deum, & quantum ad rationem actus moralis, ideo vtroque modo perit virginitas. Est autem aliqualiter simile si fœmina aliqua virgo posuisset se in obscuro, vbi cognoscenda esset ab aliquo, de quo ipsa conuenerat, vel intenderat, & superuenit alius, & cognouit illam, cum ipsa putaret esse illum, de quo cogitauerat. Manifestum est, quòd perit hic virginitas, licet ipsa non admitteret illum, qui eam cognouit, si sciret illum esse qui erat, licet hic magis aliquid manet de ratione volūtarij, quàm in præcedenti, quia hic est ignorantia, ibi autem violentia.

An tollatur virginitas siqua mulier defloratа est violenter, cum non consentiret in defloratorem, & postea consensit. *Quæst. LXXVII.*

SED quæretur quid si aliqua mulier defloratа est violenter, cum non consentiret in defloratorem, neque in aliquem alium, & postea aliquanto tempore consensit ab aliquo cognosci, & non cognita est, an tollatur virginitas?

Aliqui dicunt, quòd sic, nec esse dubium, quia in præcedenti casu non tollebatur virginitas, quia non concurrebant ista duo: nam quando erat consensus, non erat defloratio, siue cognitio, & quando erat cognitio non erat consensus, sed hic simul sunt, quia iam præcessit carnis corruptio, quandocunque ergo postea veniat consensus in venerea, erit simul actu cum fractione vasis, ideo simul concurrunt quæ ad tollendam virginitatem sufficiunt.

Dicendum, ꝙ non perit virginitas, quia non affuit consensus, qñ autē consensus venit, non erat defloratio, i. non erat experientia venereorum, quia illa iam transierat: erat autē defloratam esse, & cognitam, sed non defloratі, & cognosci, & ſi defloratam esse nihil facit, quia non est materia moralis, neq; cadit sub cōsensu, iō ēt sic non tollitur virginitas. Simile aūt est si mulier violenter defloratа est, & tunc nullo modo cōsensit, post aliquantū aūt tēpus placet sibi, ꝙ cognita fuerit, non perit per hoc virginitas, licet sit consensus in illum eundem actum, in quo perdidit integritatem carnis, & experta est venerea, & ratio est, quia iste consensus non concurrit cum illo actu, vt simul stantibus tollatur virginitas, etiam quia iste consensus nullo modo potest esse causa illius actus, cum sit posterior, ideo ita se habet ad illum actum, ac si nullo modo præcessisset: propter quod per eum tollitur virginitas mentis, sed non simpliciter, & illa reparabilis est per consensum contrarium.

An virſi et violentia inferatur, perdat virginitatem.
Quæſt. LXXVIII.

QVAERETVR circa virum, si inferatur ei violētia, an perdat virginitatē. Dicendū, ꝙ dupliciter vis inferri pōt, vel ad agēdū, vel ad patiēdū, si ad patiendū, i. vt sodomitice patiatur, dicūt aliqui non esse ablatā virginitatem, nō solū si violēter patiatur, sed ēt si sponte succūbat. De primo dicendū, ꝙ sine dubio verū est: nam virginitas non perdi pōt, nisi per actum volūtarium, & iō neq; in fœmina, neque in viro, & hic intelligenda sunt oīa quæ dicta sunt in duabus præcedentibus quæstionibus, quantū ad violentā defloratіonem, ſ. si præuenit aliquis consensus, vel desiderium de patiendo sodomitice, vel subsecutus est, quia si non fuit simul cum passione non fuit perdita virginitas. De secundo autem, ſ. si patiatur sponte sodomitice, an per hoc perdat virginitatem, dicunt aliqui ꝙ non, quia organum illud non est determinatum ad pati ſm venerea, & iō secundum illud non est virginitas, neque virginitatis amissio: dicunt etiam idem esse in fœmina, ſ. ꝙ si cognoscatur sodomitice nō perdit virginitatem. Sed dicēdum, ꝙ falsum est, perditur enim virginitas tam agendo, & patiendo in vase extraordinario, q̄ in ordinario. Et cum dicitur, ꝙ non est illud vas, secundum quod consideratur virginitas. Dicendum, ꝙ non stat, quia vasis integritas, vel ruptio, non pertinet per se ad virginitatem, vel perditionem virginitatis, sed per accidens, scilicet, inquantum abstinendo a venereis, manet integritas vasorum, & per exercitiū venereorū statim vasa rumpūtur, & iō si exercitiū venereorū

possit fieri manentibus integris vasis tollit̃ virginitas. F

De primo patet, sicut in quibusdam mulieribus, quæ non solum cognoscuntur integro existente vase, sed etiam tractionem genitalis masculini, s. per applicationem, & illud sic emissum infunditur matrici, quia matrix illud attrahit, velut cõueniens sibi, & aperitur ad recipiendum illud apertura tali, quę non prę-iudicat integritati carnis, sicut salua eadem integritate emittitur vrina. parere tñ non põt mulier manente integritate, sed necesse est ruptionem claustrorum fieri. De secundo patet, vt si medicando abscidantur claustra ferro, vel casu, aut inflicto vulnere aperiãtur: facile est enim talia fieri, sed cum his neq; intercidat actus venereus, neque cõsensus in illum non tollitur virginitas, potius q̃ si secaretur pes, aut manus, vt dicit August. 1. de Ciuit. Dei. Ex quo sequitur, ꝙ vasorum integritas, aut corruptio nõ pertinet per se ad virginitatem, aut virginitatis ruptionem, sed actus venereus, ideo cum contingat pati per venerea virum sodomitice, & in his delectari, licet præter immo cõtra naturam, erit ibi perditio virginitatis, cum istud sponte acciderit. De fœmina autem idem dicendum, ꝙ si eligat pati venerea sodomitice, tollitur eius virginitas, qm̃ venerea experitur, & delectationem: licet directius sit in viro perdere virginitatem in resolutione voluntaria seminis, siue naturaliter, siue præter naturam, q̃ in hoc ꝙ sodomitice patitur voluntarie, est tamẽ grauius pati sodomitice, quàm naturaliter agere. de fœmina eodem modo, directius est perdere virginitatem in eo quòd in vase debito cognoscitur, q̃ quòd in extraordinario, tamen vtrobique perditur, cum vtrobique venereorum experientia sit.

An si mulier cognosci voluit non infuso semine matrici, sed extra vasa polluta fuerit, remanente carnis integritate, an virginitas ablata sit.
Quæst. LXXIX.

Sed nunquid si mulier cognosci voluit, & data opera, neque semen infusum sit matrici, sed extraordinarie, ideſt, extra omnia vasa polluta fuerit, & integritas carnis non ablata fuerit, an virginitas ablata sit. I

Aliqui dicunt, quòd non, quia hic neque perijt integritas carnis, neque fuit experientia venereorum, sed sola voluntas experiendi: ista autem facit perire virginitatem solam mentalem, quæ reparari potest.

Dicendum, quòd totaliter virginitas perijt, quia hic fuerunt ambo, quæ requirũtur ad corruptionem virginitatis, scilicet, actus venereus, & cõsensus: nam licet non fuerit ruptum vas nõ differt, quia vt dictum est præcedenti quæst. potest sæpe infundi semen matrici, & exerceri venerea non fracto vase: quòd vero non infusum fuerit semen matrici, sed foris mulier polluta fuerit, magis facere videtur, & tamen dicendum quòd perit virginitas, quia in muliere suscitatus K fuit calor venereus, quia concaluit ex contactu viri, & agitatione, ad quam agitationem sequitur aliquid de venereis transmutationibus, licet non participata fuerit tota venerea voluntas in fœmina, quia non suscepta est semen in matrice, sed istud magis, & minus non sufficit ad conseruandam virginitatem.

Dicendum autem videtur idem si fœmina fœminam polluat, licet non sit naturalis actio, aut si seipsam polluerit, siue confracto vase, siue non confracto, cum per illas agitationes fœmina incaluerit ad aliquam experientiam venereæ delectationis.

An illata violentia viro ad agendum venerea, perdat virginitatem. Quæst. LXXX.

Sed nunc quęretur quantum ad id quod dicebatur supra de violentia illata viro ad agendum venerea, an per hæc perdat virginitatem.

Aliqui dicunt, quòd non potest vir cogi ad agendum venerea, sed solum ad patiendum sodomitice. Dicendum quòd vir etiam ad agendum, s. ad effusionem seminis cogi potest, & hoc dupliciter, scilicet, per coitum, aut sine coitu. De primo ponit horribile, & detestabile exemplum Hieronymus in vita Pauli primi eremitę de quodam Christiano, qui iam pro Christi nomine supplicia passus extiterat, & cum ille G ligatus, & vndique distentus esset super lectum molliter stractum, subiecit se ei quędam impudica meretrix, & cum ille in neutram partem fugere, aut declinare posset, attrectabat illa viri ipsius genitalia, ita vt coitus eo inuito sequeretur. cum vero se ille videret necessaria voluptate venereorum trahi, neque alius modus fugiendi, aut effugandi hanc passionem esset, linguam dentibus prędens in faciem impudicę meretricis expuit, & sic magnitudo doloris insurgentem venereamtitillationem compescuit. hoc autem supplicij infandi genus impius iudex excogitauerat, vt Christianos quos verberibus superare nõ poterat, voluptatibus violentis inflecteret. Hęc autem fuit causa Paulo primo eremitę deserta petendi, H cum se ad tam immania supplicia toleranda imparem cogitasset.

Alio modo fieri potest sine concubitu per solam contrectationem organorum, & quia inuitis nobis possunt ab alijs quęlibet partes corporis nostri moueri, & quibusdam titillatis necesse est resolutionem seminis fieri, & delectationem sequi, in qua consummatur actus venereus, ideo potest cogi vir ad agendum venerea.

Dicendum autem, quòd in his duobus casibus, in quibus cogitur vir ad venerea, ideſt, ad experiendam voluptatem venereã, in quibus magis est pati, quàm agere, cum cogatur ad hoc non tollitur virginitas, si non adsit consensus eius, ad hoc quòd alius moueat organa eius, & resoluatur semen.

Si resolutio seminis sponte in viro vigilante sequatur, an tollatur virginitas. Quæst. LXXXI.

Quaeretur si resolutio seminis sequatur in viro vigilante sine coitu, & eo non mouẽte organa, neq; coacto ab alio, an tollat̃ virginitas.

Dicendum, quòd hoc accidere potest tripliciter, scilicet, cõsensu, apprehensione, ęgritudine. Primum autem est, vt cum quis inceperit cogitare vehementi cogitatione de venereis, & consensus, tantus ardor potest suscitari ex illa cogitatione, quòd resoluatur, & distillet semen: nam ex forti calore venereo resoluitur, & completur tunc tota venerea delectatio.

Secundum est in quibusdam q fortiter patiãtur ad apprehensionem quarundam formarum, ita vt in illis visis statim stupefiant, & patiãtur multas alterationes de prędictis ad venerea, & quidam ita excedunt siue transmutãtur, ꝙ concidunt mox, vt formas illas viderint. hic enim magis morbus, q̃ amor est: & vocant medici passionem istam amorem hereos, cuius difficilis curatio est, quia est passio multum spiritualis, & talis immutatio potest esse sine consensu, & in talibus alterationibus potest semen resolui, & distillare ex hoc ardore.

Tertium est in illis qui fluxũ seminis patiuntur: nã illis

illis tam in vigilia, quam in somno accidit, sed ibi raro est delectatio, & est ista passio contagiosa, vnde, qui patiebatur eam eijciebatur de castris apud Iudęos Leui. 15. & Nume. 5. c.

De primo dicendum, quòd non est dubium, quin pereat virginitas, quia ibi sunt duo, quæ exiguntur ad auferendam virginitatem, s. consensus in venerea, & actualis resolutio seminis volita cum experientia venereorum, & non obstat, ꝙ non sit concubitus, neque fractio genitalis membri, quia ista sunt per accidens, sed sufficit esse resolutionem seminis voluntariam, vnde minus nihil ibi lędit virginitas, quam in coitu ad fęminam, licet fortasse non sit ęquale peccatum, quod factum est sine concubitu, nam resolutio facta B per concubitum est magis procurata, & magis volũtaria, quam ea, quæ per cogitationem cum consensu sine concubitu secuta est, quia ista ex potestate nimia naturę tam faciliter secuta est, cum aliàs etiam ex crebris cogitationibus, immo interdum data opera non sequatur resolutio seminis. De secundo dicendum, ꝙ cum talis apprehensio cum immutationibus sequentibus potius est passio, q̃ actio, & non interuenit ibi consensus, vt dictum est, etiam si fiat resolutio seminis non tollitur virginitas, si autem interueniret consensus in illam delectationem sequentem ad talem apprehensum, non esset dubium quin tolleretur virginitas, sicut in casu prædicti.

De tertio dicendum, ꝙ ibi non tollitur virginitas, quia est ęgritudo, & nemo talem ęgritudinem pati C veller, cum sit immunda, & abominabilis, & periculosa, & etiam raro in talibus est delectatio venerea in fluxu illo, sed vt in plurimũ fluit insensibiliter, ideo virginitas non tollitur.

Si vir ante ętatem aptam ad effusionem seminis nitatur venerea exercere, an per illud tollatur virginitas. Quæst. LXXXII.

Quid si vir ante ętatem aptam ad effusionẽ seminis nitatur venerea exercere, siue naturaliter, siue præter naturam, an tollatur virginitas non secuta ibi resolutione seminis, D quæ neque sequi poterat. Aliqui dicunt, ꝙ non, quod satis concedendum est. Et ratio est, quia non interuenit ibi exercitium venereorum in distillatione seminis, neque in voluptate venereorum, quæ sunt materię virginitatis perdendę. Sic dicit Beatus Thomas de Aquino, s. si autem luxus cõtra naturam tempus perfectę ętatis pręueniat, cum non adsit seminis decisio, & per consequens, neque completa delectatio mentem suffocans, non amittitur virginitas, quantum ad id, quod materiale in ea.

Sed obijcietur de eo, quod dictum fuit supra de fęmina, quæ cognosci voluit, & accidit, neque rumpi clausura, neque infundi semen matrici, sed extraordinarie pollui, nam illam perdidisse virginitatem di- E ximus, idem quoque de muliere seipsam agitante, & polluente, aut si vna aliam polluat, virginitatem perdi assertum est, hic ergo ita esse debet.

Dicendum, quòd non est simile, primo, quia in casu isto ponimus, ꝙ puer citra ętatem potentem effundere semen conatus sit innaturaliter, scilicet per molliciem istud efficere, vel per coitum, & ideo cũ natura manifeste prohibente non sit potestas ad efficiendũ, quod optatur, erit quidem peccatum mortale ex prana electione, nõ tamen erit perditio virginitatis, quãtum ad materiale, quia ad hoc, quòd simpliciter tollatur virginitas, ideſt irreparabiliter, duo requiruntur, s. consensus, & actus aliquis venereorũ, & secũdũ nõ

A solum non est in casu dicto, sed neque esse potest. Secus autem in casu primo q. 79. quia ibi ambo erant ętate potentes, & semen effusum fuit, sed accidit non recipi in matrice, quantum ad secũdum eodem modo, quia siue fęmina, quæ seipsam polluit, siue quę ab altera polluitur, ponuntur esse potentes ex nimio ardore concupiscentię ponimus hoc factum, ideo ibi secus est. Secũdo, quia in eo, qui propter ętatem impotens est, nõ solum non potest esse effusio seminis, sed etiam neque aliqua delectatio venerea inchoata, cum non inueniatur calor venereus excitatus in talibus, qui rationẽ suffocet, quod pertinet ad corruptionem, quæ inuenitur naturaliter ad ablationem virginitatis. In adultis aũt in quibus iam per ętatem accidit B vsus venereorum, etiam si non contingat recipi semen a viro effusum in matrice fęminę, tñ per agitationem illam incaluit tali calore, qui rationem suffocat, qui est calor venereus, iõ ibi fuit venereũ aliquid, licet non sit ita consummatum, sicut si reciperetur semen in matrice. Dicendum, ergo videtur, ꝙ in fęmina pubere, quæ secundum ętatem ad venerea apta est, & ex concupiscentia se subiecit viro, & accidit nõ frangi vas, neque infundi in matrice semen facta aliquãta agitatione, videtur fracta esse virginitas, s. quia per talem agitationem excitatus est ardor venereus, qui rationem suffocauit, & hoc sufficit ad auferendũ virginitatem, cum ibi sit vsus venereorum, nam recipi semen interius, & frangi claustrum non pertinent ad perditionem virginitatis, cum possit seruari C virginitas existentibus his, vt si qua mulier oppressa forti sopore, aut ebrietate deflorata est rupto claustro, & suscepto semine, nam illa non perdit virginitatem, vt patet supra eo, ꝙ ibi, neque fuit consensus in venerea, neque experientia venereorum, quæ rationem suffocaret, cum mulier illud non senserit præ sopore, aut ebrietate.

De fęmina etiam, quæ seipsam corrumpit incitata cupiditate venereorum, & imaginatione calorem talem experta, dicẽdum est, quòd virginitatem perdiderit, & idem quando alia eam deflorauit impudice, licet in neutro sit aliquod semen, quod possit infundi, in eis autem, qui nondum peruenerunt ad ętatem venereorum, si attentatio talis fiat, non videtur perdita virginitas saltem quantum ad id, quod materiale est in ea, vnde caute posuit duo Beatus Thomas, scilicet in eis in quibus luxus pręuenit naturam, & non fit effusio seminis licet tentauerint id efficere, non enim dixit solum, quòd tentauerint solum, & non fuerit secuta effusio, quasi dicat, quòd in talibus si esset ætas potens ad venerea, licet nondum compleretur resolutio seminis, poterat antecedere calor venerus, qui suffocaret rationem, & ita periret virginitas, sed addit, quòd luxus pręuenit naturam, vt per hoc innuatur, quòd sicut non fuit resolutum semen, ita neque poterat, & consequenter, neque poterat insurgere ibi calor venereus suffocans mentem, & sic nõ tollitur virginitas, taliter autem accidit pueris circa decennium, qui ex praua instructione talia sæpe attentant, siue innaturaliter per modum molliciei, siue naturaliter per concubitum ad eiusdem ætatis fęminas, nam ibi attentatur, quod ętate prohibente non potest complere, neque aliqua voluptas venerea in eis sequitur, quod planissimum est, & de talibus certum est, quòd virginitatem non perdunt ex talibus attentationibus, & de his intelligitur dictum sancti Thomæ.

Ex quo dicendum, ꝙ si vir legitimę ætatis per modũ molliciei tentauerit effusionem seminis, licet non secuta fuerit, quia forte ille aliquo spiritu tactus de stitit, potest perdi virginitas, si tantum processum est,

Universidad de Navarra Biblioteca

vt sequeretur calor venereus suffocans rationem, ei- F tra effussionem tamen, quæ suffocatio plenius esset si consummaretur resolutio seminis.

Si vir dormiens tetigerit fœminam carnaliter, & semen effuderit an perdat virginitatem, & idem si dormiens per mollitiem eandem effusionem fecerit.

Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR si vir dormiens tetigerit fœminam carnaliter, & semen effuderit, an perdat virginitatem, & idem si dormiens per mollitiem eandem effusionem fecerit.

Dicendum, quòd si hoc esset possibile nō tolleretur virginitas, quia in dormiente non est consensus, G neque venereorum experientia, licet effundatur semen, nisi euigilauerit in ipsa effusione. Et tamen dicendum, quòd non est possibile virum dormientem cognoscere fœminam, maxime, quando vir est in virginitate, & nullum habuit exercitium venereorū.

Sed obijcietur de Loth, qui cognouit duas filias suas in duabus noctibus, & ita dormiebat, nam dicitur, quòd non sensit Loth, quando filia maior accubuit, neque quando recessit, & idem de minore, Gen. 19. & cognouit eas, & conceperunt ambę ex eo, eodem capitulo.

Dicendum, quòd Loth non cognouit eas carnaliter dormiens, sed inebriatus, & ita Loth vigilans erat, quando tangebat filias carnaliter, sed erat ebrius, & H ideo nesciebat an filię essent, vel vxor.

Circa quod sciendum, quòd Loth vxorem perdiderat in exitu Sodomorum eodem capitulo, & filię putantes, quòd neque vir, neque fœmina manebat in toto orbe, nisi ipsę, & pater suus, voluerunt cognosci ab eo, vt conciperent, & ad hoc inuenerunt modum hunc, vt eum inebriarent, & tunc cum esset ebrius per noctem accessit vna ad eum, & concubuit pater cum ea, & tamen, quando illa introiuit lectum, & quando exiuit, pater non sensit, quia ebrius erat, & in aurora, quando pater surrexit, nesciuit an per noctem concubuisset cum aliqua fœmina, & idem sequenti nocte factum est quantum ad aliam filiam, sed illa, quæ eum tetigit excitauit eum, & applicuit se ei impudice, & ille quidem euigilauit, sed calefactus vino I non recordatus est, neque cogitauit an vxor sua mortua esset, vel non, & ideo ex consuetudine priori, quā habebat ad vxorem suam cum applicabat se ei in lecto, cognouit eam carnaliter, & postquam illa cognita est abstinuit ab eo. Ille vero cum adhuc sopore ex ebrietate teneretur obdormiuit rursus, & tunc filia surrexit, & ita pater nesciuit, quando filia intrauit lectum, aut quando surrexit, quia tunc dormiebat, tamen quando eam cognouit carnaliter non dormiebat, & eodem modo de alia filia factū est, vnde Loth non cognouit filias dormiens, sed inebriatus.

Et istud apparet primo, quia filię Loth ad hoc, ꝙ cognoscerentur ab eo non expectauerunt, ꝙ pater K dormiret, sed ꝙ inebriat' esset, & tñ si dormiēs posset eas cognoscere, non attenderent aliquid aliud, sed iō inebriauerunt eum, quia crediderūt, ꝙ qñ cognosceret eas oportebat, ꝙ vigilaret, & si non esset ebrius sciret, quę essent illę, & abominaretur opus, & puniret eas, cum vero inebriatus esset etiam sit euigilaret non sciret, quæ essent illę, quia non consideraret, & ita poterat ignorari factum. Secundo, quia dicitur Gen. 19. ca. ꝙ Loth non sensit, quando filia accubuit, neque quando surrexit, & ita non dicit, ꝙ non sensit, quando cognouit eas carnaliter, & tamen si verum fuisset hoc potius diceret, quia istud maius erat, & tamen non dixit, ideo innuitur, quòd vigilabat Loth, quando cognoscebat filias carnaliter, & tamen prę nimia ebrietate non cognoscebat eas, & quia illa ebrietas cogebat ad soporem, antequam filia tangeret eū, scilicet cum intraret in lectum non sensit, & quādo rursus expleto carnali opere filia surrexit non sensit, quia denuo tenebatur sopore graui, & hoc suffecit ad hoc, quòd nesciret Loth se tetigisse filias, veruntamē ista ebrietas non faciebat quin ipse vigilaret, quando cognoscebat filiam, & tamen nesciebat an esset filia, licet sciret eam esse mulierem. Sic ergo dicendum, ꝙ nemo potest cognoscere fœminam dormiens, licet N fœmina potest dormiens cognosci, & maxime quantum ad illos, qui nunquam tetigerunt fœminas, quia illis maior est difficultas, & dormiens vir non potest virginitatem perdere.

Si autem obijciatur, ꝙ Loth dormiens erat, quando cognouit filias, quia aliàs peccatū suum esset grauissimum, & tamen non imputatur ei, saltem tā grauiter, ergo ita poterit esse de quolibet alio.

Dicendum, quòd non erat dormiens, quando cognoscebat, sed vigilabat, vt dictum est supra, quia filia suscitauit eum cum se applicuit ad eum impudice.

Sed tunc dicetur si euigilabat, quomodo non cognouit esse filiam, maxime quia vxorem nō habebat, quia versa fuerat in statuam salis in exitu de Sodomis, & nullus erat cum eo, nisi duę filię suę?

Dicendum, ꝙ cū euigilauit Loth sensit apud se fœminam esse, & illam carnaliter cognouit, & quandiu H hoc durabat vigilabat, & non suspicabatur esse filiam suam, sed putauit esse vxorem suam, quæ sic de cōsuetudine ad eum per noctem accedebat. Quod vero vxor sua esset iam defuncta, & ꝙ non esset talis caro suæ vxoris, quia illa erat antiqua, hæc vero puella, & illa fracto signaculo, hæc vero virgo non cōsideraret, quia ebrietatis magnitudo faciebat eum non aduertere posse. Ex hoc autem non excusatur Loth, quasi dormiens esset cum filias cognouit, sed quia cū vigilans esset, nesciebat eas filias esse, quas tangebat prę ebrietate. vnde magis consistit peccatū Loth in ebrietate, quam in incestu.

An diffinitio virginitatis recte ab Aug. assignetur.

Quæst. LXXXIIII.

NVNC vero redeundum est ad id, quod dicebatur supra de diffinitione virginitatis, quam ponit Aug. quia cæterę qōnes a 74. vsque huc introductæ sunt pp solutionē vlt. arg. e. q. 73. Dicendū aūt, sicut ibi dicebatur, ꝙ cū virginitas sit nomē virtutis pertinet ad moralia, & iō oportet duo dari circa eā. s. materiale, & formale, opponitur aūt virginitas experientiæ venereorū, circa venerea aūt tria considerantur. s. violatio signaculi virginalis, resolutio seminis causans delectationem sensualem, & subiectio animæ ad experiendum delectationem istā venereā, vt dictū est supra. Sed subiectio K ista dupliciter accipitur. vno mō pro passione rōnis. i. suffocatione quadam eius, quandiu durat delectatio illa sensibilis. Alio mō pro proposito experiendi delectationem venereā. Accipiendo primo mō oīa prę cedentia pertinent ad materiā moralē, circa q̄ est virginitas. Accipiendo secundo mō pertinet istud tertium ad formale, quia pertinet ad mentē, ex cuius actu accipitur rō actu moralis, & ita diffinitio virginitatis dē cōtinere aliquid, tanq̄ formale, quod se teneat ex parte electionis, & aliquid materiale circa p̄dicta, & hæc q̄uenienter ponuntur in prædicta diffinitione data ab Aug. s. virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, cū enim virginitas cohibeat omnem venereā delectationē, oportet poni aliqd ex

parte

parte electionis, scilicet propositum cohibendi, vel A ipsam cohibitionem venereorum, materiale autem ponit, scilicet incorruptionem in carne corruptibili, formale aūt dixit meditationem. Aut si volumus ponuntur hic tria, scilicet genus virtutis, & materia, & subiectum, genus est meditatio, materia siue obiectū incorruptio, subiectum est caro corruptibilis, & recte ponitur meditatio, vt genus, quia virginitas ponitur in genere virtutum moralium, omnis autem virtus moralis est habitus electiuus, ideo pro genere ponitur hic aliquid pertinens ad electionem, siue rationē, & istud est meditatio, & ponitur meditatio, quę ponitur ad vires speculatiuas pro electione, eo quòd cogitatio prędcedit electionem, ponitur autem in recto, B quia ponitur, vt genus, & genus prædicatur de specie in recto, cętera ponuntur in obliquo, quia ponuntur loco vnius differentię, si autem quodlibet per se esset ipsa differentia virginitatis, prędicaretur in recto, sicut meditatio, quę est genus, sed ponuntur loco vnius differētię supplendo illam, ideo neutrum prędicatur in recto, sed etiam meditatio est nomen actus, & ponitur pro habitu, sicut sępe fieri solet, nam virginitas cum sit virtus non est actus, sed habitus, vt sit sensus virginitas est habitus quo quis firmiter proponit in carne corruptibili seruare incorruptionem in perpetuum. Additur perpetua, ideſt meditatio perpetua, & non debet referri ad meditationem, quia nulla meditatio in perpetuum durat, sed interrumpitur per alios C actus, etiam quia si semper durare posset, non exigeretur hoc ad virginitatem. Et ideo potest tripliciter exponi. vno modo negatiue, scilicet perpetua meditatio incorruptionis, non quòd semper meditetur, vel eligat incorruptionem, sed quòd nūquam eligat, vel meditetur deliberate de corruptione, quandocunque enim corruptionem carnis elegerit, perditur virginitas quantum ad id, quod est formale, licet restaurari hoc potest.

Secundo modo, quòd perpetuitas, quę additur meditationi non determinet eam, sed determinet verbum, vel participium subintellectum, scilicet obseruare, & est sensus perpetua meditatio, ideſt meditatio, vel electio de in perpetuum obseruando incor- D ruptionem, vel de incorruptione obseruanda in perpetuum, sicut de voto dicimus, semel enim tantum votum emittitur, sed ibi proponimus in perpetuum obseruare, quod vouemus.

Tertio potest intelligi, ꝙ per istā perpetuitatem innuatur firmitas quędam ex parte habitus virginitatis, nam in actu virtutis non solum requiritur ex parte rationis discretio, sed etiam firmitas quędam ex habitu inclinante ad actum per modum naturę, & sicut causę naturales quantum est de se ordinatę sunt immobiliter ad effectus proprios, ratione cuius dicere possumus, quod lapis perpetuo descendit deorsum, licet interdum impediri possit, ita habitus quidem virtutis quantum de se est immobiliter ordinatur ad E actum proprium, quamuis quandoque habens virtutis habitum contrarium agat, quia illud non agit ex inclinatione habitus, sed quia liberum arbitrium habet, quod non cogitur per virtutem, potest contrarium eligere, & ratione prędictę immobilitatis ponere cōsueuimus in diffinitionibus virtutum perpetuū, & ita legisperiti iustitiam diffiniunt. ff. de iusti. & iu. & in principio insti. s. iustitia est constans, & perpetua voluntas, reddens vnicuique, quod suum est. Iustitia est habitus electiuus voluntatis de reddendo in perpetuū cuilibet, quod suum est, & ita nunc Aug. in diffinitione verginitatis posuit habitū electiuū, & conditionē habitus. i. firmitatē, primū signatur per meditationē, secundū per perpetuitatem. Cōsiderandū aūt, ꝙ licet

dicatur perpetua meditatio, nō sequitur, ꝙ non sit virginitas siquis ꝯ fecerit aliqñ eligendo corruptionem, vel efficiendo eam, nā ēt siquis seruans virginitatem exercuerit venerea, postea non sequitur, ꝙ non fuit prius virgo, fuit quidem, sed qñcūque exercuit venerea, vel proposuit exercere perdidit eam, eo ꝙ istud est ꝯ rationem virginitatis, & non repugnat firmitati habitus, ꝙ hñs illum ꝯrium agat, quia nō pōt habitus cogere liberum arbitriū, sed perficere: habitus tñ nūquā pōt in ꝯrium inclinare, sicut neque natura, nisi ad id, ad quod determinata est, nam hoc mō de omnibus alijs virtutibus est, in quarum diffinitionibus pōt poni perpetuū, sicut ponitur in diffinitione iustitię. Alia ēt rō est, quare spāliter ponit perpetuitas in diffinitione virginitatis, quia ad eā pertinet potius, quā ad alias virtutes, accipiendo virginitatem prout sacra Scriptura accipit, & prout theologi dicunt pro virginitate dari aureolam, nam requiritur propositum obseruandi in perpetuum, & obseruatio perpetua, nam in cęteris virtutibus, licet interrumpantur actus earum, vel ipsi habitus desināt, per cōtrarios habitus possunt rursus gigni, & esse in homine, virginitas autem si semel perdatur non potest vnquam reparari, & ideo pertinet perpetuitas ad virginitatem, & non ad aliquam aliam.

Secundo, quantum ad hoc, quia in obseruatione virginitatis ad hoc, ꝙ dicatur virginitas cui respōdeat aureola, oportet ꝙ sit propositū de obseruando abstinentiam, & immunitatē a venereis in perpetuū, si aūt proposuerit mulier obseruare integritatem istā solū per decem annos, etiam si ante finem illorum moriatur, & nunquam fuerit experta corruptionem, nō dicetur fuisse virgo, neque per vnam horā, & non dabit ei aureola, in alijs aūt virtutibus licet cōditio habitus sit firmitas, & iō inclinet ad semper, tñ non requiritur propositum aliquod de nunquam faciendo contra virtutem, & ideo etiam si statim agat contra virtutē, dicetur ꝙ in tempore præterito habuerit virturem illam, & hęc est causa specialis quare in diffinitione virginitatis ponitur perpetuitas.

Dicitur vltra in carne corruptibili, & ponitur subiectum virginitatis, nam virginitatē seruamus quādiu carnē corruptibilem habemus, & notat ēt in hoc difficultas, quę pertinet ad virtutem, s. quia propter hoc est difficile virginitatem seruare, quia caro nostra corruptibilis est, & sunt in ea incentiua multa impedientia obseruantiam virginitatis.

Dicitur vltra incorruptionis meditatio. Et per incorruptionem tangitur obiectum, circa quod virginitas se exercet, scilicet circa incorruptionem, quam obseruat, & custodit ne pereat, & dicitur incorruptio, priuando omnem corruptionem, quę circa venerea est, quia nullam aliam corruptionem vetat virginitas. Consistit autem corruptio opposita in tribus, scilicet in signaculo fracto, in resolutione seminis causante delectationem sensibilem, & in subiectione rationis ad hāc delectationem suffocantem ipsam rationem, ideo omnes istas tres incorruptiones vitat virginitas, sed quasdam proprius, quam alias, vt ostenium est supra. corruptio autē, quę est propositum peruenię- di ad hanc veneream delectationem, non pertinet ad carnem, sed ad animam, & ideo etiam hanc vitat virginitas principaliter, tamen ista corruptio potest reparari, alię non, veruntamen ista directius, & magis tollit virginitatem, quam alię, quia ista sine alijs tollit virginitatem, & alię sine ista nihil tollunt, vt patet ex præcedentibus.

Ad primam rationem in contrarium ad hoc, quæ posita est cum alijs supra, dicendum, ꝙ licet caro nostra efficiat incorruptibilis, manebit in ea virginitas,

Universidad de Deusto

quæ præfuit, quia licet non maneat ibi corruptio ali- F
qua, manet caro eadem, quę fuit materia, in qua ſer-
uabatur virginitas, & ideo cum eędem virgines, nu-
mero ſint, quæ nunc ſunt, & quæ poſt reſurrectionē
erunt, caro manebit eadem. Et ſi dicatur, quòd deeſt
ibi aliquid de ratione & diffinitione virginitatis, ideſt
corruptibilitas carnis. Dicendum, quòd virgines in
vita æterna non dicentur virgines, ſecūdum id, quod
tunc ſeruant, ſed ſecundum id, quod ſeruauerunt,
dum eſſent in carne corruptibili, ſed quia tunc ma-
nent eędem virgines numero, manet eadem virgini-
tas, cum nihil præceſſerit, per quod tolleretur, ſecus
autem, ſi virgines iſtę ſemper habuiſſent carnem in-
corruptibilem, ſicut habiturę ſunt in vita ęterna, nam
tunc licet eſſet in eis omnis immunitas a venereis nō G
vocarentur virgines eo modo, quo virginitas eſt no-
men virtutis moralis, quæ habet materiam determi-
natam, & eſt circa difficile, ſed magis eſſet virginitas
nomen naturalis conditionis, neque deberetur ei ali-
qua præmiatio, ſicut nunc debetur; eo quòd non ha-
bet aliquam difficultatem in opere. Angelos autem
non dicimus virgines, niſi per metaphoram, quia li-
cet nunquam experiantur venerea, non poſſunt ex-
periri, quia neque corporei ſunt. Amplius virgines in
vita ęterna dicentur habere virginitatem, non quam
tunc ſeruant; ſed quam ſeruauerunt dum haberent
carnem corruptibilem, & hoc ſpecialiter pertinet ad
virginitatem, nam cęterę virtutes non reſpiciunt, niſi H
præſens, quando ſunt, & non præteritum, ſatis enim
eſt ad rationem iuſtitię, quòd qui nunc eam habet
obſeruet ea, quæ iuſtitię ſunt, etiam ſi ante hoc iniu-
ſtus fuiſſet, & ita de liberalitate, & ſingulis. de virgi-
nitate ſecus, nam ſi qua mulier nunc non experitur
venerea, & proponit nunquam experiri; & tamen
aliquando experta eſt, non eſt virgo, propter quod
ita reſpicit virginitas præteritum, ſicut præſens, &
conſequenter vocabuntur virgines in vita ęterna il-
lę, quæ ſemper in præterito abſtinentiā a venereis ſer-
uauerunt. Ad ſecundum dicendum, quòd meditatio
pertinet ad vires ſpeculatiuas, & ideo non ponitur
pro meditatione, ſed pro electione, vel habitu electi-
uo, vt dictum eſt. Et ratio quare ſic ponatur eſt, quia I
licet virtutis moralis actus perficiatur in voluntate,
tamen formam, & rationem virtutis ab intellectu, ſi-
ue ratione habet, ſcilicet inquantum medium obſer-
uatum in electione determinatur a ratione, & ita po-
nitur in diffinitione virtutis moralis 2. Ethi. quia igi-
tur electio, quæ eſt actus virtutis moralis dirigitur
per prudentiam, quæ ad rationem pertinet, & ad il-
lam meditatio, poſuit meditationē pro habitu electi-
uo, & ita i diffinitione liberalitatis, iuſtitię, eutrapelię,
& ſingularum poteſt poni meditatio pro genere, ſi-
cut in diffinitione virginitatis, quia non ponitur ibi,
niſi, vt genus; & ęqualiter competit omnibus alijs
moralibus inquantum nulla eſt, niſi electiua ſecun-
dum rationem, & iſtum modum loquendi Socratici K
habuerunt, qui omnes virtutes morales ſapientias
vocauerunt. Ad tertium dicendum, quòd perpetui-
tas poteſt poni vno modo in diffinitione virginitatis
eo modo quo poteſt poni in diffinitionibus ſingula-
rum virtutum, & notat quandam firmitatem inclina-
tionis ex parte habitus, qui non poteſt inclinare, niſi
in id, quod bonum eſt, & tunc non eſt differentia ali-
qua inter virginitatem, & cęteras.

Alio modo dicendum, quòd licet non ſit virgini-
tas firmior charitate, & alijs virtutibus; tamen requi-
ritur ſpecialiter in virginitate propoſitum ad perpe-
tuitatem, quod non requiritur in aliis virtutibus.

Pro quo ſciendum, quòd firmitas in habitibus vir-
tutum eſt quantum ad duo, ſcilicet quantum ad incli-
nandum, & quantum ad permanendum in ſubiecto.
Quantum ad primum omnes habitus ſunt ęqualiter
firmi, quilibet enim inclinat ad ſuum actum; & nul-
lus poteſt inclinare ad oppoſita, & quia nullo tempo-
re poteſt inclinare ad oppoſitum dicitur perpetuo
inclinare ad ſuum actum, nam etiam ſiquis ex liber-
tate arbitrij, contrarium agat, nihilominus habitus
quandiu manet ſemper inclinat ad actū ſuum, & hoc
modo non magis competit perpetuitas virginitati,
quam alijs. Secundo competit firmitas quantum ad
permanentiam, & hoc competit omnibus virtutibus
ex natura generis, ſcilicet inquantum habitus ſunt,
cum habitus ſit de difficili mobilis a ſubiecto, & quā-
tum ad hoc nulli virtuti competit per ſe firmiorem
eſſe, quam alteri, ſed per accidens, ſcilicet inquātum
vna eſt magis radicata, quam altera, & ideo quantum
ad iſtum modum non competit perpetuitas virgini-
tati magis, quam alijs. Sed dicēdum, quòd quantum
ad propoſitum requiritur maior firmitas in virginita-
te, quam in alijs, quia in alijs virtutibus non requiri-
tur propoſitum de nunquam contra faciendo. in vir-
ginitate autem requiritur propoſitum de non con-
tra faciendo, vt dictum eſt ſupra in ſolutione primi
argumenti. Ad quartum dicendum, quòd virginitas
ſemel ablata non poteſt reſtaurari, ſed corruptio
oppoſita virginitati per meditationem perpetuam
tollitur, & reparatur, & tamen diffinitio Augu. con-
ueniens eſt. In quo ſciendum, quòd virginitas poteſt
ſumi dupliciter, vel pro aliquo pertinente ad virgi-
nitatem, vel pro toto complente rationem virginita-
tis, ſi pro toto non poteſt virginitas reſtaurari poſt-
quam deperdita eſt, totum autem eſt, vt ſit corruptio
mentis, & corporis, ideſt vt eligat quis venerea expe-
riri, & experiatur, & non poteſt reſtaurari talis virgi-
nitas quantum ad partem. Dicendum, quòd virgini-
tas dicit materiale, & formale. Eſt autem formale
propoſitum, vel electio de experiendo delectationē
veneream, materiale autem eſt ipſa corruptio, quæ
conſiſtit in tribus, ſcilicet in ſignaculo carnis, & in re-
ſolutione ſeminis cauſante delectationē ſenſualem,
& in paſſione animę ſubijcientis ſe illi delectationi.
De materiale dicendum, quòd licet pereat totum
materiale, ſcilicet ſit illa triplex corruptio, ſi non eſt
propoſitum experiendi delectationem veneream nō
dicitur perire virginitas, ſicut in muliere, quæ violen-
ter deflorata eſt, fuit fractio clauſtri virginei, & de-
lectatio ſenſibilis in ſuſceptione ſeminis diſtillati,
quam delectationem non potuit euitare, etiam ſi in-
uita pateretur: etiam fuit ibi paſſio in ſuffocatione
rationis experiendo delectationem illam, & tamen
non perijt hic virginitas. vnde pereunte ſolo materia-
li non dicitur perire virginitas. ſi autem formale pe-
reat dicitur perire virginitas, quia ratio virtutis, &
cuiuslibet rei accipitur ab eo, quod in ipſo formale
eſt, & tamen, quia non perijt virginitas ſecundum to-
tum, poteſt reſtaurari per contrariam electionem, &
tamen quandiu non redit oppoſita electio perdita
eſt virginitas, & non poteſt vocari virgo, niſi mate-
liter. Ratio autem quare, quando totaliter perijt non
poteſt reſtaurari eſt, quia materiale in virginitate reſ-
picit præteritum, prędens, & futurum, formale au-
tem, ideſt electio ſolum præſens, & futurum reſpicit.
omnis enim actus virtutis, ideſt electio reſpicit ex
cōditione futurum, & præſens, eligit enim quis nunc
bene facere, & in futuro, quia hoc poſſibile eſt, in prę-
terito autem non eſt poſſibile agere, quod nō actum
eſt, aut non egiſſe, quod actum eſt 6. Ethico. ſed ele-
ctio non eſt de impoſſibili 3. Ethicor. ſed de contin-
genti, & per nos facibili, ideo reſpicit ſolum prędens,
& futurum, materiale autem in virginitate reſpicit
prę-

pręteritum. Etiam, & cauſa eſt, quia virginitas immu- A
nitatem ab omni corruptione dicit, ſed illa, quæ ali-
quando corrupta eſt non poteſt tolli quin ſit corru-
pta, ideo non poteſt reſtaurari, ſed illa, quæ aliquando
corrupta eſt poteſt eligere, quòd nunquam cor-
rumpatur, & dolere de præterita corruptione, ita vt
tollatur totus effectus prioris electionis, ſed per po-
ſteriorem obſeruationem incorruptionis nō poteſt
tolli prior corruptio, poteſt autem per poſteriorem
electionem de perpetua incorruptione tolli effectus
prioris electionis de corruptione, quando non fuit ſe-
cuta corruptio realis, ideo poteſt reparari virginitas
quantum ad formale ſolum perdita, ſed non poteſt
reparari, ſi totaliter ſit perdita.

Ad quintum dicendum, quòd virginitas perditur B
in omni voluntaria experiētia delectationis venereo-
rum, ſiue illa ſit per concubitum, ſiue abſque concu-
bitu, ſicut in mollitie, vel in eo in quo ſine mollitie ex
forti cogitatione, & conſenſu in venerea reſolutum
eſt ſemen, & diſtillauit in vigilia, cum ibi ſit voluntā-
ria venerea delectatio, quæ rationem ſuffocat. de iſtis
tamen reſolutionibus ſeminis, aut organorum geni-
talium attrectationibus, quando virginitatem tollant
præcedentibus quæſtionibus dictum eſt.

Ad ſextum dicendum, quòd virginitas eſt integri-
tas expers contagionis, ideo vbi eſt contagio, non eſt
virginitas. cum vero dicitur de nocturna pollutione,
quod coinquinet.

Dicendum, quòd corpus quidem coinquinat, ſed C
non animam, & talis contagio non pertinet ad mo-
ralem virtutem. Pro quo dicendum, quòd paſſiones
partus ſenſitiuæ non ſunt materia moralis virtutis, aut
vitii, niſi inquantum pertinēt ad rationem. ſ. ſunt vo-
litæ, quia aliàs, quod inuoluntarium eſt, nō eſt dignū
laude, neque vituperio 3. Ethicorum c. primo, neque
ad moralia pertinet, pollutio autem nocturna fit ho-
mine neſciente, & conſequenter eſt inuoluntaria,
ideo non magis pertinet ad moralia, neque magis
coinquinat hominem, quam fluxus ſanguinis per na-
res accidentaliter, aut fluxus ſaliuę ex ore dormientis
eſt enim iſta carnis contagio, ſed non mentis, & ideo
per talem contagionem non poteſt tolli virginitas, D
quæ eſt virtus.

Ad ſeptimum dicendum, quòd cum virginitas ſit
nomen virtutis, & præcipuum in virtute, per quod
trahitur ad genus virtutis, ſit electio, non poterit per-
di virginitas, ſicut neque alia virtus, niſi voluntarie, &
ita nulla mulier violenter perdit virginitatem.

Aliqui autem ſolent dicere, quòd mulier per vio-
lentiam poteſt perdere materiale in virginitate, ſed
non formale. Sed dicendum, quòd falſum eſt, quia
virginitas non dicitur perdi quantum ad materiale, vt
dictum eſt, neque etiam materiale in virginitate po-
teſt perdi, quia paſſiones partis ſenſitiuę, & a fortiori
ipſæ partes corporis non pertinent ad materiam mo-
ralem, niſi inquantum poſſunt regi a ratione, inquan- E
tum vero mouentur a principio extrinſeco totaliter
non ſunt materia moralis, & ideo cum per violentiā
rumpitur clauſtrum virginale, & patitur fęmina de-
lectationem veneream, & ſuffocatur compatiendo
delectationem illam, non eſt ibi aliqua materia mo-
ralis, eo quòd non ſubijciuntur iſta tunc rationi, ſed
ab extrinſeco ſunt contra electionem mota, & ideo
dicendum, quòd mulier ſic corrupta proprie loquen-
do, neque perdidit virginitatem, neque aliquid virgi-
nitatis, ſed large ſic accipiendo ea, quæ ſunt per acci-
dens. Cum autem dicitur, quòd aliàs non diceretur
bigamus cum muliere per violentiam ab alio deflo-
rata. Dicendum, quòd talis vocatur bigamus, & eſt
ſecundum Eccleſiæ interpretationes, quia non con-
traxit cum virgine, & vocatur illa non virgo, quia ibi A
potius attenditur in ſignificationibus ſacramento-
rum id, quòd foris eſt, quam quod intus, & ratio eſt,
quia omnia ſacramenta ſunt ſigna, & accipitur in eis
ratio ſignificandi, ex eo, quod ſenſibile eſt, ſed clau-
ſtrum virginitatis eſt ſenſibile, & experiētia venereo-
rum, conſenſus autem non eſt ſenſibilis, ideo ab in-
tegritate clauſtri virginei, & inexperientia venereo-
rum vocatur virgo mulier. quæ igitur experta eſt ve-
nerea violenter dicitur quantum ad hoc non virgo,
quòd incurrat irregularitatem bigamię ille, qui eam
vxorem acceperit, cum irregularitas iſta ſit ex defe-
ctu ſacramenti, ideſt ſignificationis, nam ſignificatur
per matrimoniū vnio Chriſti ad Eccleſiam, & vnio
verbi diuini ad carnem, quæ non erat maculata ali- B
qua macula voluntarie, vel inuoluntarie inducta.

Sciendum tamen, quòd ſi clauſtrum virgineum
ruptum fuerit, & non per coitum, non iudicatur cor-
rupta, quòd eam accipiens incurrat bigamiam, quia
non eſt ab aliquo cognita, ſi tamen conſtet eam co-
gnitam, ideſt ſuſcepiſſe ſemen, etiam ſi non ruptum
fuerit clauſtrum dicitur corrupta, & bigamus eſt, qui
cum ea contraheret, licet violenter ſic eſſet cognita.

Aliqui autem dicunt, quòd ſit iſtud propter præ-
ſumptionem iuris, quia cum in actu venereo ſit ni-
mia delectatio, veriſimile eſt fęminam etiam ſi ſit a
principio inuoluntaria, conſentire, & tunc totaliter
erit ablata virginitas.

Sed dicendum, quòd non eſt iſta cauſa, quia etiam
ſi cōſtaret per reuelationem fęminam totaliter fuiſſe
diſſentientem, cum tamen realiter experta fuerit ve-
nerea, ſuſcepto ſemine ſequeretur irregularitas biga-
mię, quia iſta irregularitas non reſpicit peccatum, ſed
ſacramenti defectum, & ſic cauſa præcedens eſt vera.

An virginitas ſit illicita. Quæſt. LXXXV.

QVAERETVR an virginitas ſit illicita. Aliqui di-
cunt, quòd ſic, omne enim, quod contrariatur
præcepto diuino eſt illicitum, & maxime ſi eſt cōtra
præceptum de lege naturę, ſed ſicut præceptum legis
naturę eſt ad conſeruationem indiuidui, quod poni- D
tur Gene. 2. capitulo, ſcilicet de omni ligno, quod eſt
in Paradiſo comede, ita eſt præceptum legis naturę
ad conſeruationem ſpeciei, quod ponitur Gene. 1. ca.
creſcite, & multiplicamini, & replete terram. ergo ſi-
cut peccaret, qui abſtineret ab omni cibo, ita pecca-
bit, qui abſtinet ab omni coitu, quaſi faciens contra
bonum ſpeciei, ſcilicet quia non generat.

Secundo, quia omne, quod recedit a medio eſt vi-
tioſum, quia virtus eſt in medio, ſed virginitas recedit
a medio virtutis, quia abſtinet ab omnibus delecta-
tionibus venereis, dicit enim Philoſophus 2. Ethico.
quòd, qui omni voluptate potitur, & neque ab vna re
cedit intemperatus eſt, qui autem omnes fugit agre- E
ſtis eſt, & inſenſibilis, ergo virginitas eſt aliud vi-
tioſum.

Tertio, quia pęna non datur, niſi peccato, ſed apud
antiquos pęnę imponebantur ſecundum leges illis,
qui ſemper caſtam vitam ducebant, vt dicit Valerius
Maximus, vnde dicit Augu. li. de vera religione, quòd
Plato ſacrificaſſe dicitur, vt perpetua eius continen-
tia, tanquam peccatum aboleretur.

Quarto, quia a Deo non maledicitur, niſi malum,
& peccatum, ſed ſteriles maledicebantur in lege ve-
teri, omnis autem virgo eſt ſterilis, ergo omnis virgo
erat tunc maledicta, & conſequenter erat peccatum
virginitas.

Dicendum, quòd virginitas non eſt illicita, ſed po-
tius aliquid valde laudabile, nam non cadit ſub conſi-

lio

lio Christi, nisi bonum, immo magnũ bonum, quia præcepta sunt de minoribus bonis, q̃ omnes possunt facere, consilia autem sunt de magnis bonis, quæ soli maiores, & perfectiores possunt, ideo quod sub consilio est, magnum bonum est, sed virginitas sub consilio est 1.Corin.7.c. scilicet de virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, ergo virginitas est magnum bonum.

Item Deus non dat homni in speciale donum, nisi id, quod magnum bonum est, quia parua omnibus dat, & tamen abstinentia totalis a venereis, quæ est virginitas datur in speciale donum Mat.19.c. cum dixit Christus, non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, eandem sententiam secutus est Apostolus 1.Cor.7.c. cum ageret de virginitate seruanda dicens, quòd non mandabat homnibus manere in virginitate, quia non possent omnes, cum ait, volo vos omnes esse, sicut ego sum, idest sine vlla vxore, & sequitur, sed vnusquisque habet proprium donum, alius sic alius sic, quasi dicat nõ poteritis omnes, quia quidam habent istud donum, vt possint totaliter continere, alij autem non.

Item virginitas adiuuat ad maxima bona, ergo ipsa est bona. Circa, quod sciendum, quòd in humanis actibus illud est vitiosum, quod est præter rationem rectam, habet autem hoc ratio recta, vt eis, quæ sunt ad finem vtatur aliquis secundum eam mensuram, quæ cõgruit fini. Est autem triplex hominis bonum, vnum, quod consistit in exterioribus rebus, puta diuitijs, potestate, & huiusmodi, quæ bona vtilia dicimus. Aliud, quod consistit in bonis corporis, scilicet robore, pulchritudine, sanitate, sensuũ perspicacitate. Tertium, quod consistit in bonis animę, scilicet virtute, & sapientia, quæ honesta vocantur. & in his sunt bona vitę actiuę, & vitę contemplatiuę, duas enim has vitas ponit Aristo. 1. Ethico. & ita ponimus actiuas virtutes, & contemplatiuas, sed bona vitę contemplatiuę probat Aristo. meliora esse. 10. Ethi. & Dominus Lucæ 10.c. dicit Maria optimam partem elegit, & intellexit de contemplatiua vita.

Triplex hominis bonum.

In prædictis autem tribus generibus bonorum est talis ordo, quòd exteriora bona, quæ minima sunt ordinantur ad media, quæ sunt bona corporis, bona autem corporis ordinantur ad bona animæ: & rursus, quia meliora sunt bona vitę contemplatiuę, quam actiuę, ordinantur bona vitę actiuę ad ea, quæ sunt vitę contemplatiuę. Pertinet igitur ad rationis rectitudinem, vt aliquis vtatur exterioribus bonis secundum eam mensuram, quæ competit corpori illis vti, sic etiam pertinet ad rectam rationem, vt vtatur quis bonis corporis ea mensura, quæ competit ad bona animę, siue vitę actiuę, siue contemplatiuę. vnde si quis abstineat a possidendo quædam temporalia, quę aliàs posset tenere, & hoc, vt consulat saluti corporis sui, & non se conturbet varijs solicitudinibus, quæ bonam corporis habitudinem tollunt, non est vitiosum, idem si hoc faciat, vt liberius vacet contemplationi veritatis, sed contionaret hoc rationi rectę: similiter siquis abstineat a delectationibus corporis, vt liberius vacet contemplationi sapientię, sicut dicitur Ecclesia 1.c. cogitaui abstrahere carnem meam a vino, vt animum meum transferrem ad sapientiam: pertineret hoc ad rectitudinem rationis, sed virginitas ad hoc præstat, vt liberius, & plenius vacet quis diuinę contemplationi, sicut dicitur 1.Cor.7.c. scilicet mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu, quæ autem nupta est cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Ideo virginitas nihil vitiosum est, sed potius aliquid laudabile tanquam in diuinam contemplationem profi-

F ciens. Ad primum dicendum, quòd præcepta legis naturę obligant, & ideo cum tam præceptum de sumẽdo cibum, quam de crescendo, & multiplicando sint de lege naturę obligant, sed non eodem modo, sed primum obligat singulos, secundum neminem obligat, sed communitatem totam, vt communitatem. Pro quo sciendum, quòd duplex est aliquid debitum. Vno modo est debitum, vt impleatur ab vnoquoque, & hoc debitum non potest præteriri sine peccato. Aliud est debitum, vt impleatur a multitudine, & nõ ab vnoquoque, & tale debitum non obligat quemliber de multitudine, neque est a quolibet implẽdum, immo nullus de tota multitudine tenetur determinate ad illud: patet enim in eis, quæ sunt necessaria vrbi, quę habet per se sufficientiam omnium, primo Politi, nam oportet ibi esse carnifices, & panificos, & G calceorum, & vestimentorum factores, & fabros, & ita iuxta cęteras indigentias publicas, nemo autẽ est, qui omnia hęc possit exercere, ideo nemo obligatur ad omnia, quia aliàs esset obligatio ad impossibile, & ideo sicut nemo tenetur ad omnia exercenda in vrbe, ita nemo tenetur determinate ad aliquid illorum ex hac ratione, quòd vrbi necessarium est, nisi aliàs sit ei impositum a gubernatore reipublicę, qui potest cogere habitatores vrbis ad ea, quę viderit toti communitati expedire, sed ista omnia, quamquam nemo solus facere possit, neque obligetur, implentur a multitudine sine aliqua obligatione, vel coactione, dum H vnus sponte exercet vnum ministerium, alius aliud. præceptum autem datum homini de lege naturę de sumẽdo cibum, necesse est, quòd ab vnoquoque impleatur, aliter enim indiuiduum conseruari nõ posset, sed præceptum datum de generatione respicit totam multitudinem hominum, cui necessarium est, quòd multiplicetur ad hoc, quòd conseruetur species, sed huic multitudini, sicut est necessaria multiplicatio, & conseruatio corporalis, ita & profectio spiritualis, & tamen ad neutrum istorum obligatur aliquis particulariter inquantum est bonum a communitate implendum, sed solum inquantum quilibet debet habere bonum aliquod spirituale, sed hæc duo sine obligatione aliqua implentur sufficiẽter ad ipsa multitudine, si quidam carnali generationi operam dent, I alij vero ab hac abstinentes contemplationi diuinorum vacent ad totius humani generis pulchritudinẽ, & salutem, sicut in exercitu, quæ est quædam multitudo, quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladijs decertant, quę tamen omnia debita sunt multitudini, sed per vnum expleri non possunt, & sic obseruantia virginitatis non est contra præceptum legis naturę.

Ad secundum dicendum, quòd virginitas non recedit a medio, immo cõsistit in medio. Cum autem dicitur, quòd abstinere ab omni delectatione est insensibilis, verum est, quòd qui nullam delectationem percipere vult, sed ab omnibus abstinet, quasi abominatus omnes agrestis est, & præter naturam, & vitium est, quasi dicat quis omnes delectationes esse malas, K sed falsum est, quia creatę sunt a Deo, vt illis ad aliquid secundum rationem vteremur, si autem omnes malę sunt, & non possumus illis vti secundum rationem, est damnare Deum, qui rem malam creauerit, virgo autem nõ abhorret omnes delectationes, neque fugit omnes: solas enim venereas fugit, & has nõ fugit tanquam detestans eas, vt malas, sed quia ratio sic dictat magis vacari posse contemplationi Dei, quã vacando carnis complexibus.

Sed obijcietur, quòd nullo modo sit virginitas in medio, quia tunc aliquas venereas delectationes fugeret, & alias non, fugere autem omnem veneream delecta-

Sumen bum e præce natur

delectationem extremum est, quia non potest, quis A magis recedere a medio, quam vt omnia fugiat.

Dicendum, quòd virginitas in medio consistit, sed non est istud medium secundum quantitatem, sed secundum rationem, nam in moralibus non accipitur medium secundum quantitatem, sed secundum rationem, quia aliàs temperatus tantum de delectatione deberet fugere quantum accipere, & idẽ de tristitijs, & fortis tanta pericula deberet fugere quanta sustinere, quod absurdum est. Etiam sequeretur, quòd medium esset naturaliter determinatum cum esset secundum quãtitatem, & esset tunc idem medium in cibo sumendo omnibus hominibus, quãtum ad temperantiam, sed falsum est, quia dicitur 2. Ethicorum, quòd non est idem medium Miloni, & Terarchę, sicut neque est eadem mensura calceorũ omnibus, sed illud est medium cuique quantum expedit ei. Et ideo dicitur, quòd medium est determinatũ a ratione, & ita inuenimus aliquas virtutes, quę secundum quantitatem non sunt circa medium, sed in extremo, sicut magnanimus, & magnificus, nam magnanimus maximis honoribus se dignificat quibus nulli sunt maiores, & ita in quãtitate nemo potest eũ excedere, quia neque Chaimus, qui est extremus excedit eum, sed potius interdum magnanimus dignificat se maioribus honoribus, quam Chaimus, dicitur tamen Chaimus extremus in superabundantia, non quidem in quantitate, sed secundum rationem, scilicet quia dignificat se maioribus honoribus, quã sit dignus, magnanimus autem non maioribus, quam dignus sit, & ideo dicitur 4. Ethicorum, quòd magnanimi dignificant seipsos secundũ rationem maximis honoribus, pusillanimus autem deficit a seipso, & a magnanimo. Chaimus autem superabundat ad seipsum, sed non ad magnanimum. dicetur ergo magnanimus secundum quantitatem extremus, quia nihil maius est quo quis se possit dignificare, secũdum rationem autem medius, quia tanto honore se dignificat quanto dignus est. Circa magnificentiam idẽ est, nam nemo maiores expẽsas facit, quam magnificus, & ideo banausus, qui est extremum superabundans non excedit eum secundũ quantitatem, immo interdum maiora expendit magnificus, quam banausus, sed banausus excedit secundum rationem. i. quia facit expensas, quando non oportet, & in eos in quos non oportet, vnde dicit Aristo. q̃ iste resplendet prẽter armoniã, vt passeres histriones delicatę, & ponens purpuram in transitu, ita de virginitate est secundũ quãtitatem quidem extremum est, quia omnia venerea fugit, & semper, & tamen secundum rationẽ est medium, scilicet quia tantum abstinere ratio indicat esse conueniens ad vacandum contemplationi Dei, & ita accidet, q̃ virginitas sit medium fugiendo omnia venerea, & aliquis fugiendo quędam, & non omnia sit extremus in abstinendo, sicut siquis nolit reddere debitum coniugi, quando petit, vt non vacet delectationi, sed aliquando solum reddit, nã quando potest conIunx conuenienter reddere si petitur reddẽdum est, qui ergo potest conuenienter reddere, & ob hoc solũ abstinet, vt non delectetur, est extremus in abstinendo, licet minus abstineat, quam virgo, sed virgo abstinet secundum rationem, & ideo est in medio, iste autem contra rationem abstinet, & ideo est extremus.

Ad tertium dicendum, q̃ nunquam fuit peccatũ seruare virginitatem si pie illam seruaret quis, idest propter Deum, nisi tunc, cum tanta erat paucitas indiuiduorum, quòd ad ipsos mandatum necesse erat applicari, sicut quando Adam, & Eua soli erant, & quando Noe, & filij eius exierunt de arca. leges autẽ antiquorum, quę vetuerunt virginitatem fortassis

erant iniustę, & ideo non obstantibus illis licebat cuilibet seruare virginitatem, vnde nec Plato hoc modo peccaret. Dicendum tamen, quòd supponendo id, quod antiqui credebant, iustę videbantur leges illę, ipsi enim non putabant virginitatem Deo placere, rursus autem curabant de bono publico, paucitas autem ciuium est malum ciuitatis, & maxime si accidit paucitas hęc propter non vacare proli, quia si aliquãdo pauci ciues sunt post paucum tempus nulli erunt, pereuntibus indiuiduis, & nullis eis succedentibus, & ideo legislatores, & rectores ciuitatum de hoc curã agentes recte faciebant, communiter autem leges ad hoc neminem cogunt, eo quòd singuli fere sponte B sua trahente desiderio in venerea ruunt, & ideo non oportet stimulare currentes, si tamen opus generationis velut triste, aut difficile multi recusarent, sicut recusant ire ad bellum, vel subire alias necessitates publicas, nihil est de quo maiorem curam statuendi, & prouidendi habere deberent, & ob hoc conueniẽter agere sibiipsis videbantur legislatores apud gentiles, qui perpetuam castitatem, siue virginitatem damnabant. De Platone autem dicendum, quòd nõ peccauit seruãdo virginitatem perpetuam, neque etiam ipse credidit se peccasse, sed ideo immolauit, vt assentiret opinioni erroneę aliorum eis honorem deferens, quasi peccasset.

C Ad quartum dicendum, quòd sterilis non erat maledicta a Deo, quasi Deus reputaret sterilitatem in vitium ipsi mulieri, quia si vitium erat non erat mulieris, cum nulla sponte sit sterilis, sed Dei esset, qui quasdam ad prolem aptas, alias steriles esse voluit, sed accipitur maledictio, vt pęna quędam, quia in pęnam habent mulieres, quòd non possint concipere, cum ad hoc matrimonialibus amplexibus vacent, & iudicarent se apud antiquos mulieres felices per fęcunditatem, & pluralitatem, filiorum, sicut Lia dixit hoc pro beatitudine mea. beatam quippe me dicent mulieres, quia peperi sex filios Gen. 30.cap. & ita maledictio sumitur sępe in scriptura in pęnam iuxta illud Deutero. 21. capitulo, maledictus homo, qui pendet in ligno, idest satis punitus est, ideo non manebit amplius in patibulo, & illa est maledictio pęnę, & non D culpę, nam pendere non est culpa, sed pęna, & Gene. 2.cap. dicitur maledicta terra in opere tuo, ad pęnam pertinet, scilicet quia tribulos, & spinas germinabit eodem capitulo, & illa homini pęnam inferunt, scilicet vt non possit faciliter ex terra colligere fruges ad cibum, & pęna ista sterilium mulierum erat magis ex opinione humana, quam ex diuina inflictione, nihil enim mali Deus inferebat mulieri sterili pro eo, q̃ sterilis erat, sed apud mulieres habebatur in opprobrium, & sic virginitas, quę non est sterilitas, sed voluntaria abstinentia, ad quam sequitur nihil gignere non erat peccatum, & maxime nunc, quando aliter de multitudine filiorũ, & sterilitate iudicamus, quam antiqui iudicabant.

E

An virginitas sit virtus determinata. Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR an virginitas sit virtus, & an determinata virtus.

Aliqui dicunt, quòd non sit virtus, quia nulla virtus nobis ineſt a natura, vt dicit Aristotiles secundo Ethicorum, sed in natis nobis susçipere, completis autem per assuefactionem, & tamen virginitas naturaliter ineſt, quia cuilibet nato ineſt, necesse est quemlibet natum virginem esse, ergo non est virginitas virtus.

Secundo, quia omnes virtutes sunt connexæ, & ideo

ideo quicunque habet vnam, habet omnes quodammodo. Sed aliqui habent alias virtutes, qui nō habent virginitatem, alioquin cum sine virtute nullus consequatur vitam ęternam, nullus sine virginate posset saluari, quę est hęresis damnata per Ecclesiam extra de sum. trini. & fi. catho. c. firmiter. §. virgines quoque, ergo virginitas non est virtus.

Tertio, quia omnis virtus restituitur per pęnitentiam, sed virginitas non reparatur per pęnitentiam. Vnde dicit Hieronymus ad Eustochium, cum Deus cętera possit, non potest virginem post ruinam reparare, ergo videtur, quòd virginitas non sit virtus.

Quarto, quia nulla virtus perditur sine peccato, sed virginitas sine peccato amittitur, scilicet in matrimonio, ergo non est virtus.

Quinto, quia virginitas diuiditur contra viduitatē, & pudicitiam coniugalem, & hoc patet, quia ponimus tres status continentię, & tres fructus, & tamen continentia vidualis, & coniugalis non ponitur virtus, ergo neque virginitas.

Sexto, quia virtutum vsus cum sint de iure naturę licuerunt omni tempore, sed in statu naturę conditę non licuisset virginitatem seruare, quia esset contra præceptum. Gen. 1. crescite, & multiplicamini. Etiam non licebat tēpore legis Moysi, quia maledicti erant, qui non relinquebant semen super terram, ergo virginitas non est virtus.

Septimo, quia omnis virtus ordinatur ad actū aliquem, cum sit habitus electiuus virtus moralis, sed virginitas non ordinatur ad operationem, sed potius ad priuationem, ergo non est virtus.

Octauo, quia virtute nemo male vtitur, cum sit bona qualitas mentis (iuxta Augu.) qua recte viuitur, & nemo male operatur, & tamen aliquis male vtitur virginitate, vt patet de virginibus fatuis, vt dicitur supra in litera, ergo non est virginitas virtus.

Dicendum, quòd virginitas est virtus magna quidem, etiam est virtus distincta contra alias virtutes.

Circa primum patet, quia dicit Ambrosius meretˇ virginitatis amor, vt aliquid de virginitate dicamus, ne veluti transitu quodā perstricta videatur, quę principalis est virtus, ergo magna virtus est.

Secundo, quia nihil mereretur pręmium, nisi virtus. Sed virginitati debetur pręmium, ideſt fructus centesimus, ergo virtus est.

Tertio, quia circa virginitatē inuenimus id, quod est dare ratione virtutis moralis, habet enim, quòd sit habitus electiuus determinante ratione circa mediū existens, quia ponitur materiale aliquid circa virginitatem, & formale completiuum, quod ad propositū competit, & electio, & fit electio illa secundum rationem, ideo virginitas virtus est, est enim formale completiuum in virginitate propositum perpetuo abstinędi a venereis, quod quidem propositum laudabile redditur ex fine, inquantum, scilicet fit ad vacandum rebus diuinis, vt dictum est pręceden. q. materiale autem est in virginitate integritas carnis absque omni experimento venereę delectationis, & ita vtrunque in se aliquid videtur laudabile maxime formale, vnde erit virtus habitus, qui regulat circa hæc, nam virginitas de sua ratione nihil importat nisi electionem conseruandi incorruptionem, hęc autem electio, vt perfecta sit ex aliquo habitu virtutis procedere debet, sed super hoc, quòd virginitas est virtus ponit statum quendam, in quo habitus in actum exire possit, non potest autem exire in actum electionis incorruptionem seruandi, nisi sit incorruptio vbi est electio, quia electio non impossibilium, impossibile est autē corruptionem amissam recuperare, ideo virginitas dicit electionem de seruando incorruptionem quandiu incorruptio est, propter quod virginitas non solum dicit propositum abstinendi semper a venereorum corruptione, sed etiam non pręcessisse corruptionem aliquam venereorum, & sic nominat simul virtutem cum quodam statu.

Aliqui autem dicunt, quòd virginitas nō nominat virtutem, sed statum specialem virtutis, vt scilicet nō sit talis virtus castitate, sed sit castitas in certo statu, scilicet tunc quando non pręcessit corruptio vlla, & sancti aliquando nominant eam, vt virtutem, aliquando, vt virtutis statum.

Dicendum autem, quòd vtrunque posset aliqualiter sustineri, & tamen rectius dicitur, quòd sit virginitas virtus, quia non solum notat statum, ideſt incorruptionem, vel in experientiam venereorum, sed etiam ad rationem habitus additur, quòd sit electio ad perpetuo abstinendum a venereis, ideo prætер statum dicit rationem virtutis, & hoc verum est accipiendo virginitatem, sicut sumitur apud theologos, & dicimus respondere ei aureolam, quia tunc non solum debet seruari incorruptio, sed etiam debet esse propositum abstinendi perpetuo, vel saltem, quòd non inueniatur vnquam contrariū propositū, nā ēt si accidat aliquam manere in virginitate per totā vitam proponeret tamen aliquando nubere, vel experiri venerea, si tamen pręueniretur morte, non est virgo, neque aureolam assequitur, secus autem accipiendo virginitatem iuxta positionem gentium, & vulgarium, qui virginem vocant eam, quæ castitatem obseruat, cum hoc, quòd venerea nunquam experta fuerit, nam sic virginitas non erit per se virtus, sed virtutis status.

Circa secundum dicendum, quòd virginitas est specialis, & determinata virtus ab alijs distincta. Et patet primo ex dicto Ambrosij supra posito, scilicet quòd sit principalis virtus, non est tamen principalis, si non est distincta ab alijs, ergo est distincta. Et apparet magis, quia si distincta non esset ab alijs virtutibus, aut hoc esset, quia ipsa non est virtus, aut quia est pars alterius virtutis. Nō primū, qa tūc poneremus eam statum virtutis, & non virtutem per se, & esset tunc falsum, quòd principalis virtus sit, quia si non est virtus, neque est specialis virtus. Neque secundum, quia si ponatur pars alterius, non erit principalis virtus, est ergo virtus per se determinata.

Itē patet, quia licet videatur coincidere cū castitate, vel pudicitia, non est omnino eadem virtus, sed habet specialem rationem virtutis. Et patet, sicut de liberalitate, & magnificentia dicimus, quia sicut dationes, & sumptus sunt materia liberalitatis, ita delectiones venereorum sunt materia in castitate, & continētia. In genere autem sumptuum, & dationum magnitudo sumptuum exigit specialem virtutem, quæ magnificentia vocatur propter sui difficultatem, & quia temperantia, & castitas magnam difficultatem habent in cohibendis delectationibus, illud quod præcipuum est in ista materia maximam difficultatem habens, scilicet immunitas ab omni venerea delectatione, specialem virtutem exiget, & illa virginitas dicit, est ergo virginitas specialis virtus distincta a castitate, sicut magnificētia a liberalitate, licet communicent in materia.

Ad primum dicendum, quòd nullus habet virginitatem naturalem, sed habetur illa, sicut, & cętęrę virtutes. Vnde dicendum, quòd id, quod est materiale in virginitate est naturaliter in omnibus hominibus mox natis, scilicet integritas carnis, & inexperientia venereorum: formale autem non est in aliquo naturaliter, scilicet propositum abstinendi ab omni corruptione venerea, sed ex electione, ratio autem virtutis a formali completur, siue accipiatur secundum morales, siue secundum theologos, qui adhuc specialius accipiunt virginitatem prout ei debetur aureola, sed istud est principium, & deficit ei: ideo non inest alicui virginitas naturaliter: Sic Augusti. dicit libro de virginitate, neque nos in virginibus prędicamus, quòd virgines sunt, sed quòd Deo dicata pia continentia.

Ad secundum dicendum, quòd virtutum connexio non est secundum materiam, & actum, quasi qui habet vnam habeat materiam omnium, & exercitium, sed est connexio secundum formale, scilicet, in charitate, quę est formans virtutes, aut secūdum prudentiam. Patet enim, quia nihil prohibet aliquem habere materiam vnius virtutis, & non materiam alterius, sicut pauper habet materiam temperantię, nō autem habet materiam magnificentię. & hoc modo habenti alias virtutes deest materia virginitatis, scilicet, incorruptio siue integritas carnis, & ideo iste non habebit virginitatem, & tamen poterit habere formale in virginitate, scilicet, secundum animi præparationem habebit propositum abstinendi ab omni venerea delectatione si sibi competeret, ita pauper magnificentiam non habet, neque exercitium eius, potest tamen habere formale eius, scilicet, propositum faciendi magnificos sumptus, aut dationes si materia suppeteret, sic ille, qui est in prosperitate habet patientiam secundum animi præparationem, quia habet animum præparatum ad tolerandum aduersa æquanimiter si se offerant, sine hac autem præparatione animi ad exercitium cuiuslibet virtutis oblata materia, & opportunitate nemo potest esse virtuosus: ideo dicitur, quòd qui habet vnam virtutem habet omnes, scilicet, quodammodo non simpliciter, quia non erit verum, quòd habeat habitus ipsorum virtutum, cum in moralibus causetur habitus ex exercitio secundum rationem circa materiam, qui autem nunquam habuit materiam, nunquam potuit habere exercitium, & consequenter non potuit habere virtutem, sed quia secundum illam præparationem est dispositus ad actus omnium, dicitur omnes habere. Nunc de virginitate dicendum, quòd est virtus, & sine ea potest quilibet habere vitam æternam, scilicet, non habendo eam simpliciter, habendo tamen eam secundum præparationem animi, quia de alijs multis virtutibus idem est, multi enim sunt, qui nunquam habuerunt fortitudinem, liberalitatem, magnificentiā, magnanimitudinem, eutrapeliam, & similes virtutes, quia nunquam se exercuerunt circa materias earum, habent tamen eas secundum præparationem animi, & hoc sufficit ad vitam æternam.

Ad tertium dicendum, quòd omnis virtus reparatur per pœnitentiam quantum ad id, quod est formale eius, non autem quantum ad id, quod est materiale in ea.

De primo patet, quia formale in omni morali tenet se ex parte electionis, & ista potest per pœnitentiam reparari, quia nihil facilius quàm mutare electionem.

De secundo patet, quia materiale circa virtutem non dependet ex arbitrio nostro, ideo cum semel perierit non est in potestate nostra restitui, sic est de magnificentia, cuius materia sunt magni sumptus, & dationes, & hoc est in magnis diuitijs, potest autem per sine peccato quàm cum peccato, & tamen neutro modo restituitur per pœnitentiam materia.

De primo, vt liquis dando eleemosynam omnia sua expendit, non potest iam exercere materiam magnificentiæ. De secundo, vt si histrionibus dedit, vel in causas turpes, sicut banausus, neutro autem modo potest materia per pœnitentiam restaurari, & ita de virginitate est, quæ si semel perierit non potest restaurari, quia formale eius, ideſt, propositum perpetuo abstinendi a venereis redire potest, sed non incorruptio præcedens, & hoc siue virginitatis materia per peccatum perierit, vt in fornicatione, siue sine peccato, vt in matrimonio.

Dicendum tamen, quòd aliquid materiale potest reparari in virginitate per miraculum, scilicet, integritas carnis, licet enim fractum fuerit vas potest reddi integrum sicut prius non naturaliter (licet mulieres illud sophisticare conentur) sed miraculose. Aliud autem est, quod neque per miraculum potest reparari, scilicet, experientia corruptionis venereę, nō enim potest fieri, quòd qui venerea semel expertus est non fuerit expertus, quia hoc solo priuatur Deus, vt dixit Agathon, quòd non potest facere ingenita, quę iam sunt facta 6. Ethi.

Ad quartum dicendum, quòd virginitas accipitur interdum materialiter, interdum proprie. Accipiendo primo modo vocamus interdum virginitatem ipsam solam carnis integritatem sicut vulgus accipit, & de hac dicendum, quòd potest amitti sine peccato, vt in matrimonio, & etiam sine coitu, sicut si ferro lędatur organum genitale; interdum etiam accipitur pro sola inexperientia venereorum, & hoc etiam modo sine peccato perditur, vt in nocturna pollutione sine coitu, vel in matrimonio cum coitu, aut in ea, quæ violenter defloratur. Aliquando accipitur proprie quantum ad totum, quod dicit, & tunc virginitas dicit propositum abstinendi a venereis in perpetuū, & hoc maxime quando tale propositum est voto firmatum, & tunc verum est, quòd non potest perdi virginitas sine peccato, quia non potest contra votum agi sine peccato. Et sic accipit August. virginitatem lib. de virginitate, scilicet, quòd per virginitatem integritas carnis ipsi creatori animę, & carnis vouetur, cōsecratur, seruatur, & ita quantum ad hoc virginitas tenet conditionem aliarum, ideſt, quòd non potest perdi sine peccato, sed quantum ad materiale, aliæ quoque virtutes possunt sine peccato perdi, vt magnificentia: nam siquis omnes suas facultates in pauperes erogauerit, non poterit postea magnifice operari, & tamen non peccauit dando facultates, sed potius meruit. Et ita interdum per actum virtutis perditur potestas operandi virtuose, quia materia consumitur per actum.

Ad quintum dicendum, quòd coniugalis castitas non est specialis virtus distincta a castitate simpliciter dicta, neque etiam castitas vidualis. Castitas autem virginalis est distincta a castitate simpliciter dicta: iō habet speciale nomē virtutis. In quo sciendum, quòd castitas simpliciter dicta, & castitas coniugalis, & vidualis circa eandem materiam sunt, scilicet, venereorum abstinentiam, & ideo deberent omnia pertinere ad vnicam virtutem, nisi inueniatur aliqua ratio specialis, quæ faciat differentiam excellentię. Castitas autem coniugalis nō addidit supra castitatem simpliciter aliquid: nam per castitatem simpliciter dictam abstinetur ab omnibus prauis delectationibus venereorum, castitas autem coniugalis nihil plus facit, quia per eam non abstinetur ab omnibus venereis delectationibus, sed a prauis solis, quæ sunt extra matrimonium: ideo ista castitas nihil addens non accepit nomen virtutis specialis, sed vocatur castitas. ipia vero castitas vidualis aliquid addit ad castitatem, quia non solum fugit illicitas voluptates, sed etiam omnes venereas, ideo habet quandam excellentiam specialem,

Quomodo intelligat, q qui habet vnam virtutem habet omnes.

lem, sed non peruenit ad id, quod summum, & perfectum est in materia ista abstinendi: nam licet vidua nunc abstineat ab omnibus venereis, non tamen abstinuit semper, nec est necesse semper abstinere, cum possit nubere in Domino, ideo non habet nomẽ speciale virtutis. Sola autem virginitas peruenit ad id, quod perfectum est, idest, ad omnimodam immunitatem ab omnibus venereis pro omni tempore: ideo ipsa sola est specialis virtus vltra castitatem, sicut magnificentia vltra liberalitatem. Ad sextum dicẽdum, quòd de virginitate quantum ad diuersa tempora est sicut de cęteris virtutibus. Est enim verum, quòd vsus virtutum omni tempore est licitus, & tamen id, quod est materialiter actus, vel vsus alicuius virtutis non est semper licitum. Et ratio est, quia omnis virtus est habitus electiuus circa medietatem, accipitur autẽ medium secundum proportionem circũstantiarum ad rationem rectam, & quia tempus est vna de circũstantijs 3. Ethi. facit aliquid diuersitas temporis, vnde non est inconueniens aliquid esse vno tempore virtuosum, quod alio tempore sit illicitum, & è contrario, vnde si tunc fieret non esset vsus virtutis, sed vitij, quia esset pręter rationem, sic enim apparet circa iustitiam administrandam, quæ ad iudicem pertinet: nam vno tempore exequi contra delinquentes laudabile est, alio tempore poterit esse illicitum, vt si timeatur periculum reipublicę ex punitione alicuius delinquẽtis, tunc enim ratio cessandum iubet, & velle tunc exequi iustitiam sicut, & alio tempore, non esset actus iustitię, quod imprudẽter fieret. sic circa virginitatem dicendum, quòd omni tempore est licitus actus virginitatis, quando prudentia iudicat conueniens esse abstinere, sed quædam tempora sunt in quibus abstinere esset valde contra rationem, ideo non vocaretur tunc actus virginitatis, vt virtus est, sed solum materialiter, & taliter poterat esse illicitus. De tempore autem naturæ conditæ, idest, ante peccatum non erat licitum abstinere, si enim non peccasset Adam vir, & fęmina simul nascerentur eodem vtero, vt quasi ex hoc viderentur a Deo designati ad vacandum in simul proli, propter quod si vellet aliquis eorum abstinere simpliciter a venereis peccaret. Idem autem de I statu naturę lapsę, scilicet, statim post peccatum Adæ, erant enim soli, vnde si abstinere voluissent non propagaretur genus humanum, esset que hoc contra intentionem Dei, qui dederat mulierẽ homini in adiutorium ad generationem. Idem autem quantum ad primos filios suos, quia etiam si illi abstinere vellent idem sequeretur. Et sic fuit quousque genus humanum fuit aliqualiter dilatatum. simile fuit statim post diluuium, quando solus Noe, & tres filij eius, & quatuor vxores eorum euaserant in arca, deleta tota humana multitudine: nam si vacare nollent proli periret statim totũ genus humanũ, propter quod rursus eis dixit Deus, crescite, & multiplicamini, & replete terram Genes. 9. cap. commendans eis vacationem ad prolem, quasi esset necessaria, sicut commendauerat K primis parentibus a principio sæculi Genes. primo ca. scilicet, crescite, & multiplicamini &c.

De tempore autem legis Moysi non erat talis necessitas exercendi venerea quantum ad multiplicationem generis humani, quia illud vndique dilatatũ erat, sed quãtum ad necessitatem populi illius, quem Deus elegerat fuit conueniens proli vacare, & hoc Deus commẽdabat Iudæis, & ista fuit vna causa quare Iudæis, & potissime a principio licuit plures habere vxores, scilicet, vt multiplicatio maior fieret populi illius per accessum ad plures, quæ matrimonialiter & non per illicitam copulam accipiendę erant.

Conueniebat autem illa multiplicatio carnalis illi F populo, quem Deus elegerat, & non conuenit nunc populo Christiano.

Primo quia ille erat vnicus, & paruus populus, congregatio autem Christianorum est totus mundus: ideo illum paruum populum conueniens erat augere numero, non autem hanc immensam multitudinem.

Secundo quia illic non erat modus multiplicandi populum spiritualiter, scilicet, per prædicationem, deducendo cęteros populos ad ritum iudaicum, & legem Dei: ideo debebat competere aliquis modus multiplicationis, & iste est carnalis, nunc vero multiplicatio potissime fit per prædicationem, quia totus orbis quasi subito conuersus est ad voces prædi- G cantium: ideo non fuit in lege Christi necessaria multiplicatio per prolem. Erat enim populus iudaicus vnus, cui specialiter data erat lex, & alij non pertinebant ad illam legem nisi sponte accedere vellent, & quia obseruatio eius non erat necessaria simpliciter ad salutem, non iussit Deus eam prædicari gentibus, propter quod non diuulgabatur inter gentes, & quia non habebat istum modum multiplicationis spiritualis per accessionem aliorum, relictus est sibi modus carnalis multiplicationis in seipsis, in lege Christi autem, quia multiplicandi erant tenentes eam per aliorum accessionem, non fuit conueniens imponi multiplicationem per propagationem.

H Tertio quia hoc ex statu conueniebat hominum, fuit enim data lex Moysi hominibus carnalibus, qui nulla adhuc spiritualia bona sentirent, quibus neque talia aliqua promissa sunt expresse, sed omnia temporalia, & qui putarent multitudinem filiorum esse quandam fœlicitatem, sicut dixit Lia Genes. 30. capitu. scilicet, beatam me dicent mulieres, quia peperi sex filios: ideo fuit conueniens his imponi multiplicationem carnalem quam ipsi cupiebant, & ad quam apti erant: Christus autem in nouo testamento voluit homines totaliter spirituales reddere, promittendo sola spiritualia, & ęterna: ideo temporalem, & carnalem multiplicationem non debuit suadere, quasi illa nihil haberet boni, sed potius suadere abstinentiam a voluptatibus carnis, vt liberiores fiat homines ad spiritualia, quæ sola promisit, & bona iudicauit: ideo virginitatem suasit saltem tacite, si homines illam capere possent supra 19. capitu. & Apostolus expresse consilium dedit de virginitate seruanda, multiplicationem autem secundum propagationem, neque iubere debuit, neque suadere, aut consulere. Et ita apparet, quòd in statu naturæ conditę si mansisset, erat virginitas seruanda tanquam in tempore inconuenienti, & contra intentionem Dei, neque in temporibus naturæ lapsæ, quando erat paucitas hominum, quia expresse tunc Deus iubebat, crescite, & multiplicamini, neque in tempore veteris testamenti erat laudabilis virginitas, quando potius per propagationem populus colentium Deum augendus erat, fuit tamen laudabilis nimium virginitas in Domina nostra, quæ fuit in diuina suggestione specialiter, & fuit in fine Veteri Testamenti quando iam incipiebat alius status, in quo virginitas laudabilior esset quàm matrimonium, aut fœcunditas prolis. Rursus tamen, & efficacissime, quia virginitas Dominæ nostræ non repugnauit statui Veteris Testamenti, quia ibi non conueniebat virginitas inquantum impediebat fęcunditatem prolis, fuit autem Domina nostra simul virgo, & mater, & si ita posset esse de alijs mulieribus, ad nihil essent viles viriles amplexus, & exercitium venereorum: ideo satisfecit

Domina

Domina nostra statui temporis sui in fęcunditate, & A habuit summam excellentiam in virginitate, manet ergo, quod virginitas virtus sit, licet vsus eius quodam tempore esset illicitus, quia contra rationem, & non esset tunc vsus virtutis.

Ad septimum dicendum, quòd verum est, quòd virginitas, sicut & cęterę virtutes habẽt aliquos actus, & quia virginitas est habitus electiuus habet electionem, quę est actus positiuus.

Sed dicendum, quòd dupliciter potest habere actũ, scilicet, interiorem, & exteriorem: interiorem quidem quantum ad id, quod in virtute formale, & completiuum est, scilicet, quantum ad electionem: exteriorem autem ratione materiæ circa quam contingit esse, vt communiter aliquid exterius, primum actum B omnes virtutes habent positiuum, secundum vero habent plurimæ positiuum, aliquę tamen habent illum priuatiuum, idest, magis priuationem actus pro actu. Sic apparet de temperantia, quæ est circa delectationes, & tristitias tactus, & gustus, & consistit principaliter in cohibendo eas potius quàm in prosequẽdo, & ideo extra competit ei actus priuatio, idest, abstinere a delectationibus tactus, & gustus, quæ non sunt secundum rationem, ita est de virginitate, quia interior actus positiuus est, sed extra non habet actum directiuum nisi cessare, vel non experiri venerea vlla, habet autem minus directe aliquos actus positiuos foris, scilicet, fugere aspectus rerum corruptibilium, & affligere carnem suam, vt non vrgeat in impetum venereorum, sed satis est, quòd solum interiorem habitum positiuum habeat. C

Ad octauum dicendum, quòd fatuę virgines non abusę sunt virginitate: nam aut accipitur illud secundum corticem parabolę, aut secundum intentionem applicationis.

Si primo modo non abusę sunt virgines virginitate, quia virgo accipitur ibi pro puella, quæ est in statu virginali, idest, quę non accepit virum siue sit virgo siue corrupta, & ideo fortassis non erant in virginitate illę, quę virgines vocantur. Et dato, quòd vere essent omnes virgines corpore, adhuc non abusę fuerunt in virginitate, sed ratione, nõ enim fuerunt prudentes sicut decuerat, nõ est autem inconueniens aliquem bene, & prudenter se habere in custodia virgi- D nitatis, & circa quædam alia agenda non esse prudentem sufficienter. Si autem accipiatur quantum ad applicationem, nõ accipiuntur virgines pro virginibus, sed pro omnibus hominibus, vt dictum est supra, & ita virginitate nemo male vtitur. Aliter etiam potest dici, quòd virginitate quis potest male vti. i. materia virginitatis, non tamen ipsa virginitate, quę est virtus. Primum patet, quia integritas potest seruari bene, & male: nam si qua mulier de sua integritate superbiat, & alias contẽnat, & sit sibi occasio incidẽdi in aliqua magna vitia, male vtitur materia virginitatis, idest, ad malum suum, sic etiam si in tempore indebito; sicut si Adam, & Eua quando soli erant voluissent omnino E abstinere a venereis, aut siquis virginitatem seruet nõ ad finem ad quem debet, vt si propter cultum dæmonum, vel collocutionẽ ad illos, multa enim apud magos, & cęteros maleficos dicuntur fieri cum pueris, aut puellis manentibus in virginitate, quæ non fiunt cum alijs, & sic virgines vestales, quæ apud gentiles seruabãt virginitatem in honorem deę vestę, quæ dęmonium erat, sicut omnes Dij gentium dæmonia sunt superstitiose seruabant, & male vtebantur virginitate, quia consecrabant eam dæmonijs, cui peccatum est aliquem cultum qualemcunque impendere. De secundo autem, idest, de ipsa virginitate falsum est nemo enim male ea vti potest, sicut nemo agens secundum rationem erat, & tamen virginitas est secundum determinationem rationis: ideo impossibile est, quòd virtute virginitatis quis male vtatur.

An virginitas sit matrimonio excellentior.
Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR an virginitas sit excellentior matrimonio. Aliqui dicunt, quòd non, primo quia dicit Aug. lib. de bono coniugali, non impar meritum continentię est in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abrahã, qui filios generauit, sed maioris virtutis est maius meritum, ergo non est maior virtus virginitas quàm castitas coniugalis. Secundo quia ex virtute dependet laus virtuosi, si ergo virginitas pręferretur continentię coniugali, videtur consequens, quòd quęlibet virgo pręferretur cuilibet coniugatę, quod falsum est: ideo non est maior virginitas matrimonio. Tertio quia bonum cõmune maius est bono priuato 1. Ethi. sed coniugium ordinatur ad bonum commune, dicit enim Augu. lib. de bono cõiugali, quòd est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, virginitas autem ordinatur ad bonum priuatum, scilicet, vt vitent virgines tribulationem carnis, quam sustinent coniugati, vt dicitur 1. Corin. 7. cap. ergo non est maior virginitas continentia coniugali. Dicendum, quòd aliquorum hęreticorum error iste fuit, scilicet, Iouiniani, qui asseruit virginitatem nõ esse meliorem matrimonio, neque prælerendam in bono spirituali, contra quem multa loquitur Hieron. in trac. suo qui dicitur contra Iouinianum. Et patet primo, quia Christus prętulit eam cõiugio, quia Matrem virginem elegit, & Euangelista deducere studiose conatus est, quòd Mater Christi in virginitate concepisset, & peperisset, licet Ioseph haberet in sponsum supra 1. ca. & tamen si nihil boni adderet virginitas supra matrimonium, non curasset Deus inquirere hoc speciale, quod supra vires naturę sit, scilicet, vt sine concubitu de virgine conciperetur: Euangelista quoque non apposuisset circa hoc tam vehemens studium in ostẽdendo Matris Christi virginitatem. Secundo quia Christus virginitatem magis laudauit, licet aliqualiter tacite, & eã suasit supra 19. cap. quando Petrus dixit, non expedit homini nubere, dixit Christus, non omnes capiunt hoc, sed quibus datum est. Et addidit, quòd sunt quidam eunuchi, qui se eunuchizauerunt propter regnũ cœlorum, & illos Christus laudat, & tamen illi sunt virgines, qui se castrauerunt propter regnum cęlorũ, auferentes sibi omnes venereas voluptates, sicut si nõ haberent membra genitalia, ergo excellentior est virginitas matrimonio.

Tertio quia Apostolus consilium dedit de virginitate 1. Corin. 7. cap. scilicet, de virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. sed consiliũ est de maiori bono, ergo maior est virginitas matrimonio. Quarto quia eodem ca. comparans matrimonium virginitati, prętulit virginitatem dicens, qui matrimonio iungit virginem suam benefacit, & qui nõ coniungit melius facit. Quinto quia Christus licet nõ imposuerit nobis præceptum de maximis bonis propter nostram infirmitatem, ipse tamen seruauit, quòd melius, & maximum erat in ipso, & tamen ipse non accepit vxorem, sed mansit in virginitate, ergo est melior virginitas.

Sexto quia bonum diuinum melius est bono humano, virginitas autem est diuinum bonum, idest, vt promptus sit quis ad Deo placendum, matrimonium autem est bonum humanum, idest, vt sibi ipsi, & passionibus suis quis satisfaciat 1. Cor. 7. ca. s. mulier innupta,

Universidad de Navarra Biblioteca

nupta,& virgo cogitat,quæ Domini sunt,vt sit sancta F
corpore, & spiritu, quę autem nupta est cogitat, quæ
sunt mũdi & quomodo placeat viro, ergo melior est
virginitas coniugio.

Septimo quia bonum animę prefertur bono corporis, sicut anima præfertur corpori, sed virginitas bonum animę est,cum seruetur illa pura ab omni cõtagione venereę corruptionis,quæ rationem suffocat in ipsa delectatione venereorum. Coniugium autem est bonum corporis, quia desiderijs carnis, & sanguinis in eo satisfit,ergo melior est virginitas.

Octauo quia melius est bonum vitę cõtemplatiuę quam actiuę,vt colligitur 1.ca.10. Ethi. sed virginitas ad contemplatiuam disponit, inquantum per subtractionem ab omnibus venereis anima liberior est,non G
solum ad eundum in Deum,sed etiam ad contemplationem cuiuslibet veritatis. Coniugium autẽ ad corpus,& ad vitam actiuam prodest,scilicet, ad multiplicandum genus humanum secundum corpus, & vir, & mulier in coniugio manentes ea,quæ sunt mundi, & corporis necessario cogitant,vt Apostolus dicit: iõ necesse est dici virginitatem meliorem esse coniugio.

Ad primum dicendum, quòd meritum hominis non consideratur ex genere actus, sed ex animo operantis. Habuit autem Abraham animum sic paratum, vt dispositus esset virginitatem seruare si esset tempus congruum: nam qui pro diuino mandato non dubitauit filium interficere vnigenitum,quem in senectute acceperat, nõ dubitaret virginitatem seruare, si sciret illam Deo placituram, sed non conueniebat tempori illi obseruantia virginitatis, ideo meritum continentię coniugalis in ipso æquatur merito virginitatis in Ioanne,sic dicit Augu.lib.de bono coniugali,quòd Ioannis cęlibatus, & Abrahę coniugium pro temporis distributione Christo militauerunt, sed continentiam Ioannes in operatione: Abraham autem in solo habitu habebat.

Considerandum autem in hoc,quòd meritũ Ioannis, & Abrahę, vel considerantur simpliciter, ideſt, quantum ad omnes actus ipsorum, per quos meruerunt, aut quantum ad solam continentiam virginalẽ Ioannis,& castitatem coniugalem Abrahę. Si primo I
modo potest dici, quòd nõ solum æqualis meriti fuerint Abraham, & Ioannes, sed etiam, quòd maioris meriti esset Ioannes,quia licet virginitas Ioannis esset maioris meriti quàm coniugalitas Abrahę, poterat forte Abrahã habere alios actus, per quos magis mereretur quàm Ioannes per virginitatis, & omnium aliorum actuum suorum cõditionem, licet istud specialiter in Ioanne Baptista nõ tenet, quia de eo Christus dixit, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Si secundo modo,dicunt aliqui, quòd sine dubio magis merebatur Ioannes per virginitatem, quàm Abraham ex continentia coniugali.

Sed dicendum, quòd licet hoc ita sit regulariter, K
& quantum est ex genere actus sic fiat,tamen poterat esse in Ioanne,& Abraham æquale meritũ per vtrunque. Et ratio est, vt dictum fuit, quia quantitas meriti non consideratur ex genere actus,sed magis ex dispositione animi operantis, & quia poterat esse fortalis animus Abrahæ in offerendo Deo castitatem coniugalem magis Deo subditus, quam animus Ioannis in obseruando propter ipsum virginitatẽ, poterat æqualiter mereri Abraham sicut Ioãnes,etiam in illo actu specialiter: nam virtutum moralium actus non sunt secundum se meritorij, sed solum, vt sunt cum charitate, & imperantur ab ea,si ergo ex æquali, aut maiori charitate seruabat Abraham castitatem coniugalẽ, & Ioannes virginitatem, meretur æqualiter Abrahã in castitate coniugali, & Ioannes in virginitate. Hoc autem est verum quantum ad præmiũ substantiale, quod debetur radici charitatis. Secus quantum ad accidentale, ideſt, aureolam, quod primum debetur generi actus, & sic Ioãnes haberet aureolam propter custodiam virginitatis: Abraham autem non habebit aureolam propter continentiam coniugalem.

Ad secundum dicendum, quòd licet virginitas sit melior ex genere virtutis quàm continentia coniugalis,potest tamen coniugatus melior esse quàm virgo. Et hoc dupliciter,primo ex parte ipsius castitatis coniugalis, & virginalis, non ex genere ipsarum, sed ex dispositione animi in seruando vtranque, scilicet, si ille, qui est coniugatus habet animum magis paratum ex magnitudine charitatis ad seruandam virginitatem si oporteret, & possibile esset, quàm ille, qui actu est virgo, scilicet, quia iste ex minori charitate illam seruat quàm alius continentiam coniugalem, & ita habet animum minus Deo subditum ad seruandã virginitatem,quam seruat,quàm habeat ille, qui eam non seruat, sed seruaret si esset possibile, & videret oportere, vnde Augusti. in libro, de bono coniugali instruit virginem,vt dicat,ego non sum melior Abraham, sed melior est castitas cęlibum quàm castitas nuptiarum, & rationem postea subdit dicens, quod ego nunc ago, melius illi egissent si tunc agendum foret, quod autem illi egerunt, ego non sic agerem, etiam si nunc agendum esset.

Secundo quia forte ille,qui non est virgo habet aliquam excellentiorem virtutem quàm ille,qui est virgo, sic dicit Augusti. libro de virginitate, vnde scit virgo quamuis solicita, quæ sunt Domini ne forte propter aliquam sibi incognitam infirmitatem non sit sufficiens martyrio, illa vero mulier cui se præferre gestiebat iam sit apta bibere calicem dominicæ passionis, & istud communius accidit, quia quod deest alicui de merito virginitatis, superabundat ei in multis alijs glorioſis virtutibus, quis enim dubitat Petrum, & singulos Apostolos Domini, qui omnes fere nuptias diu experti sunt, maiores esse in vita æterna multis virginibus, quæ sine calice martyrij per communia merita vitam beatam adeptę sunt?

Ad tertium dicendum, quòd bonum commune melius est bono priuato, si sint ambo eiusdem generis, & eiusdem quantitatis, aliàs falsum est: nam siquis pro bono publico det vnum denarium, & alius pro salute animę vnius proximi multis diebus oret,& ieiunet,maius est hic bonum priuatum quam publicum,ideſt,magis meritorium.

Sic etiam quantum ad quantitatem, siquis dedit in vtilitatem publicam ex charitate duos denarios, & alius ex æquali charitate ad redimendum vnum captiuum det vniuersas facultates suas, magis meruit priuatum bonum quàm publicum, hic autem bonum priuatum, quod est virginitas, & bonum coniugale, quod est commune non sunt eiusdem generis, sed virginitas est multo excellentior ex genere. Ideo multo magis meretur virgo cuius est bonum priuatum, quam coniugata cuius est bonum publicum siue commune, accipiendo semper, quòd virginitas propter Deum obseruetur, vnde dicit Augustin. libro de virginitate, quòd fœcunditas carnis, etiam illarum, quę hoc tempore in coniugio nihil aliud requirunt quàm prolem, quam mancipare nt Christo, pro amissa virginitate compensari non posse credenda est.

An virginitas sit maior omnibus virtutibus.
Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR an virginitas sit maior omnibus virtutibus?

Aliqui dicũt,q͡p sic. Primo,quia decor est de ratione virtutis,sed virginitatis decor est maximus, quam cęterarum virtutum,ergo virginitas est maior, patet media,quia dicit Ambrosius libro de virgin. quis potest maiorem pulchritudinem ęstimare decore eius, scilicet virginis, quæ amatur a rege, probatur a iudice,dedicatur a domino,consecrat Deo,semper sponsa,semper innupta,vt neque amor finem habeat, neque damnum pudor. Hæc autem vera pulchritudo B
est cui nihil deest, quæ sola meretur audire a Domino tota pulchra es, &c. Secundo, quia dicit Cyprianus,libro de virgin.nunc vobis, ò virgines sermo est, quarum quæ sublimior, atque ornamentum gloriæ spiritualis illustrior portio gregis Christi, ergo virginitas est maior omnibus virtutibus, cum dicat sublimior,& illustrior.

Tertio,quia maiori virtuti debetur maius præmiũ, sed virginitati debetur maximum præmium, scilicet aureola sine fructus centesimus,vt dicit glo. Matthæ. 13.c.nullus autem est maior fructus, ergo ipsa est maxima virtus.

Quarto,quia tanto aliqua virtus est maior, quanto per eam quis magis Christo conformatur, sed maxime aliquis Christo conformatur per virginitatem, dicitur enim Apocal.decimoquarto cap.de virginibus, q͡p sequuntur agnum quocunque ierit, & q͡p cantãt cãticum nouum, quod nemo alius cantare poterat, ergo virginitas est maxima virtutum.

Dicendum, q͡p si accipiatur simpliciter quæ virtus sit maior,manifestum est, q͡p virginitas non est maxima. Primo,quia vt Hieronymus,& Augustinus,dicũt cęlibatus Ioannis, ideſt virginitas non præfert coniugio Abrahæ,& tamen si esset maxima omnium virtutum præferretur ei,ergo non est maxima.

Secundo,quia dicit Bernardus super Euange. Missus est,plus placuit Deo humilitas Marię, quam virginitas eius,& tamen si maior esset virginitas, magis D
illa placeret Deo,quam humilitas,ergo nõ est maior.

Tertio,quia dicit Augusti.lib.de virgi. nemo quantum puto ausus fuerit præferre virginitatem monasterio,& ita vita monastica in obseruatione regulę est excellentior virginitate.

Quarto,quia martyrium iudicatur excellentius virginitate,vt Augusti.dicit lib.de virginitate præclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est quo loco martyres,& quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitẽtur.vocat sanctimoniales ipsas virgines,& dixit in orationibus, quæ fiunt in celebratione missarum prius nominari martyres, quam virgines, & ita martyres E
excellentiores esse.

Circa hoc autem adhuc sciendum,q͡p vna virtus potest dici alia excellentior,& quantum ad actũ, & quãtum ad habitum, vtroque modo per se, & per accidens,per se quidem mensurantur actus virtutis ex ratione obiecti sui a quo speciem habent,& ideo quanto obiectũ actus virtutis est melius, dicitur actus melior,& virtus maior. Per accidens autem multipliciter accidit vnum actum meliorem altero dici, sicut etiam in paruis rebus dicitur actus melior si contingat læpius,& ex promptiori voluntate fieri,& tempore magis opportuno, & ita infinitis aliis modis, sed quia quæ per accidens sunt se habent infinitis modis relinquuntur ab arte: omissa ergo hac comparatione quæ est per accidens. Dicendum, quod cum bonum A
spirituale sit maius bono corporali, virtutes illæ, quæ habent pro obiecto bonum spirituale sunt simpliciter meliores, quam illæ, quæ habent aliquod corporale pro obiecto,vel aliquid corporali adiunctum. Et ideo virtutes theologicæ sunt meliores,quam morales, quia theologicæ habent Deum pro obiecto, qui est aliquid spirituale,vel aliquid Dei,aut circa Deum, virtutes autem morales sunt circa passiones, & actiones,quæ sunt aliquid corporale, vel circa corporalia, quælibet ergo theologica est maior qualibet morali, inter theologicas autem maxima est charitas. 1. Cor. 13.cap.inter morales autem illa est excellentior, quæ magis appropinquat theologicis,vnde potest dici, q͡p prudentia est excellentior, licet ista non vocatur proprie moralis, est tamen sine qua nulla est moralis, & conuenit cum theologicis in dignitate subiecti, scilicet quia in ratione est, inter morales autem quę proprie dicuntur morales videtur maxime cõuenire cũ theologicis iustitia. Sed appropinquatio ista potest dupliciter esse.vno modo quantum ad conuenientiã subiecti,& sic iustitia, quę est in voluntate est propinquior, & dignissima, post ipsam autẽ fortitudo, quę est in irascibili,quæ pars est, quasi quoddam confiniũ rationis,& sensualitatis,& vltimo loco est temperantia,quę est in concupiscibili, quia ista magis pertinet ad sensum. Alio modo potest attendi ista propinquitas moralis ad intellectualẽ, prout disponit ad ipsam, & sic inter omnes morales propinquissima est temperantia ad intellectuales,eo q͡p ipsa maxime disponit ad illas.s.quia per delectationes sensus, quæ sunt materia temperantiæ,maxime nata est ratio debilitari,& suffocari, nisi per temperantiam cohibeantur,inter partes autem temperantiæ præcipua est castitas, quia illa cohibet delectationes venereas,per quas rõ maxime obruitur,ideo dicit Commen.7.Physic.q͡p castitas maxime valet ad scientias speculatiuas, in genere autem castitatis virginitas est maxima, quia illa simpliciter abstinet ab omni delectatione venerea, ideo maxima est ista in disponendo ad intellectuales virtutes.

Aduerte ordinẽ virtutum moralium.

Vnde dicendum,q͡p non est virginitas maxima omnium virtutum,quia maior est charitas,& ista est simpliciter maxima, & post eam omnes theologicæ, sed est maxima omnium moralium in disponendo ad intellectuales,quia nulla magis disponit, accipiendo tamen simpliciter non est maxima omnium moralium,quia maior est fortitudo, per quam martyrium toleratur.

Sed dicendum, q͡p absolute virginitas est maxima inter partes temperantiæ, sicut magnificentia est maxima inter virtutes,quæ sunt ad expensas.

Sed specialiter præferuntur apud doctores virginitati duæ virtutes.s.fortitudo, secundum quam mors pro Christo toleratur,& vita religiosa in monasteriis. Et ratio est,quia virginitas redditur laudabilis, inquãtum disponit ad diuinam contemplationem, & quia semper finis est melior eis,quæ ad finem, quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto melius est, & quia finis ex quo laudamus virginitatem est vacare diuinis,necesse est, vt virtutes theologicæ, & ipsa religionis virtus,quarum actus sunt vacare circa diuina præferantur virginitati,similiter magis Deo adhęrent martyres, qui vt Deo adhærerent postposuerunt propriam vitam,& viuentes in monasteriis, qui postponunt propriam voluntatem,& omnia quę possunt habere,quam virgines, quæ solum venereas delectationes postponunt, ideo virtus martyrij, & perpetuæ vitæ monasticæ virginitati præferuntur.

Virginitati duæ virtutes præferuntur.

Ad primum dicendum, quod virginitas hẽt summam pulchritudinẽ,& in nõ est simpliciter maior. Et rõ

est,quia pulchritudo attenditur quantum ad ablationem turpitudinum,omnes autem illas,aut præcipuas tollit virginitas,nam vt dicitur 3.Ethic.c.de temperãtia, delectationes illæ circa quas est temperantia sunt turpissimę,quia sunt communes nobis, & omnibus brutis.vñ ſm has accidũt turpitudines nimiæ, & ita q has cohibet habet omnem pulchritudinem conuenientem omnibus virtutibus. Hoc autem facit virginitas,ideo illa omnem habet pulchritudinem, sic & fortitudo vendicat sibi difficultatem omnium virtutum,& iustitia omnium rectitudinem.& quia virginitas excellentior virtus est circa temperantiam habet omnem decorem virtutum. G

Ad secundum dici potest vno modo.q in auctoritate Cypriani, sicut in dicto Ambrosii ostendit pulchritudo virginitatis. Et ideo est dicendum,q est oĩbus pulchrior,sed non maior,vt dictum est præcedenti solutione.

Alio modo,q aliud est cõparare virgines ad alios, aliud virginitatem ad alias virtutes, licet.n. virginitas non sit maior omnibus virtutibus,habentes virginitatem sunt excellentiores aliis, quia non habent solam virginitatem,sed & alias virtutes.

Aliter potest dici,q virgines sunt cæteris sublimiores,& illustrior pars gregis Christi, non respectu omnium aliorum,sed respectu viduarum, & coniugatarum.& ista est conueniens comparatio, sicut supra dictum est,ſ.q est virginitas excellentior omnibus partibus temperantiæ, sed nõ simpliciter excellentior oĩbus virtutibus, castitas autem vidualis, & coniugalis ad temperantiam pertinet. H

Aliter adhuc potest dici,q non vocantur hic virgines meliores,aut maiores,sed illustriores. Est autem illustris clarus,vel fulgens,& hoc pertinet ad pulchritudinem, nullam autem maiorem possumus videre puritatem,& fulgorem,quam virginitatis munditiã, secundum quam fulgent virgines sine omni macula existentes,& sic in nitore omnes excedunt, sed non simpliciter in perfectione.

Ad tertium dicendum,q maiori virtuti debetur maius prędmium,& virginitati non debetur maximũ prædmium. De fructu aũt centesimo,dicendum q dat I virginitati,& non est aliquis alius fructus, est tñ aliud maius prædmium.In quo dicendum,q aureola,& fructus sunt prædmium accidentale,essentiale aũt prędmiũ quantumcunque sit,est dignius accidentali, qa essentiale est in visione Dei,accidentale aũt cõsistit in quodam bono creato, & quidquid sit de increato est melius omnibus creatis.Ideo loquendo absolute de maiori prędmio,illę virtutes sunt maiores, quarum actib⁹ debetur maius prędmium essentiale, respicit.n,essentiale prędmium radicem virtutis.i.radicem merendi, quæ est charitas,accidentale autem respicit genus virtutis,& statum,& quia aliis virtutibus respondet maius prædmium essentiale,quam charitati, licet non respondeat illis fructus centesimus, qui pertinet ad vir- K ginitatem,erunt maiores virginitate,

Aliter dici põt,q ēt quantum ad prędmium accidẽtale, quod est aureola non excedit oẽs virtutes virginitas, quia etiam debetur aureola martyribus, & doctoribus, sicut virginibus, immo & aureola martyrũ est maior,quam aureola virginum, vt declaratum est supra 13.c.cum de aureolis dicebatur.

Sed dicetur,q non respondẽt martyrio,neque alicui virtuti fructus centesimi, nisi virginitati, & ita videbitur ipsa maior esse omnibus.

Dicendum, q hoc speciale est circa virginitatem. Pro quo sciendum,q fructus dicit prædmium accidẽtale, sed sicut aureola non competit omnibus virtutibus,aut actibus excellentibus,sed solis tribus,i.martyrio,virginitati, & doctrinæ, ita & fructus non competit,nisi soli virtuti continentiæ, inquantum ista sola virtus retrahit nos a carnalibus, & transfert in quandam spiritualitatem, in qua consistit quidam modus spiritualis suauitatis,& degustationis:exercitiũ enim, venereorũ est per quod maxime carnales efficimur, quia ibi ratio suffocatur. non est autem circa cohibitionem venereorum alia virtus, nisi continentiæ, & ita ista abstrahit nos a carnalitate sola, quando autem magis recedimus a carnalitate, transimus tanto magis in spiritualitatem, ergo soli continentiæ competit nos efficere spirituales, sed in isto gradu spiritualitatis consistit quædam suauitas degustationis, quæ vocatur fructus, quia fructus est,qui cum suauitate percipitur, iõ ad solam continentiã pertinet fructus.

Sed continentia tres gradus habet, idest coniugalem,vidualem,virginalem, ideo distincti fuerunt tres gradus fructuum,ſ.tricesimus, sexagesimus, centesimus, & quia in genere cõtinentię obtinet virginitas principatum, ei competit maximus fructus.ſ. respectu viduarum,& coniugatarum: sic virginitas est maior aliis gradibus virtutis, quibus competit fructus, sed non est maior aliis virtutibus, quibus non competit fructus,sed prædmium essentiale. Licet alii dicant, quòd etiam non competit virginitati maximus fructus,quia etiam martyrio fructum dant. Sic dicit Augustinus lib.de quæstionibns Euang.centesimus fructus est martyrum, sexagesimus virginum, tricesim⁹ coniugatorum, & ita non erit virginitas sic maxima virtus,sed martyrium,idest fortitudo per quam martyrium toleratur,sed ista assignatio fructuũ,quæ martyribus datur non recipitur communiter,sed illa quę prius posita est,de fructibus autem diximus supra decimotertio cap.

Ad quartum dicendum, quod virgines sequuntur agnum,idest Christũ quocunque ierit, & tamen non imitantur perfectius Christum, quam cæteri nõ virgines. Christum enim imitari possumus dupliciter.ſ. ex parte corporis,& animę,quia in vtroq; fuit in Christo puritas, & perfectio. Sequuntur autem virgines Christum quocunque ierit.i.quemcunque modum perfectionis ille habuerit,& illi habent, quia ipse non habet perfectionem, nisi ex integritate carnis, & animæ,& illi etiam habẽt integritatem carnis,& animæ. Cæteri autem beati consequuntur Chtistum quantũ ad integritatem animę,sed non quantum ad corporis puritatem,ideo non possunt sequi ipsum quocunque ierit:& ramen alii possunt perfectius Christum imitari,& magis ei appropinquare,quam virgines, inquantum maioris meriti fuerunt, & respondet eis maius prędmium essentiale, per quod homo simpliciter appropinquat ad Deum.Quod vero dicitur,cantant cãticum nouum,quod alii non poterant cantare,accipitur de gaudio integritatis seruatæ,de hac enim gaudebunt,& non poterunt gaudere qui non sunt virgines, quia neque habent illam aureolam,neque fructũ centesimum. De virginitate autem multa alia dicta sunt, nam de virginitate Dominæ nostræ ante partum, in partu,& post partum,diximus supra 1. ca p.& in libro nostro de quinque figuratis Paradoxis, etiam vt virginitas perditur per vitium luxuriæ,& nocturnæ pollutionis,vel non,diximus aliquid supra 5. c. vbi de his actum est:de virginitate autem,vt ei competit aureola,& fructus diximus plura, supra 13. capitulo, & ibi quærantur.

Sicut enim homo peregre proficiscẽs vocauit seruos suos,& tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo,

alij

alij vero vnum, vnicuique secundum propriã virtutem,& profectus est statim. Abijt autem,qui quinque talẽta acceperat,& operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter, & qui duo accepera t lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens,qui quinque talẽta acceperat, obtulit alia quinque talenta,dicens: Domine quinque talẽta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem, & qui duo talenta acceperat, & ait. Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone, & fidelis,quia super pauca fuisti fidelis,super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accedens autem, & qui vnum talẽtum acceperat,ait. Domine scio, quia hõ durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi nõ sparsisti, & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei. Serue male, & piger sciebas, quia meto vbi non semino, & congrego vbi nõ sparsi: Oportuit,ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepissem, quod meum est cũ vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei,qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem, qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilẽ seruũ eijcite in tenebras exteriores,illic erit fletus,& stridor dentiũm. A B C D E

Sicut enim homo. Iuxta diuisionem Nicolai posuit supra Christus parabolam de virginibus,quæ competebat statui contemplatiuorum, ponit nũc parabolã talentorum,quæ competit statui prælatorum,& diuiditur in duo, quia primo circa prædictum statum ponit meritum, & demeritum proprię actionis. Secundo iudicium discretionis ibi.

Post multum vero temporis. Sed an vera sit hæc diuisio dictũ est supra quæstio.32. & dicetur sequẽti quæstione.Circa primũ dicitur. *Sicut enim homo.* Idest talis erit modus rationis, quæ exigetur a singulis in die iudicij, qualis fuit modus rationis, quam pater familias recedens, & distribuens bona sua seruis suis petiuit ab illis.*Peregre proficiscens.* Idest vadens in alienam regionẽ. *Vocauit seruos suos.* Scilicet ad tradendum illis bona sua, & dicendo illis quomodo se deberent habere cum eis. *Et tradidit illis bona sua.* Idest diuisit inter eos, quia non dedit vni omnia, sed cuilibet dedit aliquid iuxta id,quod sequitur.

Et vni dedit quinque talenta. Iste est, qui plus accepit, est autem talentum genus ponderis, vt infra dicetur. *Alij autem duo.* Scilicet talenta. *Alij vero vnum.* Idest alteri vnum talentum. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Idest dedit dominus vnicuique istorum tantum quantum virtus sua poterat conseruare, & exercere ad lucra. *Et profectus est.* Scilicet recessit in peregrinationem. *Statim.* Quia postquam domum suam disposuerat,nõ superaret quid faceret, sed recederet. *Abijt autem.* Signat occupationem in operationibus lucratiuis,quia qui lucrari cupit non ociatur,sed negociarur, vt negocium negat ocium, & iste modus animi, & actionum signatur per abire,

Qui quinque talenta acceperat. Eo ordine quo dixerat talenta accepta, ponit operationem, & lucra facta in eis.Sed qui prius accepit fuit, qui accepit quinque talenta, ideo de eo prius repetitur. *Et operatus est in eis.* Scilicet dando ad vsuram, vel alio modo lucra parando. *Et lucratus est in eis.* Idest cum eis. *Alia quinque.* Scilicet quando venit dominus lucratus fuerat quinque, & si plus tardaret dominus forsitan plura lucraretur. *Similiter & qui duo acceperat lucratus est alia duo.* Idest qui acceperat duo talenta abijt,& operatus est in eis,sicut ille,qui acceperat quinque.

Qui autem vnum acceperat. Iste dissimiliter fecit, quia non operatus est cum eo. *Abiens fodit in terram.* Quia in terra solent abscondi thesauri,vt non rapiantur. *Et abscondit pecuniam domini sui.* Idest talentum, quod sibi dominus suus commẽdauerat, quod non erat setui, sed domini. *Post multum.* Hic ponitur secundum, scilicet iudicium examinationis secundum Nicolaum, & quantum ad hoc verum dicit, quia de quibuscunque intelligatur parabola ista, hic ponitur iudicium examinationis de ratione reddenda per seruos, quibus bona domini commissa sunt, & dicitur.

Post multum vero temporis. Quia dominus abierat ad regionem longinquam, ideo non potuit statim redire,sed post multum tempus. *Venit dominus.* Ille,qui supra vocabat homo peregre proficiscens. *Seruorum illorum.* Idest illorum,qui talẽta receperant. *Et posuit rationem cum eis.* Ratio vocatur hic numerus,scilicet vt numeraretur quid acceperant, & quid reddebant, & ita vocamus ratiocinia libros in quibus continentur numeri expensarum, & vocantur de iure aliqui obligati ad ratiocinia, idest ad reddendum rationem de administratis per eos.

Et accedens. A quolibet petebatur per se ratio commissorum,ideo non accesserũt simul,sed singillatim. *Qui quinque talenta acceperat.* Iste est cui prius dicitur data esse a dño pars substantię suæ, ideo ipse prius rationem dedit. *Obtulit alia quinque.* Breuis redditio rationũ erat,acceperat enim talenta quinque,& obtulit decẽ, & sic nihil poterat ab eo dominus exigere, sed de bene administratis gratias agere. *Dicens.* Ponit forma rationis redditę,vt videatur quomodo seruus satisfaciebat domino de commissis, & ideo ipse dicit quid acceperit, vt videatur quid supererogauerit.

Domine. Vocat dominum,quia seruus erat. *Quinque talenta tradidisti mihi.* Scilicet quando cõmẽdasti facultates tuas seruis tuis, commendasti mihi quinque talenta. *Ecce alia quinque superlucratus sum.* Dixit: Ecce ad ostendendum,quia coram ipso posuit quinque talenta,sicut dicitur obtulit alia quinque, quod vero corã posito erat videri poterat: dixit superlucratus sum, idest seruaui quinque,quæ mihi dedisti.& cum eis lucratus sum alia quinque, quæ tibi do.

Ait illi dominus eius. Videns bonam rationem serui laudat eum. *Euge serue bone.* Est, euge, interiectio gaudentis, & ostenditur, quòd dominus hoc videns magnum gaudium fecerit cum seruo, & laudauit eum.

Et fidelis. Bonus & fidelis dicitur, quia bona domini custodierat, & ea augmentauerat.

Quia super pauca fuisti fidelis. Ideſt super quinque talenta, quia pauca sunt in comparatione eorum, quæ tibi dabo, vel quorum dignus es.

Supra multa te constituam. Super magnam partẽ suarum facultatum, vt glorietur in administratione illarum. *Intra in gaudium domini tui.* Ideſt intra in bona domini tui, & gaude cum illo. *Accessit autem, & qui duo talenta acceperat.* Non enim reddebant simul rationem, & ideo postquam reddiderat ille cui data erant quinque talenta, accessit secundus qui duo talenta accepe rat, vt rationem redderet. *Et ait domine duo talenta, &c.* Exponendum est, sicut in præcedenti. Et quòd dicit illi dominus, euge serue bone, exponendũ est, sicut supra. *Accessit autem.* Vltimo venit. *Qui vnum talentum acceperat.* Et non habebat quam rationem redderet, sicut præcedentes. *Et ait domine scio.* Videbat iste, quòd cum alii rationem redderent, dominus eorum gaudebat, & honorabat eos, quia aliquid superlucrati fuerunt. Ipse vero non superlucratus fuerat, ideo videbat quòd dominus non laudaret eum, sed forte increpa ret ipsum, ideo ponit rationem suam per modum excusationis. *Quia homo durus es.* Ideſt parcus, tenax, & dure se habens ad eos, a quibus rationem exigit.

Metis vbi non seminasti. Quasi dicat tanta duritia est tua, quòd non solum repetis ab eo, cui tua committis, ea quæ dedisti ei, sed etiam ea quæ non dedisti.

Et congregas vbi non sparsisti. Metaphora est, qui .n. iustus est colligit vbi seminauit, qui vero cupidus, & iniustus non solum vbi seminauit, sed etiam vbi non seminauit, & ita aliena accipit.

Et timens. Scilicet ne expenderem talentum tuum non conuenienter, & postea non possem tibi conuenientem rationẽ reddere, volui occultare, vt possem talentum tuum integrum tibi restituere.

Abij & abscondi. Tunc enim cum dedisti statim abscondi, ne perderem si diu penes me tenerem.

Talentum tuum. Ideſt quod mihi dederas. *In terram.* Quia ibi melius maneret absconditum, quam super terram, vbi cito a furibus inueniretur. *Ecce habes quod tuum est.* Est sensus, quòd protulit statim talentum illud, & coram domino suo posuit, *Respondens autem dominus eius dixit ei.* Iste seruus malam rationem reddidit, quia non fecit iuxta voluntatem domini, ideo introducitur dominus arguens eum.

Serue male. Fuit malus, quia non procurauit bonum domini, sicut cæteri serui. *Et piger.* Propter pigritiam enim non obtulit talentum nummulariis, aut posuit in alios vsus, in quibus cum solicitudine sua aliquid lucraretur. *Sciebas.* Arguit seruum, quia non peccauit exignorantia, sed scienter.

Quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Repetit verba serui. q.d. cum hęc scires debueras incitari vt ires, & lucrareris aliquid cum talento meo, & non iuisti, ideo dignus es magna increpatione.

Oportuit ergo te. Consequentiam facit. i. quia ita erat quòd tu hoc sciebas, debebas ire ad lucrandum aliqd cum talento meo. *Pecuniam meam.* Vocat talentũ pecuniam, quia erat pondus pecuniæ certæ. *Committere nummularijs.* i. dare campsoribus, illi enim nummularii vocantur, quia nummos habẽt, & commutant pecuniam, s. dantes vnius monetę, pro altera valorem, secundum indigentias eorum qui petunt. *Et veniens ego.* i. quãdo ego venirem. *Recepissem vtique quod meum est.* i. talẽtum meum, quod tibi dederam recepissem, quia tu illud mihi restituere recipiens ab ęis. *Cum vsu ris.* i. insuper & vsuras. s. lucrum pro vsu pecuniæ illius eo tempore. *Tollite itaque ab eo.* Ponitur pęna serui male administrantis, quia iubet ei dominus auferri talentum, & iubet hoc aliis seruis astantibus. *Talentum.* s. vnum quod ei dederat. *Et date ei qui habet decem talenta.* s. qui acquisiuit quinque supra quinque, quæ receperat, & omnia illa adhuc habebat, quia nihil dominus ab eo abstulerat. *Omni enim habenti dabitur.* i. licet multũ habet dabitur ei plus, quia aliquid habet. *Et abundabit.* i. habebit ad sufficientiam. *Et autem qui non habet.* i. qui paucũ habet. *Etiam quod videtur habere auferetur ab eo.* Vt completum fuit hic, quia ille qui vnicum talentũ habebat, quasi nihil habebat in comparatione eius, qui decem talenta habebat, & tamen illud adhuc talentum ablatum est ei. *Et inutilem seruum.* i. qui nullam vtilitatem procurauit, licet enim non perdiderit talentum, tamen non lucratus est aliquid, sicut alii duo serui, ideo inutilis dicitur. *Ejicite in tenebr as exteriores.* i. ponite in carcere, & hæc est pęna pro mala administratione. *Illic erit fletus, & stridor dentium.* i. in carcere habebit frigus, & stridebit, & flebit præ magnitudine malorum, quæ ibi patietur.

Quid Christus intendit in hac parabola, & ad quid ponit ipsam. Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR quid intendit Christus in ista parabola, & ad quid ponit eam?

Nicolaus dicit, quòd prędcedens parabola de virginibus ponebatur ad ostẽdendum statum cõtemplatiuorum in iudicio, hic ponitur ista ad ostendendum statum prælatorum. Motiuum autem suum esse potest, quia hic commisit dominus bona sua seruis his, & tamen commissio bonorum domini pręlatis fit, qui regunt familiam Christi, sicut præced. ca. in parabola de seruo constituto a domino super familiã prælatos intelligebamus.

Alii dicunt, quòd ista parabola posita est ad arguẽdum aliud genus vitii, quàm in præcedenti parabola Christus arguerat, quia ibi dicunt per defectum olei signari eleemosynæ subtractionem, hic autem per seruum absconditum talentum in terra signantur etiã illi, qui non solum eleemosynam non faciunt, sed etiam in verbo nulli prosunt, sed omnia abscondunt. Sic dicit glo. in præcedenti parabola demonstrata est eorum condemnatio, qui oleum sibi sufficienter non præparauerant, siue per oleum nitor operũ, siue gaudium conscientiæ, siue eleemosyna, quæ est per pecuniam intelligatur: hęc autem parabola inducitur contra eos qui non solum pecuniis, sed neque verbo, neque alio modo prodesse proximis volunt.

Sed dicendum, ꝙ primum non stat, quia illud procedit dato, ꝙ parabola de virginibus accipiatur de statu contemplatiuorum, & ista statim conueniat de statu prælatorum, & tamen primum falsum est, vt ostensum fuit supra.

Secundo, quia si de statu prælatorum, hic diceret, ostenderetur aliquid de iudicio, ꝙ contra eos fieret, & poneretur aliquid, quod eorum præsidentiam ostenderet, & tamen neutrum ponitur, ideo non accipitur de prælatis.

Ad motiuum in contrarium dicendũ, ꝙ nõ tenet. Primo, quia ponuntur hic bona dñi distributa, nõ in bona per quæ aliquis significetur esse prælatus, quia non ponitur hic, ꝙ aliquis istorum seruorum pręesset familiæ domini sui, sicut ponitur præce. cap. de seruo quem constituit dñs super familiam suam, sed distribuuntur bona, quæ ad singulos pertinent, & per quęlibet procurantur, ergo non accipitur de prælatis.

Secundo, quia etiam illa constitutio serui supra familiam non accipitur de solo prelato, sed etiam cuilibet homini conuenire potest, vt expressum fuit, eodẽ cap. quæst. 2.

Ad secundam positionem dicẽdum, quòd aliquo modo consonat veritati, quantum ad secundum. i. ad eos qui omnia absconduntetiam verba, sed quãtum ad primum de oleo insufficiẽti. i. eleemosyna nõ mul tum consonat, sicut apparet ex præcedentibus declarationibus.

Est ergo dicendum, quòd ista parabola posita fuit ad ostendendum modum rationis, quæ in iudicio exigenda est, vt dictum est supra. In isto capitulo de iudicio agitur, & ponuntur tria circa illud. Primum est vigiliæ admonitio, quia nisi quis vigilauerit excludetur a nuptiis, sicut virgines fatuæ, quia tarde venerunt cũ oleo, non receptæ fuerunt ad nuptias, & hoc designatur in præcedenti parabola virginum. Secundum est modus exigendi rationem, scilicet quia non solũ petetur ab homine, vt reddat, quod ei commissum est, sed etiam id quod non commissum est, sed lucrari illud poterat, & ad hoc ista parabola prodest. Tertium est modus veniendi, & standi in iudicio, & ad hoc ponitur infra in litera, quod sequitur, sciiicet cum venerit filius hominis, & ideo ista litera de omnibus hominibus intelligitur, quantum ad ea dona, quæ Deus eis commisit, de quibus rationem exiget in iudicio.

Amplius autem patet, ꝙ de prælatis non intelligatur, quia iam de illis dictum erat præce. c. de seruo cõstituto super familiam domini, ideo nunc non oporteret repetere.

Secundo, & efficacius. quia ponitur hic data eẽ qnque talenta, alii duo, alii vnum, & sic signatur æqualitas commissorũ, & tamen circa prælatos non est inæqualitas aliqua, licet enim vnus habeat plures oues, quam alius, quod per accidens est, non habet plura onera vnus quam alius, omnia enim quę vnus prelatus tenetur circa subditos facere, tenentur singuli facere circa suos, & tamen ex industria posita est inæqualitas, ideo non agitur hic de statu prælatorum, & ista ratio est vrgens.

An ista parabola, & illa quæ ponitur Lucæ 19. sint eadem. Quæst. XC.

QVAERETVR an ista parabola, & illa quę ponitur Luc. decimonono cap. de domino abeunte in regionem longinquam, & dante bona sua seruis suis sint eadem?

Aliqui dicunt, quòd sic, quia licet ponãtur per alia, & alia verba, quod Euangelistæ facere consueuerunt, est tamen eadem sententia in vtraque. Et primo, quia in vtraque ponitur dominus vadens in aliam regionẽ & distribuens seruis suis bona sua. Secundo, quia etiã vtrobique serui negociaturi erant cum pecunia data a domino, vt superlucrarentur. Tertio, quia sicut seruus malus ponitur hic nihil lucratus, & dicens, timui quia metis vbi non seminasti, & colligis vbi non sparsisti. ita Lucæ decimono capitulo, dicitur timui, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti, & metis, quod non seminasti. Quarto, quia ibi ab eo, qui habuit vnam mnam iussit auferri, & dari ei qui habebat decem, ita & nunc ab eo, qui habebat vnum talẽtum iussit auferri, & dari ei qui decem habebat.

Quinto, quia ibi dicitur omni habenti dabitur, &c. sicut hic.

Sexto, quia dominus contra seruum malum cõque ritur, quare non posuerit pecuniam tuã ad mensam. i. ad nummularios, vt veniẽs exigeret pecuniam suam cum vsuris, sicut & hic dicitur.

Dicendum, quòd istæ duæ parabolę multam similitudinem habent, tamen non sunt eadem parabola. Et patet primo, quia hic dicitur, quòd iste erat homo quidam, sed Luc. decimonono capitulo, expressum est, quòd erat nobilis, & illud non sine causa, vt statim ibi sequitur..

Secundo, quia dicitur hic peregre proficiscẽs, & nõ exprimitur aliqua causa notabilis abeundi. ibi autem dicitur, quòd abiit accipere sibi regnum & reuerti, & ob hoc dicitur, ꝙ erat homo nobilis, quia ad tales cõpetit accipere regnum.

Tertio, quia hic ponuntur tres serui, quibus dominus distribuit bona sua, sed Luc. 19. c. expresse dicitur, ꝙ vocauit decẽ seruos suos, vt traderet illis bona sua.

Quarto, quia hic vocantur talenta ea, quæ dantur seruis, ibi autem vocauit mnas.

Quinto, quia hic dicit vni seruo data quinque talenta, alii duo, alii vnum, sed Luc. 19. cap. ponitur cuilibet seruo data vnam mnam. & ista quinta, & tertia sunt rationes multum cogentes.

Sexto, quia ibi interponitur de rebellione illorum, in quibus regnum accepturus erat, quasi specialiter illud ad parabolam pertineat, hic aũt nihil de hoc dr.

Septimo, quia cum serui rationem reddunt, ille q accepit quinque talenta offert hic alia quinque, & ibi qui accepit vnam mnam offert decem quas lucratus est: & ista est etiam necessaria ratio.

Octauo, quia seruo offerenti quinque talenta dicitur, supra multa te constituam. & ibi dicitur esto sup decem ciuitates.

Nono, quia hic ponunrur tres serui reddentes rationem.

Decimo, quia seruus qui occultauit hic talentum dixit, ꝙ in terram fodiens absconderat, sed ibi dicit mnam absconditam in sudario.

Vndecimo, quia ibi de regno concludit: sicut incęperat, & in medio posuerat, dicens ꝙ inimicos suos q noluerunt eum regnare super se, adducant ante se, & interficiant, hic autem de regno nihil dicit.

Duodecimo, quia illam parabolam dixit Christus, quando ibat de Iericho in Ierusalem, vt patet. eo. c. nã finita parabola sequitur, & his dictis præcedebat ascẽdens Ierosolymam, & fuit antequam reciperetur in Ierusalem cum Ramis palmarum, vt patet. eo. c. & tamen ista dicta fuit postquam Christus intrauit in Ierusalem cum Ramis palmarum, vt patet ex ordine literæ, & dicta est die martis post diem Ramis palmarũ, nam statim completis verbis istis sequitur de passione seq. c. Tredecimo, ꝙa non ponunr ad eundẽ finẽ, nã ista fuit posita ad oñendũ rõnẽ, q̃ in iudicio petetur, vt patet præced. q. illa autem ponitur ad ostendendum rebellionem Iudæorum, qui Christum regem suum euntem ad eos recipere nollent, & pęnam eorum, & pręmium eorum, qui reciperent. Et ideo posuit, quòd fecit occidi eos, qui restiterant ei ne acciperet regnum, & apparet hoc e. c. ante narrationem parabolę. scilicet hæc illis audientibus adijciens dixit parabolam eo, quòd esset prope Ierusalem, & quia ęstimarent, quòd regnum Dei manifestaretur, dixit ergo, homo quidam nobilis &c. & ita principaliter dicta est pro regno Christi, quod manifestandum esse putabatur in Ierusalem, vt ostenderet, quòd quidam non reciperent eum in regem, & quid propter hoc paterentur. Ad rationes autem similitudinis in contrarium non oportet responderi, quia ad probandum aliqua esse idem, nõ sufficit esse similitudinem aliquam, sed nullam eẽ in illis dissimilitudinẽ, & tamen hic multa dissimilitudo est, vt ostensum est, ideo non est eadem parabola.

An hæc parabola differat ab illa de seruo constituto supra familiam.c.24. Quæst. XCI.

QVAERETVR ad quid posuit Christus hic parabolam hanc de data facultate domini seruis suis, cum præced.c. posuerit de seruo constituto super familiam absente domino, & an differat ista ab illa.

Et dicunt aliqui, ꝙ consonēt, quia hic seruis data sunt bona domini, & ibi etiam seruus constitutus est super familiam. Secundo, quia istam distributionem fecit dominus peregre proficiscens, & illam eodem modo, cum dixerit ibi malus seruus, moram facit dominus meus venire: Tertio, quia ibi malum seruum punit auferēdo ei administrationē, & hic etiam iubet ei auferri talentum. Quarto, quia ibi seruum malū iubet mitti in tenebras exteriores, vbi est stridor dentiū, & fletus, & hic idem dicitur.

Dicendum, ꝙ ista parabola, & illa non est eadem, & etiam multam dissimilitudinem habēt. Primo, qa ibi de vno seruo fit mentio, ꝙ dominus dederit ei bona sua, hic autem de tribus. Secundo isti acceperūt pecuniam in qua operarentur. i. talenta; ille vero solus super totam familiam præpositus est. Tertio, quia ille seruus præsidet, & de mala præsidētia damnatur: nullus autem istorum seruorum ponitur præsidere, licet inæqualiter ceperint bona domini sui. Quarto, quia ibi seruus bonus veniente domino super omnia bona constituitur, hic autem super multa, quia dicitur supra multa te constituam. Quinto, quia seruus malus non accusatur hic de dissipatione substantiæ domini, sed de pigritia, ꝙ nō auxerit bona domini sui, sed reddidit, quod acceperat simplum. ibi autem damnatur seruus de dilapidatione. s. quia manducabat cū ebriosis. & percutiebat seruos & ancillas.

Ad rationes in contrarium dicendum, ꝙ nō tenēt, quia illę similitudines non probant idēntitatem, cum multa similitudo deficiat.

Quare ponitur hæc parabola posita illa de seruo constituto super familiam, cum illa sufficere videatur, &c. Quæst. XCII.

QVAERETVR dato, ꝙ nō sit eadem parabola ista & illa, de qua dictum est, quare ponitur ista cum posita fuerit illa? quia illa videbatur sufficere ad id, ad quod ista ponitur. s. ad ostendendum pręmiū bonorū seruorum, & pœnam malorum.

Dicendum, ꝙ fuit conueniens poni istam positā illa, quia illa erat pertinens ad prælatos, hæc autem ad quoslibet homines, & patet. quia dicebatur ibi de seruo constituto super familiam, hic autem non constituitur seruus super aliquem, sed committitur sibi aliquid faciendum, & tamen sicut iudicium agendū est de prelatis, ita est agendum de subditis, quia omnes astabimus añ tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus. Secundo ad ostendendum, ꝙ non petitur ratio eodem modo, sed ab vnoquoque, sicut ei commissum est, & ideo ponitur vnus seruus cui decē talenta commissa sunt, alii duo cōmittuntur, alii vnū, & quisque de suo rationem reddit, de quo in illa parabola nihil dictum fuerat. Tertio, & principaliter ad addendum, de quibus datur ratio. i. quia non solū dabit homo rationem de bonis sibi datis si illa laboribus assiduis non auxerit, nam in illa parabola ponebatur seruum malum damnatum, quia dissipasset bona domini mā ducando cum ebriosis, & percutiendo seruos, & ancillas, hic autem seruus malus talentum non perdit, nec minuit, sed quia non auxit illud, punitus est.

Quarto, vt ostendat eandem pœnā esse omittentiū bonum, & facientium malum, quia in illa parabola ponitur de seruo dissipante substantiam domini, & percutiente conseruos, quod abiata est ei administratio, & missus est in tenebras exteriores, vbi est fletus, & stridor dentium.

Quinto ad signandum bonis superaddi ad bonum suum, malis vero diminui, nam seruus qui habens quinque talenta cum illis lucratus est alia quinque, non solum donante, vel cōmittendo domino retinuit prius datum, & quod ipse acquisierat, sed etiam supereroga tum est ei talentum, quod tenebat ille qui ipsum absconderat, in illa autem parabola nihil horum signat, ideo conueniens fuit istam addi etiam illa posita.

Primo quoad sensum parabolicum dubitatur, an conuenienter dicatur, quod erat homo peregre proficiscens. Quæst. XCIII.

NVNC vero accedamus ad expositionem huius parabolæ, & primo iuxta sensum parabolicum, deinde iuxta intentionem Christi. Et primo dicitur, ꝙ erat homo iste peregre proficiscens, & hoc conuenienter dicitur. Primo, vt sequatur distributio bonorum domini facta inter seruos, nam si dñs præsens esset non committeret administrationem istā pecunię aliis. quia ipse per se eam tractare posset, maxime, qa parua exercitatio erat. s. committere eam nummularis ad dandum in vsuram, vel ad campsorium, sicut infra dr. Secundo, quia si dñs præsens esset, & si seruis suis cōmitteret pecuniam istam, videret quid quotidie cum ea augerent, & non pueniretur ad hoc, ꝙ quę peteret rōnem inueniret seruū vnū superlucratū quque talenta, & alium duo, & ifi ponitur, & introducit de hoc dñs gaudens, quasi de se nouiter ad eum peruenientę, ideo cōueniens fuit dici dñm abientē. Tertio. & præcipue pp seruum malum, nam si dñs psens esset, sciret an seruus exponeret pecuniā suā ad lucrū, vel abscondisset, & non esset occasio. vt post multum tempus, quasi pro magna negligentia argueret eū, & puniret tam grauiter, vt mitteret in exteriores tenebras. Quarto. quia ad rationem significationis ibi conuenit, vt dum negociantur serui, introducatur dominus absens, vt infra dicetur.

Quæ & qualis peregrinatio erat ista. Quæst. XCIIII.

QVAERETVR qualis peregrinatio erat ista. Aliqui dicunt, quod abiit extra regionem suam in aliam regionem longinquam ad accipiēdum regnū sibi, sicut dicitur Lucæ 19 capitulo, quod homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum.

Sed dicendum, quòd non stat. quia ista parabola, & illa non sunt eadem, vt ostensum est supra quæst. 92. Alii dicunt, quod profectus erat extra regionem ad nuptias, quia ita Iudæis facere solitum erat, sicut patet Luc. duodecimo capitulo, scilicet vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis.

Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia dr peregre proficiscens, in quo signatur longa itineratio, sed ad nuptias licet irent Iudæi extra loca sua, non tamen in longinquas regiones. Secundo, quia si iret ad nuptias esset rediturus in breui, quia celebratio nuptiarū paucis diebus durat, & tamen iste dominus recedebat cū intentione manendi extra domum suam diebus multis, cum bona sua diuiserit seruis, quod nullo modo expediret, si paucis diebus foris mansutus esset, ideo non erat ad hoc peregrinatio.

Tertio quia expresse dicitur ꝙ dominus post multum temporis reuersus est, & non fieret hoc si ad nuptias iuisset. Quarto quia dr, ꝙ cum reuersus est lucratus fuerat vnus seruorum quinq; talenta, & alius duo, quod in paucis diebus non fit. Quinto quia etiam serui videntur intellexisse dominum absentem futurum per multos dies, cum ille qui accepit talentum vnum abiens absconderit illud in terra: & tñ pro vna hebdomada aut paucis diebus, quibus durabāt nuptiæ apud Iudæos, non expediebat abscondi in terra talentum. Sexto quia aliter laudat scriptura seruos expectantes dominum vēturum de nuptijs. nam tota laus eorum est vigilare, vt cum venerit aperiant ei, & tota expectatio videtur esse ad vnam noctem, vt recipiatur in quacunq; parte eius venerit Luc. 12. c. f. & si in secunda & tertia vigilia venerit, & inuenerit sic faciētes beati sūt serui illi. hic autem laudantur serui non ꝙ expectent dominum venturum ad aliquam horam noctis: sed quia dum absens est dominus, negociantur diligēter ad acquirendum ei pecuniam, ideo dicendum ꝙ non profectus fuerat dominus iste ad nuptias.

Sed dicendum ꝙ fuit ista peregrinatio forte ad cōqrēda lucra, vt sicut ipse iubebat seruis suis lucrari ex pecunijs: ita ipse iret ad alia maiora lucra captanda, sicut dicitur Prou. 7. c. de viro malæ mulieris. f. non est vir in domo sua, abijt in via longissima sacculū pecuniæ secū tulit in die plenæ lunæ reuersurus est. Vel poterat esse aliqua alia causa, cum ex multis causis accidat hominem extra domum suam peregrinari.

Ad quid isti serui uocati fuerunt, & quot? Quæst. XCV.

QVAERETVR cum dicatur vocauit seruos suos, quot isti fuerunt, & ad quid vocati?

Dicendum ꝙ planum est vocatos illos esse ad committendum illis pecuniam. nam cum ipse præsens erat tractabat rem suam, & nō oportebat quòd alteri committeret pecuniæ suæ ministrationem: sed nunc cum abiturus erat longo tempore peregrinaturus, voluit committere seruis, vt interim lucrum aliquod facerent.

Ad secūdum de seruis putant aliqui ꝙ omnes seruos suos vocauerit, & cuilibet eorum aliquid commiserit? quia dicitur in litera vnicuique ſm suam facultatem. ergo omnibus commisit aliquid. Secūdo quia dicitur hic ꝙ vocauit seruos suos, & nō dixit quot aut quos, & ideo de omnibus intelligitur.

Dicendum ꝙ non vocauit nisi tres, & patet quia de tribus solis ponitur statim, i. ꝙ vni dedit quinq; talenta, alteri duo, alteri vnum, quasi non essent plures serui qui vocati fuerant, & quibus commissa fuerat pecunia domini.

Secundo quia postea in redditione rationis a solis tribus qui nominati fuerant, ratio exigitur, & tamen si plures essent quibus commissa esset pecunia, licet hic subticerentur, exprimerentur postea in redditione rationis, & tamen non exprimuntur: ideo non fuerunt plures.

Ad ptimum in oppositum dicēdum, ꝙ vnicuique dedit secundum propriam virtutem: sed non dicitur ibi vnusquisque nisi de eis qui expressi erant, s. quòd vnicuique illorum trium dedit secundum propriam virtutem.

Ad secundum dicendum ꝙ forte non habebat plures quam tres seruos, & ideo vocando omnes seruos suos vocabat solos tres. Vel dato quod haberet plures non commisit substantiam suam alijs, sed tribus solis, vt dictum est.

An dominus omnium bonorum administrationem his seruis dederit. Quæst. XCVI.

QVAERETVR cum dicatur, & tradidit illis bona sua, an omnium bonorum administrationem his dedit?

Aliqui dicunt ꝙ sic. Primo quia cū proficisceretur longe, & ad multos dies oportebat ꝙ omnium rerum suarum committeret curam alicui, vel aliquibus, & tamen seruis commisit. Secundo quia dicitur tradidit illis bona sua. Et ita sub ista generalitate, cum non determinetur aliquid certum, videntur omnia bona tradita.

Dicendum ꝙ non commisit omnia bona, sed multo plura relinquebat quę non commisit istis seruis, & patet quia ad seruum bonum dicitur, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. ergo videtur ꝙ multa alia bona relinquebantur domino, super quæ posset constituere seruum. Item quia nō solum de primo, sed etiam de secundo dictum est ꝙ eum cōstitueret supra multa: sed hoc fieri non posset si sola hæc talenta dominus haberet. nō ergo commisit seruis omnia bona sua. Item quia non solum non erant oīa hæc bona domini: sed ēt erāt parua pars bonorū eius. nam ad seruum qui quinq; talēta acceperat dixit dominus. supra pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam, & sic parua portio bonorum suorum erant ista talenta octo quæ tribus seruis commisit. Ad primum dicendum ꝙ dominus iste omnium rerum suarum curam commisit alicui vel aliquibus: sed non fuerūt serui sui quibus cęterarum rerum cura commissa est, sed forte filius vel amicus aliquis, & istis seruis non commisit omnia, Secundo quia certū est ꝙ dominus iste alicui committeret curam familiæ quandiu erat absens, & tñ neutri seruorum commissa est, neq; trib. simul. Et ratio est quia licet dñs iste alicui committeret curam familiæ, cum Christus non curauit in parabola exprimere nisi de eo quod erat ad propositū eius. s. de commissione talentorū & lucro facto cum eis, & hoc quia de constitutione serui super familiam domini, & de bona aut mala administratione eius pręsidendo iam dixerat in alia parabola præced.c. & ideo hic non repetitur aliquid tale, sed de sola pecunia commissa seruis. Tertio quia forte dominus iste non commisit de reb. suis nisi ista octo talēta, & ratio est quia cōmissio erat duplex, quædam ad custodiendum, alia ad negociandum & lucrandum. De prima manifestum est ꝙ dñs cōmitteret curam custodiēdarum rerum suarū alicui quandiu absens esset. De secunda poterat esse ꝙ nulli committeret aliquid, vt si lucra non cuperet ex pecunijs; poterat ergo partē suæ substantię aut pecuniæ cōmittere non cōmittēdo aliā. Et ista vr esse veritas. s. nunc dñs ille voluit experiri seruos suos, quia nōdum expertus fuerat, & nō erat cōueniens ante experientiā habitā ponere in manib. eorū ad negociandū totā substantiā suā: ideo posuit paucū de ea, sicut ipse dixit, supra pauca fuisti fidelis. cognita aūt seruorum diligentia & prudētia de cetero plura eis cōmittebat, sicut dixit supra multa te constituā. Ad ſm dicendū ꝙ nomine bonorū ex tali modo loquēdi videntur omnia bona accipi nisi diffiniatur, & tñ statim declaratum est ꝙ sola talēta octo commiserit illis trib. seruis. ergo nomine bonorū suorū traditorū nihil plus intelligebatur. Et rursus non potest intelligi oīa bona dñi esse ista octo talenta, cum dñs dicat seruo, super pauca fuisti fidelis:

Quare dicitur ꝙ dedit uni seruo quinq; talenta &c. & inæqualiter commisit illis pœcuniam. Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare dr ꝙ dedit uni seruo quinque talenta, alij duo, alij vnum?

Dicendum ꝙ fuit hoc ad experiendum: dominus enim seruorum istorum nondum cōmiserat aliquid eis ad negociandum, vnde nondum fuerat expertus eorum fidem atq; prudentiam & diligētiam: ideo cū timore pauca commisit, vt experiretur, & si bene se haberent committeret eis multa: sin aūt male, pauca dominus perderet, & ita dr̄ super pauca cōstituit eos. Si autem dicatur quare inæqualiter commisit illis pecuniam. Dicendum ꝙ fuit quia voluit cuique cōmittere, prout putabat sufficere illius industriā ad negociandum, & quia istos putabat inæqualiter dispositos esse, commisit eis inæqualiter bona sua. Alia etiā causa fuit huius, quia Christus inquirere debuit parabolā in qua inæqualiter cōmissum esset: quia ad significationem ita conuenit, cum non det Deus dona sua æqualiter omnibus hominibus. Sed quare specialiter dedit quinque, duo, & vnū non potest inueniri specialis causa, sed sola voluntas. pauca enim dare voluit, & dedit hęc. Sed dicetur quare in tali ꝓportione dedit. i. quinque, duo, vnum. Dicendum ꝙ fuit causa quia putauit in tali proportione vel quasi illos se habere secūdum industriam. nam dicitur ꝙ dedit vnicuique iuxta propriam virtutem: ideo credidit virtutem vnius habere se ad virtutem alterius, vt quinq; ad duo, & ad vnum. vnde sic dedit.

Quid signatur cum dicitur vnicuique secundum propriam virtutem? Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quid signatur, cum dicitur, vnicuique secundum propriam virtutem?
Dicēdum ꝙ signatur hoc datum esse ſm capacitatem, & quia aliquis erat alio capacior, data sunt ei plura, & vocatur hic capacitas aptitudo ex parte serui ad id quod dominus volebat, ſi. n. dominus ista donaret seruis vt benefaceret eis, & essent sua non respiceret in eis mensuram istam: sed benefaceret illis iuxta voluntatem suam, & tamen committebat eis pecuniam istam vt negociarentur cum ea, & lucrarētur aliquid pro domino dum ipse absens erat: & quia ad hoc aliqui aptiores erant, alij autem minus dedit eis inæqualiter: dare autē illis inæqualiter secundum mensuram illius aptitudinis, erat dare vnicuique secundum propriam virtutem.

Aptitudo autem ista consideratur in duobus vel tribus. ſ. in prudentia, fidelitate, & diligētia. Ad negociādum. n. prudētia siue solertia quędam requiritur. nam prudentia est nomen virtutis. 6. ethi. qui autem negociantur ad capiendum lucra interdum non vtuntur virtute, sed dolis: ideo ingenium illud quo quis pollet ad ista conuenienter efficiendum iuxta intentionem suam dr̄ solertia vel astutia, & aliquando prudentia vocatur in sacra scriptura vt Luc. 14. ca. filij huius sęculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. i. astutiores: quia prudentia filiorum sęculi non est prudētia sed dolus, sicut ibi ponitur exemplum de infideli villico. Secūdum est fidelitas, & hoc vt seruus vel dispensator de rebus domini nihil sibi appropriet, nihil dissipet, nihil acquirere omittat. Et tunc diligentia incidit cum fidelitate: quia sicut ad fidelitatem pertinet aliena non vsurpare, ita ēt pertinet de cōmissis nihil passi re, & nihil omittere ꝙ ex negligentia pereat, & nihil omittere acquirere quod dño acquiri possit, & istud est maximum quod pertinet ad fidelitatem. Considerans autem omnibus his dicebatur virtus seruorum esse inæquales: quia de singulis horum aliqui magis, quam alij habebant: ideo non æqualiter commissum est vtrisque.

Quare dicitur, ꝙ vnicuique commisit secundum propriam virtutem? Quæst. XCIX.

QVAERETVR quare dicitur ꝙ vnicuiq; cōmisit secundum propriam virtutem?
Dicendum ꝙ primo fuit ad ostendendum prudentiam domini. nam non erat adhuc certus de istorum operatione, esset autem insipientiæ cuiusdā committere facultates suas eis, quos non sciebat adhuc esse aptos ad administrationem, ideo dr̄ ꝙ commisit unicuiq; iuxta propriam virtutem. Sed obijcietur ꝙ non ſm propriam virtutem commiserit: quia alias ille cui quinq; cōmissa sunt reddidisset quinq; & tamen non reddidit, quia nihil lucratus est cū eo, sed abscondit.
Dicendum ꝙ accipitur hic propria virtus secūdum æstimationem. i. quātum dominus agnoscens seruos suos poterat ex his quæ viderat coniectare, & tamen erat coniectura ista circa interiora hominis quæ est in eo. 1. Corinth. secundo, c. Secundo quantum ad principale quia voluit homo iste virare ne illuderēt ei alij, si bona sua seruis commissa perirent, quia quidā molestius ferret aliorū insultationem quam propriarum rerum iacturam, si autem accideret, quòd serui isti perderent res domini, non poterat postea ab alijs insultari domino, quasi ipse imprudenter egisset. nā prudenter egit, cum vnicuiq; iuxta propriam virtutē tradidisset administrationem. Tertio & præcipue dr̄ hoc propter vitandam mali serui excusationem. nam posset dici, si non redderent serui bonā rationem de commissis, ꝙ ideo acciderat quia eis supra vires cōmiserat res administrandas: & ita nō potuerunt rationem bonam reddere: dicitur autem ꝙ iuxta virtutem. i. facultatem vel capacitatem singulorū commisit: ideo non haberent excusationem si male negociarentur.

Quare dicitur & profectus est statim. Quæst. C.

QVAERETVR quare dr̄ & profectus est statim?
Dicendum ꝙ ponitur ad ostendendū ꝙ nihil ei tupererat agendum cum disposuisset de rebus suis: sed data pecunia ista seruis erāt omnia disposita, ideo statim abiit. Secundo ponitur ad ostendendum ꝙ statim cępit currere seruis tps ad negociādū circa talenta tradita. nam si maneret dominus, non esset illis occupatio circa talenta: quia interim dominus forte eos circa alia occuparet, vel quod verisimilius erat, quia eo præsente nemo tractaret aliquid circa pecuniam eius, sicut neque hactenus tractauerat, quia non commiserat talenta antequam recederet, ideo vt ostendatur ꝙ totum tempus ab hora traditionis, vsq; ad aduentum domini esset ad lucra & negociandum in talentis datum, dicitur ꝙ statim profectus est.

Quomodo qui accepit quinque potuit lucrari quinque. Quæst. CI.

QVAERETVR quomodo qui accepit quinque potuit lucrari quinque?
Dicendum ꝙ hic sunt duo dubia, vnū est quomodo potuit cum illis aliquid lucrari. aliud est quomodo potuit luciari quinque.
Ad primum dicendum ꝙ ista talēta erant pecunia quędam, vt dicitur in litera ꝙ qui accepit vnum talentum abiens fodit in terram & abscōdit pecuniam dñi sui, & poterat multipliciter lucrum inde prouenire. Vno modo emendo aliquid, & rursus vēdendo carius, & ita mercatores magnas diuitias congregant.
Secundo modo per negociationem capsorum qui permutando pecunias acquirunt inde.
Tertio modo mutuādo pecuniā ad vsurā, & aliquo istorum

istorum duorum modorum iubebat dominus lucrū fieri cum pecunia sua, quia dixit ad seruum pigrum, oportuit te pecuniam meam committere nummularijs, & veniens, ego recepissem vtique, quod meū est cum vsuris.
Ad secundum dicendum, quòd fuit hoc propter temporis magnitudinem, & in magno tempore excrescere possunt lucra, vel vsurę ad æquale, & ita factū est hic, quia cum quinque talentis lucratus est alia quinque, & qui duo habebat alia duo lucratus est, & patet hoc, quia dicitur in litera, post multum vero tēporis venit dominus seruorum illorum.

Quare seruus vnius talenti abiens abscondit illud in terra. Quæst. CII.

QVAERETVR de seruo accipiente vnum talentum quare abiens abscondit illud in terra? Dicendum, ꝙ vt ipse dixit egit illud ex timore, sic ait, domine scio, quia homo durus es, & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra. ſ. timui, ꝙ si pęnes me retinerem perderem aliquid de illo, & tu repeteres illud a me dure, ideo vt nō perderem abscondi illud. Alijs aūt causa videtur esse pigritia serui, ita enim dominus accusat eū, & potest ista in duas causas diuidi, vna erat, quia parū diligebat dominū, aut afficiebatur ad res eius, iō non curabat lucra pro illo conquirere, quæ poterat, & istud ad infidelitatē redit. Aliud erat pigritia, volebat. n. potius ociari, q̄ solicitudinē vllā gerere, aut aliquid laboris sustinere pro rebus domini, & de his duobus arguit eū dominus cū dicit, serue male, & piger, malus enim erat, quia ad dominū suum non afficiebat, vt res eius augere cuperet: piger erat, quia laborē, & solicitudinē apponere nolebat, sed omnes istæ causæ concurrerūt, timor quidē fecit, vt absconderet, pigritia aūt, & malitia, ꝙ non operaretur cū talento, & erat iste ordo in causalitate, nam malitia fecit, ꝙ nō afficeretur ad operandū talento, pigritia fecit, vt fugeret hunc laborem, & iō ret ēturus erat apud se talentū, sed retinēdo poterat illud perdere, iō voluit abscondere in terra, timens ne secum tenendo illud perderet
Alio modo pōt dici, ꝙ timuit. ſ. ne negociando cū illo aliquid perderet, & ideo, vt non perderet, potius voluit nihil lucrari, quam aliquid perdere, aut exponere se periculo perdendi.

Quare dicitur, quòd post multum temporis venit dominus seruorum. Quæst. CIII.

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ post multum temporis venit dominus seruorum illorum?
Dicendum, ꝙ primo fuit conueniens sic dici, quia sic conuenit ad significationē, nam ille Dominus, qui nobis talenta sua committit post multum temporis venit. Secūdo, vt ostendatur, ꝙ habuerunt serui tempus in quo lucrarētur cū talentis commissis, nam si cito rediret nihil lucrati essent serui. Tertio, vt possint specialiter magnā laudē habere serui boni, nā si cito veniret, dato ꝙ adhibuissent omnē diligētiā suā serui boni parū lucrati essent, & ideo paruam haberent laudem, nunc vero magnā habuerunt laudem, cum habens quinque superlucratus fuerit alia quinque, & habens duo alia duo, & hoc non potuit fieri in pauco tempore, ſ. ꝙ lucrum adęquaretur sorti, ideo debuit esse multum tempus. Quarto, & præcipue ad redargutionē mali serui pigri, nā si dominus in breui reuerteretur, ēt si nihil ille lucratus esset, posset calūniari, ꝙ propter breuitatē temporis non potuerat lucrari, nūc vero cum magnum tempus esset elapsum, nulla excusatio manebat seruo si puniretur de omissione.

Quare dicitur, dominus veniens posuit rationem cum seruis. Quæst. CIIII.

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ dominus veniēs posuit ratione cum seruis? Dicendum, ꝙ ratio ponitur pro numero, vel computo. administrauerant enim serui isti bona domini, iō petebat ab eis numerum rerum ab eo acceptarum, & lucrorum super eis factorum, nam si solum pereret, quod commiserat, nulla ratio petenda erat, sed diceret primo seruo, da mihi quinque talenta, & alteri da mihi duo, sed petiuit rationem, i. numerum lucri. Secundo patet, quia ratio dabatur nunc de eo, quod dominus seruis agere commiserat, & tñ commiserat eis talenta, vt lucrarentur cum eis, iō de talentis, & de lucro rationem petebat. Patet hoc, quia dicitur, ꝙ dedit seruis talenta vnicuique iuxta propriam virtutem, si aūt nō committerētur ista talēta ad negociandū cum eis, sed ad custodiendū ea, nulla esset in hoc differētia, quia qui posset custodire quinque, posset custodire octo, & nō oportebat ea in plures diuidere, & tñ diuisit, & iuxta illorum industriam, & fidelitatem, iō etiā negociare cū illis commisit. Tertio patet, ex mō rationis, q̄ reddebant serui, nam primus accedens dixit, domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum, & ita tam de tradito, quam lucro rationem tradidit, & idem secundus fecit. Quarto patet, & efficacius quantū ad seruum pigrū, nam si nulla ratio exigeretur, nisi de tradito, seruus malus cū haberet integrū talentū traderet illud domino, & nulla excusatione indigeret, & tñ excusauit se dicēs, domine scio, quia homo durus es &c. ergo de lucro ratio petebat. & quia ille nihil lucratus fuerat excusationē obijciebat. Quinto, & principaliter, quia si de talento solum peteretur ratio, non condemnaret dominus seruum pigrum ponendo eum in tenebris exterioribus, cum talentum integrum redderet, & tamen condemnauit, quia nō dedit illud cum vsuris, ergo de lucro ratio petebatur.

Quare dicitur, euge serue bone. Quæst. CV.

QVAERETVR quare dicitur serue bone?
Dicendum, ꝙ seruus, qui quinque talenta accipiens superlucratus fuerat quinque, bonā rationem reddidit, quia lucrum apportauit, ideo in nullo erat reprehensibilis, sed potius laudandus, & ad hoc laudat eū dominus, & fauet ei congaudendo, laudat quidem cum dicit, serue bone, & fidelis, Congaudet aūt illi cū dicit euge, quia Euge Interiectio est gaudētis, vt illud euge euge viderūt oculi nostri Psal. 34. Cōgaudet aūt dominus ꝓp duo. Primo ꝓp lucrum, quod ei apportatur, & quia magnum est. Secundo, ad fauendū seruo, nam cum virtus laudatur crescit, & ita isti videntes se a domino valde de hoc laudari, & illum applaudentē incitarētur ad ampliora lucra procuranda domino.

Quare dicitur serue bone, & fidelis. Quæst. CVI.

SED quare dixit serue bone, & fidelis?
Dicendum, ꝙ ad laudem serui dicta sunt, eo ꝙ laudādo efficiūtur serui ad bonū promptiores, & hæc est quædam pars mercedis operis, quòd serui a domino laudentur. Erat autem magna laus vocari bonum, & fidelem, nam fidelitas raro inuenitur inter eos quibus pecuniarum administratio committitur, sicut dicitur 1. Corin. 4. c. hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, ꝙ

vero

vero quis habeat ea, quæ rari habent magna laus est. Secundo fuit hoc dictum, quia ista duo competebant huic seruo, erat enim bonus moraliter, scilicet quantum ad mores serui, non est autem eadem bonitas boni serui, & boni hominis, quia bonitas hominis est bonitas simplicitet secundum omnes virtutes morales maxime secundum eas, quæ pertinent ad communicationem. Bonitas autem serui est in obedientia, quia seruus non consideratur simpliciter, vt homo, sed vt homo alterius 1.Poli. Et ideo virtus sua consideratur inquantum alterius est, & hæc est obedientia ad dominum, ideo bonum seruum vocamus eum qui domino suo obediens est, & quia iste fuit obediens negociando cū talentis, quod dominus iusserat vocatur bonus. Aliter potest vocari bonus quantum ad affectionem, scilicet quia dominum suum diligebat, ideo illius lucra procurabat. Dicitur autem fidelis, quia rem domini non dissipauit, sicut ille de quo dicitur præce.c.qui bibebat cum ebriosis, & conseruos percutiebat. Etiam rem domini non vsurpauit, scilicet nec aliquid de re commissa, neque lucrum inde factum, etiam non omisit labores suos apponere, vt domino lucrum faceret.

Quare dicitur, super pauca fuisti fidelis. Quæst. CVII.

QVAERETVR quare dicitur, supra pauca fuisti fidelis? Dicendum, quòd pauca dixit illa quinque talēta, quæ a domino receperat commissa, & possunt tripliciter vocari pauca. Primo respectu facultatis domini: erat enim ille diues valde; & quinque talenta erant aliquid paucum respectu facultatum domini. Secundo pōt accipi respectu meriti serui, scilicet ego ante hoc non agnoueram plene virtutem tuam, ideo commisi tibi sola quinque, sed nunc scio esse excellētiorem tuam virtutem, vt plura, & maiora merearis tibi committi. Tertio potest accipi respectu eorum, quæ dominus daturus erat, scilicet pauca fuerunt, quę dedi, nunc super maiora constituam te, vt in litera dicitur, & pertinet ad laudem serui, qui super maiora constitui merebatur, quam constitutus fuerat.

Quomodo facit ad laudem serui dicere super pauca fuisti fidelis. Quæst. CVIII.

SED quomodo facit ad laudem, dicere supra pauca fuisti fidelis, nam potius videtur, ꝙ facilius sit aliquis fidelis in paruis, q̄ in magnis, quis enim mouebitur ad malum faciendum pro paruo lucro? pro magno autem lucro multi mouerētur, & tamen fidelem esse super pauca est tenendo pauca seruare fidem in illis, iō non videtur, ꝙ ad laudē pertineat, sed potius ad minorationem eius. Dici potest vno modo, ꝙ dicitur seruasse fidē in pauco, idest cum pauco ex fidelitate acquisiuisse multum, quia cū quinque talentis acquisiuisset totidem, & tūc laus est, quia maius est cū paucis traditis multa acquirere, quā lucrari multa cū multis, iō maior laus est sic fidelem esse in paucis, quā in multis. Alio modo potest dici, ꝙ hoc non pertinet principaliter ad laudem serui, sed magis ad ostendendū beneficientiā domini erga seruum. ſ. ꝙ seruus fuit fidelis in paucis, & iō retributio esse debebat in paucis si vellemus ea commensurare, & tamen dominus ad largitatem suam ostendendam vult pro paucis multa dare, ideo dicitur o serue bone, & fidelis, licet tu bonus, & fidelis fueris, tamen id in quo fidelis fuisti, & quod per fidelitatem acquisiuisti paucum erat, tamen ego volo te constituere super multo maiora, quam fuerint illa in quibus tu fuisti fidelis. Et iste est verus sensus, & consonat etiam ad intētionem Christi, quia hic agit de tributione, quam Deus dabit bonis pro sanctis laboribus, quos hic sustinuerunt, & retributio eorum est valde maior, quam meritum fuerit.

Quid est, quod dicitur, supra multa te constituam. Quæst. CIX.

QVAERETVR quid est, quod dicitur supra multa te constituam?

Aliqui dicunt, ꝙ ista multa erant decem ciuitates, quia ita dicitur Luc.19.c. de illo seruo, qui primus rationem dedit, nam dominus eius dixit ei, esto super decem ciuitates.

Dicendum, ꝙ non stat, quia ista parabola, & illa nō sunt eadem, vt ostensum est supra q.90. & ita ille vir nobilis accepit regnum, & potuit constituere seruos super ciuitates, iste aūt erat vir priuatus, & minoris status, ideo non poterat constituere seuos suos super ciuitatem aliquam.

Alij dicunt super omnia bona domini constituendum esse, sicut dicitur præce.c. de seruo, qui super familiam constitutus erat, & dicitur, ꝙ super omnia bona sua constituet eum.

Dicendum, ꝙ non stat, quia de illo dici hoc poterat, quia erat vnicus seruus, qui fuerat constitutus super familiam domini, & iō postea super omnia bona constitui poterat, quia solus erat, nunc vero duobus seruis dicitur super multa te constituam, ideo non poterat quilibet constitui super omnia bona domini, & ideo ista fuit differentia inter illam parabolam, & istā, quia ibi seruus dicitur constitui super omnia, hic autem super multa.

Alij dicunt, quòd vocantur multa hic decem talenta, nam constitutus fuerat iste prius super quinque talenta, nūc vero super decem constituitur, i. super alia quinque, quæ lucratus est, immo, & vndecimum talentum additur, quia aufertur ab eo, qui habet vnum, & datur ei, qui decem habet.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia tunc litera ista repugnater. nam seruo, qui habuit quinque talenta dicitur, supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, & seruo, qui habuit duo idem dicitur, sed si seruus habens quinque constituitur super decem, quia quinque superlucratus est, seruus habens duo constituetur super quatuor, quia duo lucratus est, & iñ dicitur ei, ꝙ supra multa constituitur, & iñ constituitur supra quatuor sola, & dictum fuerat ad alterum seruum, ꝙ quinque super quæ constitutus fuerat erant pauca, ergo non accipitur multum, i. decem. Secundo quia vt dictū est præced.q. istud pertinet ad laudem domini, ꝙ seruum, qui supra pauca fidelis fuit, supra multa constituat, & tamē si eum, qui cum quinque lucratus est alia quinque, constitueret super decem non esset magna laus domini, quia nondū datur magna largitas eius, cum non constituat seruum nisi super ea, quæ ille lucratus est, ideo non accipitur de hoc.

Dicēdū ergo, ꝙ ista multa erāt magnę partes facultatis domini. Erat.n. iste dominus diues valde, & tūc nondum expertus fidem, & industriam seruorum suorum commiserat illis pauca, quia aūt expertus est voluit cōmittere magnas administrationes in facultatibus suis, & hoc est, ꝙ vtrique seruo bono dī intra in gaudiū domini tui, & supra multa te constituam.

Quid est, quod seruo dicitur, intra in gaudium domini tui. Quæst. CX.

QVAERETVR quid est, quod ad seruum dī, intra in gaudiū domini tui. Dicēdū, ꝙ potest intelligi

telligi vno modo de gaudio, quod celebrabat illa die dominus, fuerat .n. multis diebus peregrinatus, & nunc sospes redierat, & ideo forte pro sospitate, & prospera peregrinatione festū diem celebrabat cum amicis suis, sicut celebrauit pater, qñ redijt filius suus prodigus, qui diu absens fuerat, & quasi perierat Luc. 15.c. & ad gaudium huius festi diei admisit dominus seruum bonū, faciens eum liberis parem, vt cū eis gauderet, & epularetur, & dixit, intra in gaudiū domini tui, i. intra in domū istam, in qua conuiuium, & gaudiū agitur pro me domino tuo redeunte sospite, & hoc dī ad differentiam mali serui, & pigri, cū non dī intra, sed ꝙ exeat, i. mittatur in tenebras exteriores, & non percipiat partem gaudij domini sui, sed ponatur ibi vbi erit fletus, & stridor dentium. Secūdo pōt dici intrare in gaudiū, i. ad participationē bonorū domini, vt gaudeat de fructu bonorum domini, sicut dominus, vt dicetur sequ.q.

Quomodo stat, quod dictum est supra multa te constituam. Quæst. CXI.

QVAERETVR quomodo stat, quod dictum est, supra multa te cōstituam? quia hoc dicit dominus, quasi in prēmium bonæ operationis serui, & tū nō videtur retributio, sed potius additio laboris, quia cum supra constituit seruum bonū super quinque, & alium super duo, & alium super vnum, laborem eis imposuit, quod patet primo, quia si non esset labor, sed beneficium non fieret eis retributio, quia retributio pro solo opere laborioso, vel bono facto redditur, & non pro bona passione. Secūdo, quia laudat dominus seruos illos duos, i. accipientē quinque, & accipiētem duo, & tñ laus non datur, nisi de opere bono, & difficili, nam pro bona passione nemo laudatur. Tertio, & principaliter, quia si non imponeretur labor dando talenta ista, non efficeretur piger seruus malus absc̄dens talentū, sub terra, sed arguitur tanquā malus, & piger, quia a labore, & solicitudine abstinuit. ergo laborem imponebat dominus seruis constituēdo eos super talēta illa, iō cum nūc constituat eos super plura non videtur, ꝙ bonū eis faciat, sed potius maiorem laborem iniungat, & ita non est conueniens retributio. Dici pōt vno modo, ꝙ hoc pertinet ad prēmium seruorum bonorū, quia constitutū esse super administratione aliqua est honor, & iste honor est illis prēmium quoddam. Et patet, quia illud reputatur honor cuius ablatio iudicatur dedecus, sed priuari administratione infertur seruo in pēnam malæ administrationis, ergo constitui super administratione ad honorem pertinet, & quia nunc isti constituebantur super magnas administrationes, honor eis dabatur.

Aliter pōt dici, & melius, ſ. ꝙ dominus constituebat istos super aliquas administrationes maiores, q̄ prius, non solum, vt domino acquirerent, sed ēt, vt sibiipsis in aliquo acquirerent, & prouiderent sibiipsis de illis administrationibus, & hoc erat prēmium, quia pertinebat simul ad honorē, & vtilitatem, prius aūt nihil pro se percipiebant, sed laborem sustinebant, iō istud erat retributio priorū laborū, & hoc cōuenit literę, qa dñs serui dixit, intra in gaudiū dñi tui, i. gaude de bonis dñi tui, sicut dñs tuus participādo aliqd de gaudio. ſ. hoc dñs habet de rebus suis inquātū dominus est, qa de eis pcipit quātū vult ad iocūditatē suā, ita volo, ꝙ tu administres, & vtilitatē capias de bonis domini tui, & hoc est intrare in gaudium dñi. i. partē gaudij capere.

Quid seruus talentum abscondens intendit in oratione sua dicere. Quæst. CXII.

QVAERETVR de seruo qui abscondit talentum, quid intendit in oratione sua dicere? Dicendū, ꝙ accessit vltimus ille seruus malus pp duo. Primo, quia exigebatur ratio per ordinē, & quia primo data sunt vni quinque talenta, & alij duo, & altari vnum; prius petita est ratio ab alijs, q̄ ab eo cui datū est vnū, Secūdo, quia iste non se ingessit, sed vocatus venit, licet dicatur, ꝙ accessit. Et rō est, quia alij habebāt rōnes bonas, de quibus prēmium expectabāt, iste vero malā de qua pertinebat ad cōfusionē, pp quod illi se ingererent, quia bonū expectabāt, istę aūt fugeret, & non venerit, nisi vocatus, & sic esset vltimus. Ad quæsitum aūt dicēdū, ꝙ iste videns aliorū rōnes, & lucra, quę apportabāt, & laudes dñi quantū ad eos pp lucra, & sciens se nullū egisse lucrū timebat, iō excusationē, quęrebat, & omnia ista verba sua excusatio quædam eius sunt, dicit .n. ꝙ ipse non posuit talentū sibi commissum ad lucrū, quia timuit, ꝙ forte aliquid de illo perderet, & dominus ab eo dure exigeret.

Quare dixit iste seruus, scio domine, quia homo durus es. Quæst. CXIII.

QVAERETVR quare dixit iste seruus, scic domine, quia hō durus es. Dicendū, ꝙ ponit illud, vt motiuū timoris sui, nam vult innuere, ꝙ ex timore petendi abstinuit a negociatione, rōnem autē timoris reddit, ſ. quia homo durus erat q.d. si esses homo blandus, aut benignus, a quo posset expectari venia de cōmissis, exposuissem me fortunę negociando, vt aliquid lucrarer, sperans, ꝙ si aliquid perderem veniam dares, sed, quia ista venia sperari non poterat pp tuam duriciem, timui negociari, & abscondi talētum. De ista duricie Dicendū, ꝙ potest dupliciter accipi. Vno modo pro auaritia, vel tenacitate, ſ. sicut de dura re nihil auferri potest, ita ab homine auaro nihil potest extorqueri vt det, neque etiam, vt remittat cum sibi debitum est, & ad hoc tacit litera scilicet metis vbi non seminasti, & colligis vbi non sparsisti, & hoc ex auaritia, & sic, qui auarus est iniustus efficitur aliena rapiendo. Alio modo vocatur durus ad puniēdum. ſ. qui nulli parcit, & ita fortassis iste erat durus puniens grauiter seruos delinquentes, & sic seruus eū durum vocauit, sed primus sensus est melior.

Quare dixit metis vbi non seminasti &c. Quæst. CXIIII.

QVAERETVR quare dixit metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti? Dicendū, ꝙ au oñdēdū duriciam eius, i. auaritiam secundū quā aliena tollebat, dixit hæc q.d. cum aliena rapias a fortiori propria exiges. Et ita si aliquid perderē de talēto tuo negociando non remitteres mihi, licet fideliter negociando perderē, iō non negociatus sum. Sed dicetur quare ponūtur hęc duo, quæ idē signant. Dicendum, ꝙ idem signant, & tñ fit hoc ad exaggerationem, sępe enim sic multa ponūtur, quæ idem signant, vt illud, doces manus meas ad prēlium, & digitos meos ad bellū Psal.143. & illud, quæ nobis pars in David, & quæ hereditas in filio Isai.2.Re.9. & 3.Reg.12. nam idem est docere manus ad prælium, & digitos ad bellum, & idem est David, & filius Isai. pertinet autem talis modus loquendi ad passionatos, qui aliquid nimis exprimere volunt, & quia non sunt contenti idem vna oratione semel exprimere, exprimūt illud multis orationibus idem signantibus.

Quare

Quare dixit, timens abij, & abscondi, & quid iste timuit. F
Quæst. CXV.

QVAERETVR quare dixit, timens abij, & abscondi, & quid iste timuit?

Dicēdum, ꝙ ad excusationem ponit. ſ. ego non negociatus ſum, neque tenui apud me talentum, ſed abſcondi timens ne aliquid perderem. Et fuit duplex timor. Vnus fuit ne perderet non bene negociando, aut non proſpere. Alius ne ſibi furto auferretur. propter primum nō negociatus eſt, propter ſecundum non tenuit pęnes ſe, ſed occultauit, nam ſi teneret pęnes ſe, poterat aliquis illud ſurripere, abſcōdit ergo, quia ſic non tolleretur furto. Et ideo infert G habes, quod tuum eſt, i. ecce talentum tuum offero non diminutum accipe illud q.d. nō debes iraſci, quia tuum reddo integrum, lucrum aūt non affero, quia non negociatus ſum ex iuſta cauſa. ſ. timēs ne perderem, & a me dure exigeres.

Quomodo iste seruus timebat perdere negociando.
Quæst. CXVI.

SED quęretur qūo iſte ſeruus timebat ꝑdere negociando? nam modus negociationis erat in quo nihil perdi poterat. ſ. offerre talenta nummularijs, & veniens dominus recepiſſet, quod H ſuum erat cum vſuris.

Dicendū, ꝙ non erat iſte modus determinatus negociationis, nā poterat pecunia expendi aliquid emēdo, vt carius poſtea venditum copioſiora lucra afferret, & iſte erat modus honeſtior negociationis, & maioris lucri, in hoc tñ poterat perdi talentum, quia ſecundū vāria accidentia interdum nedum mercator lucra nulla facit, ſed & capitalem pecuniam perdit, iō ſeruus timebat. ad illud, vero, quod obiecit dominus poterat ſeruus dicere, ꝙ licet ille modus teneri poterat, alius honeſtior, & lucroſior erat, iō ad illū ſolum attendebat. Sed obijcietur, ꝙ ad illum ſpecialiter dominus aſtrinxerat ſeruos, cū dicatur, oportuit te pecuniam meam committere nummularijs, ſed oportet I inducit neceſſitatem.

Dicendū, ꝙ non expreſſerat dominus aliquē modum negociandi cum pecunia, ſed ſolum, ꝙ negociarentur cum illa. Patet primo, quia ſi dominus iſtum modum lucri intendiſſet, non oporteret committere ſeruis pecuniam, ſed ipſe poterat ſemel dare nummularijs, & non eſſet poſtea neceſſaria alia ſolicitudo, neque operatio, & tñ diuiſit ſeruis pecuniam, vt negociarentur, ideo non fuit ille modus negociandi eis cōmiſſus. Secundo, & præcipue, quia ſi iſtum modum intenderet eis committere, non oporteret, ꝙ quæreret in ſeruis magnam induſtriam, aut fidelitatem, quia ad dandum nummulariis pecuniam quilibet ſufficeret, & tñ quæſiuit in eis induſtriā cū dicatur, ꝙ dedit vni- K cuique ſecundū propriam virtutem, ergo non intendebat hunc modū negociationis. Tertio, quia dominus laudauit ſeruos lucrantes, dicens eos bonos, & fideles, & tñ ſi nihil aliud feciſſent, niſi ponere pecuniā apud nummularios, & recipere eam poſtea, nō erat aliqua ſpālis laus, ideo non vr, ꝙ fuerit iſte modus lucri impoſitus ſeruis. Dicēdum ergo videtur, ꝙ nō ſolū non aſtrinxit dñs ſeruos ad illū modū, ſed ēt nō expreſſit eis illū, nec ipſi talē tenuerūt. Et patet, ꝙa duo ſerui boni nō videtur tenuiſſe hūc modū, nā primus dixit, dñe quinque talēta trādidiſti mihi, & ecce alia quinque ſuplucratus ſum, ſed ſi talis modus lucri eſſet nō diceretur ſeruus lucratus illud, ſed talētum reddidiſſet illud, quaſi nullam operam in hoc ſeruus impēdiſſet, & tamen, quaſi aliquid magnum fecerit dixit, alia quinque ſuperlucratus ſum, ergo non lucratus fuit per illum modum, ſed per aliam negociationem maioris induſtrię. Cum autem obijcitur, ꝙ dominus dixit, oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, non eſt ſenſus, ꝙ aſtringat ſeruos ad hoc, ſed eſt reſponſio ad malum ſeruum dicentem, timens abſcondi, i. timens aliquid perdere negociando abſcondi, dixit dominus, ꝙ non debebat timere, quia ſaltem poterat ponere pecuniam apud nummularios, dixit autem oportuit, i. ſi non audebas alios modos experiri negociationis, ſaltem hunc, qui tutiſſimus erat experiri debebas, & hoc te facere oportebat, vt non maneret pecunia mea ſine lucro.

An seruus abscondens talentum per hæc, quæ dixit se excusauerit. Quæst. CXVII.

QVAERETVR an ſeruus, qui abſcondit talentum per hæc, quæ dixit excuſauit ſe conuenienter? Dicendum, ꝙ aliquo modo ſe excuſabat, ſed non ſufficienter. Patet primum, quia timuit perdere, & voluit cauere ne perderet, iō abſcondit, & non negociatus eſt, timor ſuus de perdēdo erat aliqualiter iuſtus, quia iſte fortaſſis volebat negociari, ſicut alij, emendo aliquid, vt poſtea carius vēditum magna afferret lucra, ad hoc autem magna induſtria requirebatur, & iſte ſeruus non habebat illam, aut paruā valde habebat, ideo timuit ſe his immiſcere. Patet iſtud, quia iſte ſeruus cui commiſſum eſt vnū talentum, erat minimę induſtriæ, nam dicitur in litera, ꝙ dominus dedit his ſeruis talēta vnicuique iuxta propriam virtutem, & tñ huic dedit minimum, ſcili cet vnum, ergo huius minimam putauit eſſe virtutē, voluit autem ſeruus cauere ne perderet, quia dominum timebat cum eſſet durus, colligebat enim vbi non ſparſerat, ſ. propter nimiam auaritiam domini, ēt ſi ſeruus fideliter negociando aliquid perderet, non remitteret ei dominus, ideo non auſus eſt negociari, ſed abſcondit talentum, vt nō periret furto ſubtractū, & ita aliqualis erat iſta excuſatio.

Secundū eſt, ꝙ non erat ſufficiens, quod patet, quia id, quod ſeruus allegauit pro ſe hoc contra ipſum militabat, dixit enim, domine ſcio, quia durus es, metis vbi non ſeminaſti, & hoc allegauit dominus in contrarium, ſcilicet quia ſi ſciebat dominum ita auarum, vt aliena vellet, a fortiori vellet ea, quæ de ſuis facultatibus prouenire poterant, ſed iſta lucra poterant prouenire de talentis ſuis vnde illa vellet, & dure exigeret ſi non fierent, ideo ſeruus ꝑꝑ hanc duritiam domini debuit potius moneri ad aliquid negociandum, & ſic contra eum facit ratio ſua. Sciendum tamen, quòd excuſatio ſerui aliqualis erat, ſcilicet quòd timens abſtinuit a negociatione, & ideo dominus nō dixit ei, ꝙ nihil timendum erat, ſed arguit ex quodā ca ſu in quo non erat timendum, ſcilicet de commiſſione pecunię ad nummularios, nam ibi nihil poterat perdi, & poterat eſſe aliquod lucrum, & ideo, quia ſeruus non ſe reduxit ad illum modum, in quo poterat ſine timore perditionis negociari, recte arguitur a domino.

Quare dominus dixit seruo, serue male, & piger.
Quæst. CXVIII.

QVAERETVR quare dominus dixit ſeruo, ſerue male, & piger?

Dicendum, quòd hęc duo vitia fuerunt in ſeruo, propter quæ iple nō lucratus eſt aliquid pro domino. Et dicendum, quòd primo dictum eſt hoc ad increpationem, & pęnam ſerui, nam ſic bonis ſeruis in par-

tem præmij competebat laus, & vocauit eos dominus A ꝓp negociationē, nam dī Io. 2. c. ꝙ dixit nolite facere bonos, & fideles, ita & malo ſeruo competebat increpatio in pœnam, & ſic dictus eſt malus, & piger, & iſta opprobria ſunt. Secūdo dicitur hoc, quia ita erat, nam vere ſeruus piger erat, & malus. Poteſt, autem vocari malus dupliciter. Vno modo a malitia, quæ competit ſeruo, nam ſicut dictum eſt ſupra q. 106. non eſt eadē bonitas boni hominis, & boni ſerui, ita non eſt eadem malitia mali ſerui, & mali hominis, ſed dicitur malus ſeruus, qui inobediens eſt, ſic fuit iſte, nam dominus iuſſerat negociari ad habenda lucra, & iſte non fecit, ideo erat malus. Alio modo vocatur malus, quia dominum ſuum non diligebat, & ideo non mouebatur ad negociandum, vt lucraretur pro illo. Dicitur autem piger, quia ex pigritia abſtinuit, graue enim putabat ſolicitudinem habere, & apponere aliquā operam ad B lucra domini, ideo piger recte dicebatur.

Quid est, quod dicitur, oportuit te committere pecuniam meam nummularijs &c. Quæst. CXIX.

QVAERETVR quid eſt, quod dicitur, oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, & quod genus lucri erat?

Dicendū, ꝙ iſtud poteſt accipi dupliciter, ſecundum, ꝙ nummularij accipiuntur dupliciter, vno modo pro campſoribus, alio modo pro vſurarijs, ideſt ad vſuram dantibus, nam nummularij dicūtur, qui nummis abundant, vel quorum officium erat C nummos habere multos, & iſtud conuenit vtriſque, ideſt campſoribus, & dantibus ad vſuram, nam campſores multam pecuniam habent, & multorum modorū, vt omnibus veniētibus poſſint dare cōmutationem. Etiam dantes ad vſuram multam pecuniam habent, quia omni poſcenti mutuatam pecuniam dant.

Et dicendū, ꝙ vtriſque conuenit, nam poterat dare ſeruus iſte pecuniam domini ſui campſoribus, vt abūdarent, & illi darent illam poſt tempus certum, & pro vſu pecunię certum lucrum, de dantibus ad vſuram idem eſt, nam illi, vt multis dare poſſint recipiunt ab alijs ad vſuram pecuniam multam, & alijs minutatim, & ſub grauioribus vſuris tradunt, vt ſic ſemper lucra conquirant.

An isti erant campsores, vel vsurarij, quibus dominus iubebat dari pecunias.
Quæst. CXX. D

SED quæretur an iſti erant campſores, vel vſurarij quibus iubebat dominus dari pecuniam?

Aliqui dicunt, ꝙ erant vſurarij, quia ſerui iſti erant ſuſcepturi ab eis vſuras, ergo a fortiori ipſi vſurarij erant, patet, quia dicitur in litera, oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, vt ego veniens recepiſſem, quod meum eſt cum vſuris.

Alij dicunt, ꝙ non erant vſurarij iſti nummularij. Primo, quia dominus iſtorum ſeruorum non mādaret pecuniam ſuam dari ad vſuram, & ita non daret E vſurarijs. Secundo, quia iſti nummularij publice erāt habētes pecuniā in mēſis, vñ ſicut dī hic committere pecuniā meā nummularijs, dī Luc. 19. c. dare pecuniā meā ad menſam, & iō non erāt iſti vſurarij. Tertio patet, & efficacius, quia iſti nūmularij erant in tēplo Dei, cū dicatur ſupra 21. c. & Mar. 11. & Io. 2. c. ꝙ Chriſtus eiecit de templo nūmularios, & iñ dato, ꝙ alibi exercerētur vſurę taltē in tēplo non exercerētur, iō erāt iſti cāpſores, & non vſurarij. Aliq in dñt, ꝙ ex hoc potius patet eos fuiſſe vſurarios, quia Chriſtus eos de tēplo eiecit. Dicēdū, ꝙ illud nō ſtat. Primo, quia nō repulit eos ꝑꝑ vſuras, ſed

Quare dominus dixit seruo, oportuit te committere pecuniam meam nummularijs. Quæst. CXXI.

QVAERETVR quare dñs dixit ſeruo oportuit te committere pecuniam meam nummularijs?

Dicendum, ꝙ potuit ad oſtendendum aliquod genus

nus negociationis esse, in quo nihil perdi posset ad arguendum seruum pigrum, qui dixerat, timens abscondi, i. timui perdere, & dominus ait, ꝙ committeret pecuniam nummularijs, quia ibi nullum periculū est pecunię capitalis, & lucrum certum, & hoc vtroque modo, siue. n. daretur pecunia vsurarijs, siue campsoribus, redderetur certa pecunia cum lucro, & ista est vna causa. Secunda est ad ostendendum lucrū nullius solicitudinis, neque laboris, & hoc in duobus. Primo, quia non erat cum pluribus tractandum, cū quibus, aut periculum sit, aut industria multa necessaria, sicut qui multis ad vsuram dant, & minutatim cauere debent diligenter ne sortem in periculo ponant. Et iō circa cautiones industria necessaria est, etiam ad recuperandum a singulis debitoribus vsuras, & sortem tam solicitudo, q̄ industria necessaria: est in campsoribus quoq; industria multa attēdēda est, iō si dominus committeret seruo, ꝙ ipse vsurarius, aut cāpsor esset, magnam negociationem ei committeret. Solum ergo commisit, ꝙ daret pecuniam nummularijs, & vltra non erat solicitudo. Secundum quantum ad hoc erat solicitudo recuperandi pecuniā a nummularijs, & lucrum, & licet ista esset parua occupatio, & solicitudo, tamen istam adhuc tollebat dominus seruo dicens, ꝙ ipse recuperaret pecuniam, s. ego veniens recepissem, quod meum erat cum vsuris, i. non oportebat, ꝙ tu recuperares, sed ego postquam venirem. Et ideo o serue male nulla fuit tibi conueniens causa timendi, sed fuisti piger, & sic non negociatus es cum pecunia mea.

Quare iussit dominus tolli talentum a seruo malo. Quæst. CXXII.

QVAERETVR quare iussit tolli talentum a seruo malo. Dicendum, ꝙ propter duo. Primo in pęnam, nam male ministrauerat, iō dignus erat priuari hac administratione, reputatur autem pœna ista priuatio, inquantum iudicabatur honor quidam constitutum esse in administratione, & ita est, quia licet seruus nullum lucrum caperet de administratione, honorari videbatur inquantum dominus confidebat ei committendo res suas. Etiam inquantum prudentē illum iudicabat, qui posset industrie tractare rem domini, econtrario autem priuari administratione est priuari honore, ideo pœna erat. Secundo fuit, vt conueniēter se haberet dominus circa istum malum seruum, sicut circa bonos seruos, illos enim honorauerat dando plura, ideo ex opposito hunc punire debebat, subtrahēdo id, quod habebat, quia sicut iustum est bonos p̄miari, ita & malos puniri, quia alias malum non reduceretur ad ordinem, cum reducatur per bonum iustitię in puniendo. Etiam, quia vtile est malos puniri, quia si mali non punirentur, licet bonis solis prędmia darentur, adhuc essent plures mali, q̄ sunt, iō seruus piger debuit honore administrationis huius carere. Tertio fuit propter vtilitatem domini, nam sicut iste hucusque nihil lucratus fuerat, cū talēto, ita nihil de cętero negociaretur vtiliter, ideo alteri tradi debuit, qui vtilis posset esse domino.

Quare dixit, date ei, qui habet decem talenta potius, quam qui quatuor. Quæst. CXXIII.

QVAERETVR quare dixit, date ei, qui habet decem talenta? Dicendum, ꝙ iste est cui quinque talenta tradita erāt, & superlucratus est alia quinque, & illa adhuc retinebat, quia ille obtulit ea domino, tamen dominus nihil acceperat, ideo decem tenebat. Aliter potest dici, quòd habebat decem, scilicet ex commissione domini, nam postquā obtulit domino quinque talenta, & alia, quæ lucratus erat, dominus dixit, ꝙ eum super multa constitueret, & statim dedit ei illa decem talēta, vt postea multo plura daret, & ita dixit, date ei, qui decem habet.

Sed quare ei dederit talentum primum fuit causa prima, quia dominus volebat pecuniam suam esse ad lucrum. Et quia iste, qui habebat decem, poterat conuenienter negociari, dedit ei etiam illud.

Secundo ad honorandum illum, nam disposuerat eum supra multa constituere, vt dicitur in litera, ideo ei dedit hoc, vt & multa alia daret.

Quare potius dedit dominus habenti decem talenta, quam quatuor. Quæst. CXXIIII.

SED dicetur quare potius dedit dominus ei, qui habebat decem talenta, q̄ ei, qui quatuor, nam etiam iste erat bonus seruus, & fidelis, & dixit dominus, ꝙ eum constitueret supra multa, immo nihil plus, videtur lucratus, qui habuit quinque, nam ille cum quinque lucratus est quinque, & iste cū duobus talentis superlucratus est duo, vterque enim duplauit, quod accepit.

Dicendum, ꝙ fuit. Primo, quia qui habebat decem lucratus fuerat plura, s. quinque, & alius duo, & licet maneat vtrobique eadem proportio, non tamen manebat eadem quantitas. Cum autem dicitur, ꝙ vterque bonus erat, verum est, & tamen melior erat, qui quinque lucratus est, iō ei dari debuit. Et cum dicitur, ꝙ vtrique promiserat dominus, ꝙ supra multa eum constitueret, Verum est. Et tamē super plura eum, qui plura lucratus fuerat, ideſt quinque, ideo debuit ab eo incipere, vt esset potior in honore. Cum dicitur, quòd æqualiter lucrati sunt, quia vterq; duplauit, quod accepit. Dicendum, quòd non est ęqualitas simpliciter, sed proportionis, ideo vere plura lucratus est, qui cum quinque lucratus est quinque, vnde debuit maioribus bonis præesse. Secundo potest dici quantum ad principale, quòd etiam si ambo essent æqualiter boni, & intenderet super ęqualia bona ambos constituere, nō differebat, quòd hoc talentum potius vni, quam alteri daret, quia alteri daturus erat multa alia. Tertio, & principaliter fuit, quia iste multum habebat, vnde licet ille, qui quatuor habebat melior esset, quam ille, qui decem, daretur ei, qui decem, & non ei, qui quatuor, quia intendit inferre propositionem sequētem, scilicet omni habenti dabitur, & abundabit. Si ergo ei, qui paucum habet aufertur, quod habet, quia paucum habet, vt detur habenti, necesse est, vt detur ei, qui plura habuerit, quia sicut se habet paruum habere ad auferri, ita multum habere ad dari. Et, quia iste habebat plurima, ideſt decem, datum est ei, & hęc est veritas, & idem patet Luc. 19. c. de eo, qui lucratus est decem mnas, & alio, qui quinque, & alio, qui nullam, sed tenuit illam absconditam in sudario, nam illam iussit dominus tolli, & dari ei, qui habebat decem. Et dictum est ei, domine habet decem, & dominus ait, dico vobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autem, qui non habet auferetur, vnde ibi ita data est mna ei, qui habuit decem, & non ei, qui quinque, sicut hic ei, qui decem, & non ei, qui quatuor.

Quare dicitur inutilem seruum eijcite in tenebras, & quotuplex pœna sit hæc. Quæst. CXXV.

QVAERETVR quare dixit inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores?

Dicendum, quòd vocauit dominus illum seruum inutilem potius, quam malū, quia licet malus esset eo, quòd non obediuerat, & quia non amabat lucra domini, tamē bona domini nō dissipauerat, neque vsurpauerat, ideo malus non erat, sed inutilis, quia nullam vtilitatem domino procurauerat negociando, sicut alij. Et quia ista inutilitas malum quoddam erat, sicut malus seruus punitur.

Sciendum aūt, ꝙ duplex pœna ei imponitur. Prima est honoris priuatio, s. vt iam non habeat administrationem aliquam bonorum domini. Secunda est corporalis, s. vt puniatur in carcere, & iuste additur secunda, quia forte seruus ille piger non multum curabat, ꝙ sibi administratio tolleretur, cum ipse habens talentum administrare noluisset, ideo pœna corporalis additur, quam sentiat, s. vt mittatur in tenebras exteriores, i. in carcerem, qui est tenebrosus, & extra domum, & ibi est fletus, & stridor dentium præ frigore, & malorum magnitudine, quæ seruus malus ibi patietur, sic autem factum est in malo seruo, quem constituerat dominus super familiam suam, nam dominus veniens eum priuat administratione familię, & in tenebras exteriores mittit.

Quis sit homo iste peregre proficiscens quo ad sensum quem Christus intendit per parabolam. Quæst. CXXVI.

NVNC vero redeundo ad applicationem parabolę ad sensum quem Christus intēdit dubiū est quis sit homo iste peregre proficiscens, & quomodo seruos vocat.

Dicendum, ꝙ istud de Deo intelligitur, sed potest accipi de Deo secundū naturā deitatis, vel de Christo secundum naturam humanitatis. Et ratio huius est, quia hic agitur de ratione, quæ exigetur ab hominibus in die iudicij de omnibus donis a Deo collatis, & quia, vt dictum est supra ista parabola de omnibus hominibus intelligitur, & non specialiter de prælatis, oportet, ꝙ ista ratio reddenda aliter pertineat ad omnes homines, & tū non acceperunt omnes homines a Christo, vt homo est, dona sed a Deo, quia a principio sęculi vsque ad finem non desinit dona sua communicare. Sed tunc dicetur quomodo peregre proficiscitur Deus, qui ista dona distribuit? Dicēdum, ꝙ proficisci peregre pertinet ad modum parabolę, quia dominus ille, qui seruis talenta tradidit, peregre profectus est, ideo licet non conueniat secundum totam proprietatem intentioni sensus applicatur secundum aliquid. Est ergo intelligendum, ꝙ Deus non potest dici peregre profectus, quia qui peregrinatur absens est, sed Deus nulli loco est absens, sed omnibus præsens, ideo non peregrinatur. Secundo, quia qui peregrinatur extra regionem suam vadit. Deus autem, & si aliquo modo absens esse videatur, tamen non peregrinatur, quia in regione sua est. s. in vniuersitate rerū quas cōdidit. Sed potest dici, ꝙ peregrinatur vno modo, quasi sit nobis p̄sens aliquādo, & aliquando nō. Deus enim cum per essentiam suam a nobis non videatur, absens dicitur esse a nobis, nisi quandiu operationem aliquam in nobis ostendit, Deus autem habet operationem dupliciter in nobis. Primo, quia nobis creatis dat dona. Secundo quando postea de lucro habito cum donis rationem exigit. Et ideo quantum ad primum habet se, sicut dominus distribuens seruis suis munera, quantū ad secundū habet se, sicut dominus rediens, & rōnem exigens: quantum ad medium tempus habet se, vt dominus peregre profectus, & ita dī peregrinari licet non peregrinet. Secūdo pōt dici peregrinari nō quantū ad se, sed quantū ad nos, non. n. peregrinat ip se, quasi sit in aliena regione, sed nos peregrinamur ab eo. Sic. n. dī 2. Corin. 5. c. quādiu viuimus peregrinamur a Domino. Tertio potest dici peregrinari, quia nos libere agere sinit, quasi nō esset præsens ad similitudinem domini, nam dominus cōmisit talēta sua seruis quādiu ipse futurus erat absens. non aūt cum præsens erat, quia tunc ipse videret quid quotidie serui agerent circa pecuniam suam, & non esset locus seruo pigro absondēdi talentū in terra, & manēdi sine lucro, sed ꝙa dominus absens est possunt agere serui ad nutum: ita & quantū ad omnes homines, licet Deus semper præsens sit, tū p̄mittit eos agere ad nutū bene, vel male, & abutēdo donis ab eo cōcessis si velint, ideo vī peregrinari, quasi non videat rem suam tractari, postea vero rōnē administrationis exiget, & tunc præsens esse, & de peregrinatione redisse videbitur. Sed ēt potest applicari hoc quantū ad Christum, qui Dominus est, & seruos habet, & talēta illis committit, & negociantur, & ille peregrinatur.

Est quidem Dominus, quia Deus est æqualis Patri, vel dominus est etiam s̄m humanitatem, quia per sanguinem suum acquisiuit sibi Ecclesiam Actu. 20. c. ideo etiam inquantum homo omnes sumus serui eius, quia nos redemit a culpa, & morte, & diabolo. Seruos, aūt habet specialiter omnes de Ecclesia, i. credentes, nā istos acquisiuit sibi, & ipsi seruiunt ei sponte colentes eum in Deum, & Dominum. Etiam omnes hoīes infideles serui sunt, nō ꝙ ei seruiūt, ꝙa oberrant a veritate, sed quia ipse pro illis quoque sanguinē suum fudit, & ab eis rōnē exiget. Dicitur aūt proficisci peregre per corporalem absentiā, fuit. n. aliquando inter homines conuersatus, & prædicauit, postea vero resurgens a mortuis aliquando cū discipulis cōuersatus, ascendit in cęlum, & peregrinatur a nobis.

Sed istud quoque large dictum videtur, quia ibi non peregrinatur, quia in suis est, & in loco beatitudinis corporum, & animarum, dicitur tī peregrinari, i. ab hominibus secundū p̄sentiam corporalem elōgari, & etiam pp carnem, quæ translata est in cęlum cuius locus non est cęlum, sed terra. Sic dicit Grego. in homilia. s. homo autem iste, qui peregre proficiscitur Redemptor noster est, qui in ea carne, q̄ assumpserat abijt in cęlum, carnis enim proprie locus terra est, quæ quasi ad peregrinandum ducitur dū per Redemptorem nostrum in cęlo collocatur. Et ideo dicunt, ꝙ magis conuenit Christo secundum naturam assumptam istud, quam secundum deitatem, nam secūdum deitatem vbique est, & ipse ait discipulis, Ego enim semper vobiscum sum vsque ad consummationem sęculi infra 28. c. Sic dicit Origenes super Mat. s. secundum diuinitatis suę naturam non peregrinatur, sed peregrinatur secūdū dispensationem corporis, quod suscepit, qui enim dicit discipulis, ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sęculi vnigenitus Dei est, qui non est corporeo ambitu circunclusus, hæc aūt dicentes non soluimus Iesum, sed vnicuique proprietatē substātię suę seruamus. Possumus autem, & talia dicere, quia peregrinatur Deus per fidem ambulantibus, & nō per speciem, si autem peregrinantes a corpore cum Domino fuerimus, tūc ipse erit nobiscum.

Quid est, quod dicitur, vocauit seruos suos, & quomodo applicetur Christo. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR quid est, quod dicitur, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua? Dicēdū, ꝙ vtroque mō p̄t accipi de suprapositis sensibus. Si. n. dicamus, ꝙ Deus est iste dñs s̄m naturā diuinā, & oēs homines serui, vocat seruos suos, s. qñ producit eos in esse, nam Deus vocat ea, quæ nō sunt, tanq̄ ea q̄ sunt, & hoc vocare non est nisi producere ad esse ad similitudinem

litudinem vocationis nostrę. Nos enim vocamus homines, vt veniant, eos.n. qui nō sunt nō possumus vocare. Deus aūt hoc potest, ꝙ vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt 1. Corin. 2. c. ſ. quia facit esse cū non fuerint, & ita per vocationem deducit ad esse, pp quod potest dici, ꝙ Deus vocat seruos suos, qñ vocat homines, vt sint, & tunc tradit eis bona sua, quia dat eis naturalia dona de quib⁹ rōnē reddituri sunt. Alio modo quandocunque procedēte ętate dat eis aliqua dona, cum Deus non det homini omnia dona a principio, & tunc vocare dicitur per similitudinem, nam sicut ille, qui alicui benefacere vult vocat eum, vt præsens ei efficiatur, & possit bonum conferre illi, ita cū Deus velit benefacere, & interdum benefaciat nobis, & non videatur nobis præsens esse, cum non appareat corporaliter nisi cum dicimus, ꝙ aliquid circa nos faciat, dicemus, quòd vocat eos quibus benefacere vult, quasi per hoc eos sibi præsentes faciat, vt benefacere possit. Accipiendo aūt de Christo est sensus, ꝙ vocauit seruos suos, ſ. discipulos quibus cōmendauit bona sua, & ibi fuit vera vocatio, cum sit præsentia. & absentia corporalis. Vocauit aūt illos dupliciter. Primo qñ eos vocauit, vt secum essent, ſ. discipuli eius, sic patet de Petro, & Andrea supra 4. c. & de Ioāne, & Iacobo e.c. & Mar. 1. Sic ętiam vocauit Matthæum supra 9. c. & tunc tradidit eis bona sua. Alia vocatio fuit, qñ elegit eos in Apostolatum, nam congregauit omnes, & elegit quos voluit, & eos Apostolos nominauit supra 10. & Luc. 6. c. discipulos aūtē alios vocauit secunda vice, quando misit eos binos ante faciem suam, & ad prædicandum Luc. 10. c.

Quomodo est verum, quòd tradidit illis bona sua, & quæ sunt bona Dei. Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ tradidit illis bona sua? Dicendū, ꝙ accipiēdo istū Dominum, i. Deum secundū substantiam diuinam tradidit seruis suis, i. omnibus hominibus bona sua, non quidem bona, quæ sunt eius, ideſt in substantia, vel essentia sua, quia ista nō possunt communicari, sed Pater Filio illa dat per generationē nihil reseruando, quod non det, & sic dixit Christus Io. 16. omnia, quæ Pater habet mea sunt, ideſt omnia essentialia, quæ ille habet ego habeo, & Pater, & filius communicant illa bona Spirituisancto per spirationem. Et ita dixit de illo Christus Io. 16. c. de meo accipiet. i. de substantia mea. hæc enim bona Dei non communicantur nobis. Alia sunt bona Dei, i. possessa ab eo, scilicet totus mundus Psal. 103. impleta est terra possessione tua. Nam Domini est terra, & plenitudo eius. Psal. 23. Alia sunt bona Dei, i. quæ ipse creat, sicut gratia gratis data, vel bonum quodcunque, quod in homine est, vt sanitas, robur, sapientia, & similia, quæ omnia sunt bona Dei, quia ab eo causantur, & dātur. De primis horum patet, quia ipse dat nobis illa, nam diuitias ipse dat cui vult, & ideo dixit Salomon. diuitias, & paupertatē ne mihi dederis Prouer. 30. & maximas diuitias, & potentatus ipse tribuit, & regna. Danie. 4. c. donec scias, quòd Altissimus dominatur in regno hominum, & cuicūque voluerit dabit illud. etiā malis ipse regna dat. Iob. 34. c. qui facit regnare hypocritam. De secundis apparet, quia totam bonam corporis, & animę dispositionem, quæ pertinet ad naturalia, tribuit nobis in vtero matris, & postea quotidie dat, & adhuc ista magis sunt a Deo, q̄ diuitię, & bona fortunę, quia ad illa aliquid conferūt homines, ad ista vero naturalia non conferunt, maxime ad ea, quę sunt animæ, & de omnibus his vsuram Deus vult, & ei rō reddenda est. Accipiēdo autem dīm istum, i. Christū, & seruos, ideſt discipulos, dicitur eis tradidisse bona sua, quia dedit illis potestatem faciēdi miracula supra 10. & Mar. 6. & Lu. 9. & dedit eis auctoritatem prędicandi e.c. & tandem dedit plenam sapientiam ad omnia necessaria misso Spiritusancto Actu. 1. sic dicit Hie. super Mat. vocatis Apostolis doctrinam Euangeliorum tradidit.

Sed dicendum, quòd melius accipitur primo modo, quia non solum discipulis commissa sunt bona Dei, de quibus ratio danda est, sed omnibus hominibus, cum omnes teneantur ad rationem aliquam, & nemo tenetur rationem dare nisi de eo, quod commissum est.

Quid signatur per hoc, quòd quibusdam data sunt quinque alij duo &c. Quæst. CXXIX.

QVAERETVR quid signatur per hoc, quòd quibusdam data sunt quinque talenta, alij duo, alij vnum?

Dicendum, quòd ponitur ad signandam inęqualitatem gratiarum, dat enim Deus bona hominibus, sed non dat omnibus ęqualiter, quibusdā enim plus, alijs minus tam de bonis gratis datis, quam de gratia sine charitate, in omnibus enim videmus homines inæquales. Et cum omnia ista a Deo proueniāt, distribuit talenta sua inæqualiter. Sic dicit Hier. super Mat. in quinque enim, & duobus, & vno talento diuersas gratias intelligimus, q̄ vnicuique traditę sunt.

Sed dicetur quid si accipiatur de distributione donorum, quæ Christus fecit super Apostolos, nam non apparet talis diuersitas inter eos, vt quidam in quinque, & alij in duo, aut in vnum se habeant.

Dicendum, quòd licet Apostolo cuilibet, & discipulo Christus dedit gratiam copiosam, non tamen omnibus æqualiter, sed quibusdam plus, alijs minus, & maxime inter Apostolos, & discipulos magna differentia fuit gradus, & status, & ita videtur esse meriti, & tamen nō videtur talis fuisse inter eos expresse differentia, ideſt duorū quinque, & vnius talenti, vnde melius accipitur pro omnibus hominibus, inter quos varia distributio donorum Dei, quam pro discipulis Christi solis, vt dictum est præcedenti q.

Quare ista distributio per tres gradus signatur cum posset signari per plures. Quæst. CXXX.

SED quæretur quare signatur ista distributio per tres gradus, siue per tres seruos, quia poterat signari per quatuor, aut plures.

Dici potest vno modo, ꝙ forte fuit ex parte parabolę, vt si habebat solum tres seruos ille dominus qui distribuit ista talenta, diuisit illa per tres.

Sed dicendum melius, quòd non fuit deductum propter parabolam, sed propter significationem, nam sic etiam in alia parabola, quam posuit Luc. 19. c. licet ponantur decem serui, ponuntur soli tres modi negociationis, scilicet vnus lucratus est decem, alius quinque, alius tenuit in sudario ligatam pecuniam, nunc vero totidem seruos, quot modos negociandi ponere vult, & tamen vnus quinque, alius duo lucratus est, alius vero occultauit talētum, ideo tres serui ponuntur. Secundo fuit specialiter ad signandum statum omnium hominum, qui per hæc tria designantur, nam eorum quidam sunt boni, alij mali, omnes mali designantur per vnum seruum, qui accepit vnum talentum, & occultauit illud, boni autem designantur per duos seruos, qui aliquid lucrati sunt, ideo positi fuerunt tres serui.

Sed dices ad qd positi fuerūt duo serui, ꝓ bonis, qa

sufficiebat vnus, sicut pro malis? Dicendum ꝙ fuerūt positi ad designandam inæqualitatem præmij & meriti. nam non sunt omnes boni equales in accipiendo bona a Deo, neque etiam æqualia lucra inde faciunt, neque æqualia præmia percipiunt, ideo vt designetur aliqua dīa inter bonos ponuntur duo gradus eorum, quia per hos possumus intelligere omnes quot quot sint etiam infiniti. Sed dicetur quare ergo non ponūtur pro malis hic saltem duo serui. quod videtur hic necessarium? Primo quia mali recipiunt a Deo dona de quibus Deus inæqualiter distribuit illis. Secundo, quia mali non sunt omnes æquales, sed multum inæquales. Dicendum, ꝙ pro malis non debuit poni, nisi vnus seruus. & ratio est quia mali se habēt dupliciter. ſ. in committendo malum, & in omittēdo facere bonum. hic autem agitur de sola omissione: omissio autem est vnius modi, quia consistit in priuatione quæ non recipit magis & minus. ideo omnes omittentes vnum modum habent. ſ. quia quantum ad id in quo omittere dicuntur, nihil faciunt. Et ideo oēs signātur per seruum qui accepit vnum talentum, & abscondit illud. nam si ponerētur multi serui mali hic, qui diuersa talenta accepissent, oēs omitterent negociari abscōdentes talenta, ideo non fuit conueniens poni, nisi vnum. de bonis aūt secus est, quia illi lucrantur aliquid & consistit lucrum in operatione, illa autē non se hēt vno modo, ideo oportuit poni duos seruos saltem ad signandum bonos. Ad primum. ſ. ꝙ mali recipiunt a Deo dona inæqualia verū est, & tamen circa illa non dant rationem, nisi de omissione illorum. ſ. quia non operati sunt cum illis, sed siue quis multa, siue pauca habeat, omissio eadem est, ideſt nihil facere cum illis donis, ideo omnes mali & pigri designantur sufficiēter per vnum seruum. Ad secundum dicēdum, ꝙ mali sunt inæquales in committēdo mala, quia quidam plura, aut maiora quam alij committunt, & in cōmissione, quia est positiua, est dare magis & minus. secus autem in omissione quæ nihil ponit. Aliter etiam circa hoc dicendum, ꝙ aliqui peccant magis in omissione quam alij, ſ. quia pluries omiserunt, aut circa maiora, & tamen quantum ad rationem omissionis nihil augetur, quia totum est priuatiuum, aut negatiuum.

Quare talenta fuerunt quinque, duo, & vnum, & de applicatione quorundam, an sit bona. Quæst. CXXXI.

QVAERETVR dato ꝙ isti serui debeāt esse tres, quare numerus talentorum specialiter fuit reductus ad hunc numerum. ſ. quinque, duo, vnum.

Aliqui dicunt non esse aliquam rationem specialem in hoc, sed solum quia sic accidit illi domino qui distribuit facultates seruis. ideo tot Christus posuit.

Alij dicunt per quinque talenta signari quinque libros legis, & seruum cui data sunt ista talenta esse populum Iudaicum, & hoc quantum ad illos qui de Iudæis ad Christum conuersi sunt. seruus duorum talentorum est populus Gentilium conuersus ad Christū. seruus autem qui accepit vnum talētum est populus Iudæorum non conuersus ad Christum. sic dicit Hilarius super Matth.

Alij dicunt quinque talenta esse quinque corporis sensus. duo talenta intellectus & operatio. vnum autē talentum est intellectus tantum. Sic dicit Greg. in Homilia, ſ. quinque talentorum nomine dona quinque sensuum, ideſt exteriorum scientia designatur &c.

Alij dicunt, ꝙ quinque talenta signant doctrinam sacrarum scripturarum. doctrina autem secularis per duo designatur talenta. vnum vero signat eos qui in vtroque minus perfecti sunt. Sic dicit Hierony. super Matt. tres sunt proprij serui, sicut tria sunt genera eorum qui fructum faciunt. Et quinque quidem accepit talenta qui omnia sensibilia scripturarum potest adducere ad sensus diuiniores. duo autem qui est doctrinam corporalem edoctus. duo.n. videtur carnalis numerus esse. sed adhuc minus potenti paterfamil. vnum talentum dedit. Sed dicendum ꝙ nulla applicatio harum est cōueniens. Et ratio est, quia per istas distributiones talentorum signantur oīa bona q̄ Deus nobis dat, & tamen nulla applicatio conuenit ad hoc. patet dictum. nam ab omnibus hominibus rō petenda est in iudicio de oībus bonis commissis eis a Deo, de quibus poterant fructū aliquem habere. Sed nulla applicatio harum facit per hanc parabolā signari omnia bona data hominibus. ergo nulla est sufficiens. patet de prima, quia præter libros legis quinque, & præter confessionem naturæ humanæ & diuinæ in Christo sunt alia dona. Etiam de secunda positione præter scientiam exteriorum, & doctrinam, & operationem sunt alia dona. de tertia applicatione idem est.

Dicendum ergo in his talentis nil signari, nisi in generali differentias donorum quantum ad magnitudinem, & paritatem, ita ꝙ aliquis ad aliū⁹ quincupl⁹ est, & aliquis ad alium duplus. Sic dicit Hieron. super Matt. ſ. in quinque & duobus, & vno talento diuersas gratias intelligimus, quæ vnicuiq; traditæ sunt. ſ. quē enim videris eorum qui acceperunt a Christo dispēsationem eloquiorum dic alios habere amplius, alios autem minus, & vt ita dicam, neque in dimidio intelligentes rerum negocia comparatione meliorum, alios autem adhuc minus habere videbis differentias eorum qui eloquia Domini susceperunt a Christo, quoniam alia fuit virtus eorū quibus data sunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum, & alter alterius non capiebat mēsuram, & qui accepit talentum vnum accepit quidem datum non contemptibile: multum est enim & vnum talentum talis domini.

Quid sunt ista talenta data ad veritatem parabolæ an pecunia, vel pondus. Quæst. CXXXII.

QVAERETVR quid sunt ista talenta data ad veritatem parabolæ, & an sint pecunia, vel pondus. Aliqui dicunt pecuniam, vel monetam esse, eo ꝙ dr̄ in litera, oportuit te committere pecuniam meā nūmularijs, & loquitur ibi de talento vno. Alij dicunt esse pondus, quia ita solemus cōiter accipere. Dicendū ꝙ talentum est nomen ponderis, & nō pecuniæ. esset enim alias nomen monetæ quod falsum est, & vbicūque inueniatur pondus est: immo est maximū oīum ponderum, quia post talentū nil inuenimus in pōderibus, nisi replicare illud. Sic dicit Isido. Etym. lib. 16. ſ. talētum summum pondus perhibet esse in Grecis. nam nihil est calco minus, nihil talento maius, cuius varium apud diuersas gentes pondus hr̄. apud Romanos talentū pondus est 72. librarum, sicut Plautus ait, qui ostēdit duo talenta esse 140. libras. Est aūt triplex talentum. ſ. minus, medium, summum. minus 40. medium 72. summum 120. librarum constat. Sed dicendum ꝙ cum non solum mensura, & pondus maximū sed ēt minora, i. libræ & vnciæ non sunt æqualia apud oēs gentes, non possumus nunc scire quantū esset talentum istud qd̄ seruis dabatur fm nostram mensurationē ponderū. Nam apud nos talentū argenti & auri paruum pondus est. Dicendū aūt ꝙ quicquid istud sit ꝙ talentū erat signat pecuniam q̄ ad illud pondus dabat, siue aurū, siue argentum sit, & putatur cōiter esse monetā, qa dr̄ oportuit te committere pecuniā meā nummularijs, sed pecuniam monetam vocamus.

Triplex talentū.

Dicendum tamē ꝙ potest intelligi ista talenta esse

aurum, vel argentum rude, non formatum in monetam. Vel q̄ sit moneta, quia vocabulum Græcū ibi positum, idest argyrion potest signare vtrūque. Sic dicit Hier. super Matt. magis tñ tenēdum est, q̄ fuerit moneta q̄ metallum rude, cum litera nostra pecuniā vocet, & illa pecunia dabatur ad pondus illud: & tunc dicēt, quòd erat moneta argentea vel aurea, quia æneas monetas, aut aliorum metallorum nō ponderamus, sed characterem earum inspicimus.

Quid est quod dicitur, quòd dominus dedit vnicuiq; seruorum iuxta virtutem, & quomodo infundantur a Deo virtutes in anima, & an cœlum ad hanc animæ perfectionem concurrat, Et an anima ante quam infundatur habeat esse actu.

Quæst. CXXXIII.

QVAERETVR quid est quod dicitur, q̄ dñs dedit vnicuique seruorū iuxta propriam virtutē. Dicendum q̄ primo dr̄ hoc pp rationem parabolæ. nam dñs qui seruis talenta ista commisit cōsiderauit in eis aptitudinem ad ministrādum cū eis, quia alias imprudens esset. Secundo quantū ad intentionē Christi ponentis parabolam, nam Deus dona dat, & vnicuique dat ſm propriam mensuram, vel virtutem, i. capacitatem. Tertio dr̄ hoc ad instructionem nostram, cū loco Dei existentes alijs communicamus vtilitatem diuinorū donorū. nam non debemus oībus æqualiter cōicare, sed singulis pro sua capacitate. sic ponitur. 1. Cor. 3. c. s. ego fratres non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed tanq̄ carnalibus, tanq̄ paruulis in Christo lac dedi vobis potum non escam: nondū. n. poteratis, nec nunc quidem potestis, & intelligit̄ de doctrina plana quam eis prædicauit. Non. n. p̄dicauit subtilia in fide, quia nondum erant capaces eorū, vnde nō prædicabat eis nisi Christū, & hunc crucifixū. 1. Cor. 1. i. non prædicabat eis, nisi res planas, & historias de passione Christi. Et sicut doctores debent dare vnicuique doctrinam fidei, sicut ille capax est: ita & qui docentur non debent pmittere sibi dici maiora q̄ ipsi capiant. ad Ro. 12. c. nō plus sapere q̄ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, i. quilibet velit sapere. i. audire quantum oportet ad sobrietatem, i. quātū satis est ad mensuram suam implendam. De datione horū dono I rū dicit Hier. super Mat. tradidit non sup largitate, aut parcitate alteri plus, alteri minus tribuens, sed pro accipientiū viribus, quo modo & Apostolus eos qui solidum cibū capere non poterant lacte potasse dicit. & idem est ex parte eorum qui docentur. admonent̄. n. non petere altiora se. 1. Pe. 2. c. s. quasi modo geniti infantes lac rationabile concupiscite. i. nō petatis ardua in fide, quæ sunt solidus cibus, sed parua quæ sunt, vt lac cibus tener, siue potus, & sit illud rationabile. i. tātum quantum ſm rōnem capitur in vobis. Circa hæc dona quæ Deus dat, qūo det vnicuique ſm propriam virtutem. i. capacitatem considerandum est, quia q̄dā sunt dona Dei quæ p̄ueniunt in homine, vt sic vel simul cū esse dantur. quædam alia dātur postquam homo est. De primis, vt bona dispositio corporis q̄ facit robur, viuacitatem sensuū, pulchritudinem, sanitatē. Alia aūt sunt quæ subsequunt̄ hominem existentem sicut gratiæ, & virtutū infusio, & quæcunq; quotidie homini adueniunt, siue de gratis datis, siue de gratia. De primis dicendum, q̄ non dantur ſm mensurā, vel virtutem capacitatis, & dare alicui magnam, aut paruam capacitatem est de primis, & magnis muner̄ib⁹, radix autem capacitatis huius ex parte corporis se tenet. nā illa bona quæ in anima sunt posteriora ea sunt ſm capacitatem animæ, sed aīa licet quantum ad qdditatem in oībus inueniatur æqualiter, quia quidditas non est maior, aut minor, neq; magis aut minus. Sed F quantum ad esse non inuenitur aīa equaliter in omnibus hominibus. Est. n. anima natura quædam spūalis quæ corpore cōicatur, & illa ſm se non habet terminum, quia non est aliquid compositū, ideo pōt cōicari magis & minus, ſm q̄ corpus cui cōicatur est capacius. Et ideo ſm capacitatē corporis est terminus naturæ animæ in homine: hoc. n. facit videri quosdā homines alijs perspicaciores, & ingeniosiores esse, & de singulis aīæ virtutibus multo plus alijs habere, ſm q̄ anima inæqualiter cōicatur diuersis, manente aīa eadem ſm speciem. istum aūt terminum accipit anima ex dispositione corporis ad suscipiēdū eam, quia corpus humanū est natum informari tali aīa ſm dispositiones quæ in eo sunt, & nullum aliud corpus est capax illius animæ, sed dispositiones istæ non consistūt G in indiuisibili, sed possunt esse ſm magis, & minus. iō necesse est quædam corpora humana capaciora esse aīæ quam alia, & potest intendi ista dria maioris, & minoris dispositionis, quousque inueniatur aīa ī aliquo corpore terminata ſm totam perfectionem quę pōt competere ei ſm speciem. Ex hoc autē si Deus vult alicui infundere animam perfectā ſm naturales virtutes incipit a corpore, & dat ei corpus bene dispositum, & ſm differentiam dispositionis ex parte corporis, ita est gradus diuersus cōicationis animæ, immo ista se habent necessario. s. vt si corpus alicuius in infusione animæ fuit magis dispositum, & capacius forH mæ quam corpus alterius, q̄ anima sit terminata in illo ſm perfectius, vel perfectiorem gradum naturæ. Et pp hoc putāt aliqui aīas tales esse in hominibus quales illas esse fecerunt corpora cęlestia. & hoc Arist. tāgit 3. de Anima allegans Homerum. s. q̄ talis est intellectus cuiuslibet qualem in die dedit Pater Deorū virorumq;. sed hoc intelligitur de die conceptionis. & ex tunc accipitur iudicium, & p naiuitatē de conditionibus nati. non pp aliud, nisi quia corpora cęlestia influunt super corpus, & disponūt illud ēt antequam animetur ad hoc, q̄ tale vel tale sit, & ſm exigentiam illius dispositionis sequitur gradus aīæ. & hoc idem signatur Sap. 7. c. puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. sortiri autem bonam animam est, quaſ per sortem accipere animam perfectam, p sortem autem accipere dicimur illud, quod nō est in potestate nostra, sed pendet ex alio. Dicendum autem q̄ verum est cœlum facere multum ad perfectionē, vel gradum animæ nostræ: non tñ potest facere directe. nam aīa nostra est spiritus immaterialis, super immaterialia autem nihil potest facere corpus. facit autem indirecte. s. quia anima cōicatur perfectius, & imperfectius corpori, ſm q̄ est magis, aut minus capax, sed dispositio illa fit ex influxu cęli super corpus. ergo facit cœlū aut perfectiorem, aut minus perfectam esse animam. hoc autem licet verum sit, tamen perfectio animæ a Deo est, & q̄ in nobis sit anima perfecta, vel minus perfecta à Deo prouenit, quia si ipse vult, q̄ aliK quis homo habeat animam perfectam facit eum nasci in tali tempore, & ex talibus seminibus, vt necesse sit materiam illam optime dispositam capacem esse animæ excellentis. vnde totum diuino nutu regitur, quod de perfectione animæ, & de dispositione corporis nostri agitur.

Sciendum tamen q̄ iste terminus animæ, ſm esse in corpore, qui acquirit̄ ex varijs dispositionibus, non attenditur, nisi in infusione animæ. tunc enim illa cō municatur corpori. subsequētes autem dispositiones nihil ad hoc faciunt. Et patet quia aīa cum sit natura quædam cōicabilis non est terminata proprijs terminis essendi, quia alias esset ens actu, & per se antequā communicaretur. Sed falsum est, quia anima non est ens completū, sed pars speciei, & iō non hēt esse actu, ante-

antequam infundatur corpori. nam si prius haberet esse actu, non posset esse forma, sed esset suppositum, & esset incommunicabile. Cum ergo nōdum habeat esse, & incipiat esse in corpore, etiam in corpore accipiet esse terminatum. Omne enim quod est creatum etiam terminatum est: ideo necesse est, q̄ vbi aliquid incipit esse pars speciei ibi terminetur, ideo in corpore accipiet anima terminationem. Et tñ incipit anima esse in corpore in infusione. ergo in ipso instanti infusionis accipiet esse terminatum, necesse est autē animam accipere terminationem a corpore, cui vnitur, quia si a seipsa acciperet terminationem, esset p se ens, quod est falsum, quia tunc esset suppositum, & non pars speciei. Secundo quia cū in omnibus hominibus inueniatur, esset in omnibus æqualis, quod falsum est. ergo non terminatur a seipsa, vel ex conditione suæ naturæ. relinquitur ergo q̄ terminetur a corpore. nam non est aliud a quo terminetur, nisi vel a seipsa, vel ab eo cui vnitur, sed nō terminatur a seipsa, vel ex conditione suæ naturæ, vt dictum est, ideo terminatur ex corpore. Et tunc sequitur necessario, q̄ accipit anima terminationem in ipso instanti infusionis, q̄ a in illo instanti anima incipit esse in corpore. ideo aut tunc est terminata aut non, si non est terminata, non est, quia nihil creatum est, q̄ nō sit terminatum. Etiā quia si tunc non est terminata, nunquam vr̄ qñ sit terminata, cum non plus possit anima accipere in corpore post, quam tunc aīa in se non suscipiat aliquid per successionem. Et sic quales sunt dispositiones in corpore in ipso instāti infusionis, talis est terminatio animæ in corpore & gradus eius. De dispositionibus aūt postea sequentibus ad melius, vel deterius nihil est, quātum ad gradum, & perfectionem aīæ, quia aīa accepit semel esse determinatum, ideo illud nunquam pōt perdere, quia sicut ipsa est incorruptibilis, ita & esse suum, & modus, siue mensura essendi non pōt permutari. si igitur adueniant postea meliores dispositiones non efficitur anima melioris, aut maioris gradus, quia non potest variari in esse suo. Sed ad hoc faciunt illæ dispositiones, quia perfectionem accidentalem possibilem ſm illum gradum, vel capacitatem aīę facilius, & melius cōsequetur, dispositiones autem malæ, postea aduenientes non minuunt gradum animę, sed manet idem gradus, & tamē impeditur anima in operationibus illis, & forte perfectionem illā acciden talem cuius capax est ſm illum gradum capacitatis, nunquam habebit, vel habebit cū difficultate. Ex his apparet, q̄ primum bonum, quod Deus cōfert homini est capacitas aliorum bonorum, quæ tam ex parte corporis quam animæ habet se. sed prima capacitas simpliciter est corporis, ſm quam determinatur certus gradus, vel terminatio animæ, deinde autē est capacitas ipsius animæ consecuta ex corpore, ex qua sequitur determinatio donorum quæ postea dantur.

Circa primum donum, quod est capacitas corporis non datur aliqua virtus, vel mensura præcedēs, ſm quam detur illa, sed ipsa est mensura omnium sequētium, ideo magnitudo illius capacitatis nō habet terminum, nisi ex diuina voluntate: quantam enim dare vult tantam dat, dum tñ capiatur intra terminos speciei, quia si corpus perfectius disponeretur, fortassis non esset materia propria animæ rationalis. Et ideo citra terminum latitudinis illius quam non excedit species, aut quidditas animæ est dispositio, quæ fit in corporibus ad suscipiēdam animam. Alia autem sunt dona quæ dantur ſm capacitatem istam, sicut ea quę sequuntur ex dispositione corporis, s. sanitas, robur, viuacitas sensuum, pulchritudo. Aliud etiam sequitur ex corporis capacitate, idest determinatio animæ, vt dictū est. De primo dono, quod est capacitas ex parte

Dispositiones animā sequentes.

A corporis dictum est, q̄ non datur ſm aliquam mensūram: & etiam dicendum, q̄ de illo non petitur ratio, quia de illis solis donis petitur ratio, ex quibus potest immediate prouenire lucrum, s. operationes alicuius sed illa capacitas corporis non est immediate operatiua alicuius, sed solum est ad recipiēdum aliquid, ideo de illa non petitur ratio. Quantum ad alia dona naturalia quæ sequuntur capacitatem corporis, vt sanitas, vel sanatiuum esse, dicendum q̄ quædam illorum p̄sunt ad operationē, & de illis redditur ratio, sicut est sanitas nam licet sanitas nō sit forma operatiua facit, quòd omnes operationes sani sint perfectæ. nulla autem de corporalibus operationibus est perfecta in nō sano, ideo cum ille cui data est sanitas, & sanatiuum, B quæ est qualitas de secunda specie ad non facile ęgrotandum, possit facere plures operationes in cultum Dei, quam ille cui non data est talis qualitas, exigetur ab eo ratio. Sic etiam de robore corporis, quia illud directe prodest ad operationes multas, quæ sine robore fieri non possunt, vel saltem non perfecte, ideo de illo ratio petitur. Idem est de perspicacitate sensuum, quia ista multum, immo summe confert ad operationes, & est immediatum instrumētum operationum, & sic de ea ratio exigitur. De pulchritudine secus est, quia illa non est principium operatiuum, ideo neque de illa exigetur ratio, nisi inquantum pro illa gratias agere tenemur, quia est quoddam donum Dei, & facit aliquo modo ad fœlicitatem politicam. Sic dicit Arist. 1. Ethicor. quòd non est omnino fœlix qui turC pis facie est, vel sine prole.

De alio dono, idest de animæ perfectione, vel terminatione sua in corpore secundum gradum perfectum, dicendum q̄ datur homini ſm virtutem, idest mensuram præcedentem, quæ est capacitas corporis, & ista nō est principium immediatum actionum, q̄ est ens possibile, sed per virtutes receptas in anima secundum illum gradum terminationis est homo actiuus. quia in ista terminatione datur magnitudo luminis intellectus, & alia multa bona per quæ est quis operatiuus. Et fortassis nullum maius donum hominī datur quā ista capacitas animæ. & de ista ad summas D gratiarū actiones tenetur homo Deo, quia in illo dono quasi accipit simul omnia dona, prædicta enim dona accipit homo cum accipit, vt sit.

Alia sunt quæ accipit postquam est, & horū quędā sunt extrinseca quæ vocamus bona fortunę: alia vero intrinseca, quæ aut in corpore, aut in anima sunt. De primis dicendum, q̄ cum sint minima bonorū dātur sæpe nō ſm capacitatem, idest eis qui nulla bona merētur, immo eis qui mali sunt, sicut datur regnum hypocritis Iob 34. c. Etiam danē diuitiæ eis qui nesciunt eas expendere. Accipiendo autem de alijs perfectionibus quæ sunt intrinsecæ, sicut sapientia, & virtus Dicendum q̄ a Deo infundūtur ſm capacitatem cuiuslibet. ista enim sunt gratis data, & quādo Deus ea cōmunicat homini non est capax maioris perfectionis, sed potest Deus augere capacitatem, & consequēter E augebitur qualitas quę infunditur. De gratia aūt siue charitate per quam homo Deo charus efficitur dicēdum q̄ datur ſm capacitatem. Sed intelligendum, q̄ aut accipitur de prima gratia postquam quis nō est in gratia, i. dum erat in peccato de nouo accipit illā, aut de augmēto eiusdem postquam illa habet. De primo dicendum q̄ gratia communicatur iuxta mensuram capacitatis, & illa capacitas considerāt iuxta quantitatem naturalis terminationis aīæ, simul cū conatu ad habendū illam. nam conatus multū facit ad capacitatem. Et ideo licet sæpe homo de peccato resurgat, nō resurgit sp in charitatem equalem, licet capacitas naturalis sit ęqualis, s. quia nō est ęqualis conatus q̄ facit

ad maiorem vel minorem capacitatem pro tunc.

Quantum ad secundum de augmento gratiæ, aut charitatis dicendum ℭ quantitas augmenti est secundum quãtitatem dispositionis, siue capacitatis, & accipitur ista capacitas pro naturali, & pro ipso habitu charitatis simul cũ conatu, quæ omnia simul faciunt ad maioritatem augmenti, quæ omnia simul efficiũt vnam capacitatem, & secundum proportionem istorum simul in habentibus charitatem fit augmẽtum maius aut minus, & in eodem habente charitatem, cum continue fiat augmentum per actus, aliquando per vnum actum fit maius augmentum quam per alium. Et ita est sensus hic, ℭ bona spiritualia quę Deꝰ nobis confert, dat secundum capacitatem suscipientium, ita ℭ nunquam alicui minus dat quam susceptiuus sit, cum non sit auarus, neque plus quam susceptiuus sit, quia non caperentur in subiecto, & tñ quando alicui multum vult dare de bonis spiritualibus dat ei capacitatem ad illa, & tunc tantum dat quantum ille capax est.

Quare dicitur profectus est statim. Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR quare dicitur profectus est statim. Dicendum, ℭ quantum ad parabolam conueniens hęc fuit, vt ostensum est supra. Ad sensum autẽ parabolæ est conueniens vtroque modo. Nã accipiendo ℭ Deus sit dominus, iste semper absens est quãtũ ad præsentiam corporalem, quia nunquam oculis nostris cernitur, sed quando nobis dona aliqua dat, dicit esse præsens nobis propter operationem quam circa nos exercet. statim vero vt cõcesserit cessat ab illa operatione, ideo dicitur statim abire, & licet nõ videatur a nobis semper præsens est, sed recte abire dicit, vt nobis operandi arbitrium liberum maneat. nam quãdiu dominus instat, & vrget seruos, aspiciens opera eorũ nõ est eis locus ociãdi. cum vero absens est, locus est seruis libere agere malum vel bonum: vt ergo videat ℭ toto tempore quo dona Dei habemus liberum est nobis bene, & male illis vti, dicitur ℭ statim Deus recedit, quasi postea non assistat operi nostro. & ita dicit glo. profectus est statim non locum mutans, sed liberam eis potestatem operandi relinquens. Si autem accipiatur de Christo ſm carnem, verum est, ℭ statim abijt, quia postquã discipulos suos sufficienter instruxit in omnibus necessarijs, & tradidit eis doctrinam conuersationis, & prædicandi, recessit ab eis.

Quomodo applicatur ad parabolam lucrum quinque talentorum serui, & quid per quinque talenta signatur. Quæst. CXXXV.

QVAERETVR quomodo applicatur ad parabolam lucrum quinque talentorum serui qui quinque accepit talenta.

Dicendum ℭ varie applicari potest. Nam accipiẽdo seruum quinque talentorum pro populo Iudaico ad Christum cõuerso dicitur, ℭ lucratus est alia quinque, quia cognitionem quinque librorum Moysi duplicauit per fidem Euangelij, vt dicit Hilarius super Matth. Accipiendo pro quinque sensibus dr̃ lucrari quinque, qui docet de exterioribus rebus. Sic dicit Greg. in Homilia. ſ. sunt nonnulli, qui & si interna, & mystica penetrare nesciunt, pro intentione tñ supernæ patriæ docent recta quæ possunt de ipsis exterioribus quæ acceperunt, dumque se a carnis petulantia, a terrenarum rerum ambitu, atque a visibiliũ voluptate custodiunt, etiam alios excitatos compescunt. Et Orige. super Matth. ait. qui habent sensus exercitatos conuersati salutariter, & ad maiorem scientiam seipsos erigentes, & studiose docẽtes lucrati sunt alia ąnque, quia nemo facile accipit additamẽtum virtutis alterius, nisi eius quam ipse habet, & quanta ipse scit tanta docet alterum & non amplius. Accipiendo aũt pro eo qui potest interpretari scripturas ad diuiniores sensus trahendo dr̃ lucrari quinq;, quando ipsum donum interpretãdi exercet illas in eisdem sensibus exponendo. Sed dicẽdum ℭ istæ sunt quædam applicationes, sed non est ista intentio Christi. Nam nulla istarum expositionum facit intelligi parabolã de omnibus hominibus, sicut Christus intelligi voluit. Item prima non stat, quia lucrum maximum ponitur hic quinque talentorum, & tñ cõuerti ex lege Moysi, & in lege Christi impossibile, ℭ in quinque libris Moysi erat non est maximum lucrum aut meritum. ergo non est ille sensus. Secunda. ſ. Grego. non est intentio Christi. Primo quia Hiero. & Greg. in hoc repugnãt, quia Greg. vocat quinque talenta quinque sensus, & notitiam exteriorum rerum quæ p sensus cognoscuntur vocat donum quinque talentorum. Hier. autẽ vocat quinque talenta ipsam virtutem interpretãdi omnes sacras Scripturas ad sensus diuiniores. Et ista est sapientia summa. Greg. autem minimam cognitionẽ dixit signari per quinque talenta. Et ita ait, ℭ sunt quidam qui si interna ac mystica penetrare nesciunt &c. vt dictum est. ideo non est conueniens expositio, nisi per modum applicationum moralium. Secundo patet, quia maximum donum fuit hic quinque talẽtorum, ideo in donationibus Dei debet signare maximam, & tamen donum quinq; sensuum, ideſt cognitio exteriorum de minimis donis est, ideo non signatur conuenienter per quinque talenta. Tertio quia maius est donum quinque talentorum quã duorum, ideo in spiritualibus sic esse debet, & tamen secundũ expositionem Gregor. fit e contrario, quia per quinq; talenta signatur cognitio quinque sensuum solum, per duo talenta signatur intellectus, & operatio: & tamen quodlibet horum duorum maius est quam cognitio quinque sensuum, vel rerum exteriorũ. Quarto quia etiam vnum talentum erit maius donum quã quinque, quia vnum talentum signat intellectum, & tamen cognitio intellectiua est aliquid altius, quam cognitio sensitiua. sed hoc inconueniens est.

Expositio tertia etiam non conuenit, quia non est maximum omnium donorum scientia interpretandi scripturam ad sensus diuiniores, cum maius donũ sit fides, & charitas. 1. Cor. 13. c. Dicendũ ergo, ℭ sicut dictum est supra, intentio Christi erat signare diuersitatem donorum diuinorũ in hominibus. quidã enim maiora, alij minora accipiunt, & oĩa hæc causa breuitatis per duos gradus istos signauit. ſ. per quinque & duo. Iõ dicendũ, ℭ per quinque talenta signant maxima dona q̃ hoĩbus dantur a Deo quęcunque illa sint.

Quare specialiter dixit, quòd qui habuit quinque superlucratus est alia quinque, & quomodo lucrari dicamur dona spiritualia. Quæst. CXXXVI.

SED tunc quæretur quare ergo specialiter dixit, ℭ qui habuit quinq; superlucratus est alia quinq;. Dicendũ ℭ per hoc intelligit augmentũ donorũ spiritualiũ, & prouentuũ ipsorũ, qđ ex operatione, pueniunt dona aũt vel bona spiritualia augent̃ dupliciter. vel in ipsis, vel in fructu inde pueniente. De se patet. ga naturale est oĩbus habitibus, ℭ per opationẽ pficiunt, sicut gignunt̃, qđ in moralibus verũ est. 2. Ethi. gratuiti vero habitus, & dona nõ gignunt̃ ex operatione, sed ex infusione, & tñ augent̃ per operationẽ saltẽ dispositiue, quia augmentũ ipsorum solus Deus efficit. nã sicut solus Deus charitatem infundit qñ non est, ita ipse solus auget eam cum est, & tamẽ non augetur sine operatione nostra. Et ideo cum nobis operãtibus augetur in nobis donũ spirituale dicimur lucrari. Alio modo accipit extrinsece. ſ. pro fructu doni, vt si Deus alicui sapientiam det, & illam seminando multos instruat, & ita de quocunq; dono spirituali, quia omnia possunt prodesse ad ædificationẽ proximi, immo omnia dona spiritualia dantur ad vtilitatem Ecclesiæ, & manifestationem spiritus. 1. Cor. 12. & 14. c. Accipitur autem hic lucrum hoc secundo modo, cum ad hanc intentionem dentur dona, vt dispensemus ea alijs. Cum vero dicitur, quare dicitur quinque superlucratus. Aliqui dicunt, ℭ nõ dicitur specialiter propter rationem numeri, sed pp rationem dupli. ſ. quia quinq; habuit, & totidem acquisiuit. Sic dicit Origen. super Matt. quia lucrati sunt quinque, quia nemo facile alterius virtutis additamentum accipit, nisi eius quam habet, & quanta ipse scit tanta alterum docet, & non amplius. Sed aliter & melius dicendum ℭ non ponũtur quinq; specialiter ratione numeri, sed ratione magnitudinis conuenientis, & hoc ad parabolam conuenit. Nam cum dominus introducatur gaudens cũ his seruis, & laudans eos de lucro, oportet poni eos tanta lucratos quanta lucrari satis sit. Sed ad eũ qui habuit quinque satis erat immo multum lucrari quinque, iõ tot posita sunt. Ad rationem etiam sensus quẽ Christus intendit non oportebat esse quinque specialiter, sed satis erat esse aliquantum numerum, & debuit esse magnus, quia per hunc signat Christus maximum lucrum donorum. Nam sicut per quinque talenta signauit maxima dona, quæ hominibus dantur a Deo, ita per totidem acquisita signauit maxima lucra. Sed quod dicitur de ratione duplicationis non est causa præcipua. nam non est summum lucrum factum per donum, quod duplicet illud, ideſt, tantum sit in fructu quantum est domini, cum & possit multo plus augeri, & tamen hic signatur maximum lucrum. ergo non ponuntur quinque acquisita, quia duplicatur donum. Secundo quia etiam ponitur duplicatio ista in eo, cui duo data sunt, quia alia duo superlucratus est: ideo si propter rationem duplicationis ponerent̃ quinque, nihil plus lucratus esset qui quinque acquisiuit, quã qui duo: & tamen falsum est, quia dominus plus gaudet cum eo qui quinque acquisiuit, & illi iubet dari talentum eius qui illud in terra absconderat, & non illi qui duo acquisiuerat. ergo non ponũtur propter rationem duplicationis. Tertio quia ponuntur duo talenta, & quinque data, vt signẽtur duo gradus, vel differentiæ bonorum, & donorum, ita ergo in lucro debent poni differentię lucrorũ, ideo posuit quinque, & duo, & tamen si ad rationem duplicationis attenderẽtur æqualia lucra essent duo, & quinque, quia vtrunque duplicat talenta accepta. ergo non ponuntur sub ratione duplicationis Quarto & præcipue patet, quia aliam quoque parabolam similem Christus posuit de pecunijs domini datis seruis, & lucris eorũ, & tamen nõ posuit lucra per duplicationem, sed per inæqualitatem Luc. 19. c. quia quilibet seruorum accepit vnam, & vnus acquisiuit decem cũ vna, & alius acquisiuit quinque. & ita nullus ibi præcise duplicat acceptum, & ponitur de ambobus propter inæqualia lucra. Dicendum ergo, ℭ Christus posuit ista quinq; talenta acquisita ad signandos maximos fructus quos aliquis facit cum donis Dei, & ideo posuit hic duo inæqualia lucra, ſ. quinque talentorum, & talentorum duorum, vt per quinque maximum lucrum, aut fructus signetur, per duo autem quodlibet aliud lucrum minus. & propter istam excellẽtiam lucri iussit ei qui quinque lucratus est dari talentum eius, qui illud in terra absconderat.

Quare dicitur quòd qui habuit duo talenta lucratus est duo: & quid signatur per quinque & duo talenta. Quæst. CXXXVII.

CVM vero quæritur de illo qui duo habuit quare dicitur ℭ lucratus est duo. Dici posset iuxta positiones de talentis his, quia vt dictum est supra. aliqui dicunt duo talenta esse scientiam terrenorum vel secularium, vt Hiero. Et isti dicunt, quòd acceptis duobus alia duo acquirit, quia scientiam terrenorũ duplicat per acquisitionem cęlestium, cum ait. acceptis. n. terrenis sensibus cęlestium sibi notitiam duplicauit, ex creaturis intelligens creatorẽ, & corporalibus incorporalia, ex breuibus sempiterna.

Alij vt Hilarius dicunt duo talenta conuenire Gentilibus ad Christũ conuersis, & illi lucrantur alia duo, quia fidem Christi Dei, & hominis per operationem duplicauerunt. Alij dicũt signari intellectum, & operationem per duo talenta, vt ait Gregor. & ista duplicantur in operatione, cum ait idem Gregor ſ. sunt. n. nonnulli qui dum intelligendo, & operãdo alijs prędicant quasi duplicatum de negocio lucrum reportant, quia dum vtrique sexui prædicationem impẽdũt quasi accepta talenta geminantur. Sed vt præceden. quęst. dictum est, ista non est intentio Christi, sed sunt quædam applicationes morales. Sed veritas est, ℭ per quinque & duo talenta signat differentias omnium donorum datorum a Deo, & per quinque & duo superlucrata signat omnium fructuum differentias. ponuntur autem tanta lucra. vt vtrique videantur sufficienter lucrati ad hoc, ℘a domino laudẽtur. Sed rursus multo inæqualia sunt, vt videatur differentia fructuum, & ℭ maior gloria competat vni quam alteri, & poterat hoc signari per alios numeros etiam, dum tamen inueniretur ibi inæqualitas, sicut in parabola, Luc. 19. ca. vbi vnus accepta mna lucratus est decem, & alius accepta mna lucratus est quinque.

Quis est seruus ille qui acceptum talentum abscondit in terra. Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR quis est seruus ille qui acceptum talentum abscondit in terra.

Dicendum, quòd potest intelligi consequenter, vt dictum est supra, per multas expositiones. Dicunt. n. aliqui esse talentum istud donũ intellectus legis Moysi in illis qui ad Christum redire noluerunt. & isti talentum occultant, quia inuidentes Christo volunt distorquere intellectum legis suæ, vt non constet inde Christum esse Messiam, & suscipiendum fore. ga hoc est scripturam abscondere, sensum eius distorquere, vt veritas ignoretur, vel illum nulli reuelare. Sic dicit Hilarius super Matth. iste seruus qui talentum vnum accepit, & in terra recondidit populus est in lege persistens, qui propter inuidiam saluandarum gentium in terra acceptum talentum abscondit. In terra enim talentum abscondere est nouæ prædicationis gloriam sub obtrectatione corporeæ passionis occultare. Accipiendo secundum assignationem Grego. est vnum talentum domini intellectus, & illi abscondũt illud qui in terrenis negocijs implicant. Sic enim ait, talentum quippe in terra abscondere est acceptum ingenium terrenis actibus implicare.

Alij autem accipiunt non solum pro illis qui implicant in extraneis, sed etiam pro illis qui tacent, licet in terrenis non se implicent. Sic dicit Origenes super Matthæum, scilicet, si quãdo videris aliquem qui virtutem habet docendi, & animabus proficiendi, & hanc virtutem occultat, quamuis habeat quandam reli-

religionem conuersationis, nō dubites dicere talem esse qui accepit talentum vnū & abscondit illud. Dicendum ꝙ non debet talētum istud vnum accipi specialiter pro aliquo vno dono, quia vnum talētum est hic, quod absconditur, & tamen nullum genus doni est, quod abscondi non possit. nam abscondere opponitur ad negociari. qui enim negociari noluit abscondit talentum alij lucrati sunt qui negociabantur. qui autem nihil lucratus est abscondit talentum. Duplici ter autem potest quis ex talēto dato nullum lucrum ferre.

Vno modo conuertendo illud ad alios vsus quam illud a Deo donatum sit.

Alio modo nihil cum eo operando. De primo sicut dicit Greg. Sigs accepit donū ingenij quo poterat alijs prodesse in spiritualibus, prædicando, erudiendo consulendo, admonendo, scripturas exponendo, & alia huiusmodi faciendo quæ in cultum Dei cedunt, & proximi ædificationem, & non operatus hæc trāsfert se ad eloquētiam terrenam, & orationes amatorias, aut ad excogitandos dolos, & modos acquirendi diuitias immoderate. talis. n. occultat in terra, quia in reb⁹ terrenis illud implicat. Sic de quolibet dono est, quia nullum est, quod in cultum Dei cedere nō possit. Cum autem illud verterit habēs ad solas terrenas voluptates, aut curas, & occupationes iā illud absconditin terra, quia in spiritualibus, & rebus bonis fructū nullum facit. Sic etiam de diuitijs, & omnibus bonis fortunæ. nam licet ista sint minima bonorum Dei, tū in cultum eius, & virtutis vsum multum cedere possunt. Si quis vero ea totaliter ad seculi opera accōmodet, iam talentum in terra abscondit. Alius modus occultandi est nihil operari: licet enim quis ingenij dñi non implicet rebus transitorijs, si tñ nō ædificat cum illo docendo, consulendo, exhortādo, aut huiusmodi faciendo abscondittalētum in terra, & magnæ culpæ est, quia per ocium perdi facit tātum donum Dei, nō autē abscondit in terra, i. in terrenis actibus, sed in terra, i. in secreto. nam sicut id quod in terra recōditum est a nullo videtur, ita quod intra pectus nostrum est nemo considerat, quia nescit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in ipso. 1. Corint. 1. ca. Et ita cuiuscunq; doni dispensationem non faciamus, dicimur talentum illud absconditum in terra tenere.

Quare dicitur specialiter de eo qui talentum vnum accepit, quòd abscondit illud, & non de eo qui quinque aut duo acceperat. Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR, quare dicitur specialiter de eo qui talentum vnum accepit, ꝙ illud abscōdit in terra, cum quę habet talenta abscondi possint. Dicendum quòd vna ratio, & præcipua est propter parabolam. nam ita accidit, ideo ita narratum est. Secundo quia de seruis istis aliquis seruus futurus erat malꝰ, & hoc in non lucrando aliquid pro domino, quod erat talētum abscondere. conuenientius tñ fuit ꝙ poneretur abscondere talētum ille qui minus accepisset quam qui multa. Et ratio est, quia dicitur supra in litera, ꝙ dominus dedit ista talenta seruis vnicuique ſm ꝓpriā virtutem, idest ſm quantitatem prudentiæ, industriæ, & fidelitatis, quia hoc totum erat virtus serui ad ministrandum pecuniam dñi, qui autem abscondit pecuniam fuit minus prudens alijs, vel saltem minus fidelis, quia si prudens fuisset non absconderet, quia sciret hoc malum esse, & sciret qūo non abscondendo posset lucrari, etiam minus fidelis, quia si fideliter bona dñi caperet, daret operam ad iucra captāda ex illis bonis sibi datis: ideo necesse est hunc minus prudentem aut minus fidelem alijs fuisse. Et tñ ſm virtutem dedit dñs talenta, ideo necesse est eum qui abscondit datum fuisse minoris virtutis alijs, & consequenter ipsum esse minoris pecuniæ acceptorem, alias dñs decem ptus esset si huic dedisset quinque talenta, quia ei qui minimæ virtutis erat, maximam pecuniam dabat.

Quantum ad intentionē Christi oportebat, ꝙ vnus seruus poneretur occultans traditam sibi pecuniam, vt per eum signarentur omnes qui ſm data eis dona nihil fructificant. ꝙ autem poneretur iste esse qui quinque talenta habebat, aut qui duo, aut qui vnum non differebat.

Et ratio est, quia de omnibus modis donorum inueniuntur quædam abscondita. multi enim magna dona ingenij, aut aliarum probitatum a Deo acceperunt, cum quibus nihil fructificant, sed illa abscōdūt: alij vero minora habentes fructificant. Et ideo tā maxima quam media, quam minima dona cōtingit abscondi. sed hic nō potuit poni, nisi vnus seruus abscōdens pecuniam, ideo vt concordaret tam rationi parabolæ quam intentioni Christi debuit poni, ꝙ occultauit talentum qui minimum acceperat. nam ponendo ꝙ occultauit ea qui quinque, aut qui duo acceperat, conueniret quidem significationi, sed non intentioni parabolæ, vt dictum est. ideo de accipiente vnū dici debuit.

Alia ratio potest ad hoc esse, scilicet, quòd minima dona abscondantur, quia licet contingat abscōdi magna & maxima dona de gratis datis, non tamen contingit saltem communius abscōdi maxima dona de gratum facientibus. donum. n. intellectus, & prophetiæ, & genera linguarū, & huiusmodi sunt dona gratis data, quæ non gratificant. donū gratificationis est gratia & charitas. habentem aūt maxima dona gratis data cum parua, aut nulla charitate cōtingit ea abscōdere, sed hñtē parua dona gratis data cū magna charitate nō ꝓtingit ea occultare. a fortiori aūt ꝙ magna, aut mediocria dona gratis data hēt cū magna charitate nō abscondit illa. Rō huius est, qa non abscondere dona est exercere illa in cultum Dei. Nemo autē agit aliquid in cultum Dei, nisi qui Deum diligit. Ex charitate autem Deum diligimus, ideo qui charitatē habet non abscondit dona Dei, sed expendit illa in vtilitatem proximorum. qui autem nō diligit Deum, aut parum diligit abscondit dona eius interdum, vel implicat ea terrenis rebus, licet magna sint.

Quare dicitur quòd post multum tempus venit dominus seruorum illorum. Quæst. CXL.

QVAERETVR quare dicitur, quòd post multum tempus venit dominus seruorum illorum.

Dicendum quòd dominus seruorum venit ad seruos eo, quòd serui non possunt ire ad dominum. Iste enim aduentus est in morte, & tunc homo cum Deo esse potest, si talis eius vita fuerit, vt post mortem mereatur esse cum Christo. sed non potest homo ire ad Deū, sed oportet, vt Deus ad hominem veniat. & hoc verum est, siue in vita, siue in morte. In vita enim per conuersionem nemo ad Deum vadit, nisi Deus venerit ad eum, ideſt eum trahat. sic dicitur Io. 6. ca. nemo potest ad me venire, nisi Pater meus traxerit eū, ideſt non potest venire ad credendum in me, & sequendū me. & ad hoc venit Deus ad hominem, vt eū trahat Ioan. 14 cap. ſ. ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et hoc est, quia prima mutatio cordis non est in nobis maxime ad rem arduam, sicut est in Deum amandum, & sequendum eius doctrinam. Item per mortem nō potest homo venire in Deum, sed Deus ad hominem venit. nam mors non est in potestate hominis, sed Dei. ipse enim posuit animam suam in cor-

in corpore nostro, & auferet eam quando vellet. Et ideo in morte potius dicitur Deus venire ad hominē quam homo ad Deum. sic dicitur Io. 21. c. sic eum volo manere donec veniam, ideſt, donec veniam ad eū per mortem ipsius. Maxime autē de applicatione hominis ad Deum per mortem, quia non est in potestate nostra Deo adhærere, sed ipse potest nos sibi ꝓpinquos facere, & hoc est ad nos venire. recte ergo dñs seruorum venit ad seruos. Alia causa est ſm rationem parabolæ, quia dominus ille peregre profectus est. serui aūt manserunt in regione de qua erat dominus, vt negociarentur: ideo oportebat dominum venire aliquando ad seruos. ſ. qñ rediret de peregrinatione. serui autem non erant ituri ad dñm peregrinantem, qa ipsi non erant peregrinaturi, sed mansuri ad negociādum cum talentis traditis. Alia ratio est, quia nūc dñs venit, vt rationem exigat. nemo autem ſponte rationem exigeret, quia omnis homo talem rationem timet, ideo non vadit, sed oportet ꝙ trahatur aut rationem petens veniat, & ita venit dominus seruorum.

Quare dicitur post multum temporis. Quæst. CXLI.

QVAERETVR, quare dicitur post multum temporis. Dicunt aliqui, ꝙ istud tempus est dies iudicij. Alij dicunt ꝙ dies mortis, & de vtroque potest dici, ꝙ est post longum tempus. Est dicendum ꝙ litera ista de vtroque intelligitur conuenienter, qa hic agitur de ratione quam homines reddunt de administratione bonorum eis collatorum. Ista aūt ratio redditur, tam in morte a quolibet homine, quam in die iudicij a quolibet, & ab oībus. De aduentu Dñi ad iudicium manifestum est, ꝙ est post longum tpꝰ, quia nondum dies illa venit, & nescimus qñ erit. sic accipit Chryſo. super Matt. dicens. mihi autem vī, ꝙ resurrectionem occulte insinuans hoc dicit, & tunc accipit computatio huius longi temporis a principio seculi vsque ad finem mundi, quia a conditione orbis cepit distribuere hominibus dona sua, de quibus rationem reddituri sunt, & vsque ad finem seculi semper erūt homines quibus dona sua dabit, ideo tota ista duratio vocatur longum tempus, & recte quidē. Accipiendo autem Christum in carne, tanquam Dñm dī lōgū tempus istud ab ascensione sua vsque ad diem iudicij quia quandiu corporaliter inter nos manebat distribuebat dona sua discipulis conuersando cum eis. cessauit autem ista conuersatio in ascensione, qa postea corporaliter cum nullo conuersatus est: ideo ab illo tpe vsque ad diem iudicij dicitur lōgitudo temporis. Sic dicit Hiero. super Matt. ſ. ideo ergo dicit post multum temporis, quia grande tempus est inter ascēsionem Saluatoris, & secundum eius aduentū. Accipiendo autem pro Aduentu Christi ad mortem, & rationē quæ ibi redditur dī ꝙ post multum tpꝰ, quod signatur hic totum tpꝰ vitæ humanæ, quod quia incertum est potest vocari magnum vel longum. Secundo vocatur longum ad significandum longanimitatem, & patientiam Dei. nam quantūcunque tpꝰ expectet lōgū est. dominī enim qui sunt homines si sciūt rem suam male per seruos administrari, statim vt prouidere potuerint, prouidēt: Deus autem & si videat malam administrationē, quam nos facimus circa dona quæ nobis commisit, non statim punit neque rationem exigit, sed sustinet, ideo longanimitatem & patientiam multam habet. vnde quantumcunque sit paruum tēpus quod nos expectat, dicitur longum tempus esse post quod venit ad rationem exigendam. Sic dicit Chryſo. in Homil. ſ. vide Dñm vbique rationem non confestim expetentem, vt discas eius longanimitatē.

Alph. Tost. In Matth. Pars VII.

Tertio (vt quidam dicunt) hoc ponitur ad signandum longam vitam bonorum seruorum, quia quantum ad bonos seruos qui bene ministrant talenta domini est vita longa, vt possint diu prodesse. Et sic post longum tpꝰ venit Deus ad exigendum rōnem ab eis. Sic dicit Greg. in Homil. ſ. & obserua in hoc loco, qa non serui ad dñm vadunt, vt iudicentur, sed dñs venit ad eos cum tempus fuerit impletū, de quo dicit. post multum vero temporis, ideſt, postquā dimisit aptos ad negociandum animarum salutem. Et ideo forsitā non facile inuenitur quis ex eis qui apti fuerint ad huiusmodi opus, vt cito transeat de hac vita, sicut est manifestum ex eo, ꝙ Apostoli senuerunt. Ex quibus dicitur ad Petrum, cum senueris extendes manum tuam. de Paulo autem dictum est ad Philemonem. nūc autem vt Paulus senex.

Quid est, quòd dominus cum seruis rationem ponat. & de quibus reddetur a nobis ratio Deo. Quæst. CXLII.

QVAERETVR quid est, ꝙ dominus cum seruis rationem ponat. Dicendum quòd signat rationē quam Deus de singulis actibus nostris exiget. & ista ratio in morte a quolibet exigitur, ideo ibi sententiā aut damnationis, aut salutis accipit. in die autem iudicij ab omnibus generaliter exigetur. Dicitur autē ponere rationem ad modum hominum, quia homines qui aliquid ad ministrandum seruis suis committunt nesciunt quomodo in illo se habuerunt, ideo rationē petunt per quam cōstat, an res sua profecerit, vel detrimētum passa fuerit. Deus autem omnia nostra nouit. Ideo non oportet, ꝙ rationem nobiscum ponat, immo neque ponit, quia non exigit ab aliquo petendo quid egerit, quia nemo scit omnia quæ egit bona aut mala, ideo nemo posset rationem dare de vita sua vt damnaretur vel beatificaretur. Deus autem nouit singula, ideo non solum scit quis damnatione, & quis gloria dignus sit, sed etiam quanta gloria, & quanta damnatione. Et iuxta hoc, quod de singulis nouit iudicat de eis. Et hæc est ratio quam ponit cum eis. vnde nullam rationem serui hic reddunt, sed recipiunt conclusionem rationibus suis conuenientem damnationem, vel gloriam.

Ista autem ratio redditur de talentis commissis, & quia nullus est a quo in iudicio non petatur: ideo nullus est qui talentum aliquod non acceperit. hoc autē est de eis qui ad discretionis annos venerunt. nam his saltem donum rationis commissum est, & tenentur omnes actus suos secundum rationem dirigere. quic quid autem ab ea deuiauerint de talento perdunt, licet hic magis signatur petitio rationis, quantum ad ea quæ consistunt in omissione, quam quantum ad illa quæ sunt in mala commissione.

De illis autem qui non peruenerunt ad annos discretionis alius modus rationis est. nam illi nihil potuerunt omittere cum neque potuerint agere. etiam committere nihil mali potuerunt, sed damnātur, aut saluantur ex alia radice, ſ. ex peccato contracto, vel ex gratia collata in sacramento baptismi.

Quid est quod dicitur, accedens qui quinque talenta acceperat, & quare dicitur, quòd accessit. Quæst. CXLIII.

QVAERETVR quid est, quod dicitur. accedens qui quinque talenta acceperat &c.

Dicēdum quòd ostenditur, quòd omnes reddituri sunt rationē, siue qui magna dona accipiunt, siue qui minora. Et ob hoc ponitur prius de illo qui accepit quinque talenta, quia istud erat maximum donum,

vt innuiatur, ꝙ grauiorem & exactiorem Deus petit circa illos qui maiora acceperunt. Sic dicit Gregor. in Homil. hæc autem lectio huius Euangelij considerare nos admonet, ne nos qui plus cæteris accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi inde grauius iudicemur. cum. n. augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Dicitur autem ꝙ accessit iste. s. quia confidens erat: rationes. n. bonas se habere videbat, ideo cū fiducia ad dominū accedebat, & loquebatur. Sic dicit Origenes super Matt. s. fiducia aūt fecit eum qui quinque talēta acceperat audere, vt ad dominum primus accederet. Dixit autem ad dñm. domine quinque talēta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. hoc. n. faciebat seruum confidentem esse. & dicitur istud ad modum parabolæ. nam in rationibus humanis poterat scire seruus quantū acceperat, & quantum lucratus erat, ideo poterat sic determinate loqui circa spiritualia nemo scit quantum acceperit, quia Deus solus qui dona tribuit est mensurator illorum, et lucrum suum nemo nouit, quia nescimus quantū profecerimus apud proximum ex talentis nobis datis. Et multo minus scimus quātum grata fuerit Deo operatio nostra, ideo nemo potest dicere tātum accepi a te, & tantum reddo tibi. Item quia in iudicio illo nihil homo dicet Deo de eo, quod recepit, aut egit, cum Deus illud melius nouerit. Sed ponitur ad modum rationum nostrarum, in quibus qui accepit, & expendit atque operatus est, nominat quātitatem acceptorum & expensarum. in ratione autem Dei nihil nos dicimus de acceptis aut impensis. sed dabitur nobis retributio ꝙ bona, aut mala administratione, quasi omnia ibi supputata essent, & a nobis spōte concessa aut prolata. quod autem dicit quinque superlucratus sum, signat lucrum maximum quantumcunque illud sit, vt dictum est supra.

Quid est quod dicitur, ait dominus illi euge serue bone.
Quæst. CXLIIII.

QVAERETVR, quid est quod dicitur. ait dñs illi euge serue bone. Dicendum ꝙ ad modum rōnis humanæ signatur in diuino iudicio. nam si seruus dño lucrum afferret, bonus dominus laudaret eū, ita & apud Deum qui est iustissimus Dominus siquis ei rationem bonam reddiderit, lauabitur ab eo, & gaudebit cum eo. & ita ponuntur hic duo. s. gaudium, siue gaudere, inquantum dicitur euge, & laus inquantum dicitur serue bone & fidelis. nam euge ad gaudium pertinet. Sic dicit Rabanus. s. euge interiectio est lætantis, per quod gaudium suum dominus insinuat, qui bene laborantem seruum ad gaudium æternum inuitat. De quo propheta ait. lætificabis nos in gaudio cum vultu tuo. Et recte Deus gaudet cum bono seruo, & tota cœlestis curia. nam hic quando conuertuntur peccatores ad Deum gaudet Deus Luc. 15. c. gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. Et tamen istud gaudium est per hoc, ꝙ per istam pœnitentiam disponitur ad vitam æternā. ergo maius multo gaudium erit, quando completis oībus rationibus suis prospere est aptus, vt statim recipiatur ad cœlum. vnde recte dr, ꝙ dominus dicat euge. Secūdum est laus. s. quia dñs laudat seruum bonū. & hoc patet inquantum dicitur serue bone & fidelis. Sic dicit Gregor. Seruus qui geminata talenta retulit a domino laudatur, atque ad æternam remunerationem perducitur. Et hoc verum est, quia in die iudicij qui rationem bonam reddiderint valde laudabūtur: immo nulla est verior laus quam illa. Sic dr 1. Corint. 4. cap. itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui reuelabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.

Quare dixit, serue bone & fidelis. Quæst. CXLV.

QVAERETVR quare dixit, serue bone & fidelis. Dicendum ꝙ istud ponitur ad laudem, & sunt ista verba per quæ aliquis conuenienter laudatur iuxta conditionem suam. s. cum sit dispensator. potest autem bon⁹ hic vocari, quia vere bonus fuit qui meruit a domino laudari, & bonus fuit qui dominū dilexit, & propter eum labores sustinuit. bonus etiam fuit q bona proximo fecit. Sic dicit Chrysost. serue bone, id. dest qui de bono loquitur, quod est ad proximū. Vocatur fidelis, quia non vsurpauit bona domini. & quia rem domini ita diligēter sicut propriam curauit. Sic dicit Chrysost. fidelis qui nihil eorum quæ sunt domini sibi appropriauit.

Quare dixit supra pauca fuisti fidelis, & quæ sint ista pauca. Quæst. CXLVI.

QVAERETVR quare dixit supra pauca fuisti fidelis. Dicēdum ꝙ ista pauca sunt dona quæ seruus accepit a domino, siue sint spiritualia dona, siue corporalia, siue bona fortunæ, quæ in se quidem multa sunt, & respectu meriti nostri sunt plurima, qa nobis nondum meritis illa concessit, sed respectu bonorum vitæ æternæ quæ nobis danda sunt parua iudicātur. Sic dicit Hieron. super Matt. dicit super pauca fuisti fidelis, quia omnia quæ in præsenti habemus, licet magna videantur & plurima, tamen respectu futurorum pauca sunt & parua. Et dicitur istud ad laudem liberalitatis domini. s. quia dat seruis suis plura quam mereantur. nam ei qui fidelis fuit super pauca i. fidelitatem suam exercuit in paucis erat dāda parua merces. Et tamen datur magna. cum dicatur supra multa te constituam, ergo laus domini est. Et non est intelligendum, ꝙ per hoc minuatur laus meriti seruorum, cum dicat illis dominus. euge serue bone, sed laudatur dominus. nam quantacūque dona quis habuerit hic, & per illa se diligenter & fideliter exercuerit vertendo ea in cultū Dei, circa pauca fidelis est, quia pauca sunt, & parua omnia quæ in præsenti habentur.

Quid est quod dicitur supra multa te constituam. Quæst. CXLVII.

QVAERETVR quid est quod dicitur, supra multa te constituam.

Dicendum ꝙ id supra, quod constituitur seruus potius est magnum quam multum, quia vnum bonum est in quo omnia bona sunt. s. videre Deum. sed potest dici supra multa ex ratione parabolæ. nam cōstitutus fuerat seruus iste hactenus super quinque talēta, quæ pauca erant. erat autem super multa constituendus, quia statim constitutus est super decem, & additum fuit ei talētum quod habebat qui illud in terra occultauit, vt patet in litera.

Aliter potest dici supra multa, vt accipiamus particulariter perfectiones, quæ erant in beatis. nā hic nullam plene habemus. ibi autē nulla deerit, ideo supra multa constituemur. Et vocantur illa multa respectu paucorum bonorum, quæ in hoc seculo habemus: & maxime respectu meritorum nostrorum, quæ pauca sunt & præmium magnum est. Sic dicitur ad Ro. 8. c. non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Quid

Quid est, quod dicitur, intra in gaudium Domini tui. Et quod est hoc gaudium. Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR, quid est quod dicit, intra in gaudium domini tui.

Dicendū, quòd de gaudio beatitudinis accipitur, quod est ineffabile gaudium, s. præsentem Dei vultū cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo metu mortis affici, perpetuo incorruptionis munere lætari. Dicitur autem istud gaudium Domini, ideſt quo Dominus gaudet, vel quod dominus præstat. De primo patet, quia Deus gaudet. nō est. n. tristis, quia summum bonum non pōt esse triste, vel non delectabile, immo & gaudiosum, vel plenum gaudio eum Arist. vocat siue voluptuosum 12. Metaph. Est autem delectatio sua vna, & simplex, & semper manens 7. Ethic. vlt. c. qui autem gaudet de bono gaudet. Illud aūt bonum est ipsemet, inquātum ipsemet, vt summum bonum beatificat se, vt substantiam intelligērem, & beatitudinis capacem. sed hoc gaudium est quo omnes beati gaudebunt, ideo recte seruus intrat in gaudium Dñi, ideſt incipit gaudere eo gaudio, & bono de quo dominus gaudet. & non potest maius bonum, & fauor esse serui q̄ cum incipit participare cum domino in eadem re, sicut si dñs inuitat seruū, vt ambo in eadem mensa, & eodem cibo vescātur. & sic videbatur esse in parabola. Intra in gaudiū domini tui, ideſt gaude de bonis de quibus dominus tuus gaudet accipiendo fructum illorum. Secundo modo dr gaudium domini, ideſt quod dominus præstat. gaudium enim & exultationem præstat nobis Deus in præsenti, sed nō per seipsum: immo per bona sua quę nobis dat Actu. 14. c. sic ibi Paulus dixit, s. & quidem non sine testimonio reliquit seipsum benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tpa fructifera, & implens cibo, & letitia corda vestra, in futuro autem vobis gaudia præstabit per seipsum, ideſt in videndo essentiam suam. vnde illud rectissime gaudium domini dr. De his dicit Grego. sed tunc fidelis supra multa constituitur, quando deuicta omnis corruptionis molestia de æternis gaudijs in illa cęlesti sede gloriatur. tūc etiam ad domini sui gaudium perfecte intromittitur, quādo in æterna illa patria assumptus atque Angelorum cętibus admixtus sit interius gaudet de munere, vt non sit, quod exterius doleat de corruptione. Et Hiero. super Matth. ait. quid autem maius potest dari seruo fideli quam esse cum domino, & videre gaudiū domini sui? & Chrys. in Homilia ait per hæc verba intra in gaudium domini tui omnem beatitudinē ostendit. Et Aug. 1. de Trinita. ait. hoc erit plenum gaudium nostrum quo amplius esse non potest frui Dei trinitate, ad cuius imaginem facti sumus.

Quid est quod dicitur, accessit & qui duo talenta acceperat. Et quid signatur per hæc duo talenta. Quæst. CXLIX.

QVAERETVR quid est, quod dicitur, accessit & qui duo talenta acceperat &c.

Dicendum, quòd per duo talenta signatur gradus donorum mediocrium. Nam per quinque, & duo signat omnes differētias donorum diuinorum, quibus bene vtimur. Et quia per quinque signantur dona maxima, per duo signantur minora, & mediocria, vt dictum est supra.

De isto habēte duo talenta, ideſt dona minora, vel mediocria dicitur, ꝙ accessit ad dominum, s. quòd tā de magnis quam de paruis rationē ille exigit. accessus autem iste est per mortem. nam ante mortem a nullo ratio exigitur, est etiā in iudicio generali. Sed melius accipitur de morte. Sic dicit Hiero. super Matth. intellige accessum trāsitum de hoc mundo ad illum.

Quod vero dicitur, ait, domine duo talenta tradidisti mihi. non est intelligendum, ꝙ in iudicio aliquid loquantur iudicantes, quasi referentes ea quæ fecerunt, & quæ a Deo acceperint, sed Deus omnia hæc sciens dat singulis prout meruerint, vel demeruerint. & tamen dicitur hoc ad modum humanę rationis, in qua qui expendit dicit quantum acceperit, & expenderit. & quia Deus scit seruū istum accepisse duo talēta, & duo superlucratum, licet seruus hoc nesciret, dicitur illa dicere quasi talem rationem de se reddat, & iuxta hoc ei retribuendum sit. Cum autem sequitur, quòd dominus dixerit ei euge serue bone &c. exponendum est, sicut circa alium seruum quinque talentorum supra expositum est.

Quomodo dominus, eadem fecit circa seruum duorum talentorum, sicut circa alium, & an fuerint æquales in merito. Quæst. CL.

SED quæretur quomodo dominus eadem promisit, & fecit circa seruum duorum talentorum, sicut circa seruum quinque talentorum. Nam dicit euge serue bone &c. vt patet in litera.

Aliqui dicunt hoc factum ad ostendendum equalem gloriam, & meritum istorum seruorum, & hoc patet, quia vterque duplicauit, quod acceperat.

Dicendum, quòd non est verum, quòd sit æquale meritum, neque æquale præmium, neque apud parabolam, neque secundum intētionem Christi. Primo patet, quia vterque seruus constitutus est super id, qđ lucratus est, & ita qui quinque acceperat superlucratus quinque mansit constitutus super decem. qui vero duo accepit lucratus duo mansit constitutus super quatuor, ideo maior iudicatus est qui quinque accepit, & totidem lucratus est. Secundo, quia cum auferret dominus talentū ab eo qui illud absconderat sub terra, non iussit illud dari ei qui quatuor habebat, sed ei qui decem, & ita eum præcipuum iudicauit, quia maiorem honorem ei contulit.

Cum autem obijcitur, ꝙ æquales fuerunt in merito, quia vterque duplicauit quod acceperat. Dicendum, quòd sunt secundum proportionem æquales, sed non simpliciter, vel secundum quantitatem, sed multo plura acquisiuit qui lucratus est quinque, & maiorem laborem impendit, quam qui lucratus est duo. Et ideo, quia realiter plus laborauit realiter accipiet plus, & magis honorabitur a domino.

Alij dicunt, quòd equalia dominus dicit illis, & facit, quia æqualiter meruerunt, non quidem propter rationem duplicationis, sicut dictum est, neque propter equalitatem laboris, quia isti confitentur inequalem, sed dicunt, quòd Deus non considerat quantitatem operis, sed affectionem. Et ideo si accipiens duo talenta ex toto suo conatu operatus est quantum potuit, nihil minus meruit quam ille qui talenta quinq; habens secundum ea operatus est. Sic videtur dicere Hierony. super Matth. s. vtrique autem seruo, s. & qui de quinque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor idē patrisfamilias sermo blanditur, & vtrunque simili gaudio recipit, non considerans lucri magnitudinem, sed studij voluntatem. & vide quoniam eadem dicta sunt ambobus, ne forte, & qui minorem habuit virtutem, & totam illam quam habuit, secundum quòd oportebat exercuit, nihil minus habiturus sit apud Deum quam ille qui fuerit in maiori virtute. hoc enim solum quæritur, vt quicquid habuerit homo ex Deo, toto eo vtatur ad gloriam Dei.

Dicendum, quòd ista non debent concedi simpliciter, vt iacent: nam licet Deus magis consideret affectum

Universidad de Alcalá

fectum facientis quam opus, tamē non est verum, ꝙ F
qui agit ex toto affectu suo tantū meretur, sicut alius
qui ex toto affectu agit: nam principium merendi est
charitas, & ideo necesse est, quòd quanto quis agit ex
maiori charitate, magis mereatur. Si ergo aliquis ha-
beat charitatem, vt duo, & alius, vt decem, & ambo
agant ex totis conatibus suis manifestum est, quòd
multo plus meretur qui habet charitatem, vt decem,
etiam in eodem actu, quam qui habet, vt duo: nam si
Deus affectum respicit, necesse est, quòd quanto quis
agit ex maiori charitate magis mereatur. Et ideo,
licet duo agant ex totis conatibus, quia tamen cona-
tus vnius est multo maior, meretur valde magis.

Cum vero dicitur, quòd non est minor apud Deū, G
potest intelligi vno modo, s. si habentes inęqualia do-
na agant ex æqualibus affectibus, siue ex æquali chari-
tate, aut qui habet minus donum ingenij, vel roboris
facit opus huius doni ex maiori charitate quam ille q̄
habet maius donum, merebitur apud Deum æquali-
ter, vel plus, licet non sint opera æqualia.

Secundo potest accipi quantum ad euitandum pę-
nam, s. si dominus iussit seruis negociari, dans prę-
miū lucrantibus, & pęnam ociosis, & aliquis magnam vir-
tutem habens lucratus est quinque, & alius habens
minorem operans ex toto conatu lucratus est duo, ę-
qualiter ambo euitant pœnam, & redargutionem,
quia neuter eorum poterit aliquo modo argui de ne-
gligentia, vel ocio. H

Tertio potest intelligi quantum ad hoc, quòd est
accipere vitam æternam, sed non quantum ad hoc,
quòd est æqualiter illam recipere. nam qui lucratus
est quinque habet vitam æternā, qui lucratus est duo
etiam habet vitam æternam, sed non æqualiter. Et
istud in præsenti magis accedit ad intentionem Hie-
ronymi, & literæ.

Dicendum hoc supposito, quòd licet eadem dicū-
tur, & fiunt ad vtrumque seruum, non se habet domi-
nus ad illos æqualiter, & tamen conueniens fuit ista
sic dici ad vtrūque: dicitur enim euge serue bone. Est
enim euge interiectio lætantis, & dominus vtrique
ostendit gaudium in vultu, sed maius seruo quinq; ta
lentorum. Sed ista differentia gaudij non potuit ostē- I
di in hac interiectione euge vtrique dicta, nisi alia ad-
derentur. dicitur autem vtrique serue bone, & fidelis,
quod vtrique competit, quia vterque bonus, & fide-
lis fuit, & tamen seruus quinque talentorum melior
fuit quam seruus duorum, quia ex meliori affectu, id-
est maiori charitate egit, & magis lucratus est, & plu-
res labores pro domino sustinuit. fideles autem am-
bo æqualiter fuerunt, quia nemo eorum aliquid de
rebus domini sui appropriauit, sed omnia a Deo acce
pta in gloriam Dei conuertit, vt ait Chrysost. Cū autē
dicitur, super pauca fuisti fidelis vtrique cōpetit, quia
respectu eorum quæ in vita æterna accipiemus parua
sunt quæcūque hic fecimus, aut habuimus. Quod au-
tem dicitur, supra multa te constituam, vtrique com- K
petit. nam vtrique datur vita æterna, & bonum illud
est multum, vel magnum respectu eorum quæ hic
fecimus, & tamen licet vterque super multa consti-
tuatur, non constituuntur super æqualia. nā duo mul-
ta sunt, & mille multa sunt, & omnis numerus est
multum, & apparet ista inæqualitas ex simili. nam de
vtroque dicitur, super pauca fuisti fidelis. tamen ma-
nifestum est, quòd illa pauca nō sunt æqualia, sed pau
ca apud primum sunt quinque talenta, apud secun-
dum duo vocantur pauca, ita ergo de multis: multa
apud vnum sunt plura quam apud alterum. ideo licet
eadem verba dixerit dominus vtrique seruo, non si-
gnatur gloria eorum æqualis.

Quomodo dicitur, accessit qui vnum talentum acceperat, quid mali non accedunt, & quare hic vltimus accessus.
Quæst. CLI.

QVAERETVR quomodo dicitur accessit q vnū talentum acceperat? quia videtur, ꝙ iste nō ac-
cesserit: nam iste malus erat, & mali sponte nō
veniunt. Dicendum, ꝙ in iudicio omnes simul erunt
licet dupliciter fit iudiciū, s. in morte singulorum, &
in iudicio vniuersali. Accipiēdo autem de morte sin-
gulorū non est ordo in iudicando inter bonos, & ma-
los, sed qui prius moritur prius iudicatur. Accipiēdo
autem de iudicio vl̄i dicendum, ꝙ omnes quidem si-
mul astabunt, sed non in eodem loco: immo quidam
in aere, alij in terra, & quidam ad dexteram, alij ad si-
nistram, vt dr̄ infra in litera. & oēs simul accipient iu-
dicium, & ad illud deducentur de oībus partibus mūdi,
in quibus fuerāt mortui, & istud cōe erit omnibus
bonis, & malis. Accedere aūt ad iudicem ponitur ad
modum rōnum humanarum, in quibus non possunt
multi simul rationes suas reddere, sed quidam prius,
alij posterius, & quia ita fuit coram dño qui talenta
tradidit seruis, ꝙ singulus per se rōnē dederit, ita po-
nitur hic, sed istud accedere in generali iudicio quan-
tum ad malos non est spontaneum: nollent enim ip-
si iudicari, vt condemnarentur, & delicta sua coram
oībus hoībus apparerēt. Sed dicetur quare iste seruus
malus vltimus accessit? Dicēdum, ꝙ hoc pertinet ad
parabolam: nam vt dictum est præced. q. simul erunt
in iudicio boni, & mali, & vtrorumq; simul iudicium
finietur, quia non reddunt singillatim rōnes suas sin-
guli, sicut hic hoīes, quia cum hic quisq; per se acce-
dit, & rōnem reddit dr̄ de isto quoque, ꝙ accesserit.
Sed vltimus potest poni. primo quia de minimo rō-
nem redditurus erat, ideſt de talēto vno, & licet Deus
omnium curam habeat, præcipuam tamen de maio-
ribus. Secundo, quia iste malus erat, & ideo non spon-
te accederet. na licet in iudicio Dei non accedat quis-
que, neque absens sit, nisi prout Deus voluerit, inten-
tio tamen significatur, quia boni cum rationum sua-
rum consci sint, sponte accedunt quasi ad gloriā, ma
li vero cum nihil boni inueniant, de quo ſperent, in-
uiti accedunt velut ad confusionē. vnde necesse est,
ꝙ tardius se mali offerāt quā boni. Tertio fuit hoc ad
non interponendū bonis malum. nam bonis eadem
redditur responsio, s. euge serue bone &c. siue parum
boni, siue multum boni sint. malis autem alia, ideo
prius debuit dici de oībus bonis, deinde de malo. nisi
forte ponatur, ꝙ omnino præcedet malus, quod in-
conueniens est. Quarto quia talem orationem ponit
litera in ipso iudicio generali. nam prius fertur sen-
tētia pro bonis, s. venite benedicti. deinde contra malos,
s. recedite maledicti infra in litera. ideo seruus malus
vltimus debuit accedere.

Quid est quod dicitur, quòd seruus piger dixit, domine scio, quia durus es. Quæst. CLII.

QVAERETVR quid est, quod dicitur, ꝙ seruus
piger dixit. domine scio, quia homo durus es.
Dicendum, ꝙ istud magis pertinet ad parabo-
lam quam ad significationem quam Christus inten-
dit. nam in his verbis seruus ostēdit causam quare ni
hil lucratus fuerit cum talento, quasi legitime se ex-
cusset obijciens timorem perdendi talentum, s. quia
dominus erat homo durus, & etiam aliena capit, quā-
to magis propria exiget? ex quo sequitur, ꝙ si perde-
ret aliquid seruus iste, etiam fideliter administrando
in negociatione, ꝙ dominus non remitteret ei, ideo
elegit potius non negociari quam exponere se perī-
culo

culo perdendi. Sed istud non applicat talentis a Deo A
datis: nam corporalia talenta pecuniarum interdum
negociando perduntur, spiritualia autem dona quæ
Deus concedit non possunt perire operando, sed na-
turaliter augentur per operationem quantum ad se-
ipsa, & in fructu crescunt. Etiam quantum ad pecu-
nias a Deo nobis datas est idem verum, quia negocia-
tio nostra cū illis est benefacere egentibus, & sic non
pereunt cum distribuuntur, sed tunc congregamus
nobis thesauros in cęlo vbi fures non effodiunt, & ti-
nea non demolitur. Sed potest trahi ad quosdam qui
timentes valde se imperite agere cū donis sibi a Deo
commissis, volunt potius abstinere ab omni opere ę̄
aliquid facere. quod plerisque circa donum ingenij,
& alia dona accidit, qui dum possent cum donis suis
prodesse proximis, metuentes se errare in administra-
tione donorum cessant, & hoc malum est. neque ac- B
cidit, sicut in talento pecuniæ, quia in illa si quis absti-
neat a negociatione seruat illam integram. in donis
spiritualibus secus est, quia cum sint ad opus in seipsis
deficiūt, si nihil per ea fecerimus, sicut apparet in ha-
bitibus quos per operationa acquirimus, quia si om-
nino cessemus ab operatione delentur habita per dis
suetudinem. vnde circa dona Dei nihil videtur esse
deterius quam illa non ministrare: neque timor im-
prudentiæ in ministrando debet obesse. nam cū quis
bono animo intendat proximis prodesse in eo, quod
a Deo accepit. nihil obest imprudentia: immo nec in- C
teruenire potest, sed interuenit imprudentia in prę-
sumptione, s. quando aliquis minora dona a Deo cō-
secutus gloriatur in immensum quasi maiora acce-
perit, & vult administrare quasi maiora habeat. Sed
in eo qui suam paruitatem recognoscens voluerit, ꝙ-
ximis saltem parum prodesse iuxta id, quod accepit
imprudentia non accidit, neque erubescendum est,
ꝙ tales pauca agere possunt, quia non est a nobis mē-
sura donorum, sed a volūtate Dei, & nō sumus ratio-
nem reddituri, nisi pro eo, quod acceperimus. Et cō- D
uenienter positū fuit hoc circa parua dona, ideſt cir-
ca minimum, quia qui magna dona acceperunt, cū
illorum sint sibi consci, non metuunt errare in ope-
ratione eorum, ideo non desistunt ab operatione, ne-
que erubescunt operari quasi paruū, aut nihil agant.
Secundum ad quod inducitur est contra quosdā qui
cum defectus suos agnoscere deberent, & sic culpa-
rum veniam petere, in Deum culpas suas retorquēt,
quasi Deus dura mandata dederit, & ita neminē pos-
se per illa incedere, & ꝙ Deus exigat ab homine id,
quod non potest efficere, sicut etiam aliqua mandata
quædam calumniantur, sed mentiuntur, quia nihil p̄-
cepit Deus fieri, quod homo facere non possit, potis-
sime adiutus gratia Dei, quam habere volenti in prō-
ptum est. Tertio inducitur ad ostendendum maiora
peccata ex hoc effici eorum qui Deum calumnian-
tur. non enim satis est illis, ꝙ peccauerint, sed etiā pec-
catorum suorum causas in Deum transferūt, & istud
est blasphemia, & aggrauatur valde peccatum, & fit
excusatio peccati per peccatum, ideſt excusando pec- E
catum committitur peccatum. De his dicit Grego. s.
seruus autem qui talēto operari noluit domino, cum
verbis excusationis reddit. De hoc etiā Hieron. ait. ve-
re enim quod scriptum est ad excusandas excusatio-
nes in peccatis huic seruo cōtigit, vt ad pigritiam, &
negligentiā superbię quoq; crimen accederet. qui. n.
debuit simpliciter inertiam confiteri, & orare patrē-
familias, è contrario calumniatur, & dicit se prudenti
fecisse consilio, ne dum lucra pecuniæ quęreret, etiā
de sorte periclitaretur. Et Origenes super Matth. ait
videtur mihi iste seruus fuisse quidem inter credētes
non autem fiducialiter agentes, sed latere volentes,

& omnia facientes, vt non cognoscantur quasi Chri-
stiani. Adhuc autem videntur mihi qui huiusmodi
sunt timorē Dei habere, & sapere de eo quasi de ali-
quo austero, & implacabili, hoc autem signat cū di-
cit. domine scio, quia homo austerus es.

Quid est quod dixit seruus, metis vbi non seminasti. Et qui intra Ecclesiam huius serui imaginem tenent.
Quæst. CLIII.

QVAERETVR qd est quod dixit seruus iste, me-
tis vbi non seminasti, & congregas vbi nō spar-
sisti. Aliqui dicunt, ꝙ intelligatur hoc de conuersis de
Iudæis ad Christum, qui timore veterum præcepto
rum abstinuerunt a libertate noui testamenti, & ob
hoc aliqua opera bona cessauerunt facere, quæ alias
facturi essent. Vel vt alij volunt intelligatur populus
Iudæorum manens in lege, qui non ausus est transire
ad libertatem noui testamenti propter vetera præce-
pta. Et de hoc secūdo dicit Hylarius super Matth. per
hunc seruum intelligitur populus Iudæorum in lege
persistens, qui dicit. timui te tanquam metu veterum
præceptorum ab vsu Euangelicæ libertatis abstineat
dicatque ecce, quod tuum est, velut in his quæ a Do-
mino præcepta sunt fuerit immoratus, cū tamen sci-
uerit metendos illic iustitiæ fructus vbi lex fata nō sit,
& colligendos ex gentibus qui nō sunt ex semine A-
brahæ dispersi. Alij intelligunt per hoc saluationem
gentilium, quibus Deus nihil videtur seminasse, & ta- C
men illorum bonam vitam acceptat. Sic dicit Hiero.
ex eo, quòd seruus iste ausus est dicere, metis vbi non
seminasti, intelligemus etiam gentilium, & philoso-
phorum bonam vitam acceptari, recipere donum.
Alij debent intelligi de bonis operibus quæ faciūt iu-
sti, quæ hic faciunt. & fructum eorum colligunt in vi-
ta æterna, vel de bonis operibus quę Deus nobis com
putat, quia licet eleemosynam non faciamus ei, sed
pauperi, reputat sibi esse factā infra in litera, s. qñcun-
que vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Sic di-
cit Grego. scilicet intelligimus autem, ꝙ vere Domi-
nus noster metit vbi non seminauit, quoniam iustus
seminat in spiritu, ex quo metet vitam æternam: me-
tit etiam ubi non seminat, & congregat vbi nō spar-
git, quia sibi computat esse collata quęcunque in pau
peribus sunt seminata.

Sed dicendū, quòd istę potius sunt applicationes,
intentio autem est contra illos qui pigri existentes ni-
hil operātur, & in excusationem suæ inertiæ Deo ca-
lumniantur quasi ille iniustus sit. petens ab eis, quòd
non sit rationabile, & volens ab illis compleri talia,
ad qualia facienda non dedit eis virtutem, sicut di-
ctum est præcedenti quæst. & sic dicit Hieronym. su-
per Matth. sunt autem plerique intra Ecclesiam quo-
rū seruus iste imaginem tenet, qui melioris vitæ vias
aggredi metuunt, & tamen iacere in sui corporis ne-
quitia non pertimescunt, cūque se peccatores consi-
derant, tamen sanctitatis vias arripere trepidant, &
remanere in suis iniquitatibus non formidant.

Quid est, quòd seruus pecuniam dicat se abscondisse. Et a domino arguitur, & quare vocatur malus.
Quæst. CLIIII.

QVAERETVR quid est, quòd seruus pecu-
niam dicat se abscondisse, & a Domino ar-
guatur.

Dicendum, quòd ille abscondit talentū, quia iuxta talentum sibi traditum nihil operatus est, sed omnibus illud occultauit, vt nemo ex illo vtilita-
tem perciperet, quasi in terra absconditum esset. Cū

autem

autem dominus seruum increpatio quam faciet Christus contra malos, cum dicet illis omnes suas omissiones, scilicet esurini, & non dedistis mihi manducare &c. infra in litera. & dicet illis. ite maledicti in ignem æternum. Quod vero seruum malum, & pigrum vocat recte dicitur. Primo ad exprobrandum, quia sicut bono seruo debetur laus, ita malo seruo debetur obiurgatio, & confusio. Secundo, quia ita verum erat, sicut dominus dicebat, scilicet, quòd iste seruus malus esset, & piger. Vocatur autem malus, quia dominum non dilexit, ita vt eius commoda vellet, & sequeretur ea negociando. Vel dicitur malus, qa superb⁹, & obiurgator domini fuit, calumniam ei faciens, cum vitium suum in dominū transtulerit dicens se non esse bonum, sed dominum durum. Piger autem vocatur, quia ex negligentia cessauit negociari, idest nunquam negociatus est. Sic dicit Hieronym. super Matth. scilicet seruus autē malus appellatur, quia calumniam domino facit, piger quia talentum noluit duplicare, vt in altero negligentiæ, in altero superbiæ condemnetur.

Quare dominus dixit, sciebas quòd meto vbi non seminaui. Et quis in verbis suis rectius inducit dominus, an seruus. Quæst. CLV.

SED quare dixit dominus, sciebas quòd meto vbi non seminaui &c.

Dicendum, quòd ponitur ad cōdemnationem serui. Repetit enim dominus verba serui, vt ex illis eum condemnet, & est fortis argumētatio, s. vt ex illo in quo se seruus excusabat directe condemnetur, & recte concluditur, quia si dominus metebat vbi nō seminauerat, vellet habere pecuniarum suarum lucra: hoc est enim metere sine seminatione, siquis dederit decem, & nullo labore adhibito expecteret inde viginti. Sic autem erat de domino isto teste seruo. quanto ergo magis sciebat seruus dñm esse cupidum taliū lucrorum, tāto vehementius ad lucra anhelare debebat domino procuranda, vt (sicut dominus dicebat) poneret ad mensam pecuniam eius, & inde lucra caperet.

Sed dicetur cū his verbis seruus, & dominus in oppositum vtantur, quis eorum recte inducit? Dicendum, quòd vterque aliquid ex illis probat, sed magis dominus. nam seruus ex illis probat timorem suum, scilicet, quia dominus tam durus erat, quòd si seruus aliquid perderet de talento, repeteret ab illo dure, & hanc duritiem probauit, quia dominus metit vbi nō seminat, timuit ergo perdere aliquid, & vt nihil perderet abscondit nihil negociando. Dominus autem aliter deduxit, scilicet dominus erat tam durus, vt meteret vbi non seminauerat, & ita valde cupidus erat, ita vt etiam aliena capere vellet, a fortiori ergo vellet de rebus suis capere lucra quę capi posset: vnde si seruus non solicite ageret ad aliquid acquirendum pro domino, causam habebat timoris, cum sciret dominum metere vbi non seminauerat.

Sed dicetur quomodo ex eodem possunt sequi opposita? Dicendum, quòd dupliciter potest ad hoc responderi. Primo quòd hoc accidit in materia probabili, vbi neutra argumentatio est necessaria, sed talis quæ probari, & laudari possit ab eis qui eā audiuerint: tales enim dicimus locos rhetoricos, in materia autē naturali, aut mathematica, & reductione necessaria non possunt ex eodem sequi opposita, hic autem fuit materia probabilis. & sic tam argumentum serui quam domini est probabile: quamuis fortassis vtrunque posset refelli.

Secundo dicendum, & melius, quòd ex eodē fundamento non arguuntur opposita, & etiam hic non arguuntur, quia vnum nō sequitur aliud, quod enim dominus dixit infertur, sed non, quod seruus. Bene enim dominus infert, quòd si ipse tam cupidus erat, quòd meteret vbi non seminauerat, non poterat seruus ei complacere, nisi cum pecunia sua aliquid lucraretur, & si non faceret habebat causam timendi. Seruus autem non infert bene. duo enim seruus ex hoc intulit, & primum bene. secundum male: nam cum seruus dixit, quòd ex eo, quòd erat dominus durus, ita vt meteret vbi non seminauerat, bene infert, quòd timendum erat ne perderetur talentum, quia qui præauaritia affligitur si aliena non acquisierit, a fortiori affligetur si propria perdiderit. ideo timēdum est ne illa perdantur. Et sic bene infert timui, s. perdere. Secundum autem est, quòd absconderit pecuniā in terra, & hoc male intulit, quia istud inferretur si nullus alius modus esset ad seruandum talentum ne periret, nisi abscondere in terra, & tamen erat alius modus, cum alij serui negociando talētum seruauerint, ideo & ipse debuerat negociando seruare, & hoc apparet, quia dominus non arguit eum quātum ad primum, scilicet, quòd perdere metuerit, sed quantum ad secundum, scilicet, quòd timens absconderit, quia potius negociando seruare debuisset, cū sit aliquis modus securus negociandi, & illum ostendit, scilicet oportuit te pecuniam meam committere nummularijs, idest si tantum timidus eras potuisses tenere istū modum, & sic non posses perdere aliquid de talento, & lucra secura haberes. vnde recte seruus arguitur.

Quid est quod dicitur. oportuit te pecuniam meam committere nummularijs. Quæst. CLVI.

QVAERETVR quid est, quod dicitur. oportuit te pecuniam meam committere nummularijs.

Dicendum, quòd quantum ad parabolam planum est, ostendit enim viam lucri in qua nullus erat timor perdendi talentum, s. ponere pecuniam apud nūmularios, qui eam redderent cum vsuris. Et ista pecunia erat talentum. Sic dicit Hieronymus super Matth. scilicet si inquit durum, & crudelē esse me nouerας, & aliena sectari, tu scires me mea diligentius quæsiturum, & dares pecuniam meam, siue argentum nūmularijs: vtrunque enim argyrion græcus sermo exprimit.

Accipiendo quantum ad intentionem Christi, est redargutio quam facit Christus cōtra malum seruū, qui acceptis donis spiritualibus, nihil lucri ex eis fecit, quia non operatus est cum illis, & potest specialiter vocari argentum istud prædicatio Euangelij, quæ committitur prædicatoribus, qui sunt nummularij, vel audientes, vt postea illam reddant cū fructu operum. Sic dicit Hieronym. super Matth. Eloquia inquit Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. pecunia ergo, & argentum prædicatio Euangelij, & sermo diuinus est, qui dari debuit nummularijs, idest, vel ceteris doctoribus, quod fecerunt Apostoli per singulas prouincias presbyteros, & episcopos ordinantes, vel cunctis credentibus, qui possunt pecuniam duplicare, & cū vsuris reddere, vt quicquid sermone didicerant opere explerent.

Aliter autem dicendum, & melius, quòd pro omni dono accipitur, cum de omni dono fructum colligere debeamus, & ille fructus est quasi vsura quędā, cum sit vltra substātiam rei, & dicimur dare pecuniā nummularijs quando cūque per aliquod donum nostrum proximis proficimus, quia quasi ab eis vsuram accipimus, & augmentum pecunię, quia bonū, quod nunc

nunc proximis impendimus multiplicatum in vita ęterna inuenietis. Et recte ista redargutio fiet contra omnes qui non operati sunt iuxta talenta eis tradita: nam omne lucrum, quod facimus cum donis Dei velut quædam vsura est, & admonentur omnes habentes dona illa, quòd committant illa nummularijs, idest circa proximos aliquid per illa operentur, & tunc sine periculo doni poterunt lucrum habere, quia nullum donum est, quod operando perdatur, sed potius non operando.

Quare dominus non repetiuit prima verba serui scilicet se esse durum. Et quotupliciter accipiatur durus, & quomodo Deo conueniant hæc verba. Quæst. CLVII.

QVAERETVR cum dominus repetiuerit verba serui, scilicet serue male, & piger sciebas, quia meto vbi non semino &c. quomodo non repetiuit primum verbum, scilicet domine scio, quia homo durus es.

Dici poterat vno modo, ꝙ dominus repetiuit illud quod sciebat esse verum, & non pertinere ad iniuriā, sed metere vbi non seminauerat non erat durus, ideo concessit vnum, & non alterum.

Secundo, quia dato, quòd verum esset, nolebat cōcedere, aut repetere illud, quia ad cōtumeliam suam pertinebat, colligere autem vbi non sparserat non erat contumeliosum, ideo istud repetiuit, & illud non.

Tertio potest dici, & melius, s. quòd etiā istud dominus concedebat, idest se esse durum, & tamen non curauit exprimere, quia concesso, quòd metebat vbi non seminauerat, concedebat duriciem suam: nā seruus non induxit ad aliud, metis vbi non seminasti, nisi ad probandum duritiem, concessa autem veritate probationis conceditur id, quod probatur.

Quarto potest dici, & valde conuenienter, ꝙ hoc factum est, quia dominus sumpsit ex verbis serui, id quod fuit conueniens sibi ad inferendum. Volebat enim concludere contra seruum, quòd debuerat operari cum talēto, vt aliquid lucraretur. & hoc, quia dominus metebat vbi non seminabat, & sic vellet de rebus suis lucrum: hoc enim sufficiebat domino, ideo istud sumpsit dicere autem, quòd erat durus non pertinebat ad eum, sed ad seruū, quia durus dicitur crudelis. Et est sensus, quòd seruus timuit perdere aliqd de talento negociando, quia sciebat dominū esse crudelem, & si aliquid perderet affligeret eum torquendo crudeliter, ideo timens illam crudelitatem voluit abscondere, vt non perderet. ista autem durities, id est crudelitas nihil faciebat ad propositum domini, sed serui, ideo dominus nō repetiuit de duritie, licet seruus dixisset.

Sed dicendum circa hoc, quòd durus potest dupliciter accipi, idest crudelis, vel auarus. Accipiendo primo modo solum pertinet ad intentionem serui, & non domini, ideo dominus non repetiuit, sicut nunc dictum est. Accipiendo secundo modo tam ad seruū quam ad dominum pertinet, & tamen non repetiuit dominus, quia dicendo meto vbi non semino, intelligebatur, quia ista probant duritiem auaritiæ. Circa Deum autem dicendum, ꝙ ista conueniunt, s. ꝙ ipse cōfiteatur se metere vbi non sparsit, quia colligit fructum de donis quæ nobis dedit per operationes nostras, quas nos facimus, & non ipse, & ita quasi aliena colligit, vel petit, non tamen confitetur se durū, quia non est crudelis, sed mitis, & benignus. Vel non expri mit hoc, quia forte se confitetur durum, idest auarū, tacite confitēdo, ꝙ metit vbi non seminauit, quia talis auaritia non est mala secundū quam desiderat fructum operum nostrorum, licet aliqui cōfitentur Deū durum contra malos, sicut benignum ad bonos. De hoc dicit Orige. super Mat. s. non autem confessus est dominus se esse durum, sicut ille arbitrabatur, ceteris autem sermonibus eius consensit, sed vere durus est his qui misericordia Dei abutuntur ad negligentiam suam non ad conuersionem.

Quomodo possit talentum tolli ab eo qui illud abscondit. Quæst. CLVIII.

QVAERETVR quid est, quod vltra dicitur. tollite ab eo talentum, cūo possit talētum tolli ab eo qui illud abscondit? Dicendum, ꝙ hoc conuenit quantum ad parabolam: nā cum non vsus fuisset talento illo ad lucrum, & maneret adhuc penes eum, poterat illi auferri, & dari alteri qui operaretur in illo. Sed quantum ad intentionem Christi non vī, ꝙ talentum auferri possit alicui ad hoc, ꝙ detur alteri: nam omnia dona Dei sunt perfectiones quædā nostræ, nisi forte pro bonis fortunæ accipiātur quæ sunt extrinsecus adiacentia, sed perfectiones istæ sunt accidentia quædam, accidentia autem non possunt separari ab eo cuius sunt, potest quidem perire accidens, quod alicuius est. vt esse desinat, & tamen, ꝙ desinat esse in subiecto suo, & maneat, non est possibile, quia non habet esse, per quod maneat. Secundo, quia ponitur, ꝙ ad alterum transeat, & istud est minus possibile, quia accidentia indiuiduata sunt ex subiecto in quo erant, ideo non possunt manere eadem numero transeundo ad alterum subiectum, ita ꝙ sint illius. nā dato, ꝙ maneat accidens sine subiecto, manebit in illo esse, quod pr⁹ habebat, & acquisierat in subiecto, si autem transire ad alterum subiectum dicantur, ita vt sint ſm esse illius, necesse est, vt sint per esse subiecti, quia alias non sunt accidentia illius subiecti, & ſi incipiant esse per esse illius subiecti, iam desinūt habere esse primum, sed si cessent ab esse primo desinūt esse eadem, iō impossibile est eadem accidentia transire ad alterum subiectum, & ita non auferretur donum, qđ aliquis habet ad hoc, ꝙ detur alteri. Dicit tñ Orige. posse hoc fieri cum ait. potest quidem Dominus suæ diuinitatis virtute auferre sufficiētiam ab eo qui pigrius est ea vsus, & dare ei qui eam multiplicauit. Tertio patet, quia dato, ꝙ esset possibile transire accidens de subiecto in subiectum, nō fieret, quia cōputatio de fructu donorum accipietur in die iudicij, & tamen tunc non oportebit dari donum vnius alteri, quia non est tempus fructificandi, sed accipiendi pmium pro fructu facto. Sed dicetur, ꝙ forte accipietur pro ratione quæ in morte redditur, & tūc donum vnius posset dari alteri viuenti quo fructificaret. Dicē dum, ꝙ non ſtat, quia inxta parabolam talētum, quod aufertur ab eo qui illud abscōdit, datur habenti decē qui iam rationem reddiderat propter hoc, ꝙ habebat multum, sicut in litera dicitur. ꝙ omni habenti dabitur, sed non habet aliquis rem aliquam determinatā de lucro vsque post mortem, quia dum viuimus monemur de bono in malum, & è contrario. ideo nihil habere dicimur, post mortem autem non contingit mutari ſtatū, ideo tunc potest aliquis dici habere paucum, aut multum, & tamen post mortem nulli datur aliquid, ideo nō aufertur donum realiter alicui, vt detur alteri. Sed potest intelligi, ꝙ aufertur, quia perit q̄tum ad defectum. nam sicut habitus qui per assuetudinem acquiruntur, debilitantur, & pereunt ex desuetudine, ita & siquis dono a Deo accepto nō vtatur perdit illud nō vtendo. videtur autem accrescere aliis, qa aliq qui naturali ingenio minores sunt, exercitando se augent donum sibi datum, & alij excellentiores

tiores ingenio ex desuetudine minuunt illud, & id, F quod horum erat videtur in illos transire. Sic etiã potest intelligi perdi talentum quantum ad præmium, quia pro illo nullum præmium dabitur ac si ablatum esset. Sic dicit Hiero. super Mat. ſ. multi etiam cũ sint sapientes naturaliter, & habeãt acumẽ ingenij, si fuerint negligentes, & desides bonum naturæ corrumperẽt, ad comparationem eius qui paululum tardior labore, & industria compẽsauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium, quod eis fuerat repromissum vident transire ad alios.

Quare dominus fecit dari talentum habenti decem, & non habenti duo. Quæst. CLIX. G

QVAERETVR cum auferri iusserit talentum dominus, quare fecit dari habenti decem, & non habenti duo. quia potius videbatur dandum habenti duo, aut quatuor, vt cum lucro augeatur. Dicendum, ꝙ quantum ad parabolam positæ fuerũt causę supra.

Sed quantum ad rationem, quam Christus intendit dicunt aliqui, quòd fuit, quia ille qui duo talenta habebat, plus habebat quam qui quinque. Nam quinque sunt corporis sensus, duo sunt intellectus, & operatio. vnum talẽtum est intellectus, qui autem habet quinque habet operationem, vel cognitionẽ circa exteriora, non autem circa interiora, ideo deest sibi intellectus qui est vnum talentũ. Vnde conuenienter datur ei. habens autem duo habet intellectum, & operationem. vnde nihil ei deficit, ideo non debuit sibi fieri additio. Sic dicit Grego. in Homilia, ſ. optimũ autem videbatur, vt ei potius qui duo quã qui quinque talenta acceperat daretur, illi enim dari debuit q minus accepit, sed cum per quinque talenta exteriorum scientia designetur, per duo autem intellectus, & operatio, plus habuit qui duo quam qui quinque talenta acceperat, quia per talenta quinque exteriorũ administrationem meruit, ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit. vnum ergo talentum, per quod intellectum significari diximus illi dari debuit, qui bene exteriora quæ acceperat, ministrauit, quod quotidie in sancta Ecclesia cernimus, vt etiã de interna in- I telligentia polleãt qui exteriora fideliter administrãt. Sed dicendum, quòd non multum tenet istud, quia metaphora ista de talentis est ad signanda dona spiritualia. ergo necesse est, quòd per talenta plura signẽtur maxima dona spiritualia, sed quinque sunt maiora. ergo per illa signãtur maiora dona quam per duo. Dicendum ergo, quòd habenti decem datum est talentum, & non habenti quatuor. Primo quia iste honorabilior, & maioris meriti iudicatus est. nam quinque lucratus fuerat, & alius sola duo, ideo honoratur magis dando illi talentum, quod alius perdidit. Sic dicit Hieronym. super Matth. ſ. datur ei qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet ęquale sit Domini gaudium in vtriusque labore eius, ſ. qui quinque, & qui duo, duplicauit tamẽ maius præmium ei qui plus in Domini pecunia laborauit. Secundo, & præcipue fuit propter id, quod sequitur, ſ. omni habenti dabitur, & abundabit. nam cum daretur habenti decem adiunctum est tanquam causa omni habenti dabitur. ergo propter hoc dabatur ei, qui abundabat, & tamẽ magis habebat qui decem habuit quam qui quatuor. ergo ei dari debuit: sic patet Luc. 19. c. in alia simili parabola, quia mna eius qui illam abscondit in sudario data est ei qui habuit decem mnas, & non ei qui habuit quinque. & ibi non est propter significationem, sicut hic ponit Gregor. vt dictum est, quia ibi cuilibet seruorum data est vna mna, & vnus lucratus est decẽ, alius quinque, & habenti decem data est vna mna. ergo non fuit, nisi propter multitudinem, quia plus habenti plus datur, & ita etiam ibi adiungitur ista causa, scilicet omni habenti dabitur, & abundabit.

Quomodo est verum, quod omni habenti dabitur. Quæst. CLX.

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ omni habenti dabitur. Dicendum, ꝙ non intelligitur, nisi quantum ad dona Dei, & vt a Deo dantur. nõ autem de eis quæ homines inter se agunt, & patiuntur. nam aliqui sunt habentes bona seculi quibus alij nihil dant, sed potius furantur opes eorum, & ẽ contrario aliqui sunt pauperes quibus nihil subtrahitur, sed potius eis subuenitur. Quantum ad dona Dei est verum, & exponunt quidam de fide, ſ. quòd habenti fidẽ dabuntur alia dona, & non habenti auferentur bona naturalia. Sic dicit Hiero. super Mat. ei qui fidẽ habet, & bonam in Domino voluntatem, etiam si quid minus in opere, vt homo habuit, dabitur a bono iudice. qui autem fidem non habuerit, etiam cęteras virtutes quas videbatur naturaliter possidere perderet. Secundo exponunt aliqui de doctrina Euangeliorũ, ideſt, ꝙ habens doctrinam Euangelij obseruando eã habet honorem a Deo pro illa, & pro lege Moysi, licet illam non obseruet, qui autẽ non obseruat Euangelium, licet obseruet legem Moysi nullum honorẽ pro illo accipit. Sic dicit Hylarius super Mat. habentibus vsum Euangeliorum, & honor legis redditur, non habentibus autem fidem Christi etiam id honoris, quod ex lege habere videbantur, aufertur.

Tertio exponitur de exercitatione donorum, ſ. ei qui habet circa dona accepta exercitationem addũtur alia, eis vero qui nullum habent exercitium, aut lucrũ auferuntur ea quæ habent, quia perdũt illã per desuetudinem, vel quãtum ad præmiũ. Sic dicit Chry. in Homilia. qui gratiam sermonis, & doctrinę ad proficiendum habet non vtens ea gratiam perdit, qui autem studiũ adhibet amplius attrahit. Et iste sensus videtur esse conueniens ad literam. nam ei qui abscondit talentũ ablatum est, & ei qui multum studuerat, vt quinque lucraretur, datum est. Quarto accipitur de charitate, ſ. ꝙ habenti eam dantur alia dona, & non habenti, vel perdenti illam data auferuntur. Sic dicit Grego. generalis sententia subditur, ſ. omni habẽti dabitur: quisquis enim charitatem habet etiã alia dona percipit, quisquis charitatem non habet, etiã dona quæ habere videbatur amittit. Dicitur autem, ꝙ habenti dabitur, & abundabit, ideſt dabitur, vt abundet, ſ. ad plenitudinem habeat.

Quomodo est verum, quòd datur habenti, & quomodo est ad propositum literæ. Quæst. CLXI.

SED quæretur qũo est verum, quod datur habenti, K & quomodo est ad propositum literæ. Dicendũ, quòd accipiendo in tertio modo planum est, quòd siquis habet donum aliquod, & in illo se exercet proximis proficiendo, adauget Deus illi donum ipsum, vel dat alia dona quę non habuerat, & hoc, quia exercitatio illa prodest dupliciter ad dona, ſ. per modũ dispositionis, & per modum meriti. De primo, quia naturaliter omnis actus alicuius actus facit ad augmentũ ipsius, & si gignatur ex operatione, sicut sunt morales augebitur effectiue per actus, ſ. ꝙ actus augeat habitum, & non ponetur aliud extrinsecum augens. Si autem non gignatur per actus, sed infundatur a Deo, erit etiam augmentũ a Deo effectiue, sicut est de charitate, est tamen actus dispositiue se habens ad augendum illam. In alijs autem donis Dei si per infusionẽ sunt

sunt sic erit, & tunc augmentum per actum non est, nisi respectu illius doni cuius est actus. A

De secũdo patet, quia per operationem donorum meremur, & tunc non meremur solum vitam æternam, sed etiam augmentum donorum, sicut charitas nutrita meretur augeri, & aucta meret perfici, & hoc modo per actũ vnius doni non solum meremur augmentum illius doni, sed etiam acquisitionem aliorũ de dono, vel augmentum aliorum existentium. Accipiendo autẽ alias expositiones quæ redeunt in vnũ modum potest dupliciter accipi, ſ. primo quãtum ad augmentum donorum in præsenti, nam habenti fidẽ dantur alia dona, vel habenti charitatem. Et hoc potest intelligi, sicut dictum est, ideſt, quòd per meritũ operationis secundum vnum donum dentur alia dona, & maxime est hoc quantum ad charitatem, quia illa est radix merendi, ideo qui illam habet per actum B eius meretur multa alia dona accipere, & accipiet illa.

Secundo potest accipi quantum ad præmium vitæ æternæ, scilicet habenti bona opera hic per dona quæ habuit datur vita æterna, & datur, vt abundet, ideſt, vt perficiatur, & quanto magis habuerit dabitur maior gradus in vita æterna.

Sed dicendum, quòd omnes hi modi conueniunt literæ. accipiẽdo primum est verum, quòd datur augmentum doni exercitãtibus se, sicut seruo qui se multum exercitauerat lucrando quinque additũ est aliud talentum, & ei qui nõ fuerat negociatus ablatum est C talentum. Accipiendo pro alijs expositionibus quantum ad primum modum eorum verum est, quòd habentibus donum charitatis dantur alia dona hic, & quanto plura quis habuerit, tanto meretur dari plura, & maiora, sicut seruus qui decem habuit accepit vnum, & non ille qui habuit quatuor.

Sed dicendum, quòd secũdus modus huius expositionis magis conuenit, ideſt habentibus hic bona opera datur vita æterna. Et hoc patet, quia alij modi sunt quantum ad dona quæ dantur in præsenti, & tamen ea quæ Christus signauit in hac parabola sunt in iudicio, in quo incipit status alterius seculi, iõ de bono, quod datur in vita æterna agitur, & non de donis quæ hic dantur. Secundo, quia de isto seruo bono ha- D bente plura, & cui alia dantur, dicitur. serue bone, & fidelis supra pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam intra in gaudium domini tui. Illud enim gaudium est vita æterna, & multa, supra quę constituitur, sunt bona vitæ æternæ, & ista sunt bona quæ dantur habenti. ergo accipitur de bonis quæ dantur in vita æterna, & non hic. Similiter de seruo cui aufertur talẽtum idem patet, quia mittitur in tenebras exteriores, per quas infernus signatur. ergo bona quæ dantur bono seruo habenti sunt post vitam, sicut infernus q datur malo seruo est post vitam. Tertio, quia in hoc sensu est vera propositio generaliter, non autẽ in alio; nam omnis qui opera bona habuerit moriens habebit bona quæ dabuntur ei in vita æterna, & tamen nõ est verum nunc, quòd habens charitatem habet alia E dona, vel aliqua eorum. Et aliqui sunt qui non habẽt fidem, neque charitatem, & habẽt multa dona, vt de dono ingenij, & alijs quæ stant sine gratia. Et tamen non habens charitatem non deberet tunc habere aliquod donum: immo si aliquod haberet deberet ei auferri.

Quarto quia habens bona opera habet vitam ęternam, & quanto maiora opera bona plus de vita æterna, sed non est sic quantum ad fidem, & charitatem, quia aliqui minorem charitatem habentes inueniũtur multa dona habere, & alij habẽtes maiorem charitatem non habent multa dona, vt patet de operatione miraculorum, & prophetia, & generibus linguarum qui interdum in hominibus minoris perfectionis inueniuntur. Est autem perfectio secundum charitatem, & hoc multum conuenit literæ, quia hic nõ solum datum est habenti, sed maxime habenti, sicut verum est, quòd quanto quis magis habuerit de merito operum, magis habebit de magnitudine præmij.

Quomodo est verum, quòd ei qui non habet, quod habere videtur auferetur ab eo. Quæst. CLXII.

QVAERETVR quomodo est verum, quòd ei qui nõ habet, quod habere videtur auferetur ab eo? quia non videtur possibile. Dicendum, ꝙ ei qui vere nihil habet auferri nihil potest, sed dicit nihil auferri secundum materiam subiectam, sicut secundum parabolam dicitur nihil habere qui nihil lucri habuit: nam ille aliquid habebat, ideſt talentum, sed nihil habebat, ideſt nullum lucrũ, ideo qui nihil habebat poterat auferri aliquid, ideſt talentum. Sed circa intentionem Christi accipitur istud de donis, vel operationibus, & tunc dicendum est, ꝙ impossibile est ab eo qui habet, siue parum siue nihil auferri donum, vel operationis meritum, quia quod aufertur potest manere per se ablatum, sed donum, aut operationis meritum per se manere nõ possunt, sed in eo cuius sunt, vt dictum est supra. Sed accipiẽdo pro donis respectu huius vitæ est sensus, ꝙ qui habet operationem cum dono auget sibiipsi donum, qui vero donum habet, sed non habet operationem, perdit donum. Sic exponit Hierony. vt ibi dictum est. Aliter tamen dicitur, & melius, sicut præced. q. ſ. ꝙ non habenti operationes bonas in morte aufertur id, quod habere videtur, ideſt siquis viuens multa dona habuit, & forte multas operationes exercuit, & tamen moriens nõ habet aliquas, quia viuendo perdidit illas per contrariam operationem, aufertur quod habet, ideſt omnia illa non computantur ei ad vitam æternam ac si nũquam habuisset, & ita videntur transire in vtilitatem sanctorũ, & gloriam, agentibus autem non prosunt. Et dicitur auferetur, quia Deus accipit quasi violentet quædam bona quæ mali fecerunt, vt prosint in gloriam suam: multa enim bona fecerunt, & faciunt infideles, & homines existentes sine charitate, quæ nunquam illis ꝙ futura sunt ad gloriam vitæ æternę, sed Deus illa accipit, vt cedant in gloriam suam qui talia dona dedit, sicut laudamus Deũ qui talia ingenia dedit qualia habuerunt philosophi, per quæ tam copiosam doctrinam huic seculo effuderunt etiam Ecclesię Christi profuturam, illis autem omnes illi labores non profuerũt si apud inferos sunt, sed abstulit Deus illos fructus, vel dona ab eis, vt daret nobis, ideſt nobis seruis suis prosint, & per ea Deum laudemus. Sic dicit Hieronym. Eleganter inquit, quod videtur habere auferetur ab eo, quicquid enim sine fide Christi est nõ ei debet imputari qui male eo abusus est, sed illi qui etiã malo seruo naturæ bonum tribuit.

Dicitur autem, quod videtur habere propter duo. Primo, vt concordet literæ præcedenti: nam dixit ei qui non habet auferetur, sed impossibile est ei qui nõ habet aliquid auferri, ideo ait, quod habere videtur, quasi dicat, non habens nihil habet, ideo non potest auferri aliquid ab eo, sed videtur, ꝙ aliquid habeat, & illud, quod habere putatur auferetur ab eo. Secundo dicitur propter ea quæ aliqui indebite tenent: habent enim talenta cum quibus nõ fructificant, ideo illa habere videntur, sed non habent, quia non plus eis proderunt quam si non haberent, cum ab eis auferenda sint, & tradenda in aliorum vtilitatem.

Quare dicitur seruum inutilem proijcite in tenebras. Quæst. CLXIII.

QVAERETVR circa hoc, quod dicitur seruum inutilem proijcite in tenebras.

Dicendum, q̃ hic ostenditur, non solum propter commissionem malorum, sed etiã propter omissionem bonorum damnari homines. Dupliciter enim peccat homo, aut committendo mala, aut omittẽdo bona necessaria. Primum ex genere suo maius videtur, licet accidat quasdam omissiones deteriores esse multis commissionibus, & sic putarent quidam pro commissionibus malorum damnari homines, sed nõ pro omissione, hic autẽ ostẽditur, q̃ etiam pro omissione: immo hic nõ ponitur damnatio, nisi pro omissione, s. quia seruus habens talentum vnum non negociatus est cum illo, sed illud integrũ domino reddidit, & in condemnatione, ita subditur causa, s. seruum inutilem proijcite in tenebras: inutilis enim est qui vtilitatem nullam fecit. Sic dicit Chry. in Homilia, s. videant, quia non solum qui rapit aliena, aut qui mala operatur punitur vltima pœna, sed etiam qui bona non facit. Et ideo multum suadere sibi quisquam debet, vt operationem quam potuerit secundũ quælibet dona sibi collata non omittat quodcũque illud donum sit. Sic dicit Grego. habens intellectum curet omnino ne taceat, habens rerum affluentiam a misericordia non torpescat, habẽs artem qua regitur, illius vsum cum proximis partiatur: habens loquendi locũ apud diuitem pro pauperibus intercedat: talẽti enim nomine cuilibet reputabitur, quod vel minimum acceperit. Idem dicit Orige. super Matth. si non placet tibi, quod dicitur, s. si propter hoc, q̃ non docuit quis iudicatur, recordare illud Apostoli, Væ mihi est si nõ euãgelizauero. de tenebris autem infra dicetur quando agetur de pœnis inferni.

Quid vsura sit. Quæst. CLXIIII.

CVM enim dictum sit hic, ego veniens recepissem quod meum est cum vsuris. circa vsuras aliquid dubitatur, & primo quid sit vsura. Solent autem diffinire, vsura est ex mutuo lucrum debitum, vel exactũ. Sic Innocentius diffinit extra de vsu. in princ. cap. 1. & Raymundus in summa. titu. de vsu. nam si non sit in contractu mutui non est vsura, & si in contractu illo aliquid gratis vltra mutuum detur, & gratis accipiatur non est vsura. ar. 14. q 3 cap. vsura, & 18. distin. ca. de eulogijs, quia vt ait Gregorius, nulla oblatio suscipienti culpæ maculam ingerit, quę non ex ambientis pactione processit, & habetur 3. quæst. secundo cap. sicut.

Expositio diffinitionis vsurę.

Alij diffiniunt, vsura est quicquid sorti accedit: sors enim est ipsum, quod principaliter in cõtractu venit, idest, quod mutuatur. Et sic diffinit Ambrosius. & habetur. 14. quæst. tertia, cap. plerique. Est tamen diffinitio materialis, quia est sensus, q̃ quicquid ad sortem accedit pertinet ad vsurã, sed illud non est vsura, quia vsura est crimen, & non pecunia, neque res extra.

Alij diffiniunt plenius, s. vsura est quicquid sortem excedit, vel solutionem mutuatę rei excedit ipsius rei vsus gratia pactione interposita, vel hac intẽtione habita in contractu, vel exactione habita ex post facto. & dicitur quodcunque excedit solutionem, idest qñcunque vltra quantitatem rei mutuatæ redditur aliquid, quicquid illud sit, est vsura, & non differt de re quæ datur quæ sit, vt infra dicetur. dicitur gratia vsus rei mutuatæ: nam si nõ daretur propter vsum rei, sed propter aliam causam, vtpote quia quis putabat se, alias teneri huic mutuatori, & non existente hac mutuatione nihilominus erat sibi aliquid repensurus: nã tunc non pertinet ad vsuram ex parte dantis, neque accipientis, etiam si detur nomine pœnæ, vel interesse, dum tamen non in fraudem, non est vsura. dicitur pactione interposita, nam dato, quòd quis soluat vltra sortem gratia vsus rei, non tamen fuit de hoc conuentum, neque mutuator cogitauit de hoc, non est vsura: pactum enim appositum facit cõtractum vsurarium. dicitur, vel exactione habita ex post facto, ga dato, quòd non conuentum fuerit in cõtractu de soluendo aliqua quantitate, & mutuans coegerit accipiẽtem aliquid vltra sortem postea soluere. vsura est, circa singulas harum partium magis postea dicetur.

Vnde dicatur vsura, & quare. Quæst. CLXV.

QVAERETVR vnde dicatur vsura, & quare. Dicendum, quòd vsura, vt dicit Raymundus in summa. titul. de vsur. & Hostiens. in sum. eod. tit. dicitur vsuerarus, idest vsus rei, vel vsus ęris, & vtrunque competit: nam vsus ęris est, quia pro vsu pecuniæ mutuatæ datur pecunia vltra sortem. Omnis autem pecunia solet large vocari ęs, vel argentum, quia de his metallis potius fit quã de alijs moneta, licet pecuniam non solum vocamus monetam, sed etiam omne, quod possidetur 1. quæst. 1. cap. totum. & accipit sic Aristot. 4. Ethic. ca. de liberalitate vocans pecuniam, vel numisma omne, quod numismate appreciari potest. Vel dicitur vsus rei vsura, & istud adhuc magis conueniens est ad nomen, & etiam ad rationem: non enim in solo vsu ęris, idest monetæ mutuatæ consistit vsura, sed in vsu omnium rerum quæ cadunt sub mutuo: nam ad contractum mutui pertinet vsura.

Quot sunt modi vsuræ. Quæst. CLXVI.

QVAERETVR de modis vsuræ quot sunt.

Aliqui distinguunt duos modos, s. vsurã spiritualem, & corporalem. prima est bona, & laudabilis, quã exercere debemus, s. ex donis nobis datis fructificãdo circa proximos lucra petere, & ita dicit August. Miser homo fœneraris homini, fœnerare Deo, & centuplum accipies, & vitam æternã possidebis. Alia est corporalis vsura, cum aliquid sorti accedit gratia vsus rei, vt dictum est.

Sed istam diuisionem quidam arguunt, s. frater Io. in summa. confes. eod. titu. de vsu. quæst. 14. dicens, q̃ non est bona diuisio, sicut fatuum esset dicere, quòd vitis est duplex, quædam corporalis, alia spiritualis, & idem tenet Henri. eod. tit. in ciuitate.

Dicendum, quòd bene redarguunt prædictam distinctionẽ: non enim proprie diuiditur vsura per corporalem, & spiritualem, quia spiritualis non est vsura, & tamen motiuũ istorum, idest Hosti. & Ray. & Godofr. & aliorum qui sic distinguunt est, quia Christus vocauit vluram hic cum dixit, recepissem quod meum est cum vsuris.

Sed dicendum, quòd hoc non prodest. primo quia etiam si Christus hoc diceret loquitur parabolice, & ideo, quod metaphorice vocatur tale, non vocabitur absolute tale, & ita apparet, quia Christus vocauit se vitem, & non est ipse vitis corporalis, sed spiritualiter, & tamen si quis vitem distingueret per corporalem, & spiritualem insipienter distingueret. vt dixit idem frater Io.

Secundo, quia adhuc melius posset distingui vitis in spiritualem, & corporalem, quam vsura in spiritualem, & corporalem, quia de vite dicitur Ioann. decimoquinto cap. Ego sum vitis vera, & tamen de vsuris istis

istis spiritualibus non dicitur, quòd sunt veræ vsuræ, & tamen hoc dato adhuc non distinguitur conuenienter vitis per corporalem, & spiritualẽ. ergo multominus distinguetur vsura per corporalem, & spiritualem. Tertio, & principaliter, quia vsura, quæ ponitur a Christo hic, & Lucæ 19. cap. Non est vsura spiritualis, sed temporalis, siue corporalis, tamen dicitur recepissem, quod meum est cum vsuris, quia illud est verbum Domini, qui posuit rationem cum seruis suis: sed ibi manifestum est, quòd dominus ille pecuniam petebat, & lucrum corporale, quod a nummularijs accipiendum erat, ideo pro vsura corporali ibi accipitur: verum est tamen, quòd per hoc signatur lucrum quoddam spirituale ex operationibus donorum, sed illud lucrum non vocatur vsura, licet signetur per vsuram, sicut hic per talenta signantur dona spiritualia, & tamen illa non sunt talenta. Aliter ergo dicendum, quòd vsura est duplex, scilicet, vsura sortis, & vsura vsuræ. Vsura sortis est id quod datur vltra sortem pro vsu mutuatæ rei. Vsura vsuræ dicitur, quando pro expectatione solutionis pecuniæ vsurariæ datur alia vsura, & vocatur improbum fœnus, & qui talem vsuram exercet secundum leges ciuiles, est infamis, vt 3. q. 1 §. tria. sed secundum iura canonica vtraque est prohibita, & infames sunt quamcunque exercentes. 6. quæst. 1. cap. infames.

An dare mutuum sub vsuris sit peccatum. Quæst. CLXVII.

QVAERETVR an dare mutuum sub vsuris sit peccatum. Aliqui dicunt, quòd non, ga omittere consilia non obligat hominem ad peccatum, quia consilia non sunt de necessitate cum non sint præcepta, & tamen Lucæ 6. c. inter alia consilia dicitur, mutuum dantes nihil inde sperantes: ergo dare sub vsuris mutuum, non est peccatum. Secundo, quia non videtur peccatum esse accipere pretium pro eo quod quis facere non tenetur. Sed non tenetur in omni casu habens pecuniam mutuare eam proximo petenti: ergo aliquando licebit mutuanti sub vsuris mutuum dare. Tertio, quia argentum monetatum, & in vasa formatum non differt specie, sed licet accipere pretium, si quis mutuet argentum in vasis: ergo licebit accipere si tradat illud monetatum. Dicendum, quòd dare ad vsuram mutuum, peccatum est, quia est contra rationem, & est secundum se iniustum, quia venditur id, quod non est, per quod manifeste inæqualitas constituitur, quę contrariatur iustitiæ. Pro quo sciendum, quòd quædam sunt res, quarum vsus est ipsarum rerum consumptio, & non habent vsum distinctum a consumptione, sicut vinum consumimus vtendo eo ad potum: triticum consumimus vtendo eo ad cibum. vnde in talibus non debet per se distinctus computari vsus rei a re ipsa, sed cuicunque conceditur vsus rei, conceditur ipsa res, quantum ad substantiam suam, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Et ratio est, quia per contractum mutui aliquid traditur, sed in talibus rebus nihil est præter substantiam rei, ideo necesse est tradi ipsam rei substantiam, & hoc est tradere dominium. Siquis enim seorsum vellet vendere vinum, & seorsum vini vsum, venderet eandem rem bis, vel venderet id, quod non est: vnde manifeste per iniustitiam peccaret. Et simili ratione per iniustitiam peccat qui mutuat triticum, aut vinum, petens sibi duas recompẽsationes, vnam quidem restitutionem æqualis rei, aliam vero pretium vsus rei, quæ recompensatio dicitur vsura.

Aliæ res sunt, quarum vsus non est ipsarum rerum consumptio: sicut domus, equus, vestis: vsus. n. domus est inhabitatio, & non dissipatio, vel euersio eius, & iõ in talibus seorsum potest vtrunque concedi, sicut cum aliquis tradit alteri dominium domus, reseruato sibi vsu, vel iure vtendi ad aliquod tempus, vel econtrario si quis concedit alteri vsum, domus reseruato sibi dominio. Et ideo licite potest homo accipere pretium pro vsu domus: sicut patet in locatione, & conductione domus. pecunia autem secundum Aristot. quinto Ethicorum, & primo Politicorum, est inuenta principaliter, vt medium commutandi: & ideo proprius vsus pecuniæ, & principalis est ipsa consumptio, siue distractio eius secundum quod in commutatione expenditur, & propterea illicitum est, secundum se pro vsu pecuniæ accommodatæ accipere pretium quod dicitur vsura, & sic vsuram peccatum dicimus, & quod de vsu pecuniæ, idest, monetæ dicimus, accipiendum est etiam de alijs, quæ ad commutationes mutuationum pertinẽt, & vnicum vsum habent, sicut est in vino, oleo, frumento, & similibus, quorum vsus est ipsa eorum consumptio, vt dictum est: nam ista est causa vsuræ, & iniusti contractus, quòd vendatur, quod non est, vel idem bis.

Alij dicunt aliter de hoc, licet ad eandem sententiam redeant, scilicet, quòd cum bonum, secundum Arist. primo Ethicorum, consistat in operatione rei. res autem istæ non sunt nobis bonæ, secundum substantiam suam, sed secundum vsum earum, ideo bona. vtilia dicuntur res, quarum bonitas in vsu est. vsus autem rei attenditur, secundum finem rei, ideo res diuersimode applicantur ad vsum, quia quædam res habent duos vsus, aliæ habent unum: omnes enim res, siue naturales, siue artificiales, præter numisma habent duos usus. numisma enim unicum usum habet: patet de iumentis. habent enim unum usum in iuuando hominem, iuxta nomen suum in portando aliqua, ut equus, asinus, bos. habent secundum usum, qui est quòd ipsa sint extrema commutabilia, inquantum attribuit eis homo pretij quantitatem secundum uarias necessitates, sic est in pecoribus, frugibus, & fructibus. habent enim primum usum, qui est sustentare naturam per cibationem eorum. secundus est, quòd ad commutationem ualeãt, sic est de domo, & alijs bonis utilibus, mobilibus, uel immobilibus, quia domo utimur in habitando, ueste uestiendo, & illa etiam commutamus, & uendimus, & locamus. numisma autem solum hunc usum habet, quod sit medium commutationis, vt patet quinto Ethicorũ, quia vero dato numismate non poterant fieri semper commutationes. Cũ aũt quælibet res istarum vsus suos habet, nihil illicitũ fit, sicut neq; ipsæ res de se illicitæ sunt. Cũ autem aliqua plures vsus habere incipit illicite fit: pecunia aũt est medium commutandi. in commutatione vero res simpliciter transit. Et est iste vsus eius valore aliquid ad commutandum: & ista commutatio debet regulari secundum iustitiam commutatiuã, ita q̃ sit ibi æqualitas arithmetica. cũ aũt pecunia incipit habere aliũ vsum, s. q̃ non sit mediũ commutationis, sed q̃ manens augeatur per vsum, sicut equus manens p̃ vsum lucri, facit aliqd dño suo, erramus, & in hoc illicitũ facimus, ga vsum rei manentis applicamus, quæ habet ab institutione, vel fine suo, q̃ per vsum transeat, & ideo abusus est, qui nunq̃ in aliqua re sine peccato eẽ potest, & recte vsura est, ga actio rei per quam transit non proprie vocatur vsus. actio autẽ quæ est manente re proprie vsus est: numisma autẽ cũ commutatur transit, ideo ibi neq; vsus, neq; vsura dicitur. cum autem numisma manere censetur, & ex tempore aliqd multiplicatur vsura rectissime dicitur. Idem autem

est de omnibus alijs rebus, quarum vsus est ipsarum F
cōsumptio, vt in tritico, vino, oleo, quia si aliquid ma
nēdo ex tempore acquirant vsura est, & peccatū abu
sus cuiusdam, quia cōtra conditionem rei fit. Ad pri
mum in contrarium dicendum, ꝙ in illo verbo Chri
sti, mutuum dantes, est aliquid pertinens ad consiliū,
& aliquid ad prȩceptum pertinens, dare enim mutuū
interdum est consilium, interdum prȩceptum, quan
do quis enim est in extrema necessitate, dare ei mu
tuum prȩceptum est, cum vero non est in magna ne
cessitate non est prȩceptum, sed consilium, & tamen
nō sperare aliquid ex mutuo, semper est prȩceptum,
ideo vsura, quę consistit in hoc, ꝙ accipitur in mutuo
aliquid vltra sortē vel speratur, semper est contra prę
ceptum, & est prohibita. Ad secūdum, ꝙ ille, qui mu- G
tuauit cum non teneretur mutuare potest recompē
sationē accipere, sed non potest aliquis accipere plus
quàm egit, recompensatur autem ei secūdum æqua
litatem iustitię si tantum restituatur quantum ille de
dit, ideo non potest amplius exigere, si vero plus exi
gat pro vsu rei, cuius vsus est ipsa cōsumptio eius, quā
fuit ipsa quantitas ejus est vsura, & iniusta exactio. Ad
tertium dicendum, ꝙ differentia est inter vasa argen
tea, & monetam argenteam: nam vasorum argēteo
rum est duplex vsus, vnus vt deseruiant inquantū vasa
ad aliquid continendum, vel ostentādum, alius est, vt
possint commutari inquantum habent valorem. Pri- H
mus vsus est distinctus a re, & nō est ipsius rei cōsum
ptio, ideo potest vēdi vsus, vel peti pecunia pro eo, &
tunc nō est vsura, neque est contractus mutui, in quo
solo potest consistere vsura, sed locationis cōtractus.
Secundus vsus nō est distinctus a vasis, & ideo siquis
mutuauerit vasa argentea pro determinato pretio, &
postea pro expectatione temporis siue vsu rei peta
tur aliquid vltra, est vsura, secus est in pecunia argen
tea, quia illius vsus est commutatio, in quo perit ipsa
res, cum transeat ad aliud, & ideo non potest peti ali
quid vltra id pro quo mutuatur. Interdum tamen pro
vsu pecunię aliquid potest accipi. Sed tunc non per
tinet ad mutuum, sed ad locationē, vt infra dicetur.
Circa istud etiam obijciunt, quia quilibet potest licī
te accipere rem quàm dominus rei voluntarię ei tra
dit, sed qui accepit mutuum, volūtarie tradit vsuram. I
ergo licite potest accipi vsura.

Dicendum, quòd quędam dantur voluntarie, quæ
non accipiuntur licite, sicut si turpiter dentur, & ita
hic poterat esse. Aliter & melius dicitur, quòd non
dat quis sponte vsuram pro pecunia mutuata, sed est
inuoluntarium mixtum: nam si simpliciter esset in
sua libertate soluēs vsurā nihil solueret, neq; sub vsu
ris acciperet, sed quia est cōstitutus in inopia, iudicat
melius esse recipere pecuniam sub vsuris ad subuen
tionem suæ inopiæ, & soluere sponte vsuras, quàm
non recipere, neque soluere, ideo nō dat simpliciter
volūtarie pecuniam vltra sortem, & sic est illicitum.

An in veteri testamento erant licitæ vsuræ, & qui inter Iudęos dicebantur fratres, & qui alieni, & quæ differentia erat inter Iudæos progenie, & conuersos ad Iudaismum.
Quæst. CLXVIII. K

QVAERETVR an in veteri testamento etāt licitę vsurę. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ve
tantur in multis locis, vt Deut. 23. cap. non
fęneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam
neque fruges, & Leui. 25. ca. & Ezech. 18. c. & Psal. 14.
Dicendum, quòd in veteri testamento nō erat Iudæis
simpliciter vetita vsura, neque totaliter concessa, sed
Iudęis erat illicitum alijs Iudęis de progenie Iacob
dare ad vsuram, sed dare gentilibus, & conuersis ad
iudaismum de gentilibus non erat peccatum, ideſt,
prohibitum in lege. Et patet hoc expresse Deute. 23.
non fęneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniā neque
fruges neque quamlibet aliam rem, sed alieno, fratri
autem tuo absque vsura id quo indiget commodabis
etiam Leuit. 25. si attenuatus fuerit frater tuus nō ac
cipies vsuras ab eo, neque amplius quàm dedisti, pe
cuniam tuam nō dabis ei ad vsuram, & frugum supe
rabundantiam non exiges. Dabatur autem hic lex ad
totū Israel, & ad quemlibet de Israel, & vocātur inter
se fratres omnes descendentes de stirpe Iacob, vel sal
tem ex parte patris, & de his erat ista ordinatio, s. vt
nullus eorū posset alteri quicquam sub vsuris tribue
re, cuius causa erat, vt pauperes non perirent inopia, &
sic dicitur Leui. 25. si attenuatus fuerit frater tuus, &
infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam, &
peregrinum, & fuerit tecum, non accipies vsuram ab
eo, immo non solum cogebantur non dare ad vsurā,
sed gratis mutuare quidquid peterent, & si possent
soluere restituebāt, sin autem, erat donatum, vt patet
Deut. 5. cap. Nam in anno septimo remissionis tolle
batur omne debitum, ideſt, qui debitor erat ex ratio
ne mutui liberabatur in illo anno, etiam si non soluis
set, quia lex liberabat eum, & tamen ob hoc nō lice
bat diuitibus claudere viscera sua aduenięte anno se
ptimo, vt nihil pauperibus mutuarent, quasi dicerent,
ecce venit annus septimus, & nihil nobis soluetur,
sed iubebat Dominus, quòd mutuarent pauperibus
quidquid illis opus esset, & alias peccarent, & ita non
licebat dare ad vsurā fratribus, sed alienis. Alieni autē
vocantur, qui non erant fratres, quod patet ex modo
loquendi Deut. 23. cap. s. non fęneraberis fratri tuo ad
vsuram, sed alieno, ex quo innuitur, quòd omnis ho
mo, aut esset frater, aut alienus, vel daretur, quòd non
esset sufficiens diuisio, quod est inconueniens. Etiam
sequeretur, quòd aliqui essent, qui non prohiberētur
accipere vsuras, & tamen nō permitterentur accipe
re eas, i.a quibusdam non prohiberetur illas accipi, &
tamē non permitteretur accipi, patet quia a fratribus
vsuras accipi vetuit, & ab alienis accipi permisit, sed
dato casu isto aliqui essent, qui non sunt fratres, neq;
alieni, ergo non licebat ab eis accipi vsuras, quia non
erant alieni, neque vetitū erat accipi ab illis, quia non
erant fratres: ergo omnis homo, aut erat frater, aut
alienus, qui autem cōuersi erant de gentilitate ad iu
daismum non erant fratres, quia non erant de genere
Iacob: ergo vocabantur alieni. Quòd autem non es
sent fratres, patet quia Deut. 15. c. soli Iudęi ex genere
vocantur inter se fratres, cum dī. Cum tibi venditus
fuerit Iudęus, aut Iudęa, ꝙ est frater tuus, & ita alij non
sunt fratres, & magis patet Leuit. 25. s. Seruus, & an
cilla sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro
sunt, & de aduenis qui peregrinātur apud vos, vel qui
ex his nati fuerint in terra vestra: hos habebitis in fa
mulos, & hęreditario iure transmittetis ad posteros,
& possidebitis in æternum: fratres autem vestros fi
lios Israel non opprimetis per potentiam. Est ergo
sensus, quòd Iudæi ex genere non poterant dare ad
vsuram inter seipsos, sed poterant dare ad vsuram
alienis, ideſt, Gentilibus manentibus in Gentilitate,
& conuersis ad Iudaismum, & filijs conuersorum,
quia isti non erant fratres.

Sed aliqui dubitant putantes, quòd ista lex non ha
beat locum, nisi quantum ad Gentiles manentes in
Gentilitate, quòd illi nullo modo pertinebant ad le
gem Iudæorum, ideo non liceret illis dare ad vsu
ram.

Dicendum, ꝙ falsum est, quia solis fratribus vetitū
erat dare ad vsuram, sed conuersi ad iudaismum non
vocantur fratres, vt ostensum est prȩcedenti quæst.
ideo

ideo non erat vetitum eis dari sub vsuris. Cum autem A
objicitur, quòd isti pertinebant ad legem Iudęorum.
Dicendum, quòd verum est, & tamen multa differē
tia inter eos, & Iudęos ex progenie fiebat: iō non erat
mirū si in hoc Deus faceret etiam differentiā. Primū
erat, ꝙ Iudęi non poterant habere seruos de fratribus
suis Iudęis, & siquis Iudęus venderet se in seruum, aut
venderetur ab alio, lex liberabat eū in anno septimo
remissionis. Exo. 21. & Deut. 15. nisi forte accepisset
vxorem a domino, & genuisset filios ex ea: nam non
poterat habere illos, sed tam vxor quā filij manebant
apud dominum, & ipse solus exibat Exo. 21. & Leui.
25. cap. Si autem Iudęus emeret in seruum aliquē cō
uersum de gēnilitate, etiam si post esset Hebręus erat
seruus in perpetuum ipsi, & posteri eius, & nō libera- B
batur in anno iubilęi: Leui. 25. s. seruus, & ancilla sint
vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de
aduenis, qui peregrinantur apud vos, & qui ex his na
ti fuerint in terra vestra, hos habebitis in famulos, &
iure hęreditario transmittetis ad posteros: & tamen
istud erat maius prȩiudicium, quam ꝙ mutuarentur
eis pecunię ad vsuram: ideo non erat mirum, ꝙ Deus
hoc permitteret. Secundum erat, quia si quis Iudęus
alteri Iudęo aliquid mutuaret, vel quis alteri aliquid
deberet, & non solueret ante septimum annum, qui
erat annus remissionis, in ipso anno septimo libera
batur secundum legem non soluto debito, vt dicitur
Deut. 15. cap. si tamē Iudęus mutuaret aliquid cōuer- C
so ad iudaismum, etiam aduenięte anno remissionis
septimo nō liberabatur, sed tenebatur semper solue
re, quia dicitur, septimo anno facies remissionē, quæ
hoc ordine celebrabitur, cui debetur aliquid a proxi
mo amico ac fratre suo repetere non poterit, quia an
nus remissionis est Domini: a peregrino, & aduena
exiges, ciuem & propinquum repetendi non habe
bis potestatem. Ecce dicitur, ꝙ ab aduena, & peregri
no poterat peti, sed conuersi vocantur aduenę, & pe
regrini, quia non sunt fratres, ergo ab eis poterant ac
cipi vsurę. Tertiū erat, quia conuersi ad iudaismum
quantum ad quasdam gentes saltem non recipiebā
tur ad honores inter Iudęos, neque accipiebant vxo
res de filiabus Iudęorū. Deut. 23. cap. s. Ammonites, D
& Moabites non intrabunt Ecclesiam Domini, etiā
post decimam generationem vsque in ęternū, & ta
men Iudęi ex genere non excludebantur ab aliquo
honore, neque a iure contrahendi matrimonium.

Quartum erat quantum ad istud, quod nūc dicitur
de vsuris, quia a Iudęis, ex genere non poterant peti
vsurę, a cōuersis autem peti, aut accipi poterant. Cau
sa autem huius rei erat, quia vsuræ malę erant secun
dum se, vt dictum est supra, Iudęis autem fuerunt li
citę ex dispensatione, vt videtur, & ita permissio erat
hic, sed permissio facta est ad duritiem cordis, sicut li
bellus repudij ad duritiem cordis datus est, ideſt, per
missus supra 19. cap. Erant enim Iudęi tam tenaces, &
auari, quòd si non permitterentur lucrari sic, furarē- E
tur: debuerūt ergo permitti accipere vsuras ab aliqui
bus, sed non permittebantur a fratribus, si igitur non
possent accipere a conuersis, & filijs eorum, sequere
tur, quòd solum possent accipere a gentilibus non
conuersis, sed cum conuersis parua, aut nulla cōmu
nicatio erat Iudęis, immo erat interdicta in multis ne
verterentur ad idolatriam, vt patet Exo. 34. Deute. 7.
& 12. cap. ergo idem erat dici, quod darent ad vsuras
solis gentilibus sicut, quòd nulli darent. Oportuit er
go, quòd permitteretur eis dare ad vsuram conuersis
ad iudaismum, ne frustra esset illa concessio, conuer
sis ergo dabatur ad vsuram.

An conuersis ad iudaismum licebat tunc dare mutuum Iudæis ad vsuram. Quæst. CLXIX.

SED tunc quęretur an conuersis ad iudaismum li
cebat tunc dare mutuum Iudæis ad vsuram. Ali
qui dicunt, quòd non. Primo quia ista lex de vsu
ris Deut. 23. & Leui. 25. data est in fauorem Iudęorū
pauperum ex genere, vt patet ibidem, & Deut. 15. vbi
iubetur, quòd omnia mutuarētur eis necessaria, etiā
si non esset spes de soluendo propter aduenientem
annum septimum, & tamen si liceret conuersis ad iu
daismum dare eis ad vsuram, non maneret fauor ille,
quia opprimerentur vsuris. ergo non licebat eis dare
ad vsuram Iudæis pauperibus, ergo neque liceret mi
nus conuersis dare ad vsuram. Secundo patet, quia B
simile ponitur Leui. 25. ca. nam ibi ponitur de Iudęis
quando vendebantur in seruos alijs Iudęis, quòd non
manerent serui in ęternum, sed liberabantur in iubi
lęo, de conuersis autem dixit, quòd poterant esse ser
ui Iudęorum in ęternum, & tamen statim addidit,
quòd si conuersi emerent aliquos Iudæos in seruos,
non haberent eos in seruos in perpetuum, sed solum
vsque ad iubilęum, ergo licet possent Iudęi habere
conuersos in seruos in perpetuum, non poterāt con
uersi habere Iudæos seruos in ęternum. ita ergo de
vsuris erit, quòd licet Iudęi possent dare conuersis ad
vsuram, vt dictum est prȩcedenti q. non possent con
uersi dare Iudæis ad vsuram.

Dicendum, quòd conuersi poterant dare Iudæis C
ad vsuram siue diuitibus siue pauperibus. Et hoc pri
mo, quia lex non obligat nisi illos quibus datur, sed
lex de vsuris Deuteron. 23. & Leui. 25. non datur nisi
Iudęis ex genere, ideo non vrgebat nisi eos. Et pa
tet, quia manifestum est, quòd lex Moysi non obli
gabat Chananęos, & Aegyptios, quia non dabatur
illis, & ita non dabatur ista lex de vsuris nisi Israelitis
respectu aliorum Israelitarum, vt patet Leuit. 25. &
Deutero. 23. ergo non vrgebātur conuersi, & ita non
obstante illa poterant dare ad vsuram cui vellent.

Secundo quia Deuteronom. 23. capit. dicitur non
fęneraberis fratri tuo ad vsuram, sed Iudæi non erant
fratres conuersorum, ergo poterant conuersi illis fę
nerari ad vsuram. Nam licut Hebræi non erant fra- D
tres conuersorum, & conuersi non erant fratres He
bræorum, quia ista sunt correlatiua. Et tamē non ve
tatur hic dari ad vsuram nisi fratri, ergo cum non es
set Hebręus frater conuersi, licebat conuerso dare Iu
dæis ad vsuram.

Tertio patet per simile ex eo, quod habetur Leui.
25. ca. de redemptione serui de manu Iudæi, & de ma
nu conuersi, quia non redimebatur eodem modo,
sed difficilius redimebatur de manu cōuersi, nam de
manu Iudęi liberabat anno septimo Exo. 21. & Deu.
25. de manu autem conuersi non poterat liberari nisi
aliquis daret pretium pro eo de cognatione sua, vel
ipsemet pro se, & si nō posset seipsum redimere ma
nebat vsque ad iubilęum, & ita erat grauior redēptio
de manu conuersi. sic ergo nunc grauius se haberent
conuersi ad Iudæos in exigendo vsuras, quàm Iudæi
ad seinuicem, ideſt, quòd conuersi acciperent vsuras
a Iudæis, & non abinuicem Iudęi. Ad primum dicen
dum, quòd verum est, quòd fuit in fauorem pauper
um Iudęorum, & tamē non ideo necesse fuit, quòd
nemo posset eis dare ad vsuram, sed satis fuit, quòd
essent aliqui, qui non possent eis dare ad vsuram.

Et sciendum, quòd fuit ista prouisio multum
conueniens, quia per hoc tollebatur inuidia, & con
tentio Iudæorum, & conuersorum, & prouidebā
tur Iudæis pauperibus. De primo patet, quia si Deus
vetaret dari ad vsuram Iudæis, ideſt, quòd non

posset Iudæus, neque conuersus dare ad vsuram Iudæo, posset tamen Iudæus dare ad vsuram conuerso, essent cõuersi vt serui, & nullius reputationis, ex quo sequeretur magna inuidia conuersorum ad ipsos Iudæos ex genere, & quod deterius erat, quia nullus vellet conuerti ad Iudaismum, cum haberentur conuersi, vt serui apud Iudæos, ideo arctauit Iudæos ad non dandum Iudæis ad vsuram, concedens quòd darent conuersis ad vsuram, & conuersis non vetuit dare Iudæis, sed solum dedit legem in hoc Iudæis, & nullam dedit conuersis. De secundo patet, quia intendebatur in hac lege fauor Iudæorum pauperum, vt non exhaurirentur facultates eorum per vsuras. Et ad hoc satis erat, quòd essent aliqui qui eis mutuarent necessaria sine vsuris, scilicet, alij Iudæi qui non poterant accipere vsuras. Leuitici 25. & Deuteronom. 23. Et hoc propter duo. primo, quia verisimilius erat, quòd Iudæi magis peterent mutuum ab alijs Iudæis de genere suo, quàm a conuersis, qui non erant de genere suo, & minùs eos diligebant. Secundo, quia alij Iudæi diuites, tenebantur ex mandato Dei dare mutuũ Iudæis pauperibus omne quod ab eis peterent, cessante fraude, Deuteronom. 15. cap. Ideo cum isti darent omnia necessaria Iudæis pauperibus, non oportebat illos recurrere ad conuersos, qui eis sub vsuris darent mutuum, ideo licet conuersis liceret dare ad vsuram Iudæis, non grauabantur in hoc Iudæi pauperes.

Ad secundum dicendum, quòd circa seruorum conditionem aliqua differentia erat inter conuersos, & Iudæos, in qua honorabantur magis Iudæi: nam Iudæi, siue venderentur Iudæis, siue conuersis, poterant aliquando liberari de seruitute. Conuersi autem si venderentur Iudæis, manebant serui in perpetuum, quia lex non liberabat eos. Etiam non poterant ipsi redimi inuitis dominis, quod tamen fiebat de Iudæis venditis ipsis conuersis. Sed cum venderetur Iudæus, aliud erat si venderetur Iudæo, aliud si venderetur conuerso: nam si venderetur Iudæo liber erat anno septimo: si venderetur conuerso non erat liber anno septimo, sed manebat vsque ad annum quinquagesimum iubilæi, nisi aliquis cognatus eum redimeret, vel ipse seipsum, in hoc autem honor alicuius erat Iudæis, quia illi non poterant esse serui in perpetuum: conuersi autem poterant esse serui, sed hunc honorem aliquo modo in alio rependit, quia cum Iudæi vendebantur conuersis, duriorem conditionem sustinebant, quàm cum venderentur alijs Iudæis. Et ita cum in aliquo recompensaretur, tollebatur inuidentiæ occasio aliqualiter, & distractio a conuersione. Et tunc dicendum ad argumentum, quòd non militat, quia aliquo modo æquãtur etiam in hoc Iudæis conuersi, licet non simpliciter.

Secundo, & principaliter dicitur, quòd non est simile de isto, & de vsura, quia de seruitute expressum fuit qualiter teneret circa Iudęos, & qualiter circa cõuersos, & expressa fuit ibi quædam inæqualitas. circa vsuram autem nihil tale expressum est, sed apparet, quòd soli Iudæi vetentur Iudæis dare ad vsuram: ergo non vetantur conuersi dare Iudæis.

An conuersis licebat dare alijs conuersis ad vsuram. Quæst. CLXX.

CIRCA quod statim quæretur, an conuersis licebat dare alijs conuersis ad vsuram.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia poterant dare ad vsuram Iudæis, quod maius erat: ergo poterant a fortiori dare ad vsuram alijs conuersis. Alij dicunt, quòd non licebat, quia sicut se habebant Iudæi ad Iudæos, ita se habebant conuersi ad conuersos. Sed non licebat Iudæis dare ad vsuram alijs Iudæis, Deuteronom. 23. cap. Ergo neque licebat conuersis dare ad vsuram conuersis.

Dicendum, quòd conuersis ad Iudaismum licebat dare Gentilibus ad vsuram, & etiam alijs conuersis. De Gentilibus patet, quia nulla lex vetabat: nam Iudæis licebat dare ad vsuram Gentilibus, quia erant alieni a lege, maxime autem quia non astringebat aliqua lex conuersos ad non dandum vsuram alijs, scilicet, Gentilibus, ergo licebat dare. De conuersis eodem modo: nulla enim lex hoc vetabat, quia solum vetitum fuit, quantum ad Iudæos dare alijs Iudæis ad vsuram, sed de conuersis expressum est: ergo licebat eis dare alijs conuersis.

Sed aliquis dicet, quòd potius non licebat conuersis dare ad vsuram aliquibus, neque conuersis, neque Gentilibus. Nam vsuræ licitæ erant ex sola dispensatione, & tamen dispensatio ista, solum facta est cum Iudæis, quibus concessum est dare vsuras alienis: ergo cum de conuersis nihil dictum sit, videtur quòd nulla dispensatio cum eis facta sit, & consequenter non licuerit eis dare ad vsuram alicui, id est, neque Iudæis, neque Gentilibus, neque alijs conuersis.

Dicendum, quòd licebat dare conuersis ad vsuram tam Gentilibus, quàm conuersis alijs, quàm Iudæis, sicut ostensum est. Cum autem arguitur de dispensatione facta Iudæis. dicendum, quòd non erat proprie dispensatio, sed potius erat lex prohibitiua. Et ideo si cuique non ponitur, non fit aliqua prohibitio, & ita manet ei libertas ad faciendum, quod vult, vt dicetur infra.

Ad rationem primam q. dicendum, quòd verum concludit, scilicet, quòd licebat conuersis dare ad vsuram conuersis, & tamen modus probationis non tenet: nam nõ erat maius dare ad vsuram Iudæis, quàm conuersis alijs. Item dato, quòd maius videretur non stat ratio, quia potuit prohiberi vnum, & non alterũ, cum non sequatur necessaria dispositio legis ad vnũ, vel alterum.

Ad aliam rationem in contrarium dicendũ, quòd non tenet, quia licet Iudæis inter se non licebat dare ad vsuram, licebat conuersis inter se. Et ratio est, quia causa prohibitionis vsurarum inter Iudæos ad inuicẽ nõ erat similitudo, sed prohibitio expressa legis, quia alias Iudæi Iudæis darent ad vsuram, sed conuersis adinuicem non fuerunt vetitæ vsuræ, ideo licebant eis adinuicem.

Et ita apparet ex oĩbus præcedentibus, quomodo vetabatur in veteri testamento dare ad vsurã, & quomodo concedebatur: nam Iudæis ad Iudæos vetitum erat, sed ad Gentiles, & conuersos nõ erat vetitum, & conuersis ad Iudęos, & Gentiles, & alios cõuersos nõ erat vetitũ. Ad auctoritates in contrariũ dicendũ, q̃ illę nõ faciunt in contrariũ: nã illa q̃ habetur Deut. 23. cap. quę est pręcipua dicit, q̃ non fęneraretur Iudęus fratri suo, i. alteri Iudęo ex genere Israel, sed alieno dicit esse fęnerandum, i. Gentili, & cõuerso, qui non est de genere Israel. Ad aliam Leuit. 25. cap. idem dicendum, quia ibi de solo fratre dicitur, i. si attenuatus fuerit frater tuus non accipies vsuras ab eo, neque amplius, quàm dedisti. de alienis autem non facta est ibi expressio aliqua, quantum ad vsuras, ideo non fit aliqua concessio, sed prohibitio, & tamen non fit prohibitio simpliciter, quasi diceretur, nõ dabis ad vsuram, vel a nullo accipies vsuram, sed expressit de fratre. Et ideo intelligendum est, sicut præcedens auctoritas, Deuteronom. 23. cap. vbi prohibitio, & permissio exprimitur. De alijs auctoritatibus quibus dicitur de vsuris, dicetur sequenti quæst.

An

An peccabant Iudæi dando ad vsuram Gentilibus, ac conuersis. Quæst. CLXXI.

QVAERETVR, an peccabant Iudæi dando ad vsuram Gentilibus, vel conuersis.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dare ad vsuram, erat per se malum, ideo cuicunque daret quis ad vsuram peccabat.

Secundo, quia concessit Deus Iudæis dare ad vsuram alienis ad duritiam cordis, sicut cõcessit libellum repudij, sed id quod ad duritiam cordis permittitur, malum est, sicut patet in libello repudij, quem sic probat Christus malum esse, & non licere illum dari, scilicet, quia ad duritiem cordis concessus est, supra 19. cap. Ergo cum permiserit Deus vsuram Iudæis erga alienos ad duritiem cordis fuit, & sic mala erat.

Tertio, quia non vetuisset Deus vsuram, nisi mala esset, & tamen etiam in Veteri Testamẽto vetuit eã, scilicet, quia vetuit dari alijs Iudæis ad vsuram: ergo etiam alienis dare, peccatum erat, licet non esset expresse vetitum.

Quarto, quia si non esset malum, non vetuisset illud Christus simpliciter, & tamen vetuit simpliciter, quia non distinxit de fratribus, & alienis, sed simpliciter dixit. mutuum dantes, nihil inde sperantes, Luc. 6. cap. ergo quomodocunque detur illicitum est, & ita quibuscunque darent Iudæi ad vsuram, peccarent mortaliter.

Quinto patet, quia etiam in Veteri Testamento sunt auctoritates simpliciter vetantes vsuram, vt Psal. 14. dicitur, Qui pecuniam suam nõ dedit ad vsuram, & Ezech. 18. cap. vbi ponuntur ea, quæ cauere debet vir iustus dicitur: qui vsuram non accepit.

Alij dicunt in contrarium, quòd potius erat licitũ, & in nullo erat malum, quia id quod conceditur in præmium boni operis non potest esse malum, sed potius laudabile, & tamen dare ad vsuram conceditur sic Iudæis, quia inter bona Iudæorum, qui legem custodirent, ponitur Deuter. 28. cap. Fęneraberis gentibus multis, & a nullo fęnus accipies: ergo non erat peccatum dare ad vsuram alienis.

Dicendum, quòd Iudęi in Veteri Testamento peccarent mortaliter, si darent ad vsuram alijs Iudæis, sed non peccabant dando ad vsuram alienis, ideſt, Gentilibus, aut conuersis.

Et patet primo, quia sequeretur absurdum, s. quòd Deus concederet vnum, & vetaret alterum: & si committendo vtrunque esset peccatum, ita peccaret quis dando ad vsuram alienis, sicut dando ad vsuram Iudæis, sed vetuit Deus dari Iudæis, & concessit expresse dare alienis: ergo non est peccatum dare alienis, quia alias esset absurdum, cum ambo essent mala, vnum vetare, & alterum concedere. Secũdo, quia lex Dei non est sicut lex humana: nã leges humanæ sunt ad bonã conseruationẽ status politici, ideo si aliqd sit quod faciat ad bonã habitudinem politicã, ẽt si malũ sit, vel in damnũ alicuius concedunt illud leges politicę, quia illę non intendunt aliud bonum, nisi bonũ politicũ, quod est bonũ huius vitę. Leges aũt Dei ordinant hoiem ad bonũ, quod est f̃m Deũ, & illud est bonũ simpliciter, & bonũ f̃m alterã vitã, & nõ ad bonũ prẽsens solũ, quia frustra nos Deus ad istud ordinaret, immo contra intentionẽ suã est, quia tunc magis amaremus bonũ huius vitæ, quod poneremus finem vltimũ, q̃ Deũ, sed falsum est, quia iussit se super oĩa amandũ, & ẽt in veteri testamento, vt patet Deut. 6. c. cũ dixit se ex totis viribus amandũ, quod est sup oĩa amare, & tñ si aliqd permitteret quod eẽt peccatum mortale, per illud amaretur creatura plus q̃ Deus, qa oẽ peccatũ mortale facit abusum, qui cõsistit in hoc quod est creatura frui, quã tunc plus amamus q̃ Deũ: ergo necesse est, q̃ lex Dei in veteri testamento nihil permiserit, quod esset peccatũ mortale. Tertio patet, quia aliàs istud esset laqueũ damnationis ponere hominibus: nã per hoc q̃ Deus vetat quædã tanq̃ mala, & concedit quædã videtur, q̃ illa concedit, velut licita, qa de oppositis debent prędicari opposita, ideo abstinerent Iudæi ab vsuris circa alios Iudæos, ne peccarent. ab vsuris aũt erga alienos non abstinerent, quasi non essent malæ, & ita peccarent, & damnarentur iusti, quod erat maximum inconueniens. Quarto. qa videbatur sic superuacua tota lex, quid enim proderat vetare oĩa mala, q̃ vetantur in oĩbus negatiuis præceptis, & concedere vnũ, quod facientes damnarentur: nã abstinere a cæteris, superuacuũ erat, cum per hoc vnum damnarentur, & ita melius erat nihil prohibere. Quinto, quia nemo meretur, neque benedicitur a Deo, peccando mortaliter, & tñ qui dabat ad vsuram alieno, & non Iudæo benedicebatur, Deut. 23. cap. s. Non fęneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniã, &c. & sequitur, vt benedicat tibi Dñs: ergo non peccabat dãdo ad vsurã alienis. Dicendũ igitur, q̃ neq; istud, neq; aliquid aliud concedebatur in lege, quod faciendo Iudęi peccarent, sed necesse erat, q̃ aut oĩa huiusmodi f̃m se bona essent, aut postq̃ concessa erant a Deo, vel permissa, non essent mala, i. q̃ non erat necesse, q̃ facientes ea peccarent, & ita erat de quibusdã alijs in q̃bus videbatur esse peccatum, vt dare libellũ repudij, & persequi inimicũ, & occidere eũ: nã hæc concessa erant, Deut. 24. & Numeri 35. & Deuter. 19. cap. & tñ postq̃ libellus repudij concessus erat Iudæis, non peccabat repudium faciens. sic ẽt erat de odio inimicorũ: nã odium illorũ, inquantũ est contra charitatem, semper est peccatũ, & ideo non fuit hoc vnq̃ licitum. Occidere tñ inimicum sæpe est licitum, sicut in bello iusto, ideo si postq̃ lex dabat alicui facultatem persequendi inimicum fugientem, persequeretur, & occideret solũ, propter hoc q̃ lex ei concedebat, in quantum eum faciebat ministrum huius inflictionis pœnæ, non peccabat, quia sicut lex poterat committere huic, ita sine peccato fieri poterat, licet contingeret, vt in plurimum fieri cum peccato. Nunc igitur dicendum, quòd siue dare ad vsuram alienis esset malum, secundum se ante permissionem istam, siue non esset malum: constat tamen, quod postquàm permissum erat Iudæi vtentes hac permissione, non peccabant.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd aliqui volunt vsuram non esse malum secundum se, & ideo tunc non esset malum dare alienis, etiam nulla existente dispensatione. Alij autem volunt esse malum, sed tale in quo posset dispensari, & ita data lege hac de vsuris per Deum non peccabat, qui dabat alienis ad vsuras, sed quid sit verum, dicetur in sequentibus quæstionibus.

Ad secundum potest dici vno modo, quòd non constat, an Deus concesserit vsuras, quantum ad alienos ad duritiem cordis Iudæorum, sicut concessit libellum repudij. de libello enim constat, quod ad duritiem cordis datus est, supra 19. cap. sed de vsuris in nullo loco expressum est, ideo non sequitur, quod sint malæ, sicut libellus.

Aliter potest dici, quòd ad duritiem cordis concessæ sunt, & tamen non sequitur, q̃ malæ sunt, quia vel non sunt malum, sed minus bonum, vel per dispensationem, & legem a Deo positam efficiuntur non malæ: hæc enim est differentia legis humanæ, & diuinæ, quia lex humana non potest facere licitum, quod secundum se est illicitum, & ideo si vsuræ f̃m se essent illicitæ, licet permitterentur in lege humana, nunquam

quam essent licitæ, sed semper esset peccatum in illis: F sicut lex humana permitteret adulterium: lex autem diuina potest efficere aliquid bonum, vel malum: nā si aliquid fit quod malum non est secundum se, & tamen Deus vetat illud, statim efficitur malum, ita si aliquid est malum in se, & tamen Deus permittit illud concedendo per legem, efficitur licitum illis, quibus concedit, & ideo licet vsuræ malæ essent secundum se, quia tamen Deus illas concessit Iudæis, quantum ad alienos, efficiebantur licitæ in hoc casu.

Lex diuina pōt facere aliquod malū bonū & ecōtra.

Ad tertium potest dici. vno modo, quòd Deus nō vetat nisi mala, & sic vetuit vsuram Iudæorum ad Iudæos, quia mala erat, sed concessit eis vsuram ad alienos, quia licet mala esset, ipse efficiebat hunc actum licitum, inquantum concedebat Iudæis illum, & cōcessio sua est potens ad faciendum aliquid esse bonum, vel malum. G

Aliter potest dici, quòd dare ad vsuram non erat malum, quasi secundum se esset malum, & peccaret quicunque illud committeret, sed erat malum, ideſt, aliqualiter contra rationem, & tale non esset malum, nisi cum prohiberetur, ideo cum prohibuerit Deus solum dare vsuram fratribus, alienis autem non prohibuit, non erat peccatum dare ad vsuram alienis, de quo magis in sequentibus dicetur.

Ad quartum dicendum vno modo, quòd Christus non solum vetuit malum, sed id etiam quod mali occasio erat, sicut Apostolus dixit abstinendum esse a vino, in quo est luxuria, non quòd vinum malum H sit, sed quòd mali, ideſt, luxuriæ causa sit, sic Christus vetuit iurare, non quòd iurare secundum se sit malū, sed quia iurare est mali occasio, quia vir multum iurans, repletur iniquitate, sic dicitur extra de iureiurando, cap. etsi Christus. sic ergo poterat esse vsura non malum, sed mali occasio, & ita argumentum non valet de forma.

Aliter potest dici, & melius, ꝙ Christus vetuit malum, & etiam vetuit vsuram simpliciter, quasi omnis vsura, secundum omnē modū sit mala. & hoc primo quia si in veteri testamēto aliqua vsura tanq̄ mala vetita fuit, debuit in veteri testamento omnis vsura prohiberi, & ratio est, quia in veteri testamento erat vnus populus, qui specialiter pertinebat ad legem illam, s. I filij Israel, & circa illos voluit Deus quædam statuere, & fauorem ipsorum seruare, & malū eorum prohibere. Alius populus erat, qui non pertinebat directe ad legem illam, sed per accidens, s. conuersi, ideo istorum Deus non attendit fauorem, sicut Iudæorum, neque vetuit id quod eis malum erat, propter quod circa Iudæos vetuit vsuram dari, & tamen non vetuit eā dari conuersis, sed expresse concessit, in nouo autem testamento nullus populus, aut gens est ad quem specialiter pertineat lex, sed ad totum orbem specialiter pertinet, ideo vel debuit respectu omniū negari vsura, vel concedi omnibus, sed bonum fuit vetari, quantum ad aliquos, ideo vetita fuit omnibus.

Secundo quantum ad hoc, quia in nouo testamento debuerūt vetari potius mala, quàm in veteri. Sunt enim mala duplicia, quædam quæ nullo modo possunt esse bona, vel licita, sed sunt contra primas determinationes iuris naturæ, & talia mala, neque in Nouo, neque in Veteri Testamento permittuntur. alia sunt mala, quæ aliquo modo sunt contra rationem, sed non sunt determinate contra illam, & ideo non est illicitum, quòd quis talia agat, quousque aliquo modo sint vetita: in Veteri Testamento vetantur prima mala horum, & non secunda, & ideo vsuram accipere, quod ad secunda mala pertinet, non fuit vetitum in Veteri simpliciter: in Nouo autem Testamēto omnia mala vetantur, tam prima, quàm secunda, K ideo vsura simpliciter vetita fuit, non tamen sequitur, quòd ideo ad vsuram dantes in Veteri Testamento peccabant, quia non erat de primis malis, quæ semper mala sunt.

Ad quintum dicendum, quòd auctoritates illæ non probant accipere ad vsuram esse simpliciter peccatum, aut vetitum: nam cum dicitur Psalm. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, intelligitur de viro Hebręo, quantum ad alium Hebręum, quia aliàs repugnarent inter se verba Domini cum Deuter. 23. & Leuitici 25. permittatur vsura, quantum ad alienos quod in alijs locis scripturæ negetur, & hoc impossibile est, quia vbi est repugnantia, falsitas est, quæ non cadit in Spiritum sanctum, cuius verba sunt omnia, quæ in sacra scriptura expressa sunt, 2. Pet. 1. cap.

Sed dicet aliquis, quòd non debet sic exponi verbum illud, sed cum dicatur absolute, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, debeat intelligi absolute esse vetitum de omni vsura, & quantum ad omnes personas.

Dicendum quòd non sequitur, quia ista est consuetudo nostra, & omnium scriptorum in loquendo, postquàm enim quis expressit propositionem vnam, quæ non conceditur, nisi cum multis limitationibus, & expresserit limitationes illas, si sæpe eandem repetat propositionem, non repetit qualibet vice omnes limitationes eius, sed satis est semel dixisse, & postea semper intelligitur propositio prolata secūdum omnes suas priores limitationes, ita nunc Deus cū prius de vsura locutus est, scilicet, in Leuitico 25. & Deuteron. 23. Exposuit qualiter vsura erat vetita, & qualiter permissa, ideo in quibuscunque libris sacris postea dicatur vsura vetita, debet intelligi secundum limitationes positas, Leuit. 25. & Deuter. 23. Et hoc maxime, quia illi sunt libri legales, & ibi maxime explicanda erant ea, quæ in operationibus obseruanda erant: in cęteris autem libris postea non ponuntur de principali intentione, sed intelliguntur, sicut prius fuerunt exposita in libris legalibus.

Aliter adhuc posset dici, quòd in Psal. 14. non ponitur de sola vitatione malorum, quæ necessaria est, sed agitur de perfectione, multa autem sunt necessaria ad perfectionem, faciēdo, & vitando, quæ nō sunt necessaria ad esse bonum, in Psal. autem illo dicitur de illo qui habitabit in tabernaculo Dei, & pertinet hoc specialiter ad perfectos: ad perfectionem autem non solum requiritur cauere malum, quod erat dare ad vsuram Iudæis, sed etiam excellentem beneficentiam ostendere, scilicet, dare omnibus mutuum sine vsura, sed præcedens responsio melior est.

Ad aliam auctoritatem Ezech. 18. cap. Dicendum sicut ad præcedentem, scilicet, quòd non veratur ibi vsura simpliciter, sed accipiendo sicut dicitur Deuteronom. vigesimotertio capitu. scilicet, cum Iudæus dat Iudæo ad vsuram, secus si alieno. Et ita appareret, quod Iudæi nō peccabant dando ad vsuram alienis, ideſt, Gentilibus, & conuersis, quia aliàs cum Deus permiserit dari alieno ad vsuram, si ista permissio non efficeret actum licitum, nihil plus esset licitum dari ad vsuram alieno, quàm furari, vel adulterari, & hoc absurdū est, quia nihil valeret illa expressio facta de vsuris, non ergo peccabant dando illis ad vsuram.

Ad rationem in oppositū, s. ꝙ non solū erat licitū, sed etiam laudabile. dicendū, ꝙ dare alienis ad vsurā non erat laudabile, licet non esset peccatū. Et cū dicitur, ꝙ dabatur in præmiū bonarū operationū. Dicendū, quòd falsum est, quia ibi non agitur de vsura, sed de mutuatione, & argumētum procedit ex errore significationis huius verbi fęnerari, quia non signat dare

dare ad vsuram, sed simpliciter mutuare, vel commodare, sic patet Deuterono. 23. cap. scilicet, non fęneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, ideſt, non mutuabis ad vsuram, si autem fęnerari signaret dare ad vsuram, non adiungeretur fęnerari ad vsurā. Et ideo est sensus fęneraberis gētibus multis, ideſt, mutuabis, & sic non dicitur ibi de vsura.

Secūdo quia dato, quòd vsura esset licita, non posset poni hoc in pręmium bonę operationis, quia pręmium habet rationem alicuius boni excellentis dati homini a Deo, sed dare ad vsuram non est aliquod bonum datū homini a Deo, quia homo per seipsum potest dare ad vsuram. Ideo dicendum, quòd est sensus, quòd Deus in verbis illis promisit abundantiam bonorum temporalium, ita vt non solum Iudęi haberent pro seipsis abundantiam, sed etiam ad donandū, & ad mutuandum, & hoc erat dicere fęneraberis gētibus multis, ideſt, poteris mutuare multis gentibus propter abundantiam bonorum, quæ tibi dabo.

Tertio patet, quia dicitur ibi, & a nullo fęnus accipies: nam si ibi acciperetur pro dare ad vsuram non adiungeretur istud, sed sufficeret dici fęneraberis gētibus multis, signat ergo abundantiam, scilicet, tantā diuitiarum habebis abundantiam, quòd poteris multis alijs mutuare, & non erit opus, quòd ab aliquo mutuum accipias.

An Iudæis liceret dare ad vsuram sine dispensatione legis, & an licuerit vnquam libellus repudij, & pluralitas vxorum. Quæst. CLXXII.

QVAERETVR an Iudęis liceret dare ad vsuras alienis non existente illa lege, vel fuit necessaria dispensatio aliqua. Aliqui dicūt, quòd non licebat sine dispensatione, quia aliàs non fuisset posita ista lex dispensatiua, & tamen posita fuit: ideo necessaria erat. Secundo quia si sine dispensatione licita esset vsura ad alienos, esset licita ad omnes, & tamen non est licita Iudęis ad Iudęos, vt patet Deut. 23. ergo videtur, quòd ad nullos erat licita nisi dispensatum esset quantum ad alienos. Alij dicunt, quòd erat licita nulla existente dispensatione cum adhuc nulla esset prohibitio, cum vsura sit de malis, quæ non sunt contra primas determinationes iuris naturalis, vt dictum est præcedenti q.

Dicendum, quòd dupliciter potest poni licitum circa vsuram. Vno modo, quòd fuerit licita Iudæis ex sola dispensatione. Alio modo, quod nulla existente lege erat licita, & secundum hoc potest dupliciter introduci lex illa Deuteronom. 23. & Leuiti. 25. de vsuris. Accipiendo primo modo dicetur, quòd vsura erat illicita Iudæis ante dationem legis illius, & hoc tam ad ipsos quàm ad alienos: cum vero data est illa lex, dispensatum est cum Iudæis quantum ad vnā partem, scilicet, quòd quantum ad extraneos, quòd illis daretur ad vsuram, & tunc erit ista dispensatio, vel relaxatio iuris communis naturalis, secundum quod nulla vsura erat licita. Accipiendo secundo modo dicitur, quòd ista fuit lex astringens Iudæos plusquam aliàs astricti erant, quia prius licitum erat eis dare ad vsuram tam fratribus quàm alienis, lex aūt illa astrinxit eos, vt nō darent ad vsuras fratribus, relinquens quòd possent dare alienis, & tunc in ista lege non fuit aliqua relaxatio facta Iudæis, sed potius astrictio.

Sed dicendum, quòd secundus modus fuit verior, s. quòd non fuit dispensatio, sed restrictio ad maiora faciendum, & meliora. Et patet primo, quia si relaxatio esset dare ad vsuram alieno, maneret secundum rigorem iustitię nō dare ad vsuram fratri, pro eo aūt,

A quòd quis facit id, ad quod aliàs tenetur nihil ei speciale promittitur, & tamē promittitur aliquid Iudęis, vt non dent ad vsuras fratribus suis, ergo non tenebātur ad hoc, ideſt, ad non dandum. Secundo quia si ad hoc tenerentur Iudæi data lege non induceret eos Deus quasi rogando, vt non darent ad vsuram fratribus suis, & tamen induxit eos ad hoc, ergo non tenebantur patet Deut. 23. ca. s. non fęneraberis fratri tuo ad vsuram, sed alieno, fratri autem tuo absque vsura id quo indiget commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus omni tēpore, & Leui. 25. ca. dicitur nō accipies ab eo vsuras, neq; amplius quàm dedisti, vt possit frater tuus vere timere Dominum, q.d. propter Deū fac. Tertio quia si ista esset dispēsatio non extē- B deretur nisi ad eos quibus daretur, & quia de Iudæis dicitur, liceret solis Iudæis dare ad vsuram alienis, sed conuersis ad iudaismum non liceret dare ad vsuram gentilibus, neq; Iudęis, neq, alijs conuersis, quod falsum est, vt ostensum est supra, ergo non erat dispēsatio, sed restrictio. Quarto quia videretur incōueniens, ꝙ Deus dispensaret cum Iudęis contra conuersos, & non e cōtrario, quia viderent conuersi se subditos Iudæorum, & impediretur conuersio: ideo commune erat eis, & ideo dicendum, ꝙ potius erat conditio cōuersorum hic liberior, quia non astringebantur ad aliquid specialiter, sed licebat eis dare ad vsuram tam Iudæis quàm conuersis quam gentilibus: Iudæi autē astringebantur ad nō dandum ad vsuram alijs Iudęis. C Quinto quia si ista esset dispensatio sequeretur, quòd gentiles tenebantur ad non dandum ad vsuras, & cū Iudæis dispensatum est, quòd darent alienis, sed hoc est inconueniens, quia lex a ligando dicitur, & ideo qui legi subijcitur plus ligatus est, quàm qui nō subijcitur legi, sed gentiles nullam legem Dei habebant nisi legem naturalem, gētiles autem vltra legem naturalem adhuc habebant positiuam legem Dei. ideo plus erant ligati, ergo si gentiles in lege naturali erant obligati simpliciter ad nō dandū ad vsuras, nō essent minus obligati Iudæi per legem positiuam Dei, sed per illam non obligabantur simpliciter ad non dandum ad vsuram, quia poterant dare alienis, ergo nō D erant obligati gentiles extra legem Iudæorum ad nō dandum ad vsuram, & consequenter ista non erat dispensatio, sed astrictio.

Sed obijcietur, quod dispensatio fuerit, quia dare ad vsuram non est licitum secundum se, sed potius malum, cum Christus vetuerit omnem vsuram, sed malum non est licitum sine dispensatione, ergo dispensatio fuit hic. Secundo patet, quia vsura est secūdum se aliquid iniustum, quia venditur in ea id, quod non est, vel idē bis, vt ostensum est supra, & hoc semper est abusio, & omne tale est contra ius naturale, ergo in quocunque casu erit malum sine dispensatione. Dicendum, quod si vsura sine dispensatione poterat esse licita ante vetus testamentum, aut hoc E esset propter aliquam legem positiuam, aut propter naturalem legem, non propter primam, quia nulla erat, quia nondum erat lex Moysi, neque lex Christi, quæ vsuram vetuerunt, ergo non erat sic illicita, non ętiam propter legem naturalem, quia quędam sunt licita etiam si fiant contra ius naturale, sunt enim duplicia mandata, vel determinationes iuris naturalis. Prima autem sunt illa secundum, quę ordinat res in finē suū, omne ergo quod impedit peruentionē in finē est cōtra prima pręcepta legis naturę, & ista non possunt esse licita, & omni tempore fuerunt mala, etiā si nulla lex ea veter, & cōtraria illis facere obligamur, etiam si nulla lex positiua iubeat. Secunda præcepta, sunt illa, quę iubent illa, quę faciunt facilitorem peruentionem in finem, & tollunt ea, quæ nō

impediunt peruentionem in finem, sed faciunt eam difficilem, & de hoc secundo genere sunt multa prę-
cepta iuris naturalis, sed ista non habent vim coactiuam, fere enim omnia honesta, quæ ratio iudicat esse bona ad perueniendum ad finem virtutis, sunt de iure naturali hoc modo, & hoc modo omnia quibus existentibus tardius peruenitur ad finem virtutis, licet ad eam peruenire possit, dicuntur contra ius naturale; sed neque affirmatiua habent vim obligandi ad agendum, neque negatiua obligant ad peccatum contra facientes, & ita non peccat, qui agit contra tale ius naturale nisi lege, aut consuetudine inceperit habere vim obligandi, quia tunc tam affirmatiua quàm negatiua obligant. Sic est de inseparabilitate matrimonij: nam est de iure naturali, ideo separatio est contra ius naturale, sed est de secundo genere pręceptorum: ideo quandiu non fuit pręcepto legis positiuę, vel consuetudine firmatum istud præceptum legis naturæ non obligauit, & ideo non peccabant repudiantes vxores, cum vero vetita est repudiatio per legem Christi, firmatum est hoc præceptum lege positiua, & est iam peccatum repudiare vxorem. Sic etiam pluritas vxorum est contra ius naturale secundo modo non primo, quia existente pluritate vxorum non impeditur procreatio prolis, cum vnus vir possit multas fœcundare, sed impeditur pax politica, vel domestica, quia cum sint tales mulieres pellices non concordarent, & sic non ita bene peruenirentur ad finem matrimonij, qui est procreare prolem sicut existente vnica vxore: ideo cum vnitas vxoris sit de iure naturali secundo modo, est pluritas vxorum contra ius naturale secundo modo, sed neutrum istorum præceptorum obligat cum non est lege, aut consuetudine firmatum, & ideo eo tempore quo nulla lex vetabat pluritatem vxorum non erat illicita pluritas simultanea vxorum. Cum autem per legem Christi vetita fuit hæc pluritas, iam peccatum est. In vtroque autem horum possumus assignare aliquid quod sit contra ius naturale primo modo.

De primo vt si vir non accipiat fœminam in vxorem, sed in concubinam, ita quòd non sit inter eos ali quod vinculum ad manendum, vel ad respondendũ sibi mutuo in actu coniugali, neque in communicatione vitę: nam per hoc impeditur educatio liberorũ, qui est finis matrimonij, & hoc quantum ad duo, scilicet, quantum ad generationem, & quantum ad nutritionem.

De primo patet, quia cum in concubinatu non sit ius viro, & fœminę saltem per diem manendi, non procuraretur conuenienter generatio prolis, quia nõ contingit ex primis accessibus fętum concipi.

De secũdo patet, quia dato, quòd fieret generatio, non fieret educatio, ideſt, mutatio, cum vir, & fœmina non commanerent ad communicanda opera, quæ sunt necessaria pro sustentatione, & nutritione, & tamen nutritio ita est de intentione naturę sicut prolis procreatio, & ideo concubinatus in quo nullum vinculum est viro ad vxorem commanendi, est contra prima præcepta iuris naturalis, quia impedit finẽ: ideo semper fuit peccatum mortale concubinatus. Repudiatio autem vxorum non impedit finẽ naturæ quãtum ad procreationem, neque quantum ad nutritionem, quia cum ibi matrimonium fuerit, manet diffinitum apud quem alantur liberi facto diuortio: ideo est contra secunda præcepta solum, & ideo non fuit peccatum mortale repudiare vxorem quousque aliqua lege vetitum est.

De secundo, ideſt, pluritate vxorum dicendum, quod pluritas virorum ad eandem vxorem, vel copula viri ad virum est contra ius naturale primo modo, sed pluritas vxorum ad eundem virum est solum cõtra secunda pręcepta iuris naturę. Patet primum, quia si plures viri essent eiusdẽ vxoris impediretur gignere, quia de nullo gignit, quę a multis cognoscitur, vt patet in publice prostitutis, & multa alia inconueniẽtia sunt, quæ propagationem, & educationem impediunt, vt declaratum est supra 19 cap. etiã copula masculi ad masculum facit impossibilem generationẽ: ideo sunt ista duo contra prima pręcepta iuris naturalis, & semper fuit peccatum mortale vtrunque ipsorũ pluritas autem vxorum ad eundem virum non tollit propagationem, neque impedit eam, licet non fiat ita faciliter sicut existente vnica vxore: ideo est contra secunda pręcepta iuris naturalis, propter quod non fuit peccatum pluralitas vxorum quousque aliqua lege, aut consuetudine vetita fuit. Sic est de prohibitione graduum parentalium quantum ad matrimonium: nam de iure naturę erat debita reuerentia quædam propter cognationem, ita quòd vir non deberet reuelare turpitudinem cognatę suę cognoscendo eam, & tamen nullus gradus faciebat peccatum mortale, quousque lege, vel consuetudine vetitus fuit, ideſt, ꝙ neque primus gradus, qui est fratris, & sororis faciebat illicitum contractum matrimonij nisi vetitus esset, & ideo prout varie apud diuersas gentes de lege positiua, aut de consuetudine obseruabatur prohibitio aliquorum graduum, ita erat obligatio seruandi, & peccatum non obseruantium, & hoc, quia ista obseruatio graduum est de secundis præceptis iuris naturę. De vsura sic est, scilicet, quòd est contra ius naturale, ideſt, contra secunda pręcepta eius, quia aliquo modo est contra rationem, cum sit quidam modus nocendi proximo: ideo quandiu vsura non erat vetita lege, vel consuetudine non videbatur esse peccatum, nisi esset nimia extorsio, quia iam nõ causabatur peccatum ex genere actus, sed per accidens, & ita cum ante legem Moysi nõ esset vetita vsura, videtur quòd non erat peccatum dare ad vsuram. Ex quo sequitur quòd lex data Deute. 23. & Leui. 25. de non dando ad usuram fratribus, sed alienis non fuit dispensatio, vel relaxatio, sed astrictio ad aliquid, ad quod prius non tenebantur, quia prius liceret dare ad vsuram cuilibet, tunc vero non liecret Iudæis ad alios Iudęos.

Ad primam rationem dicendum, quòd sine dispẽsatione licuisset Iudęis dare ad vsuram, & cũ dicitur, quòd tunc frustra esset posita lex ista dispensatiua, & tamen non est dispensatiua, sed potius astringit, & coarctat, quia nõ existente lege illa liceret Iudæis dare ad vsuram cuicunque, data autem illa iam non licebat dare Iudæis.

Ad secundum concedenda est ratio, scilicet, quod sine dispensatione licita erat vsura, & ideo ad omnes licita erat tam ad Iudæos quàm ad alienos. Cum vero dicitur, quòd non erat licita ad Iudæos, dicendum quòd est falsum, quia cum vetatur in lege illa, non ostenditur, quòd prius esset illicita vsura ad Iudæos, sed per illam legem efficitur illicita, quia astringũtur Iudæi ad id, ad quod prius non erant astricti.

Ad tertium quod postea obijcitur dicẽdum, quòd dare ad vsuram malum est, & ideo Christus illud vetuit, non tamen sequitur, quòd peccatum esset prius sine dispensatione, immo nullum peccatũ erat quousque expresse vetita fuit, eo quòd erat contra secunda pręcepta iuris naturę solum, quę non habent vim obligandi quousque statuantur, vel consuetudine cõfirmentur, Christus tamen vetuit omne, quod aliquo modo malum erat: ideo vetuit etiam hoc.

Ad quartum dicendum, quòd est vsura aliqd secũdum se iniustũ, sicut omne, quod est cõtra ius naturæ est iniustum, & tamen quędam iniusta sunt, quæ non est peccatum committere, eo quòd non habent vim obligandi sicut supra dictum fuit.

An aliquo modo fuit dispensatio penes Iudęos in lege data de vsura, & quænam essent leges datæ ad duritiam cordis.
Quæst. CLXXIII.

QVAERETVR an aliquo modo fuit dispensatio circa Iudęos in lege data de vsura.

Dicendum, quòd sicut dictum fuit pręcedenti quæstio. non erat dispensatio, sed potius fuit arctatio quędam ad id, ad quod prius non tenebantur Iudęi.

Sed considerandum, quòd dispensatio duo importat. Vnum est ipsa relaxatio alicuius iuris, ita enim diffinitur, scilicet, dispensatio est communis iuris relaxatio, & ideo nunquam est dispensatio nisi ius pręcedat.

Secundum est, quòd actus, qui cadit sub dispensatione erat aliàs futurus malus nisi præcederet dispensatio. His suppositis dicendum, quòd potest vocari aliquo modo dispensatio lex illa Iudęorum de vsura, alio modo arctatio. Et hoc est quia duo possumus cõsiderare circa istud, scilicet, aut bonum, & malum secundum quòd arctabat Iudæos antequam legem acciperent, aut bonum, & malum simpliciter. Accipiẽdo primo modo non fuit dispensatio, sed arctatio, eo quòd non interciderunt ibi illa duo, quæ ad dispensationem pertinent.

De primo patet, s. de relaxatione: nam non erat tunc aliquod ius circa vsuram, quod relaxaretur: nam ius naturale, quantum ad prima præcepta, quæ simpliciter obligant, non dispensat aliquid circa vsuram: ideo non erat relaxatio circa illud, lex autem positiua nulla erat, quę ad non dandum ad vsuram astringeret, ideo neque circa hanc erat dispensatio, erant autem præcepta secunda iuris naturalis, in quibus vsura vetabatur, sed illa non vrgent nisi fuerint firmata lege, aut consuetudine, quæ tunc non erat, ideo non erat relaxatio.

De secundo quantum ad hoc patet, quia actus dandi ad vsuram non esset malus ante datam legem Iudęis, etiam si nulla dispensatio esset, vel relaxatio, immo si nulla lex super hoc esset a Deo data, liberiores essent Indæi ad dandum ad vsurã quibus vellent, & ideo hoc modo non est dispensatio.

Accipiendo autem secundo modo, ideſt, bonum, & malum simpliciter, dicendum quòd fuit aliqualis dispensatio, & hoc, quia illa duo ibi inueniuntur. Et patet de primo, scilicet, de relaxatione, quia erat aliqua lex, ideſt, tam lex naturę quàm lex Christi respectu cuius posset fieri relaxatio. De lege Christi patet, quia licet non esset tunc cum Iudæis data lex de vsuris, est tamen nunc, & cum illa veret omnem vsuram respectu illius, ista lex data Iudæis in qua permittitur aliquo modo vsura est, aliqualiter dispensatio, cum sit relaxatio ad aliquem casum in quo vsuræ licitæ sunt, in nullo tamen casu sunt licitæ secundum legẽ Christi. Etiam erat lex naturæ secundum quam erant illicitæ vsuræ quantum ad secunda pręcepta legis naturæ, & ideo respectu illius erat dispensatio, vel relaxatio in lege Iudæorum.

Secundum quoque verum est, quia stante lege Christi non poterat aliqua vsura exerceri sine peccato, etiam stante lege naturæ quantum ad omnia pręcepta sua non licebat exerceri aliquo modo vsuram sine dispensatione, ideo potest dici, quòd aliquo modo erat dispensatio in lege Iudæorum quantum ad vsuras, & tamen si simpliciter petatur an fuit tunc dispensatio, dicendum quòd nõ, sed potius fuit arctatio

quædam. Et hoc modo quantum ad quædam alia dicimus esse dispensationem in lege veteri, vt quantum ad libellum repudij, & quantum ad occisionem inimicorum: nam licebat repudiare vxores Deuter. 24. & persequi inimicos, & occidere eos manu propria Numeri 35. capitu. sed neutrum istorum licet in testamento nouo. De libello repudij supra 19. quia qui repudiat vxorem cogit eam fornicari, & idem supra 5. capitu. De inimicis patet, quia supra 5. capitu iubemur inimicos diligere, & benefacere his, qui oderunt nos. Etiam respectu iuris naturæ in quo omnia mala vetantur, saltem quantum ad secunda præcepta iuris naturæ illicitæ sunt vsurę in omni casu: ideo nullo modo poterant exerceri sine peccato, aut dispensatione, sed in aliquo casu exercebantur vsuræ, & dabatur libellus repudij, sed omnis repudiatio est cõtra ius naturę quantum ad secunda præcepta, vt dictũ est, ideo dispensatio quædam erat in repudio concessa. de inimicis idem est, quia lex rationis dictat non esse nocendum propria auctoritate inimico.

Sed dicendum, quòd accipiendo simpliciter dispẽsationem quantum ad hoc, quia tempore illo quo data est lex Iudæis non erant obligati ad aliquid plus. Et patet de libello repudij, quia repudiare vxores non erat contra iuris naturæ præcepta prima, sed contra secunda, sed secunda non obligant nisi lege positiua aut consuetudine sint firmata, & tunc nihil tale erat, prima autem præcepta, quę secundum se obligant sine aliqua lege positiua, non vetabant vsuram, neque repudium, ideo non arctabantur homines tunc non repudiare vxores, & sic non fuit dispensatio, de inimicis idem est, quia rancorem remittere inimicis est de iure naturę inquantum pertinet ad charitatem, & tamen executionem iustitię remittere non est de necessitate etiam nunc secundum nouum testamentũ, vnde licebat Iudęis velle, quòd inimici eorũ occiderẽtur si merebantur occidi secundum eorum delicta. Quod autem occiderent ipsi eos non erat illicitũ nisi lex concederet, quia nemini licet regulariter sine iudice se vindicare, & tamen faciebant hoc, quia lex dedit ipsis potestatem ad hoc, & ideo inquantum ministri legis poterant occidere inimicos suos. Vnde considerandum, quòd in hoc erat maior dispensatio quã in alijs, ideſt, vsura & libello repudij, & sunt hic tria. Primũ est, quòd liceret Iudęis velle mortẽ inimicorũ suorum. Secundum est, ꝙ manu propria possent illud exequi. Tertium ꝙ etiam in casu in quo dubium erat an mortem mererentur possent illos occidere, s. cum quis iuit cum alio pacifice in syluam, cum quo nullas prius inimicitias habuerat, & cum cęderent ligna lapsum ferrum de manubrio alterius occidit proximũ suum, etiam si in hoc non mereretur mortem, si frater, vel amicus occisi persequeretur occisorem antequam veniret in vrbem refugij, poterat illum occidere impune, licet nondum constaret an ille reus esset mortis alterius. in alijs enim scilicet, vsura, & libello repudij nihil concedebatur nisi quod de iure naturę licitum erat, vt supra dictum est, sed circa hoc duo vltima non erant licita de iure naturę, scilicet, propria manu vlcisci iniurias, & quod maius erat, scilicet, cũ nondum erat notum an mereretur mortem occisor, quòd posset occidi. De primo horum duorum dicẽdum, ꝙ non erat licitum de iure naturæ quantum ad prima præcepta, non tamen erat vetitum in ipsis, sed non erat concessum nisi quãtum lex humana disponit regulariter, ꝙ nemo sine iudice se vindicet, & nõ iam erat effectum illicitum, & contra ius naturę, sed cum lex positiua potuerit diffinire aliquem casum in quo quis se sine iudice vindicaret, faciẽdo ipsum priuatum esse ministrum, ita potuit nunc lex diuina, &

facilius

facilius constituere fratres, vel cognatos occisorum ministros iustitiæ contra ipsos interfectores, vt vice, & ministerio legis vtentes vindicarent sanguinem occisi. sed in secundo horum erat maior difficultas: nam non licet alicui occidere alterum non præcedente cognitione de eius delicto, siue sit minister legis, siue priuatus, & etiam est contra ius naturale, quòd occidatur is de quo non constat an mortis reus sit, & ideo in hoc superabundauit potestas Dei, dispẽsans in iure naturali, vt occideretur is de quo non cõstabat an mortem meruisset, & hoc erat, quia hanc præsumptionem, scilicet, quòd soli erant, & non cõstabat quomodo occidisset eum, accipiebat pro plena probatione quantum ad hunc casum, quod homines legem ponentes nõ possent licite facere: ideo ista est lex in qua maxima dispensatio apparuit in veteri testamento.

Ex his autem apparet quomodo quędam leges harum dicebantur esse datæ ad duritiam cordis, scilicet, de repudio, vsura, & occisione inimicorum, licet in aliquibus eorum non esset simpliciter dispensatio, accipitur enim duritia cordis non pro passione aliqua qua concedatur eis, quod malum est, & aliàs licitum non erat, sed pro quadam imperfectione, qua non poterant trahi ad sustinendum legem, quæ erat simpliciter bona.

Quare Deus concessit Iudæis dare ad vsuram alienis, & quare concessa illis sunt aliqua, quæ videbantur esse contra ius naturæ, & an iubeantur maiora in lege Moysi quàm in lege Christi.
Quæst. CLXXIIII.

QVAERETVR quare Deus concessit Iudęis dare ad vsuram alienis. Dicendum, quòd Deus dabat legem Iudæis efficiens eos per eam specialiter populum suum Exo.19.& Deutero.7. cap. & ideo volebat sibi eos reddere puros ab omni crimine, & reducere ad puritatem rationis, & ideo vetuit eis omne, quod malum erat, ideſt, quod non poterat committi sine peccato, quia hoc etiam apud gentiles vetitum erat, aut esse debebat. alia quoque omnia I mala vetare voluit, vt eos ad perfectionem reduceret, sed non potuerunt Iudæi propter suam imperfectionem talem legem tolerare: ideo quędam mala vetuit alia non vetuit.

Circa quod sciendum, vt dictum est supra, quòd duplicia sunt præcepta iuris naturæ, scilicet, prima, & secunda. Prima autem semper obligauerunt, & obligant etiam si nulla lege positiua, aut consuetudine approbentur, immo quæcunque lex, aut consuetudo contraria sit semper mala est, & non potest cõmitti aliquid contra alia pręcepta sine peccato mortali, & istud ius naturale est de quo solemus dicere, quòd omnes obligat, & quòd semper obligauit, & ꝙ non potest dispensari in illo, neque præscribi contra illud, & semper est peccatum agere contra illud, ad K obseruationem talium præceptorum gentiles obligati erant, & obseruabant illa, quia vbique eadẽ erant sicut dicit Aristote.5.Ethico. quòd iusta naturalia eadem sunt vbique sicut ignis ardet hic, & in Persis, & ita dicit Apostolus ad Roma.2.cap. quòd gentes, quę legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, testimonium perhibente eis conscientia ipsorum, & contra tale ius naturale nihil permisit Deus Iudęis in lege quam dedit, quia talis permissio non esset conueniens, & non esset hoc deducere Iudæos ad legem, sed constituere eos extra legem.

Alia sunt secunda præcepta iuris naturæ, & ista nõ obligauerunt vnquam, neque nunc obligant nisi in F quantum per legem aliquam positiuam, aut per consuetudinem aliquam acceperunt vim, & ideo illa, quæ nondum sic acceperunt vim non obligant, & faciendo contra ea non peccamus, & hoc modo gentiles faciebant contra ius naturale in multis, & Iudęi quoque, & lex Iudæotum multa permittebat contra ius naturale: nam cum tale ius non obliget secũdum se, sed cum accipit vim a lege, aut consuetudine, a fortiori erit dispensabile, & præscriptibile: talia sunt multa, vt multitudo vxorum, repudiatio, prohibitio graduum cognationis, vsura, persecutio inimicorũ, & multa similia.

Considerandum etiam in hoc, quòd nihil fuit apud gentiles reputatum tanquam malum, quasi esset contra ius naturæ, quod apud Iudæos non esset G vetitum, etiam quidquid lege positiua, aut consuetudine vetitum fuit apud gentiles tanquam malum prohibitum fuit apud Iudæos, immo aliqua concessa erant gentilibus, ideſt, nulla lege apud eos vetita, quæ apud Iudæos vetita fuerunt, & multa erant apud gentiles ad quæ non obligabãtur aliqua lege, & Deus obligauit Iudæos ponendo legem. Et quoniam omne malum repugnat aliquo modo rationi, omnia quæ sunt quomodocunque de iure naturali bona sunt, & contra illa agere malum est, licet non sit peccatum omnis actio contra talia, sicut dictum est de secundis præceptis iuris naturę, quia tamen quanto magis sequimur rationem magis accedimus ad Deũ, H qui est purus spiritus, & rectitudo, volebat Deus omnia mala, quę vetantur in secundis præceptis iuris naturæ vetare, & omnia bona, quæ illud ius suadet iubere, sed non fecit in lege Moysi propter duo.

Primo quia apud gentiles non erat obseruatio taliũ præceptorũ, & Iudęi assuefacti fuerãt semper legibus gentilium, vnde si nunc arctarentur grauioribus legibus quam prius fuissent arctati, esset eis difficile, & non possent talem legem tolerare, ideo non imposuit eis illas. Sic enim est de vxorum pluritate: nam apud gentiles licita fuerat, & nulla lege vetabatur, & sancti patres ante datam legem Moysi plures vxores accipiebant, sicut Abraham simul habebat Sarram, & Agar in vxores, & Iacob habebat simul quatuor Liam, & Rachelem, Balam, & Zelpham Genes. 16. & 30.capitu. ideo licet contra secunda præcepta iuris naturæ sit vxorum multitudo, non vetuit eam in Veteri Testamento, sed sancti viri ibi habebant multas vxores sicut Dauid, & Helchana pater Samuelis, vt declaratum est primo Regum 1.capitu. Sic etiam de libello repudij erat: nam apud gentiles erat repudiatio vxorum sicut, & iura Codicis, & Digestorum habent, & permansit illa lex vsque ad Christi legẽ: ideo Iudæi, qui huic repudio assueti fuerant inter gentiles, quando postea acceperunt legem non vetiti sunt repudiare illas.

De graduum prohibitione idem fuit, quia de primis præceptis iuris naturę non videbatur esse prohibitus aliquis gradus, erat tamen vetita coniunctio aliquarum personarum, vt patris ad filiam, & magis filij ad matrem, & tamen inter hos non est gradus, quia gradus primus computatur inter fratres, & istorum prohibitio non erat de primis præceptis iuris naturæ, cum statim a principio orbis talis copula fuerit, & tamen leges humanæ vetuerunt hanc copulã, & etiam Iudæi antequam legem acciperent non copulabantur in primo gradu, & in lege eorum plures personæ vetitæ fuerunt quantum ad copulam Leuit. 18.capitu. & 20.capitu. Sic etiam de vsura erat, quia apud gentiles licitæ reputabantur vsuræ, & leges eorum hoc concesserunt, sicut & nunc leges ciuiles habent, & in multis casibus secundum eos debentur vsurę.

vsurę. Deus igitur in lege nõ vetuit Iudęis simpliciter vsuras, erat enim graue Iudæis si ab omnibus consuetudinibus quas habebant inter gentiles arcerentur per legem nouiter datam. Satis enim erat, quòd arcerentur a cultu idolorum, & omnibus cęremonijs, quas exercebant in cultu eorum, in cæteris autem, quæ tolerari poterant sine peccato, tolerabat illos Deus, vt susciperent legem, & non recederent ab ea. Est tamen verum, quòd adhuc omnia illa aliqualiter tẽperauit, ideſt, licet non arctauerit Iudęos deducendo ab obseruationem omnium præceptorum, quæ sunt de secundis pręceptis iuris naturæ, magis tamen eos arctauit quam gentiles erãt obligati, vt sic lex Moysi esset quasi media inter obseruationem gentilium, & legem Christi. Et paret hoc circa pluritatem vxorum: nam licebat gentilibus multitudo vxorum in quocunque numero. Sed Deus permittens Iudæis pluritatem arctauit multitudinem effrenatam, vt dicitur Deuteronom.17.cap.de regibus, non habebit rex vxores plurimas, quę alliciant animum eius, & arguuntur, qui plurimas habebant sicut Salomon 3. Regum 11. cap.

De repudio eodem modo aliquid temperauit, quia apud gentiles licebat viro repudiare vxorem, & vxori aliquando repudiare virum, sicut & lex Codicis permittit, vt declaratum est supra 19. cap.q.69. Deus autem permisit viris in lege Moysi repudiare vxores, sed vxoribus non permisit repudiare viros. De vsura eodem modo fuit: nam apud gentiles non erat C vetita quantum ad aliquam personam, quia cuilibet licebat mutuare sub vsuris, apud Iudęos arctata fuit, quia non licebat eis dare ad vsuram nisi alienis Deut. 24.cap.& Leui. 25.

Sed de persecutione inimicorũ fuit speciale, quia hic concessit Deus Iudęis aliquid plus quã leges gentilium habent, scilicet, quòd poterat frater, vel cognatus occisi propria manu occidere occisorem, & hoc etiam non constito an casu occidisset eum, vel forte se defendendo, vel alio modo Numeri 35. quia de lege humana nemo sine iudice regulariter se vindicat, & quod grauius est, quia non licet aliquem punire nisi constito de crimine, quia hoc contra ius naturale D est. Sed dicendum, quòd ista duo non sunt totaliter contra ius naturale, ita quòd nõ possint esse licita aliquo modo. De primo patet, quia licet nulli liceat auctoritate propria se vindicare, potest lex in aliquo casu ei tradere potestatem vindicãdi, & tunc auctoritate legis agit, & non peccabat. Sic enim lex concesserat Numeri 35. fratri occisi persequi occisorẽ vsque ad ciuitatẽ refugij, & occidere illum si inueniret antequã intraret in vrbem illam, & ideo quantũ ad hoc licitum erat. De secundo erat maius dubium, & dicendum, quòd occidere aliquem innocentem semper est cõtra ius naturale, & non est dispensabile. Etiã occidere illum de quo non constat an sit reus mortis peccatum est. Et tamen in hoc casu lex habebat hanc pro probatione, scilicet, quòd iuerunt ambo in syluã, & occisus est vnus sine teste, & ita prima facie pręsumebat contra occisorem, vel contra eum, qui simul erat, cum nõ appareret contrarium: ideo cõcedebat, quòd occidi posset talis occisor etiam ante pleniorẽ probationẽ, si inueniretur extra vrbem refugij, quia hanc probationem concedebat tunc lex, vt sufficientem, & ita non erat contra ius naturę, quia iste non reputabatur innocens, sed reus criminis, & quasi conuictus de illo ꝙ has pręsumptiones, & potestas Dei potuit legi huic talem auctoritatem dare, & sic agens per eam non agebat contra ius naturale. Vnde dicendum, ꝙ poterãt Iudęi sine peccato mortali occidere hostes suos auctoritate legis illius, quando nõ moue- A bãtur ex solo odio, sed amore iustitię, & salrem, quia lex concesserat hoc, & non essent aliter facturi, si autem aliquis solo rancore moueretur facturus hoc, ẽt si lex nõ permitteret peccabat mortaliter, licet apud homines maneret impunitus. Dicendum etiam, ꝙ licet apud leges gentium nunc nõ liceat hoc, licebat tamen tempore quo data fuit lex Iudęis, & alia maiora adhuc, quia nihil concederet Deus Iudęis, quod apud gentiles non esset, sed potius arctaret eos, & tamen postea lapsu temporis gentiles correxerunt leges suas, sicut sunt leges Romanorum, i.digestorum, & Codicis, quę multum consonant puritati rationis, & in his non conceditur alicui fratri occisi, ꝙ occisoB rẽ propria auctoritate occidat, maxime quando nondum constat plene an occisor sit reus mortis. Vnde si quando Deus dedit legem Iudęis fuissent tales leges apud gentiles, & etiam aliquid durius, concessisset illud Deus Iudęis, quia aliter forte non possent sustinere legẽ suam. Et tamen dicẽdum, ꝙ inter omnes Dei permissiones nulla fuit maior quàm ista, & magis videretur esse contra ius naturale, & cõtra rationis puritatem. Et ita apparet, ꝙ nihil Iudęis fuit permissum nisi id, quod apud gentiles tunc erat, & ista erat causa concessionis, scilicet, quia Iudęi non possent neque vellent sustinere legem Dei, si arctaret eos multum vltra id, quod erãt gentiles arctati, in aliquo tamẽ eos arctauit. Sciendum etiam, quòd si arctauit non concedendo quædam, quę gentiles faciebant, vt declaratũ est in pręcedentibus, ita etiam arctauit obligando eos ad faciendum quædam, quæ non faciebant gentiles, vnde non solum vetuit dare ad vsuram Iudæis, sed etiam iussit mutuare illis omnia quibus pauperes indigerent, & quod plus erat, quia si non possent soluere faciebat, quòd in septimo anno remissionis essent liberati per legem, vt non tenerentur ad aliquid. Et hoc erat in pręiudicium creditorum, & tamen im posuit Deus illis hoc onus, quod apud gentiles non erat, & etiam non est nunc in nouo testamento: etiã apud gentiles quicunque venderet rem suam perdebat eam in perpetuum, & non erat ei ius redimendi etiam si vellet redimere, & tamen apud Iudęos vendens possessionem suam poterat eam redimere, vel aliquis de cognatione sua computatis fructibus rei in sortem, & si non redimebat, quia non poterat, vel nolebat, redibat res sine pretio vllo ad venditorem, vel hæredes suos in iubileo, ideſt, anno quinquagesimo, & hoc apud gentiles non erat Leuiti.25.cap. Et idem erat de seruitute, quia seruus apud gentiles erat in perpetuum seruus, apud Iudæos autem anno septimo liberabatur Exo.21.& Deuteronom.25. Et si accepisset a Domino vxorem, & inde genuisset filios, qui serui erant, quia erant filij ancillæ, si vellet eos, & vxorem educere, in seruitute manebat vsque ad iubileum, & tunc liber exibat cum filijs, & vxore Leui.25.

Secundo principale, propter quod nõ vetuit Deus E Iudęis omne, quod aliquo modo erat contra ius naturę fuit imperfectio illorum, erant enim viri imperfecti, qui nondum fuerant exercitati ad bonas leges & per bonas operationes, & ideo etiam si non essent omnes pręcedentes consuetudines apud gentiles, in quibus ipsi quoque exercitati fuissent, non possent bonas leges sustinere: nam sicut nunc non possunt omnes homines sustinere vitam monasticã propter imperfectionem, & illa est vita perfecta, ita & illi propter inexercitationem non erant dispositi ad sustinẽdum leges omnino bonas, sed oportebat illis aliquid permitti, quod aliqualiter esset malum, dum tamen non esset peccatum illud committere, & ista inperfectio vocatur a Christo duritia cordis supra 19.cap.ſ.ꝙ

propter

propter ſuam imperfectionem erant duri ad ſubijciẽdum ſe bonæ legi, quia paſſiones eorum indomitæ non ſuſtinebant legem bonam, & ideo Deus condeſcendens eorum imperfectioni dedit eis tales leges, vnde in omnibus, quæ eis permiſit, quę aliquo modo erant mala, poteſt dici, quòd ad duritiam cordis eorũ permiſſum eſt, quia nihil illorum permiſit, niſi quia Iudæi non erant apti ad ſuſtinendum leges bonas, & iſta erat duritia cordis.

Circa hoc ſciendum, quòd conuenienter data eſt lex Iudęis, vt eſſet medium aliquid inter habitudinẽ gentilium, & legem Chriſti: nam gẽtiles ſolum obligabantur ad ea, quæ de iure naturali quantum ad prima præcepta, quæ ſemper obligauerunt, & quantum ad ea, quæ leges eorum poſituę adderent, & hoc quia nemo eis legem poſuerat, ideo ea ſolum, quæ conſcientia dictabat tenebantur facere ad Roman. 2. cap. ſcilicet, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt gentes, quæ legem non habent, lex autem Iudæorum tenuit omnia, quæ erant de primis præceptis iuris naturę, & quæ gentiles obſeruabant, & inſuper addidit quaſdam quaſi perfectiones arctando magis Iudæos, vt peruenirent ad obſeruationem omnium præceptorum iuris naturę, licet non totaliter ſicut ſupra oſtenſum eſt, quantum ad vſuras, & quantum ad alia, lex autem Chriſti tenuit terminum in bonitate, quia illa vetat omnia mala, quæ ſunt contra ius naturæ, & iubet omnia bona, quæ dictat ratio eſſe facienda, & ideo in lege Chriſti non ſolum obſeruãtur prima præcepta iuris naturalis, ſed etiam ſecunda, prima enim ſemper obligauerũt etiam ſi per nullam legem poſitiuam ſtatuerentur, ſecunda autem non obligant niſi cum lege, aut conſuetudine vires accipiunt, & iſta omnia ſtatuit Chriſtus obſeruari, & ideo tunc vires obligandi acceperunt, quia non ſolum lege firmata ſunt, ſed etiam lege illius, qui habet vim obligandi omnes quos voluerit, & quantum voluerit, & ita apparet quantum ad præcedentia: nam pluritas vxorum, quæ eſt contra ſecunda præcepta legis naturæ erat licita apud gentiles, & Iudæos, nunc vero vetita eſt, quia vnica eſt vnici in matrimonio, & alias non tenet matrimonium, & iſtud eſt de integritate ſignificationis extra de biga. ca. debitum, & declaratum ſupra 19. Sic etiam de repudio: nam de lege naturæ quantum ad prima præcepta licebat, & apud gentiles, & in lege Iudæorum licuit. Sed Chriſtus illud vetuit ſupra 19. cap. & iam non licet repudiare vxorem, ita vt alia accipiatur. Idẽ eſt de gradibus parentalibus, quia apud Iudęos paucarum perſonarum fiebat obſeruatio Leuit. 18. nunc vero fit obſeruatio in quatuor gradibus tam cognationis quàm affinitatis extra de conſa. & affi. ca. non debet. De vſuris quoque eſt ſimile: nam apud gentiles, & de primis præceptis legis naturę non erant vetitę, apud Iudęos vero erant conceſſę quantum ad extraneos, in lege autem Chriſti ſunt ſimpliciter vetitę vſurę Luc. 6. ca. mutuum dantes, & nihil inde ſperãtes, ideſt, vltra ſortem nihil eſt ſperandum, & ita omnis vſura tollitur. De perſecutione autem inimicorum ſimpliciter eſt prohibitio in lege Chriſti: nam non ſolum non licet alicui inimicum occidere propria auctoritate, ſed etiã nõ licet odiſſe illum, ſed eis benefaciendum eſt ſupra 5. cap. ſcilicet, diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos, & iterum, eodem cap. dictum eſt antiquis diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis nõ iraſci, & qui iraſcitur fratri ſuo reus eſt iudicio. Sic igitur lex Chriſti accedit ad omnem puritatem, quia nihil in ea malum permittitur, ideſt, non ſolum non eſt in ea aliqd contra prima præcepta iuris naturę, ſed etiam, neque contra ſecũda, & præcipitur in ea obſeruari quidquid de iure naturę eſt ad agendum ſecundum omnia genera præceptorum eius. Sed conſiderãdum, quòd licet lex Chriſti habeat omnem puritatẽ ad vetandum omne malum, quod non vetat lex Moyſi, tamen in præcipiendo bonũ lex Moyſi circa quædam excedit legem Chriſti: nã lex Moyſi iubet, ꝙ pauperibus mutuentur omnia, quę eis fuerint neceſſaria Deut. 15. & hoc eſt præceptum, & tamen in nouo teſtamento nõ cadit ſub præcepto mutuare pauperi quandocunque indiget, etiam poſtquàm diuites mutuaſſent pauperibus quantamcunque ſummam, ſi ante annum ſeptimum remiſſionis nõ ſoluerent, in ipſo anno ſeptimo erant liberi ſecundũ legem Deut. 15. ca. & iã non poterat aliquid ab eis peti, & tamen in nouo teſtamento quidquid mutuatum fuerit ſoluendũ eſt, & nunquã extinguitur actio, etiam ſi multo tempore non fuerit petitũ debitum, vel debitor moratus fuerit in ſoluendo. Item de vẽditione poſſeſſionum, quia data fuit in fauorem vendentium manebat venditori, & cognatis eius ius redẽptionis ſupputatis fructibus in ſortẽ, & ſi non redimeretur poſſeſſio, redibat in iubileo ſine vlla pecunia ad venditorem, vel ad hęredes ſuos Leui. 25. & tamen in nouo teſtamento ſiquis vendiderit non habet ius redimendi ex ipſa lege, & poſſeſſiones venditę in perpetuum manent apud emptorẽ, & hoc eſt, quia nihil iſtorum ſtatuitur per legẽ Chriſti, ſed omnia manẽt in poteſtate, & iudicio dominãtium, & rectorum, & ideo lex Chriſti nihil iſtorũ vetuit nihil conceſſit. Idem eſt de venditione hominũ in ſeruos: nam ſecundum legem Moyſi Iudęus, qui vendebatur alteri Iudæo, vel cõuerſo in ſeruum manebat in ſeruitute vſque ad annum ſeptimum remiſſionis, vel vſque ad iubileũ, & tunc liber exibat Leui. 25. Sed ſecundum legem Chriſti non efficitur ſeruitus temporalis, ſed qui ſeruus eſt, vel poteſt vendi in ſeruum manet in perpetuum ſeruus, quia hoc per leges humanas agitur, quæ non ſunt contra legẽ Chriſti; quæ de hoc nihil diffiniuit, & ita quantum ad quędam obligabantur Iudæi ad agendum plus quã nunc obligantur Chriſtiani, & hoc erat, quia Deus volebat ſpecialiter mouere ad clementiam erga proximos cũ eſſent duri corde, in lege autẽ Chriſti, in qua ſupponitur charitas, non oportet iſta ſpecialiter, aut ſimilia iniungi, quia maiora his ſine aliquo mandato fiunt. Etiam non decuit poni in modum legis, quia lex Chriſti ad totum mundum extenditur, & non eſt cõueniens eadem obſeruatio quantum ad omnes homines de obſeruationibus particularibus, ſecus autem de generalibus quales ſunt leges naturę, vel præcepta illius.

Sed objcietur, quòd adhuc maiora iubentur fieri in lege Chriſti quam in lege Moyſi, quę ſunt ad vtilitatem proximorum, vt patet ſupra 5. & Leui. 6. ca. ſcilicet, ſiquis vult auferre a te tunicam da ei pallium, & omni petenti te tribue, & qui angariauerit te mille paſſus, vade cum eo duo millia, iſtud enim eſt dare omnia, multo maius eſt quàm mutuare pauperibus, & non recipere elapſo anno remiſſionis, cũ hoc modo omnia, quæ a nobis petuntur debeamus dare.

Dicendum, quòd nõ ſtat, quia id, quod allegatum eſt de conſilio tenet, & non eſt præceptum niſi ſecũdum præparationem animi, vt ibi declaratum eſt ſupra 5. ca. ſuper eiſdẽ dictis, & tamen, quod dicitur de mutuando pauperibus in lege Moyſi omnia quibus indigebant tenet de præcepto. Etiã nõ repetere ab eis aliqd debitũ poſt annũ remiſſionis, vt colligitur Deu. 15. ca. vnde peccarent mortaliter Iudæi ſi cõtra facerent, & ſic verũ eſt, ꝙ ad quædam particularia faciẽda obligauit Moyſes in veteri teſtamento, quę pertinebant

bant ad opera charitatis, quę nõ erant de obligatione in nouo teſtamento, non quidem, ꝙ ille ſtatus eſſet perfectior quàm iſte, cum ſit multo minor, quia ille erat ſtatus, vt paruulorum, qui tenentur ſub pędagogo, iſte autem eſt ſtatus, vt virorum perfectorũ ſicut oſtendit Apoſtolus ad Gala. 4. cap. ſ. quanto tempore hęres paruulus eſt nihil differt a ſeruo cum ſit Dominus omnium &c. Sed quia illa erant conuenientia ad conſeruationem ſtatus illius, & non conueniunt ad ſtatum iſtum.

An gentiles dando ad vſuram peccabant. Quæſt. CLXXV.

QVAERETVR an gentiles peccabant dando ad vſuram. Dicendum, quòd aut quęritur de tẽpore ante datam legem Moyſi, aut poſtquàm data eſt illa vſque ad legẽ Chriſti, aut de tẽpore, quod eſt poſt perfectam promulgationẽ Euangelij. Si quęratur de primo tempore. dicendum, ꝙ non peccabãt, eo ꝙ vſura non eſt cõtra prima præcepta iuris naturę, ſed contra ſecunda, & illa non obligant niſi cum accipiunt vim obligandi a lege poſitiua, aut cõſuetudine, vt dictum eſt in præcedentibus, & tamen vſura eſt cõtra ſecunda præcepta, ideo non obligabantur ad non dandum ad vſuram, neque peccarent dãtes ad vſurã, niſi forte aliqua lex poſitiua eſſet inter eos, quę vetaret vſuram, aut conſuetudo circa hoc, quia ex talibus acciperent vim obligandi talia præcepta ſecũda iuris naturę, vel niſi eſſet immoderata extorſio vſurarum, ſicut vſura vſurę, quę apud leges humanas vocatur improbum fœnus, & vtentes ea ſunt infames, vt dictũ eſt ſupra. Si quęratur de tempore datæ legis Moyſi. dicendum, ꝙ licuit gentilibus vſura ſicut prius, quia apud eos nihil mutatum eſt per dationẽ legis Moyſi, cum ad illam non obligentur, ſicut neque conuerſi, ſed licebat eis dare ad vſurã tam Iudæis quam gẽtilibus quam alijs conuerſis, ſed ante hoc licebat gẽtilibus dare ad vſuram generaliter, ergo per legẽ Moyſi in nullo impediti ſunt. Si autem de tempore publicati Euangelij ſicut nunc. dicendum, quòd non licet eis dare ad vſuram, quia nunc vetita eſt generaliter vſura per legem Chriſti, quæ obligat omnes ad obſeruantiam ſui.

An liceat nunc Iudæis ad vſuram nobis dare. Quæſt. CLXXVI.

QVAERETVR an liceat Iudęis dare nobis ad vſuram. Aliqui dicunt, quòd ſic, quia non vetitũ fuit eis dare ad vſuras niſi fratribus ſuis, conceſſum fuit autem dare alienis Deute. 24. cap. ſed nos non ſumus fratres eorum, immo alieni, ideo putant, quòd licet nobis dare ad vſurã. Alij dicunt, quòd non licet eis dare nobis ad vſuram, quia ſi licite darent, non competeret nobis repetitio vſurarum aduerſus eos, cũ id, quod licite acciperent licite retinerent, & tamẽ competit repetitio, & compelluntur Iudęi, & hęredes eorũ reſtituere vſuras in directe per excommunicationem, & per principes ſeculares extra de vſu. ca. poſt miſerabilẽ, & cap. quanto amplius, ergo peccant accipiẽdo vſuras. Dicẽdum, ꝙ verum eſt, ꝙ Iudęis non licet dare nobis ad vſurã cũ nobis repetere liceat: nam ſiquis licite accepit non competit aduerſus eũ repetitio, immo & ſi turpiter accepit, dum tamen dans turpiter dedit non cõpetit repetitio, ſicut apparet de pecunia data meretrici, & tamen nunc licite repetimus a Iudęis vſuras, ergo nõ acceperunt ipſi licite, & conſequenter peccauerunt.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non ſtat, quia illud eſt verum ſi lex Moyſi maneret, quia tunc conceſſio illa ſtaret, & darẽt nobis licite ad vſuras, quia alieni ſumus, & tamen non manet illa lex, cum euacuata ſit tota lex Moyſi, ergo neq; virtute illius poſſunt nobis dari vſurę, & conſequenter, quia illicite dant, competit nobis aduerſus illos repetitio.

An liceat nunc Iudæis dare ad vſuram alijs Iudæis, & an infideles peccent quandocunque agunt contra legem Chriſti. Quæſt. CLXXVII.

SED quæretur an liceat Iudeis dare ad vſuram alijs Iudæis. Aliqui dicunt, quòd ſic, quia Iudæis liceret dare ad vſuram ſibi inuicem niſi data eſſet illa lex Deut. 23. & Leui. 25. ca. & tamen illa lex ceſſauit iam, quia neminem obligat, ergo non prohibentur dare ad vſuras adinuicem.

Dicendum, quòd Iudęi putant non licere dare adinuicem ad vſuram, & tamen, quòd licet eis dare nobis ad vſuram, & ita obſeruant: nam nobis ad vſuram dant, & non alijs Iudęis. Et ratio eſt, quia putant manere legem Moyſi adhuc, cum ipſi illam obſeruent, & manente ea eſſet ſic tenendum.

Sed dicendum, quòd neutrum licet eis iam, neque enim licet eis dare nobis ad vſuram, quia lex illa prætextu cuius licebat non manet, vt dictũ eſt præcedenti q. Etiam adinuicem non licet dare, quia prohibentur lege naturę, vel lege Chriſti.

Sed obijciunt, ſi nunc non licet eis adinuicem dare ad vſuram, vel etiam nobis, aut erit hoc propter legem naturę, aut propter legem Chriſti, ſed propter neutram prohibentur, ergo nullo modo eſt illicitũ. De primo patet, quia ius naturale nunquã mutatur, vt dicitur 5. Ethi. ergo ſi ſemel obligat ſemper obligat, vel ſi ſemel non obligat nunquam poteſt obligare, quia non accipit vigorem a nobis neque conſtitit in videri, vel non videri 5. Ethicorum, & tamen ante legem Moyſi datam non obligabantur Iudęi non dare ad vſuras, ſed licebat eis dare tam Iudæis quã alienis, vt oſtenſum eſt ſupra, ergo nunc non obligabuntur ex iure naturali ad non dandum vſuram. De ſecundo patet, quia licet lex Chriſti obliget omnes homines, quia eſt data generaliter infra 28. Scilicet docete omnes gentes, & Mar. 16. cap. prædicate Euangelium omni creaturę, qui crediderit ſaluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur, tamen non peccant infideles quandocunque agunt contra legem Chriſti, ideſt, in quocunque actu, ſed ſunt ſemper in vno peccato, ſcilicet, quia non ſuſcipiunt doctrinam Chriſti quam obligantur ſuſcipere, nam manentes ſub lege Chriſti peccant ſi non ieiunant in quadrageſima, & ſi non ſuſcipiunt ſacramentum Euchariſtię in Paſcha, & tamen infideles non peccant comedendo carnes in quadrageſima, & nõ ſuſcipiẽdo Euchariſtiam, immo etiam ſi ſuſcipere vellent non daretur eis, & ita peccat, qui accipit cognatam in ſecundo gradu in coniugẽ, & tamẽ Iudęus accipiens eam non peccat. Quod patet, quia ſi peccaret quando cõuerteretur ad Chriſtum cogeretur ab illa diſcedere, ſed non cogitur extra de diuor. ca. gaudemus, ergo non peccant infideles quandocunque agunt cõtra fidem Chriſti, ſed ſolum peccant ex eo, ꝙ illam nõ ſuſcipiunt, & in iſto peccato mortali continue ſunt, cũ ſemper obligentur ſuſcipere doctrinam Chriſti quãdiu illam non ſuſceperunt. Ergo quouſque illam ſuſcipiant ſemper ſunt actualiter in iſto peccato, & ita videtur, ꝙ infidelis agens contra legem Chriſti non peccat, quandocunque contra illam agit, immo nunquam peccat contra illam agendo, ſed ſolum, quia illam non ſuſcipit, ſed ita eſt de vſuris, quia vetitę ſunt

lege

lege Christi, ergo infidelis dans ad vsuras non peccat, F licet in hoc agat contra legem Christi. Dicendum, ꝙ peccat Iudęus, aut quilibet infidelis quando nunc dat ad vsuras siue det Christianis siue alijs infidelibus, & peccatum est non solum, quia est cōtra legem Christi, sed quia est cōtra ius naturę, & tamen neutrū istorū sufficit, sed ambo requiruntur. Et ratio est, quia dare ad vsuram non est contra prima prędicta iuris naturę, quę semper obligant etiā nulla lege positiua existente, sed contra secunda, vt dictū est supra, & illa nō obligant quousque fuerint firmata lege aliqua positiua, aut consuetudine, sed nulla lex positiua est efficacior quàm lex Christi, quæ est diuina, & data ad obligandum omnes homines, vt dictum est, ergo superueniēte illa, quę vetuit omnes vsuras, incepit habere vim obligandi prędictū illud iuris naturalis, ita quòd iam non liceat agere contra illud, & ita quandocunque egerint contra illud, non quia est præceptum legis Christi, sed quia est prędictum iuris naturę vim obligandi accipiens ex lege Christi, sed illa omnes ēt infideles obligat, ergo quicunque ad vsuras dederit peccat cuicunque dederit. Ad rationem in contrariū dicendū, quòd non peccabant gentiles dando ad vsuras, neque Iudęi ante legem Moysi dando cuicūque ad vsuras prętextu huius prędicti, eo quòd non erat tunc aliqua lege positiua, aut cōsuetudine firmatum, ideo postquàm data est lex Moysi, firmatū fuit præceptum illud quātum ad vnam partem, s. quòd Iudæi fratribus suis non darent ad vsuras, ideo quantum ad istam partem obligauit. Postquàm vero data est lex Christi, quæ obligauit omnes, & vetuit vsuras simpliciter, manſit firmatum præceptum istud quantum ad omnes homines, & ideo peccant quandocūque iam ad vsuram dederint. Cum vero obijcitur, quòd iura naturalia non mutantur, & ideo illud, quod non obligat semel nunquam obligat. Dicendum, quòd est verum quantū ad prima prędicta iuris naturę, quę prędicipue sunt de iure naturę, quia illa nulla lege positiua, & nulla consuetudine indigent, vt firmentur, immo quanto diuturnior consuetudo contra ea fuerit, tāto est detestabilior extra de consue. cap. vltimo. Et ita apparet, quòd nunc nō licet Iudæis dare ad vsuram nobis neque sibiipsis. Ad primā rationem in contrariū dicendum, quòd licet lex Moysi qua tenebantur non dare fratribus ad vsuram cesset, manet lex naturæ, & lex Christi, quæ prohibent dare ad vsurā, & obligant. I

An liceat nobis nunc dare ad vsuram. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR an liceat nobis nunc dare ad vsuram. Dicendum, quòd non. Primo quia Christus expresse vetuit vsuram Luc. 6. c. mutuum dantes, & nihil inde sperantes, ideſt, si dederitis mutuum non speretis inde aliquid, ideſt, nihil recipiatis vltra sortem, quia illud est vsura. Secūdo quia est cōtra ius naturę, s. contra 2. prędicta eius, quę per legem positiuam firmātur, vt dictum est supra. Omnia autē prędicta iuris naturalis tam in vetādo quàm in iubēdo sunt iam firmata per legem Christi, vt colligitur ex his, quę habentur supra 5. c. & Luc. 6. ideo nunc nō licet dare ad vsuram. Tertio quia vsura nominat secūdum se iniustum contractum, scilicet, in quo venditur id, quod non est, aut idem bis venditur, vt ostensum est supra. Et hoc semper est iniustum, omnia autem iniusta vetantur in lege Christi. Sic enim Apostolus dicit ab omni specie mali vos abstinete, ergo ab vsura, quæ non solum est species mali, sed verum malum, abstinendum est. K

Quarto patet ex comparatione legis Christi ad legem Moysi: nam lex Moysi non erat simpliciter perfecta, eo quòd dabatur hominibus indispositis adhuc ad perfectionem, & paulisper per assuefactionem bonorum actuum disponendi erant, lex autem Christi est perfecta, ideſt, nihil mali permittens, sed lex Moysi vetuit vsuram quantum ad aliquid, ideſt, vt Iudæi non darent fratribus suis Iudæis ad vsuram Leuiti. 25. & Deuteronom. 23. ergo lex, quæ est simpliciter perfecta debuit verare vsuram toraliter, non ergo licet nobis nunc dare ad vsuram aliquo modo, neque alicui personæ.

Quare nobis vetita est vsura. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR quare est vetita vsura nobis. G
Dicendum, quòd primo, quia mala est secūdum se cum sit iniustus contractus, quia idem bis venditur, aut quod non est venditur, vt dictum est prędicti q.

Secundo quia est contra ius naturę, & tamen lex Christi facit obseruari omnia, quæ sunt de iure naturę, & concordant rectitudini rationis, vt colligitur supra 5. & Luc. 6. ergo vsuram vetauit.

Tertio quia concessa vsura generaliter sequerētur multa pericula, vt dicit Inno. extra de vsu. in summa, s. quia si liceret eam accipere omnia mala inde sequerentur, & maxime, quia non intenderent homines culturæ possessionum nisi quādo aliud nō possent, & ita tāta esset caristia, ꝙ omnes pauperes fame perirēt, quia & si possent habere terram ad colendum, tñ nō possent habere animalia, & instrumenta ad colendū necessaria, cū ipsi pauperes per se non haberent, & diuites tā propter lucrū quā propter securitatē potius in vsuras quàm in mmora, & minus tuta lucra ponerent pecuniā, & si aliqui ibi sua expenderent, ita cara essent victualia, ꝙ pauperes nō haberēt, vnde emere possent, & hoc esset maximum, & summū periculū hominibus, quia nihil magis vitandum est in malis corporalibus quā caristia, & fames. Vnde Dauid potius elegit pestem, quę est communis omnibus diuitibus, & pauperibus quàm famē, 2. Reg. 24. & 1. Paralipo. 21. cap. & non solum hoc, vt ipse posset teneri illa pœna, sed quia vere peior est fames quàm pestis, sic dicitur Treno. 3. ca. melius fuit occisis gladio quā consumptis fame, quia illi extabuerunt consumpti a sterilitate terræ. H

Quarto quia vix potest aliquis diu debere vsuras quin cito ad pauperratem reducatur, & tamen paupertas valde periculosa est, & multos ad mala deducit, nisi alicui ex speciali dono desiderium paupertatis concedatur: nam Salomon dixit, neque diuitias, neque paupertatem mihi dederis, sed tantum victui meæ tribue necessaria Prouer. 31. ca. & tamen si paupertatem periculosam non iudicasset, non peteret illam a se longe fieri.

Quinto quia per lucra vsuraria efficiuntur homines valde cupidi, & ista cupiditas deducit ad peccatū mortale: nam cum auarus valde pecuniam diligat, vix potest euitari ibi idolatria sicut Apostolus dixit auaritiam esse idolorum seruitutem, quia vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum supra 6. & Luc. 12. ca. & auarus gratius intuetur aurum quàm solem, vt ait Ambrosius 47. dist. omnis, & ideo sicut cupiditas est radix omnium malorum 1. Thimo. 6. capitu. ita & auaritia. Et sic quasi omnium malorum causa vetari debuit, vnde dicit ibidem Inno. quòd licet in aliquo casu de iure naturæ vsura non esset peccatum, tamen propter mala, quę inde sequuntur, vetita est in omni casu.

An secundum leges humanas possit exerceri vsura. Quæst. CLXXX. A

QVAERETVR, an secundum leges humanas deberi possit, vel exerceri vsura.

Dicendum, quòd secundum leges ciuiles in multis casibus debitæ, & licitæ erant vsuræ, s. ex stipulationibus habitis inter partes, ex pacto nudo in contractu bonę fidei in continenti appositō, etiam in contractibus stricti iuris, etiam debetur vsura in pecunia traiectitia, etiam debetur ex mora, & in alijs casibus, de quibus late Hostien. in sum. tit. de vsu. §. pro quibus rebus, in quibus non placuit examinandis immorari, quia omnia illa reuocata sunt, & redacta ad dispositionem legis Christi, & iuris canonici.

Sciendum tamen, quòd apud Gentiles varie se habuit vsura, a principio enim licebat generaliter, & nō erat apposita aliqua quantitas, sed quoniam erat periculum non solum priuatorum, sed etiam reipublicæ, cuius status pendet ex bonis priuatorum, si vsuræ essent licitæ per omnem modum, & non diffiniretur aliquid circa eas, statuerunt leges Romanorum, & aliæ leges bonæ successu temporum quātitatem vsurarum, vt quando venit vsura ex stipulatione, ꝙ quidam possunt stipulari trientem, s. illustres, & super illustres, alij bissem, s. mercatores, alij omnes communiter semissem stipulantur, & quando debetur vsura centesima, & de quibusdam alijs circa hoc plenius Hostien. in sum. eodem tit. §. qualiter petantur. quæ etiam nō placuit explicare, quia iam ista abolita sunt ex lege Christi. B

Dicendum autem, quòd ista olim tenuerunt, antequàm lex Christi haberet vigorem, post illam vero, & canonicam dispositionem in nullo foro tenent leges, in quibus permittuntur vsuræ proprie dictę: nam aliquando etiam de iure canonico conceduntur vsuræ, vt infra dicetur. & tamen illæ nō sunt proprie vsuræ. Si autem Imperator, aut aliquis dominus temporalis conderet legē, in qua permitterentur vsuræ non teneret illa lex, quia cum par in parem nō habeat imperium, extra de elect. cap. innotuit. multominus habebit minor in maiorem. 21. dist. cap. inferior. & ideo non potuit, neque potest Imperator terrę condere legem contra Imperatorem cœli. C

Item iure ipso ciuili videntur non valere leges, quę vsuras permittunt, quia dicit Imperator, quod sacræ leges non dedignantur sacros canones imitari, & specialiter in matrimonio, & vsuris. ibi autem, vt clerici apud proprios Episcopos cōuenīātur, & 2. q. 3. §. hinc colligitur, & extra de noui operis nunciatio. cap. intelleximus, & tamen secundum canones non possunt exigi vsuræ: ergo neque secundum leges. D

Item dicit Imperator se amplecti quatuor consilia vniuersalia a Deo, vt per ea suis legibus derogetur, sed in Niceno concilio, quod est vnum de illis quatuor reprobantur vsuræ. dist. 47. cap. quoniam ergo, & secundum leges reprobantur.

Sed aliqui obijciunt, quòd non sint vetitæ de iure canonico, quia August. ad Macedonium, & 14. c. q. dicit, quòd non quo iudice petantur, sed si vsuræ illicitæ essent, possent repeti coram iudice: ergo licitæ sunt, & non restituuntur. E

Dicendū, ꝙ illicitę sunt, & repeti possunt, & corā iudicibus ecclesiasticis petūtur. Aug. tñ ibi locutus est de facto, condolens ꝙ pauci erant, qui super hac re iustitiam facerent, & tñ facienda erat: nā eodem cap. qd dicam dicit August. illicitas esse vsuras, s. quid dicam de vsuris, quas ipsæ leges, & iudices reddi iubent, an crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperes fęnore?

In quibus contractibus vsura locum habeat. Quæst. CLXXXI.

QVAERETVR de vsura, in quibus contractibus locum habet.

Dicunt Godofredus, & Raimundus, & communiter omnes, quod in solo contractu mutui, in alijs autem non sunt vsuræ. Sed sciendum, ꝙ aliud est dicere vbi sunt vsuræ, aliud in quo contractu. Si dicatur de secundo, dicendū ꝙ in solo contractu mutui pōt interuenire vsura. cęteri aūt contractus de forma non sunt vsurarij, & tñ dicendum, ꝙ aliqd est in quo sunt vsurę prętер contractū mutui, & non est contractus, sicut qñ ſm legem veniunt vsurę ex mora: nā ibi sine contractu debentur vsuræ, sed verū est, ꝙ in contractu non est vsura, nisi in mutuo, & ita accipitur communiter, & verum est, quod Doctores dicunt.

Circa hoc considerandū, ꝙ contractus mutui est, qñ res vnius trāsfertur in alterū, quantū ad proprietatē, & non est pretiū proilla constitutū, ꝙa aliàs eēt vēditio, & dr mutuū quasi meū tuū, i. res vnius fit alterius, & est ille cōtractus in illis rebus, quę numero pōdere, & mensura consistūt, vt in pecunia, in massa auri, in oleo, tritico, vino, & alijs rebus. Rō autē quare in mutuo accidat vsura, & non in emptione, & locatione, & alijs est, ꝙa mutuū dēt esse gratuitum, & eo ipso quo nō est gratuitū desinit esse mutuū: duo enim cōtractus sunt, ꝙ ſm naturā suā sunt liberi, & si non sint liberi desinunt esse contractus in specie illa, s. mutuū, & accōmodatū: in mutuo enim si aliquid petatur nō est liberū, i. gratuitū, & tunc est contractus vsurarius. cōmodatū quoq; si non sit gratuitū, non est cōmodatū. Et tñ tunc dicendū, ꝙ aut petitur aliquid pro re ipsa, aut pro vsu rei. si pro re ipsa, aut petitur pecunia, aut alia res, si pecunia erit emptio, & venditio, si autē alia res erit contractus permutationis, si autē pro vsu rei, aut accipit pecunia, aut alia res, si alia res est cōtractus innoīatus, s. do vt des, facio vt facias. Si aūt pecunia recipiatur erit cōtractus locationis. sic dicit Io. 16. q. 3. in summa, & iō cū debeat mutuū esse gratuitū, si nō sit, desinit eē mutuū, & est alius cōtractus, ꝙ vsura vocat. Alij dicūt, ꝙ causa huius est, ꝙa in locato pertinet periculū ad locatorē, & nō ad conductorē, iō pro vsu rei pōt accipere pecuniā, ꝙa trāsfert ad se periculū rei, in mutuo pertinet periculū rei mutuatę ad accipiētē, & nō dantē, ꝙa cū re transit ipsum periculū, iō dicūt ꝙ pro vsu rei non pōt accipi aliqd vltra rē. Sed hoc non stat, ꝙa tūc in mutuo qñ quis retinet periculū rei mutuatæ posset aliqd recipi vltra sortē, sed falsum est, vt extra de vsu. cap. nauiganti. nā ꝙ mutuauit periculū eunti ad nundinas, & recepit supra se periculū rei, nihilominus est vsurarius. Alij vt Hostiē. in summa, eodē tit. §. qd sit vsura. dicūt, ꝙ iō est vsura in mutuo, & nō in locato, ꝙa in locato retinet apud se locator dominiū rei, ita vt conductor nō possit rei referre qōnē de proprietate. C. de pigno. actī. l. nec creditores. iō pro vsu rei pecuniā accipit, ꝙa vsum prętер rē cōcedit, & nō cogit illū gratis dare: ꝙa nemo cogitur beneficiū pstare, sed rei mutuatę dominium trāsferimus in accipientē, iō non possumus iā licite ab eo petere pecuniam pro vsu rei, quæ non est nostra.

Sed dicendum, quòd adhuc istud non sufficit, quia potest transferri dominium in alterum, & quòd pro vsu rei translatæ adhuc recipiatur pecunia. sic patet siquis vendidit domum retēto sibi iure vsus ad duos, vel tres annos, postea eidem emptori vsum rei vendere possumus, & non est vsura, neque aliquid illicitum.

Dicendum igitur, quòd causa est quare sit vsura in mutuo, quia ad mutuum pertinent res quarū vsus

non

non distinguitur, ideſt, non ſeparatur a ſubſtantia rei, ſicut eſt in pecunia, & vino, oleo, & tritico, quia iſta per vſum conſumuntur: ideo non poteſt hic ſine altero tradi: nam qui vendiderit vſum vini, & panis vēdit ſubſtantiā eorum, quia non conſiſtit vſus eorū niſi in bibendo, & manducando. per quæ vinum, & panis conſumuntur. quia ergo iſta ſunt hic indiſtincta vſus, & res neceſſe eſt ambo ſimul tradi, & ideo q ſemel vendidit vinum, panem, aut aliquid aliud ſimile, vel mutauit, & vltra id, quod pro re tradita dandum eſt petit aliquid pro vſu rei, vult vendere id, quod non eſt, vel accipere pecuniā pro eo, quod non eſt, aut vēdit eādem rem bis, vel accipit bis commutationē pro eadem, & eſt iniuſtum, & iſta eſt propria ratio vſuræ ad hoc, quòd ſit peccatum, in rebus autem in quibus diſtinguitur vſus a re poteſt accipi aliud pro vſu, aliud pro re, & non eſt vſura, ſicut in equo, domo, & veſte, ſic vt diximus ſupra.

An in venditione, & locatione, & in contractu permutationis eorum, & in commodato, aut precario poſſit eſſe vſura.
Quæſt. CLXXXII.

SEd quęretur an in venditione poſſit eſſe vſura. Aliqui dicunt, quòd ſic, vt extra de vſu. in ca. in ciuitate, & in ca. in nauiganti.

Dicendum, quòd aut vendens ſtatim accipit pretium pro re vendita, aut differtur ſolutio, ſi ſtatim recipit, aut recipit tantum quantum ęquum eſt, aut plus, ſi rātum eſt iuſta venditio, & in nullo peccat iſte contractus, ſi autem recipit vltra ęquum, valet venditio, quia licitum eſt contrahentibus adinuicem ſe decipere, dum tamen non ſit vltra dimidium iuſti pretij, ideſt, non reſcinditur contractus, & tamen in foro conſcientiæ peccat, qui ſcienter vendit rem vltra quā rationabiliter valere poteſt, conſiderato loco, & tempore, & indigentia rei, & affectione vtentium, & vocatur iſta iniuſta venditio, tamen non eſt ibi vſura, qa vſurā ab vſu rei dicitur, hic autem nihil datur pro vſu rei, cum ſtatim ſoluatur pretium, ergo non eſt vſurarius contractus de forma, neque aliquo modo pertinet ad vſuram.

Si autem non tradatur ſtatim pretium, ſed certo tempore ſoluēdum ſit, aut datur propter iſtam expectationem aliquid vltra debitū valorem, qui daretur ſi ſtatim ſolueretur, aut non, ſi nihil vltra datur, nō ſolum eſt contractus iuſtus, ſed etiam gratuitus, quia vendens ibi gratiam facit venditori expectando ſolutionem. ſi autem detur vltra valorem debitum. dicēdum, quòd contractus non eſt vſurarius de forma, & tamen ad vſuram pertinet aliquando vt infra dicetur, ſed tamē tunc non eſt vſura ex parte venditionis, ſed mutui: nam quod datur ibi pro expectatione temporis non pertinet ad venditionem, ſed mutuum, quia cum venditor ſtatim accepturus eſſet pecuniā ab emptore, ſi non accipit cenſetur ſtatim accipere, & mutuare illam emptori vſque ad tempus illud quo eam ſoluet, vt eius vſus apud illum maneat, & pro iſto vſu pecuniæ accipiat vltra valorem rei venditę. Sed dicēdum, q hic poteſt dupliciter eſſe vſura, ſcilicet, vſura equi, vel pecuniæ. Eſt vſura equi, vt ſiquis vendidit equum pro pretio determmato, & quia pretium non ſoluitur ſtatim, ſed vſque ad certum diem, accipit emptor vltra valorem aliquid quaſi pro vſu equi pro illo medio tempore, vt ſi tunc locaret equum.

Sed tunc, aut equus venditur pro tanto pretio quātū valeret ſi pure venderetur, & traderetur ſtatim pecunia, aut pro maiori, ſi pro maiori, ita quòd exceſſus pretij ſit quaſi in locum pretij, quod daretur pro locatione illius medij temporis, quod eſt a venditione vſque ad ſoluti onem, tunc dicendum, q eſt contractus iniuſtus, & vſurarius, licet nō de forma. Eſt enim iniuſtus, quia plus datur quàm valeat equus, & vſus eius: nam ſi daretur ſtatim pecunia equus pro minori pretio daretur. Eſt etiam vſurarius, quia venditur hic idē bis: nam cum venditur equus pure venditur tam ſubſtantia quàm vſus eius, & ideo pro vſu medij temporis ante ſolutionem non poteſt vēditor aliquid petere, quia vſus ille iam eſt emptoris, & non poteſt ei vēdi. Si aūt pro minori pretio vendatur quā valeat tempore venditionis, quia pecunia dāda eſt poſt annum, & interim pro vſu equi in quolibet menſe recipiat venditor aliquid, iniuſtus contractus eſt, & vſurarius. Primo quia equus iſte vēditus eſt pure: ideo tā equus quàm vſus fuerunt venditi, propter quod non poteſt aliquid peti pro vſu medij tēporis, quia eſt emptoris. Secundo quia cum venditus fuerit equus pertinet periculum eius ad emptorē, & ſi moriatur ſibi moritur, & tamen ſi pro vſu medij temporis reciperet pretiū eſſet locatio, & ad locatorem pertinet periculum rei locatę, & non ad conductorem: ideo nō eſſet locatio, ſed vſura. Sed quid ſi dicatur, quòd venditur nunc equus, & conuenitur, q ſoluatur pecunia poſt duos annos, & conſideretur quantum rationabiliter valebit iſte equus in illo tempore minus quàm nūc, & detur pretiū, quod illo tempore valiturus iudicatur equus, an poterit vendens pro vſu medij temporis accipere pretium? Dicendum, quòd non, etiam ſi equus vēdatur pro vno denario cum valeat mille, non poteſt accipi pretium pro medio tempore, quia cū ſemel venditus ſit equus pure, nihil poteſt accipi pro vſu. Item quia talis eſtimatio non poteſt fieri de valore futuro equi, quia forte equus interim morietur, & ita nihil valeret, venditur ergo idem bis, & ſic vſura eſt niſi vēditio non eſſet pura, vt ſiquis diceret, ego vendo tibi equum iſtū pro decē denarijs, & reſeruo mihi vſum illius pro vno anno: nam tunc ſi vellet emptori tradere vſum medij temporis poſſet aliquid iuſte accipere, & hoc ſi in taxatione pretij nō fuit habita ratio ad expectationem temporis.

Eſt autem vſura pecuniæ in vēditione, vt ſiquis vēdit equum cuius ſolutio futura eſt poſt annū, & pro hac dilatione datur aliquid pro equo vltra valorē, eſt vſura, ſed hoc dupliciter accidit. Vno modo, q cum equus valeat decem, & pro decem vendendus erat ſi ſtatim fieret ſolutio, & quia non traditur mox pretiū dantur duodecim. Alio modo, quòd detur tantum quātum valet equus ſi ſtatim ſolueretur pretium, qa tamen non ſoluitur, datur pro quolibet menſe certū quid. Primo modo eſt vſura in contractu, ſed non eſt vſurarius ex forma. Secundo modo eſt contractus vſurarius ex forma, & ita apparet, quòd in venditione non accidit vſura niſi inquantum ibi inuenitur mutuū, quia fingitur mutuata pecunia, quæ dari deberet ab emptore, & non datur ſtatim.

Circa locationem eodem modo non accidit vſura, quia ibi venditur vſus rei prēter rem, quia iſta poſſunt ſeparari, & tamen hic poſſunt accidere omnia, quæ ſupra diximus de vſura in venditione, vt ſi locet quis domum pro maiori pretio quàm rationabile ſit ſecundum omnes circunſtantias, quę conſiderari debent, & tamen detur ſtatim pecunia, eſt iniuſtus contractus, tamen non eſt vſura, ſi autem pro expectatione pecuniæ dandę detur plus pro re locata quā dari debebat eſt vſura, & hoc ſiue ſtatim a principio ſit conuentum ſit magnum pretium, ſiue ſtatutum fuerit pretium conueniens, & tamen pro expectatione vltra tempus ſolutionis datur certum quid pro quolibet menſe, quia vtrobique eſt vſura, ſed primo non eſt ex forma.

Secundo

Secundo modo eſt cōtractus locationis: vſurarius: & tamen non eſt ibi vſura propter locationē: ſed propter mutuum pecuniæ debitæ quod ibi fieri videtur.

De contractu permutationis rerum idem eſt. nā poteſt eſſe iniuſta permutatio, vt ſi detur res multum valens pro re parum valente, & vtraq; tradatur ſtatim: tamen non eſt ibi uſura: ſi tamen nō fiat ſtatim traditio vnius rei, & propter hoc fiat inæqualis permutatio eſt vſura, vt ſi det quis equum valētem decem alicui pro alio valente duodecim: eo q iſte accipiens non poteſt ſtatim tradere alium equum, ſed poſt annū vel duos, & videatur vēdi iſta expectatio, vſura eſt. nam pro vſu rei datur hic pecunia pro medio tempore, & tamen non poteſt dari pro vſu rei: quia per ipſam permutationem tranſit res ſicut per mutuum aut venditionē: & tamen tranſeunte re cum vſu non poteſt rurſus aliquid accipi pro vſu ipſo, & ideo eſt vſura, quia eſt ibi mutuum: quia tradendo equum valentem decem videmur tradere decem, & pro vſu iſtorū decem in quibus conſiſtit mutuū petimus poſt tempus duo vt ſint duodecim: & ita hic eſt vſura non vt eſt contractus permutationis, ſed vt eſt tacitum mutuum. f. videtur medio tempore mutuata res quæ valet decem vſque ad tempus quo tradatur altera quæ pro ea mutuatur.

De cōmodato autem & præcario dicendum q nullo modo poteſt interuenire in eis vſura: quia iſti contractus neceſſario ſunt gratuiti, & ſi deſinant eſſe gratuiti, tranſeunt in locationē: ſed non eſt vſura in illis.

In quibus rebus uſura locum habeat, an in ſola moneta, uel in alijs, & an ſolum in contractu mutui, uel etiam in uenditione & locatione contingat uſura?
Quæſt. CLXXXIII.

CVm de contractibus in quibus eſt vſura dictū ſit. Dicendum eſt in quib. rebus habet locum: quia aliud eſt cōtractus vſurarius, aliud res ipſa circa quam vſura habet locum. Aliqui dicunt, q in ſola pecunia ideſt moneta. Dicendū q non eſt verum: quia in multis alijs eſt vſura, vt in vino, oleo, tritico: ſiquis. n. det duos modios tritici vt poſt tempus recipiat tres vſura eſt. ſic patet Leu. 25. c. pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges. ergo etiam in frugibus eſt vſura & Deuter. 23. dī non fęneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam neq; fruges & 14. q. 3. c. vſura dī. vſura eſt vbi amplius requiritur, quam quod datur, vt ſi ſolidos decem dederis & amplius quæſieris, vel dederis frumenti modium vnū & ſuper aliquid exegeris.

Eſt ergo dicendum q nō in pecunia ſola, ſed in omnibus quæ ad mutuum pertinent poteſt inueniri vſura. Et ratio eſt quia in contractu mutui inuenitur vſura vt oſtenſum eſt ſup. ergo in omnib. illis quæ ad mutuum pertinent poteſt inueniri vſura: ſed mutuū conſiſtit in omnibus quę conſiſtunt in numero, pondere, & menſura. De numero vt de moneta. De menſura vt de oleo: vino, melle, lacte, & frugibus. De pondere vt de maſſa auri, argenti, & alicuius metalli: in omnib. ergo his vſura poteſt inueniri, quando pro re data aliquid plus petitur quam ęquale ſuū quod venit in mutuationem, & generaliter omnes res quarum vſus nō ſeparatur a ſubſtantia earum, ſed vſus earum eſt ipſa conſumptio, pertinent ad mutuum: eo q in talib. non poteſt aliquid dari pro vſu rei vltra id quod datur pro ſubſtantia rei: cum vſus non ſit a re diſtinctus. Et ideo quando talia tranſferuntur, totaliter tranſferuntur & efficiuntur eius cui dantur, & ob hoc vocatur iſte contractus mutui: quia meū fit tuum: res autem illæ quæ habent vſum ſeparabilē a ſubſtantia non pertinent ad mutuum: quia non tranſeunt quando cunq; dantur in

A dominiſi eius cui dantur, vt domus, veſtis, & talia magis pertinēt ad locationem & permutationem quam ad mutuum. Et ideo dicunt aliqui q ita eſt vſura circa res in quibus conſiſtit mutuum q non eſt circa alias: quia in alijs contractibus non eſt vſura, ad quos contractus pertinent illæ res.

Sed obijcietur, quia videtur q circa omnes res ſit vſura: quia dī Deuter. 23. c. non fęneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, neq; fruges, neq; quālibet aliam rem. Et idem Aug. ſuper Pſ. 36. & 14. q. 3. c. ſi fęneraueris dicit. ſi fęneraueris hominē. i. ſi mutuo dederis pecuniam tuam a quo plus quam dediſti expectes non pecuniam ſolam ſed aliquid plus quam dediſti, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quolibet aliud plus quam dediſti expectes, fęnerator es.

B Dicendum q aut de vſura loquimur proprie aut large. ſi proprie ſolū accidit in cōtractu mutui vt dictum eſt ſup. ſi large inuenitur etiam in venditione, & locatione, vt dictum eſt præce. q. quia inquantum in venditione, locatione, & permutatione poteſt intelligi, vel fingi q ſpecies tacita mutui poteſt interuenire vſura, habent ſe autem res ſicut contractus: quia ſi in aliquo contractu eſſe poteſt vſura, in rebus in quib. conſiſtit ille contractus poteſt inueniri vſura, & quia in mutuo inuenitur proprie vſura, proprie pertinebunt ad vſuram omnes res in quibus eſt mutuum, & quia in locatione, permutatione, & venditione eſt large mutuum, in omnibus rebus poterit eſſe vſura large.

C Alio modo dicendum q in vſura poſſunt eſſe duæ res, vna eſt quæ datur ad vſuram, alia eſt quæ redditur in ſuperabundantiam. nam contractus vſurarius cum ſit contractus mutui, debet reddi ſimile pro ſimili, ſi vinum pro vino, pecunia pro pecunia, panis pro pane. Aliud eſt quod datur vltra id quod eſt ſimile & ęquale, vt vſura ſit. Prima duo computantur pro vna re & pertinent ad vnam ſpeciem, ſcilicet pecunia & pecunia, vinum & vinum, & regulariter iſta ſunt de rebus pertinentibus ad mutuum, quorum vſus non diſtinguitur a re. alterum vero, i. quod datur in ſuperabundantiam interdum pertinet ad mutuum & interdum ad quamlibet aliam rem, vt ſiquis accipiat decem mutuata & reſtituat decem, & inſuper vnam veſtem vel vnum equum, quæ tamen non pertinent ad mutuū,

D quantū ad hoc non differt quid ſit quod ſuper in abundantiam datur, dum aliquid ſit alicuius valoris, & ita accipitur Deute. 23. c. ſcilicet pecuniam, & fruges, aut quamlibet aliam rem, vt quidā exponunt. Sed falſum eſt quia ibi loquitur Deus de re quæ datur ad vſuram, & non de re quæ datur pro vſura, ideſt vt ſuperabundantia. cum dicat. nō fęneraberis ad vſuram pecuniā, neque fruges, neque quamlibet aliam rem. debet ergo intelligi de omnibus rebus, ſcilicet quæ pertinent ad contractum mutui: ſed intelligitur illo modo. 14. q. 3. c. ſi fęneraberis. quia dicitur & plus quam dediſti expectes non pecuniam ſolam ſed aliquid plus quam dediſti, ſiue illud ſit triticum, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodliber aliud, ſi plus quam dediſti expectes fęnerator es. Et idem Ambroſius dicit & 14. q. 3. c. plerique. f. plerique refugientes præcepta legis cum dederint pecunias negociationibus non in pecunias uſuras exigunt, ſed de mercibus eorum tanquam uſurarum emolumenta percipiunt.

Sed dicetur nunquid poteſt dari ueſtis aut domus ad uſuram?

Dicendum, q non proprie, quia aut damus ueſtem alicui quantū ad uſum ſolum, aut quātū ad proprietatē. ſi primo mō aut gratis, aut pro pecunia cōcedimus uel alia re. ſi gratis eſt cōmodatū, nō poteſt eſſe uſura: quia in gratuitis contractib. impoſſibile eſt accidere uſura: ſi aūt pro pecunia conceditur eſt locatio. ſi autem

pro alia re est contractus innominatus, qui vocatur F
facio vt des.& quatuor modis fit,facio vt facias, do vt
des,do vt facias. facio vt des.Si autē detur vestis quan
tum ad substantiam, vel datur pro ea pecunia vel alia
res. si pecunia est venditio. si alia res est permutatio :
& quia in nullo contractu istorum accidit directe vsu
ra,eo ꝙ non pertinent ad mutuum, non potest vestis
dari ad vsuram nisi accipiendo large vsuram,quia tūc
in venditione & locatione accidit vsura, inquantum,
est ibi quędā tacita species mutui,vt dictum est supra.

An liceat homini pro pecunia commodata aliquid utilitatis recipere, & an concedens gratis usum rerum pignori traditarum mutuatori committat usurā?
Quæst. CLXXXIIII.

QVAERETVR dato ꝙ non liceat dare ad vsuram
an liceat homini pro pecunia commodata siue
mutuata aut alijs rebus aliquam vtilitatem recipere?
Aliqui dicūt ꝙ sic,quia vnusquisq; potest licite suę
indemnitati consulere:sed quandoq; patitur quis dam
num quia pecuniam suam mutuat. ergo licitum erit
tunc pro pecunia mutuata aliquid pro dāno recipere.
Secundo quia vnusquisq; tenetur ex debito hone-
statis recōpensare ei qui gratiam sibi fecit.vt dr̄ 1.Eth.
sed ille qui alicui in necessitate constituto pecuniam
mutuat gratiam facit.ergo ei gratiarum actio dētur,&
ita qui recipit tenetur naturali debito aliquid recom- H
pensare.sed non videtur esse illicitum obligare se ad id
quod quis de iure naturali tenetur. ergo non videtur
esse illicitum si mutuans pecuniam alteri deducat in
obligationem & pactum aliquam recōpensationem.
Tertio quia sicut, est quoddā munus a manu,aliud
ab obsequio,ita est quoddam a lingua,vt patet ex glo.
Esa.33.c.super illo verbo.beatus q excutit manus suas
ab omni munere.sed licitum est accipere obsequium
& laudem ab eo qui mutuum ab alio accepit. ergo li-
cebit pariter accipere munus a manu.
Quarto quia eadem videtur esse recompēsatio dati
ad datum,& mutuati ad mutuatum:sed licitū est acci
pere pecuniam pro pecunia data, ergo licet accipere
recompensationem mutui pro pecunia mutuata.
Quinto quia magis a se pecuniam alienat qui eam
mutuando dominiū transfert, quam qui eam mercа-
tori vel artifici cōmittit:sed vr̄ ꝙ liceat accipere pecu
niā aut lucrū de pecunia cōmissa artifici vel mercato-
ri.ergo licebit accipere lucrum de pecunia mutuata.
Sexto quia pro pecunia mutuata pōt homo pignus
accipere,cuius vsus posset precio vendi,sicut cū pigno
ratur ager vel domus quæ vsum & fructū habēt.ergo
licebit de pecunia mutuata vtilitatem accipere.
Septimo quia cōtingit, ꝙ aliquis propter mutuum
quod ab alio accipit carius emit res illius, aut pro mu-
tuo quod quis dat vilius emit res eius, cui mutuat vel
pro dilatione solutionis augetur precū rei emptæ, vel
pro celeratione solutionis.s. anticipatione minuitur
precium rei venditæ: quę omnia videntur esse aliquę K
recompensationes pro mutuata pecunia,& non appa
ret manifeste esse ista illicita.ergo licitum videtur pro
mutuata pecunia aliquod lucrum recipere.
Dicendum ꝙ inter pecuniam quæ est moneta & a-
lias res quæ possidentur non est facienda nūc differen
tia,quia omnia possunt vocari pecunia.sic dr̄. 1.q.cap.
quicquid.s.totū quod homines possident pecunia est:
& Aristot.4.Ethi. c. de liberalitate vult pecuniam esse
omnia,quæ pro pecunia haberi possunt:quia omnia il
la mensurantur pecunia. ideo est eadem ratio de da-
tione & acceptione pecuniarum sicut de alijs rebus:
ideo sicut siquis pro pecunia mutuata acciperet ex pa
cto tacito vel expresso superabūdantiam pecunię: vel
pro mutuato oleo, vino, aut similib.reciperet eadem
æqualia, & insuper pecuniam aliquam, manifestū est
ꝙ committeretur vsura: ita siquis ex tacito pacto vel
expresso accipiat pro pecunia mutuata æqualem, &
insuper quamcunq; rem vel vtilitatem,quę non sit pe
cunia, manifestum est ꝙ est vsura.
Circa quod considerandum ꝙ aut id quod post mu
tuū solutum datur mutuanti, aut fuit in pacto tacito,
vel expresso in mutuatione, vel non. si sit in pacto est
vsurarius contractus ex forma, siue id quod venit in
pactum sit pecunia, siue quęcunq; alia res quæ pecu-
nia mensuratur. etiam ea quæ pecuniam non mensu-
rantur non possunt venire in pactum, vt benevolētia,
& amor:quicquid ergo venerit in pactū est iniustum. G
Si aūt non fit ex pacto ante mutuationem,aut accipit
illud mutuans gratis oblatum,aut exigit ab eo cui mu
tuauit tanquam debitū. Si secundo modo aut sunt de
eis quæ pecunia mensurantur, aut de eis quæ nō men
surantur pecunia.Si primo istorum modorū vsura est
& iste est casus. 4.q.3. si fęneraueris & c.pleriq; vt ma
gis.infr.dicetur. Si secūdo istorū modorū potest exigi
licet non potuerit deduci in pactum,sicut mutuās gra
tis potest postea exigere ab eo cui mutuauit ꝙ eum a-
met,& ei benevolus sit,& in hoc nulla inhonestas est,
licet in pactum deducere pro mutuatione est inhone
stum. Ratio differentiæ est quia quando post benefi-
cium mutuationis collatum mutuator amorem, &
benevolentiā petit ab eo cui mutuauit,petit spirituale H
pro spirituali,& compēsat honestum cum honesto.&
hoc licitum est. Cum vero ante mutuationem deduc
it in pactum, vt accipiens eum diligat, & benevolus
ei sit : vult vt alius ei vendat rem spiritualem & hone-
stam pro re vtili,quæ multo minor est:ideo est iniusta
commutatio.Et patet ꝙ pecuniа emere velit rem spi-
ritualem:quia qui petit pecuniam mutuatā pecuniam
petit & non beneficium : & ideo quicquid mutuator
ab illo exigit pro isto quod ille petit exigit:sed indigēs
non petit nisi pecuniam mutuatam.ergo per illā vult I
mutuans emere illius amorem & benevolentiam,ꝙ
inconuenięs est: ideo licitum est exigere ista post mu-
tuationem factam,sed non licet deducere ea in pactū
ante mutuationem.Si aūt mutuator accipit gratis ob-
latū & non exigit illud:aut illud expectauit antequam
mutuaret licet in pactū non deduxerit: aut non expe-
ctauit.Si primo modo illicitū est vt infr.dicetur. Si se-
cundo modo nō est vsura nec aliquod peccatū. nam
ēt si nihil mutuasset poterat accipere gratis oblatū ab
alio. ergo a fortiori cum mutuauerit,& benefecerit:
quia non efficitur deterioris conditionis per hoc, ꝙ
mutuauit,quia beneficium potius facit melioris con-
ditionis. Ad primum in contrariū dicendū ꝙ qui mu
tuat alteri potest aliquid accipere vltra sortem pro re-
cōpensatione dāni qđ sustinet mutuando,& hoc non
est vendere vsum pecuniæ sed damnū recompensare
sed damnū potest esse dupliciter. Vno mō in iactura
rerū, quando perdimus quid eorū quæ habemus, vel
eorū quæ nobis de iure cōpetant,licet nondū habeam
tur. Alio modo in æstimatione eius quod quis poterat
lucrifacere. Primū vocatur proprie damnū,sm non.
De primo dicendū ꝙ potest reduci in pactū ipsum
damnū,vt si mutuans dicat ego tum perditurus tantū
si tali die nō habuero pecuniā istā,& indigēs velit acci
pere cum hac conditione ꝙ vltra pecuniā mutuatam
damnū illud resarciat,nō est vsura. & hoc forte quia
accipiēs mutuū accipiendo plus lucrifacit q̄ alius per
dat nō habendo pecuniā : ideo volet soluere dānum
vltra sortē: qa melius est sibi sic quā non accipere mu
tuū. sed an damnū quod non venit in pactū possit pe
ti,dicetur inf. De secundo dāno dicendum ꝙ non pot
recompensari, neq; aliquid pro illo potest in pactum de-

deduci vltra sortē, neq; peti sine pacto: quia iniustum
est cum id quod acquirendum est, nondum est in re-
bus nostris,& quod non est,non potest vendi.
Ad secundum dicendū ꝙ omnis recipiens bonum
est obligatus de honestate ad retributionem, & tamē
non potest semper deduci in obligationem conuen-
tionalē id ad quod obligatur recipiens. Pro quo scien
dum ꝙ recōpensatio alicuius beneficij potest dupliciter fieri. Vno quidē modo ex debito iustitię,ad quod
aliquis ex certo pacto obligari potest determinate, &
hoc debitum attenditur secundum quantitatem be-
neficij,quod quis accipit, & ideo ille, qui accepit mu-
tuū pecunię, vel cuiuslibet alterius rei, cuius vsus est
eius consumptio, non tenetur ad plus recompensan- B
dum quam in mutuo accepit: vnde contra iustitiā est
si benefaciens.i.mutuās voluerit eum ad plus redden-
dum obligare. Alio modo tenetur quis ad recōpen-
sandum beneficium ex debito amicitię vel virtutis,&
tunc in retributione, & in quantitate beneficij magis
consideratur quantitas affectus quam rei datæ, & pro
tali beneficio nō competit obligatio ciuilis quæ ad pa
ctum pertinet,& deducitur quędam necessitas ad re-
compensandum:ita vt iam nō sit spontanea, & vocat
Arist.8.Ethic. istos duos modos communicationis.s.
moralem & legalē, & ex his dicit oriri querelas quan
do homines non communicant inter se vno modo.s. C
quidam communicant legaliter ad eos qui sibi com-
municant moraliter. Sed dicendum ꝙ ista obligatio,
quæ naturaliter innascitur ei qui bona recepit nō pōt
deduci in pactum. Primo quia sicut sunt diuersæ cōi-
cationes & obligationes,ita sunt diuersi modi illarū.
sed moralis & legalis cōuersatio ab Arist.distincte po
nuntur,vt dictum est.ergo debēt habere diuersos mo
dos obligationis:sed obligatio ciuilis potest deduci in
pactum expressum. ergo obligatio moralis vel natu-
ralis non potest deduci in pactum.
Secundo quia omne pactum est de re determina-
ta: sed cū obligatio naturalis vel moralis quæ est ami-
citiæ consideretur sm quantitatē affectus, qui non est
aliquid determinatum,non potest deduci in pactum
qui semper habet aliquid determinatū:obligatio autē D
legalis est sm quantitatem rei quæ est determinata:
ideo hæc obligatio potest deduci in pactum.
Tertio quia dato ꝙ quantitas obligationis sit aliqd
determinatum secundum quātitatem affectionis be-
nefacientis: tamen nobis non est ille affectus notus:
qm̄ neq; quisquā nouit mensurā affectuū suorū: sed
solus Deus illam nouit,& ideo nescimus quantū quis
præcise ex hoc alteri esset obligatus, & ideo in pactū
nemo sciret deducere:sed quantitatem rei quæ in be-
neficio datur quisq; nouit : ideo retributio circa hanc
potest deduci in pactum:sed non naturalis obligatio.
Quarto & principaliter quia istud est contra condi
tionem ipsius retributionis. nam obligatio naturalis
quę est de honestate pertinet ad amicitiam & virtutē,
& eo ipso talis retributio est spontanea,cum actus vir E
tutis sit electio, & ideo ad agendum secundum virtu-
tem nemo potest compelli. Quod aūt in pactū dedu-
citur debetur iam ex necessitate, & exigitur a nolēte
quod est contra virtutem:ideo repugnat morali obli
gationi deduci in pactum.Quinto quia non conuenit
hoc ex conditione pacti.nam quęlibet obligationum
istarū est ad res sui generis: obligatio.n.iuris est ad res
exteriores dādas vel faciendas.Obligatio autem mo-
ralis cum sit pro opere virtutis competit sibi retribu-
tio in opere virtutis.s.in actu interiori.pati autē condi
tio est necessitatem facere ex conuentione,& ideo si-
cut facimus pactum de exterioribus rebus & actib.&
cogantur ad illas dādas vel faciendas:si ita fieret pactū
de actibus interioribus virtutibus oportere ꝙ ad illos A
possemus cogi,& tamē hoc nō stat, quia dato ꝙ non
esset contra conditionem virtutis cogi ad actus eius,
nemo posset nos ad illos actus cogere: ideo frustra e-
rat talia in pactum deducere, & ita licet insurgat pro
beneficio, naturalis obligatio illa prout pertinet ad
amicitiam vel virtutem,nō potest deduci in pactum.
Ad tertium dicendū ꝙ munus a lingua aliquo mo
do differat ab alijs duobus,eo ꝙ est liberalius:ideo nō
ita committitur vsura in eo faciliter sicut in munere
ab obsequio, & a manu : quia ista duo possunt redigi
in pecuniam. munus autem a lingua non est directe
reducibile in pecuniam. Et ideo etiam si hoc caperet
vel peteretur,non erat ita timor vsuræ,sicut cum capi
tur munus a manu & ab obsequio.
Aliter potest dici quòd sit idem de his tribus: ideo
sicut siquis ex pecunia mutuata expectaret ex pacto
tacito vel expresso aliquid in pecunia,ideſt de mune-
re a manu esset manifeste vsura, ita si ex pacto conue-
niatur quòd detur pro mutuatione in superabundan-
tiam munus a lingua est vsura,& idem si sit munus ab
obsequio. Et ratio est quia ista possunt aliquando in
pecuniam redigi vel æstimari. De obsequio planum
est cum pecuniam demus his qui nobis obsequia præ-
stant. De lingua patet quia sæpe aliqui locant operas
suas ad eas lingua præstandum in laudando, vel can-
tando, aut similibus. Si vero non venerit in pactum
munus ab obsequio, & lingua,possunt ista recipi gra- C
tis oblata & expectari & peti: quia ista sunt liberalio-
ra, & hoc quod non petantur quasi ex obligatione
operis:sed ex beniuolentia quæ non cadit sub æstima-
tione. Nam sic accipiendo non est vsura, si tamen e-
tiam post mutuationem sine pacto exigeret mutua-
tor tale obsequium, quod communiter pro pecunia
exhiberi solet, non careret suspitione vsuræ:in eis ve-
ro quæ liberaliora obsequia sunt, & non solent præ-
stari regulariter pro pecunia,potest licite accipere, &
desiderare mutuator obsequium, si ex sola benevo-
lentia petat, & non quasi ex obligatione mutuatio-
nis factæ.
Ad quartum dicendum ,quòd pecunia nihil habet
nisi seipsam : ideo pro ea non datur nisi quantum ipsa
est, & dicendum ꝙ pro pecunia data expectare pecu- D
niam dari, est retributionem iuris quærere : pro mu-
tuo autem sperare mutuum est quęrere retributionē
amicitię vel virtutis. in retributione autem iuris quæ-
ritur æqualitas rei,& hanc exigere licet, & sperare, &
in pactum deducere: quia determinata est obligatio.
cum autē mutuatur pecunia vel aliquid in pecuniam
reducibile,non potest indeinsurgere obligatio iuris,
nisi ad tantum quantum est id quod datur. pecunia
autem, & res mutabiles vltra valorem suū nihil aliud
habent:ideo pro eis neque peti neque in pactum redi
gi licet plus quam ipsum quod datum est. Comparа-
tio autem mutuationis ad mutuationem nō est com
paratio valoris ad valorē,sed beneficij ad beneficium,
vel affectus ad affectum : talia autem non æstimantur E
pecunia,quia pertinent ad virtutem secundum quam
ista sponte fiunt. Obligari autem per pactum ad hoc
non potest quis propter rationes positas supra in re-
sponsione secundi argu.
Sed considerandum quod duo in hoc sunt. vnum
est benevolentiæ, ad quam naturaliter obligatur ac-
cipiens mutuum habendum ad mutuantem, ex qua
benevolentia libere potest procedere alia remutua-
tio aut multæ.
Aliud est obligatio ad remutuandum ad certū tem
pus,vel cum mutuator indiguerit.
Primum est pure liberum & non potest in pactum
deduci.Secundum potest pecunia mensurari,quia est
quędā seruitus, sicut seruitutes alias pecunia mēsura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. obligatio autem ad primum insurgit naturaliter F
ex beneficio accepto, sed illa non potest reduci in pactum. obligatio ad secundum non insurgit: quia cum illud sit aliquid pecunia mensurabile pondere pecuniæ mutuatæ: sed illi non respõdet plusquam id quod datum est. ideo non insurgit obligatio ad talem obligationem determinatam: ideo neque in pactũ deduci potest: quia tũc pro pecunia mutuata exigeretur plus de pecunia quã sit mutuatum, cum ista obligatio deducta in pactum sit pecunia mẽsurabilis, & ideo licet mutuatori expectare remutuationem sibi fieri: quia illa libere fieri potest: sed deducere in pactum antequã mutuet non licet, cum sit ad maius aliquid in pecunia obligare. Ad quintum dicendum, ꝙ non est idem G
si quis pecuniam mutuet vel ꝙ committat artifici, aut mercatori: nam si mutuet transfert dominium in alterum, & pertinet periculum pecuniæ ad accipientem: ideo iam nihil aliud ab eo peti potest, cum vsus pecuniæ ad ipsum pertineat: quia eius effecta est. etiã quia nihil periculi manet apud mutuatorem, vnde non potest peti nisi ęquale solum. secus si committat qs pecuniam suam mercatori vel artifici: quia tunc non est mutuũ, quia non transfert dominium eius in mercatorem vel artificem, sed penes se retinet: ideo neq; periculum pecuniæ pertinet ad mercatorem, vel artificem, sed ad dantem, cum alius de pecunia eius negociatur vel operatur aliquid. ideo tunc licet expectare, H
& recipere lucrum de pecunia. s. partem lucri, cum sit quædam societas contractus inter dantem vel cõmittentem pecuniam & negociantem cum ea: ideo sicut licet cuilibet per seipsum vel per seruũ suum per quẽ sibi acquiritur negociari cũ pecunia propria, ad capiẽda inde lucra: ita licet negociari per socium & lucrari vnde nulla vsura hic est: neque est alicui hoc illicitum tãquam vsura: sed potest esse illicitum tãquam negociatio. nam quibusdam personis vt mona. & cler. negociationes sunt vetitæ: secularibus autem permissæ.

Sed obijcietur ꝙ non liberetur ab vsura modus iste cõtractus, licet maneat periculum pęnes committentem pecuniam: quia in c. nauiganti. est periculum penes mutuantem, & tamen non liberatur ab vsura. I

Dicendum ꝙ non est similitudo inter hæc. Primo quia in c. nauiganti. dans pecuniam transtulit a se dominium cum mutauerit, & ita nihil manet de cuius vsu aliquid percipere possit. sed hic committens pecuniam non mutuat eã, & ideo nõ transfert dominium, sed penes eum manet, & ita vsus pecuniç penes eum manet. s. negociari cum ea ex quo lucrum prouenit.

Secũdo quia in c. nauigãti. mutuans recipit aliquid certum: quia susçepit in se periculum rei mutuatæ, & ideo illud est vltra sortem: sed cõmittẽs pecuniam artifici vel mercatori non recipit determinatũ aliquid pro certo tempore: sed ex lucro aliquam partem recipit, quę pars non potest esse certa eo ꝙ lucrum est incertum. Sed obijcietur adhuc ꝙ nõ liceat aliquid accipere: quia pro pecunia aut aliquid accipietur pro ipsa- K
met pecunia, aut pro vsu eius: non potest autem pro vsu aliquid accipi; quia vsus eius est sua consumptio: pro ipsa autem nihil potest in præsenti dari: quia non transfertur in alium eius dominium. ergo nullum lucrum poterit accipi.

Dicendum, ꝙ non accipitur hic aliquid pro pecunia neq; pro vsu pecuniæ. sed accipitur aliquid de vsu pecuniæ. nam non potest de pecunia aut vsu eius aliquid accipi nisi quando pecunia aut vsus eius alienatur, & tamen hic non alienatur: quia nõ transfertur dominium in artificem vel mercatorem: sed cõmittitur ei, & vtitur pecunia loco domini, quasi dominus ea vtatur, & cum dr ꝙ vsus pecuniæ est ipsa eius consumptio verum est. ideo qui separat ibi pecuniam ab vsu suo malefacit, & tamen dominus retinens pecuniam utitur ea negociando, & in illo vsu pecunia consumitur, & acquiritur aliquid magis valens quam pecunia ex vsu pecuniæ, & ita non est vsura sed societas: quia vnus pro altero pecunia illius vtitur, quasi ipse vteretur, & ambo lucrum recipiunt: quia qui negociatur cum pecunia aliena fructũ negociationis accipit, cum partem lucri accipiat, & videtur per hoc locasse operas suas ad negociandum pro alio, & sic nullo modo est illicitum.

Ad sextum dicẽdum ꝙ cum pignus datur loco pecuniç mutuatę, pro cautione eam reddendi, si pignus habet aliquem vsum distinctum a substantia rei non accrescit tenenti illud vltra sortem mutuatam. vnde si acciperet quis pignus & illo vteretur, ẽt si nihil perciperet postea nisi sortem, i. ipsam pecuniam quã mutuauit vsura est: quia accipit vsum rei alienæ pro vsu pecuniæ, quæ iam non est sua, & sic vendit quod non est suum, propter quod in reb. quæ habent vsum qui potest pecunia æstimari computãdus est vsus rei, qui vocatur fructus eius in sortem extra de vsu. c. plures, & qui non computat vsurarius est: hoc dr, quia quædã res sunt quæ nullum vsum habent distinctũ a substantia, sed consumptio est vsus: sicut vinum, oleum, frumentum. siquis aũt acceperit talia in pignus mutuatę pecuniæ nullos fructus computat in sortem, quia nulli sunt quandiu res manet integra. Aliæ res habẽt fructus, vt agri, vel vsus sicut equus, vestis, domus, & in omnib. his subtrahendus est vsus. i. vt valor vsus computetur in sortem. Sed vt videatur qũo computantur fructus in sortem: Dicẽdum ꝙ quædam res sunt quæ habent fructus distinctos a substãtia qui vocãtur proprie fructus, sicut agri, pascualia loca, arbores, nemora & huiusmodi quæ præstant materias aliquas ex se distinctas a substantia rei. in his aũt computãtur fructus in sortem, & vocatur fructus id quod de re prouenit detractis expensis. residuũ ergo quia fructus est in sorte cõputatur, & ideo qui tale pignus tenet postquam ex fructuum æstimatioue receperit quantitatem mutuatę pecuniæ tenetur restituere pignus nulla accepta pecunia: immo si ex fructibus recepisset vltra quantitatem mutuatæ pecunię tenetur pignus & partem illam fructuum perceptorũ restituere, vt extra de vsu. ca. 1. Alia habent vsus distinctos a substantia: quos tamẽ non vocamus fructus. sic est de veste, domo, equo, boue, & vase. Et in his dicẽdum ꝙ quædam sunt quæ per vsum deteriorãtur, sicut vestis, domus, equus, bos. Alia quæ non, saltem manifeste, vt vasa argentea, vel aurea. De primis dicendum ꝙ habens pignus non tenetur illo, aut si voluerit vti computabit vsum in sortem cum ille vsus sit pecunia mensurabilis, sicut cum locatur domus, equus, æstimatur in pecuniam vsus eius.

Sed quid si dominus gratis harum rerum pignori traditarũ vsum concederet mutuatori, an esset vsura?

Dicendum quòd aut concedit, vt sic deducat mutuatorem ad mutuandum aut nõ, & mutuans ex hoc inducitur vel non.

Si primo modo vsura est, quia idem est ac si daret superabundantem pecuniam.

Si secundo modo, & etiam mutuans non inducatur ex hoc ad mutuandum, quasi aliter non mutuaturus non est vsura. Sed ad colligendum intentionem facientium, & non prẽsumatur vsura signum habetur ex rebus quarum vsus conceditur. Nam quædam res sunt quarum vsus deductis expensis parum, aut nihil valet, sicut quædam domus quarum refectio, est tantarum expensarum quantum, vsus valet, & aliquod animal, est cuius cibus tanti valoris, est aut maioris, quam vtilitas sua. Et in talibus, cum conceduntur, quia parum conceditur, non est præsumptio

sumptio de vsura. Cum autem res sunt quarum A
vsus multum valet suspitio est de vsura, & maxime si is, qui mutuat consueuit dare ad vsuram. De illis autem quorum vsus non deteriorat rem, vt bibere in vase argento, & legere in libro non deteriorat rem eam, Dicẽdum, ꝙ aut creditur dominus rerum permissurus hunc vsum, aut non, si creditur permissurus ex eo, ꝙ nullum nocumentum rebus affertur, & etiã, quia res non solent ad talem vsum locari, non computantur fructus aliquid ad subtrahendum, immo, neque est vsura, licet si mutuator propter hoc mutuauit, vt vsum qualemcũque horum pignorum interim haberet non caret crimine vsurarum. Et tamẽ in his multum considerãdum est an vsus talium rerum est, qui locari solent ad vsum hunc, vel gratis solent concedi ad hũc vsum. In primo deducendi sunt fructus. B
In secundo nullus vsus computandus est, & ita est siquis mutuatori dederit in pignus vnum vas argentũ, vel vnum librum, quia talium vsus inter quoscunque amicos gratis conceduntur, ita ergo cum mutuator sit amicus eius cui mutuat, quia benefacit illi, licet vti re sua, ideſt vase argenteo, aut libro quantum ad hos vsus, qui gratuito solent amicis concedi, & in quibus non deteriorantur res. Vnde nulli fructus subtrahentur ad computandum in sortem.

Ad septimum dicendum, ꝙ isti casus ad vsuram solent pertinere, siquis carius vendat, quam res ratiohabiliter valet, quia precium tarde recipit vsura est, C
quia illa expectatio locum mutui habet, quasi mutua ta esset emptori a vẽditore pecuniam, quam redditurus erat, & pro expectatione, & vsu medij temporis accipit aliquid vltra iustum valorem, sic etiam siquis vilius emat, quia precium ante dat, quam sibi tradatur res, habet emptio illa locum mutui, quia pecunia illa datur, quasi mutua vsque ad tẽpus quo res tradatur, & pro vsu medij temporis datur aliquid, & illud minuitur de valore, sed de his magis infra dicetur, ergo neque licet pro mutuata pecunia lucrum aliquod accipere, quasi illud sit ex pacto, vel intentũ a mutuatore.

An illud, quod in contractu apponitur vltra sortem soluendum nomine pœnę exigere liceat.
Quæst. CLXXXV.

QVAERETVR quid si in cõtractu mutui apponatur aliquid vltra sortem soluendum non nomine vsurę, sed pœnę an liceat illud exigere? D

Dicendum, videtur ꝙ sic, quia in diffinitione vsurę supra, dicitur ipsius vsus gratia, si ergo detur superabundantia in mutuo non gratia vsus, sed pœnę, videtur, quòd non sit illicitum.

Est enim differentia inter vsuram, & pœnam, nam vsura præstatur ratione spatij temporis, Pœna autem non datur secundum spatium alicuius temporis, sed secundum, quòd inter partes conuenit, & vt pactum seruetur extra de pœnis c. constitutus. Vel aliter, quia pœna præstatur, quia non fit, quod conuenit inter E
partes, vel quia non soluitur, quod debetur extra de arbi. ca. dilectus, sed vsura præstatur, vt sors nõ soluat, vel vt differatur solutio sortis, extra de vsu. c. cõsuluit, & ob hoc, quod nomine pœnę præstatur non pertinet ad vsurã. Ad quod etiam considerandum, ꝙ aut pœna est iudicialis, aut conuentionalis, si iudicialis. i. a iudice imposita, & constituta ad puniendam contumatiam debitoris, qui cum posſit cõtemnit in termino statuto soluere pecuniam debitori, & tũc non est vsura exigere pœnam ar. 33. d. c. quãquã, & ff. de re. iudi. l. qui auctoritate. Si aũt sit cõuẽtionalis, i. inter partes cõuenta, & in cõtractu apposita, vt saltẽ metu pę-

ne debitum ad diem soluatur, vsura non est pœnam apponere, & exigere, dum tñ sit intentio recta. i. non fiat in fraudem vsurarum 33. di. c. quãquã, & c. dilecti de arbi. si aũt, qui talem pœnam apposuit in contractu cõsueuit esse vsurarius præsumitur, quòd in fraudem vsurarum adiecerit pœnam ff. de act. emptis l. puter, & ff. de vsu. l. qui semisses, & est præsumptio, ꝙ sit vsuraria si per singulos menses, aut annos incurrere eam dicatur ar. C. e. ti. in auc. ad hæc, & idem in similibus, quæ ab vsurarijs solent exerceri, talia. n. inducunt prę-
sumptionem semper prima facie, quòd sit vsura, in iudicio tñ animæ standum est conscientię eius, qui pœnam apposuit, sed propter huiusmodi pręsumptiones valde examinanda erat conscientia, de his Hosti. & Ray. in sum. eo. ti.

An expectatio sine pacto vsuram inducat, & quomodo inducatur vsura mentalis, & realis, & similiter de symonia.
Quæst. CLXXXVI.

QVAERETVR an expectatio sine pacto inducat vsuram? Dicendum, ꝙ in casu in quo est pactum semper est vsura, sicut dicitur in diffinitione vsurę, siue de magna, siue de parua re præstanda pactum fiat. Cum autem non interuenit pactum, neque spes præcessit de habendo, sed accipiens mutuum gratis obtulit aliquid mutuatori, nulla vsura est accipiendo, sic dicit Gregorius. 1. q. 2. ca. sicut. s. nulla enim oblatio suscipiẽti culpę maculam ingerit, quæ non ex ambientis pactione processit. Si autem præcessit spes de accipiẽdo est dubiũ. Dicit enim Inno. extra de vsu. c. cõsuluit, quòd si creditor intẽtionem habeat principaliter ad lucrum vsura est, vel malum lucrum, aliàs si secundario aliquid sperat secus est, ideſt non est vsura 1. dis. quid proderit, & 89. di. si effectum.

Item recipere ex tali spe secundario habita non est malum 1. q. 2. c. quam pio, quia tenetur ei ad antidora extra de testa. c. cum in officij, sed qui principalem intentionem habet ad vsuram licet vsurarius sit, non tenetur, scilicet ad restitutionem ei dare aliquid, vt si negat sibi terminum nisi det aliquid. Alij tamen dicunt, quòd semper tenetur restituere, & est tutius. Sed Gotfre. dicit, & Hostie. in su. e. ti. §. quid sit vsura, si hac intentione principaliter ductus, vt mihi aliquid dares tibi mutuaui pecuniam aliàs non mutuaturus, licet in foro iudiciali non possum censeri vsurarius, extra de vsu. c. in ciuitate, tamen in pœnitẽtiali inducẽdus sum, vt pecuniam sic acceptam restituam, si tamen aliàs essem mutuaturus: spero tamen secundario ꝙ aliquid mihi des, in nullo vel in modico pecco. Vel si dicatur indistincte sola spe ibi committi crimen vsurarum. Dici potest ꝙ ad purgationem delicti nõ est opus restitutione, sed sufficit sola pœnitentia, vt est in symonia, extra de symon. capitu. vltim. Sed hoc finale dicit Hosti. sibi non placere, quia aliud est in vsura, quam in symonia.

Sed Ray. in su. e. tit. §. sed nunquid voluntas, dicit, quòd aliqui fauentes vsuris dicunt nunquam committi vsuras nisi soluantur ex pacto, alij quibus assentio, dicunt, quòd sola spes facit hominem vsurarium, vnde, qui sub tali spe mutuauit pecuniam, quidquid postea ẽt sine exactione recipiat vltra sortẽ vsura est, siue illud sit pecunia numerata, siue frumentum, siue vinum, siue oleum, siue fructus, & quidquid aliud, & ad hoc multa allegat. Circa hoc ad veritatem huius considerandum, ꝙ aut, qui mutuat intentione siue spe accipiẽdi, aut principaliter sub hac intẽtione mutuat, aut minus principaliter, dicit principaliter sic mutuare, qa ideo mutuat, qa recipere aliquid sperat, &

credit,& ſi crederet ſe nihil recepturum non mutua- F
ret. Minus principaliter ſic mutuat qui rem quidem
mutuat, & ēt ſi nihil ſibi dandum ſciret mutuaturus
erat,& tamen placet ſibi aliquid recipere ſi offeratur.
Accipiēdo primo modo,aut iſte aliquid accipit, ſicut
ſperauit,aut nihil,ſi nihil accipit vſurarius eſt, ſed ſolū
mentalis,quia habuit animum,& nihil recepit, ſi aūt
aliquid recepit,quod ſibi offertur, ſiue id quod ſpera-
uit,ſiue aliquid aliud,eſt vſurarius realiter. Accipien-
do ſecundo modo non videtur dicendus vſurarius, q
non habuit principalem intentionem accipiendi ali-
quid,& hoc ſiue poſtea accipiat,ſiue nō. Et cauſa eſt,
primo quia cum lex non damnat aliquid, tanquā pec G
catum,neque nos damnare debemus,& tamen extra
de vſu.c.conſuluit,cum de hoc quæritur non iudicat
vſurarius,niſi ille qui ea intentione principaliter mu-
tuauit non mutuaturus alias,ergo iſtum ſolū nos vſu-
rarium vocabimus. Secundo,quia non videtur actus
huius in aliquo reprehenſibilis,nam iſte nō mouetur
ad mutuandum,vt aliquid recipiat,ſed ex beneuolen-
tia,vel charitate, cum ſupponatur, q ēt ſi ſciret nihil
ſibi eſſe dandum mutuaret, habet ergo hoc ſolū, qđ
placet ei aliquid recipere ſi ſibi detur, & tamen iſtud
in nullo homine reprobatur, niſi ex acceptione do-
norum aliquod malum ſequatur,ergo neque iſte pec
cat cum placet ei,q aliquid ſibi detur. Tertio,quia iſte
in nullo agit contra legem virtutis,vel amicorum, nā H
actum virtutis exercet.ſ.mutuare aliquid,& pp finem
virtutis.ſ.quia nō propter pecuniam, ſicut pp finem,
nam qui propter pecuniam principaliter ſubiicit a-
ctum virtutis precio,& ita peccat contra legem virtu
tis,& etiam contra legem amicorum, quia non agit
propter amicum,ſed propter lucrum, ſed qui nō agit
propter lucrum,licet placeat ſibi accipere illud ſi offe
ratur,non agit contra amicorum legem, quia ꝓpriū
eſt amicorum communicare bona ad inuicem,& iō
iſte velut amicus pręueniens alterum in actu amicitię
vult accipere aliquid de bonis eius, licet non induxe-
rit hoc eum ad mutuandum propter quod Gotfre.&
Hoſtien.dixerunt paruum,aut nullum pcīm eſſe, im-
mo nullum pcīm eſt,& ſicut nullum eſt peccatū, ſic
deſiderare,q aliquid detur,ita & non eſt peccatū reci I
pere,quod oblatum fuerit,ſic dicit Inno.eo.tit.c.con-
ſuluit. Accipiendo igitur de primo poſſumus tria cō-
ſiderare.ſ.an vſurarius ſit. Secundum an teneatur ad
reſtitutionem eius,quod accipit. Tertium an punia-
tur,vt vſurarius.

Circa primum dicendum, q ſine dubio eſt vſura-
rius,eo.ti.c.conſuluit,ſed eſt mentalis ſi ſolum concu
pierit aliquid habere ex mutuo, & nihil datum fue-
rit,eſt autem realis ſi aliquid acceperit.

Ad ſecundum dicēdum,q aut recepit aliquid, aut
non,ſi non recipit,quod optauit, non tenetur ad reſti
tutionem vllam,ſed ſufficit interior pęnitentia, cū ad
rem non fuerit proceſſum, maxime quia reſtitutio
non poteſt fieri de eo,quod non eſt ablatum,& nullū K
damnum datum eſt. Si autem aliquid recepit dicit
Gotfred. q non tenetur ad reſtitutionem, ſed ſufficit
pęnitentia interior,ſicut eſt in ſymonia mētali, extra
de ſymon.c.mandato. ſ.aliqui adepti ſunt ordines,aut
dignitates,vel beneficia, & ex vtraque parte interue-
nit ſymonia mentalis.i.quia accipiēs ordines,vel ade-
pturus beneficiū propoſuit aliquid dare ad hoc cōſe-
quēdū,quaſi ſic conſequeretur,& non alias, vel ſic fa
cilius,& collator habuit intentionē aliquid recipiēdi,
& tñ neq; fuit pactū, neq; aliquid petitum,ſed accipe-
re volens ordinem,vel beneficium dedit munus gra-
tis,& obtinuit ordinem,vel beneficium, vocatur iſta
ſymonia mentalis.eo.c. & tales non compellunt reſi-
guare beneficia, neque carere adminiſtratione ordi-

num ibidem, ergo ita erit de vſurario iſto cum non
interuenit pactum.

Sed in hoc diſtinguendum eſt,quia aut iſte qui talē
habet intentionem ſolum habet illam, & nihil foris
oſtendit,aut aliquid oſtendit foris. Si ſecundo modo
dicendum,q licet pactum non intercidat tenetur iſte
ad reſtitutionem, vt ſi quando mutuabat nolebat da-
re,niſi paucos dies ad ſolutionem, vt is qui accipere
cupiebat,ſic moueretur neceſſario ad aliquid dādum,
vel ſi poſtquam mutuatum eſt, & adueniente termi-
no nolebat differre ſolutionem, vt aliquid reciperet,
& datum eſt ei aliquid, quia licet iſta non peruenient
in pactum ſunt aliquid extra, cum accipiēs intelligat
huius intentionem eſſe vſurariam, & ideo det licet il
le non petat:dicendum teneri hunc ad reſtitutionē,
& ita tenet Innoc.eod.titu. c conſuluit,ſi autem nihil
foris oſtendit,ſed ſolum habuit intentionem, dicunt
multi non teneri ad reſtitutionem,ſed ſufficit ſola cō
tritio,ſic tenet Gotfre & alii quos refert Inno. eod.c.
ſed dicit ſecundum alios tutius eſſe,q in vtroque caſu
teneatur ad reſtitutionem.

Eſt tamen dicendum, quòd cum quærimus an te-
neatur ad reſtitutionem,aut quæritur in foro iudicia-
li,aut in foro conſcientiæ, ſi in foro iudiciali non te-
netur præcise ad reſtitutionem, in foro autem con-
ſcientiæ tenetur,ſic patet expreſſe,eodem capitu.con
ſuluit. Nam ibi tres caſus ponuntur. Primus eſt,ſcili-
cet an ille in iudicio animarū, quaſi vſurarius debeat
iudicari, qui non alias mutuo traditurus eo propoſi-
to mutuam pecuniam credidit,vt licet omni cōuen-
tione ceſſante plus tamen forte recipiat, & poſtea in
reſponſione ad omnes tres caſus dicitur,q huiuſmo-
di homines pro intentione lucri, quam habent iudi-
candi ſunt male agere, & ad ea quæ taliter ſunt acce-
pta reſtituenda in animarum iudicio efficaciter indu
cendi,& ita ibi tam in quæſtione, quam in reſponſio-
ne dicit de animarum iudicio, & ſic in foro iudiciali
non poſſunt compelli. Cauſa autem huius eſt, quia
cum iſta conſiſtant in ſola intentione non poſſunt ha
bere probationes, in iudicio autem nemo condem-
natur,niſi de eo de quo conuincitur, iō in foro iudi-
ciali ad nihil tenetur,quia nihil conſtat, ſi tamen ipſi
confiterentur, vel poſſet alias conſtare de hac intē-
tione,cogerentur ad reſtitutionem vſurarum, ſic te-
net Henric.extra de ſymo.c.mandato, in foro autem
conſcientiæ,ideo dicuntur teneri, quia ibi de intēti-
ne conſtat eis confitentibus illam, & ſic poſſunt indu-
ci ad reſtitutionem,quia rem alienam detinent.

Cum autem dicebat Gotfred. non teneri ad reſti-
tutionem,ſicut ſymoniaci mentales non priuantur,
ideſt non coguntur reſignare,quæ ſic per ſymoniam
obtinuerunt.

Dicendum, q non eſt ſimile, & ponit aliquas ra-
tiones differentiæ Hoſtien. in ſum. titu. de ſymonia.&
quid ſit ſymonia. Alii autem dicunt cauſam eſſe, quia
in vſura recipiens turpiter recipit, ideo non retinet,
dans vero,non dat turpiter, ſed forte ſolum ex hone-
ſta cauſa,cum ſine pacto det,& forte non ad inducen
dum mutuatorem ad mutuandum,vel differendum
tempus,ſed ad gratiarum actionem,vel alias ex cauſa
liberali,qui autem in ſymonia dat,turpiter dat,iō non
reſtituitur ei,& ita retinet, quod habet ſymoniacus,
ſed non vſurarius,ita tenet Archid.14.q.3.c.1.& Hen-
ric.extra de vſu.c.in ciuitate.

Ad tertium dicendum, q aut quærimus de pœna,
quæ datur in foro pęnitentię, aut de pęnis iure ſtatu-
tis contra vſuranos,ſi primo modo non vocatur pro-
prie pęna,ſed impoſitio pęnitentię,& eſt, quòd reſti-
tuant, qđ receperunt, & vltra hoc quęlibet pęnitēria
ſufficit,ſicut pro alio morali cū omnes iuri ſtatuto

Si

Si vero de pęnis iuris agatur dicendum, q nulla impo- A
nitur, & ratio eſt, quia iſti non tenentur ad quid in fo-
ro iudiciali,cū neque ad reſtitutionē in illo teneantur,
vt iam dictū eſt,ideo a fortiori, neque ad pęnas, quod
cum non conſtet aliquid de hoc in iudicio humano
nulla condemnatio fieri, neque pęna infligi poteſt,ita
dicitur in c. conſuluit,in glo. quòd licet vere ſint vſu-
rarij, nō ſunt vt vſurarij puniendi: etiam e.c.dicitur ad
ea, quæ taliter accepta ſunt reſtituenda ſunt in anima-
rum iudicio efficaciter inducendi, non autem dixit
cogendi,ſcilicet,quia dixit in animarum iudicio,& in
illo non eſt cogere,ſed inducere,quia coactio pertinet
ad iuriſdictionem fori cōtentioſi in quo non conſtat B
de illo crimine, ideo neque reſtitutio in illo fieri iu-
betur, ſed in foro conſcientię.

An dans mutuum non deducens in pactum, & poſtea aliquid exigens ſit vſurarius. Quæſt. CLXXXVII.

QVAERETVR quid de illo, qui dans mutuū non deduxit aliquid in pactum,& tñ poſtea aliquid exigit,& accipit an ſit vſurarius? Dicendū,q aut iſte ante mutuationem habuit intentionem accipiendi, & hac intentione mutuauit, & poſtea petiuit,& accepit, aut nō habuit a principio intentionem, ſed poſtea petiuit,& accepit. De primo manifeſtū eſt vſurā eſſe,quia cū ſolū eſt intentio accipiēdi ante mutuationē,& poſtea accipitur gratis oblatum eſt vſura,& tenetur recipiens ad reſtitutionē, vt dictum eſt præcedenti q.ergo a fortiori cū a principio expectatur,& poſtea petitur, quia hoc parum differt a pacto. Si aūt non ſperabatur a principio, ſed poſtea petitur,& ex hac cauſa petitur, quaſi accipiens teneatur ad hoc mutuatori ꝓ beneficio mutuatæ pecunię, vel vtilitate vſura eſt, ſic accipitur 14.q.3.c.plerique.ſ. Pleriq; refugiētes præcepta legis cum dederint pecu- C
nias negociatori nō in pecunias vſuras exigunt,ſed de
mercibus eorum tanq; vſurarum emolumenta perci-
piunt, vt ſi inſtaurandum conuiuium putet ad nego-
ciatorem mittit, vt abſinciati capellani ſibi gratis de-
ferat,ad cauponem dirigit,vt picenum vinum, aut ti-
riacum requirat, ad alium, vt ſibi poma adornet.q.d.
in omnibus his vſura eſt.

An mutuans alteri, vt ab eo mutuum accipiat ſit vſurarius. Quæſt. CLXXXVIII.

SED quid an ſit vſura, q quis mutuet alteri, vt ab eo mutuum accipiat? Dicendum,q aut hoc ponitur in pacto, aut non, ſed mutuans habet hūc animum,& ideo mutuat. Si primo modo dicēdū, q eſt vſura, nam licet accipiens beneficium teneatur naturaliter ad retributionem, ſed hoc eſt ad ſponte retribuendū, non autem ad retributionem, quæ fit per pactum, quia illa eſt neceſſaria. Secundo, & principaliter, quia obligatio ad remutuādum, qñ mutuans indiguerit deducta in pactum eſt menſura- E
bilis pecunia,& ita pro mutuatione reciperet quis ex
pacto totum mutuatum, & inſuper aliquem valo-
rē in pecunia, & hoc ſemper eſt vſura, vt dictum eſt
ſupra.

Si autem non deducit in pactum, ſed habet hanc intentionem,vt ſibi mutuetur cum fuerit indigens.di cendum,q aut iſta eſt præcipua intentio,i. q non erat iſte aliàs mutuaturus niſi ſub hac ſpe,aut habet ſecun- dario hanc intentionem. ſi ſecundario, manifeſtū eſt, q nulla vſura eſt,ſiue poſtea remutuetur ſibi,ſiue non quia in eo, q ſperat lucrum non ex pacto, ſi non eſt iſta principalis intentio,non eſt vſura, etiam ſi poſtea offeratur,vt dictum eſt ſupra, ergo a fortiori non erit vſura ſi quis nō principaliter velit, quòd ſibi remutue- tur. Si autem ſit iſta principalis intentio, vt ſibi remu- tuetur, dicunt aliqui, quòd eſt vſura, ſicut in eo, qui propter lucrum ſpecialiter,& principaliter mutuauit, licet non expreſſerit, vt dictum eſt ſupra.

Sed dicēdū, q non eſt vſurarius etiam ſi hac inten- tione faciat, nam qui habet intentionem vſurariam, ſi recipiat id,quod cupit tenetur ad reſtitutionē, vt ex- tra de vſu.c.conſuluit,& dictum eſt ſupra,& tñ qui ea intentione mutuauit principaliter, vt ſibi remutuare- tur,nō tenetur ad reſtitutionem,quia nihil accepit ibi, quod reſtitui poſſit,ideo non fuit vſurarius. Eſt aūt ſe- cus de ſpe iſta deducta in pactum, & de habente intē tionem accipiendi lucrum,vel munera,& de habente intentionem,quòd ſibi remutuetur. De primo patet, quia ſpes illa deducta in pactum ęſtimatur pecunia, & vendi poteſt, ſicut ęſtimantur ſeruitutes rerum, vel hominum ad agendum, vel non agendum, & vendi poſſunt, & ideo deducens eam in pactum vſurarius eſt ex forma ipſius contractus. De lucro, vel munere etiā aliter eſt,quia lucrum conſiſtit in rebus,& ſi intē- tio habeatur præcipue ad illud, mens eſt vſuraria, li- cet contractus non ſit vſurarius, vt extra de vſu.c.in ciuitate, & ideo ſi poſtea receperit aliquid habēs talē intentionem tenetur ad reſtitutionē eodem titulo,c. conſuluit.

Secus de ſpe remutuationis, quia illa ſi nō deduca- tur in pactum non eſt aliquid,quod precio ęſtimetur, ſed eſt aliquid,quod honeſte deſiderari poteſt,ſ quòd amicus deſiderat amicū, & ei benefaciat retribuēdo, & cū alius remutuauerit nō recipit iſte aliquā ſuper- abundantiā quantū recipit ſi principaliter intendit,q aliquid ſibi daretur,& poſtea illud datur, ideo non eſt vſura in caſu illo.

An vſura omnibus, vel quibuſdam ſit prohibita, & quare primo clericis ſit vetita. Quæſt. CLXXXIX.

QVAERETVR de vſura an ſit prohibita omni- D
bus,vel quibuſdam? Aliqui dixerunt,q licet ſit
vetita in nouo teſtamēto,& de iure canonico, tñ non
eſt vetita niſi clericis ſolis, & hoc voluerunt aliqui le-
giſtę, vt defenderent vſuras, quæ in legibus ciuilibus
conceſſę erant,& ad hoc allegant prohibitionem vſu-
rarum in concilio Niceno, quæ ſolis clericis facta eſt
47.di.c.quoniam multi. Dicendum,q vſurę omnibus
vetitę ſunt tam clericis,quam laicis, quia cum vſuræ
malę ſint, & Chriſtus vetuerit eas abſolute dicēs mu-
tuum dantes,& nihil inde ſperantes, ad omnes exten-
ditur prohibitio. Sed ſciendum, quòd Eccleſia tenuit
iſtum modum, quòd cum a principio per ſuas conſti-
tutiones incepit vetare vſuras ſolis clericis vetuit,
poſtea autem procedente tempore omnibus tam lai-
cis, quam clericis vetuit. De primo patet,quia in alle-
gato c.quoniam multi de ſolis clericis dictum eſt vbi
prius Eccleſia vetuit,ſ.in concilio Niceno. Poſtea etiā E
alij pontifices,& concilia idem ſtatuerunt,vt patet 14.
q.4.c.clerici, & c.miniſtri,& c.canonū, & per totum,
& idem etiam Alexander tertius ſtatuit,extra de vſu.
ca.plures clericorum. De ſecundo patet, quia poſtea
etiam laicis vetitū fuit dare ad vſurā 14.q.4.c.de hoc,
& extra de vſu.c.quoniam,& ca.præterea,& quaſi per
totum. Cauſa autem quare primo clericis uetita fuit
vſura eſt, quia propter ordinis ſui honeſtatē non ſo-
lum vſuras cauere debent,ſed etiam omnia lucra tur-
pia 14.q.c.clerici,unde omnes negociationes ſecula-
res, & negocia eis prohibentur extra ne clerici, uel
mona. per totum, & tamen nulla negociatio turpior
eſt,quam per vſuram,ideo clericis uetari debuit.

Secunda fuit quia a principio Eccleſię cum non haberet illa poteſtatem ſecularem quantum ad exercitium non poterat compellere laicos: neq; etiam erat certum an ei obedirēt: ideo quouſque firmata fuit taliter poteſtas Eccleſiæ ſuper credentes non auſa eſt vſuram vetare, quæ humanis legibus concedebatur: poſtquam vero principes ſubdiderunt capita ſua Eccleſiæ, potuit Eccleſia libere ſtatuere etiam ſuper laicos: ideo tunc proceſſit ad vetandum illis vſuras, & nunc illis ſunt vetitę.

An liceat alicui dare ad uſuram ut inde lucra collecta expendat in opera pia? Quæſt. CXC.

QVAERETVR an liceat alicui dare ad vſurā, vt inde lucra collecta expendat in pauperes vel alia opera pia?

Dicendum, ꝙ non: quantumcunq; enim ſit cauſa pia nō licet pro illa dare ad vſuram. nam cum vſura ſit de ſe mala & contra legem Chriſti, nō poteſt ſine peccato mortali exerceri, & tamen peccatū mortale non dēt committi pro aliqua cauſa, quia non ſunt facienda mala vt veniant bona ad Rom. 3. c. ergo vſura non debet pro aliqua cauſa committi.

Secundo quia non videtur aliquod opus magis piū quam redemptio captiuorum, cum pro illo liceat vendi bona Eccleſiæ ar. q. 2. aurum. Et tamē pro redimenda vita captiui non licet dare ad vſuram extra. de vſu. c. ſuper eo. ergo pro nullo opere licebit: & ita dicit Alexander tertius. eo. c. ꝙ ſuper uſuris dandis diſpenſationem vllam poſſe fieri non uidemus, & tamen cū uſura ſit aliquid malum, & malum nō poteſt eſſe licitum ſine diſpenſatione, videtur quòd non poſſit vſura eſſe licita in aliquo caſu, aut pro opere quantūlibet pio.

An in aliquo caſu uſura ſit licita? Et 13. caſus ponuntur ab autore, & primus in feudo Eccleſiæ. Quæſt. CXCI.

SED quæro an aliquo caſu uſura ſit licita?

Dicendum, ꝙ accipiendo proprie vſuram in nullo caſu eſt licita. Sunt tamen aliqui caſus in quibus videtur eſſe vſura & eſt licita, & ita dicimus in aliquo caſu eſſe vſuram licitā ſed in nullo eſt. iſtud autem prouenit ex eo quia dicimus, quod quicquid ſorti accedit vſura eſt. ſic dicit Ambroſius. 14. q. 3. c. plerique. & tamen aliqui caſus ſunt in quibus aliquid recipitur vltra ſortem, & non eſt illicitum, neq; eſt vere vſura.

Eſt primus caſus in feudo Eccleſiæ. nam ſiquis teneat feudum ab Eccleſia clauſtrum, vel poſſeſſiones aliquas, & poſtea det eas pignori ipſi Eccleſiæ pro mutuo vel pro alio debito ſoluendo, poterit tenere Eccleſia feudum, & accipere fructus illius non computando in ſortem: & ſic retinebit quouſq; debitum ſit ſolutum extra de vſu. c. conqueſtus. Et tamen Eccleſia interim non poterit exigere a vaſallo ſeruitium debitum ratione illius feudi, nec computabit fructus in ſortem, & reſtituet feudum vaſallo percepta tota qualitate debiti de fructibus, ſicut in omnibus alijs impignorationibus fit extra de vſu. capit. plures & capitul. quoniam.

Sed quid ſi vaſallus eſt interim paratus prēſtare obſequium, & vult præſtare, an teneatur Eccleſia computare fructus in ſortem?

Dicendū ꝙ non: quia hoc conceditur in fauorem Eccleſiæ. & ideo eſt in electione Eccleſiæ & non vaſalli an potius velit ſeruitium recipere, vel non computare fructus, vt patet extra de feudis. cap. inſinuatione in glo. vltima.

Sed quid ſi vaſallus dicat ſe velle ſeruire, & ſeruiat de facto Eccleſiæ, an tenebitur computare Eccleſia fructus in ſortem?

Dicēdum ꝙ per hoc ꝙ Eccleſia recepit ſeruitium vaſalli videtur renunciaſſe huic priuilegio de nō computando fructus. niſi hoc ex conuentione fuerit, vel fuerit Eccleſia proteſtata. ſ. ꝙ non intendit renunciare iuri ſuo de non computando fructus, etiam ſi ille ſeruierit: ideo ꝙ faciat quod voluerit. ſic tenet Hoſti. extra de conſti. cum oportet.

Cauſa autem quare non computētur fructus in ſortem in hoc eſt fauor Eccleſiæ, vt cito recuperet feudū de manu laicorum. nam per infeudationem fit quædam alienatio bonorum Eccleſiæ, & iſta alienatio eſt odioſa, & ideo iurant Epiſcopi nō infeudare de nouo inconſulto Romano Pontifice, vt colligitur extra de feudis. c. ex parte. ſic etiam Eccleſia reſtringit feuda, quantū poteſt. nam ſiquis habeat decimas in feudum ab Eccleſia in aliquo loco, & ſupueniant noualia, non habebit feudatarius decimas nouālium, vt patet extra de deci. & c. tua, & datur ibi cauſa. ſ. quia in talibus non eſt licentia extendenda ſed reſtringenda. ergo odioſa ſunt feuda Eccleſiæ. & ideo vt vexatione quadam, vel ingenio citius veniant feuda in Eccleſiam, cōceditur ꝙ non cōputentur interim fructus in ſortem niſi Eccleſia petat tunc ſeruitium conſuetum.

An hic caſus teneat in feudis laicorum? Quæſt. CXCII.

SED quęretur an hoc etiam teneat in feudis laicorum, ideſt quę laici tenēt a laicis. ſ. a regibus vel imperatoribus.

Aliqui dicunt ꝙ non. primo quia hoc inuenitur expreſſum quantū ad feudum Eccleſię vbicunq; inuenitur. ſ. extra de feu. c. in ſinuatione & de vſu. c. conqueſtus. & ideo non videtur ꝙ liceat nobis extendere ad alia feuda.

Secundo quia multa tenent in fauorem Eccleſiæ, quæ non tenent in fauorem laicorum, cum Eccleſia ſit ſpecialiter priuilegiata. nam ipſa gaudet iure minoris, & præſcriptio longior requitur contra eam quam contra laicos.

Tertio quia loquimur in materia periculoſa. ſ. uſurarum, in qua cautius, & tutius eſt dicere aliquid eſſe vſuram, & cauere illud tanquam vſuram, quam dicere non eſſe vſuram, & tamen circa feuda laicorum cum non ſit expreſſum eſt dubium: ideo ratione periculi vſurarum potius eſt dicendum eſſe vſuram non computare fructus quam non eſſe vſuram.

Dicendum, ꝙ poteſt teneri idem eſſe de quolibet dño feudi recipiēte in pignus ipſum feudū, vel partem aliquam eius a feudatario. & hoc tenuet Hoſt. in ſup. cō de vſu. §. an aliquo caſu. Cuius rō eſt aut in feudo Eccleſiaſtico eſt bonum non computare fructus in ſortem, quando in pignus habetur, aut eſt bonum. ſi non eſt bonum non licebit Eccleſiæ: quia multa ſunt quæ laicis ſunt licita & non licent Eccleſiaſticis viris ꝓpter quam ſpeciem inhoneſti, ut negociationes ſeculares extra ne cleri. vel mona. per totum. ſi aūt licitū eſt non computare ēt laicis licebit. ideo licet non inueniatur expreſſum de feudis laicorū licebit arguere de feudis Eccleſiæ ad feuda laicorū, ſicut arguitur de poſſeſſione eccleſię ad poſſeſſiones laicorum: nam utrique poteſt poſſeſſionem ſuam ab iniuſto detentore liberare non computatis fructibus in ſortem. Ad primum dicendum, ꝙ licet non inueniatur expreſſum de feudis laicorū extēdetur ad illa: quia ubi eſt eadē rō eſt idem ius extra. de conſti. c. translato. ſed vtrobiq; eſt feudū & vtrobiq; dñs vtilis & dñs directus: quia feudatarius eſt dominus utilis, & vtrobique eſt infeudatio odioſa cum ſit alienatio quędam, & vtrobiq; eſt deſiderium redeūdi ad id quod proprium eſt. ergo tam hic quam ibi licebit domino directo tenenti feudum pignori datum nō computare fructus in ſortem ipſi feudatario. Cum vero dī ꝙ hic ſolum fit mentio de feudo eccleſiæ, dicendum ꝙ hoc fuit accidentaliter. ſ. quia accidit Papam vtrobique ſcribere ad perſonas eccleſiaſticas, quarum feuda pignori data erant. & tamē ſi accidiſſet inter laicos de feudo ſimiliter dubitari idem ſcripſiſſet Papa: immo potius ex hoc videtur, ꝙ Papa voluit idem in omnib. feudis intelligere cum nō diſtinxerit: quia ſi voluiſſet aliud eſſe in feudis laicorum potuiſſet ſtatim dicere: ſed non dixit. ergo videtur ꝙ idem voluit eſſe in omnibus feudis ſiue Eccleſiarum ſiue laicorum. Ad ſecundum dicēdum ꝙ in multis eſt Eccleſia priuilegiata, & ideo ſi hic de priuilegio, & fauore Eccleſiæ ageretur, non haberet locum ſimilitudo ad laicos: ſed videtur ꝙ de rigore iuris agatur. ſ. ex eo ꝙ iſtud eſt feudum, & non quia eſt Eccleſiæ. quod patet quia extra de vſu. in ca. conqueſtus dī ꝙ monachi habentes terram cuiuſdam clerici in pignus tenētur fructus computare in ſortem, niſi terra ſit de feudo monaſterij, & ita etiam fauore Eccleſiæ non liceret non computare fructus in ſortē: niſi quia terra erat de feudo, & ideo cum ſit identitas rationis in vtroq; feudo, vtrobique tenebit ꝙ non computentur fructus in ſortem. Ad tertium dicēdum ꝙ ſi eſſet dubium iuris, ideſt non poſſet colligi veritas ex aliquo iure neq; ex ſimili, deberemus propter periculum abſtinere, ſed ut patet ex dictis nō videtur eſſe dubium, cum ſit eadem ratio vtrobique. ergo dicendum ꝙ idem erit per omnia in feudo laicorum.

An liceat feudatario non computare fructus in ſortem ſi det alteri quam domino. Quæſt. CXCIII.

QVAERETVR quid ſi feudatarius det pignori feudum vel rem feudalem alteri quam domino, an liceat non computare fructus in ſortem?

Dicēdum ꝙ non licet, ſed ſicut de qualibet alia poſſeſſione computabūtur fructus in ſortem, ut extra de vſu. ca. pleriq; & c. quoniā. Et ratio eſt. primo quia non tenet ibi diſpoſitio iuris. nam dī de feudo, & tamē bona illa non vocantur feudum niſi reſpectu domini directi. i. qui feudum conſtituit uelſucceſſit in locū eius. ad alios vero vocantur bona vel poſſeſſiones, ſed non feudum. Secundo quia ceſſat hic cauſa quæ facit non eſſe vſuram. ſ. quia pro feudo ſemper dabatur aliquod ſeruitium. Et cū dominus recepit feudum in pignus, ſi non vult computare fructus in ſortem, nō debet exigere ſeruitium a vaſallo, neque recipere extra de feudis. c. & ita loco ſeruitij accipiuntur fructus qui nō cōputantur. nam ſi nullum ſeruitiū deberetur acceptio fructuū videretur vſuraria: ſed reſpectu eiuscuius non eſt feudum non eſt ſeruitium aliquod, quod remitti poſſit. ergo non licet non computare fructus in ſortē. Et iſta eſt cauſa ſicut dicebatur precedenti. q. quare tenet iſtud in feudo laicorum ſicut Eccleſiæ: quia vtrobique eſt eadem cauſa faciens nō eſſe vſuras. ſ. quia aliquid ſuccedit loco fructuum, ideſt ꝙ debebatur ſeruitium quoddam quod dominus non exigit dum non computat fructus: & iſta cauſa ponitur extra de feudis cap. 1. ergo dominus fundi laicalis poterit hoc facere dum non exigat ſeruitium.

Tertio quia alia cauſa quare hoc cōceſſum eſt, fuit vt reciperentur feuda quæ ſunt alienationes quædam, quæ iſto modo citius recuperabuntur, & tamen ille cuius non eſt feudum nihil habet recuperare: ideo tenetur computare fructus.

An poſſit dominus feudi non computare fructus in ſortem quando a non feudatario in pignus feudum accepit? Quæſt. CXCIIII.

SED quid ſi Eccleſia, vel dominus ſęcularis recipiat feudum ſuum aut rem feudalem ab eo qui nō eſt feudatarius. ſed feudatarius pignori dedit alteri feudum, & conceſſit ei ꝙ ipſe quoq; poſſet illud alteri pignori cōcedere, & iſte tertius dedit illud pignori domino feudi pro mutuo, an poſſit dominus feudi non computare fructus in ſortem?

Aliqui dicunt ꝙ ſic. primo quia vī tenere hic diſpoſitio iuris: quia iſte ad quem venit feudū eſt dominus feudi. quod non erat in præcedenti. q. & tamen domino feudi conceditur iſtud. extra de feu. c. 1. & de vſu. c. conqueſtus. Secundo quia manet hic alia ratio quare conceditur fructus non computari in ſortem. ſ. vt dominus citius recuperet feudum, & tamen hic ita erit ſi non computantur fructus in ſortem.

Dicendum ꝙ tenetur in hoc caſu Eccleſia computare fructus in ſortem. Primo quia nō tenet hic diſpoſitio iuris, illud. n. conceditur quando ab ipſo feudatario recepit feudum in pignus dominus feudi extra de feu. c. 1. Hic autem recipitur a non feudatario.

Secundo & ꝓcipue non ſtat hic cauſa diſponēdi. ſ. quia dominus interim non recipiet ſeruitium a feudatario, & loco illius cedunt domino fructus feudi, & tamen ille cuius non eſt feudum, non tenetur domino feudi ad aliquod ſeruitiū quod poſſit ei remittere dominus feudi, loco cuius cedant iſti fructus feudi.

Sed obijcietur ꝙ etiā teneat in hoc caſu: quia licet dominus feudi receperit illud de manu non feudatarij, poteſt remittere ſeruitium feudatario, & ita cedēt fructus loco ſeruitii.

Dicendū ꝙ non ſtat: quia hoc modo lǽderetur feudatarius ſine culpa ſua & nō ſponte. nam forte potius volet feudatarius impendere ſeruitiū & percipere fructus quam carēdo fructib. immunem fieri a ſeruitio, & tūc res inter alios acta priuaret eum iure ſuo, quod eſſe nō debet. ſecus autem cum ipſe feudatarius det pignori feudum domino. nam tunc cum ſciat eam eſſe conditionem feudi, vel ſcire debeat ꝙ liceat domino non computare fructus in ſortem, ipſe ſibi præiudicat, & ita non eſt inconueniens. ſecus autē cum alius feudum eius tradit domino: quia ſic non debet lędi.

Ad primam rationē dicendū ꝙ non tenet ibi diſpoſitio iuris: quia oportet ꝙ dominus feudi a feudatario recipiat in pignus extra de feu. c. 1. & ſicut in præcedēti. q. neceſſe erat computari fructus quia dominus feudi non accipiebat ſed alius, & tamē de manu feudatarij: ita nunc licet dominus feudi recipiat illud, quia tamen nō de manu feudatarij nec tenet diſpoſitio cum vtrumque exigatur, i. ꝙ dominus recipiat pignori feudum & de manu feudatarij vt in allegato. c. 1. de feu.

Ad ſecundum dicendū ꝙ nō manet ratio illa: quia dominus feudi non poteſt recuperare feudum de manu alienorum, cum aliud ius ſit in feudo inter dominum & feudatarium, aliud ad alios vt dictum eſt.

Secundus caſus in quo ſit licitum ultra ſortem recipere. Quæſt. CXCV.

QVAERETVR de ſecundo caſu in quo dicitur licitum vltra ſortem recipere.

Dicunt eſſe in poſſeſſione Eccleſię, quam Eccleſia recipit de manu laicorum illam iniuſte detinentiū, vt ſi tenebat laicus poſſeſſionem pertinentē ad aliquam Eccleſiam, & mutuū recipit a clerico de cuius beneficio eſt poſſeſſio illa, data illa poſſeſſione pignori tenebit eam clericus, & non computabit fructus in ſortem

tem, sed quousq; integram pecuniam reddiderit non restituet possessionē. Causa huius est quæ excusat vsuras, quia illa possessio cum pertineat ad ecclesiā etiam fructus eius pertinent ad Ecclesiam, & sic poterit clericus illos accipere tāquam suos, & non tenetur cōputare in sortem. Alia causa est quare hoc permittatur. s. vt sic Ecclesia facilius habeat quod suū est: quia forte non poterit laicus tenens fundum vel possessionem illam redimere eam, & manebit Ecclesię cuius est. sic patet extra de vsu. ca. 1. circa alienam possessionem non poterit hoc facere Ecclesia, quia vsura esset si non computaret fructus in sortem, cum nō habeat causam lucrandi illos. Sed nunquid laico licet possessionem Ecclesiæ, quæ tenetur ab aliquo inuita Ecclesia, recipere ī pignus, & nō cōputare in sortē fructus?

Dicendum ꝙ non licet, quia possessio nō est sua, & non habet causam non computādi fructus in sortem, & hoc verum est nisi de licentia Ecclesię cuius est possessio illa non computaret fructus retinendo eos nomine Ecclesiæ & pro ea, quia tunc idem est ac si Ecclesia istam possessionem teneret. sic patet extra de vsu. cap. 1. in glo.

An si possessio Ecclesiæ datur pignori Ecclesiæ non ab eo qui detentat; sed ab illo ad quem peruenit, liceat tunc fructus computare in sortem? Quæst. CXCVI.

SED qd si possessio Ecclesię traditur pignori Ecclesiæ non ab eo qui detentat, sed ab alio ad quem peruenit?

Dicēdum ꝙ aut est is ad quem peruenit possessio hęc successione siue hęreditarie, siue quia emit eam, aut is apud quem manet, vtpote quia ille quoq; pignori eam accepit datam a detentatore. Si primo modo dicendum, ꝙ idem iuris competit contra primum occupantem, & contra omnes qui in eadē possessione succedunt: quia successerunt omnes in vitiū: ideo Ecclesia a quocūq; accipiat possessionē in pignus potest fructus retinere non cōputando in sortē: quia sic possessionē suā recuperabit facilius, & semper manet ei ius recuperandi illam per hunc modū. Si aūt secundo modo dicendū putant quidam ꝙ potest Ecclesia retinere fructus non cōputando in sortē, quia non est sicut in feudo Ecclesię quod accipit de manu non feudatarij, vt dictum est supra cuius fructus in sortem computat: quia fructus feudi non cōputantur in sortē qñ Ecclesia vult non recipere seruitium debitum pro feudo, & si vult recipere seruitiū computabit fructus extra de feu. c. 1. & tamē hic nō est aliquod seruitium debitum pro hæreditate, pp quod cum reddatur debeant computari fructus. ideo siue a detentatore siue ab aliquo alio accipiat Ecclesia possessionem suam in pignus, poterit retinere fructus in sortem.

Dicendum ꝙ non est verum: quia Ecclesia non potest accipere sic possessionem, nisi de manu detētatoris vel succedētis in vitium. ille aūt qui possessionem talem a detētatore in pignus acceperat & rursus eam pignori dedit bona fide accepit, & non successit in vitiū: ideo nō debet ipse lędi ex sua bona fide. & tamen lędēretur si Ecclesia posset tenere possessionem non computando fructus: quia ille primus accepit a detētore in pignus, & computat ei fructus in sortem, vt dictum est prædecessori. q. & extra de vsu. c. 1. in gl. si ergo Ecclesia non computaret fructus in sortem huic a quo accepit, qui non erat detentator, perderet ipse istos fructus: quod est inconueniens.

Secundo patet quia Ecclesia non recuperat sua nisi sub colore iustitiæ: quia alias furari aut prædari posset hanc possessionem ab eo qui detentator est, vel potiquā accepit eam in pignus non restitueret etiam reddita sorte, & tamen falsa sunt hæc. quia non iudicat sibi Ecclesia licere ꝙ inuadat possessionem talem vel clam teneat, etiam cum recipit in pignus non retinet eam, sed quandocunque sors reddita fuerit, statim restituet eam, sed illud facit, quod iustum est, & sine scandalo, scilicet ꝙ non concupat fructus in sortem, quia fructus sunt ipsius Ecclesię cuius est possessio. Etiam si detentator nō restituerit pecuniam nunquā reddit possessionem Ecclesia, quia ius retinendi habet, quia sua est, & colorem, quia debitor non soluit mutuum, vel aliàs debitum, sed hoc respectu eius, qui non detentat, sed a detentatore in pignus accepit, quia non est aliquis color quare non computentur ei fructus in sortem, cum ipse illos computet detentatori, neque est causa quare Ecclesia semper ei retineat possessionem datam, ergo non potest de manu eius recuperare Ecclesia non computando fructus.

Tertio patet, qa extra de deci. c. interdicimus prohibetur clericis accipere a laicis decimas pertinentes ad alias Ecclesias in pignus, & hoc fit, vt dicitur ibi in glo. quia de manu ipsorum laicorum poterit Ecclesia recuperare si ei in pignus illas dederint non cōputando fructus in sortem, & non poterit de manu aliorum, nam si de manu aliorum posset, nulla esset causa prohibitionis, ergo videtur, quòd non potest accipere fructus pignoris non computando in sortem de manu alterius, quam detentoris.

An Ecclesia potest rem alicuius laici ab altero detentam detinere non computando fructus. Quæst. CXCVII.

SED nunquid ecclesia potest rem alicuius laici ab altero detentam detinere non computādo fructus si illa a laico pignori accepit, qui detētabat? Dicendum, ꝙ aut ecclesia accepit cum licentia eius cuius possessio est, & pro illo potest detinere fructus. Sed distinguēdū, quia aut ab illo, qui detentat accepit, aut ab alio, qui accepit etiam in pignus ab illo. si ab alio tertio accipit tenetur computare fructus in sortem, quia etiam ipse cuius possessio est tenetur computare accipiendo a non detentatore, vt dictum est prædecessori q.

Si autem accipit a detentatore, aut habet licentiam ab eo cuius est, aut nō, si habet potest retinere fructus non computando in sortem, quia pro laico agit, si nō habet non potest, quia non habet causam non computandi, & esset vsura.

An laicus potest suam possessionem ab alio detentam retinere non computando fructus in sortem. Quæst. CXCVIII.

SED nunquid laicus pōt sic possessionem suam ab alio detentam, & pignori ab eo acceptam retinere non computando fructus in sortē? Dicimus, ꝙ si accipiat de manu alterius, q̄ detentatoris dicūt aliqui, quòd etiam non licet, quia regulare est fructus computari in sortem extra de vsu. ca. 1. & c. quoniam, & ideo nihil extra regulam hanc capiendum est nisi de illo constet, & tamen non constat de isto casu, quia solum exprimitur de possessione ecclesię e. ti. c. 1. ergo non est extendendum ad possessiones laicorum contra laicos.

Dicendum, quòd etiam in rebus laicorum locum habet, cum detinetur iniuste res laici apud alium, quia potest eam pignori datam retinere non computatis fructibus, vt patet eodem titulo, capitul. primo, in glosa, & apparet, quia eadem ratio est, nam ille cuius non est possessio pignori sibi tradita, non habet causam

causam non computandi fructus in sortem, quia nō hēt ius ad fructus, ille vero cuius est possessio hēt ius ad fructus, iō pōt eos retinere, ēt facilius sic ad eū perueniet possessio. Cum autem obiicitur, ꝙ nō fuit expressum, nisi de ecclesia, dici potest vno modo, ꝙ hoc fuit, quia decretalis ēt quantum ad alios casus pertinebat ad solos clericos, ideo in hoc casu exemplificauit de possessione ecclesię, sed idem in aliis videtur. Secūdo, quia hoc esset si per modum priuilegii, vel in fauorem esset ecclesiæ, & tñ tenet de mero rigore, quia ideo necesse est computari fructus in sortem, quia si non computarentur reciperet mutuans aliquid vltra sortem, & hoc est vsura, sed cum quis possessionis suę sibi pignoratæ fructus recipit non computans in sortem non accipit vltra sortem, quia fructus sui sunt cū sint de re sua, ideo licitum est, & nihil est quare prohibeatur illos accipere, sed ita est respectu possessionum laicorum, ergo nō committit vsuram laicus nō computando fructus, & ita nulla causa est quare compellatur computare. Tertio, quia adhuc maius videtur esse in laico, vt ita fiat, quam in possessione ecclesiastica, quia extra de vsu. c. 1. fuerunt vetitæ vsuræ clericis, & non laicis, quia dare ad vsuram videbatur nō computare fructus pignoris in sortem, dixit quasi accipiendo hunc casum, ꝙ in possessione occupata ecclesiæ licebat non computare fructus, laicis autem secundum illam decretalem non solum non erat illicita non computatio fructuum, sed etiā vsuræ nō erant per illam illicitę, sed postea illis vetitæ fuerunt, vt patet extra de vsu. c. quoniam.

Quomodo intelligitur, ꝙ ecclesiæ possessio teneatur a laicis. Quæst. CXCIX.

SED quæretur quomodo intelligitur, ꝙ possessio ecclesiæ teneatur a laicis.

Dicendum, ꝙ potest intelligi, ꝙ licite teneatur, vel ꝙ detineatur iniuste. De primo sicut in feudo, nam cum infeudatio bonorum ecclesiasticorum rite facta a principio tenuerit, licite tenentur bona illa a feudatariis, quandiu seruant fidelitatem ecclesiæ præstitam, & impendunt seruitium debitum, & tamē quia infeudatio est quædam alienatio est odiosa omnis infeudatio, & ecclesia desiderat recuperare omnia infeudata, & ideo cum tenetur possessio infeudata a laico, & impignoratur ecclesiæ cuius est, potest illam tenere non computatis fructibus, extra de vsu. c. cōque stus, & sicut est de possessionibus, ita est de decimis, quas interdum tenent laici in feudum, vt extra de decim. c. tua, nam ecclesia cupit illas redimere, iō interdicit clericis aliarum ecclesiarum ne illas recipiant a laicis in pignus. eo. ti. c. interdicimus, & hoc vt cito peruenire possint ad illas ecclesias, quarū sunt. Alio modo potest intelligi, ꝙ illicite teneatur, sicut cū laici aliqua bona ecclesiæ inuaserunt, & tenēt illa. nam cum illa fuerint data pignori ipsi ecclesiæ non cōputat fructus, & hoc magis consonat literæ, extra de vsu. c. 1. s. nisi forte ecclesiæ beneficium fuerit, ꝙ redimendum hoc modo de manu laici videant, vocatur autem beneficium. i. possessio ad beneficium pertinens, quia beneficiū prout nominat titulum ecclesiasticum non cadit in laicum, & tamen si bona infeudata essent nō essent pertinentia ad beneficium alicuius clerici, ideo magis intelligitur de iniuste detentis.

Sed dicetur quomodo Ecclesia non accipit possessionem suam si a laicis detinetur? Vel cum datur in pignus quomodo ecclesia restituit illā postea laicis? quia potius vī quod deberet retinere, quod suū est.

Dicendum, ꝙ debet intelligi de bonis illis ecclesiarum, quæ cum aliquo colore a laicis tenent̄, licet non iniuste, sicut si quis ecclesiasticus prælatus sine cōsensu capituli sui, & sine vlla causa vtilitatis donauit, vēl vendidit aliquam possessionem ecclesię laico, ut extra de symon. c. querelam, nā tunc iniuste tenent possessionem illi apud quos est, & tamen alii nō possunt licite de facto inuadere talem possessionem, sed iudicialiter petunt, sicut eo. c. querelam. Eodem modo si quis dicat possessionem ecclesiæ ad se pertinere ex præscriptione, quia forte tam diu præscriptio cucurrit, ut ualeat contra ecclesiam, uel alios quoslibet ritu los coloratos, aut aliquales prætendat laicus, qui tamē non faciunt eum dominum rei, non potest ecclesia suo iure spoliare laicum possessione. sed iudicialiter contendere, & tamen quia scit certissime ad se, & nō ad laicum pertinere illam possessionem, potest licite retinere fructus nō computando in sortem, sed quia scandalum esset si nollet restituere pignus, quod ei data tum est, restituit data sorte. Quod autem iuste, & sine scandalo ecclesia facere potest facit. s. fructus retinere non computando. Etiam patet, quod dictum est, quia laicus dat in pignus possessionem illam ecclesię. nam si nullum titulum saltem coloratum ad eā prætenderet, sed solum eam detētaret non auderet eam dare in pignus, quia expresse uideretur eam ecclesiæ restituere. Etiam quia ecclesia nō acciperet in pignus, quia non accipitur res in pignus, nisi ab eo qui est dominus, aut habet̄ loco domini, siue a domino, sed ecclesia accipit, & a laico, ergo laicus reputat se ex hoc dominum, & ab aliis sic se reputari credit, cum ecclesiæ in pignus det, etiam ecclesia aliquo modo reputat illum, ut dñm cum ab alio in pignus accipiat. Si autem esset possessio nullo titulo habita, sed uiolenter inuasa, & de nouo, non acciperet eam ecclesia in pignus, neque competeret ei hoc ius contra laicum detentantem, sed aliud ius efficacius.

Tertius casus in quo licet recipere vsuras. Quæst. CC.

QVAERETVR de tertio casu. Dicendum, ꝙ vltra sortem licet accipere quādo gratis offertur ab eo qui mutuo accepit, & hoc licet qñ mutuans nō solum non pepigit sibi aliquid dari, sed etiam non petit post mutuationem, quia qui petit committit usuram licet ante mutuationem non intenderit aliquid accipere, ut dictum est supra 14. q. 3. c. plerique. Etiam qñ nihil cogitauit ante mutuationem, & ideo non sperabat aliquid sibi dari, nam tunc munus postea oblatū sine omni scrupulo suscipitur, ēt qñ a principio cogitauit aliquid recipere, & tñ illa cogitatio non fuit motiuum principale ad mutuandum, quia ēt si sciret nihil sibi dandum mutuaret, ut dictum est supra, secus autem quando ante mutuationem habuit spē accipiēdi, & istud fuit sibi præcipuum motiuum ad mutuandum, cum aliter non esset mutuaturus, quia tunc uere usurarius est, & tenetur ad restitutionē in foro conscientiæ, extra de usu. c. consuluit.

Quartus casus in quo licet vltra sortem recipere. s. in fideiussoribus. Quæst. CCI.

QVARTVS casus est in fideiussoribus, qui pro aliis intercedunt in debitis, nam debent seruari indemnes, & ideo omnia damna in quæ incidūt soluet debitor, & etiam accessiones, & vsuras, nā si necesse fuit fideiussori soluere usuras creditori pro debitore recipit illas a debitore, extra de fideiuss. cap. peruenit, & cap. constitutus, & ita soluit debitor ultra sortem receptam. Sic tenet Henric. extra de usur. cap. conquestus, sed an teneatur fideiussor ad usuras, uel

quando

quando disputat Hostien. extra de fide c. in summa, in §. ad quid fideiussor teneatur, & de hoc extra de vsu: c. conquestus in glosa.

Causa autem quare recipitur hic vltra saltem est, quia illud non habet rationem vsurę, sed interesse, quilibet enim bona fide agens debet seruari indemnis, & maxime, qui beneficiū præstitit, sed fideiussor beneficium præstitit debitori, ideo tenetur eum indemnem seruare, non solum de iure naturali, sed etiā de rigore iuris extra de fide c. peruenit, & c. constitutus, si ergo fideiussor soluit vsuras coactus a iudice, tenetur illas resarcire debitor, quia licet respectu debitoris sunt vsurę, respectu fideiussoris nō sunt vsurę, sed vitatio damni.

Quintus casus in quo licita est vsura scilicet in genero.
Quæst. CCII.

QVINTVS casus est in dote, vt si socer assignauit genero dotem, & non tradidit eam, & dedit interim possessionem aliquam pignori pro ea, nō tenetur gener computare fructus in sortem pro solutione dotis, sed retinebit pignus, fructus, & quousque dos sibi integra tradatur, & tunc possessionem restituet, sed fructus retinebit perceptos extra de vsu c. salubriter. Et hoc verum est, quando vir sustentat onera matrimonij, nam si nondum sustentat, vel sustentare cessauit, computabit in sortem, vel illos restituet, vt si socer promisit ad certum diem numerare genero dotem, & loco illius pignori fundum aliquem dedit, aut habet istum fundum ante consummationē matrimonij, & traductionem vxoris, aut post traductionem, aut mortua vxore. Si enim ante traductionem accipiat pignus computabit fructus in sortem, quia tunc non sustentat onera matrimonij, & ideo nō habet causam aliquam recipiendi fructus illos, & ita manebit dos integra licet vir computet fructus in sortē, quia illi fructus sunt adhuc generi cuius est fundus pignori datus, immo si detur dos, & tradatur viro ante copulam, idest antequam incipiat secum habere vxorem suam, & sustentare onera matrimonij omnes fructus medij tēporis accrescunt doti, & illa efficitur maior, quam constituta sit ff. de vsu. l. videamus, & extra de vsu. ca. salubriter in glo. & ibi quos fructus dotales acquirit vir, & quos nō. Si autem retineatur possessio in pignus, cum vir sustinet onera matrimonij, fructus dotis sunt eius pp sustentationem horum onerum, sed an omnes fructus habeat, vel aliquos nō patet e. c. salubriter in glo. nam fętus ancillarum dotalium non facit vir suos, & fructus lapidicinarum in quibus abscisi lapides non renascuntur, non facit vir suos, quia isti non tam fructus, quam partes rei sunt, in alijs regulariter vir facit illos suos dū sustinet onera matrimonij, & ideo fructus fundi dati in pignus pro dote numerāda nō cōputat in sortē. Si vero possessio in pignus manet apud generum mortua vxore non facit fructus suos, neque iam cōputat in sortem, quia iam non est recepturus dotem, quia non sustinet onera matrimonij, nec est aliquid ad quod suscipiat onera dotem, nisi forte dicatur, q̄ filij sunt superstites ex illo matrimonio, quibus velut successoribus matris cedit dos, & pater nomine eorum petit, & iō retinet pignus pro dote, & tñ etiā in isto casu iam cōputabit fructus in sortē, quia non sustentat onera matrimonii, immo, & si dos maneret apud virum nullis superstitibus filijs, & mortua vxore fructus eius non essent viri, sed soceri, a fortiori ergo ad non recipiēdos iam fructus pignoris tenebitur ad restituendum pignus, de his dicetur aliquid infra. Causa aūt quare non cogitur gener cōputare fructus pignoris in sortē dotis numerandę est, quia sustinet onera matrimonii, ad quæ datur sibi dos, cum aliàs cogeretur sustentare illa onera, & de fructibus dotis sustentantur, iō cū nondum socer numerauerit dotem, tenetur dare vnde sustententur onera matrimonij, & cum nondum det nisi pignus, cedunt fructus pignoris loco fructuum dotalium, & ita gener recipiendo dotem integram, & fructus pignoris nihil recipit vltra sortem, quia si medio tempore data esset dos accepisset fructus dotis. Cū autem socer adhuc pęnes se illam teneret, & fructus eius acciperet, accipiebat gener loco eorum fructus pignoris. Secunda rō erat in fauorem vxoris, s. vt maneat dos integra mulieri, nam si computarentur fructus in sortem, cum postea pignus redimeretur computatis fructibus, esset valde minor dos, & cōtingeret interdum totam dotem per fructus consumi, & ita manerent mulieres indotatę, quod est contra publicam vtilitatem. ff. sol. ma. l. prima. Et ratio ista procedit, quia postquā viro est tradita dos, & sustentat ipse onera matrimonij ad eum pertinent fructus dotis, & dos ad periculum eius pertinet, quia integra reddi debet soluto matrimonio, & ideo quantocunque tępore matrimonij duret mulier manet dotata, si autem socer non traderet dotem constitutam, sed pignus, & fructus illius computaret gener in sortem, quando postea dos traderetur esset minor, & vir non teneretur soluto matrimonio plus dare, quam receperat, & sic dos minor efficeretur, & contingeret totaliter cōsumi. Sed ista ratione existente, quam Hostiē. in sum. c. ti. §. an in aliquo casu ponit, quomodo excusabitur vsura? Dicendum vno mō, q̄ excusatur, quia hic non est mutuum, & prohibitio accipiendi aliquis vltra sortē est in mutuo, in quo solo de cōtractibus causatur vsura, vt Christus dixit Lucæ 6. ca. mutuum dantes, & nihil inde sperantes, & extr. c. consuluit, an traditione autem dotis non est contractus mutui, ideo potest recipi aliquid vltra sortem, & istam rationem ponit Hosti. vbi supra, & tangit eam glo. e. ti. c. conquestus dans rationem de alijs in quibus recipitur vltra sortem, & non est vsura, neque illicitum, vt ratione interesse, & morę, & in fideiussore, & alijs, dicit enim hæc non esse prohibita, quia vltra sortem accipere vetatur in contractu mutui, qui non est in his, ita ergo de dote. Alia ratio est, quia aliud est in mutuo, aliud in traditione dotis, & similibus, nam mutuum cōsistit in illis quorum vsus est ipsorum consumptio, ideo sibi non quęritur aliqua vtilitas, sed solus valor, vnde q̄ñ pro mutuo accipitur pignus non traditur, quasi pro fructibus mutui, quia res mutuata nullum fructum præter se habet, sed pro securitate mutuātis, ad hoc autem sufficit substantia rei cuius est valor, fructus aūt pignoris ad aliū vsum pertinent, iō qui posuit pignus pęnes mutuantem non potuit, vt illius fructus acciperet, sed vt tutus esset de soluenda sibi mutua pecunia, secus in dote, quia dos præmittitur, vt fructus inde proueniāt ad sustētationē onerū mātrimonij, iō cū pignus traditur, quod loco dotis succedit, necesse est, q̄ fructus pignoris cedāt loco fructuū dotis, vnde non cōputabūtur, neque tñ est vsura, quia nihil plus accipit, q̄ debeat. Sed dicēdum, q̄ licet prędictę duę cautę cōueniāt ad hoc, q̄ nō computentur in hoc casu fructus in sortē, in hoc casu tñ Papa in c. salubriter nō tetigit nisi primā, s. quia fructus dotis sunt ad sustinēda onera matrimonii, loco quorū succedūt fructus pignoris. Et patet primo, qa dī, non credimus generū ad cōputādū fructus pignoris in sortē cōpellēdū, & tñ si rōnē secūdā respiceret nō solum nō erat cōpellēdus gener, sed ēt nō licebat sibi computare fructus in sortem, & patet, quia si computent fructus in sortē minor reddet dos, & posset totaliter consumi,

consumi, & hoc est in damnum mulieris quæ maneret indotata, & in damnū reipublicæ cui expedit mulieres potatas esse. ff. solut. matr. l. 1. quibus non potest per virum prędiudicari: ideo non licebat viro consenti re vt computarentur fructus in sortem. & si consentiret nihil operaretur iste consensus, & tamen dicēdo non cogi generum innuitur, q̄ si ille vellet computare in sortem computaret: ideo nō respexit Papa illam causam: sed solum sustētationum onerum matrimonialium, quæ solius viri sunt.

Secūdo patet quia dī. eo. c. salubriter. cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. q. d. super hoc non computantur in sortem fructus pignoris, quia datur dos ad supportanda onera matrimonii, & ad ista onera frequenter nō sufficiunt fructus dotis: multominus ergo possent supportari si nulli fructus essent. igitur fructus pignoris qui loco dotalium fructuum succedunt, non computabuntur in sortem.

Quid si uelimus tenere q̄ liceat non computare fructus in sortem in fauorem dotis ne minuatur dos?
Quæst. CCIII.

SED quid dicetur si velimus tenere q̄ liceat non computare fructus in sortem in fauorem dotis ne minuatur? quia hic videtur iam q̄ possit uir computare in sortem, & ita minuetur dos vel consumetur penitus, quod est contra fauorē publicū.

Dici potest vno modo, q̄ hic innuitur istud esse in voluntate viri an vellet q̄ computarentur in sortē, eo q̄ de solius viri prędiudicio agebatur: nam ipse tenetur sustentare onera matrimonij & dotem vxoris solum seruare: ideo si nunc ipse computet fructus in sortem reddet postea dotem integram: licet socer non dederit integram: quia fructus istos apponet ad quantitatē dotis: & sic nullum prędiudicium, est mulieri sed viro qui dotem integram restituit soluto matrimonio: ideo in voluntate eius erat an fructus computarentur vel non.

Secundo & melius dici potest q̄ si socer dat fundū in pignus, & computat fructus in sortem dotis, non tenetur postea soluto matrimonio vir integram dotem reddere, sed tantum quātum peruenit ad eū nomine dotis. Et ratio huius est quia cōstitutio dotis a socero non fit in fauorem mulieris sed mariti: quia tenentur mariti alere vxores constante matrimonio, & nestra alant. i. nullo dato accipiūt dotes de quarū fructib. alant. si tamen vir non peteret dotem cum vxore, nulla fieret dotis constitutio, & ita acciperentur plurimę indotatæ, & si possent accipi indotatæ a fortiori possent accipi cum parua dote, eo q̄ totum hoc prędiudicium viri est. nam mulier nullam actionem habet aduersus patrē vt eā dotet. succedit quippe ei post mortem in bonis quia filia est: sed aduersus patrem viuentem nulla datur actio ei, vt illam dotet, neque tamē ex hoc aliquod ius deperit ei: quia quod non habet a viuente consequitur a decedente. sed actio vxoris pro dote est contra virum & hæredes uiri, & quoslibet alios: quia priusquam constituta & tradita est debet indemnis seruari: & ideo si vir constituta dote cum socero velit computare fructus pignoris in sortem, in voluntate viri, idest generi est, an computentur, vel non. quia in prædiudicio eius est, quòd parua dos detur vel magna, & non in prædiudicium mulieris. cum ipsa per hoc non impediatur a successione in bonis paternis pro parte, quæ alias sibi competit.

An mulier soluto matrimonio computabit fructus in sortem aliquarum possessionum sibi obligatarum loco dotis ab hæredibus mariti?
Quæst. CCIIII.

SED quid si soluto matrimonio hęredes mariti obligant aliquam possessionem mulieri in pignus loco dotis quam dare non possunt statim, an computabit illa fructus in sortem?

Dicēdum q̄ computare teneatur vt. ff. de solu. l. Titia. & ar. ff. quib. ex cau. in possess. ea. l. fulcinius. Est autem casus iste vt si vir accepit mulierem dotatā & constante matrimonio perit dos, decessit vir manēte muliere. illa repetat dotem, quam hæredes viri tenentur indēnem dare: sed forte non possunt dare quia perijt: dāt aliquam possessionem in pignus vsquequo illam vel eius æstimationem reddant. dico q̄ interim computabit illa fructus in sortem, & ita quādo reddita fuerit, dos erit minor.

Sed obijcietur, q̄ nō stet: quia sic perit uel minuit dos mulieris, & interdum cōsumi potest totaliter cōputando fructus in sortem: & hoc est cōtra vtilitatem publicam. ff. sol. mat. l. 1. Sed dicendum q̄ in casu prędicto computantur fructus in sortem: quia non sustētatur onus matrimonij. nam ista est cā quare non tenetur gener fructus computare in sortem. s. quia supportat onera matrimonij extra de vsu. c. salubriter: & tamen non supportat mulier onera matrimonij: ideo non pōt nō computare fructus in sortem. nā nūc matrimonium non est. Sed obijcietur q̄ tunc non seruatur priuilegium & fauor dotis, quia minuitur.

Dicendum q̄ dos semper est priuilegiata, si mulier velit q̄ seruetur sibi priuilegium eius, & tamē mulier fuit hic in culpa, quæ voluit accipere fundū aliquem in pignus. debuisset. n. recipere insolutū. tunc siue pro tota dote siue q̄ parte dotis daretur fundus nō minueretur dos: qa acciperet mulier fructus fundi non tanq̄ pignoris sed tanq̄ suos, & licet nō solueretur tota dos vsque post multum tempus, non minueretur aliquid de dote, & de hoc Host. ī sum. eo. tit. §. an aliquo casu.

Si possessio quam accepit gener in pignus maiores reditus faciat quam dos, an liceat ei nullos fructus computare in sortem? Quæst. CCV.

SED quæretur si possessio quam accepit gener in pignus maiores reditus faciat quā dos, an liceat ei nullos fructus cōputare in sortem, vel teneatur certam partem illorum computare?

Dicendū q̄ aut conuentū fuit aliquos deberi computari in sortē aut non, sed simpliciter data est in pignus. Si primo modo stabitur cōuentioni quia licita est. Et potest dupliciter fieri licite. V no modo q̄ dicatur q̄ accipiat certos fructus in cōputatione, reliquos aūt cōputet, & isti fructus sint determinati, siue quia putatur tot fructus sufficere ad onera matrimonij supportanda, siue quia tātū putatur dos redditura de fructib. Alio mō q̄ non expressa quātitate dicatur q̄ gener accipiat inde fructus sufficientes ad sustentationē onerū, reliquos vero cōputet in sortē. Tertio mō q̄ dicatur q̄ accipiat inde tātos fructus quātos dos reddere poterat, & reliquos cōputet in sortem. Si aūt nihil cōuētū est, sed simpliciter data est possessio in pignus dicūt aliqui q̄ nō accipiet oēs: sed solū eos q̄ sufficiūt ad sustentāda onera matrimonij: qa dos ad hoc datur: ideo fructus pignoris non poterunt ad aliū finē deseruire: & sic excrescentes dicunt cōputandos. Alij vero dicunt, q̄ solum accipiendi sunt tanti fructus quanti putabantur futuri fructus rei dotalis, cum hi loco fructuū dotis succedāt, & cæteri cōputentur in sortē.

Dicen-

Dicendum, ꝙ non ſtat, ſed quandocunque nihil conuentū eſt, ſed ſimpliciter data poſſeſſio in pignus non computat gener aliquos fructus in ſortem, etiam ſi ſint maiores fructus pignoris. Et ratio eſt. primo, quia fructus dotis ſunt ad ſuſtentanda onera matrimonij, & frequenter non ſufficiūt, licet ad hūc fineꝫ dentur, iō licet maiores ſint, ꝗ fructus dotis, licite accipientur, quia forte erunt neceſſarij ad ſuſtentationem onerum, & hoc colligitur extra de vſu.c. ſalubriter, cū redditur ibi cauſa quare non computantur fructus in ſortem, ſ. quia frequenter fructus dotis non ſufficiunt ad onera matrimonij ſupportāda. Secūdo, quia licet credaꝫ fructus pignoris maiores eſſe, ꝗ fructus dotis, poterat tñ accidere fructus dotis, ſiue iudicio diuino ſecūdū diſpoſitionē temporalē, ſiue ex induſtria generi effici ęquales fructibus pignoris, & iō pp hoc dubiū licitū eſt omnes accipi nullis computatis. Tertio, & præcipue, quia vr̄ ſocer hac intētione pignus tradidiſſe, nam fructus pignoris ſuccedūt loco fructuum dotalium, & tñ nihil determinauit, ergo videtur ſimpliciter omnes fructus pignoris loco fructuum dotalium conceſſiſſe, & ſic non poterit petere, ꝙ aliqui illorum cōputarent in ſortē. Et hoc vr̄ colligi ex intentione allegati c. ſalubriter, quia ibi nihil exprimitur de pignore magnorum, aut paucorū fructuū, ſed dicitur ſimpliciter, ꝙ non tenet gener ad computationem fructuum in ſortem, & ſic videtur innui, ꝙ de quolibet pignore intelligi voluerit, ſiue magnorū, ſiue paruorū redituum, nam ſocer debuit ſibi imputare ſi magnū pignus tradidit, & ſine conuentione aliqua de cōputando, & quia dubiū poterat eſſe de maioribus, fructibus pignoris, quam ſint dotis, videtur hoc dubiū tollere cū ait, ꝙ frequenter fructus dotis ad ſupportanda onera matrimonij non ſufficiant q.d. potuerunt accipi fructus pignoris, licet maioris ſint ad ſufficiēter illa ſupportanda. Non tenet aūt prima poſitio, ſ. ꝙ ſolū accipiet tot, quot ſufficiunt ad ſuſtētationē, & reliquos cōputabit. Primo, quia prędiudicatur in hoc viro, nam ſi dos ſit magna ita, ꝙ ſuperabūdet ad ſuſtentationē onerū matrimonij, lucratur eos vir, & non accreſcunt doti, cū ergo fructus huius pignoris cedāt loco dotaliū fructuū, licet ſuperabundet ad onera matrimonij non computabit eos vir, ſed lucrabitur. Secūdo, quia ſi vir teneret cōputare aliquos fructus huius pignoris in ſortē. hoc eſſet, quia ſuper, excedunt ad fructus dotis, qui per ſe debebant, & tñ Illi interdū, immo vt cōmuniter nō ſufficiūt ad onera ſupportāda, vt in allegato c. ſalubriter, ergo nō licebit viro accipere tātos fructus pignoris quāti ſufficiāt ad onera matrimonij, iō aut licebit viro omnes accipere nullos cōputādo, ēt ſi ſupercreſcāt ad onera, aut non accipiet ad ſufficiētiā ſupportādorū onerū, ſed iuxta quantitatē fructuū dotaliū. Secūda autem poſitio nō tenet. ſ. ꝙ non accipiātur niſi tanti fructus quanti putantur eſſe dotales, nam fructus nō ſunt determinati, cum tam iudicio Dei, ꝗ induſtria viri poſſunt eſſe fructus maiores, aut minores. Ideo pp hoc dubiū licebit nullos computare, quia dubiū tollit ſępe vſuram, vt extra de vſu c. in ciuitate, & ca. nauigauit.

An contractus de promiſſione dotis traditurę genero, & dum non tradit ſpondet ei certam pecuniæ quantitatem ſapiat vſuram, & an requirens minorem dotem ſi ſtatim ſoluatur, & maiorem ſi ſolutio differatur committat uſuram? Quæſt. C C V I.

QVAERETVR quid ſi ſocer conſtituit dotem promittendo ſe certa die illam traditurum genero, & interim pro ſuſtentandis oneribus matrimonij cōuēiū eſt inter eos, ꝙ dētur certi denarij, ꝙ libra, an ſit talis contractus licitus, vel ſapiat vſuram? Aliqui dicunt, ꝙ ſit licitus, & non ſapiat vſuram, & colligitur aliquo modo ex allegato c. ſalubriter, quia ibi datum eſt pignus pro dote, & recipiuntur fructus pignoris pro fructibus dotis, hic aūt nullū pignus daꝫ, iō videtur, quòd iſti denarij cedāt loco vſus dotis, & intereſſe, & ita non faciant contractum illicitum.

Sed dicendū, ꝙ Hoſti. & Io. An. in noue. ti. c. conqueſtus in textu, & glo. ſed iſte caſus non eſt de ibi expreſſis, iō illicita eſt pactio. Item non ſaluatur per id, quod dicit in ca. ſalubriter, quia ibi daꝫ poſſeſſio in pignus, & illius fructus percipit gener, & iō non videtur percipere vltra ſortē, quia fructus dotis perceptus erat, ſed iſti denarij dati pro libra non ſunt fructus dotis, neque poſſunt iudicari, vt fructus dotis, ſed aliquid extra dotem, iō eſt cōtractus vſurarius. Secūdo, & præcipue, quia fructus dotis ſunt incerti, & ſic etiā fructus pignoris, qui percipiuntur in c. ſalubriter ſunt incerti, cū poſſint nulli eſſe iudicio Dei per accidētia temporum, ſecus aūt de denarijs datis pro libra, quia ibi eſt certa penſio, vel emolumētū, & hoc facit apparere vſuram, nam vbi manet dubiū, vel periculū, tollitur aliquo modo vſura.

Eſt aūt caſus quæſtionis huius, ꝙ quis promiſit dotem ęſtimatam ad pecuniam, i. ꝙ daret centū libras, quas nō poterat ſtatim dare, iō petiuit diē certū in quo poſſet, & teneretur dare, vt forte p annū poſt cōſummatum matrimoniū, & traductā vxorē a viro, & pro illo anno ſuſtentationis onerum in quo nondum habet dotem, conuenit ſocer, ꝙ dabit genero pro qualibet libra duos denarios, ideſt ducentos denarios, quos non computet in ſortem dotis, & hoc dicunt eſſe vſuram.

Et hoc amplius videtur, quia iſte manifeſte addit ad ſortem, & recipit precium pro dilatione ſolutionis, quia dos ſoluenda erat ſtatim, & non ſoluitur, & dantur certi denarij pro libra, & cauſa videtur, ꝙ hic ſit vſura, quia ſi non eſſet vſura, oporteret, ꝙ reciperentur iſti denarij nomine intereſſe. Sed intereſſe petitur propter moram, quando iuſte petitur, & tamē hic nulla mora intercidit, cum ſit conſtituta dies in qua dos dari debeat, & ante diem nullus eſt in mora, ergo non poteſt peti, neque recipi aliquid pro illo tępore medio, & ſi recipitur eſt dare, ꝙ ſit pecunia data pro differenda ſolutione, & hoc ſemper pertinet ad vſuram, ideo talis contractus vſurarius.

Sic etiam dicendum, quantum ad id, quod dictum eſt ſupra, quia gener non computat fructus in ſortem de pignore dato loco dotis, quia hoc volunt doctores aliqui accipi quando non fuit dies ſtatura ad ſoluendā dotem, ſi ſimpliciter datum eſt pignus, & ſic intelligunt c. ſalubriter, vt pote, quòd ſocer diceret genero, ego dabo tibi dotem cum filia mea, & determinat eam, ſed dicit ego non poſſum dare nunc, ideo quandiu non do accipe ad ſuſtentationem onerum matrimonialium fructus pignoris, tunc dicunt, quòd licite accipit, & ſine vſura, quia cedunt loco fructuum dotis, ſi tamun conueniantur inter eos, ꝙ dabitur dos certa die, & pro tempore medio dantur fructus pignoris, vel non computat eos gener in ſortem, dicunt, quòd eſt vſura.

Conſiderandum circa hoc, quòd cum ſocer loco dotis dat pignus, aut dat antequam traducatur vxor, & ſupportentur onera matrimonij, aut tunc cū ſupportantur.

Si primo modo non licet genero non computare, ſed computabit in dotem, vel reddet illos ſocero: dico autem computabit ſi dos eſt æſtimata, & redacta in pecuniam, dico autem, quòd reſtituet fructus quā do dos non eſt ęſtimata ad pecuniam, ſed danda eſt certa

certa hereditas, vel fundus: Si autem datur pignus, quando vxor traducta eſt, aut ſtatuitur terminus in quo dos danda eſt, aut non. Si non ſtatuitur, aut conueniunt ſocer, & gener, quòd interim dum non poteſt dare dotem, loco fructuum dotalium accipiat gener fructus pignoris illius, aut nihil conueniunt, ſed ſolum dat poſſeſſionem aliquam in pignus, in iſto vltimo caſu manifeſtum eſt, quòd nullus timor vſurarum eſt non computando fructus in ſortem, quia non accipiuntur fructus ex pacto: etiam nō eſt aliqua expectatio temporis, quæ videatur hic vendi, nec accipit gener fructus pignoris, tanquam accreſcentes doti, quos ipſe lucretur, vel accreſcant doti, ſed accipit eos tanquam fructus rei dotalis, quia cum non ſit tēpus taxatum ad dandum dotem, ſtatim danda erat, & ideo recipiunter fructus pignoris loco fructuum dotalium. Et iſte videtur caſus in c. ſalubriter, nam ibi nōdum data dote ſupportabat gener onera matrimonij, & datum erat pignus pro cautione, quòd dos daretur, & data dote volebat ſocer, quòd gener computaret fructus perceptos in ſortem. Reſpondetur ibi, quòd non tenetur, & tamen ſi conueniſſet cum eo, quòd acciperet fructus medio tempore loco dotis non videtur, quòd peteret gener. Si autem conueniunt inter ſe, quòd quouſque accipiat dotem percipiat gener fructus pignoris, aut iſta expectatio temporis facit augeri dotem, aut non, ideſt quòd forte gener contentus eſſet minore dote ſi ſtatim daretur, & tamen, quia non ſtatim datur vult dari maiorem, aut etiam ſi ſtatim daret non eſſet contentus minore dote. Si primo modo videtur vēdere expectationem temporis, ideo videtur, quòd non debeat medio tempore percipere fructus temporis, & ſi perciperet, quòd computet, quia alias acciperet vltra ſortem, & videtur eſſe ibi modus vſurę, ſicut in eo, qui carius vēdit, vt expectet ſolutionem poſt tempus emptionis. Si autē non erat acceptурus dotem minorem etiam ſi ſtatim ſibi daretur, & detur pignus in cautionem, & etiam, vt de fructibus eius ſuſtentet gener onera matrimonij, non videtur vſura, quia fructus dotis erant ad iſtam ſuſtentationem, & dari debebant ſtatim cum cepit gener illa ſuſtinere, ſed non dedit ſocer, ideo in mora eſt, per hanc moram poteſt peti intereſſe, & iſti ſunt fructus pignoris, qui ſuccedunt loco fructuum dotalium. Si autem ſtatutum eſt tempus quando daretur dos, ſcilicet, quòd ſocer dixit genero, ego nō potero tibi tradere dotē vſque ad annum, aut fuit expreſſum, quòd interim reciperet fructus, vel aliquid aliud, aut non. Si nihil fuit expreſſum, quòd interim reciperet fructus, & datum eſt pignus, videtur, quòd non poſſit gener vſque poſt annum accipere fructus pignoris non computando. Secus autem poſt annum ſi nondum detur dos. De primo patet, quia videtur gener fuiſſe contentus, quòd daretur ei dos poſt annum, & quia quandiu matrimonium cōſtat tenetur vir alere vxorem, ſiue dotem habeat, ſiue non, videtur renunciaſſe iuri percipiendi aliquos fructus pro ſuſtētatione onerum temporis medij. Et ideo ſi nolit computare fructus pignoris in ſortem manifeſte recipit vltra ſortē, & tunc eſt vſura. Nam ipſe fuit in culpa, qui voluit accipere onus vxoris tempore medio quo non dabatur ei dos. De ſecūdo patet, quia ſi elapſo termino conſtituto non dederit ſocer dotem incipit eſſe in mora, & ideo debetur intereſſe, & recipiētur fructus pro intereſſe, i. ad ſuſtentandū onera, nam vſque ad terminum conſtitutum videtur vir voluiſſe renunciare iuri ſuo, vt non reciperet dotem, & tamen aleret vxorem, ideo non poteſt petere intereſſe, & computabit fructus, ſed elapſo termino, ideſt poſt conſtitutum diem nolunt ſine dote alere vxorem, ideo poſt diem illum pōt accipere licite fructus non computando in ſortem. Si autem fuit expreſſum, ꝙ vſque ad tempus quo dāda erat dos, perciperet gener fructus pignoris, aut erāt illi fructus certi, vtpote erat poſſeſſio data ad cenſum, vel ſimiles poſſeſſiones, in quibus ſine varietate euentuum erant certi reditus, aut erant incerti, ut ſunt fructus agrorum, & arborum, & uinearum.

Si primo mō uolunt doctores aliqui, ꝙ ſit uſura, eo, ꝙ iſtud eſt manifeſte maius lucrum, ꝗ fructus dotis, quia fructus illius ſunt incerti, & iſti ſunt certi, & propter hoc uidebatur eſſe uſura, quando promiſit ſocer certos denarios pro qualibet libra dotis, ut dictum eſt ſupra. Et iō uolunt, ꝙ teneatur computare fructus in ſortem dotis. Si autem non fuerunt certi fructus, ut in ſecundo mō, dicunt, ꝙ non uidetur eſſe uſura, quia non poſcit hoc gener tanquam lucrum, ſed tanquam intereſſe q.d. ego non poſſum ſuſtentare onera matrimonij, quia non das mihi dotem, ideo da aliquid aliud unde ſuſtentem dotem, & tunc ſocer det fructus pignoris in locum fructuum dotaliū medij temporis, non eſt uſura.

Sed in hoc cōſiderādū eſt, ſicut ſupra dicebatur, an gener contentus eſſet minore dote ſi ſtatim daretur, & quia differtur traditio accipit maiorem, nam tunc cum propter dilationem traditionis accipiat maiorē, non debet gaudere fructibus pignoris medio tempore, cum hoc modo lucrum reciperet, ſecus autem ſi non fuit tradita uſque poſt terminum conſtitutum, nam tunc etiam ſi maiorem dotem recepturus erat propter dilationem elapſo termino poteſt percipere fructus pignoris non cōputando illos in ſortē, cū pp moram competat ei hoc. Conſiderādū autē, ꝙ in hoc differt traditio dotis a traditione pecunię pro re uendita, nam regulariter, qui carius uendit, quia precium tarde recepturus eſt, ꝗ ſi ſtatim reciperet uſurarius eſt extra, de uſu c. in ciuitate, & c. nauiganti, & iñ ſiquis acciperet nunc uxorem data ſibi ſtatim dote centum librarum, & ſi detur poſt annum non uult accipere niſi dotem centum, & uiginti librarum non eſt uſurarius.

Cauſa differentię eſt, quia precia rerum non ſunt ex ſingulorū opinionibus, ſed ex communi æſtimatione ſecundum loca, & tempora, abundantiā, aut raritatem, & alias circunſtantias, & iō dicitur aliquis uēdere carius, aut uilius, ſ. quia menſura quędam eſt precij rerum ex communi ęſtimatione, ſi ergo quis accipiens ſtatim precium dat rem proiuſta æſtimatione eſt licita venditio. Si autem, quia expectat preciū poſt tempora dat carius vſura eſt, quia venditur expectatio temporis, & vſus pecuniæ interim. Secus autē eſt de dote, quia conſtitutio dotis pro quolibet homine nō eſt ſecundum aliquam menſuram a iure datam, vel a communi hominum opinione, ſed ſecundum voluntatem cuiuslibet accipientis vxorem. Et ideo ſi contentus ſit nunc dote centum librarum ſtatim tradenda, & nolit vſque ad annum dilata traditione accipere dotem niſi centū, & quinquaginta librarum, nō eſt vſura, neque aliquid iniuſtum.

Secunda cauſa eſt, quia dato, quòd dotes pro ſingulis hominibus eſſent taxatę, poteſt creſcere dos, propter dilationem traditionis ſine uſura, non autem precium rei uenditę. Ratio eſt, quia precium rei uenditę nullum vſum habet, quia eſt pecunia, & eſt translata in emptorem, quia eo tempore quo expectamus differentes ſolutionem eſt, quaſi mutuauerimus illam pecuniam, ſed pecuniam mutuata translata eſt in accipientem, ideo pro uſu eius non poteſt aliquid accipere mutuans. Secus autem de dote, quia uir quandiu habet uxorem tenetur eam alere, & hoc fit de fructibus dotis, quia propter hoc conſtituuntur

dotes

dotes, si autem accipiat vir statim dotem alit vxorē de fructibus dotis. Si autem non accipiat statim, tenetur ipse de proprijs alere vxorem, ideo pro hoc, onere quod ipse supportat potest petere maiorem dotem si differatur solutio dotis.

Sextus casus in quo recipitur licite vltra sortem sine vsura. Quæst. CCVII.

SEXTVS casus est in quo recipitur licite vltra sortem scilicet in pacto legis commissorię, quæ lex habetur C. de pac.inter emp. & vnde l.cōmissorię,vt siquis vendat alteri agrum pro mille,& fiat pactum, ꝙ quandocunque dederit venditor preciū illud possit recuperare rem,& hoc, siue ipse,siue hęredes sui,siue in perpetuum, siue vsque ad certū tempus, quia in hoc non differt, nā hic emptor recipit vltra sortem sine vsura,ſ. quia recipit fructus medij temporis, & non cōputat eos in sortē, cū recipiat integrum preciū. Causa huius est, quia iste erat verus dominus, & bona fide possidebat, & non erat certus, ꝙ aliquando peteretur ab eo hęreditas,i. ager iste, iō faciebat fructus suos, & sic non tenetur computare, quod iam suum effectum est, maxime cum hoc non in fauorem eius, sed venditoris introductum fuerit.

Sed istud verum est dum tñ non sit ibi fraus vsurarum, quia quandocunque in contractu incidit fraus vsurarum, & intentio earum, licet non sit vsurarius ex forma,illicitus est, & dicitur aliquid fieri in fraudē vsurarum,qñ aliqui sunt, qui non audent expresse dare ad vsuram, & volunt per fraudem aliquid acquirere modo vsurarum,vt siquis diceret alteri,ꝙ mutuaret ei centum,& ille nollet gratis dare, & ideo,vt aliquid posset lucrari diceret iste vsurarius petenti, vende mihi agrū tuū pro cētū adiecta conditione, vt quādocūque dederis mihi centū rehabeas agrū,interim aūt iste vsurarius habet fructus,quasi verus dominus, & istos lucratur,& sic est fraus vsurarum hic, quia quod non poterat habere vno modo habet alio,& ideo hic computandi sunt fructus in sortem, quia non potuit iste efficere illos suos, quia non fuit effectus verus dominus,neque fuit vera venditio,sed in fraudem vsurarū.

Qualiter præsumetur, quòd contractus sit in fraudem vsurarum,vel pure. Quæst. CCVIII.

SED qualiter presumetur,ꝙ fit in fraudem vsurarum,vel pure?

Dicendum, ꝙ primo, & maxime apparet ex constitutione pretij, nam si venditio agri fiat pro iusto valore, forte nollet postea venditor rehabere,& ita vsurarius nihil lucraretur,sed ad hoc,ꝙ lucretur oportet,ꝙ venditor possit rehabere agrum, vt aūt velit rehabere oportet,ꝙ pro minori precio sit ager venditus q̄ sit eius verus valor,& tunc cū venditor redemerit illum lucrabitur vsurarius fructus medij temporis, vbicunque est, ergo precium iniustum constitutum est signum, quod fuit talis contractus factus in fraudem vsurarum. Ad hūc modū pertinent, ꝙ multi facere solent cum mutuant certam pecuniam alijs sub pignore, dicentes si istud pignus vsque ad talem diem redempt̄um, vel liberatum non fuerit, maneat venditum pro hoc precio, nam si sit pecunia illa minori iusto valore est vsura, si autem sit iustum precium valet contractus, alias autem non tenet contractus, sed rescinderetur, vel cogetur ad suppletionem iusti precij ipse mutuator.

Secundum signum est, quando plus ponitur in contractu,quam recipit vēdens,ut si apponatur,quòd quandocunque voluerit redimere agrum reddat centum,& triginta, quæ cōfitetur se recipere,& in veritate solum recepit centum, nam quādo istud constaret est magis manifestum signum fraudis vsurarię.

Tertium est, quando emptor huiusmodi consueuit accipere vsuras, quia tunc, quicunque tales contractus pręsumentur in fraudem vsurarum facti,cum ipsi de se aliquam pręsumptionem ostendant, scilicet, quia potest redimi res vendita, quando voluerit uēditor, uel usque ad certum tempus, quia non prę-sumetur, quòd hanc libertatem concederet uenditori emptor, nisi aliquod lucrum inde perciperet emptor.

An similiter fieri licet circa emptorem, scilicet si restituat venditori possessionem retinendo fructus, an computabuntur fructus in sortem. Quæst. CCIX.

QVAERETVR an similiter fieri licet circa emptorem,scilicet quòd emat possessionē aliquam,& quòd fiat pactum, quòd quandocunque uoluerit restituere, quòd restituat,& uenditor teneatur ei reddere pecuniam, & sic fiat an computabuntur fructus in sortem?

Dicendum quòd magis stat pactum ex oppositio in fauorem venditoris. Primo, quia venditores interdū propter inopiam vendunt, & postea volunt recuperare rem suam, & tunc nemo fraudatur, nam venditor non lędit̄ur si redimat, quia cum non teneatur redimere non redimeret nisi putaret sibi esse lucrum,emptor quoque nō fraudatur,quia si redimatur possessio efficiuntur fructus percepit sui, & hos lucratur cum restituatur sibi integra pecunia.Et si dicatur,quòd fecerat meliorationes in agro, & quod illas perdit, & fraudatur?

Dicendum,quòd lędit̄ur,sed nō fraudatur, immo neque proprie lędit̄ur, sed ipse seipsum lędit, sciebat enim, quòd res poterat redimi quandocunque vellet venditor,sibi ergo ipsi imputet, qui in re aliena hoc fecit, neque tenetur alius ad meliorationes, quia iste fecit eas, sicut in re propria, vnde, sicut percipit fructus medij temporis tanquam verus dominus, ita & meliorationes fecit, vt in re sua, ideo sicut non cōputat fructus in sortem, ita neque meliorationes; si autem conuenireturꝝ quòd meliorationes solueret redemptor possessionis,& tamen fructus medij temporis non computaret emptor in sortem, esset contractus vsurarius.

In contractu autem e contrario,idest quòd emptor quandocunque voluerit reddat rem emptam, & recipiat precium lædit̄ur emptor, quia emptor nunquā redderet agrum,aut rem aliam nisi putaret minus valere,aut culpa sua esset deteriorata, ideo claudicat ex parte venditoris, qui lędit̄ur, nisi forte apponeretur, quòd emptor restituens agrum daret aliquid insuper venditori, vel carius emittet a principio, vt venditor hoc sibi concederet, & tunc haberet aliquam speciē vsurę, si autem gratis venditor hoc concessit est inæqualis contractus,sed non est vsurarius, quia non exigitur hic aliquid, neque datur in modum vsurę. Sed si tūc emptor restituat agrum domino, videtur quòd fructus non retineat in sortem. Et ratio est, quia hic non est,sicut in præcedenti casu,nam hic in potestate emptoris est reddere agrum, & recuperare pecuniā quandocunque voluerit, & ideo certum est, quòd nunquam volet, nisi quando putauerit sibi vtile esse, & in alio casu ecōtrario, quia in potestate venditoris est redimere agrum,& non emptoris. Et sic redimet forte, qñ emptor fecerit meliorationes, sicut ergo iustū erat in casu illo fructus nō cōputari in sortē, quia venditor

venditor prosequitur vtilitatem suam,& forte lucratur meliorationes alterius, ita in hoc casu iustum est emptorem non retinere fructus, sed restituere illos venditori,quia ipse prosequ tur vtilitatem suam, & tunc forte restituit agrum, quando deterioratus est, & cogitur talem recipere venditor.vnde iste casus rarus est,& non habet fraudem vsurarum aperte, sicut casus præcedens quantū ad illa duo signa,prima quæ dicta sunt præcedenti quæst. & de his extra. de empt. & vend.c.ad nostram.de pigno.ca.illo vos.

Septimus casus in quo accipitur aliquid vltra sortem sine vsura ſ. quando datur ad pompam. Et de conditionibus locationis, & contractus mutui. Et quando in his liceat aliquid accipere. Quæst. CCX.

SEPTIMVS casus est in quo recipitur licite aliqd vltra sortem quando pecunia datur ad pompam, vt siquis non habens pecuniam velit diues apparere, & accipiat ab alio multos denarios auri, & argenti restituet illos functo officio quo secum illis diuitem ostentauit,& insuper aliquid, & non est illud vsura. vt ff.commodati.l.3 §. penulti.Causa autem quare licet hic recipere vltra sortem est,quia hic non est contractus mutui,sed locationis.in locatione enim datur vsus rei pro precio,& restituitur res cum precio. ita ergo hic.

Sed sciendum, ꝙ ad locationem multa requirun- C tur.Vnum est ꝙ res habeat vsum qui non sit eius consumptio.Secundum ꝙ non transeat in conductorem quantum ad dominium, sed restituatur eadem. Tertium, quòd periculum rei locatæ est penes locatorē.

In contractu mutui est ex opposito. Primo, quòd res mutuata quātum ad id in quo est materia mutui non habet vsum, nisi in quo cōsumitur sicut vinum, panis. Secundum est, quòd transit dominium eius in eum cui mutuatur,& non redit in mutuantem. Tertium est,quòd periculum eius est accipientis, & non mutuantis:& propter hæc in contractu locationis ac cipitur aliquid pro locatione. in mutuo autem nihil D accipitur pro vsu rei mutuatæ.

De pecunia autem dicendum nunc, quòd quantū ad hunc actum est ipsa materia locationis,& nō mutationis,licet regulariter sit materia mutuationis,& ideo licite pro vsu eius datur nunc aliquid,& restitui tur ipsa.De primo patet,quia ostentare aliquem diuitem est vsus pecuniæ. nam cum illa quis ostendet se diuitem licet non sit, & iste vsus est distinctus a substantia rei,& non est consumptio pecuniæ,quia ostentando diuitem non perit pecunia, neque distrahitur ad alterum,sicut fit in mutuatione.De secundo patet quia nunc cum pecunia non detur accipiēti ad hoc, quod expēdat eam,sed vt cum illa appareat diues, retinere potest illam,& restituere eandem: immo tenetur eandem restituere ex conditione locationis,& sic non transiuit in dominium eius cui locata est,sed manet penes locatorem dominium.Cum vero ipsa mutuatur transit ad accipientem dominium, & nō restituitur eadem,sed alia æquiualens, immo neque regulariter potest eadem restitui, cum accipiatur ad hoc, quòd per vsum distrahatur.De tertio patet quia in locato pertiner periculum ad locatorem, vt si locauit quis domum,& illa incendio perierit, aut fures irruerint sine culpa conductoris,non soluit damnum locatori conductor, eo quòd pro vsu pecuniam dabat, & dominium penes locatorē manebat.ita ergo nunc siquis pecuniam alteri ad pompam dederit & recipit pro ea aliquid periculo domini stat pecunia, & non eius cui data. Vnde si illo cui data est tenente eam in domo sua in loco secuto domus tota incendio perierit,quod est sine culpa ipsius,perit pecunia dāti eam, & non potest repeti ab eo qui illam acceperat, secus autem si mutuatam acceperat, quia etiam si casu, & sine culpa ipsius perierit tenebitur ipse eam restituere,quia sua effecta erat,& periculo eius stabat,& ideo si dans pecuniam ad pompam voluerit, quòd stet periculo accipientis, & pro vsu aliquid acceperit vsura est,quia si stat periculo accipiētis mutuum fit, & pro mutuo nō accipitur vltra sortem. De pecunia autem videtur esse speciale,quòd locari possit,cum proprius vsus eius sit mutuum fieri, vel dari in precium pro alijs rebus.nam de vasis aureis, & argenteis planū est, B quòd tam ad pompam quam ad alios vsus locari possunt,& recipietur inde pecunia.

Octauus casus in quo non committitur vsura recipiendo vltra sortem scilicet quando recipit quis plus in pœnam. Quæst. CCXI.

OCTAVVS casus est,quādo recipit quis plus sorte in pœna,vt si apponatur pœna in cōtractu non soluenti mutuum, vel aliquod debitum in termino,& non soluat debitor potest ab eo exigi prædicta pœna,siue sit pœna conuētionalis,qualis est pœna contractus, de qua inter partes conuenit,siue sit pœna iudicialis,vt dictum est supra.

Sed cauēdum est ne sit in fraudem vsurarum,idest quia quidam nolentes mutuare sine lucro,& non audentes exigere manifeste vsuram,apponūt pœnas in contractibus,vt debitores faciliter incidant in illas,& exigant eas. & sic lucrentur de mutuo. si autem apposita fuerit in fraudem vsurarum nō tenet pœna apposita,& non potest recipi, immo etiam si non detegatur apud iudicem fraus vsuræ, peccabit mutuator exigendo pœnam,in quam incidit debitor cum esset posita in fraudem vsurarum.

Signa autem ad cognoscendum sunt hæc,vt si ponitur dura conditio contractus, vel cauillosa ita quòd D quasi necesse sit debitori incidere in pœnam. Nam hinc arguitur non ad timorem positam esse, sed ad auaritiam. Secundum est si is qui pœnam apposuit solebat vsuras exercere,vel contractus vsurarios facere. nam ex præteritis arguuntur præsentia, & futura, extra de præsump.c.ex studijs.

Sciendum etiam ꝙ pœna licet habeat auctoritatē a iure,vt exigi possit,tamen quando exigitur petit̄, vt interesse ad hoc,quòd euitentur vsuræ;& satis erat, ꝙ pœna accipitur vltra sortem, eo ꝙ nō petitur pro vsu rei, idest pecuniæ, sed quia non compleuit debitor in termino quod promisit, & tamen vt omnino iustam causam habeat,accipit eam ex nomine interesse,& illud prouenit ex mora.nam cōstitutus est debitori terminus ad soluendum,si autem in illo nō soluat est in E mora,& propter moram secundum leges ciuiles debentur vsuræ,& ideo recte petitur pœna, non tāquam superabundantia,sed interesse propter moram.

Nonus casus in quo potest accipi aliquid vltra sortem sine vsura,ſ. in arrendatione. Quæst. CCXII.

NONVS casus est, quando venduntur fructus ad tempus,quas venditiones vocamus arrendationes,licet ibi vltra sortem, idest vltra id quod dat percipiat emptor de fructibus,nō tenetur aliquid restituere ei a quo emit.

Causa huius est una,ut quidā ponūt,ꝙ emptor apponit opas suas in colligēdo fructus illos, iō pro opibus suis,& solicitudine iustum est, ꝙ aliquid recipiat

vltra id quod dat, simile extra de rebus eccl. non alie. ca. ad nostram. Sed dicendum, q̄ non est ista causa, qa tunc pro laboribus daretur semper emptori ad vltra valorem fructuum, & tamen interdum emptor perdit, quia minor est valor fructuum quam id quod pro eis datur, ideo non facit iste respectus contractum licitum. Causa ergo vna est dubium. nam quando quis arrendat fructus ante tempus collectionis eorum est incertitudo de valore eorum, ideo propter dubium est contractus licitus. extra de vsu. cap. in ciuitate, & c. nauiganti: maxime quia emptor fructuum subijcit se omni periculo, vt si a cælo, vel terra, vel quolibet casu pereant, quòd periculo eius pereant. Et quia istud dubium semper manet, est iustus contractus.

Alio modo adhuc dici potest, quòd iste vendēs fructus, aut recipit statim solutionem eorum, vel ſm cōsuetudinem colligit, & soluit ad duos, vel tres terminos, aut vltra istos terminos consuetudinarios expectat solutionem, si expectat, aut recipit pluſquam esset recepturus si fieret solutio statim, vel secundū cōsuetudinem aut non, si recipit plus videtur vendere temporis dilationem, & tunc est vsura. si autem non recipit plus, non solum nō est vsura, sed præstatur gratia. Si autem statim recipit venditor precium pro fructibus, vel secundum consuetudinem. dicendum q̄ etiam si manifeste constet, quòd fructus plus valent, & venditor velit super se suscipere pericula fructuum colligendorum, adhuc non est vsura, sed est gratuita donatio. nam sicut potest quis dare rem suam libere nullo precio recepto, quod donare est, ita pòtest pro paruo precio eam vendere, quia cum nō ignoret precium rei suæ donare videtur quicquid est vltra valorem quem accipit, & causa est, quia in contractu venditionis non est vsura, sed in solo contractu mutui, vt ostensum est supra. Si autem in venditione dicamus interdum esse vsuram, non est nisi, quia in illa latet qdam modus mutui ficti, & ex illo potest accidere vsura, ſ. præuentio in soluendo ad augendum illud, & quia in venditione rerum, quando datur statim precium nō interuenit anticipatio, neque dilatio, nō accidit regulariter vsura, licet possit esse contractus iniustus, vel aliæ fraudes ex conditionibus appositis contractui.

Decimus casus in quo licite aliquid sumi potest vltra sortem, scilicet, quando mutuator ratione mutui subit laborem.

Quæst. CCXIII.

QVAERETVR casus est si mutuator ratione mutui subijt laborem, quia ratione laboris potest recipere vltra sortem. Est autem casus, quis erat debitor vni, vel multis ad certam summam, vel multas, & non habēs vnde solueret in pecunia petiuit ab aliquo vt totum illud debitum vel debita solueret, & liberaret eum a creditoribus, & pro hoc obligauit ei agrū quem tradidit ei pignori. ad soluēdum autem illa debita oportuit forte, q̄ mutuator mitteret ad multa loca vbi erant creditores, & sic subijt expensas multas, & laborem, & solicitudinem, vt liberaret debitorem à debitis. poterit ergo iste recipere fructus agri nō cōputādo in sortem mutuatæ pecuniæ, vel aliquid aliud pro labore, & solicitudine in liberando debitorem a debitis. Causa excusans vsurarium ſñ est, quia iste nō accipit hic vltra sortem pro vsu pecuniæ, sed pro operibus suis, quas quilibet locare potest, & ideo cum iste nolit sine precio laborasse, accipit fructꝰ agri interim, vel aliquid aliud pro laboribus, & solicitudine, & expensis, quas fecit mittendo ad loca in quibus erāt creditores. habetur autem simile extra de rebus eccl. nō alien. c. ad nostram. vbi Ecclesia quædam nimia paupertate grauata, & debitis infeudauit villam quādam cuidam laico tali conditione, q̄ idem laicus octoginta libras solueret, pro quibus prædicta villa alteri erat pignori obligata. monachi Ecclesiæ cōquesti sunt postea grauari Ecclesiam: mandatur cōstito de enormi dispendio, restitui villam Ecclesiæ annullando infeudationem, ita tamen q̄ monachi soluant prædicto laico laico, cui data erat ī feudum omnia quæ exposuit in liberando prædictam villam, & pro labore, & solicitudine quam habuit accipiat fructus medij temporis. ita ergo & circa similia, in quibus mutuator apponit operas suas in liberādo debitorem a creditoribus.

Aliqui tamen dicunt illud. c. ad nostram, procedere de voluntate Papæ in fauorem Ecclesiæ, vt facilius posset villa Ecclesiæ recuperari, quia forte hoc non facto laicus non posset faciliter induci ad dimittēdum rem Ecclesiæ. Alij dicūt, q̄ de rigore iuris etiam teneret, ſ. quia laicus accepit prædictam villam in feudum, & erat domus vtilis ipsius feudi, ideo poterat bona fide percipere fructus illius medio tempore quousque reuocetur infeudatio, sicut in pacto legis commissoriæ fit, vt dictum est supra. ſ. quia recipit fructus medij temporis qui restituit agrum, eo q̄ fuit dominus medio tempore. Sed dicendum q̄ etiam si hoc staret, vt gl. ibi tangit, tamen Papa non allegat istam causam, sed solum q̄ fructus percepti sufficere debeant ei pro labore, & hoc facit ad propositum, q̄ mutuator pro labore quem impēdit possit percipere fructus pignoris dati.

Vndecimus casus in quo licite vsuræ accipiuntur. scilicet quantum ad illum, cui volumus iure nocere.

Quæst. CCXIIII.

VNDECIMVS casus est quantum ad illū cui volumus iure nocere, scilicet, q̄ ab illo possumus extorquere vsuras, vt ait Ambrosius & 14. quæstio. 4. capit. ab illo.

Sed circa hoc aliqui dicūt, quòd a nullo possumus exigere vsuram, quia nulli possumus desiderare nocere, vt dicatur ab illo possumus exigere vsuram cui possumus velle de iure nocere, sed nullus talis est. ergo a nullo petendæ sunt vsuræ. sic exponit Ioan. 14. q. 4. ca. ab illo. & Host. & multi post eos.

Sed iste sensus nō stat, quia iste est vnus de casibus in quo ponitur licitum esse recipere vltra sortem.

Secundo quia aliquis est, cui possumus iuste velle nocere, sicut sunt hostes reipublicæ q̄ denunciati sunt hostes. nam desideramus eos occicere, & licite occidimus, ideo a fortiori poterimꝰ ab eis vsuras exigere.

Tertio quia nihil est, quòd contra tales non liceat, scilicet occidere, bona auferre, & insidias eis ponere. 23. quæst. 2. dominus. & 23. q. 7. primo & secundo. sed vsura tollit partem bonorum: poterimus ergo vsuras accipere ab hostibus, a quibus possumus omnia bona auferre.

Quarto quia manifeste hoc vult Ambrosius in allegato capit. ab illo. nam si negatiue intelligeret, ideſt quòd a nullo exigendę essent, frustra ponerentur omnia verba quæ ibi ponuntur, neque potest vllo modo litera illa tolerare hunc sensum. Nam dicitur ab illo exige vsuram, cui nocere merito desideras, sed certū est, quòd alicui desideramus iuste nocere. ſ. hosti publico. ergo ab illo possumus exigere vsuras.

Item dicitur cui iure inferuntur arma huic iure auferuntur vsuræ. Sed aliquis est contra quem iuste arma mouemus, ideſt contra hostes publicos. ergo ab illis exigimus iuste vsuras. Et apparet quia dicitur amplius, quem bello vincere non potes, ab hoc vsuram exige, quem non sit crimen occidere, & tamen omnia hæc competunt hosti publico. ergo ab illo, licet exigere vsuram. Causa autē quare liceat hic accipere vltra sortem est, quia illud quod amplius exigitur non exigitur ratione contractus, sed quia ēt alias sine vllo contractu poteramus accipere, cum & liceret illum occidere, & omnia diripere. Sed hoc modo accipimus, quia iste est facilior nobis, & illis nociuus. sic dicitur in alleg. c. ab illo. ab hoc vsuram exige quem nō sit crimen occidere, sine ferro dimicat qui vsuras flagitat, sine gladio se vlciscitur qui est vsurarius exactor inimici. ergo vbi est ius belli ibi est ius vsuræ, & quia quando sub colore contractus accipimus supra sortem, videtur esse vsura, tamen non est vsura, qa non accipimus propter contractum, sed quia ille hostis est, & possemus omnia licite accipere.

An possimus vsuras a Iudæis, & Sarracenis exigere, quia sunt hostes fidei. Vel econtra illi a nobis occasione suæ legis Moysi.

Quæst. CCXV.

QVAERETVR an possumus hoc modo vsuras a Iudæis, & Sarracenis exigere, quia sunt hostes fidei. Dicendum q̄ Iudæi putant licitum esse sibi accipere vsuras a nobis, quia dicitur Deuter. 23. ca. non fēneraberis fratri tuo pecuniam ad vsuram, sed alieno, & nos alienos putant. ita & putant aliqui, q̄ non licet nobis fœnerari fratribus nostris qui sunt Christiani, sed Iudæis & aliis infidelibus, quia non sunt fratres, liceat fenerari ad vsuram.

Dicendum est, q̄ non licet nobis dare Iudæis ad vsuram. Et ratio est, quia nō licet nobis iure illis nocere, ergo neque vsuras exigere. nam in allegato cap. ab illo. dicit de illis quibus iuste arma mouemus, & quos possumus iuste occidere, & tamen non mouemus iuste arma contra Iudæos, quia non sunt hostes, sed manentes nobiscum in pace sub vmbra nostra, & nominis Christi, licet ipsum nō colant, ideo non possumus ab eis accipere vsuram.

Secundo quia in eodem capitulo ab illo datur vsura contra eos quos bello non possumus superare, vt eos vsuris eneruemus debilitando in facultatibus, qa sine ferro dimicat qui vsuras efflagitat, & sine ferro se vlciscitur qui est vsurarius exactor inimici, & tamē Iudæos de facto opprimere possumus, qa pauci sunt, & inter nos manent. ergo nō competit aduersus eos remedium vsurarum.

De Sarracenis dicendum, q̄ aut inter nos, & subditi nobis viuunt, sicut Iudæi, aut in regionibus suis. Si primo modo idem est dicendum, quod de Iudæis. Si autem secundo modo, aut sunt denunciati hostes publici, aut non: si sunt hostes licet exigere vsuras, sicut licet occidere eos, si non sunt denunciati hostes non licet petere vsuras, quia nulla alia dāna inferre licet.

Cum autem dicitur de Iudæis dicendum, quòd falsum putant: non enim licet eis petere vsuras a nobis, vt ostensum fuit supra. nam licebat eis quandiu lex illa durabat dare ad vsuram alienis, sed iam cessauit lex illa, & vetitę sunt vsurę simpliciter, ideo non licet prę textu illius vsuras recipere.

Cum autem dicebatur, q̄ nobis eodem modo licet dare ad vsuram Iudæis, quia alieni sunt a nobis. Dicendum q̄ non stat propter duo. Primo quia iam cessauit illa lex, ideo neque illis, neque alicui licet vigore illius legis accipere vsuras. Secundo, & principaliter, quia etiam durante illa lege non liceret nobis dare ad vsuram prætextu illius, quia illa lex solis Iudæis data erat, ideo non arctabat alios, neque absoluebat.

Alij autem vt iuristæ quidam dicunt, ſ. Hostiensin summa tit. de vsu. §. an aliquo casu, & alij post eum, q̄ Iudæi male opinantur posse nobis dare ad vsuram, qa

A Deuter. 28. c. dicitur aduena fenerabitur tibi, & tu nō fœneraberis ei. ergo non licebat Iudæis dare ad vsurā extraneis.

Dicendum q̄ ista probatio procedit ex errore, quia inde nihil de vsuris probat, eo q̄ fœnerari non est dare ad vsuram, sed solum mutuare, & patet quia Deut. 23. ca. dicitur non fœneraberis fratri tuo ad vsuram, & tamen si fœnerari signaret dare ad vsuram, non adiū geretur ibi ad vsuram. ergo signat solū dare, & sic patet, quia Deut. 28. c. dicitur fœneraberis gentibus multis, ideſt mutuabis, & sic etiam eod. cap. aduena fœnerabitur tibi, & tu non fœneraberis ei, ideſt ille mutuabit tibi, & tu non ei, & tamen si signaret dare ad vsurā esset contrarium ad id quod dixerat Deut. 23. c. ſ. non fœneraberis fratri tuo ad vsuram sed alieno. Ideo dicendum q̄ accipitur pro mutuare, & ob hoc Deuter. 28 c. ponuntur contraria. ſ. quia ibi ponuntur benedictiones obseruantium legem, & maledictiones non obseruantium, & vna benedictio est abundantia rerū temporalium, quæ ibi sub varijs modis exprimitur. & de hac dicitur fœneraberis gentibus multis, & a nullo fenus accipies, ideſt Deus faciet te tam diuitem, q̄ poteris multis mutuare, & non erit opus, q̄ aliquis tibi mutuet. postea eod. cap. ponit Deus maledictiones contra non obseruantes legem, quæ sunt in defectu rerum temporalium, sicut dixit mala in penuria. & egestate vos maledicti estis. & de hoc dicitur ibidē aduena fœnerabitur tibi, & tu non possis eis aliquid mutuare, immo non poteris soluere prę paupertate. sicut B dicitur Psal. 36. mutuabitur peccator, & non soluet, i. mutuum accipiet, & nunquam poterit soluere præ egestate. Dicendum ergo sicut supra. ſ. q̄ Iudæi potuerunt ad vsuram dare alienis durante lege Moysi, nūc vero non licet dare. nobis autem nullo modo licet alienis, neque fratribus dare ad vsuram.

Duodecimus casus in quo vltra sortem aliquid sumi potest sine vsura. ſ. quando soluit quis precium post tempora statuta. Et quando liceat accipere aliquid nomine interesse.

Quæst. CCXVI.

DVODECIMVS casus est, quādo soluit quis precium post tempora statuta. nam tunc venditor recipit vltra sortem, vt siquis vendidit agrum ita q̄ solutio precij fieret post mensem, si elapso mense non soluat, emptor tenebitur ad vsuras. C. de vsu. l. 2. Causa autem excusans vsuras hic est, quia vendēs concessit emptori terminum solutionis, & interim facit fructus suos. si ergo lapso termino non soluat fraudatur venditor, quia emptor fructus accipit, & pecuniā non soluit, & ideo tenetur hic supra sortem non nomine vsuræ, sed nomine interesse, quia interest eius, vt aut fructus, aut precium habeat.

Sed circa interesse, quando licitum sit aliquid recipere vltra sortem nomine interesse distinguunt quidam sic, quia aut illud interesse venit applicādum alicui tertio non mutuanti, aut creditori.

E Si primo modo licitum est recipere interesse, vt quando pro aliquo soluo vsuras creditori, sicut si pro aliquo fideiussi, & non poteram soluere, nisi acciperem ad vsuram, accepi & solui: tenebitur mihi debitor ad vsuras, licet neque ille, neque ego tenemur vsuras dare ei qui mutuauit mihi sub vsuris. de hoc extra. de fideiuss. capitulo peruenit, & capitulo conquestus.

Si autem applicandum est creditori. dicendum, quòd si debitor est in mora soluendi licite repetit creditor interesse, & hoc tenent Doctores extra. de vsur. capitulo conquestus, & capitulo nauiganti. Exemplum est in emptore, qui empti agri precium

daturus erat lapso mense, si non dedit tenetur ad interesse. Sed hoc dicunt esse tam in lucro captando quã in damno vitãdo. De damno, vt si quis soluturus erat alicui ad diem certum aliquam pecuniæ quantitatem quam non soluendo incideret in pœnam contractus. Si iste mutuauerat alteri pecuniam ad certum terminum soluendam, & non soluit, & ob hoc ille incurrit in pœnam contractus, cum non potuerit soluere, tenetur accipiens mutuum ad istud interesse. s. ad solutionem pœnæ quam propter illum iste incurrit. De lucro idem dicunt, & hoc quando lucrum erat certũ, sicut in multis certum est, q̃ habentes pecuniam possunt lucrari, vt quia certum est ad tale tempus occursuras merces in quibus magnum lucrum erit ementibus, licet de hoc alij contrarium sentiant.

An accipiens mutuum teneatur statim ad damnum, quod ex mutuatione prouenit. Quæst. CCXVII.

QVAERETVR gratia præcedentium, an accipiẽs mutuum teneatur statim ad damnum, siue interesse, quod prouenit ex mutuatione.

Dicendum quòd aut deducitur hoc in pactum in ipsa mutuatione, aut nõ. Si primo modo, aut damnũ est certum aut incertum, si certum & deducatur statim in pactum, nõ est vsura, vt mutuator sit soluturus pecuniam sub pena ad certum diem, & alius petat ab eo mutuum, & ipse dicat si ego tibi mutuauero, & non soluero ad talem diem incidam in hanc pœnam. vide si tu vis soluere hanc pœnam, & ego mutuabo pecuniam. si hoc modo suscipiat non est vsura, quia nihil est accipiens mutuans pro vsu pecuniæ, sed vult vitare damnum in quo iuste agit, etiã accipienti non est fraus, quia fortassis est ei maius lucrum accipiẽdo tunc pecuniam mutuam quam sit damnum mutuatori, & ita compensabitur lucrum vnius cum damno alterius. scit etiam accipiens, an expediat sibi accipere expressa quantitate damni mutuatoris. Si autem non sit certum damnum habet aliquam speciem maiorẽ dubii, quia potest esse damnum accipienti sic accipere pecuniam, cum forte valde maius incommodum incidat soluendo damnum mutuatoris, quam si mutuum non acciperet, & tamen si non fiat aliquid in fraudem vsurarum, & solũ damnum soluat accipiens non est illicitus contractus. Si autem non fuit deductum in pactum, quòd solueret damnum, aut damnũ prouenit ex mora solutionis, aut sine mora. Si sine mora non tenetur ad aliquid debitor. nam aut deberetur ex iure, aut ex pacto. non ex pacto, quia nihil cõuentum est super hoc, nõ ex iure quia interesse venit ex mora quæ hic non intercessit, & ideo si mutuator peteret hic interesse, iniuste ageret. Et ratio est quia forte si in contractu expressisset mutuator, q̃ solueretur sibi damnum, quandocunque eueniret nollet accipere mutuum ille qui accepit: & sic fraus esset. Si autem prouenit ex mora solutionis dicendum, q̃ etiam si non fuerit deductum in pactum venit ipso iure interesse, eo q̃ mora sua cuilibet est nociua: & dato q̃ damnum accipientis sit magnum valde, & tale quòd si accipiens a principio sciuisset nõ acciperet mutuũ, adhuc non adiuuat eum, quia ex quo fuit in culpa per moram omnia ista imputantur ei. Dicta fuerunt autẽ præcedentia de interesse, quod est in vitando damnũ. de lucro autem dicit beatus Thomas de Aquino secunda secundæ. q̃ non est simile, idest non tenetur ad illud interesse accipiens mutuum, scilicet, vt det mutuatori quãtum lucrari poterat si haberet pecuniam, quam mutuauit.

Sed dicendum q̃ aut lucrum est certum, aut non. si est certum idem de illo iudicatur, quod de vitando damno, vt si sit statutum in ciuitate quòd cuique danti tali die decem denarios dabit ciuitas aliquod priuilegium vel immunitatem pro illo anno, aut ampliori tempore, & mutuator non possit gaudere illo priuilegio, quia non habuit pecuniam illo tempore cum mutuasset illam, tenebitur accipiens ad interesse illud in casu in quo teneretur ad damnum, siue ex pacto, siue ex mora.

Item si erat lucrum paratum, vt si merces erant in promptum, quæ vilius vendebantur, & volebat mutuans illas emere, & rogatus, vt mutuaret non emit, poterit obligare accipientem ex pacto ad illud interesse. Secus autem est cum non est certum lucrum, vel saltem non est in promptum quantum ad damnum, nunquam potest peti interesse, neque ex pacto, neq; ex mora, quia non potest quis vendere quod suũ non est, sed illud lucrum non est suum, quia forsitan nunquam illud perciperet etiam habẽdo pecuniam, ideo non potest peti interesse loco eius, quia forte non negociaretur iste cum pecunia, aut perderet negociando, quia ista habent euentus dubios. Quantum ad secundum, quia dato quòd esset aliqua res in qua quis lucrari posset si negociaretur, tamen quia non est in promptum non est certum, an lucrabitur, quia forte adueniente tempore nollet negociari, aut impedietur per alterum, aut prius perdet pecuniam incendio aut furto, & ita de multis quibus incidentibus nõ fiet lucrum, ideo non potest deduci in pactum tale interesse, neque ex mora venit, quia incertum est.

Tredecimus casus quo licitè vsuræ accipiuntur, quando scilicet venditurus præsenti res carius, quia reseruabit eam ad tempora in quibus verisimiliter venderetur tanti. Et an venditiones istæ sint clericis licitæ. Quæst. CCXVIII.

TREDECIMVS casus est propter dubium, vt si aliquis vendat nunc fructus aliquos carius quam nunc vendantur, quod non erat nunc venditurus, sed tempore quo ista carius valent, vt si quis habens frumentum aut ordeum vendere proponebat in Pascha resurrectionis, vel Pentecostes, & nunc petitur ab eo, vt vendat in Augusto, vel Septembri. potest vendere iste carius quam nunc valeat res ista, si dubium est, an tempore quo iste venditurus erat plus res valitura erat, & hoc verisimiliter credatur.

Ad hoc ergo duo requiruntur. primum est, quòd non esset iste venditurus hoc tempore, sed expectare proposuerat ad aliud tempus.

Secundum est, quòd credatur verisimiliter, quòd tempore quo iste ponit vendere res erat plus valitura, licet accideret contrarium, siquis horum duorum desit vsura est.

Causa excusans hic vsuram est in his duobus, quia iste non censetur vendere eo tempore quo vẽdit, sed eo tempore quo venditurus erat, & ideo si illo tempore res erat verisimiliter magis valitura, videtur pro iusto precio vendere.

Sed sciendum, quòd in hoc aperitur occasio vsurariis ad velandum vsuras suas, quia cum velint aliquid vendere carius, dicent non se vendituros eo tempore, sed tunc cum cariora ista futura verisimiliter putantur, & ita licet tunc venditurus essent, habebunt occasionem ad vsuras, & propterea suadendi sunt a talibus contractibus cauere, quia Deus respicit intentiones horum, qui non possunt eum latere, & secũdum has iudicat eos vsurarios extra. de vsur. capitu. in ciuitate.

Dicendum etiam quòd non licent tales venditiones clericis, quia hæc sunt illorum qui emunt, vt carius vendant, & ideo expectãt tempora in quibus res cariores sunt, & hoc turpe lucrum est ait Iulius Papa. 14. q. 4. ca. quinque. s. quicunque tempore messis, vel vindemiæ non necessitate, sed cupiditate comparat annonam, vel vinum, vt de duobus denarijs comparat modium vnum, & seruat vsque dum vẽdatur denarijs quatuor, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus, & talia lucra, & negociationes clericis prohibẽtur 14. quæst. quarta capitu. clerici. & canonum, & capitu. siquis oblitus. laicis autem talia non sunt vetita, ideo dum tamen ita in corde habeant, quòd non essent vsque ad tempus illud venditurí, non incurrunt crimen vsuræ.

Sciendum autem, quòd sicut istud dicitur de tempore, ita de loco est, vt siquis merces habet quas proponit non vendere in loco suo, sed in loco alio vbi fiunt nundinæ, & res carius venduntur, siquid petat ab eo, vt vendat in loco suo, potest vendere carius q̃ ibi valeant, dum tamen venditurus esset in veritate in nundinis, & non ibi, & ista caristia erit non quidẽ tanta quanta in nundinis, sed cõsiderari debent sumptus, & labores in deferendo, & vendendo, & his detractis vendetur res in loco suo iuste etiam si minori precio ibi vendatur.

De 14. an vendens aliquid in loco suo per idem precium per quod alibi venditurus erat vsuram committat. Quæst. CCXIX.

SED adhuc ponunt aliqui talem casum. volebat qs merces portare ad locum vbi erant verisimiliter carius valituræ, & inuenit in loco in quo ipse stat aliquem qui tantum sibi dat quantum habere possit in loco ad quem intendit eas deferre, an sit vsura.

Dicendum, quòd aut tantum præcise accipit nihil inde detrahendo, aut detrahit aliquid. Si nihil detrahit vsura est, quia non videtur, q̃ aliquis tã care emat vltra valorem consuetum in loco, nisi ex magna necessitate, & iste extorquet ab illo precium nolens aliter vendere, & ideo vsura est. Si autem aliquid vult detrahere dicit Innoc. & Abbas, q̃ non est vsura si recipiat tantum præcise quantum in loco ad quem ire volebat erat venditurus, detracto periculo, labore, & expensis, quia quod potest carius vendi propter dubium temporis, poterit vendi pp dubiũ loci, quia idẽ ius videtur vtrobiq;, & hoc Innoc. in c. nauiganti. Dicit aut Host. q̃ non potest carius vendere quã valeant merces in loco in quo vendit, & cum arguitur de dubio tpis, & loci dicit non esse bonum simile, q̃ aliquis talem emptionem faceret, nisi multum egeret, & sic per hanc positionem daretur via figmentis, & fraudibus vsurarum, & videtur approbari fraudes vsurariorum, quod non est conueniẽs, & timet, vt dicit verba istorum ne trahant ad inferos multa millia animarũ, & ait, q̃ in foro iudiciali ipse neminem accusat, sed in foro conscientiæ conueniat quemlibet propria conscientia. Sed inter istos mediat Io. An. dicens in ca. nauiganti, q̃ aut præfatus emptor vult statim dare precium, aut, pmittit in diem certum. si statim vult dare dicit, q̃ non est vsura, & est vera opinio Innoc. & hoc, quia tollitur opinionis ratio quam inducebat Host. s. q̃ præsumebatur, q̃ nemo sic emeret, nisi existens in magna necessitate, sed qui statim dare potest pecunias, non est in tali necessitate, ideo cessat ibi suspitio vsuratum, sed ille sic emit, quia putat sibi vtile esse. si aũt non soluit statim, videtur q̃ sit vsurę pręsumptio, f. emitur dilatio tpis quando vendens non erat alio tẽpore venditurus quam propter dubium loci.

An sit vsura aliquem mutuare alijs decem duplas, & si interim precium augmentatur augmentum postea recipere. Quæst. CCXX.

QVAERETVR quid de eis qui mutuant alijs decem duplas quæ valent nunc mille denarios, & recipiunt eas ab illis eo tempore quo valent mille, & ducentos, sicut videmus quotidie crescere, & minui aureæ, & argenteæ monetæ valorem respectu minoris monetæ quæ non est de auro, & argẽto, & illa, quia est minor est mensura maioris per replicationem suam iuxta Arist. an sit vsura?

Dicendum, q̃ qñ quis mutuat alteri monetam talem auream, & argenteam cuius solet mutari valor, aut mutuat eam æstimatã ad valorem, idest dat nunc decem duplas pro mille denarijs, ideſt æstimantur ad mille denarios, quasi mille denarij, vel eorum æstimatio reddenda sit, aut non æstimantur, sed dantur duplæ, & reddendæ sunt in eadem materia, & numero, vel specie.

Ad hæc aũt ambo dicendum, q̃ cum mutuatũ est aliquid sic, aut est electio mutuatoris recipere, quod voluerit ex tpe, ideſt, vel duplas quas dedit, vel estimationem earum quæ tunc facta est. Vel non est electio, sed datur, sicut a principio cõuentum est. Si est in electione mutuatoris magna vsura est, quia in spatio huius mensis pro mille accipit mille, & quadringenta. Si autem conuẽtum est, q̃ accipiat in eadem specie, vel in æstimatione facta non videtur vsura, sed ad hoc addendum est id, quod in seq. quæst. dicetur, & hoc modo, siue accidat lucrum, siue dãnum nõ est vsura propter incertitudinem. Secus autẽ siquis tradidit nunc duplas, vel monetam auream æstimatam, quando in maximo valore est, credens verisimiliter, q̃ post paruum tempus efficeretur minoris valoris, & q̃ post tẽpus redditur æstimatio nam tunc vsura videtur. Secus autem in venditione, & emptione. nam etiam siquis det monetam istam auream, & argenteam tunc, quãdo maxime valet pro re, & si expectaret modicum tẽpus minus valeret, & acciperet minus de rebus pro illa, non est vsura, neque iniustus contractus, quia tunc quando datur tantum valet comparata ad pecuniam minorem, & ad res pro quibus datur, & non expectatur futurum tempus, ideo nulla fraus ibi est, neque vsura. Secus in mutuatione, quia non valet tantũ ista moneta aurea, vel argentea quantum pro ea dabitur, & sic videtur hæc lucrata ex vsu medij temporis, ideo quando ex intentione lucrandi fit, & verisimiliter creditur futurum sic, nisi is qui mutuat retenturus esset vsq; ad alia tempora in quibus forte plus quam nunc valerent.

An committatur vsura cum traditur præcise pecunia pro pecunia, vel alia res in eadem specie numero & pondere. Quæst. CCXXI.

QVAERETVR, an committatur vsura cum traditur præcise pecunia pro pecunia in eadẽ specie & numero, & marcha argenti pro marcha ad certum terminum soluenda, aut cum datur species pro specie, ideſt granum pro grano, vinum pro vino, oleũ pro oleo ad eandem mensuram vel pondus.

Dicendum quòd aut accipimus quantum ad species, ideſt, granum, uinum, & oleum, aut quantum ad metalla moneta, uel non moneta.

Si quantum ad primum dicendũ, q̃ attendenda est in his qualitas uel bonitas intrinseca, s. conditio grani, uel uini, & olei, & nõ qualitas extrinseca, ideſt æstimatio. Et ratio est, quia si reddat quis uinum pro uino eiusdem bonitatis, i. saporis, & coloris, & cęterarum quali-

qualitatum,& ita de frumẽto:licet tempore quo mutuatũ fuit erat maioris æstimationis vel minoris, redditur res simpliciter æqualis, & ita nulla fraus est ex modo contractus.Secus autem est ex intẽtione, quia si attendatur ad valorem, secus erit, si tamen ita conuentum est, ꝙ post certum tempus reddatur res eiusdem bonitatis naturalis, siue maioris, siue minoris p̃cij sit, vtringue est conditio æqualis.

Si quantum ad secundum,s.de metallis monetatis vel non monetatis. dicẽdum ꝙ aut pecunia numerata,vel aurum aut argentum erunt futura precisiora tẽpore contractus de soluendo quam cũ mutuata sunt, aut non erat verisimile, ꝙ essent futura hæc precisiora,sed erat dubium.Si autem erat dubium non vr̃ esse aliqua vsura. Si autem verisimile erat, ꝙ precisiora erãt,aut creditor erat seruaturus pecuniam illam, vel res vsque ad tempus quo solutionem fieri sibi petit, aut consumpturus erat eam si non mutuaret. si non erat seruaturus, vsura est.Licet ī hoc alig distinguũt, s.ꝙ aut iste creditor quæsiuit vt mutuaret, aut non intendebat mutuare,& petiuit ab eo aliquis.si ipse quesiuit cui daret, vsura est,quia lucri modos exquirit. Si autem non quæsiuit,sed alius ab eo petiuit,dicunt nõ esse vsuram,quòd in eadem specie reddãtur, licet sint precisiora, tunc cum non intenderit lucrari, sed rehabere suum, quod forte vsque tunc aliquo casu seruare posset,licet cõsumere proposuisset.Si autem creditor seruaturus erat pecuniam, siue argẽtum vsque ad illud tẽpus, vt sic de illo lucraretur,& tunc aut creditor aufert libertatem interim se ab illo debito liberandi,s. ꝙ licet constitutus sit terminus ad soluẽdum vsque ad duos menses, si prius debitor voluerit reddere mutuatum,ꝙ possit reddere,aut abstulit ei libertatem,idest ꝙ non posset reddere ante constitutum terminum,sed tandiu apud se retineret.Si aufert libertatẽ vr̃ esse vsura,eo ꝙ vr̃ hoc animo facere, vt seipsum periculo exoneret,& oneret debitorẽ,& immunitatẽ huius periculi lucratur, si autem non aufert libertatẽ non peccat,sed potius misericordiam facit ei cui mutuat. Ex hoc ẽt apparet quantum ad id quod quæreba tur præceden.q.de duplis mutuatis,quia si debeãt reddi duplæ debet distingui sicut hic. s. aut verisimile sit plus valituras,aut sit dubium &c.Si autem æstimẽtur statim reddatur æstimatio, aut creditur ꝙ maioris,siue minoris precij erunt tempore solutionis,aut dubitatur.Si putantur futuræ maioris estimationis beneficium præstat mutuans,etiam si accidat fieri eas minoris æstimationis,& sic perdit accipiens. Si autem credit minoris æstimationis vsura est,quia lucrum intendit,etiam si accidat eas futuras maioris æstimationis, ita vt perdat mutuans,& tamen ista vsura est mẽtalis, & nõ realis,quia nihil lucratus est, ideo nihil tenetur restituere,sed dolere de peccato. Si autem dubiũ est, an maioris vel minoris æstimationis erunt,quia equali periculo se subijcit vterque non est vsura,nisi forte mutuans habeat animum ad lucrum, quia hoc est illicitum. De grano autem vino,& oleo,& cæteris speciebus ad cibum,vel ad vsum quorum precia mutantur,dicendum ꝙ ad hoc,ꝙ tollatur omnis fraus debẽt reddi æqualia fm bonitatem naturalem vt dictũ est, & tunc non est aliqua vsura, nisi ex intentione considerantium valorem accidentalem. Et dicendum,ꝙ qui mutuat aliquid horum, vt reddatur sibi alio tempore,aut putat verisimiliter illo tempore plus valiturum,aut dubitat.Si dubitat non est vsura etiam si accidat plus valere,sed potius est beneficium.Si verisimiliter putat plus valere, aut mutuat, quia petiuit indigens,aut quia non poterat aliter cõseruare. Si primo modo,aut abstulit ei libertatem soluendi præscribendo certum terminum, & prius recipere non vult,aut non abstulit.Si primo modo vsura est, quia vult recipere maiorem valorem pro minore, licet recipiat rẽ eiusdem quantitatis.Si secundo modo non est vsura, sed beneficium. Si autem mutuat, quia petiuit indigens,non est vsura.quia nõ mouetur spe lucri sed misericordiæ,licet rursus in hoc prescribat ei terminum soluendi non recipiens solutionem prius factam.

An sit vsura mutuaye vetus frumentum, vt nouum recipiat.
Quæst. CCXXII.

QVAERETVR, quid de eis qui mutuãt vetus frumentum,aut ordeum, vt nouum recipiant, an sit vsura.

Dicendum quòd aut isti faciunt,vt lucrentur, dantes quod minoris valoris est pro eo,quod est maioris, aut vt proximo misericordiam faciat, aut vt rem suã conseruet ne pereat.Si primo modo non caret vsura, quia videtur dare rem minus valentem pro re magis valente,in quo suspicio vsurarum latet.Si autem secũdo modo non est vsura,sed beneficium, quia pauperi subuenitur etiam cum veteri frumento, & annona. Si autem tertio modo non videtur esse vsura, quia cuiuslibet interest rem suam saluam fore, & quia vetustate peritura erat oportebat,aut vendi,aut mutuari.sic dicit Raym.in sum.& Godof. & Host.Sed dicẽdum, ꝙ cum quis vetus ordeum pro nouo accipiẽdo mutuat,aut credit verisimiliter, ꝙ plus valebit nouũ, quod accipiet,quã nunc valeat vetus quod tradit, aut dubitat.Si verisimiliter credit agit causa lucri,& tunc vsura videtur etiam si contrarium accidat, & tamen si contrarium acciderit, nihil est quod restituat.Si autem dubitatur non est intentio corrupta, neque vsuraria,sed agit aut propter conseruandam rem suã,aut propter misericordiam,& multum differt,quia cum quis lucri causa agit,intendit dare rem minus valentem nunc quam tũc valebit,quod accipiet: & hoc fit pro expectatione temporis, ideo est vsura. Si autem intendit quis conseruare rem suã,& non curat, quòd plus valeat,sed quòd non pereat,& tunc etiam si non sit plus valiturum frumentum nouum mutuat hoc vetus pro nouo:& hoc non est inconueniens, quia licet nouum frumentum videatur simpliciter melius quã vetus,tamen forte nunc, quando mutuatur istud vetus valet plus quam nouum quod recipiẽdum est, & quia consideratur nunc res prout pecunia mensuratur, plus valet vetus quam nouum.nam si non mutuauerit habens,sed vendiderit forte plus, non habebit quam pro nouo habebit,quando illud recipiet,& ideo cum hac intentione non est vsura.

An sit vsura negociando aliquid carius vendere quam emerit, & hoc etiam quantum ad pauperes alendos, vel ad sustentationem suam tantum, & familiæ, & quæ sint consideranda circa iustitiam lucri. Et an carius vendere quam emerit sit peccatum. *Quæst. CCXXIII.*

QVAERETVR, an liceat negociando aliquid carius vendere quam emerit, & an ad vitam pertineat.

Aliqui dicunt, quòd omnis talis negociatio est illicita.primo quia dicit Chrysostom. super Matth.quicunque rem comparat,vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ille est lucrator qui de templo Dei eijcitur.Et idem dicit Cassiodorus.super Psalmo.s.quoniam non cognoui literaturam. vel secundum aliam literam, nõ cognoui negociationem. quid aliud est negociatio, nisi vilius comparare,& carius velle distrahere? & subdit, negociatores tales eiecit Deus de templo, & tamen nemo de templo eijcitur,

eijcitur,nisi propter aliquod peccatum. ergo negociatio peccatum est.

Secundo quia contra iustitiã est,ꝙ quis carius vendat quam valeat, vel emat vilius, sed ille qui negociando rem carius vendit quam emerit,necesse est, ꝙ vel vilius emerit quam valeat,vel carius vendat. ergo non fit sine peccato. Tertio, quia negociatio clericis vetita est.dicit enim Hieronymus negociatorem clericum ex inope diuitem factũ, ex ignobili gloriosum quasi pestem quandam fuge.non autem esset vetita, nisi esset peccatum. ergo negociari carius vendendo rem quam valeat peccatum est. Dicendum,ꝙ nõ est necesse, quòd omnis negociatio sit mala in qua aliquid carius venditur quam emptum fuerit,quia si aliqua vitia in negociatione accidunt illa sunt vitia personalia,& nõ ipsius vsus, vel exercitij,ideo potest negociatio sine illis, & quibuslibet alijs fieri. Sic dicit Augusti.super illud Psalmi. nõ cognoui literaturam, vel vt alia litera habet negociationẽ. negociator auidus acquirẽdi pro damno blasphemat, pro precijs rerum mentitur,& peierat. hæc autem personarum vitia sunt,& non artis,quæ potest sine his exerceri.

Circa quod considerandum, ꝙ ad negociatores pertinet commutationibus rerum insistere, quia nõ habet illa ars aliud genus actus, nisi vnam rem pro alia cõmutare. vt autem dicit Arist.1. Polit. duplex est rerum commutatio.Vna quidem quasi naturalis,& necessaria per quam, s. fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter necessitatem vitæ, & talis commutatio non proprie pertinet ad negociatores,sed magis ad œconomicos,vel politicos,qui habẽt prouidere domui,vel ciuitati de necessarijs ad vitam, & hi per hanc commutationem rerum pro rebus,vel denariorum pro rebus non intendunt lucrũ pro fine, sed sustentationem vitæ œconomiæ, vel ciuitatis.

Alia autem commutationis species est denariorũ ad denarios, vel quarumcunque rerum ad denarios, non propter res necessarias vitæ, sed propter lucrum quærendum.Et hic quidem dupliciter commutant. vno modo dando res pro rebus, aut denarios pro rebus,vt sibi, & familiæ necessaria procurent, & quantum ad hoc non dicuntur negociatores. Alias commutationes faciunt, vt lucra ex eis capiant, & quantum ad illas vocantur negociatores, & hæc commutatio quæ est propter lucrum proprie pertinet ad negociatores. Secundum philosophum aũt prima commutatio laudabilis est, quia deseruit naturali necessitati.Secunda autem iuste vituperatur,quia quantum est de se deseruit cupiditati lucri qui terminũ nescit, sed in infinitum tendit,& ideo negociatio secundum se cõsiderata quandam turpitudinem habet, inquãtum de sui ratione nõ importat finem honestum, vel necessarium. lucrum tamen, quod est finis negociationis,& si in sui ratione non importet aliquid honestum,vel necessarium, nihil tamen importat in sui ratione vitiosum,vel virtuti contrarium. Vnde nihil ꝓhibet lucrum ordinari ad aliquem finem necessariũ, vel etiam honestũ. Et sic negociatio licita reddetur, sicut cum quis lucrum moderatũ quod negociando quærit, ordinat ad domus suæ sustentationem, vel ẽt ad subueniendum indigentibus, vel etiam cum propter publicam vtilitatem negociationi intendit, ne res necessariæ ad sustentationem vitæ politicæ desint, & lucrum expetit nõ quasi finem operationis, sed in stipendium laboris.

Amplius etiam dicendum,ꝙ aliud est dicere,quòd quis lucretur in emendo,& vendẽdo: Aliud est quod negocietur, nam in omni commutatione potest esse lucrum,cum necesse sit esse lucrum, vel damnũ, vel æqualitatem,& tamen cõmutatio prima quæ est quasi naturalis non est negociatio, ideo sine negociatione potest esse lucrum in emendo,& vendendo, & de illo certum est.ꝙ potest esse licitum, cum commutatio illa prima sit honesta, quia est necessaria ad vitã. De negociatione autem,quia non est laudabilis, sed potius potest iuste vituperari, est dubium, an lucrum in ea sit licitum.

Ad hoc autem dicendum, vt omnia comprehendantur,quòd cum quis emit,& postea vẽdit,aut emit intentione vendendi,aut non: si non intentione vendendi,sed ea quæ putauit domui suæ necessaria emit, & postea superfuerunt ei,& vendit ea ne pereant, nõ est negociator,& poterit lucrari vendendo, vt si plus recepit vendendo quam impenderat emẽdo,& cum istos non vocemus negociatores,multominus vocabimus eos qui non possunt aliter viuere,nisi vendant fructus panis & vini,quos habent,quia de his viuunt. Sed in his non consideratur lucrum,quia cum isti vẽdant & non emant,nullum lucrum habent si iuste vẽdunt, sicut res communiter æstimantur, qui autem eandem rem emit & vendit dicitur lucrari, & perdere,ideo istos neque negociatores dicimus, neque aliquid lucrari, eos vero qui pro necessitatibus suis aliquid impenderunt ementes, & postea non indigentes eo vendiderunt illud, dicuntur quidem lucrari,sed non sunt negociatores,& ambo isti honeste agunt. Alij vero ideo emunt vt vendant, & tunc dupliciter, quia aut pro bono communi,aut pro priuato.

Si primo modo etiam si lucrum capiatur non est illicitum. Sic Ioseph emit frumentum in tota terra Aegypti,& recondidit illud per septem annos, vt per septem sequentes annos pasceret Aegyptum, & regiones coniunctas.Gene.41.cap.& illud fuit laudabile,licet ibi multa lucra fecit. nam totam gentem Aegypti subiecit Pharaoni,& emit possessiones eorum, & animalia. Gen.47. Si autem fit propter commodũ priuatum,aut propter proprium, aut propter cõmodum pauperum,quibus talis subuenire intendit,sicut quidam sunt qui ideo diuites esse vellent, vt pauperibus subuenirent.Si secundo modo dicendum, quòd valde laudabile est, s. quantum ad illos qui volunt de negociationibꝰ lucrari,vt de lucris inde collectis pauperes alant. Si fit propter propriã vtilitatem, aut emit quis vltra necessitatem intentione vendendi,uel retinendi. de secundo, ut cum quis non intendit uacare negociationi,& lucris: emit tamẽ ultra necessitatem suam ex prouidentia, timens ne postea res carior esset,& cogeretur carius emere: & postea uidens,quòd non erat sibi necessaria uẽdidit, sicut in foro ualebat tunc, & in hoc lucrum habuit, & hoc licitum est,qa ad prudentiam pertinet prouidere, ut pro singulis tẽporibus necessaria habeamus.ita enim laudatur dispẽsator qui dedit in tempore tritici mensuram, Lucæ duodecimo cap.& quicunquẽ aliquid facturus est,nisi prius omnia cogitet irridetur.sicut posuit Christus exemplum de illo qui fabricaturus est turrim, quia prius sedens computat secum sumptus qui necessarij sunt, ut uideat an habet ad perficiendum, ne cum inceperit, & non potuerit consummare illudant ei Lucæ decimoquarto cap. Sed nihil est magis necessarium quam sustentatio quotidiana,ideo adhuc maiorem prouidentiam oportet, & ita superabundare in his melius est quam deficere, & in illis lucrari est conueniens, & istud non pertinet etiam ad negociationem. Si autem emat quis non necessaria sibi ea intentione, ut uendat, & ad propriam utilitatem non propter prouidentiam,sed propter lucrum, aut illud facit propter sustentationem,aut pp ditari.Si propter sustẽtationẽ, ut quia quidam sunt qui nõ habent aliã occupationem,neque sciunt modum quo sustentent

nisi istum, & ad hoc negociantur, non videtur esse illicitum. Si autem propter ditari solum faciunt istud est auaritia, & non vt esse sine peccato, & forte, vt cõmuniter est mortale, licet sit durum oẽs qui lucra taliter intendunt dicere esse in peccato mortali. Sed cõsiderandum, q̃ peccatum negociatorum, aut est in lucro, aut in intentione lucri, aut in modo lucri. De primo dicendum, q̃ ex hoc solo nõ est peccatum aliq̃d, quia lucrum potest haberi sine negociatione in emẽdo & vendendo, sicut patet in eis qui vtuntur prima commutatione, quos non vocamus negociatores, & tamen lucrum habent interdum, vt supra dictum est, etiam illud quod non est p̃ rectitudinem rationis põt esse sine peccato, sed lucrum fieri potest in quo nullo modo repugnet rationi. ergo sine peccato illud erit. De secundo dicendum, q̃ in hoc aliquo modo magis differt. Sed in hoc considerandum, q̃ eorum qui negociantur quidam sunt qui non intendunt lucra, vel saltem non per se, vel non tanquam finem principalẽ, q̃n autem non intendit quis lucrum ẽt si lucrum cõsequatur, non est ibi aliquid vnde accusetur, quia non est ibi intentio lucri, sicut cum quis negociatur, vt p̃uideat reipublicæ, vel multitudini solum intẽdens salutem multorum, sicut fecit Ioseph congregans fruges in horrea in Aegypto, quia ibi non intendit, nisi conseruationẽ regni & gentis, & ideo laudabile opus erat. lucra tñ magna capiebat, non tanquam lucra intendens, sed q̃a tunc iuste vendẽdo, necesse erat multo plus accipere q̃ dederat, q̃n emit. Aliq̃n intendit q̃s lucrum, sed minus principaliter, & tũc ẽt nihil est accusabile, vt in casu prædicto siquis intẽderet negociãdo prouidere reipublicæ principaliter, intenderet aũt secundario lucrum non vt lucrum est, sed vt per illud sit potens semper exercere negociationem quæ sit in vtilitatem reipublicę. Nam si nulla lucra capiat negociator ex negociatione non poterit perseuerare in illa. Et ideo necesse est, vt aliqua lucra capiat. s. ex quib⁹ se sustentet, & cum quibus negociari possit, & q̃a q̃n finis est bonus id quod ad finem ordinat̃ est bonum, & capere lucrum isto modo est ad finem sustentationis reipublicæ qui finis est honestus, ideo licet lucrũ intendatur inquantum prodest ad hęc, est honestum. Sic etiam siquis negocietur, vt lucret̃, & de lucris alat I pauperes est iusta intentio lucri. Est. n. hic principalis intentio pauperes alere, vel in pias causas erogare, & minus principalis est de lucro, sine quo non põt pauperibus aliquid erogari, ideo sicut pauperibus dare aliquid laudabile est, ita & velle lucrum ad hũc solum finem est laudabile. Amplius siquis lucrum quęrat solum ad sustentationem suam, & familię honestę lucrum quærit. Nam velle sustentationem honestũ est, quia necessarium est, & lucrum ad illam prodest. immo quidam sunt qui nullum alium modum viuendi habent, neq; sciunt, nisi negociari: & de hoc oportet, vt seipsos alant, & familias suas, ideo huius lucri intẽtio non est vituperabilis, quia est pro causa honesta. Aliqui autem lucrum quærunt principaliter p̃p seipsum, & istud inhonestum est, & cum peccato est, q̃a vī esse auaritiæ operatio hæc. cõstituere autem lucrũ finem vltimum, necesse est q̃ faciat operationem malam, quia finis inhonestus est, & saltem istud vocabit̃ turpe lucrum. nam cętera lucra præcedentia, licet intendant̃ non sunt turpia sed honesta, quia ad aliquid honestum ordinantur, vt dictum est, sed negociari solum propter lucrari, vel q̃ iste sit finis vltimus, semp est lucrum turpe. Dicendum tñ q̃ non est necesse dici quemlibet horum esse semper in peccato mortali, quando in isto statu sunt, nisi præter hæc in modo lucri peccet aliquid iniuste faciendo.

De tertio dicendum, q̃ modus lucri debet esse iu-

F stus. Nam quantumcũque finis sit honestus, si mediũ est inhonestum actus est malus, quia non concordat medium fini: sicut dicitur, nihil est honesti⁹, & magis pium quam redimere captiuum de manibus hostiũ fidei, & tamen pro ista redemptione non licet capere lucra vsuraria extra. de vsu. ca. salubriter. quia nullum malum licet facere pro aliquo bono cum eod. c. dicatur, quòd non licet pro vita hominis mentiri.

Circa iustitiam lucri multa cõsideranda sunt. Vnũ quod non faciat vsurarios contractus, qui multipliciter fiunt, & quicunq; modus est illicitus. Aliud est vt in commutationibus non sit aliqua fraus, sicut q̃ mer-
G ces sophisticant, cum dicãt se dare bona aromata, vel pigmenta, vel aliquid aliorum, & mala dãt. vel quod non est vendunt pro eo quod esse putatur, vel occultant vitia rerum, vt precio siores res faciant. Aliud est quando immoderata rerum precia faciunt. nam considerata necessitate & raritate rerum, & alijs circunstantijs precia rerum constant ex opinionibus cõmunibus. Siquis autem vltra hanc opinionem vendat iniuste vendit. extorquet enim precia, & hoc maxime fit, quando quis solus omnia venalia habet, quoniam vendit quantum vult, & quomodo vult. Et ideo siquis omnia mercimonia ad se reducat, vt collecta solus carius vẽdat, iniustum lucrum facit. multi alij modi sunt iniusti lucrandi qui omnes inducunt peccatũ mortale. Et ideo neque cum causa honesta, neque
H cum inhonesta est licitum tale lucrum.

Sed dicendum quòd licet circa iniusta lucra negociatorum sit semper peccatum, nõ est semper vsura. Nam siquis fraudat sophisticando res, vel maiora precia extorquẽdo propter necessitatem, aut quia solus rem habet iniustum lucrum & peccatum est: tamen non est vsura. Solum enim est vsura, quando in venditione miscetur contractus mutui saltem tacite, scilicet, vt pro expectatione solutionis res carius vendatur, vel pro anticipatione precij solutionis res vilius ematur, & in similibus. in cæteris autem magis est iniustus contractus quam vsurarius.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd intentio Chrysost. est quantum ad negociationem, quæ constituit pro fine vltimo, vel solo ipsum lucrum. Et nõ solum est peccatum, quia finem ponit in solo lucro, sed etiam quia iniuste vendit pro maiori precio quam iustum sit. potest enim quis lucra capere iuste vendendo, vt cum computat quis labores suos, & pericula, & expensas factas in deducendo rem aliunde, & pro his recompensans lucratur, quia saltẽ pro labore & industria sua aliquid accipit, quia nemo in vanum operas suas expendere debet. & hoc lucrũ iustum est. Et ideo dato quòd quis solum lucrum intendit, si omnia hæc computat, & secundum hæc lucrum facit, & res vendit, non videtur quòd necessario semper sit in peccato mortali. si tamen quis lucra immoderata capit, vt quia computatis expensis, labo-
K ribus, & solicitudine adhuc maiora lucra capit, & carius res vendit quam omnia hęc exigunt, iniustum lucrum & iniqua venditio est. & semper est peccatum mortale.

Vnde dicendum, quòd qui solum lucrum ex negociatione quærit turpe lucrum facit, sed non iniustum si non facit immoderata lucra, ideſt non commensurata expensis & laboribus, qui vero facit propter solũ lucrum, & illud immoderate capit, facit non solum turpe, sed & iniustum lucrum. De primo patet, quia turpe vocatur, quod non habet honestatem vllam, qui autem propter solum lucrum negociatur nullam intendit honestatem, quia neque necessitatem neque virtutem, ideſt, bonum publicum, aut priuatorum, aut propriam sustentationem. lucrum enim in se

in se nihil honesti habet, sed præter naturam, ideo vbi est solius lucri intẽtio turpe lucrum dicitur, sicut hic, sed non est lucrum iniustum, quia fit secundum commensurationem expensarum, periculorum, laboris, & solicitudinis. De secundo patet. dicitur enim turpe lucrum, quia solum lucrum intenditur. dicitur etiam iniustum, quia præter commensurationem fit. nam vltra modum lucrum facit, & omne inæquale est iniustum. & de hoc secundo lucro, s. turpi, & iniusto simul Chryso. intendit. quod patet, quia dicit qui rem emit, vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ideſt non faciendo aliquid circa rem lucretur. nã qui rem non mutat non laborat circa ipsam. etiam qui rẽ integram tenet nõ mutauit eam dispositione in qua accepit. nam si saltẽ redegisset in partes fortassis magis valeret, & ex illa dispositione venditor laborans
B mereretur aliquid maius accipere, & ita esset lucrum iustum. vnde intentio Chrys. est quòd qui capit lucra iniusta non secundum compensationem expensarũ, & laborum, sed vltra, est negociator, qui expellitur de templo, quia peccat, & tamen possunt multi negociari non capiendo iniusta lucra, & insuper non intẽdendo lucrum tãquam finem vltimum, sed aliquã aliam causam honestam. ergo non est necesse, quòd omnis negociator quærens lucrum peccet.

Ad secundum dici potest vno modo, q̃ carius vendere quam emerit nõ facit aliquem necessario negociatorem. & ita dato, q̃ negociatores peccarent, non
C sequitur, q̃ omnes carius vendentes quã emerint peccent, & patet, quia etiam in prima cõmutatione vendit quis interdum carius quam emerit, & tamen in illa nullus dicitur negociator. Et patet, quia vt dictum est prima commutatio est in qua cõmutãtur res pro rebus, vel denarij pro rebus ad necessitatem sustentationis vitæ, & ista est naturalis, ideo nemo secundum eam dr negociator. Alia est commutatio qua denarij pro denarijs, vel res pro denarijs commutãtur ad habendum lucrum, & secundum hanc dicuntur hoies negociatores. constat aũt, q̃ aliquis intendens prouidere solum domui suę emit aliqua quę necesse habet vẽdere, vt quia superabũdant ei, vel quia forte ex tpe consumuntur, & accidet, q̃ vendat carius q̃ emerit si tunc ita valent. & iste non est negociator, ideo etiam
D si negociator peccet, nõ est verũ, q̃ oĩs qui carius vendit q̃ emerit peccet. Aliter potest dici, q̃ etiam negociator põt sine peccato emere, & carius vendere, quia nõ committit iniustum aliquod. Cum aũt objicitur, q̃ qui negociando rem carius vendit q̃ emerit, necesse est, q̃ vel vilius emerit q̃ valeat, vel carius vendat q̃ valeat, sed vtrunq; horum est iniustum. Dicendum, q̃ non est necesse vtrunq;, aut alterum horũ sequi, quia põt negociator emere q̃tum valet, & vendere q̃tum
E valet, & lucrari, & hoc prouenit, quia forte res postea per industriam negociatoris meliorata est, vel naturaliter. sicut qui vendit vinum vetus, quod emit cum esset mustum. nã lucratur in eo. vel pro labore, quod sumpsit in faciendo fieri, sicut q̃ facit scribi libros põt eos vendere carius q̃ constiterunt pro labore, & solicitudine adhibitis in faciendo eos transcribi, vel quia mutatus est valor fm cõditionem tpis, quia quædam sunt cariora in vna parte anni quã in alia, sicut fruges, vel propter varietatem locorũ, ideſt, quia negociator transtulit de vno loco ad alium, & cõsideratis in hoc labore, & expensis, & periculis quibus se subiecit negociator, potest vendere multo carius quam emit, & ita lucratur. & tñ non vendit carius quam valeat, quia tantum valet ista res quantum iste vendit eam, & tñ lucratur. qui autem vltra commensurationem oĩum horum vendit facit iniustum lucrũ, & peccat. Ad tertium dicendum, q̃ licet negociatio non fit fm se ma-

A la potest esse, phibita clericis, quia multa sunt illis vetita quæ non sunt alijs prohibita, vt dicetur sequen. q. & ita non est semper malum emere vilius ad carius vendendum, vel vendere carius quam emptum sit.

An clericis liceat vendere carius quam emerint. Et an quælibet negotiatio in vendendo, & emendo, & quodlibet genus lucri sit eis vetitum. Quæst. CCXXIIII.

QVAERITVR, an clericis liceat aliquid vendere carius quam emerint, & an solis illis sit hoc vetitum, vel etiam laicis. Ad primum dicendum, q̃ clericis vetita est negociatio, sed non commutatio. Pro quo sciendum, q̃ vt dictum est preced. quæst. actus negociatorum in commutando consistit. Sed commutatio est duplex. quędam qua commutatur res pro re, aut denarius pro re ad sustentationem, & necessitatẽ B vitæ humanæ. & ista vocatur naturalis commutatio. & ista non intendit, nisi supplere necessitatem sustentationis. Alia commutatio est denariorum ad denarios, vel rerum ad denarios non ad sustentationem vitæ ad quam prima est, sed ad lucrum. Et ista vocatur negociatio.

De prima dicendum, q̃ licita est clericis, quia quod est necessarium ad vitam omnibus est commune, sed ita est de ista commutatione, vt dictum est, ideo licet clericis. hæc autem consistit in emendo quædam, & vendẽdo quædam. nemo est enim qui sine hac commutatione viuere possit maxime in emẽdo, ideo clericis, licet emere omnia necessaria, & vẽdere quę nõ sunt eis necessaria ad commutationem aliorum quæ sunt necessaria. Sed quantum ad hoc non cõsistit adhuc negociatio, quia licet emant, & vẽdant nõ emũt eadem quæ vendunt, quod pertinet ad negociationẽ, sed emunt quæ non habent, vt habeãt, & vendũt quæ habent, & non sunt necessaria. Et circa hoc non consistit vendere carius quam emptum sit, quia non vendunt eandem rem quam emerint. Amplius etiam licet clericis vendere, quod emerint non causa negociationis, vt si putantes aliquid sibi necessarium esse, quod non erat, emerunt, vel ad prouidentiã emerunt plura quam necessaria erant, & postea, quia non sunt D necessaria, vel quia ex tempore deteriorantur vendũt illa licitum est vendere, non est autẽ hęc negociatio, quia licet vendant, quod emerũt, non emerunt, vt vederent, sed accidit sic fieri. Etiam licet eis carius vendere quam emerunt, quia si licet vendere, quod emerunt, licet etiam carius vendere quam emerint. nam si ex tempore, vel ex melioratione facta in re, vel ex labore, & solicitudine, & alijs causis, aut saltẽ ex variatione temporis mutata sunt precia rerum, licitum est vendere rem plus quam empta sit, cum nunc valeat plus quam sit empta, & istud nõ est negociatio, quia licet isti vendendo lucrentur, quia non vendiderunt, vt lucrarentur non sunt negociatores. De secũda autem commutatione quæ est propter lucrum dicendum, q̃ non est licita clericis, & vocatur ista negociatio. Et patet, quia omnia decreta sanctorũ hoc vetuerunt, vt 14. quæst. 4. cap. clerici ab indignis quæstibus E nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio, vel cupiditate cessandum, & capit. canonum, scilicet canonum statutis firmatum est, vt quicunque in clero esse voluerit emendi vilius, & vẽdendi carius studio non vtatur, & cap. siquis oblitus, s. aut ex quolibet negocio turpis lucri quæsierit, aut p diuersas species, vel fruges, vel cuiuslibet rei emendo, & vendendo aliqua incremẽta susceperit, alienus habeat̃ a clero. Sed est dubium, an quælibet negociatio in emendo, & vendendo sit vetita clericis, vel aliquis modus negociationis.

Aliqui

Aliqui dicunt, quòd omnis modus negociationis, F quia 14 quæſt. 4. cap. clerici. dicitur clerici ab indignis quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio.

Dicēdum, ꝙ vt habitū fuit ſupra, negociatio ad lucrum eſt, ſed quidā poſſunt negociari non intendentes lucrum, licet capiāt lucra, ſicut ſiquis pro ſola vtilitate reipublicæ negociaretur. Vel poteſt intendere lucrum, & tunc differt, quia aliqui intendunt lucrum per ſe, & tanquam vltimum finem. Alij vero lucrum intendunt, ſed principaliter aliud bonum, vt qui negociantur propter ſubuentionem pauperum, ideſt, vt lucra quæ fecerint in his expendant in cauſas pias, vel qui negociantur propter ſolam neceſſitatem, vt G qui non poſſunt aliter ſe ſuſtentare, niſi negocientur. De his negociationibus dicendū, ꝙ illæ quę ſunt propter lucrum ſolum ſunt prohibitæ, ſed adhuc illæ diſtinguuntur, quia interdum ſolum quæritur lucrum, & tamen cōmenſurando labores, & expenſas, & cętera ad precium, & tunc carius vendere eſt negociatio turpis, ſed non iniuſta cum ſit propter turpe lucrum. omne enim tale lucrū eſt turpe, vt dictū eſt ſupra in reſponſione primi argumēti, & iſtud vetitum eſt clericis quibus omne turpe lucrum vetatur 14. quæſt. 4. cap. ſiquis oblitus, & cap. quoniam clerici. Aliæ ſunt negociationes propter ſolum lucrum, quæ habēt lucrum non ſolum turpe, ſed etiam iniuſtum, vt cum lucra non commenſurantur labori, & induſtriæ, ſed H præter proportionem omnium horū vult lucrari negociator, & hæc non ſolum clericis, ſed omnibus vetita ſunt. De aliis autē negociationibus quæ ſunt propter lucrum honeſtum tamen dicēdum, quòd lucra negociationis quæ ſunt ad ſuſtētationem poſſunt eſſe licita, ſed alia non ſunt clericis licita. Vnde licet ſit laudabile prouidere reipublicæ negociando, tamen quia iſta negociatio eſt multum impeditiua occupationis eccleſiaſticæ, non licet clericis talem negociationem accipere. Sic enim ſunt multa alia laudabilia, & ad virtutem pertinentia, quę tamen vetita ſunt clericis. Sic enim magna vtilitas publica eſt, immo neceſſitas, ꝙ aliqui ſint cauſarum procuratores, & aduocati, & ꝙ aliqui ſint tenentes vices dominorum ſecularium. & vetitum eſt clericis extra. ne cle. vel mo. ca. multa, & c. ſacerdotibus, etiam mederi cordibus humanis, & dubia negociorum diffinire, vel conſilia in I eis dare ad pietatem pertinet, & magnam vtilitatem publicam, & tamen non licet monachis eod. tit. c. nō magnę, & c. ſuper ſpecula. Etiam ad laudem Dei pertinet malos occidere, quia miniſterium in hoc prętamus ad Ro. 13. & 1. Pe. 2. c. & tamen cauſas ſanguinis agere diffiniendo, tractando, vel exequendo nō licet clericis eod. tit. ca. clericis, & cap. ſententia, iſta enim non reijciuntur tanquam mala, ſed tanquam impeditiua. Etiam dicendum eſt de negociatione quā quis faceret, vt de lucris alat pauperes. nam etiam hoc non licet clericis, quia quantūcunque ſit cauſa pia eſt mul- K tum impeditiua officij eccleſiaſtici, ideo ad alios pertinet, & non ad clericos. Sic enim magnæ miſericordiæ eſt pauperum curam habere, & viduarum, & orphanorum, & tamen hoc nō licet epiſcopo per ſe facere, ſed per alterum, ſ. per archidiaconum, aut archipresbyterum 88. di. c epiſcopus, ſ epiſcopus gubernationem viduarū, & peregrinorum atque pupillorum non per ſeipſum, ſed per archidiaconum, aut archipresbyterum agat, & hoc, quia non debet habere curā de aliqua re mundana, ſed ſolum de oratione, & lectione 4. diſt. c. epiſcopus nullam, ſ. epiſcopus nullam curā rei familiaris ad ſe reuocet, ſed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet. De negociatione autem quę fit propter neceſſitatem dicendū, ꝙ licita eſt quandiu eſt neceſſaria. multa enim neceſſitas facit neceſſaria quæ alias illicita eſſent. Sūt autem quidam clerici valde pauperes propter exiles reditus, & ſecundum conditionem quarundam terrarum non poſſunt ſuſtentari decenter, neque competenter, niſi negociatores exiſtant, & de his dicendum, ꝙ licet eis negociari, non quidem omnino, ſed tantum quantum valeat ſuppleri indigentię illorum. Et hoc colligitur extra ne cleri. vel mo. c. ſecundum inſtituta. vbi negociatio propter cupiditatem vetita eſt. ex quo ſequitur, ꝙ negociatio propter neceſſitatem eſt licita, vt ibi dicit glo. Sed obijcietur, ꝙ iſti modi negociationū nō ſint vetiti clericis, quia ſolum vetatur eis iniuſta negociatio. illa autem eſt vbi acquiruntur iniuſta lucra, ſed iuſta negociatio non interdicitur eod. tit. c. multa, ſ. iniuſtum negocium exercere, neque tamen iuſtum negocium eſt contradicēdum. Secundo, quia turpe lucrum uetatur clericis. & tamē turpe lucrum eſt iniuſtū lucrum eod. c. ſ. quicquid iuſto plus appetit homo turpe lucrum eſt, & tamen lucra precedentia non ſunt iniuſta, quę fiunt a negociātibus propter utilitatem publicam, uel propter pauperū ſuſtentationem, & alimentationem, uel etiam ab eis qui ſola lucra quærūt, dum tamen fiant ſecūdum commenſurationem. ergo nō ſunt uetita clericis. Dicendum, ꝙ ut ſupra declaratum eſt ſola lucra, uel negociatio propter neceſſitatem licita ſunt clericis, lucra autem quæ ſunt propter cupiditatem, ſiue ſint iniuſta, ſiue non, illicita ſunt clericis. Cum autem obijcitur, ꝙ ſola iniuſta lucra, uel negocia uetita ſunt. Dicendum, ꝙ iniuſtū negocium eſt illis uetitum. Et tamen non ſequitur a contrario ſenſu, ꝙ omnis negociatio quæ non eſt iniuſta ſit eis permiſſa, quia ſtatim inuenitur ꝺ̄rium expreſſum in iure. Nam dr̄ ibi, ꝙ ꝓp hoc non eſt iuſtum negocium contradicendum ꝓp neceſſitates diuerſas. ergo uī, ꝙ ſola neceſſitas eſt cauſa permittēdi clericis negociationem. Vnde propter alimentationem pauperum non licet negociari, neque ꝓp utilitatem publicam. Etiam patet, quia lucrū quærere ꝓp ſolum lucrum, dum tm̄ non excedatur cōmenſuratio valoris rerum in uendendo, non eſt iniuſtum lucrum, & tm̄ non licet ſic negociari, quia eſt ad cupiditatem. immo uetitum eſt ſub pęna excommunicationis extra ne cleri. uel mo. c. fm, ſ. fm ſtatuta ꝓdeceſſorū noſtrorum ſub anathematis interminatione prohibemus, ne qui clerici, uel monachi cauſa lucri negocientur. Ad fm dici poteſt uno modo, ꝙ clericis non ſolū lucrum turpe, ſed etiam lucri deſideriū prohibetur, quia ſicut Apoſtolus dixit habētes uictū, & quibus tegamur his cōtenti ſumus, ideo omnis negociatio uetita eſt, niſi ꝓp neceſſitatem, quæ non eſt ad lucrū, ſed ad ſuſtentationem. Secundo poteſt dici, ꝙ clericis uetitum eſt turpe lucrum, ſed illud triplicīter. uno modo turpe, ideſt illicitum, & iniuſtum. Alio modo turpe nullam continens honeſtatem, licet etiā iniuſtitiam non habeat. Primo modo accipitur extra ne cle. uel mo. ca. multa. & ſic omnibus uetitū eſt turpe lucrum. Secundo modo accipitur 14. q. ca. quicūque, ſ. quicunq; tpe meſſis non ꝓp neceſsitatem comparat annonam &c. turpe lucrū dicimus, & iſtud non eſt iniuſtum, quia non eſt præter commenſurationē. Et tm̄ eſt turpe, quia nō habet honeſtum, & iſtud uetatur clericis 14. q. 4. ca. ſiquis oblitus, & c. quoniā clerici. Tertio poteſt dici, ꝙ turpe lucrum uocatur id, qđ acquiritur cum ſolo deſiderio lucrandi, etiam ſi non committatur ibi aliqua iniuſtitia, & ita poteſt intelligi allegatum c. multa, ſ. quicquid plus iuſto homo appetit turpe lucrum eſt. & ita ex ſolo deſiderio uocat turpe lucrum, ut cum quis concupiſcit id, quod non eſt ei neceſſariū, ſed ultra neceſſarium. & hoc modo differt

differt turpe lucrum, & iniuſtum lucrū. Ad argumentum autem in principio, in quo innuebatur, ꝙ omnis negociatio ſimpliciter ſit vetita clericis. Dicendum, ꝙ ſaltem ea quæ eſt propter neceſſitatem non eſt vetita, & ideo, licet dicatur generaliter in quocunq; canone vetitam eſſe negociationem, debet intelligi, ꝙ non ſit vetita negociatio propter neceſſitaten., quia ita expreſſum fuit in allegato ca. multa. Secundo poteſt dici, ꝙ etiam 14 q. 4. c. clerici, non negatur ſimpliciter omnis negociatio, ſed ſolū negociatio propter lucrum. Et patet, quia ponuntur ibi duo quæ ſignant hoc, ſ. quæſtus. & cupiditas, cum dicatur clerici ab indignis quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum, & ita expreſſum eſt extra ne cler. vel mo. c. ſecundum, quia ibi negociatio cauſa lucri prohibetur.

An ſolis clericis, & monachis ſint vetitæ negociationes, vel etiam laicis, & quæ ſint turpia lucra.
Quæſt. CCXXV.

QVÆRETVR, an ſolis clericis, & monachis ſint vetitæ negociationes, vel etiam laicis. Aliqui dicunt, ꝙ etiam laicis: nam ſi negociationes bonę eſſent non vetarentᵉ clericis, ſed malæ ſunt, & ideo ſunt vetitæ. Omne tamen malum etiam laicis vetitū, quia quod malum eſt nulli licet. ergo etiā laicis vetita eſt negociatio. Secundo, quia negociatio turpe lucrum eſt, & tamen, quod turpe eſt omnibus eſt vetitum, cū C opponatur honeſto, & honeſtū ſit id, quod omnibus ſub neceſſitate eſt impoſitum. Dicēdum, ꝙ negociatio ſecundum ſe nō eſt vetita laicis, quia ſi eis eſſet vetita ſimpliciter eſſet illicita, & impediret bonum publicum, quia per negociationem quorundam qui lucra intendunt, prouidetur alijs in neceſſarijs, quod nō fieret nemine negociante. Sed conſiderandum, ꝙ in negociatione aliquid eſt, quod eſt ſine peccato, aliqd vero, quod nō poteſt eſſe ſine peccato: quærere enim lucrum vltra commenſurationē ſine peccato eſſe nō poteſt, deſiderare autem lucrum ſine peccato eſſe poteſt, ideo primum eſt vetitum laicis. ſecundum non. In quo magis conſiderandum, vt dictum eſt præced. D quæſt. ꝙ negociatio poteſt fieri propter ſolum lucrū, aut nō propter lucrum principaliter, ſed propter aliquam cauſam honeſtam, vt propter inopiā, & ſuſtentationem, aut propter vtilitatem publicā, aut ad alendum pauperes de lucris. Si propter neceſſitatem, & inopiam, manifeſtum eſt, ꝙ licet negociari laicis, cū etiam clericis liceat, vt oſtenſum eſt præced. q. Si autem propter vtilitatem publicam, aut alimentationē pauperum dicendum etiam, ꝙ eis licet, quia iſti fines ſunt laudabiles, & actus ipſe negociandi non eſt contra profeſſionem, & officium laicorum, qui non ſunt ſpecialiter ad aliqd obligati, ideo non eſt aliquid quare vetita ſit eis ſic negocatio, ſecus de clericis, quia negociatio valde repugnat officio, & profeſſioni eorū, ideo nō eſt eis licita. Si autem fiat negociatio propter lucrum ſolum, aut principaliter propter illud, & tunc E aut in captando lucra excedit negociator proportionem valoris conſiderato labore, induſtria, expenſis, & cęteris circunſtantijs, aut non. Si excedit ſemper eſt iniuſtus contractus, & ideo talis negociatio omni homini eſt vetita tam laico quam clerico, ſicut iniuſtū facere eſt omnibus vetitum. Si non excedit commēſurationem dicendum, quòd non eſt vetita laicis, quaoē, quod ſine peccato mortali fieri poteſt conceſſum eſt eis, ita autem eſt hic. nam dato, quòd propter ſolū lucrū moueantur, ſi propter illud tamen nihil agunt, neque agere volunt quod ſit contra rectitudinem excedendo modum, aut fraudando proximum, adhuc

A auaritia illa nō accedit ad eſſe peccatum mortale, cū autem ardor lucri tantus eſt, vt ſiquis propter cupiditatem lucri committat aliquid contra legem Dei, vt vendere vltra commenſurationem, vel fraudare proximum, aut ſimilia, aut committere ſit paratus, talis auaritia, ſiue cupiditas eſt peccatum mortale, etiam ſi nondum negociator aliquid vendiderit, aut neminem fraudauerit, quia iam præponuntur lucra Deo, & eſt abuti, ſ. fini vtibili. Cum autem quislibet cupiat lucra, compeſcat deſideria ſua, ita quòd nolit lucra capere cōtra iuſtum, aut offendendo aliquomō Deum non abutitur, & ideo nō eſt per ſe illa auaritia, vel cupiditas peccatum mortale. Et ſic negociatio talis licita eſt laicis, in qua talia lucra propter ſe quærunt, quia licet propter ſe quęrere videantur, cum non appareat expreſſe, quòd propter alium finem quærunt, quia tamen citra Deum continent deſideria illa, non eſt lucrum finis vltimus, ſed ſubordinatus, ideſt non repugnans. B

Ad primum in contrarium dicendū, ꝙ omne malum id eſt, quod in ſeipſo eſt malum, vel ſecūdum ſe eſt vetitum omni homini. de negociatione autē non eſt ſic, quia poteſt eſſe ſine peccato, ideo non eſt ſimpliciter vetita omni homini. Cū vero de clericis obijcitur, dicendum quòd eis vetatur non tanquam ſimpliciter ſit mala, ſed quia eis eſſet mala, ideſt impeditiua officij eorum.

Primo, quia clerici cū ſint in gradu celſiori profeſſionis bonis q̄ laici debent non ſolū abſtinere ab omni malo, ſicut & laici, ſed etiam ab omni ſpecie mali. & iſtud eſt motiuum, quare quoſdam ludos vetāt iura fieri in Eccleſia, quos tamen licitū eſt fieri in theatro, ſ. quia miniſtris Dei ab omni ſpecie mali abſtinēdum eſt extra de vita, & hone. cleri. cap. cum ab omni ſpecie, & tamen negociatio habet quandam ſpeciem, vel acceſſionē ad mala, ideo vetita eſt clericis.

Secundo, quia negociatio eſt ordinata ad lucrum terrenum, cuius clerici debent eſſe contemptores, & ideo non debent illi rei implicari per quam ad lucrū terrenum peruenitur.

Tertio propter multa vitia quę in negociatione accidere ſolent, ſ. mendacium, periurium, temeraria, & ſuperuacua iuratio, fraus, iniuſtus contractus, & ſimilia, quia ſicut in medio maceriæ figitur palus, ita inter ementem vix deficiet mendacium, & negociator vix eruitur a peccatis labiorum. D

Quarto, quia negociatio multum implicat animū curis ſecularibus, & per conſequens retrahit a ſpiritualibus. Et hoc valde eſt contra profeſſionis cōditionem clericorum: nam non ſolum animum ſpiritualibus debent, ſed etiam occupationes ſuas debēt Deo, negociatio tamen totaliter occupat hominem propter multitudinem cogitationū, ideo vitanda eſt clericis. Sic dicit Apoſtolus prima Thimo. ſecundo cap. nemo Deo militans implicat ſe negocijs ſecularibus. de laicis ſecus eſt, quia iſta non ſunt, ita contra eorum profeſſionem, vel ſubire pericula eorum, ſicut contra profeſſioncm clericorum, ideo licebunt laicis negociationes, & non clericis.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dictū eſt prędcedenti quæſt. turpe lucrum accipitur dupliciter. vno modo turpe, ideſt iniuſtum, quod vocatur turpe, quia eſt expreſſe contra honeſtatem. Alio modo turpe, ideſt non continens aliquam honeſtatem, ſed non eſt iniuſtum. nam quando quis habet ſolum deſiderium lucri, & illud cupit omni modo, ſiue immoderate, ſiue moderate vendendo eſt lucrum iniuſtum, & omne iniuſtum eſt turpe, quia eſt cōtra honeſtum, tale autem turpe omnibus hominibus eſt illicitum. Vnde nō eſt licita negociatio laicis in qua talia lucra

turpia

turpia quæruntur. Secundo modo vocatur turpe quã F
do quis negociatur ſolum, vt lucretur: nam etiam ſi
non ſit lucrum præter commenſurationem, & nulla
fraus intercidat, intentio lucri eſt turpis, quia lucrum
ſecundum ſe non dicit aliquod honeſtum, cum ne-
que dicat virtutem, neque naturalem neceſſitatem,
& ideo cum ſola intentio lucri mouet turpis eſt, cum
non ſit aliquid honeſtãs illam, & ideo illud vocamus
turpe lucrum, ideſt non habens honeſtatem, & tamẽ
iſtud, licet nunquam ſit laudabile, tamen non eſt pec
catum mortale, quia hoc intendens non committit
ad iniuſtum, ideo licitum eſt laicis, quia non eſt con-
tra honeſtatem, licet non habeat honeſtatem. & ita
non eſt omne turpe illicitum. G

An dans pecuniam mercatori, vt de eius lucro participet ſit vſurarius. Et quid ſi vnus ponit pecuniam, & alter laborẽ, vel vnus tradat pecuniam ad lucrum negociatori tanquam mutuo, & velit totum periculum pecuniæ in negociatorem transferre. Quæſt. CCXXVI.

QVAERETVR, an dans pecuniam mercato-
ri, vt de lucro eius partem habeat ſit vſu-
rarius.

Dicendum, quòd aut ambo negocian-
tur cum pecunia illa, aut alter tantum. Si ambo ne-
gociantur non eſt vſura, ſiue participent lucrũ æqua-
liter, ſiue inæqualiter, ideſt, quòd ambo ponant pecu-
niam, & ambo laborem, vel vnus pecuniam, & am-
bo laborem, quia non ponens pecuniam poterit de
lucro partem recipere, manente pecunia ſalua ei cu-
ius eſt, licet non æqualiter recipiant, & hoc pro labo-
re quem ſumit in negociando. Ratio prædictorum
eſt, quia ſi licet alicui negociari, & lucrari cum pecu-
nia, licebit ſocietatem facere ad negociandum cum
alio, vt lucrum inter ſe diuidant. Si autem non po-
nant ambo laborem, ſed vnus ponat pecuniam ſolã,
& alius laborem ſolum, an poterunt diuidere inter ſe
lucrum?

Et tunc dicendum, quòd aut dans pecuniam mer-
catori ad negociandum tenet penes ſe periculum pe-
cuniæ, vt ſi accidat illam exuri, vel diripi, vel alio I
caſu perire, quòd maneat penes eum periculum, &
damnum, aut ſi res emptæ de pecunia perierint,
aut minus valuerint, quia omnibus his modis pe-
rit pecunia, aut aliquid eius, aut periculum pecu-
niæ transfert in mercatorem, vel artificem qui nego-
ciatur.

Si primo modo adhuc dubitant quidam, an ſit li-
citum ſic lucrari, quia pecunia datur mutuo, ſed
de mutuo nullum lucrum haberi poteſt præter ſub-
ſtantiam rei. ergo poterit lucrum aliquod perci-
pere dominus, ſed totum pertinebit ad negocia-
torem.

Dicendum, quòd pars lucri conuenienter pertinet
ad dominum. & ratio eſt, quia hic eſt ſocietas, & non K
mutuũ, neque locatio, ideo ſicut in ſocietate poteſt
dominus cum mercatore partiri lucrum.

Et ſciendum, quòd hic poteſt eſſe triplex contra-
ctus, ſcilicet mutuum, locatio, aut ſocietas. Si mu-
tuum eſſet, pecunia eſſet ſimpliciter data negociato-
ri, & pertineret periculum ad ipſum, & non ad dan-
tem, & etiam totum lucrum perciperet negociator,
quia cum re ſua negociatur, & tamen non ſtat hoc
in præſenti, quia ſupponitur, quòd periculum ma-
neat penes dantem. Locatio etiam non eſt, quia ſi
locaretur vſus pecuniæ ad oſtẽtationem diuitiarum,
vel ad dandum eam pignori, vel ad alium vſum ma-
neret dominium penes dantẽ, & ſtaret periculo eius,
& daretur ſibi certum quid pro vſu eius quolibet an-
no, vel menſe, & hoc, ſiue lucraretur negociator, ſiue
non, ſed de lucro negociatoris nihil participaret do-
minus pecuniæ. Alius contractus eſt ſocietatis, &
iſte eſt, vt dominus pecuniæ ponat eam, & penes eũ
maneat dominium illius, & periculum eius, & ta-
men cum illa pecunia lucrentur ambo, ideſt negocia-
tor qui ponit laborem, & dominus qui ponit pecu-
niam, & ita manet hic periculum pecuniæ penes
dantem, quod non fit in mutuo. & non datur certum
quid, p vſu pecuniæ, ſicut in locatione, ſed participant
precium quod ſpecialiter pertinet ad contractum ſo-
cietatis.

Cum autem obijcitur, quòd iniuſte percipiat lu-
crum dominus eo, quòd non negociatur: nam de pe-
cunia, aut prouenit lucrum quantum ad ſubſtantiam
eius, aut quantum ad vſum qui fit cum ea. Quantum
ad ſubſtantiam non poteſt, quia illa non habet de ſe
aliquem vſum, niſi conſumptionem per quam tran-
ſit. ſi quantum ad vſum dicendum, quòd non poteſt
lucrari dominus, quia non negociatur, ſed ſolus mer-
cator, ideo nõ videtur, quòd ad dominum poſſit per-
tinere aliquid lucri.

Dicendum, quòd dominus percipit aliquid de lu-
cro pecuniæ non propter ſubſtantiam, ſed propter
vſum, quia negociando cum pecunia fit lucrum. Et
cum dicitur, quòd dominus non negociatur, ergo
non lucratur.

Dicendum, quòd licet non negociatur ipſe, negoci- H
atur alius pro eo, & cenſetur ipſe negociari, & ita
ipſe lucratur, ſicut cum dominus ſeruo ſuo tradit pe-
cuniam ad negociandum, manifeſtum eſt, quòd do-
minus non negociatur, ſed totum lucrum prouenit
ei, quia per ſeruum acquiritur domino. Idem autem
eſt de homine libero, vt ſi habeat quis famulum cui
pro ſeruitio mercedem præſtat, poteſt illi commen-
dare pecuniam ſuam ad negociãdum, & totum quod
ille lucratur acquirit dominus, ſic autem eſt in eo qui
pecuniam ſuam mercatori, vel artifici dat, vt negocie
tur cum ea: nam dat ei partem lucri, vt negocietur
pro ipſo, & reliquum lucrum proueniat domino pe-
cuniæ, & ſic videtur negociator locaſſe in hoc operas
ſuas domino pecuniæ pro parte lucri quem accipit.
& ideo videtur dominus pecuniæ negociari, & ita ex
ea iuſte aliquid accipit quaſi per ſe negociaretur. Sed
cauſa dubitandi erat ſi dominus dediſſet hanc pecu-
niam negociatori quaſi mutuam, quia tunc non po-
terat aliquid pro lucro eius accipere, eo quòd transla-
tum erat dominium pecuniæ in alterum, ſed non da-
tur mutuo, neque transfertur dominium, ſed ponit-
tur, vt in contractu ſocietatis. Si autem dominus pe-
cuniæ velit trãsferre periculum in negociatorem ac-
cipientem, aut vult transferre totum periculum pe-
cuniæ, aut partem eius, ſi partem tenetur a plurimis,
quòd ſit licitus contractus, quia iſta eſt conditio ſocie
tatis quaſi ſit fraternitas, ſ. vt videantur ambo ponere
pecuniam, & ambo participare lucrum: nam cũ pro-
prie eſt ſocietas ambo ponũt pecuniam, & ambo ne-
gociantur, & ambo lucrum partiuntur, ſiue æquali-
ter, ſiue vt conuenerit inter eos. Si autem ambo po-
nant pecuniam, manifeſtum eſt, quòd ſi damnum pe
cuniæ euenerit, quòd ambo ſuſtinent, ſecundum q
pecuniam poſuerunt. Et ideo cum nunc vnus ponit
pecuniam, & alius laborem, ſi contractus ſocietatis
inter eos ſit, videntur ambo ponere pecuniam, ideo
quòd periculo amborum ſtet ſecundum partes non
eſt vſura, neque illicitus contractus. Si autem domi-
nus pecuniæ velit totum onus, & periculum pecuniæ
transferre in negociatorem, aliqui contẽdunt, quòd
non ſit vſura, ſed poſſit hoc ſtare cum cõtractu ſocie-
tatis. de quo ſatis dicit Hoſtien. in ſumma. titu. de vſu

§. an

§. an aliquo caſu vſu quid ſi periculum. Sed dicen-
dum, quòd communiter omnes doctores tenent, &
iſta eſt veritas, quòd non poteſt ſtare, quia eſt contra
naturam contractus ſocietatis: nam in contractu ſo-
cietatis quilibet maner dominus eius, quod ponit in
ſocietate, & tamen periculum rei pertinet ad illum
cuius eſt, ideo non poteſt in ſocietate trãsferri totum
periculum in alterum, quia definit eſſe ſocietas. Hoc
enim ſpecialiter pertinet ad mutuum, vbi totum pe-
riculum transfertur ad accipientem, eo quòd etiam
dominium pecuniæ transfertur in ipſum.

Ideo dicendum, quòd vſurarius eſt talis contractus
in quo quis dat pecuniam mercatori, & vult partici-
pare lucrum, ideſt tertiam, vel quartam eius, & tamẽ
totum periculm transfert in mercatorem, quia hoc
eſt mutuare, & pro mutuo pecuniam accipere, quod
eſt vſura. & ita Hoſtienſ. dicit, quòd ſi pecunia data B
periret caſu fortuito, quòd conſulendum eſt in foro
animæ ei qui dedit, vt remittat, & non repetat eam
ab eo cui tradidit ad negociandum.

An promittens mercatori pro pecunia ſibi commodata lucrum quod ſperabat in nundinis de ea ſit vſurarius. Quæſt. CCXXVII.

QVAERETVR de hoc caſu. quidam volebat
ire ad nundinas, vt merces ibi emeret, &
deduceret ad alium locũ, vel ſeruaret pro-
pter lucrum. ego autem indigens pecunia C
petiui illam, promittens me illam reddere in tempo-
re certo cum lucro, quod ille ſe ſperabat habiturum,
an ſit iſte contractus vſurarius?

Reſpondet Innocentius, quòd ille contractus eſt
vſurarius, licet quidam contrarium teneant, neq; ſcit
talem mutuantem excuſari, ſed Hoſtien. extra de vſu.
capitu. ſalubriter. tenet, quòd ego obligatus ſum ad
intereſſe lucri illius quod ille mercator facturus erat
veriſimiliter, dummodo non fiat in fraudem vſura-
rum, & prædictus mercator non conſueuerit tradere
ad vſuram. idem videtur placere Raym. in ſum. eod.
titu.

Sed dicit Io. An. quòd non tenetur recipiens pecu D
niam mutuatam ad iſtud intereſſe, niſi ex mora, vt ſi
vadens ad nundinas diceret. ego ſum iturus tali tem-
pore ad nundinas, & negociaturus de iſta pecunia, &
ideo non mutuabo tibi, niſi dederis mihi eam ad ta-
le tempus, vt ego poſſim eam ferre ad nundinas, &
accipiens offert ſe daturum, ſi non det in termino, &
ideo alius non vadit ad nundinas, tenetur ad totum
intereſſe, quia iam ex morã debetur. ſed ante mo-
ram non.

Et dicendum, quòd hoc videtur verum, quia patet
de dando damnum, in quod incurrit mutuans, eſt li-
citum etiam ſi non ſit lucra, ſed de dando lucra quod
poterat facere mutuans cum pecunia eſt contractus
illicitus, niſi eſſet lucrum certum, quia illud eſt quaſi
debitum, & carere tali lucro computatur in damnũ,
ſed tale non eſt lucrum quod poterat nunc facere ne- E
gociator, quia poterat perdi pecunia furto, vel rapi-
na, vel incendio, vel alio modo, aut tenendo eam po-
terat iſte non negociari, aut negociando non lucrari,
& ideo de hoc, quod erat dubium non debetur inte-
reſſe, niſi ex mora, vt dictum eſt.

An ſit contractus vſurarius hunc caſum facere de quodam obligato ad certum debitum vſurario. Quæſt. CCXXVIII.

QVAERETVR aliquis erat obligatus vſurario ad
certum debitum cum vſuris, & habebat pecu-
niam de qua poterat ſatisfacere de debito, & vſuris, A
ſed ſocius eius petiuit pecuniam illam ab eo mutari.
& ille dedit eam ſub hac conditione, vt ſolueret vſu-
rario debitum, & vſuras de cetero currentes, an ſit
contractus vſurarius.

Aliqui dicunt, quòd non eſt vſura, quia vſura dicit
lucrum, ſed mutuãs nullum accipit hic lucrum cum
ad vſurarium pertinet. ergo non eſt contractus vſu-
rarius.

Secundo, quia ſi iſte ſoluiſſet pro vtilitate ſocij poſ-
ſet ab eo repetere ſortem, & vſuras extra de fideiu. ca.
peruenit, & capit. conſtitutus: multo fortius ergo po-
terit excipiendo retinere de reg. iu. capit. qui ad agen-
dum libro 6.

Alij dicunt, quòd eſt contractus vſurarius, quia ſi
iſte pro ſeipſo ſtipulatus eſt vſuras, ſine dubio eſt vſu-
rarius. Si autem creditori ſuo ſtipulatus eſt non va-
let ſtipulatio inſtit. de inuti. ſtipul. §. alteri. & ita, vel
non tenet contractus, vel eſt vſurarius.

Aliqui dixerunt, q̃ difficile erat hoc ſolui, ideo ſol-
ueret qui poſſet, ſicut dixit Damaſus.

Alij vt Trancre. dixerunt, quòd non poterat mu-
tuans petere, niſi ſortem, in quo innuit vſutarium eſ-
ſe contractum.

Alij tenent, quòd poterit mutuans compellere ac
cipientem actione mandati ad ſoluendas etiam vſu-
ras currentes. ſic tenet Barthol. Braxi. in q. veneriali
quæ incipit aliquis ſcholaris.

Dicendum, quòd aut iſte mutuans volebat de pe-
cunia illa ſatisfacere creditori ſtatim, aut non. Si non
volebat eſt vſurarius, quia lucrum acquirit, quia eui-
tat vſuras illas quas alias non erat euitaturus, & ideo
vltra ſortem accipit. Si autem de illa pecunia ſoluturus
erat ſtatim creditori, & per hoc ſe liberaret tam a
ſorte quam vſuris non eſt contractus vſurarius, neque
peccat, & hoc, quia iſte nihil acquirit, ſed euitat dam-
num quod alias erat euitaturus, cum intenderet per
iſtam pecuniam ſe exonerare debitis, & vſuris, & ad
quemlibet pertinet, quòd damnum euitet. Hoc enim
modo cuilibet mutuanti licet dicere accipiẽti. ſi ego
mutuo tibi nunc iſtam pecuniam incurro in tale dã-
num, ſi tu vis illud ſoluere mutuabo illam, alias non
faciam. & non eſt contractus illicitus, quia licet con-
uenire de damno vitando, & maxime quando præ-
ſens eſt certum. ſciebat enim qui mutuauit pecuniã
ſocio, quòd currebant ſibi vſuræ, & ſi non ſolueret
ſtatim, quòd in curreret in illud damnum, & cum ex
illa pecunia ſoluturus erat, licebat ſibi petere ab acci-
piente, quòd liberaret eum a ſorte, & vſuris curren-
tibus, cum poſſet omnes præteritas, & debitum ſoluere
cum illa pecunia.

An mutuans communitati pecuniam, vt non ſoluat impoſitionem ſit vſurarius &c. Quæſt. CCXXIX.

QVAERETVR ſiquis mutauit communitati pe-
cuniam ea conditione, vt quandiu communi- E
tas pro illo debito ſibi obligata eſſet non teneretur
ad ſoluendum impoſitiones, vel collectas, an ſit vſu-
rarius?

Reſpondet Guilel. in Specu. titu. de vſu. quòd non
eſt vſurarius, eo quòd non agit de captando lucro,
ſed de vitando damno quod poterat vitare.

Sed dicendum circa hoc, quòd aut certum erat,
quòd interim aliquæ collectæ imponerentur, aut nõ.
ſi certum erat, quòd imponerentur videtur, quòd ſit
vſurarius, quia pro expectatione ſolutionis acquirit
hoc, quòd non ſoluat collectas, quas alij ſoluũt. ſi au-
tem non erat certum, an eſſent imponendæ colle-

ctæ, ſi

ctæ, si dubium erat, non erat iste vsurarius, quia ista dubietas excusat eum, licet lucrum capiat ex illa mutuatione.

An possit quis recipere aliquid de mutuatione facta cuidã euntí ad nundinas apud se periculum de pecunia tenenti.
Quæst. CCXXX.

QVAERETVR quid si aliquis eunti ad nundinas mutuauit centum, & retinuit penes se periculum illorum centum, an possit aliquid pro hoc recipere.

Dicendum, quòd hic potest fieri triplex cõtractus, scilicet societatis, mutui, locationis. De primo, vt vt quòd daret aliquis eunti ad nundinas centum, & negocietur cum pecunia illa pro ambobus, & maneret tunc pecunia periculo amborum, vel dantis solũ. De secundo, vt quòd mutuaret dans pecuniam accipienti, & tunc transiret in accipientem, & pro se solum negociaretur de ea, & periculum totum esset accipientis. De tertio, vt quòd dominus pecunię locaret pecuniam indigenti ad aliquem vsum, & retineret penes se periculum pecuniæ, & pro vsu eius locato acciperet aliquid.

Dicendum, quòd si esset primus contractus, ideſt societatis conuenienter daretur pecunia negociatori eunti ad nundinas, & reciperetur aliquid, non trãsferretur dominium in accipientem, sed maneret penes dantem, & etiam non acciperetur aliquid determinatũ quasi pro vsu pecuniæ, cum non locetur vsus, sed dãs videatur negociari cum ipsa pecunia, quia est societas, & negociat mercator pro se, & pro eo a quo accepit pecuniam, sed participabunt in lucro supervenienti, siue paruum, siue multum sit, aut si nullum fuerit sustinebunt simul onera damni, & tamen hic non est sic.

De secundo, ideſt mutuatione dicendum, quòd non potest aliquid recipi vltra sortem, eo quòd pecunia mutuata transit in dominium eius cui mutuatur, & ad periculum eius pertinet, & ideo nemo potest, p vsu eius aliquid recipere, quia nullius est, nisi habentis eam, & stultum esset, quòd quis peteret fructus rei alienæ.

Si autem dicatur, quòd pro eo, quòd suscepit mutuator in se periculum possit recipere aliquid vltra sortem.

Dicendum, quòd non potest. & iste est casus in ca. nauiganti. extra de vsu. & oportet intelligi sic, quòd ille qui mutauit eunti, vel nauiganti ad nũdinas pecuniam recepit in se periculum, ideſt, quòd assecurauit accipientem, quòd pecuniam saluam deduceret vsque ad nundinas, & si casu periret pecunia, quòd non teneretur accipiens aliquid reddere mutuanti, neque ipsam sortem, vel vadens ad nundinas accepit merces ab aliquo venditas ad certam æstimationem iustam, quam soluere non potuit tunc, & voluit ferre merces illas ad nundinas, vt negociaretur, & vendens dixit. ego reddo tibi istas merces securas, ideſt, si non peruenerit ad nũdinas, vel aliquid de eis casu perierit, quòd non tenearis mihi ad sortem, & si peruenerint, quod des aliquid vltra precium venditionis, quod videor tibi nunc mutuare pro illa securitate q̃ facio, & periculo quod sumo in me. Et dicendum, quòd in neutro casũ potest accipere aliquid vltra sortem, vt in eod. c. nauiganti.

Et dicendum, quòd assumptio periculi nihil confert mutuatori potiusquam si simpliciter tradidisset pecuniam, eo quòd periculum rei semper pertinet ad eum qui est dominus, & cũ mutuator desierit esse dominus, frustra pro re alterius periculum accipit, & ideo contractus est vsurarius. Si autem esset contractus locationis non videretur esse iniustum, quòd acciperetur aliquid pro vsu pecuniæ: nam in qualibet re locabili locator accipit pecuniam pro vsu rei quã locat. de pecunia autem planum est, quòd locabilis est ad quosdam vsus, vt ad pompam, & ad ponendum pignori, & ad similia, ideo tunc licite recipitur aliquid pro vsu pecuniæ pro illo tempore, & tamen tunc pecunia tradita manet quãtum ad dominium penes locantem, & ad eum pertinet periculum, ideo nõ oportet, quòd dans expresse contrahat cum accipiente, q recipiat in se periculum eius, quia ex conditione contractus inest, etiam si nihil exprimatur quod periculo dantis maneat cum locata sit, vnde nihil plus accipit pro hoc, quòd periculũ in se suscipit, sed pro hoc, quòd vsum eius locat. & tamen, quia pecunia magis se habet ad mutuationes quam ad locationes, etiam quia pecunia non deterioratur ex vsu, sicut alia quæ locantur, vt equus, vestis, & domus, non est securum locare pecuniam accipiẽdo aliquid pro vsu eius, quia videtur latere ibi fraudem vsurarum. De hoc Gregorius, & habetur 88 dist. cap. eijciens. si tamen vere, & sine fraude vsurarum, neque alia spe locaret quis pecuniam ad pompam, vel ad ponendum pignoratam, vel ad similes vsus, retinens in se eius periculum, sicut facere debet ex conditione contractus locationis non est illicitum aliquid accipere pro vsu eius.

Sed dicendum, quòd in allegato ca. nauiganti non fuit sic, quia ibi dans pecuniam non locauit eam, sed mutuauit, vt litera dicit. & additur, quòd suscepit in se periculum eius, ideo propter hæc duo apparet, quòd non poterat recipere aliquid vltra sortem. Primum patet, quia dicitur, quòd mutuauit, & tamen in mutuo transit dominium, ideo pro pecunia mutuata nihil vltra potest accipi. Secundum patet, quia dicitur, quòd suscepit in se periculum, & tamen non suscipit quis in se, nisi quod non habebat. ergo videtur, quod iste iam cessauerat habere periculum pecuniæ cum suscepit illud, & tamen nõ cessaret habere illud, nisi pecunia desineret esse eius. ergo erat pecunia mutuata, & desierat esse mutuatoris, & consequenter nõ poterat aliquod commodum pro illius vsu accipere. Si autẽ quis vellet de pecunia quam dat negociatori eunti ad nundinas aliquam vtilitatem capere, oportet quòd daret ei in societatem, vt pro ambobus negociaretur sub periculo dantis, vel sub periculo amborum, & tunc posset accipere partem lucri.

An banchi, seu cambia sint licita, & possint exerceri sine peccato. Quæst. CCXXXI.

QVAERETVR cum quis dat hic in Hispania centum negociatori, vt Romæ, vel Hierosolymis faciat sibi responderi cum nonaginta, & sex, an sit vsura.

Dicendum, quòd non videtur hic modus vsurę: nã is qui dat pecuniam solet accipere superabundantiã in contractu vsurario, & hic qui dat non accipit superabundantiam, sed qui recipit.

Item solet fieri contractus vsurarius cum quis mutuat alteri pecuniam, ut ad certum tempus det ei, & pro vsu illius temporis recipit lucrum, & tamen hic est è contrario, quia qui a principio recipit non dat vsuram, sed potius datur ei vsura.

Tertio, quia etiam in uenditione quando est vsuraria propter mutuum tacite existens fit, aut propter anticipationem precij dati, aut propter dilationem solutionis.

De primo, ut cum quis emit uilius quã res ualeat, quia dedit precium antequam acciperet rem. De

De secundo, vt cum accepit quis rem emptam antequam solueret, & ideo carius emit quã valeat, quia in his duobus casibus vsura est. & tamen hic est è cõtrario, quia qui prius pecuniam dat, & expectat illam postea accipere, minus accipit, & ideo non est modus vsuræ, sed potius contra formam vsuræ.

Dicendum, quòd prędictus contractus non est vsurarius, sed potius licitus, potest tamen esse iniustus secundum quantitatem superabundantiæ. habet autẽ contractus iste aliquid mutui, quia sicut in mutuo dans transfert dominium pecuniæ, & periculum in accipientem, ita & hic dãs pecuniam negociatori in Hispania, vt accipiat ab eo Romæ, transfert in eum dominium pecuniæ, & periculum, habet autem aliquid locationis inquantum iste suscipiens locat operas suas ei a quo accipit quasi, vt deferat ei saluam pecuniam illam in locum in quo alius vult accipere, & pro his operibus aliquid meretur, & aliquid acceptum est, & iustum est quod accipiat.

Primo, quia iste excusat labores multos, & pęricula dantis pecuniam, quæ ille non euaderet sine sumptibus, & difficultatibus. ergo potest pro isto bono, quod illi impendit aliquid recipere ab illo.

Secundo ex parte recipientis, quia negociator recipiens hic in Hispania pecuniam, & dans eam Romæ non potest istud facere sine expensis, quia oportet habere domum, & societates in multis locis, quæ non fiunt sine multis solicitudinibus, & expensis, & data opera ad hoc, sed nemo cogitur dare operas gratis, ideo pro hac responsione potest aliquid recipere negociator quasi locet in hoc operas suas.

Et ideo dicendum, quòd non est vsura, quòd aliqd detur minus a recipiente quam receperit, quia labores suos in hoc apponit, & tamen potest esse iniustus contractus, secundum quòd recipit immoderate, vel extorquet ab eo qui pecuniam dat, & alibi accipere vult: nam sicut in emptione, & vẽditione rerum, quas quis emit, & postea carius vendit, consideratur commensuratio expensarum laborum, & solicitudinis, & quando caristia est secundum istam proportionẽ est iusta venditio, quando autem excedit est iniusta, ita in acceptione negociatoris, quando secundum proportionem suorum laborum, & solicitudinum accipiunt superabundantiam, pro hac responsione est licitus contractus, cum vero superabũdantiam ad hoc habent est contractus illicitus, ideſt iniustus.

An accipientes pecuniam sub vsuris peccent. Et quid de petente tam a parato quam a non parato dare ad vsuras & an non parato liceat suadere, vt det.
Quæst. CCXXXII.

QVAERETVR nunc circa accipientes pecuniam mutuam sub vsuris, an peccent, cum certum sit ipsos dantes ad vsuram quomodocunque peccare.

Aliqui dicunt, quòd etiã accipientes peccant, quia dicit Apostolus ad Ro. 1. quòd digni sunt morte non solum qui faciunt peccata, sed etiam qui consentiunt facientibus, sed qui accipit pecuniam mutuo sub vsuris consentit vsurario in suo peccato, & præbet ei occasionem peccandi. ergo etiam ipse peccat. Secundo, quia pro nullo commodo temporali debet aliquis alteri quamcunque occasionem peccãdi prębere, quia hoc semper pertinet ad rationem scandali actiui, & illud semper est peccatum, sed qui petit mutuum ab vsurario expresse dat ei occasionem peccandi. ergo pro nullo commodo temporali excusatur.

Tertio, quia non videtur esse minor necessitas interdum deponendi pecuniam apud vsurarium quam mutuum accipiẽdi ab eo, sed deponere pecuniã apud vsurarium videtur omnino esse illicitum, sicut illicitum esset committere gladium furioso, & virginem luxurioso. ergo neque licitum est accipere mutuum ab vsurario, cum per hoc detur occasio ad malum.

Aliqui dicunt, quòd accipiens mutuum sub vsuris non peccat, quia iniustum agere est illicitum, sed iniustum pati non, quia iustitia nõ est media inter duo vitia, vt patet 5. Ethi. & tamen qui mutuat ad vsuram iniustum facit, quia accipit vsuram, accipiens autem mutuum soluit vsuram, & iniustum patitur, ideo videtur, quòd non peccet, quia non poterit quis in eodem actu simul iniustum pati, & iniustum agere.

Dicendum, quòd dans ad vsuram semper peccat, & tamen recipiens mutuũ sub vsuris non semper peccat, sed aliquando excusatur a peccato. motiuum autem ad hoc, quòd peccet videtur esse, quia communicat danti ad vsuram. & tamen nõ est necesse, quòd communicans alteri qui peccat peccet. Vnde inducere aliquem ad peccandum nullo modo licet, vti tamen peccato alterius ad aliquod bonum licitum est, quia Deus vtitur omnibus peccatis nostris ad aliquod bonum, cum ex quolibet malo eliciat aliquod bonũ, vt ait Aug. in Enchiridion. Et ideo Aug. respondens Publicolæ quærenti, an liceat vti iuramento eius qui per falsos Deos iurat, in quo manifeste peccat reuerentiam illis tanquam dijs exhibens, respondet quòd vtitur fide illius, qui per falsos Deos iurat non ad malum, sed ad bonum non se peccato illius sociat quo per dæmonia iurauit, sed pacto eius bono quo fidem seruauit, si tamen iste qui vtitur iuramẽto alterius per falsos Deos cogeret, vel induceret alterum ad iurandum per illos, manifestum est, quòd peccaret.

In præsenti autem sic dicendum, quòd qui mutuũ sub vsuris accipit, aut rogauit, vel induxit ad mutuandum ad vsuram aliquem, aut ille paratus ad hoc erat. Si primo modo dicendum, quòd est illicitum, quia nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum sub vsuris. Si secundo modo licitum est, aut nõ est illicitum ab eo qui paratus est dare ad vsuram recipere mutuum sub vsuris propter aliquod bonũ, quod est subuentio necessitatis propriæ, vel alienæ, sicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifestare bona quæ habet, & tamen latrones diripient illa, & diripiendo peccabunt, & tamen hoc licet ad hoc, quòd non occidatur. exemplo decem virorum qui dixerũt ad Hismaelem, noli nos occidere, habemus enim thesaurũ in agro Hiere. 41. c.

Innocentius autem extra de vsu. ca. super eo. dicit, quòd quidam dicunt, quòd pro quolibet opere virtutis faciendo licet cuilibet accipere mutuum sub vsuris, vt si velit inde facere eleemosynas, vel ædificare Ecclesiam, uel alia huiusmodi, sed si acceperit vsuras, vt luxuriose viuat, vel lasciuiat ex eo peccat. Dicit ẽt, quòd alij dicunt non esse hoc indistincte tenendum, quia non credunt esse licitum accipere pecuniam sub vsuris ad pascendum pauperes, qui in parua egestate sunt, & tamen est istud opus misericordiæ, vel liberalitatis, sed dicunt, quòd ille qui accepit mutuum debet considerare tempus, & locum, & multas alias circunstantias in mutuo vsurario contrahendo, debet etiam conferre inter bonum, quod sequitur ex opere virtutis, quod faciet ex mutuo accepto ad vsuram, & bonum quod sequitur si omittit accipere pecuniam mutuatam, quia si ex opere virtutis sequitur magnũ bonum, vt quia pascit pauperes fame morientes, vel ædificat Ecclesiam, vel emit calicem, qui perpetuo deputabũtur diuinis ministerijs, & ex diuisione accipiendi mutuum bonũ modicum sequatur, quia creditor iam voluntarie est vsurarius. Item quia si non

dederit

dederit mihi ad vsuram, paratus est alius qui eandem pecuniam recipiat sub vsuris. Nam in prædicto casu dicunt hi, quòd non solum potest recipere ad vsuram oblatam pecuniam, sed etiam rogare vsurariũ, vt mutuet sub vsuris, dicendo vsurario, quòd licet in omni casu peccatũ sit dare ad vsuras, minus tamen peccat si dat in bonum opus quam in malum: sed è contrario siquis videret hominem paratum ad pœnitẽtiam, vel voluntatem haberet de cætero abstinendi ab vsuris, tuncest maius bonum abstinere a mutuo vsurario q̃ facere quãtumcunq; bonum opus virtutis. Alij enim distinguebant, quòd aut quis dat causam fœnerandi vsurario, aut occasionem. Causam autem dicitur tradere, quando mercator non consueuerat pecuniã dare ad vsuram, & aliquis eum induxit, vt sibi daret, & ipse satisfaceret sibi de lucro, quod interim habere poterat retinendo pecuniam, vel aliquid nomine illius lucri promittit, & tunc peccat qui petit tale mutuum, quia facit, quòd ille peccet qui alias peccaturus non erat: occasionem autem dicitur tradere ille qui petiuit mutuum sub vsuris ab eo qui consueuerat dare ad vsuras. & tunc dicunt non esse peccatum.

Circa hoc membrum secundum dicunt alij subdistinguendum dicentes, quòd qui dat occasionem ex causa necessitatis, vt quia sibi deficiunt expensæ non peccat, quia in necessitate omnia sunt communia, & talis redimit vexationem suam quam tenetur, & hãc redimere licet. Si autem ex causa non necessaria, sed potius voluptuosa, vt quia vult ludere ad aleas, vel dare meretricibus, non licet dare occasionem.

Dicendum, quòd veritas est, sicut supra dicebatur, quòd aut petit mutuum sub vsuris quis ab eo qui cõsueuit dare ad vsuras, & paratus est dare omni petenti, aut petit ab eo qui non consueuit dare, neque intẽdit dare. De secundo dicendum, quòd regulariter nõ licet, eo quòd suaderetur alicui facere malum, & suadere malum semper est malum, & tamẽ si aliquis sit in extrema necessitate constitutus, aut videat alium in tali necessitate constitutum, vel quasi, potest peti mutuũ sub vsuris, etiam ab eo qui nunquam consueuit dare ad vsuras, sed alias regulariter non licet.

De primo dicendum, quòd etiam non est licitum pro quacunque causa, & tamen pro causa honesta, licet non sit magnæ necessitatis, licet & hoc, q̃ia non suadetur hic facere malum, sed iam iste paratus erat ad malum faciendum. Causa autem quare non liceat absolute est, quia etiam circa eũ qui paratus erat recipere vsuras aliquid conferre ad peccatum est, cũ quis ab eo mutuum petit: nam si non peteret aliquis mutuum nunquam daret ad vsuras ille, & sic solum esset peccatum in mente, & non in re, sed peccatum in re multũ addit ad peccatum in mente, ideo nõ licet alicui regulariter, etiam ab eo qui paratus est dare, accipere mutuum sub vsuris. Dico tamẽ, quòd interdum licet, & hoc quãdo causa necessaria, aut multum honesta subest, quia tunc non agit petens, vt occasionem det vsurario, sed vt sibiipsi prouideat in necessarijs. Sed dicetur quomodo potest esse licitum, quòd quis suadeat alicui non parato ad hoc dare ad vsuram, quia istud malum est, & nunquam licet alicui facere, quod malum est.

Dicendum, q̃ dare ad vsuram est per se malum, & vetitum. & istud in nullo casu licet, neque pro aliqua causa: nam etiam pro redimendo captiuo non est dãdum ad vsuras extra de vsu. ca. super eo. Accipere autem ad vsuram non est in omni casu malũ. sed aliquis casus est in quo non erit malum, ideo in illo casu licebit. & ratio huius est, quia quædam sunt mala quæ se habẽt determinate ad esse mala, & in nullo casu sunt bona, sed mox nominata cum malitia sunt conuoluta, vt dicitur 2. Ethic. & talia nunquam licet facere. Alia vero sunt sic mala, quòd in aliquo casu possunt esse bona, & illa aliquando licebit facere, s. quãdo potuerint esse bona. Primũ est dare ad vsuram, ideo nunquam licet. Secundum est accipere ad vsuram etiam ab eo qui non erat paratus, ideo aliquãdo istud licet, & patet in alijs similibus: nam accipere aliena regulariter non licet, & tamen in casu necessitatis, licet illa accipere auctoritate propria, etiam domino vetante, si ille nullo modo ea concedere vult, & nõ solum in necessitate propria, sed etiã in aliena necessitate, quia pro proximo pereunte fame, si ego nõ possum ei subuenire, licet mihi rapere, & dare illi. & sic quod regulariter malum est aliquando sit bonum. Sic petere mutuũ sub vsuris regulariter est malũ, quia videmur suadere alicui ad malum: nam siquis sine necessitate existens istud agat, videtur suadere ad malum Si vero vrgente necessitate non suadet ad malum, sed sibiipsi prouidet cui aliter prouidere non potest, propter quod cũ quis in tali necessitate est, debet petere mutuum ab aliquo gratis, & si ille dare noluerit potest accipere sub vsuris, cum etiam si multa esset necessitas, poterat rapere ab eo vel furari, dare autem ad vsuras est determinate malum, & nunquam licet, sicut fornicari est per se malum, ideo nulla necessitas euenire potest quæ illud licitum faciat.

Ad primum dicendum, quòd accipiens mutuum sub vsuris non consentit peccato vsurarij in casibus in quibus diximus hoc licere, sed potius displicet ei, q̃ ipse vsuras accipiat, cum sint in damnum suum, sed quia non potest aliter ab eo accipere mutuum, quòd bonum est, consentit inuoluntarius accipere sub vsuris, & est inuolũtarium mixtum, vel est volitum præsuppositione finis, sed non simpliciter.

Ad secundum dicendum, quòd ille qui accipit pecuniam mutuo sub vsuris non dat vsurario occasionẽ vsuras accipiendi, sed mutuandi: nam nõ petit ab eo, quòd sub vsuris det, sed quòd det simpliciter, ipse autem vsurarius sumit occasionem peccandi ex malitia cordis sui. vnde scandalum passiuum est ex parte sua, non est autem actiuum ex parte petentis mutuum, neque tamen propter hoc scãdalum passiuum, quod est in vsurario debet cessare indigens a mutuo petendo, quia huiusmodi scandalum passiuum non prouenit ex infirmitate, vel ignorantia, sed ex malitia.

Ad tertium dicendum, quòd vtrunque horum potest licite interdum fieri, scilicet, mutuum accipere ab eo, & apud ipsum pecuniam deponere. De primo dictum est supra.

De secundo dicendum, quòd siquis committat in custodiam pecuniam suam vsurario non habẽti, alias vnde vsuras exerceat, vel hac intentione committat, vt per hoc copiosius lucretur per vsuram, daret materiam peccandi, & ipse peccaret, quia esset particeps culpæ. si autem vsurario habenti vnde alias exerceat vsuras aliquis pecuniam suam committat, vt penes eum tutius custodiatur, non peccat, sed vtitur homine peccatore ad bonum.

Qui vocentur vsurarij manifesti.
Quæst. CCXXXIII.

QVAERETVR nunc circa pœnas usurarium, & quia pœnæ de iure imponuntur usurarijs manifestis, est dubium qui uocantur usurarij manifesti.

Dicendum, quòd uerũ est, quòd imponuntur manifestis, ut patet extra de usu. capitu. quia in omnibus, & capitu. cum. tu. & capitu. cum in diœcesi. Vocantur autem multipliciter manifesti. Vno modo, idest notorij. de quibus nulla tergiuersatione celari potest, vt quia toto populo vel maiori parte eius præsente det ad vsuras, & faciat expresse contractus vsurarios. Vel si tenet mensam paratam ad numerãdam ibi pecuniam cuilibet volenti recipere sub vsuris: sicut meretrix quę publice se prostituit, & notorium est de illa quod fornicatur, quia toto populo vidente constituit locum suum in quo fornicatur, & hoc per euidentiam facti vocatur notorium. extra de cohi. cleri. & milit. capitu. vestra.

Alio modo possunt esse manifesti per cõfessionem in iudicio sponte factam: vel quia conuicti sunt de crimine illo: nam tunc efficitur manifestum, immo & notorium. hoc enim vocatur notorium iuris, quãdo quis condemnatus est de crimine quod sponte confessus est, aut de quo conuictus est.

Alio modo vocantur manifesti. s. per argumẽta aliqua cum fama vt extra de vsu. c. cum in diœcesi. Non enim sufficit fama ad faciendũ manifestos vsurarios, sed argumenta requiruntur. eo. ca. vocantur autem argumenta ea quæ non necessario probant sed arguũt. & hæc dicit Io. An. eo. ca. esse. vt si tenebat mensam ad numerandam pecuniam, vel si apparent instrumenta confecta vsuraria, uel si solebat emere uilius, quia prę mittebat solutionem, vel uendebat carius, quia expectabat solutionem, & similia.

An ignoti vsurarij habebunt aliquam pœnam, & an expediat imponere illis pœnam manifestam?
Quæst. CCXXXIIII.

SED dicetur cũ pœnæ positæ a iure de solis vsurarijs manifestis dicantur extra de vsu. c. quia in omnibus, quid fiet de non manifestis vsurarijs, an habebunt aliquam pœnam sed non talem?

Aliqui dicunt, quòd aliæ pœnę sunt contra vsurarios non manifestos, minores quidem quam illę quę ponuntur in allegato. ca. quia in omnibus. & illæ non sunt expresse in iure, sed arbitrarię; quia ita est quantũ ad omnia alia quæ non exprimuntur, relinquuntur arbitrio iudicum.

Dicendum; quòd iura non posuerunt pœnam aliquam vsurariorum non manifestorum, eo quòd illis nulla pœna potest inferri in se in foro cõscientię, nam omnes illi de quorum crimine constat saltem in iudicio per confessionem ipsorum, vel quia conuicti sunt dicuntur manifesti in criminę, vt dictum est prędecẽ. q. & tamen eis quorum nõ est sic manifestum crimen non potest inferri pœna aliqua de iure in foro contentioso; ideo non debuit poni pœna nisi vsurarijs manifestis: occultis autem nulla ponitur, quia iudici nõ constat de eorum crimine: sed solum constat in foro conscientię, & ibi nulla pœna harum imponi potest. Nam siquis confiteatur alteri crimen vsurarum, vel iudex sciat illud secrete, non potest punire vsurarium aliqua illarum trium pœnarum, quæ ponuntur in allegato. cap. quia in omnibus, quia illę pœnæ sunt fori contentiosi, etiam per illas manifestaretur crimen quod non debet ferri, quia nunquam imponenda est pœna manifesta nisi pro peccato manifesto, & ideo caute dictũ est ne imponantur pœnæ illę nisi vsurarijs manifestis, ideest non imponantur vsurarijs occultis, de quorum crimine solum constat in foro conscientiæ: quia etiã si iudex fori conscientię esset idem, qui est iudex fori contentiosi non posset imponere aliquam harum pę natum pro crimine de quo sic solum sibi constaret. Etiam si constaret iudici de crimine vsurarij, vt quia ille in secreto sibi confessus est, extra forum tamen conscientię, vel quia ipse iudex recepit ab eo ad vsurã, & non constet coram eo per confessionem per iudicem factam, aut quia ibi conuictus est de eodem, non poterit imponi aliqua istarum pœnarum.

Quæ sint pœnæ contra usurarios. Quæst. CCXXXV.

QVAERETVR quę sunt istæ pœnę.

Dicẽdum quòd circa vsurarios quædam sunt pœnæ quædã vero vt debita. Est enim debitum ipsa restitutio, nam pręter pœnam quamcunque a iure, vel iudice imponendam stat restitutio, eo quòd pecunia vsurarij est æs alienũ, & ideo tenetur vsurarius indistincte & secundum omnem forum ad restitutionem sicut in furto vel rapina: nã non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, & specialiter ponitur in casu huius criminis vsurarum. extra de vsu. c. cum tu. Et istud ponitur præter omnem pœnam. Nam sunt pœnæ in uindictam criminis, restitutio autem non est in vindictam: quia etiam siquis alienam accepisset, vel teneret sine crimine teneretur ad restituendum: ideo inter pœnas promulgatas contra manifestos vsurarios extra de vsu. c. quia in omnibus, non ponitur restitutio velut vna illarum.

De pœnis autem quæ sunt proprie pœne dicendũ, q̃ tres positæ fuerunt in cõcilio Lateranensi, quod habetur. eo. ti. c. quia in omnibus.

Prima est, quòd non mittuntur ad perceptionem Eucharistiæ.

Secunda est q̃ si in hoc crimine decedunt carent ecclesiastica sepultura.

Tertia est quia dum viuunt non admittuntur oblationes eorum ad altare sicut cęterorum fidelium.

An vsurarius has pœnas ipso iure incurrat?
Quæst. CCXXXVI.

SED quæretur an vsurarius pœnas istas incurrat ipso iure, vel debeat sibi inferri?

Aliqui dicunt q̃ ipso iure incurrit, & q̃ est canon latæ sententiæ. sic tenet Innocen. eodem tit. ca. quia in omnibus. & Ray. in sum. titu. de decr. in rubricella de oblationibus, & ponit ibi vsurarios inter eos quorum oblationes non sunt recipiendę, & ideo videtur tenere Hostien. in sum. titu. de sententia excomm. §. quis possit.

Alij autem tenent q̃ non sit latæ sententiæ, canon sed ferendæ, sic tenet Ber. eo. ti. de vsu. c. cum tu. & idẽ Hostiens. & Ioan. An. & ista opinio est benignior, & quæ a pluribus tenetur, & videtur magis concordare litteræ. eodem titu. capitu. cum tu, scilicet cum tu manifestos vsurarios iuxta decretum nostrum, quod in concilio promulgatum est communione altaris & ecclesiastica præceperis sepultura priuandos, & ita uidetur, quòd ad iudicem ordinarium pertineat has pœnas inferre, & non sint ipso iure inflictæ, cum ibi Papa fundet intentionem suam ex eo quòd ille ordinarius mandauerat priuari sepultura, & communione altaris usurarios, & tamen si hoc non esset necessarium, sed ipso iure inciderent in has pœnas usurarij, Papa non introduceret ad fundandam responsionem dubitationis, quòd ordinarius mandauerat usurarios uitari: sed diceret, quòd quia in concilio Lateranen. contra usurarios promulgatæ erant illæ pœnæ, quòd vsurarij tenerentur ad restituendum tam usuras acceptas ante constitutionem illam quam post, nisi quis diceret q̃ ponitur illud ad referendum factum. i. quia episcopus mandauerat priuari cõione altaris donec restituerent usuras iuxta concilii Lateran. illi exceperũt se solum teneri ad usuras postea susceptas, non autem

ad prius receptas, & tunc referretur factum in verbis illis, & non constituetur ius, ſ. ꝙ ad ordinarium pertineat iſtas pœnas iam conſtitutas a iure infligere. Sed magis videtur tenendum, ꝙ ius ponant verba, quia ſi non ponerent ius, non referret verba illa Papa, vel ſi referret non approbaret, & tamen ex modo locutionis videtur approbare, immo quia expreſſe non reprobat videtur approbare, eo quòd digna erant verba illa reprobatione, ſcilicet, quòd Epiſcopus ſe mandaſſe afferebat, priuandos communione altaris, ſi verum erat, quòd ipſo iure erant priuati. Ideo videtur dicendum, quòd pœnæ illæ non habeant locum ipſo iure, ſed ſit canon ferendæ. & executio illius ad ordinarium pertìneat, ſicut quantum ad multos canones in quibus dicitur, qui talia fecerit excommunicetur, non enim eſt excommunicatus, ſed ordinarius excommunicare debet eum, & quouſque excommunicet illum, non eſt excommunicatus, ita hic vſurarij manifeſti non ſunt ipſo iure priuati communione, ſed ordinarius debet promulgare contra eos ſententias pęnales mandatas a canone, & tunc ipſo facto incurrerent in eas, & ſic fecit ille Archiepiſcopus Salernitanus in allegato cap. cum tu.

Quomodo habet locum prima pœna contra vſurarios, tam occultos, quàm manifeſtos. Quæſt. CCXXXVII.

QVAERETVR quomodo habet locum prima pœna contra vſurarios, ſcilicet, de non admiſſione ad communionem altaris.

Dicendum, quòd præſupponendum eſt in hoc vſurarios non eſſe excommunicatos ipſo iure, & etiã inter pœnas contra eos ſtatutas nõ ponitur pœna excommunicationis lata, neque ferenda in allegato cap. quia in omnibus. ideo licet vſurarij ſint manifeſti nõ repelluntur a communione fidelium, reſtabat etiam quòd admitterentur ad participationem ſacramentorum, niſi aliquid expreſſum eſſet contra eos, ideo conſtituta fuit vna de pęnis, quòd non admittantur ad communionem altaris, & eſt ſenſus, dato quòd vſurarius manifeſtus audiat diuina, & confiteatur, non eſt ei danda communio altaris, ſed expreſſe denegabitur.

Cauſa autem prima eſt, quia tales ſunt in peccato mortali, omnibus autem in peccato manifeſto exiſtẽtibus, negatur Euchariſtia, immo omnibus exiſtentibus quomodocunque in mortali, quia qui indigne ſumit iudicium ſibi manducat, & bibit. 1. Corin. 11. cap. Eccleſia autem non debet dare alicui occaſionem damnationis, ideo non debet dare exiſtentibus in peccato mortali communionem altaris, ſed quia Eccleſia neſcit occulta, vt non decipiatur negat Euchariſtiam exiſtentibus publice, vel manifeſte in peccato mortali: de vſura autem ſic cõſtat, quòd ſit mortale: ergo qui manifeſtus vſurarius eſt, ſtat in manifeſto peccato mortali: Eccleſia igitur illi communionem altaris negare debet. Secunda eſt in pęnam, vt facilius cogatur ceſſare ab vſuris: nam cum viderit vſurarius omnes Chriſtianos recipi ad communionem altaris, ſe autem repelli erubeſcet, & ſic ceſſabit ab vſuris, & ita fit in excommunicatione, quæ pro contumacia fertur: nam ideo excommunicatur quis vt tædio, & rubore affectus veniat petiturus veniam Eccleſiæ. Sed quid ſi non ſit manifeſtus vſurarius?

Dicendum, quòd non tenet in eo diſpoſitio iuris, ideo nulla pęna iſtarum poterit ei inferri, vt dictum eſt ſupra: vnde ſi vſurarius, de quo conſtat ſacerdoti in foro conſcientiæ, quòd ſit vſurarius, ideſt, quia ei confeſſus eſt, & manet in exactione, & propoſito vſurarum, vel quia alias ſecrete ſcit eum vſuratium, veniat ad ſacerdotem petiturus Euchariſtiam cum alijs, non licebit ſacerdoti illum repellere. Sed dicendum, quòd aut ſolus venit ad petendum Euchariſtiam, aut cum alijs. Si cum alijs, vt in die Paſchæ multi ſimul communicant, dicendum quòd non debet eum repellere ſacerdos, neque quicquam dicere, ne per hoc peccatum illius abſconditum, fieret manifeſtum, ideo ſibi tunc imputet talis vſurarius, quòd corpus Domini ad iudicium ſibi manducat, & bibit, quia Eccleſia non poteſt ei aliquid alterum facere, vetando, aut diſſuadendo, ne illius peccatum publicet, quod non licet. Si autem ſolus veniat dicendum, quòd præfatus ſacerdos debet admonere vſurarium ne petat Euchariſtiam, quia petit condemnationem ſuam, & omnibus modis ad deſiſtendum ab hac petitione inducere. Si autem ille non aſſenſerit, non habet ſacerdos ius priuandi eum communione altaris, cum iura ſolum dicant priuandos manifeſtos vſurarios, & tunc Eccleſia nihil omiſit facere circa vſurarium de eis, quæ poterat: vnde tota culpa ſua ſuper eum redit, & quod de vſurario dicitur, eſt intelligendum de omnibus, qui ſunt in peccato mortali occulto, de quo ſacerdos certus eſt. Quantum ad alias duas pęnas idem eſt reſpectu occultorum vſurariorum, ideſt, quòd non recipiantur eorum oblationes, & non ſepeliantur in eccleſiaſtica ſepultura: nam ſi vſurarius manifeſtus offert aliquid ad altare, ſacerdos non debet illius accipere oblationem, ſed repellere illum publice, ſicut peccatum publicum eſt. Si vero ſit occultus, ideſt, de quo conſtet ſacerdoti per aliquem modum de dictis, non tamen ſit manifeſtus, non poteſt ſacerdos eum repellere, quia ſic publicaret eius delictum, quod non licet, niſi forte ſolus eſſet vſurarius cum offerret, quia tunc poſſet eum ſacerdos ſine vllo ſcandalo repellere, non recipiendo oblationem eius: hoc enim aliqui putant.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia non eſt ſimile de negatione communionis altaris, & de acceptione oblationum vſurarij: nam quòd vſurarius, aut alius in peccato ſuſcipiat Euchariſtiam, eſt grauiſſimum periculum animæ, quia iudicium ſibi manducat, & bibit, ideſt, condemnationem ſuam ſumit, ideo Eccleſia omnibus modis honeſtis, debet euitare hoc periculum, ideo in omni caſu prohibet acceptionem Euchariſtiæ, & negat eam etiam occulto vſurario, aut peccatori, niſi cum ex illa denegatione ſequitur manifeſtatio criminis occulti, quam ſuper omnia Eccleſia cauere debet. In acceptione obligationum vſurarij ſecus eſt, quia neque peccat exiſtens in mortali, ferendo oblationes ſuas ad altare, neque ſacerdos accipiens quantum eſt ex genere actus, ſed ſolum peccaret accipiens, ſi hoc eſſet vetitum, & tamen quantum ad occultos vſurarios, vel peccatores nihil vetitum eſt, ſed ſolum in manifeſtis, ideo non debet ſacerdos tales vitare, vel deſpicere eorum oblationes.

De ſepultura eccleſiaſtica dicendum eodem modo, quòd occultis vſurarijs nullo modo vetanda eſt, & ſacerdos qui ſcit vſurarium, deceſſiſſe in hoc peccato, poterit eum tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi non fuerit manifeſtus vſurarius, eo quòd ſepeliri ibi nullum periculum eſt ſepulto: etiam ſepeliens nihil mali facit, quia non facit contra aliquod ius, cum de ſolis manifeſtis ſit data prohibitio.

An ſint tantum tres pœna vſurariorum. Quæſt. CCXXXVIII.

QVERETVR circa id quod dictum eſt ſupra. de pœnis vſurariorum, & videtur, quòd non ſint bene aſſignatę, quia ibi fuerunt poſitæ, ſolum tres pęnę: & tamen etiam pęna excommunicationis eſt ſuper has, vt patet extra de vſu. capitu. preterea.

Dicẽdum putant quidam, ꝙ illę tres pęnę quę poſitæ fuerunt eo. titu. c. quia in omnibus fuerunt quas incurrunt vſurarij ipſo iure. Iſtæ autem. i. ſententia excommunicationis, et ſuſpenſionis eo. c. preterea. ſunt quæ imponi poſſunt, & non incurrunt eas vſurarij ipſo iure.

Sed dicẽdum, ꝙ vt dictum eſt ſupra. non incidunt in eas ipſo iure, ſed quando ſunt ab ordinarijs impoſitæ, quia eſt canon ſententię ferendę: ideo non poteſt iſta differentia aſſignari.

Aliter dicendum vno modo, ꝙ illę tres ſunt pęnæ ſpeciales: excommunicatio autem, & ſuſpenſio ſunt generales: nam priuationem communionis altaris ſine excommunicatione non inferunt ordinarij; ideo eſt ſpecialis pęna impoſita a canone. idem de priuatione eccleſiaſticæ ſepulturę, & non receptione oblationum: nam ſine excommunicatione nemo infert has pęnas niſi canon vel conditor canonis. Excõmunicare autẽ, & ſuſpendere, & interdicere ad omnes ordinarios pertinet, & quaſi eſt annexum dignitatibus curam animarum habentibus.

Secundo poteſt dici, ꝙ iſtę duę pęnæ. i. excommunicatio, & ſuſpenſio fuerunt additæ, quia magis timẽtur: iſta enim eſt conditio iuris, vt quando pro aliquo delicto imponi poſſunt plures pęnæ, imponat iudex eas quas putauerit plus timeri; & quia forte magis timebatur excommunicatio, qua priuatur quis cõmunione fidelium, & actibus legitimis, quam priuatio ſepulturæ eccleſiaſticę, qua in vita nemo indiget, impoſita fuit excommunicatio: ſuſpenſio etiam multũ timetur a clericis: quia priuantur commodis eccleſiaſticis, interim vt ſi ſint ſuſpenſi ab officio, & beneficio: ideo iſtas duas impoſuit poſtea ius.

Tertio poteſt dici, & adhuc melius, quòd tres illæ poſitæ ſupra, ſunt proprie pęnę pro criminę vſurę. Excommunicatio autem, & ſuſpenſio non ſunt vt pęnę. Et ratio eſt quia pœna eſt, quæ in vindictam commiſſi criminis infertur, & ita eſt de illis tribus: quia imponuntur propter hoc, quòd aliquis eſt manifeſtus vſurarius.

Excommunicatio autem, & ſuſpenſio non ponuntur, vt pœnæ, & in vindictam huius criminis: ſed ponuntur, quaſi modi retrahendi a crimine. ſ. vt vſurarij cogantur ceſſare, & reſtituere vſuras quas acceperũt, & ob hoc iſtæ duæ ideſt excommunicatio, & ſuſpenſio ſunt modi generales cenſuræ eccleſiaſticę ad cõpeſcendum homines a delictis: excõmunicatio quantum ad omnes, ſuſpenſio autem ſpecialiter quantum ad clericos: & ita eſt in præſenti in allega. capitu. pręterea. nam ibi epiſcopus, vel ordinarius, quilibet debet vetare ſubditis dare pecuniam ad vſuram; & ſi non obediuerint coget eos per excommunicationis vinculũ vſquequo ceſſent, & condigne ſatisfecerint ſcilicet non ſolum ceſſando ſed etiam reſtituendo vſuras quas acceperunt, & pro commiſſo peccato pęnitentiam impoſitam ſuſtinendo.

Quomodo ſecunda pœna vſurariorum eſt pœna, cum potius releuatio quam pœna videatur. Quæſt. CCXXXIX.

QVERETVR de ſecũda pęna vſurariorum, ſcilicet, quòd nullus accipiat vſurariorum oblationes, quomodo ſit pœna? nã potius videtur releuatio, cum non ſubeant onera offerendi aliquid ſacerdotibus ſicut cęteri offerunt.

Dicendum, quòd pęna eſt, & in pęnam infertur: nam, quòd quis nõ teneatur offerre non eſt pęna ſed priuilegium, quòd non offerat eſt voluntatis, quòd non admittatur oblatio ſua quam facere voluerit pęna eſt. Itẽ quia malum, & bonũ quantum ad politicã conuerſationem, vt in plurimum non conſiſtunt ſecundum naturã, ſed ex opinionibus: ideo licet aliquid de ſui natura non ſit malum, ſi irrogatur alicui vt malum iudicatur vt malũ, & pęnale, & quia non admitti oblationes quorundam infertur eis vt malum, videtur eſſe pęna. Sed adhuc dicendum, ꝙ primo iudicatur vere vt pęna: quia innuuntur vſurarij contemptibiliores cęteris hominibus, cum aliorum dona recipiat Eccleſia horum autem non: ſicut eſt de meretricibus, quia non recipitur earum oblatio; immo neque decima extra de dec. c. ex tranſmiſſa in gl. & hoc propter ſuam contemptibilitatem facit. & iſta eſt magna pœna ꝙ quis inter omnes homines iudicetur contemptibilior.

Secunda cauſa eſt vt innuatur, ꝙ eſt vſurarius in ſtatu perditionis, & non proſunt ei aliqua bona quæ fecerit: nam cæteri homines pro remiſſione peccatorũ ſuorum eleemoſinam faciunt. ſicut dicitur Dan. 4. c. ſ. peccata tua eleemoſynis redime. & nõ ſolum eſt hoc quantum ad peccata viuentium, ſed etiam quantum ad peccata mortuorum, quæ eleemoſynis redimuntur: oblatio autem ad altare eſt eleemoſina excellnes: nam inquãtum prouenit ad miniſtrorum vtilitatem qui de his viuunt eſt eleemoſyna. inquantum vero in honorem Dei offertur pertinet ad latriam: ideo oblationes proſunt in emundationẽ peccatorũ, quòd igitur oblationes alicuius nõ recipiantur eſt oſtẽdere, ꝙ ipſe eſt in ſtatu perditionis: & dũ taliter eſt nihil poteſt ei, pdeſſe, & iſta eſt magna infamia & cõtẽptus.

An debeant recipi eleemoſyne vſurariorum. Quæſt. CCXL.

SED tunc dicetur cum non recipiantur oblationes vſurariorum, an debeant recipi eleemoſynę eorum.

Aliqui dicunt, quòd non ſunt recipiẽdæ, quia eadem eſt ratio: nam etiam eleemoſynæ ad remiſſionem peccatorum ſunt. eorum igitur quorum peccata nõ poſſunt remitti neque eleemoſynę recipiendę ſũt. Secũdo quia oblationes eleemoſynę quædã ſunt vt dictum eſt prec. q. & tamen oblationes nõ recipiũtur vt dictum eſt eadem. q. ergo neque eleemoſynę recipientur. Dicendum, quòd recipientur eleemoſynę vſurariorum. Et ratio eſt quia eleemoſynæ regulariter recipiuntur ab omnibus, immo omnes ſuadentur eleemoſynam dare: ideo neceſſe eſt, quòd eorũ recipiantur eleemoſynæ niſi ſit aliquis cuius prohibeatur eleemoſyna recipi: & tamen circa vſurarios non eſt vetitum recipi eleemoſynas: cum ſolum ponantur eis tres pœnæ extra de vſu. capitu. quia in omnibus vt oſtenſum eſt, ſupra, & ibi prohibitio non fit eleemoſynarum, ideo non repudiantur eorum eleemoſynæ regulariter. Sed an aliquo modo ſint recipiendæ, vel ab aliquo repudiandæ, dicetur ſequen. q.

Causa autem quare eleemosynę nō fuerunt vetitę recipi ab vsurarijs fuit, quia non conueniebat in pęnam ipsorum. Primo quia oblationes vsurariorum non recipiuntur, vt dictum est prędenti q. vt ostendantur ipsi contemptibiles: & tamen non redditur proprie contemptibilis vsurarius per hoc q̄ non recipitur eius eleemosyna: ideo non vetatur recipi. Patet quia cōtemnere & honorare videtur pertinere ad eū dem, qui igitur potest honorare potest contemnere: sed istud est virorum magnorum vel sapientum vel existentium in magna auctoritate, & ita dicit Ari.3. Ethi. q̄ nolumus honorari a sapientibus, & potentibus, quasi diceret q̄ tales possunt dare honorē, & nō omnes homines. Erunt enim quidā homines a quibus honor exhibitus non iudicatur honor propter contemptibilitatem ipsorum honorantium, tales igitur neque contemnere poterunt, quia contemptus ab eis factus non iudicabitur contemptus. sic est de pauperibus quos personas miserabiles vocamus: ideo dato, quòd illi nollent recipere eleemosynam ab vsurarijs non viderentur contempti, & sic non esset conueniens pęna.

Secundo, quia non conuenit causa alia prec. q. scilicet, quòd oblationes vsurariorum non recipiuntur vt innuatur esse illos in statu dānationis: & tamen q̄ pauperes non recipiant eleemosynā ab vsurario non iudicat illū esse in statu dānationis. secus de Ecclesia quę est mater nostra & magistra, ad quam omnis doctrina, & auctoritas pertinet: nam illa potest recte iudicare aliquem esse in statu pęrditionis: & sic illic cuius oblationes recipere noluerit, videbitur cōstitutus esse in statu damnationis.

Tertio accidit hoc ex differentia eleemosynę, & oblationis: nam licet oblatio etiam sit eleemosyna; tamen eleemosyna datur præcipue in subuentionem pauperum: oblatio autem datur in cultum Dei: ideo cum non detur oblatio prędicipue ad supplendam inopiam ministrorum, non est inconueniens, eam non recipi ab vsurarijs, & a quibusdam alijs peccatoribus: secus de eleemosyna, quia illa cum detur in subuētionem pauperum, si repudiarētur quorundam eleemosynæ a pauperibus contingeret eos fame mori, cum & sic recipiendo ab omnibus non possint habere ad supplementum inopię suę.

Quarto etiam accidit ex parte eleemosynę, & oblationis, quia applicantur oblationes ad res sacras: vt cū de pane, & vino oblatis conficitur corpus, & sanguis Domini: & benedicuntur istę oblationes in Ecclesia: ideo indignum est q̄ res datæ a peccatoribus manifestis applicētur ad tales vsus: in eleemosyna nihil applicatur ad vsum sacrum; sed prodest in cibos, & vsus pauperum: ideo a quibuscūque datæ sint non nocet.

An vsurarijs liceat dare eleemosyam. Et quid si non habent nisi pecuniam ex vsuris, acquisitam. Quæst. CCXLI.

SEq̄quęretur an vsurarijs, liceat dare eleemosynam, & an liceat alijs recipere eam ab illis.

Dicendum, quòd aut vsurarius vult dare eleemosynam de pecunia acquisita per vsuram: aut de alia licite acquisita.

Si de acquisita licite dicendum, quòd non solum est licitum sed etiam laudabile: quia licet opera existentis in peccato mortali non sint meritoria, vitæ ęternæ: tamen prosunt facienti ad multa, & inquantum prosunt, laudabilia sunt.

Si autem de pecunia acquisita ex vsura dicendum, quòd aut habet aliam ex qua possit soluere restituendo vsuras, quas accepit, aut nō. si primo modo licitum est: quia non differt dare hanc vel illam pecuniam, cū in his non consideretur substantia sed valor. Et ideo dando quamcunque eiusdem ęstimationis liberatur. Si autem non habet aliam quam restituat non debet dare eleemosynam sed restituere: quia pecunia vsuraria est alienum ęs, & debet restitui ei cuius est vel cui de iure dari debet: & non est danda eleemosyna de illo, quia vsurario non prodest, & seipsum magis grauat: non est tamen sensus, quòd peccet dādo, sed quòd grauius sit soluere debitum: nam cum vsurarius accepit pecuniam ex vsuris peccauit: cum autem postea dedit eā in eleemosynā non potuit peccare: quia non commisit aliquem actum nouum in quo sit aliqua deformitas: nam licet sit pecunia vsuraria aliena: tamen tūc, quando dedit eam in eleemosynam non accepit eam de nouo: immo, & poterat vsurarius forte surrogare interdum aliam pecuniam iuste acquisitam: & ita illa datio eleemosynę esset quasi de proprio: sed dicitur, quòd magis se grauat vsurarius dando eleemosynam: quia si non daret retineret quasi integram pecuniam acquisitam, & posset facilius restituere, cum vero distribuit eam per eleemosynas efficitur minus soluēdo: & ita difficilius est ei exuere obligationem. vnde illi vsurario, qui nihil habet nisi pecuniam vsurariam, magis consulendum est vt non det eleemosynam, quam quòd det. non tamen est simpliciter consulendum, quod non det; sed quòd non det vt restituat eā quibus dictū est, vt innuatur, quòd eleemosyna non sit ei mala. i. peccatum: sed sit grauatoria, & impediens ad exeundū faciliter de obligatione debitorum.

An liceat pauperibus recipere eleemosynam ab vsurarijs. Quæst. CCXLII.

SI autem quæratur an liceat pauperibus recipere eleemosynam ab vsurarijs.

Dicendum, quòd aut constat pauperibus illos esse vsurarios aut non: si non constat licitū est recipere, quia nihil impedit vt recipiant, quia nesciunt esse de iniusto lucro. Si autem sciunt pauperes illos esse vsurarios: aut sciunt rē illā q̄ eis datureſſe acquisitā ex vsu ra aut nesciūt. si nesciūt possunt recipere cum bona conscientia: quia nihil est, quod eos remordeat. Si autem sciunt ex vsuris rem acquisitam: aut sciunt vel putant, quòd vsurarius habeat aliquas res non acquisitas ex vsura: aut credunt nihil habere illum nisi quod ex vsura acquisierit. Si primo modo licitum videtur accipere illam rem: quia vsurarius potest satisfacere ei cui tenet, restituendo aliam rem eiusdē valoris. Et ideo cum non sit illa specialiter obligata potest dari in eleemosynam. Licet in hoc distinguendum sit propter dubium de pecunia vel re acquisita ex vsuris: quia aliqui dicunt non transferri dominium rerum acquisitarum in vsurarium: sicut nec in eum dominium: sed teneri ad restitutionem. Si autem dicatur, quòd transit dominium in ipsum.

Dicendum, quòd quęlibet res acquisita ex vsura potest accipi in eleemosynam, cum illa effecta fuerit vsurarij: & ideo non teneatur obligata alteri: sed satisfacit ipse restituendo ęstimationem.

Si autem dicatur, quòd non transit dominium in vsurarium. Dicendum, quòd aut id quod ille dat in eleemosynam est pecunia, aut res alia; vt vestis vel equus. si est pecunia non differt an illa eadem sit ex vsuris acquisita vel non: quia in pecunia non quæritur substantia sed valor: vnde nunquam quis perit pecuniam eandem quā dedit sed ęqualē. Si autē est alia res: aut illa est quę immediate habita est ex vsuris; aut est

res empta ex lucro vsurario. Si secundo modo potest dari, & recipi in eleemosynā, eo q̄ illa res nunquàm pertinuit ad soluentem vsuras, sed solum pecunia, de qua empta est, ideo vsurarius tenetur ad pecuniam, & non ad rem dandā, quia fortassis res empta est maioris valoris, q̄ pecunia, & istam excrescentiam nō tenetur restituere vsurarius, quia non recipit eā per vsuras, sed per industriam eam acquisiuit. Si aūt illa eadē recepta est in vsuram, vt si quis mutauit alteri pecuniam sub vsuris, & loco vsurarum recepit ab eo equū, vel vestem: nam tūc videretur dicendum, quòd cum dominium rei vsurariæ non transeat in vsurarium, nō possit transferre illam rem in alterum, neque possit quis in eleemosynam illam recipere, quia illa res est determinate alterius. Sed dato, quòd sit res talis quæ immediate ex vsura est acquisita. Dicendum, quòd aut recipiens eleemosynam, est in extrema necessitate, vel quasi, aut est in parua. Si primo modo dicendum, quòd licet illam recipere: nam tunc liceret furari, & latrocinari si aliter habens rem nollet eam dare: ergo a fortiori tenebitur eleemosyna facta de talire. Si autem non sit talis necessitas, videtur quòd non debeat quis talem eleemosynam recipere, ne super se transumat onus restituendi, cum res illa sit aliena, & quicunque succedit in alieno, tenetur illud restituere cum hoc constiterit.

Quare data est tertia pœna vsurariorum, scilicet, quòd careant ecclesiastica sepultura. Et an idem sit de decedentibus in peccato mortali manifesto. Quæst. CCXLIII.

QVAERETVR de tertia pœna vsurariorum, s. quòd careant ecclesiastica sepultura, si in hoc crimine decesserint, quare data est ista pęna.

Dicendum quòd primo fit in pęnam. Est enim magna pęna non recipi ad sepulchrum inter cæteros homines. Alij enim recipiuntur ad ecclesiasticam sepulturam, quòd ergo vsurarius non recipiatur ad illam, est magnus contemptus, quia iudicatur contemptibilior omnibus hominibus, cum inter cæteros nō recipiat locum. Secundo fit ad ostendendum, quòd ille est damnatus æternaliter, & non potest habere remedium anima sua, ideo non debet inter illos sepeliri, de quibus est spes vitæ æternæ, & pro quibus oratur, vt illuc perueniant: de vsurario autem manifesto decedente in hoc crimine, manifestum est, quòd dānatus est, & non est ei possibilis salus, ideo error esset pro eo orare: iustum ergo est non sepeliri inter eos pro quibus preces funduntur, & valere possunt. Tertio fit propter regulam communis iuris, scilicet, cui non communicamus viuenti, neque etiam mortuo communicamus, extra de sepul. cap. ex parte, & cap. sacris, sed vsurarijs manifestis non communicamus viuentibus, quantum ad communionem altaris, cum illi sint priuati hac communione, extra de vsu. cap. ga in omnibus, ideo eis morientibus, & iam mortuis cōmunicare non debemus, sed communicaremus si sepelirentur inter alios: ergo non debent tradi ecclesiasticæ sepulturæ. Sed obijcietur, quod istud tenet de excommunicatis, vt in alleg. cap. sacris, sed vsurarij manifesti non sunt excommunicati ipso iure, sed possunt inter alios sepeliri, cum eorum communione non priuentur in vita.

Dicendum, quòd priuantur sepultura, quia etiam communione in vita priuantur: nam licet non priuentur communione fidelium, priuantur communione sacramentorum, & sacrarum rerum, sed sepultura ecclesiastica ad sacras res pertinet, ideo illa priuandi sunt. Et patet istud magis, quia cuicunque decedenti in peccato mortali manifesto, negatur ecclesiastica sepultura, eo quòd constat illum decedere in peccato, & ob hoc dictum est, eodem cap. ex parte, quòd mulier illa quæ præcipitata est in fluuiū, & perijt, traditur sepulturæ, quia non se præcipitauit sponte, sed cum fugeret propter causam honestam, idest, vt non raperetur ad stuprum casu cecidit in fluuium. Si autem se præcipitasset, non traderetur ecclesiasticæ sepulturæ. & hoc non ob aliud, nisi quia constaret eam in mortali decedere, quæ seipsam occidisset, & consequenter omnis qui decedit in manifesto peccato mortali, priuatur ecclesiastica sepultura, & tamen non est quis excommunicatus pro quolibet peccato mortali etiam manifesto: ergo vsurarius licet non sit excommunicatus ipso iure, neque ab homine esset excommunicatus, cum in mortali manifesto decedat, debet carere ecclesiastica sepultura.

An extumulandus sit vsurarius in Ecclesia sepultus. Quæst. CCXLIIII.

QVAERETVR, quid siquis clericus sepelierit vsurarium manifeste vsurarium, an extumulandus sit.

Dicendum, quòd vsurarius manifestus maxime si publicatus erat per Episcopū tanquàm manifestus, si decedat in hoc crimine, idest, non cessans aliquanto tempore ante mortem, neque facta aliqua restitutione vsurariæ pecuniæ, non est tradendus ecclesiasticæ sepulturæ, nisi in morte apparuerint in eo aliqua signa contritionis, quia licet nihil aliud præcesserit, neque fieri potuerit restitutio, & forte neque mandari hæredibus, istud sufficit ad tollendum peccatum, ita vt non dicatur iste decedere in mortali, & consequenter quia iste non moritur in crimine vsurarum, neque in aliquo mortali iam factus est talis, cui communicare debeamus viuenti, ideo communicabimus ei mortuo, sed si nulla signa contritionis in eo apparuerunt, censetur mortuus in peccato mortali manifesto, ideo neganda est ei ecclesiastica sepultura.

Cum autem quæritur quid si sepultus fuerit inter fideles, an extumulabitur? Dicendum, quòd siue sepultus fuerit per ignorantiam alicuius, qui putauerit eum non esse vsurarium manifestum, siue sciente eo, qui illum sepeliuit, & alijs, extumulandus est, extra de sepul. cap. sacris. Sed in hoc datur distinctio, scilicet, quòd aut ossa illius possunt secerni ab ossibus aliorum fidelium, aut non, si non possunt discerni non est extumulandus, quia melius est, quòd peccator maneat tumulatus inter fideles, & bonos, quam boni extumulentur propter peccatorem. Si autem possunt secerni ossa illius ab aliorum ossibus, secernenda sunt.

Sed obijcietur, quòd in eodem cap. sacris. non dicitur nisi excommunicatis sepultis, sed vsurarius manifestus non est ipso iure excommunicatus, ideo non est extumulandus.

Dicendum quòd id, quod dicitur de excommunicatis, intelligendum est de omnibus, quibus sepultura ecclesiastica interdicta est, quia cum sepulti fuerint exhumandi sunt, quia non est alia ratio de excommunicatis, quàm de cęteris, ideo enim exhumātur, quia non licuit eis sepeliri, sed cōmune est hoc ad omnes, quibus interdicta est sepultura ecclesiastica: ergo oēs illi si sepulti fuerint, exhumādi sunt, & ita tenet Host. in sum. tit. de sepul. §. quibus interdicatur. & apparet, quia si inueniatur infidelis sepultus inter fideles exhumandus est, & tamen iste non est excōmunicatus ab homine, neque a iure, quia excommunicari non potuit, qui nūquam in cōione fuit, iō oportet de cęteris etiam intelligi, quibus interdicta est sepultura.

An vsurarius manifestus decedens, si hæres suus est paratus soluere, poterit sepeliri. Quæst. CCXLV.

QVID si aliquis vsurarius manifestus decessit & hæres suus est paratus soluere vsuras, restituendo eis quibus debentur, an poterit sepeliri. Aliqui putant, ꝙ sic, quia propterea imponebatur pœna vsurario, quia non cessabat a crimine vsurarum, restituendo vsuras acceptas. extra de vsu. cap. quia in omnibus, & cap. præterea. & tamen istud cessat, cum velit hæres restituere vsuras: ergo sepeliendus est vsurarius. Dicendum, quòd aut apparent in eo aliqua signa contritionis, antequàm decedat, aut non. si nulla non est sepeliendus, si aliqua appareant, sepelietur, ar. extra de senten. excom. cap. a nobis, & 24 quæst. 2. cap. nec quicquam: sic tenet Hostien. in sum. tit. de vsu. §. qui pœna. Cum autem dicitur, ꝙ si hæres restituat vsuras, ablatum est impedimẽtum. Dicendum, quòd non, quia pœna carendi ecclesiastica sepultura, imponitur pro crimine vsurarum, & tamen iste decessit in hoc crimine, ideo debet carere sepultura: nam vsque ad mortem exercuit vsuras, & in morte non apparuerunt in eo signa aliqua contritionis, ideo censetur decessisse in peccato vsurarum, quòd vero hæres soluit vsuras, non purgatur crimen prædecessoris, sed soluitur æstimatio damni, vel restituitur debitum.

An vsurarius dolens sepelietur, nolente hærede restituere vsuras. Quæst. CCXLVI.

SED quid si vsurarius in morte doluit expresse, & tamen hæres suus non vult restituere vsuras, an sepelietur. Dicendum, quòd sic, quia ista pœna imponitur decedentibus in peccato vsurarum, sed ille in quo fuerunt signa contritionis in morte, non decedit in peccato, quia per contritionem abolentur peccata: ergo non priuatur sepultura. Quòd autem restituerit, vel non, nihil facit ad istam pœnam, quia ex eo quòd doluit de peccato, oportuit quòd proponeret restituere vsuras, siue explicite, siue implicite, cum nõ posset aliter dimitti peccatum, extra de vsu. cap. cum tu. Cum vero proposuerit simpliciter, est abolitum peccatum, quòd vero postea hæres restituat, vel non restituat, nihil facit ad crimen vsurarij, quia sicut hæredem velle restituere, non tollit crimen vsurarij in quo ille decessit, vt dictum est præced. quæst. ita nolle restituere, non reducit prędecessorem ad crimen vsurarum, de quo ille doluit, antequàm decederet, si igitur non sepeliretur, in hoc casu videretur, quòd pro solo debito priuaretur ecclesiastica sepultura, quia iã non decedebat in crimine, quia abrenunciauerat vsuris in animo, & proposuerat tacite, vel expresse restituere, ideo vsuræ susceptæ manebant iam vt debitũ, & nõ vt crimẽ, sed pro solo debito nemo priuatur ecclesiastica sepultura, ergo neq; vsurarius in hoc casu.

An exhumandus sit vsurarius nobis scientibus, post eius mortem ipsum fuisse vsurarum. Et an idem sit de notorijs excommunicatis, & hæreticis. Quæst. CCXLVII.

QVID si aliquis vsurarius sepultus fuit, de quo non erat manifestum, an esset vsurarius, & post mortem redditur manifestum quòd fuerit vsurarius, an exhumandus sit. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia simile est de hęreticis, vel excommunicatis: nam si aliquis erat excommunicatus, & putabatur non esse excommunicatus, sepultus est, exhumabitur, extra de sepul. cap. sacris. Etiam si aliquis tum hæreticus, quantumcunque occultus, & sepelitur, si post mortem constiterit eum, in hæresi decessisse extumulabitur. 24. q. 2. c. sane. Item apparet hoc ex illa regula, quę dicit, ꝙ cui communicauimus viuenti, debemus cõicare mortuo, extra de sepul. cap. ex parte. Et additur verum esse, nisi post mortem cõstiterit, ꝙ nõ fuerat in vita cõicandum, vt dicit Host. in sum. eodem tit. §. quibus interdicatur. Et tamen cũ post mortem constat manifeste de aliquo, ꝙ fuerit vsurarius, constat ꝙ ei non fuerat communicandum in vita, ideo neque post mortem cõmunicabitur in sepultura. Dicendum, ꝙ in hoc casu non est extumulandus. & causa est, quia non habet locum dispositio iuris: nam pœna ista imponitur non cuilibet vsurario, sed vsurario manifesto, qui in hoc crimine decedit, & tamen iste nõ fuit manifestus, sed occultus vsurarius, ideo licet post mortem constet, ꝙ vsurarius erat, non priuabitur sepultura, & a fortiori non exhumabitur, si iam sepultus erat. Cum vero objcitur de excõmunicatis, & hæreticis secus est, quia excommunicatus non priuatur sepultura, quia est notorius, vel manifestus excommunicatus, sed solum quia est excommunicatus, & hæreticus solum pro hoc priuatur, quia hæreticus est, ideo si in morte erat hoc occultũ, & post mortem constiterit extumulabitur, secus autem de vsurario, quia non priuatur ecclesiastica sepultura, quia vsurarius est, sed quia est manifestus vsurarius. Sed iste fuit occultus dum viueret, ideo etiam si post mortem constet, non extumulabitur. Ad secundum, quando dicitur de illa regula dicendum, quòd vera est, & ideo sicut communicabamus vsurario occulto in vita, ita post mortem communicandum est. Et cũ dicitur, quòd post mortem apparet, quòd non fuerat viuenti communicandum, falsum est, quia licet constet eum fuisse vsurarium, non constat fuisse manifestum dum viueret.

An Episcopus possit priuare vsurarium mortuum ecclesiastica sepultura. Quæst. CCXLVIII.

QVID si Episcopus communicauit vsurario manifesto viuenti, s. dando ei communionem altaris, an mortuum possit priuare ecclesiastica sepultura. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia cui communicauimus viuenti debemus communicare mortuo, extra de sepul. cap. ex parte. maxime, quia post mortem nihil nouum apparet, propter quod debeat communicatio negari. Dicendum, ꝙ potest Episcopus, immo debet talem vsurarium priuare ecclesiastica sepultura: nam dispositio iuris tenet in tali, s. ꝙ decedit in vsurarum crimine manifeste, i. postquàm publicatus est, vt vsurarius, vel per ordinarium impositæ, aut denunciaræ fuerunt huiusmodi pœnæ. Cum autem objcitur, ꝙ Episcopus communicauit tali viuenti. dicendũ, ꝙ non sequitur inde quin possit priuare eũ sepultura: nam cõmunicando ei male fecit. nũc vero priuando eum sepultura recte facit, nec præiudicatur Episcopo per priorem cõicationẽ, quin istud nunc faciat: nam per actũ suũ poterat Episcopus aliquid perdere de iure proprio, non tñ potest præiudicare iuri ad hoc ꝙ non teneatur vsurarius ad pœnas iuris per actũ Episcopi, sed solũ ostendit se Episcopus reprehensibilem ex hoc, s. qa cõicauit tali contrario. Et cũ dicitur, ꝙ cui cõmunicauimus viuenti, deberemus communicare mortuo. est verum si iuste ei communicauimus viuenti. Episcopus aũt in casu dato cõmunicauit viuenti, cui cõmunicare nõ debuerat. ergo nõ sequitur inde ꝙ mortuo communicabit. Et cũ dicitur, ꝙ nihil nouum post mortem apparet, quare nõ sit cõicandũ. Dicendũ, ꝙ hoc verũ est qñ iuste cõmunicauimus viuenti, quia tũc non debemus

mus abstinere a cõmunicatione mortui, nisi aliquid de nouo appareat, secus autem quando iniuste communicauimus viuenti, quia tunc nõ est necesse, quòd aliquid de nouo appareat ad non communicandum morienti, sed eadem causa, quæ fuit in vita sufficit.

Quas pœnas incidat sacerdos recipiens vsurarios per Ecclesiam ad communionem altaris. Quæst. CCXLIX.

QVID si contra istam prohibitionem vsurarios manifestos, & publicatos, vt vsurarios per ecclesiam receperit sacerdos aliquis ad communionem altaris, vel oblationes eorum susceperit, aut ipsos tradiderit Ecclesiasticæ sepulturę. Dicendum, ꝙ duas pœnas incidit prędictus sacerdos. Prima ꝙ omnia, quæ accepit restituet, s. oẽs oblationes, & omnia, quæ ad iura sacerdotum peruenium qñ mortuos sepeliunt, quę ẽt nomine oblationum intelligi possunt. Secunda est, ꝙ manebit suspẽsus ab administratione officij sui vsque ad condignã pœnitentiam extra de vsu. cap. quia in omnibus.

An hanc secundam pœnam incidat contrafaciens ipso iure. Quæst. CCL.

SED quęretur an istam pœnam incidat contrafaciens ipso iure, vel sit canon ferendę sententię. Dicendum, ꝙ non incidit ipso iure. Primo qa vsurarij non incidunt illas tres pœnas in allega. cap. quia in omnibus, ipso iure, vt dictum est supra q. 236. a fortiori ergo illi sacerdotes qui contra eos non exequuntur prędictas pœnas non incident ipso iure in pœnas in quas ipsi incidũt, cum directius canon ille sit contra vsurarios quàm contra eos, qui admittunt eos ad prędictam communionem cõtra prohibitionẽ canonis. Secundo quia dicitur, quòd susceptа reddere compellatur, & ideo non incidit ipso iure in obligationem soluendi qui accepit, sed debet aliquis eum compellere. hoc enim faciet Episcopus, quia ad arbitrium eius debet fieri satisfactio.

Tertio, quia dicitur ꝙ maneat suspensus quousque ad arbitrium Episcopi satisfecerit: ergo necesse est ꝙ Episcopus imponat pœnitentiam, & sic non inciditur ipso iure, & non solum pœnitentia, vel satisfactionis quantitas, aut modus non imponitur de iure, sed etiã non incipit suspensio ipso iure, s. a tempore quo facer dos præmissa cõmiserit, sed solum postq̃ Episcopus eum suspenderit, ideo licet quis ista committat non debet putare se statum esse suspensum ab officio, sed solum quando eum Episcopus suspenderit, & tamen ad Episcopum pertinet, quod imponat talibus quantitatem satisfactionis, & suspendat eos ab officio ad certum tempus, de quo sibi videbitur.

Quomodo imponitur pœna soli sacerdoti, accipienti oblationes vsuriariorum manifestorum, &c. Quæst. CCLI.

SED quæretur quomodo imponitur pœna soli sacerdoti accipienti oblationes vsuriariorũ manifestorum, & tradenti eos sepulturæ, & non imponitur accipienti eos ad cõmunionẽ altaris, quia dr̃ extra de vsu. c. qa in oĩbus. q aũt acceperit, & Christianę tradiderit sepulturę, & quę acceperit reddere compellatur, &c. & ita de solis duobus ibi dr̃.

Dicendũ, ꝙ ad tres pœnas simul referẽdũ est, i. tam admittens ad cõmunionẽ, q̃ ad sepulturã, q̃ recipiens oblationes punitur. Et ratio est, quia magis delinquit qui prohibitũ a tẽporalibus, & spiritualibus recipit ad spiritualia, q̃ qui ad temporalia, sed nihil spiritualius,

& excellentius cõmunione altaris: ergo magis peccabit sacerdos, recipiens sciẽter peccatorẽ prohibitum a cõmunione, q̃ prohibitum ab oblatione, sed expresse ponitur de recipiente oblationes vsurarij manifesti: ergo intelligendum est etiã de recipiente ad communionem altaris. Sed expressum est de duobus illis, quia pro quolibet illorum respondet duplex pœna, i. restituere accepta, & suspensum manere vsq; ad condignam satisfactionem, iuxta arbitrium Episcopi, pro receptione ad communionem altaris non respondet, nisi vna pœna, i. manere suspensum ad arbitrium Episcopi, ideo de illis duobus dixit, quæ sunt similia in pœna. istud vero habet vnicam pœnam, quæ subintelligitur in pœnis illorum duorum. Et ratio est, quia in recipiendo oblationes sunt duo, s. præuaricatio, quę est in agendo contra canonem prohibitum, & illicitum lucrum, i. habere oblationes vsurariorum: idem in recipiendo eos ad sepulturam: nam ibi est pręuaricatio agendo contra canonem, sepeliẽdo interdictos a canone ad sepeliẽdum. Est etiam lucrum, quia cum eis quæ sepeliuntur, solent tradi sacerdotibus, & Ecclesijs dona, vel eleemosynæ in modum oblationum. in recipiendo autem vsurarios ad communionem altaris vnicum est, i. transgressio canonis, & nihil pro hoc recipitur, ideo recipiens oblationes, & tradens eos sepulturæ, debet restituere vniuersa, quæ ob hanc causam susceperit, & insuper ad arbitrium Episcopi manebit suspẽsus ab officio, qui vero recepit eos ad communionẽ altaris, quia nihil recepit nihil restituet, sed manebit suspensus ad arbitrium Episcopi. De ista aũt suspensione dictum est prædecẽti q. ꝙ non incidit eã ipso iure prædictus sacerdos, sed ab Episcopo imponenda est. Alij tamen volunt, quòd ipso iure incurratur suspensio, & tunc est sensus, quòd ipso facto, vt sacerdos aliquid istorum trium fecerit, sit suspensus ipso iure ab officio, etiam nesciente Episcopo, sed non cessabit suspensio quousque imponat Episcopus pœnitentiam, quam voluerit sacerdoti, & illam cõpleat, & tunc interest sacerdotis, vt ipse adeat Episcopum manifestaturus delictũ suum, petens sibi pœnitentiam imponi, quia alias nunq̃ cessaret suspẽsio, & hoc multi volunt, quod satis consonat literæ, extra de vsu. cap. quia in omnibus, s. & donec ad arbitriũ sui Episcopi satisfaciat, ab officij sui maneat executione suspẽsus. vtrũque tamen teneri potest. Considerandũ etiam, ꝙ sicut sacerdotes restituere coguntur ea, quæ ab vsurariis manifestis (vt dictũ est) susceperunt, ita & quod Ecclesiis donatum est, uel prouenit ex prædictis vsurariis restituendum est, & auferetur Ecclesiis, licet illæ nihil peccauerunt, sed in odium sacerdotum, qui illud pro Ecclesiis acceperunt. simile 23. quæstio. 3. cap. constituit. alias autem regulare est, quòd delictum personæ non nocet Ecclesiæ. sic tenet Ala. & Hostien. in sum. eodem tit. §. quæ pœna.

Cui restituentur quæ & sacerdoti, & Ecclesiæ data sunt ab vsurarijs. Quæst. CCLII.

SED quæretur cui restituentur prædicta, quæ tam sacerdoti, quàm Ecclesiæ data sunt, vel prouenerunt ab vsurarijs.

Aliqui dicunt, quòd danti. sic tenet Guilel. Naso. quòd restituitur illi in opprobrium suum, sicut a principio non fuerat ab eo recipiendum. & sic dicit Glo. eodem tit. quia in omnibus, scilicet, quòd restituatur vsurario qui dedit, & ille postea restituat illis, a quibus accepit vsuras.

Alii dicunt, ꝙ Episcopo loci restituenda sunt talia, non vt retineat, sed ut eroget. Sed communiter tenetur per modernos, & est satis æquum, quòd aut

vſurarius a quo ſuſcepta ſunt talia, ſiue hæredes eius F prompti ſunt ad reſtituendum vſuras eis, a quibus acceperunt, vtpote quia iam facere inchoauerant, aut non. Si parati ſunt debet eis reſtitui, vt ipſi reſtituant illis, a quibus talia receperunt, vel quibus obligati ſunt ex onere ſuſceptarum vſurarum. Si autem non ſunt parati, debet reſtitui Epiſcopo, vt ipſe reſtituat eis, quibus talia debita ſunt. hoc autem de æquitate procedit, ſed de rigore videtur, quòd deberet fieri ſemper reſtitutio vſurario danti, vel eius hæredi, & hoc quia nō expreſſit canon cui debeat reddi, ideo videtur quòd ei a quo receptum eſt, & manet intentio iuris, quia ſicut oblationes vſurariorum manifeſtorum non recipiuntur in deteſtationem criminis eorum, ita poſtquàm fuerunt receptæ in maius op- G probrium, & deteſtationem reſtituuntur eis.

An hæredes defuncti teneantur ad reſtitutionem vſurarum, Et quid de habente vſurarij bona tam ſcienter, quàm ignoranter. Quæſt. CCLIII.

QVAERITVR nunc circa reſtitutionem pecuniæ vſurariæ, & primo quantum ad reſtituentes, ſcilicet, qui tenentur ad reſtitutionem vſurarum. Dicendum, quòd tenentur directe ipſi vſurarii, qui receperunt eas, eo quòd iſti peccatum commiſerunt, & commodum habuerunt: vnde viuentes ſemper tenentur ad reſtitutionem, eodem tit. cap. cum tu. & quouſque reſtituerint, poſſunt compelli H per cenſuram eccleſiaſticam, eodem tit. cap. præterea. Tenentur etiam ad reſtitutionem hæredes decedentibus vſurarijs, & hoc tam filij, quàm extranei hęredes, eodem tit. cap. tua nos. vnde cum tanta diſtrictione compellentur hæredes iſti ad reſtituendum, cum quanta tenebantur, & compelli poterant ipſi vſurarij principales. Et ratio eſt, quia ſuccedunt in vitium, & cenſentur eadem perſona cum illo, cui ſuccedunt. Alios autem extraneos, qui hæredes non ſunt, licet perueniant ad eos res vſurariæ, dicunt multi non teneri ad reſtitutionem, eo quòd de ſolis vſurarijs, & hæredibus expreſſum eſt. Sed melius eſt, vt alij diſtinguunt, ſcilicet, quòd aut id quod peruenit ad aliquem de bonis vſurarij eſt ipſum, quod acce- I ptum eſt per vſuram, aut aliquid ex eo emptum. Si primo modo, aut eſt pecunia, aut res alia, ſicut domus, veſtis, & equus: ſi pecunia, dicunt iudicandum de ea, ſicut de rebus, quæ non peruenerunt immediate ex vſura, eo quòd in pecunia non quæritur ſubſtantia, ſed valor eius. Si eſt alia res dicunt, quòd iſta ad quemcunque peruenerit poteſt vendicari ab eo, & maxime ſecundum poſitionem illorum, qui dicunt in vſura non transferri dominium rei in vſurarium, ſicut neque in furto, & tamen in re furto ablata cum dominus cui ablata eſt, non deſinat eſſe dominus, poteſt eam vendicare apud quemcunque inuenerit, & ex quacunque cauſa peruenerit ad illum, K ideſt, ſiue ex lucratiua, ſiue ex oneroſa, & hoc maxime eſt verum ſi is ad quem res peruenit, ſciebat rem ſibi traditam eſſe vſurariam, quia tunc nullum dubium eſt: nam etiam ſi emerit, cogetur reſtituere in foro contentioſo, & in foro conſcientiæ ad idem tenetur. Sed quid ſi ignorabat eſſe rem vſurariam cum accepit? Dicendum, quòd aut peruenit ad eum ex cauſa lucratiua, vt quia donata eſt, vel ex oneroſa, vt quia emit. Si primo modo manifeſtum eſt, quòd quando conſtiterit ei de re, tenebitur reſtituere in foro conſcientiæ, & etiam in foro contentioſo cogetur ad hoc, quia non ignorabat vitium rei, & non ſolum cogetur reſtituere, ſed etiam peccauit, quia accipere voluit rem, quæ ad ipſum pertinere non poterat. Si vero neſciebat eam eſſe vſurariam, putant aliqui, quòd non teneatur ad reſtitutionem, quia neſciebat vitium rei. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia ad hoc quòd quis teneatur reſtituere, non requiritur, quòd a principio ſciret rem quam habet pertinere ad alium, ſed ſatis eſt, quòd aliquando ſciat, quia poſtquàm ſciuerit, tenebitur iam ad reſtitutionem. Quòd autem non ſciuerit a principio adiuuat ad duo. primum eſt, quòd non peccauit accipiendo, quia neſciebat rem alienam, ſi autem ſciret peccaret. ſecundum eſt, quòd toto tempore præterito non fuit in vitio, neque in mora propter non reſtituere, quia neſciebat ſe obligatum eſſe ad reſtituendum, & tamen cum ſciuerit eſſe rem vſurariam, ſtatim incipit G eſſe in mora, & vitio ſi non reſtituerit, aut ſi non propoſuerit ſaltem reſtituere data opportunitate, & ita in hoc caſu tenetur etiam ad reſtitutionem. Si autem peruenit ex cauſa oneroſa, ideſt, quia emit, vel recepit in permutationem alterius, aut mercedem laboris, & ſic de alijs cauſis, putant quidam dicendum eſſe, quòd non teneatur reſtituere, eo quòd vſurarius tantundem ab iſto recepit, & ſic iſte non cenſetur retinere rem vſurarij, ſed propriam.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia non propter hoc deſinit iſta res eſſe aliena, & non eſt verum, quòd iſte emptor recipit rem vſurarij pro ſua, ideſt, pro pretio, vel permutatione, quia ſi eſſet res vſurarij, & non vſurarij tranſiret in ipſum, & tamen iſta res non eſt vſurarij, ſed eius a quo accepta eſt, ideo non poteſt vendi, neque in permutationem dari, neque aliquo modo in alium tranſire. Sed adhuc diſtinguendum, ſicut ſupra, quòd aut peruenit ex cauſa lucratiua ſcienter, ideſt, quòd ſciebatur eſſe iſta res vſuraria, aut ignoranter. Si ſcienter poteſt repeti in foro contentioſo, & vendicabit eam dominus apud quęcunque inueniatur, & in foro conſcientiæ tenebitur reſtituere etiam nullo petente, quando conſtat emptori de domino illius, & non ſolum tenetur, ſed etiā fuit in vitio emendo, vel accipiēdo talem rem, quam ſciebat ad alium pertinere, & manet in vitio, quandiu eam non reſtituit. Si autem ignoranter emit, putant aliqui non poſſe repeti, ſed falſum eſt, quia ſicut ab eo, qui ignoranter emit rem furtiuam repetitur, ita & ab eo qui ignoranter accepit rem vſurariam emendo, ſed differt, quia qui ſcienter emit rem furtiuam, non ſolum reſtituit, ſed etiam tenetur ad pœnam, qui vero ignoranter perdit pretium, & non punitur, quia non fuit in culpa, ita ergo hic, & hoc totum tenet ſupponendo, quod plurimi tenent, ſcilicet, non trāſire dominium rei vſurariæ in vſurarium, ſed manere penes dantem: nam tunc competit vendicatio contra quemcunque ad quem peruenerit ex quacunque cauſa. Si autem non ſit ipſa res tradita immediate per vſuram, ſed res empta de pecunia vſuraria, vt equus, & domus, vel alia quæ emūtur ab vſurarijs, aut ſciūtur empta de pecunia vſuraria, aut non. Si non ſciuntur empta de tali pecunia, vtpote quia habebat vſurarius alias facultates, & bona præter lucra vſuraria. Et tunc dicendum, quòd neque in foro contentioſo, neque in foro conſcientiæ competit repetitio, neque tenetur is ad quem res peruenit illam reſtituere ex quacunque cauſa peruenerit, ideſt, ſiue ex lucratiua, ſiue ex oneroſa. Si autem conſtet, quòd empta fuerit de pecunia vſuraria vtpote, quia nihil aliud habebat vſurarius, niſi quòd acquirebat ex vſuris, vel alio modo conſtare poſſit, quòd ex pecunia vſuraria empta ſit, vtpote ſi vſurarius emit agrum, & ille qui debebat ſibi vſuras ſoluit precium agri ex ſolis vſuris: nam tunc diſtinguunt, quòd aut peruenit talis res ex cauſa lucratiua ad aliquem, aut ex oneroſa, ſi ex lucratiua vtpote, quia A vſurarius donauit alicui talem agrum, ſolet dici, quòd debet ille etiam vendi, vt de pretio eius ſoluantur vſurę receptę ſicut de alijs poſſeſſionibus emptis ex vſuris ſit extra de vſu. ca. cum tu, & hoc tenet Glo. eodē ca. Innocentius autem ſub dubio relinquit. Si autem peruenit ex cauſa oneroſa, aut peruenit neſciente accipiente eſſe rem vſurariam, aut non, ſi neſciente eo manifeſtum eſt, quòd non tenetur reſtituere, neque in foro contentioſo, neque in foro conſcientię. Si autem ſcienter videtur eſſe emptor in culpa, quia ſciebat vitium rei emptę: ideo putant, quòd teneatur, ſed dubium hoc reliquitur. Sed dicēdum, quòd iſta ſunt in materia peccati, & ideo tenendum eſt, ꝙ ſecurius B eſt conſcientię, & iſtud eſt, ꝙ fiat reſtitutio in caſibus in quibus dictum eſt ſupra debere fieri reſtitutionē, & tamen de rigore iuris non videtur, ꝙ res empta de pecunia vſuraria, quę iam tranſiuit ad alterū ſiue ex cauſa lucratiua ſiue oneroſa, debeat reſtitui, quia per hoc, ꝙ tranſiuit deſijt eſſe vſurarij, & non facit ad hoc cap. cū tu, quia ibi dicitur, ꝙ poſſeſſiones de vſuris emptæ debent vendi, & reſtitui preua earum eis a quibus receptę ſunt vſurę, ſcilicet, quando manent poſſeſſiones illę penes ipſos vſurarios, & pater, quia dicitur ibi, & ſic non ſolum a pœna, ſed etiam a peccato poſſint, quod per vſurariam extorſionem incurrerant liberari, ſed vſurarius non liberatur a peccato, aut a pœna niſi per reſtitutionem quàm ipſe facit, non autē per C reſtitutionem quàm faciunt hęredes ſui, & multomi- nus per reſtitutionem quàm faciunt illi, qui ſunt omnino extranei, ad quos res iſtę peruenerunt ex aliqua cauſa ſiue oneroſa ſiue lucratiua, quia ſi illi reſtituūt, ideo eſt, vt liberentur, ne maneant in peccato in quo eſſe videntur quando rem alienam detinent, & ſic vigore illius cap. cum tu nō tenentur vendere tales poſſeſſiones, & reſtituere.

Item non eſt ſimile de iſtis poſſeſſionibus, & de illis, quæ immediate traditę ſunt per vſuram ipſi vſurario, quia poſito, quòd non tranſeat pecuniæ vſurariæ dominium in vſurarium, ipſę res, quę dātur vſurario pro vſura, vt equus, veſtis, & domus, ſemper ſunt eorum, qui illas dederunt, & ſic ipſi dantes poterunt D ſemper vendicare eas apud quoſcunque illas inuenerint, & conſequenter alij a quibus non vendicantur in foro contentioſo, tenebuntur in foro conſcientiæ dare eas illis quorum ſunt, ſecus autem de rebus emptis ex pecunia vſuraria, quia licet pecunia eſſet ipſius tradentis, tamen res empta inde non eſt eius, ſed vſurarij, ideo nullus eā vēdicare poteſt, quia nullus alius eſt dominus niſi vſurarius, vnde licet vſurarius teneatur reſtituere tantum quantum accepit per vſuras, tamen determinate non tenetur reſtituere rem emptam ex vſuraria pecunia. Et patet, quia licet ex pecunia mea ſit aliquid emptum, ſi non eſt emptum nomine meo non pertinet ad me regulariter. Etiam quia aliàs ſi vſurarius eſſet diues, & vellet reſtituere cuilibet quantum accepit ab eo per vſuras, non ſatiſ- E faceret ſi non reſtitueret determinate res emptas ex vſuris, quod falſum eſt: nam vt innuitur, eo. ti. ca. cum tu. ideo venduntur poſſeſſiones emptę ex vſuris, quia non ſunt alia de quibus ſoluantur, & de pretio illarū poſſeſſionum ſoluitur his a quibus vſurę fuerunt exterte, cum ergo ſint pecunię de quibus poſſint ſolui vſurę non ſunt vendendæ poſſeſſiones illæ. Et maxime patet, quia non dicit illas debere vendicari, ſed vendi, & diſtribui, & tamen ſi deberentur determinate eis quorum fuerant pecunię non erant vendendę, ſed vendicandę. De omnibus autem alijs, quæ recipiunt ab vſurarijs pecuniam vſurariam, vt quia emit vſurarius aliquid ab eis, uel quia locauerunt ei operas

ſuas, uel quia aliàs eis erat obligatus, & ſoluit eis de pecunia quàm habuit ex uſuris. dicendum, quòd non tenentur ad aliquid reſtituendum, maxime quia ius non obligat expreſſe aliquos ad reſtituendum uſuras niſi ipſos uſurarios, & hæredes eorum, eodem tit. cap. cum tu, & cap. tua nos, ſcilicet, quia hęres cenſetur eadem perſona cum eo cui ſuccedit.

An ſit idem vſurarium ex vſura emere prædium, & illud vendere, & iterum ex eadem emere aliud. Quæſt. CCLIIII.

SED quærit Hoſtiē in ſu. eod. tit. §. quę pœna quid ſi uſurarius ex pecunia uſuraria emat prędium, & illud uendat, & demū ex eadem pecunia emat aliud, an ſit idem, quod in primo, ſcilicet, quòd debeat uendi ad ſatisfaciendum eis a quibus uſurę acceptæ ſunt.

Reſpondet quòd ſic ar. extra ut lite pendente cap. eccleſia, & dicendum, quòd uerum eſt non quidem, quia emptum eſt prædium illud de rebus uſurarij, ſed quia omnia bona eius obligata ſunt ad ſolutionem uſurarum: ideo quouſque ſoluantur ad plenum uſurę non ſolum prędia empta de uſuraria pecunia, ſed etiam ea, quæ de iuſto lucro, uel cauſa habebātur uendenda ſunt, & colligitur hoc in allega. ca. tu. quia iubetur uſurarijs, quòd uſuras perſoluant quouſque nō habeant in facultatibus unde ſoluant, & ita ſolum dicit eos ibi liberari, uel excuſari a pœna non ſoluendo, quando non habuerint unde ſoluant, & tamen uendicari, aut directe peti non poteſt iſtud prędiū ſecundo emptum ex pecunia uſuraria, ſicut neque primo emptum, cum iſtud ſit in bonis uſurarij, & non magis tenetur illud reddi ad ſolutionem quàm cętera uſurarij.

An tertius teneatur vendere poſſeſſionem, vt reſtituat vſuram. Quæſt. CCLV.

QVAERIT idem Hoſti. ibidem quid ſi poſſeſſio empta ex pecunia uſuraria perueniat ad extraneū tertiū poſſeſſorē, nūquid cogetur eam uendere, & ſatisfacere de uſura, ut ſi uſurarius emit agrum de pecunia uſuraria quem dedit, uel uendidit alteri, an iſte tertius teneatur uendere poſſeſſionem hanc, ut reſtituat uſuram.

Reſpondet ibi ſecundum Gotf. quòd non niſi cū duabus conditionibus, ſcilicet, ſi iſte tertius habuit ex cauſa lucratiua, & hęres uſurarij excuſſus ſit, & inuentus non ſoluendo, ut inſti. de lega. §. res aliena. Dicendum, quòd iſtud dependet ex eis, quę dicta ſunt ſupra q. 253. & ideo cum res empta de pecunia uſuraria ſit ipſius uſurarij, licet pecunia non fuerit eius, non pōt aliquis rem illam uendicare, neq; tenetur ſpecialiter obligata ad ſolutionem uſurarum, ſed eo modo quo tenētur cętere facultates uſurarij, propter quod ſicut ſi aliæ facultates eius tranſirent ex cauſa lucratiua ad alios, ita eſt de rebus emptis de pecunia uſuraria, unde non uidetur de rigore, quòd neque primus accipiens ab uſurario, neque ſecundus teneatur ad reſtitutionem, quia res illa effecta eſt ſua, cum uere fuerit uſurarij, & uendiderit eam, uel dederit quando potuit uendere, uel date, & ſic iam nulla actio competit contra poſſidentem, & tamen ſi daremus, quòd cōpeteret contra primum accipientem, daretur etiam, quòd contra tertium, & quartum, & uſque in infinitum competit, ſicut eſt de re furtiua: nam ubicūque inueniatur poteſt uendicari ab eo cui furto ſubtracta eſt, & non eſt plus, ꝙ ſit iam uiceſies, uel millies uendita, quàm ſi maneat apud furem, quia nullus illorū

potuit

potuit effici dominus, cum is cui furto subtracta est maneret dominus, etiam non differret an ex causa lucratiua, vel onerosa veniret, si res empta de pecunia vsuraria non transiret in dominium vsurarij, sicut neque transit res furtiua in dominium eius ad quem peruenit, ideo siue donetur ei siue emerit semper ab eo repeti potest, & vendicari, sed in re empta de pecunia vsuraria dicunt differre, quia si peruenit ad alterū ex causa onerosa non tenetur ille vendere eam ad restituendum vsuras. Si autem ex causa lucratiua dicit Gotf. quòd tenetur vendere eam ad soluendum vsuras, quando hęres excussus est, & inuentus est nō soluendo. Et ratio huius esse videtur, quia licet illa res esset ipsius vsurarij, tenebatur tamen cum alijs facultatibus suis simul ad solutionem vsurarum, & cum peruenit ad aliquem ex causa onerosa, vtpote quia emit dedit aliam rem æquiualentem loco illius, qui subijt onus solutionis vsurarum: ideo nō manet obligatio aliqua ad restituendum, cum vero accepit ex causa lucratiua, vt quia donauit ei vsurarius, nulla res successit in bonis vsurarij loco huius, ideo videtur ista magis obligata, dicit tamen Gotf. solum debere eam vendi quando hęres iudicatur eadem persona cū eo cui succedit, ideo quousque ille nihil habuerit in viribus hęreditarijs, nullus alius peti potest, & hoc est excussum esse.

Sed dicendum, quòd illud verū est in legatis sicut allegat Gotf. nam si testator erat debitis oneratus, & instituit hęredem atque legata fecit, creditores habēt recursum ad hæredem quousque exhauriantur uniuersę vites hęreditatis, tunc vero recursus est ad legata. Et ratio huius est, quia neque hæredis institutio, neque legata relicta confirmantur nisi per mortem, & tamen ex tunc non potest valere institutio hęredis, neque legatorum distributio in prędudicium creditorum, quibus bona testatoris erant obligata, ideo excusso hęrede recursus est ad legatarios, secus in præsenti, quia vsurarius donauit quandiu viuebat, & poterat donare, & nō erant aliqua bona eius specialiter obligata eis a quibus receperat vsuras, ideo donatio tenuit tunc, vnde nunquàm poterit postea infirmari. Secus autem si vsurarius testaretur in casu in quo testari potest: nam tunc contra hęredem competit repetitio, & exhaustis viribus hęreditarijs, idest, excusso hærede competet contra legatarios, ad quos perueniunt res ex causa lucratiua, & tenentur illi sine dubio ad solutionem vsurarum, quia non potuit fieri institutio hæredis, & distributio legatorum in prędudiciū eorum quibus debentur pecuniæ acceptę per vsuras, & tunc dicendum, quòd non solum ipsi legatarij, sed & alij ad quos mediate peruenerint res illæ habitæ per legata, tenentur ad restitutionem vsurarum. Item non solum pecuniæ vsurariæ, vel res emptæ ex pecunia vsuraria venientes per legatum ad aliquem debēt vendi, & restitui quando hęres non est soluendo, sed etiam res, quæ de iustis lucris habitæ erant, cum omnes facultates vsurarij sint obligatæ ad solutionem vsurarum.

Si possessio empta de pecunia vsuraria perueniat ad illum qui dederat vsuras, an extinguatur actio.
Quæst. CCLVI.

Sed quęrit rursus Hosti. ibidem quòd si possessio empta de pecunia vsuraria perueniat ad illum, qui dederat vsuras ipsi vsurario, an extinguatur actio, ita quòd non competat actio contra hęredes vsurarij pro illa.

Respondet secundum Gotf. quòd extinguitur, & tamen vsurarius, & eius hęredes minime liberantur.

Dicendum pro intentione Gotf. & Hosti. quòd si vsurarius emit possessionem ex vsuraria pecunia, & illa peruenit ad illum, qui dederat vsuras ipsi vsurario, aut peruenit immediate, aut mediante alio, si immediate, vtpote quia habuit eam ab ipso vsurario, aut habuit ex causa lucratiua, aut ex onerosa: si ex onerosa nō debet res illa restitui, neque pretium eius, quia generaliter dictum est præceden. q. quòd res emptę de pecunia vsuraria peruenientes ad aliquē ex causa onerosa non restituuntur quibus debentur vsuræ. Si autem ex causa lucratiua, vt quia dedit ei vsurarius, aut res illa est maioris valoris quàm vsuræ quas iste dedit vsurario, aut minoris, aut æqualis, si æqualis videtur esse facta restitutio vsurarum, vnde non competit amplius huic actio contra vsurarium, aut hęredes eius, neque etiam tenetur iste propter hanc rem ab vsurario receptam ad aliquid alijs, scilicet, vt eam vendat ad soluendum alijs vsuras, & hoc siue eam habeat ex donatione inter viuos, siue quia fuit ei legata in testamento: nam quantum ad hoc legatum valuit, non inquantum legatum, sed inquantum ęs alienū. Si autem sit minoris valoris quàm vsuræ, recipiet eam licite iste siue ex donatione, vel legato, & insuper competet ei actio contra hæredes vsurarij, vel ipsum ad supplementum æstimationis vsuratum, si autem sit maioris valoris quàm vsurę, extinguitur actio competens huic contra vsurarium, & hæredes, & insuper iste manet obligatus sicut quilibet alius extraneus maneret quantum ad id, quod plus res valuit quàm vsuræ, & hoc si ex legato habuit, si vero aliàs ex donatione inter viuentes, non videtur de rigore, quòd ad aliquid teneatur, & tamē Ber. & alij tenent, quòd teneatur sicut tactum est supra. Si autem non peruenit ad eum immediate, sed fuit secundus, vel tertius, vel quartus, & sic deinceps, quia in hoc nihil differt. dicendum, quòd aut aliquis intermediorum, aut ipse de quo quæritur habuit ex causa onerosa, aut omnes ex causa lucratiua. Si aliquis ex causa onerosa ibi extinguitur actio, quia neque ipse neque cęteri, qui postea habebunt, tenetur ad aliquas vsuras soluēdas, deficientibus bonis hęreditarijs, siue de cętero descendat res illa in alios ex causa lucratiua siue onerosa. Si autem semper ab ipso vsurario per omnes medios descendit ex causa lucratiua, dicēdum quòd extinguitur actio simpliciter quantum ad vsurarium, & hęredes, & quantum ad omnes intermedios, idest, quòd iste ad quem peruenit non potest iam aliquid petere ratione vsurarum quas soluit, & hoc si illa res ęqualis valoris erat cum vsuris: si autem erat minoris valoris liberantur omnes intermedij, quia dederunt quantum receperunt, ita quòd ratione illius rei receptę ab vsurario non est iam vlla actio contra eos in foro contentioso, neque tenentur ad aliquid in foro conscientię. Verumtamen vsurarius, & hęredes nō liberantur, quia competit huic actio contra illos ad supplementum. Si autem erat res maioris valoris quàm vsurę. dicendum, quòd liberantur medij, quia dederunt quantum acceperunt, & vsurarius, & hęredes liberātur ab actione huius, sed non liberantur ab actione aliorum, quorum pecuniam expensam in hac re dedit vsurarius huic cui minus debebat, & ipse accipiens manet obligatus ad id, quod magis erat, cum illud proueniat ex pecunia vsuraria, & hoc secundum intentionem illorum, qui dicunt rem emptā ex pecunia fęnoris manere obligatam apud quemcunque ad quem peruenerit ex causa lucratiua.

An

An omnes teneantur ad restitutionem vsurarum acceptarum.
Quæst. CCLVII.

Sed quęretur an omnes teneantur ad restitutionē vsurarum acceptarum? Dicendum, quòd omnes, qui vsuras suscipiunt ad earumdem restitutionē tenentur siue Iudæi, siue Pagani, siue Christiani. De Christianis planum est tam de clericis quàm de laicis extra de vsu. ca. plures, & cap. quoniam. De Iudęis autem patet eo. tit. cap. post miserabilem, & ca. quanto. De Sarracenis autem siue Paganis non exprimitur, sed eadem ratio est, quæ de Iudęis: nam restitutio ista fit, quia vsurę non possunt exigi sine peccato mortali, neque sine eodem possunt retineri, & tamen omnis homo obligatur fugere peccatum mortale, ergo tam Pagani quàm Sarraceni tenentur ad restitutionem vsurarum.

Aliqui autem dicunt, quòd non teneantur ad hoc Sarraceni, & Pagani, quia lex non obligat plus quàm expressum sit in ea, & tamen de Sarracenis, & Paganis nihil dictum est, cum de Christianis, & Iudęis dicatur, ergo non obligantur ad hoc Sarraceni.

Dicendum, quòd omnes tenentur ad hoc, quia non est prohibitio vsurarum, neque obligatio ad restituēdum ex lege canonica, quia ante ipsam est prohibitio ex lege naturę, & ex lege Dei, sic patet extra de vsu. cap. cum tu, vbi dicitur, quòd etiam illi, q exegerūt vsuras ante concilium Lateranen. tenentur ad restitutionem sub pœnis illius concilij, & hoc, quia prohibitio vsurarum nō cępit ab illo cōcilio si prius erat, vnde si ex lege canonica esset vsurarum prohibitio, non essent vetitę nisi Christianis, super quos directe potestatem habent canonica iura, & tamē etiam Iudæis vetitę sunt, quia prohibitio est ex lege naturali simul, & lege Christi, vtraque autē obligat omnes homines, ideo omnes prohibentur accipere vsuras, qui autem prohibentur accipere iubentur restituere, quia illicite retinet vsurarius pecuniam sic acquisitā, & quod illicite retinetur restituendum est. Quod autem de Sarracenis expressum non fuerit, neque de Paganis, causa fuit, quia de illis exprimitur quos cōtingit extorquere vsuras a Christianis, sed isti sunt Iudæi, & non Sarraceni, qui cōmuniter non habitant inter Christianos, ergo de illis dixit, & tamen ratio eadem est de Paganis, quòd obligentur ad restitutionem. Alia ratio est, quia cum expressum est de Iudęis non dictum est de illis, vt tenebantur ad restitutionem vsurarum, sed qualiter compellebātur ad restituendum, quod satis apparet in allegato cap. post miserabilem, & cap. quanto, & tamen Sarraceni, vt communiter non compelluntur ad restitutionem, quia non manent inter Christianos, ergo non oportuit de illis exprimi.

Quare ecclesia compellit Iudeos ad restitutionem vsurarum, & in illis quædam peccata punit, & quædam non.
Quæst. CCLVIII.

Quaeretur quare ecclesia compellit Iudęos ad restitutionem vsurarum. Aliqui dicunt, q ideo fit, quia retentio vsurarum peccatū est sicut exactio earum, & ratione peccati Ecclesia se intromittit sicut in multis alijs. Sed dicēdum, q non est verum: nam Iudæi in multis alijs peccant mortaliter, & tamen ecclesia non cogit eos cessare a peccato: nam non credere in Christum peccatum est, sed non cogit Ecclesia venire Iudęos ad fidē, ideo nō est propter istam causam. Sciendum tamen in hoc, q ecclesia circa quędam peccata punit Iudęos, cogendo eos recedere ab illis, & in alijs non, & hoc, quia Iudæi cōmunicant nobiscum vnitate politię, & quia quædam peccata eorum sunt contra statum politicum, punit eos Ecclesia, & principes seculares circa illa. Alia vero sunt, quæ nō vertuntur in damnū publicū, & circa talia nulla lex eis imponitur, neq; pro illis puniuntur. De primis, vt est furtū, adulteriū, homicidiū, seditio, dolus, fraus, & huiusmodi: ideo tam Ecclesia quàm seculares principes puniunt Iudæos delinquētes in hoc. De secundis, vt est non credere in Christū, neq; obseruare legē eius: nam pro his nemo Iudæos punit, neque eis lex imponitur ab Ecclesia, aut principibus secularibus, sed lex Christi obligat eos ad hoc cuius trangressio est peccatū mortale. De Iudęis ergo dicendum, q compelluntur vsuras restituere, & non recipere eas, non inquātum est peccatū principaliter, sed quia est peccatum in damnum publicum: nā per vsuras exhauriuntur facultates eo. tit. ca. quanto, & iō vocatur vsurarum vorago ca. vsurarū eo. tit. lib. 6. Secūdo & prędipue, quia est in damnum Christianorū. Nam si nō esset in damnum Christianorum non cōpellerentur Iudęi illas restituere, sic patet eo. tit. c. post miserabilem, vbi dicitur Iudęos ad remittēdas Christianis vsuras per principes seculares compelli prędipimus, & magis in ca. quanto vbi dicitur volentes in hac parte prospicere Christianis ne a Iudæis immaniter aggrauētur, ideſt, volumus vtilitatem Christianorum considerare, & ista est causa prędipua: nam si Iudæi darent vsuras alijs Iudęis, aut Sarracenis nō cōpellentur per censuram ecclesiasticam restituere vsurā. Circa quod sciendum, q aut isti Iudęi, vel Sarraceni de quibus dicitur, habitāt inter Christianos, aut per se sicut Pagani, & communiter Sarraceni. Si per se habitent in diuersis regionibus, & sub proprijs principibus, non compellit eos Ecclesia ad restituendum vsuras. Et ratio est propter duo, primo quia illi non obedirent cōpulsioni Ecclesię, & ita frustra esset velle eos compellere: secūdo quia nihil ad nos de illis cū foris sint, & de illorum peccato nullum nobis nocumētū prouenit. Si aūt inter nos, & subditi principibus nostris, aut exigunt vsuras a Christianis, aut a se inuicem, vel a Paganis: si a Christianis compellit eos Ecclesia ad restituēdum vsuras in allegato ca. post miserabilem. Si aūt ab inuicem exigant vsuras, vel a Paganis non compellit Ecclesia eos ad restitutionem, quia neque de hoc cautum est: nam in allega. cap. post miserabilem, & cap. quanto non dicitur nisi de vsuris restituendis Christianis.

An Iudæus repetens vsuras ab alio Iudæo coram Ecclesiastico iudice compellet eum ad restituendum.
Quæst. CCLIX.

Sed quid si Iudæus exegerit vsuras a Iudæo, & repetat eas vnus ab alio coram iudice Ecclesiastico, an compellet eum ad restituendum. Aliqui dicunt, q sic, quia ibi peccatum est propter quod se ecclesia intromittat. Etiam ambo sunt de iurisdictione Ecclesię cū sint subditi principibus Christianis. Etiam modus est ad compellēdum, s. per subtractionem participij in ca. post miserabilem, & cap. quanto. Dicēdum, q iudex Ecclesiasticus non cōpelletad restitutionem vsurarum in hoc casu. Et ratio est, quia non habet potestatem: nam directam iurisdictionem habet ille super fideles, super infideles aūt nihil nisi quantum expressum est, & tamen non exprimitur, nisi q compellātur Iudęi restituere vsuras, quas extorserunt a Christianis in ca. post miserabilē, & cap. quanto, ergo non poterit cogere iudex ecclesiasticus restituere eas Iudęo per censuram ecclesiasticam. Sed dicendum quare Ecclesia in hoc casu nō

statuit

ſtatuit illas reſtitui, cum Iudęi ſubditi eſſent, & corã F ea peterent. Dicendum, quòd non fuit conueniens, quia aut fieret iſtud propter peccatum, aut propter damnum publicũ. De primo non curat Eccleſia circa Iudęos, & Paganos, fruſtra enim eſt curare, vt ipſi nõ peccent, cum neceſſe ſit eos damnari quandiu in hoc ſtatu manſerint, etiam ſi ab omnibus peccatis alijs abſtineant, quia qui non credit iam iudicatus eſt Ioan. 3. ca. qa ſine fide impoſſibile eſt placere Deo ad Hebrę. 11. ca. ſecus eſt de Chriſtianis, quia illi ſunt in ſtatu ſalutis, ideo cauendũ eſt ne in alia peccata incidant, per quæ pereant. De ſecundo curandum eſt, & tamen nõ eſt in hoc caſu damnum publicum, quia Iudęi exigũt ibi vſuras a Iudęis in quibus nõ conſiſtit bonũ publicũ, & ad illos non aduertitur niſi propter bonũ Chriſtianorum, etiã iuſtum eſt, vt illi non gaudeant lege Chriſtianorum, cum illi ſe noluerint ſubijcere.

An Iudæus poſſet a Chriſtiano vſuras repetere coram iudice Eccleſiaſtico. Quæſt. CCLX.

QVID ſi Chriſtianus exigeret vſuras a Iudęo, an Iudęus poſſet ab eo illas repetere coram iudice Eccleſiaſtico, vt dictum eſt prędcẽ. q. a fortiori, ergo non poterit illas repetere a Chriſtiano. Dicẽdum, ꝙ poteſt: nam quidquid petat Iudęus a Chriſtiano corã Eccleſiaſtico iudice audietur, & ideo hic ẽt audietur ſuper vſuris. Et dicendum, ꝙ hoc fit in fauorem Chriſtiani, & non Iudęi: nam Chriſtianus, qui dat ad vſuram peccat mortaliter, & retinendo vſuras eſt in peccato, & tamen Eccleſia intromittit ſe inter Chriſtianos ratione peccati, ſ. quia prouidere vult ſaluti animarum ipſarum, ideo cogit ipſum Chriſtianũ ad reſtituendas vſuras a quocunque illas accepit, quia ita peccat accipiendo eas a Iudęo ſicut a Chriſtiano. Cum autem dicitur, quòd nõ poteſt exigere eas vnus Iudęus ab alio coram iudice eccleſiaſtico. Dicẽdum, ꝙ non fuit hoc in fauorem ipſorum, neque etiam in odium, ſed quia non curat eccleſia de peccato in infidelibus, cum non profit, vt dictum eſt prędcedenti q. curat aũt de illo inter fideles, iõ cogit Chriſtianum ad reſtituendum Iudęo quamcũque vſuram receptam. I

An Iudæi compelluntur reſtituere Chriſtianis quaſcunque vſuras. Quæſt. CCLXI.

QVAERETVR an Iudęi compellũtur reſtituere Chriſtianis quaſcunq; vſuras. Aliqui dicũt, ꝙ non, ſed tolas grauiſſimas, & immoderatas, ſic patet extra de vſu. ca. quanto, quia dicitur volentes in hac parte proſpicere Chriſtianis ne a Iudæis immaniter aggrauentur, ẽt dicitur, ꝙ ſi Iudęi a Chriſtianis graues, aut immoderatas vſuras exegerint, eis participium ſubtrahatur, ergo ſolę magnę vſurę vetitę ſunt.

Dicendum, quòd compelluntur reſtituere omnes tam magnas quàm paruas, quia vtroque modo lędũtur Chriſtiani, & permiſſo aliquo modo vſurę erit aditus ad omne grauamen vſurarum. Cum autem dicitur de immoderatis, & grauibus vſuris, poteſt dici, quòd non habet hic locum argumẽtum a contrario ſenſu, eo quod inuenitur contrarium expreſſum, & ſic licet vetentur ibi vſurę graues nõ eſt ſenſus, quòd conceduntur vſurę leues. Secundo poteſt dici, quòd etiam ſtante diſpoſitione illius ca. quanto omnes vſurę repetuntur, eo quòd omnes dicũtur immoderatæ, & graues, quia quantumcunque paruę ſint immoderatę ſunt. Eſt enim moderatum, vt ſoluatur quantum mutuatum eſt, & non plus, quidquid autem ſupra eſt immoderatũ eſt: etiam omnes dicuntur graues, quia K grauant ſoluentes quantumcunque ſint paruæ, ideo pro quibuslibet vſuris reſtituendis poſſunt compelli per cenſuram.

An in omni caſu qui receperit vſuras tenetur eas reſtituere, & quid ſi nullas habeat facultates, aut eas exhauſtas in reſtituendo. Quæſt. CCLXII.

SED nunquid in omni caſu tenetur, qui receperit vſuras reſtituere eas? Dicendum, quòd aut ille habet facultates, vnde ſoluat, aut non, ſi habet vnde ſoluat cogetur reſtituere ad plenum. Et tunc conſiderandum, quòd aut ille nomine vſurarum recepit pecuniam ſolam, aut res aliquas, quæ adhuc ſuperſint, G vt domum, veſtem, equum: ſi ſolam pecuniam ſatisfaciet in pecunia, vel in re aliqua eiuſdẽ ęſtimationis. Si autem recepit res, quę adhuc manent, debet eas reſtituere, maxime ſecundum illos, qui dicunt nõ tranſire in vſurarium dominiũ rei vſurarię, quia oportet tunc cuilibet rem ſuam dari, hoc aũt verũ eſt quando de rebus acceptis, vel de bonis aliquibus mobilibus ſatisfacere poteſt vſurarius. Si aũt non poteſt cogetur vendere poſſeſſiones emptas de vſuris, & de pretijs illorum ſatisfiet eis a quibus acceptæ ſunt, & ſi illę non ſuffecerint vendentur omnia bona vſurarij, ẽt ſi ex iuſto lucro, vel cauſa illa habuerit, & ſatisfiet de eis, quia cum expenderit vſuras quas accepit tenebuntur alia bona loco illarum, & in hoc non eſt habenda cõſideratio, vt non egeat vſurarius, quia cum ex delicto proueniat debitum iſtud, ſ. ex crimine vſurario tenebitur ſoluere vniuerſa, & ſi nõ maneat ei obolus. Sed quid ſi non habet facultates vllas, vel ſi reſtituendo partem vſurarum exhauſtę ſunt facultates, & adhuc manent debita? Dicendum, ꝙ non poterit pro reſiduis debitis vſurarijs vrgeri pœna aliqua, immo & pœnæ, ſi quæ impoſitę erant ceſſant, vt ſi priuatus erat communione altaris, & non recipiebantur eius oblationes iuxta cap. quia in omnibus, eod. tit. vel ſi a iudice erat excõmunicatus, aut ſuſpenſus, vt eodem tit. cap. prętereа. omnes iſtę pœnæ ſtatim ceſſant, aut per iudicem tollendę ſunt, eod. tit. cap. cum tu. Eſt autem verum, ꝙ ſi venerit ad pinguiorem fortunam tenetur ad reſtidua debita vſuraria, vt extra de ſolu. ca. O doardus. Et ſicut cõtra talem nihil iam agi poteſt in foro contentioſo, ita & in foro cõſcientiæ eſt tutus, quia Deus nõ obligat aliquẽ ad impoſſibile, & dato, quòd fuerit in culpa, & potuerit aliquando reſtituere vſuras quando erat opulentior, & noluerit, non eſt nunc in peccato, cum habeat nunc propoſitum reſtituendi ſi haberet, & dolet, quia non reſtituit quando potuit, quia aliàs non poſſemus habere remedia contra omnia peccata. Eſt tamen dicendum, quòd ſi iſte peruenerit ad pinguiorem fortunam, etiam in foro conſcientię tenetur ad ſoluendum reſidua debita vſuraria.

An hæredes vſurariorum teneantur ad reſtitutionem vſurarum, & quando, & qualiter. Quæſt. CCLXIII.

CVM dictum ſit de ipſis vſurarijs, quòd tenentur ad reſtitutionem, & qualiter, eſt nunc dicendum de eorum hęredibus an teneantur, & qualiter.

Dicendum, quòd hęredes tenentur ad reſtituendũ vſuras ſicut ipſi vſurarij, eo. tit. ca. tua nos. Sed hęredes ſunt duplices, ſcilicet, ſui, & extranei, ſui dicuntur ipſi filij, qui viuentibus parentibus ius habent ſuper omnia bona parentum, licet illud nõ exerceant, extranei dicuntur alij ſiue venientes ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, qui filij non ſunt.

De

De primis manifeſtum erat, quòd tenerẽtur ad reſtituendas vſuras, quia illi non cenſentur ſuccedere in bonis vſurariorum, ſed habere ea in vita, & per mortẽ illorum videretur continuare poſſeſſionem, & ius, quod habuerant viuentibus vſurarijs, ſed vſurarijs viuentibus non poterunt ipſi habere liberum ius in bonis, quia neque ipſi vſurarij habebant, ſed manebant ſemper bona obligata eis a quibus vſurę receptę erãr, ergo defunctis vſurarijs tales hęredes tenentur eodẽ modo ad plenam reſtitutionem vſurarum. De hæredibus autem extraneis erat dubium, quia iſti viuentibus eis quorum bona ſunt nullum ius in eis habent, & ideo ſuccedunt, & acquirunt bona, ideo de his videbatur alia ratio, & ſic, quòd non tenerentur ad ſoluendas vſuras. Sed reſpondetur, eod. tit. ca. tua nos, ꝙ ſicut tenet in hæredibus ſuis, ita de extraneis hęredibus iudicandum eſt. Et ratio eſt, quia iſti ſuccedunt in iure defuncti, licet illud non habuerint viuẽte defuncto. Sed illo viuẽte erant omnia iſta bona obligata ad ſolutionem vſurarum, ſed per inſtitutionem hęredis quam fecit, non potuit eximere bona a prędicta obligatione, & a fortiori ſi fuit ſucceſſio ab inteſtato non potuit hęres ſuccedere niſi in iure defuncti, & tamen defunctus tenebatur ad ſoluẽdum de eis vſuras, ergo tenebitur hęres extraneus. Sed nunquid eſt iſtud quãtum ad omnia bona vſurarij, vel quãtum ad illa ſola, quæ ex vſuris empta ſunt, vel habita? Aliqui dicunt, ꝙ ſolum quantum ad bona lata, vel empta ex vſuris, & ratio eſt, quia illa bona habent vitium, ideo illa debẽt reſtitui, cętera vero iuſto titulo habita retineri poſſunt. Dicendum, quòd hæredes vſurarij tenentur ad reſtitutionem vſurarum non ſolum alia tradenda, qa hoc etiam in vſurario fit, eod. tit. cap. cum tu. ſi aũt illa non ſufficiunt debent vendi cętera bona ẽt bono titulo habita ad ſatisfaciẽdum de vſuris. Et ratio eſt, qa non habent hęredes aliud ius in bonis, niſi quod habuit defunctus cum iſti ſuccedere dicantur, & tamen in defuncto ſi viueret eſſet hoc, ꝙ omnia bona vẽderentur ſi non ſufficerent habita ex vſuris, ergo fiet in hærede. Et patet hoc in alijs debitis, quia in quocunque debito vendũtur omnia bona eius quouſq; ſatisfaciat, quanto magis quando ex delicto venit debitũ ſicut hic? ideo cętera bona obligata ſunt ad ſoluendũ vſuras quando non ſufficiunt bona vſuraria. Et patet, quia in allegato cap. tua nos, dicitur ꝙ filij vſurariorũ eadem ſunt ad reſtituendũ vſuras diſtrictione cogendi qua parentes ſi viuerent cogerentur, & ſequitur id ipſum etiam cõtra hęredes extraneos credimus exercendum, & ita omnes hęredes cogũtur ad reſtitutionem vſurarum eadem diſtrictione qua vſurarij ipſi cogerentur, & tamen in vſurarijs non ſolũ vendũtur bona habita ex vſuris, ſed etiam vniuerſa quouſque plene ſatisfecerint, ergo eodem modo fiet in hęredibus eorum ſuis, vel extraneis.

An hæc repetitio locum habeat penes hæredes Iudæorum vſuriariorum. Quæſt. CCLXIIII.

QVAERETVR cum a Iudæis etiam repetantur vſuræ, an circa hęredes Iudęorum vſurariorum habeat locum iſta repetitio.

Dicẽdum, quòd ſic, quia eadem ratio exiſtit in hęredibus, quę in principalibus Iudæis vſurarijs: nam a Iudæis repetuntur vſuræ inquantum ius reſpicit vtilitatem Chriſtianorum, qui valde grauantur ꝑ vſurarũ extorſionem, eod. tit. ca. quanto, & tamen ſiue a principalibus vſurarijs ſiue ab hęredibus eorum retineãtur vſurę ęqualiter grauati ſunt Chriſtiani, ergo ſicut contra Iudęos competit repetitio, ita & contra hæredes eorum.

Secundo patet, quia diſpoſitio iuris extenditur ad hoc: nam eo. tit. ca. tua nos, abſolute dicitur de vſurarijs, & eorum hęredibus, ſ. ꝙ ſicut tenẽtur vſurarii ad reſtituendas vſuras, ita eadem diſtrictione tenẽtur eorum hęredes, & non dicitur ſpecialiter de Chriſtianis, ſed Iudæi hęredes habent ſicut Chriſtiani, ergo cum teneãtur ipſi Iudęi vſurarij, tenebuntur eorum hęredes, i. peccant non reſtituendo, & compellentur per eãdem cenſuram per quam eorum parentes. vel quorum ſunt hęredes. Et omnino dicendum eſt hoc tenere ſicut dictum eſt prędce. q. tam quantum ad bona habita per vſuras, vel empta ex eis, quàm etiam quantum ad bona, quæ iuſto titulo vſurarius habebat.

An extranei teneantur ex bonis vſurariorum ſatisfacere quibus debentur vſuræ. Quæſt. CCLXV.

QVAERETVR nunc de extraneis, qui non ſunt hęredes, & peruenerunt ad eos bona aliqua vſurariorum, an teneantur ex eis ſatisfacere illis quibus debentur vſurę.

Dicendum, quòd aut peruenerunt ad eos ipſa bona, quæ vſurarij receperunt loco vſurarum, vt ſi receperunt equum, domum, vel veſtem, aut alia, quæ non data fuerunt in vſuras. Si primo modo tenendo ſecũdum quoſdam, quod res vſurarię non tranſeunt in dominium vſurarij, eſt dicendũ, quòd ſemper tenentur ad reſtitutionem in foro conſcientiæ illi ad quos peruenerunt bona, ſiue peruenient ex cauſa oneroſa, ſiue ex cauſa lucratiua quandocunque conſtiterit eis fuiſſe itta bona data in vſuras, ſicut eſt de bonis furtiuis, quia ad quemcunque peruenient, & ex quacunq; cauſa manet onus reſtituendi, etiam ſi illa bona fide emerint, quia non ſufficit, neque prodeſt bona fides ad hoc, quòd retineant rem, poſtquam conſtiterit eis eſſe alienam, quia ſolũ profuit bona fides ad hoc, quòd non peccaret emendo rem alienam. Si autem teneatur tranſire dominium rei vſurarię in vſurariũ licet teneatur ad reſtitutionem ęſtimationis, idẽ erit dicendum de rebus quas accepit in vſuras, ſicut de rebus emptis ex pecunia vſuraria.

Si autem non ſit res data in vſuram, aut eſt res empta ex pecunia vſuraria, aut non, ſed aliàs ex iuſto titulo competebat vſurario.

Si primo modo, aut peruenit ad extraneũ ex cauſa oneroſa, aut ex lucratiua cauſa. Si ex oneroſa dicendũ, quòd non tenetur ad reſtitutionem, neque aliquã ſolutionem vſurarum, neque ab eo repeti poteſt in foro cõtentioſo, quia aliam rem ſubrogauit loco eius, vel ęſtimationem, quæ tranſiuit in bona vſurarij.

Si autẽ ex cauſa lucratiua ſolet a multis dici, quòd debet illa vendi, vt inde reſtituantur vſurę iuxta ca. cũ tu. §. poſſeſſiones vero: nam ibi de talibus bonis emptis de pecunia vſuraria dicitur, prout manent apud vſurarios, & iſta tranſeunt etiam ad alios extraneos non hęredes, quando bona hæc deuoluta fuerint ad illos ex cauſa lucratiua.

Sed dicendum, quòd de rigore iuris non eſt illud, immo diſtingue, quòd aut talia bona deuenerunt ad extraneos ex donatione facta inter viuos, aut vt legata. Si primo modo videtur, quòd non competat repetitio contra eos, neque teneantur in foro conſcientię ad reſtitutionem, quia donari potuit, & cum eſſet in dominio vſurarij tunc cum poterat illam expẽdere, vel donare, valuit donatio facta, ideo ſimpliciter effecta eſt ipſius cui data eſt. Si autem, vt legatũ peruenit ad eum, aut hęres impendit vniuerſas vires hęreditarias ad ſoluendum vſuras, & non ſufficiunt, aut non impendit.

Si primo modo videtur, quòd teneatur legatarius:

nam

nam non potuit transire illud legatum ad legatarium nisi eo modo, & iure quo erat apud testatorem, sed apud eum erat obligatum ad soluendum vsuras, ergo cum transit ad legatarium manet obligatum. Si secũdo modo nõ tenetur legatarius ad soluendas vsuras, quia prius debet excuti hęres quàm recursus sit ad legatarium, de quibus dictũ est supra. Si vero bona vsurarij, quę perueniunt ad extraneum non hęredẽ sint non vsuraria, sed iuste acquisita, solet dici, ꝙ siue perueniant ex causa onerosa siue ex causa lucratiua libere pertinent ad eum, & non tenetur ad solutionẽ aliquarum vsurarum, & hoc videntur tenere doctores cõiter eo.ti.c.tua nos, licet satis posset distingui, vt supra, s.ꝙ si veniant ex causa onerosa non teneantur ad solutionem vsurarum, si vero ex lucratiua inter viuos etiam non tenentur, si vero per modum legati, & hęres sit excussus, & reperiatur non soluendo, videtur ꝙ teneatur legatarius pro parte legati, eo ꝙ legatum in morte confirmatum est, & tamen per mortẽ cęperunt bona omnia determinate esse obligata ad solutionem vsurarum, ideo cum non sufficerent cętera nisi impendantur legata illa quoque obligata erãt, & sic transierũt obligata ad legatariũ, vnde tenebitur in hoc casu ad vsuras soluendas.

An hæredes vsurarij teneantur ad solutionem vsurarum, vel ex persona sua, vel ex persona vsurarij. Quæst. CCLXVI.

SED quęretur an hęres vsurarij, vel alij ad quos bona eius perueniunt tenentur ad solutionem vsurarum ex persona sua, vel ex persona vsurarij.

Dicendum, quòd aut in testamento mandatę sunt vsurę solui, aut non, si primo modo manifestum est, quòd soluuntur ex persona vsurarij. Si secũdo modo, aut vsurarius decedens habuit aliqua signa contritionis, aut non. Si aliqua habuit dicendum, quòd soluuntur vsuræ nomine eius propter duo. Primo quia cum signa contritionis in eo apparuerint, videtur doluisse de peccato vsurarum, vt remitteretur sibi peccatum, & quia ad remissionem peccati necessaria erat restitutio ablatarum vsurarum, eo d.tit.ca.cum tu. videtur, ꝙ habuerit propositum restituẽdi, & ex illo innuitur, quòd hęredes debent eius implere voluntatẽ. Secundo quia illa solutio prodest vsurario: nam cum pœnitens decedit facit ad alleuiationem pœnæ eius, quòd soluantur debita sua. Si vero decedat impœnitens, ideſt, quia nulla signa contritionis in eo apparuerunt, non soluuntur ex nomine vsurarij, sed ex nomine hęredum. Ratio est primo quia cum ille moriatur impœnitens non apparet de voluntate eius saltem per nutum, quòd voluerit restitui vsuras, ideo hęredes non possunt nomine eius soluere, quia ille non mãdauit. Secundo quia non prodest ei talis solutio: nã constat, quòd cum decedat impęnitens damnatur, & ideo solutio ista debitorum non alleuiat eum, & ita non fiet nomine eius, sed hęredum, sic tenet Hosti. Tenẽtur autem hęredes ad restitutionem vsurarum non quasi ex delicto, sed quasi ex conditione bonorum peruenientium ad eos, quia illa bona, vel sunt aliena, vel saltem alijs obligata, & cum transeat res cum suo onere, tenebuntur obligata cumad hæredem transierint, & ideo tenebitur hęres soluere vsuras, ad quæ tenentur illa bona, & si non soluat iam delictum proprij est, cum nolit explere onus, ad quod tenetur, si vero non sint hæredes, sed alij ad quos bona deuoluta sunt, dicendum, quòd in casu in quo tenentur ad soluendas vsuras, non tenentur quasi ex p̃sona vsurarij, sed ex suis persõnis, scilicet, in quantum transierunt ad eos res talia onera habentes.

An teneantur hæredes vsurarij ad soluendas omnes vsuras etiam non facto inuentario de bonis hæreditatis. Quæst. CCLXVII.

QVAERETVR de hęredibus vsurarij an teneantur ad soluendas vniuersas vsuras, vel ad soluendum quantum vires hęreditariæ sufficiunt.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia interdum soluunt vsuras hęredes ex persona vsurarij, & tunc videtur, ꝙ teneantur vltra vires, quia ita teneretur vsurarius: nã si vsurarius non haberet facultates sufficientes ad restituendum vsuras teneretur semper, vt si aliquando perueniret ad pinguiorem fortunam, quòd illas solueret, vt dictum est supra, & ideo hęredes tenebuntur etiam vltra vires hęreditarias, vt de proprijs, quæ aliàs habere possunt soluant, & hoc saltem quando tenetur hęres nomine, vel ex persona vsurarij, secus si ex persona sua teneatur, quia tenebitur pro eo, quod ad ipsum peruenerit, & sic non vltra vires hæreditarias.

Dicendum, quòd hęres, aut fecit inuentarium de bonis vsurarij, aut non, si fecit videtur, quòd non teneatur vltra vires hęreditatis in foro contentioso neque conscientiæ. Si autem non fecit inuentarium dicit Hosti. quòd in foro conscientię non tenetur vltra vires hęreditarias, & tamen in foro ciuili videtur posse conuentiri super vniuersis vsuris. Sed dicit Federius de Senis, quod lex humana condita ab eo, qui potestatem habet condendi non continens manifestam iniquitatem obligat in foro conscientię, cum ergo super hoc sit lex ciuilis, vt teneatur ad vniuersa defuncti debita hæres, qui inuentarium non fecit, videtur quòd tenebitur in foro conscientiæ hęres vsurarij si de bonis eius non fecit inuentarium.

Est dicendum, quòd lex ciuilis de faciendo inuentarium non obligat in foro conscientię, & ideo sicut si fecisset non teneretur vltra vires, ita non faciendo non tenetur vltra vires.

Cum autem obijcitur, quòd ad plus teneatur quã sint vires hęreditarię, quia ad plus tenebatur vsurarius. Dicendum, quòd non stat, quia ex delicto defuncti non tenetur successor nisi quantum ad eum peruenit, & ideo cum non peruenit nisi hęreditas, nõ tenebitur vltra vires hęreditarias, ideo licet teneatur hęres nomine defuncti, verumtamen non est ipse defunctus, ideo non tenetur ad pœnas quas tenebatur vsurarius, neque etiam ad restituendum quantum ille recepit, sed quantum ex illo ad hęredem peruenit.

Sed obiicietur, quòd tunc non teneretur hęres soluere nisi vsuras quantum sufficiunt bona vsuraria, vel ex vsuris empta in quibus successit hęres, bona autem iusto titulo habita non teneretur vendere ad soluendas vsuras si non sufficiunt bona vsuraria.

Dicendum, quòd hoc falsum est, quia tenetur hęres cum tanta districtione soluere vsuras cum quanta vsurarius extra de vsu.capitu.tua nos, & tamen vsurarius tenetur impendere in hoc vniuersas facultates, cum non sufficiunt bona ex vsuris habita, vt colligitur, eodem tit.cap.cum tu. & dictum est, ergo hæres eodem modo.

Item quia hæres tenetur alia bona expendere in solutionem vsurarum non tamquã peruenientia ex delicto, sed velut transeuntia ad eum cum obligatione: nam apud vsurarium omnia bona sua erant obligata ad solutionem vsurarum, sed transierunt ad hęredem per mortem, ideo necesse est, quòd transierint cum hac obligatione.

Si

Si fuerint duo hæredes, vel plures vsurarij, & ante solutionem vsurarum alter eorum non soluat numquid alij teneantur soluere partem illius. Quæst. CCLXVIII.

QVAERETVR si fuerint duo hęredes, aut plures ipsius vsurarij, & ante solutionẽ vsurarum alter eorum efficiatur non soluendo, an alius, vel alij teneãtur soluere partem illi competentem. Vt pote supposito, quòd tenentur hęredes soluere solum iuxta vires hęreditarias. & aliquis eorum accepta parte hęreditatis ante solutionẽ vsurarum effectus est non soluendo, & totę vires hæreditarię erant necessarię ad satisfaciendum pro vsuris, an alij soluent pro illo.

Dicendum, quòd tenentur alii in solidum tam in foro contentioso quàm conscientię saltem quãtum ad id, quod peruenit ad eos, & ita perdũt lucrũ, quod aliàs capere poterant ex hæreditate, vt si soluentibus hęredibus simul vsuras mansura erat cuilibet portio quędam hęreditatis, & nunc altero eorum facto non soluendo oportet expẽdi aliorum portiones vniuersas in soluendo vsuras. Ratio huius est, quia tota res hęreditaria obligata erat ad solutionem vsurarum, & quilibet hæres repræsentat personam defuncti, ideo impotẽte vno soluere soluet alius. Sic tenet Hosti. in su. eo.ti. §. qua pœna, etiam isti fuerunt in culpa, quia non debuerãt permittere diuisionem bonorum hęreditariorum quousque soluerentur vsurę ad quas obligata erat tota res hæreditaria.

An hæres, & vsurarius teneantur restituere quidquid acquisitum est ex pecunia vsuraria. Quæst. CCLXIX.

QVAERETVR cum tam vsurarius, quàm eius hæredes teneantur soluere vniuersas vsuras, an etiam teneãtur restituere quidquid acquisitum est ex pecunia vsuraria.

Aliqui dicũt, ꝙ sic, dicit enim Apostolus ad Rom. 11. cap. si radix sancta, & rami. ergo eadem ratione si radix infecta, & rami, sed id, quod acquisitum fuit ex vsuraria pecunia habuit radicem infectam, ergo & ipsum infectum est, & sic fiet restitutio lucri sicut, & pœcunię. Secundo quia extra de vsu.ca. cum tu. dicitur, ꝙ possessiones, quæ ex vsuris sunt comparatę debent vendi, & ipsarum pretia his a quibus sunt vsuræ extortę restitui, ergo cum possessiones emptę de pecunia vsuraria vendantur, & restituantur, consequenter quidquid aliud acquiratur de pecunia vsuraria restituetur. Tertio quia illud, quod quis emit de pecunia vsuraria debetur sibi ratione pecunię quàm dedit, sed pecuniam vsurariam tenebatur restituere, ergo etiam id, quod ex ea emptum est.

Ad hoc respondet beatus Tho. de Aquino 2. 2. q. 88. ar. 3. scilicet, rerum quędam sunt quarum vsus est ipsa earum consumptio, quę non habent vsum fructũ secundum iura, & ideo si talia fuerint per vsuram extorta vtpote denarii, triticum, vinum, & huiusmodi non tenetur vsurarius ad restituendum nisi id, quod accepit, quia id, quod de tali re acquisitum est non est fructus huius rei, sed humanæ industriæ, nisi forte per detentionem talis rei damnificatus sit, qui vsuras dedit aliquid amittendo de bonis suis, quia tunc tenetur ad compensationem nocumenti. Quædam sunt res quarum vsus non est ipsa earum consumptio, & talia habent vsum fructum sicut domus, & agri, & similia, & ideo si quis domum alterius, vel agrum per vsuram extorsisset, nõ solum teneretur ad restituendum domum, vel agrum, sed etiam fructus inde perceptos, quia sunt fructus rerum quarum alius est dominus, ideo fructus ei debentur. Considerandum autem circa hoc, quia aut quærimus de fructibus prouenientibus de re vsuraria, aut de rebus acquisitis, vel emptis ex pecunia vsuraria. Si primo modo, aut id, quod datur per vsuram dicimus transire in dominium vsurarij, aut non: nam in hoc est diuersitas, quia quidam dicunt nunquam transire in vsurarium dominium rei vsuriariæ, sicut neque in furem, aut in aliquem alterũ dominium rei furtiuæ. Alij dicunt transire dominiũ in vsurarium, verumtamen ipsum manere obligatũ ad soluendum ęstimationem illarum. Primum tenet beatus Tho. in q. supra allegata. Secundum videtur consonare ei, quod dicitur extra de vsu.ca. per miserabilem, s. ꝙ Iudæi sunt cogendi ad remittendas vsuras Christianis, & tamen si nullo modo debitę essent, neque transirent in dominium vsurariorum, nõ possent ipsi remittere aliquid cum nihil eis deberetur. Verũtamẽ istud pro nunc nõ diffinitur, si tamen dicamus, quòd non transit dominium in vsurariũ necesse est, quòd sicut res permanens apud vsurarium pertinet ad eum, qui illam dedit, ita & fructus eius pertineant, quia non possunt eius esse fructus cuius res non est. Et tunc dicendum, quòd aut est res talis, quæ habet fructus, vt domus, & ager, & reddenda est res cũ fructu, quia aliàs non fit integra restitutio, si autem non habeat fructum ipsa res, vt vinum, triticum, & denarius, nihil restituitur nisi quod acceptũ est, & ita procedit distinctio sancti Thomæ, & multum cõueniẽter. Si aũt dicatur transire res vsuraria in dominium vsurarij, verum tamẽ ꝙ ipse maneat obligatus reddere vsuras, videtur, ꝙ nũquam teneatur restituere vsurarius nisi quantum accepit, quia fructus efficiuntur eius, qui est dominus, & ideo etiam tunc, non tenebitur restituere eandem rem quam accepit, sed ęstimationem eius. Sed securius est, quòd teneamus nõ trãsire dominiũ in vsurarium, & sic tenebitur restituere rem eãdem, & fructus eius, quia fructus erant eius cuius erat res, & stabit prędicta distinctio sancti Thomæ. Si autem quęratur de lucro habito cum re vsuraria, dicendum ꝙ si est lucrum præter fructus non restituitur, quia illud nõ prouenit ex re, sed ex humana industria, vt si quis cum pecunia vsuraria negotietur, & superlucretur, quia illud non prouenit ex pecunia, quia ipsa de se sterilis est, ideo de lucro nihil restituit vsurarius etiam in foro conscientię. Idem si cum tritico, aut vino lucretur negociando licite, vel illicite vendendo, vel mutuando, etiam si cum domo, aut agro pręter naturales fructus rei possit quis per industriam habere aliquod lucrum, quia illud non restituitur.

Ad rationem primam in contrarium, quòd nõ est simile de radice ad ramos, & pecunia vsuraria ad lucrum, vel fructus: nam radix respectu ramorũ habet causę efficientis habitudinem inquãtum deriuat virtutem suam, & etiam causę materialis, & quãtum ad vim causę efficientis si est infecta radix necesse est ramos infectos esse, pecunia autem vsuraria non habet nisi rationem causæ materialis, quia est ex qua agitur, vel cum qua, sed non deriuat virtutem aliquam, quia non est actiua, ideo non est necesse, quòd existente illa infecta sit infectum, quod inde sequitur. Et hæc est differentia, quę supra ponebatur inter res, quia quędã res vsurię sunt, quarum nullus est vsus pręter consumptionem, & illę respectu lucri non habent aliquã virtutem actiuam, sed solum, vt materia se habent, s. quòd industria humana cum eis lucrum facit: ideo lucrum non pertinet ibi ad vsuras. Aliæ res habent naturaliter fructus sicut ager, & domus, & talia se habent, vt radix ad ramos, & si res est vsuraria, fructus sunt vsurarij.

Ad se-

Ad ſecundum dicendum, quòd poſſeſſiones emptæ de pecunia vſuraria nõ ſunt illorum de quorum pecunia emptę ſunt, ſed ipſorum vſurariorum, ideo neque tenentur vſurarij ad reſtituendum eas illis de quorum pecunia emptę ſunt, ſed tenentur ſolum ad reſtituendum pecuniam acceptam, & ſi habeant aliũde, vnde ſoluant non oporter, quòd vẽdant poſſeſſiones illas, cum vero non fuerit, vnde ſoluant vendẽtur omnes illę poſſeſſiones, quia tenentur obligatę ad ſolutionem vſurarum, nõ quidem, quia de pecunia vſuraria emptę ſunt, ſed qa ſunt bona ipſius vſurarij, vnde & cęterę facultates licite acquiſitę ipſius vſurarij tenentur ad ſolutionẽ vſurarum ſi non ſufficiunt poſſeſſiones illę, propter quod ſi de alijs fructibus ſuis poteſt ſoluere vſuras non cogetur vẽdere has poſſeſſiones, immo & ſi voluerit vendere aliquas licite acquiſitas, vt inde ſoluat vſuras, poterit retinere eas, quæ emptæ ſunt de pecunia vſuraria. Cum igitur non debeãtur iſtę poſſeſſiones eis a quibus acceptę ſunt vſurę, a fortiori neque fructus debebuntur eis, ſed vſurarius cuius ſunt poſſeſſiones faciet eos ſuos, & patet ẽt quod dictum eſt, quia poſſeſſiones emptę de pecunia vſuraria non traduntur eis quorum fuit pecunia, ſed venduntur, vt de pretijs earum ſatisfiat eis a quibus acceptę fuerunt vſuræ.

Ad tertium dicendum, quòd acquirens aliquid cũ pecunia vſuraria, vel emens de ea plus iuris habet in re empta, vel acquiſita, quàm in pecunia, eo quòd licet habuerit rem per pecuniam tãquam per cauſam inſtrumentalem, habuit tamen illam per induſtriam ſuam ſicut per cauſam principalem, vnde ad ipſum pertinet, & non ad illum cuius fuit pecunia, & ille cuius fuit pecunia non habet ius in re empta, niſi inquãtum omnia bona vſurarij ſunt obligata ad ſolutionẽ vſurarum: nam etiam, quæ non habita fuerunt de vſuris obligata ſunt ad hoc vſquequo plene ſoluantur vſuræ.

An gener poſſit accipere dotem cum filia ab vſurario.
Quæſt. CCLXX.

QVAERETVR quid de vſurario, qui non habebat niſi bona acquiſita de vſuris, vel cuius bona non ſufficiebant ad ſolutionem vniuerſarũ vſurarum, & tradidit alicui filiam in vxorem, an poſſit ille accipere dotem cũ ea ab vſurario. Reſpondent quidam, & ita tenet Glo. Guilelmi. ſuper Ray. ꝙ licet dos non perueniat ex cauſa lucrativa, ſed recipiatur propter onera matrimonij, vt colligitur extra de vſu. ca. ſalubriter, ſi maritus ſciens veritatem, aut craſſa ductus ignorantia cõtraxit cum filia huiuſmodi vſurarij, non debet recipere dotem de rebus huius de ęqtate canonica, licet de ſubtilitate iuris ciuilis aliter forte dici poſſet, ſi autem probabili ignorantia ductus eſt, vt quia credebat ſocerum non eſſe vſurarium, vel aliàs eſſe ſoluendo, poteſt dotem recipere licet poſtmodũ ſciat veritatem, ideſt, quòd eſt vſurarius, & omnia bona eius non ſufficiunt ad ſolutionem vſurarũ. Ratio autem prędictorum videtur eſſe, quia omnia, quæ habebat vſurarius videbantur obligata eſſe ad reſtitutionem vſuratum.

Sed dicendum pro hoc, quòd aut bona illa, quæ in dotem ſuſcepta ſunt erãt vſuraria, ideſt, habita in vſuram, vt domus, ager, equus, aut alię res, ſiue ex pecunia vſuraria emptę, ſiue licite acquiſitę. Si primo modo non differt, quòd ignorauerit illum eſſe vſurariũ, vel ſciuerit, quia ſemper tenetur reſtituere dotẽ, eo quòd illæ res ſunt alienę iuxta poſitionem illorum, qui dicunt non tranſire dominium talium rerum in vſurariũ, vt dictũ eſt prędce. q. ignorantia aũt non prodeſt niſi ad excuſandum peccatum in acciplendo dotem conſtitutam in talibus rebus, ſed non ad retinendum id, quod alienum eſt. Si aũt ſit dos de alijs rebus, dicendum, quòd ſiue ſint emptę de pecunia vſuraria ſiue non, ſunt ipſius vſurarij, & ideo poteſt dare inſolutum, & tamen, quia omnia bona vſurarij ſunt obligata ad ſolutionem vſurarum, videtur mala fide accipere ille, qui hoc ſciens voluit de talibus dotem accipere, cum vero neſciuit quando accepit habuit bonam fidem, & ita non peccauit accipiendo, & ſic dicunt, quòd poteſt retinere.

An mulier defuncto patre vſurario, & marito ſuam dotem, vel partem debeat dare vſque ad plenam ſolutionem vſurarum. Quæſt. CCLXXI.

SED quid ſi in caſu prędicto tradita fuit cũ dote marito ſuo, & tandem defuncto patre, & marito dos reſtituitur mulieri ab hæredibus viri, & omnes facultates patris nõ ſufficiunt ad ſolutionem vſurarum, an prædicta mulier debeat dare ſuam dotem, vel partem eius vſque ad plenam ſolutionem vſurarum ſiue in foro conſcientiæ ſiue in foro contentioſo?

Aliqui dicunt, quòd nõ tenetur mulier ad reſtituẽdum dotem in foro humano, eo quòd pater dans dotem filię non fecit animo fraudandi eos quibus tenebatur ad reſtitutionem vſurarum.

Alij dicunt, quòd tenetur ad reſtitutionẽ, & ratio eſt, quia aliter conſideratur dos reſpectu mariti aliter reſpectu vxoris: nam reſpectu viri pertinet ad cauſam oneroſam, ſ. quia recipit eam, vt ſuſtentet onera matrimonij, & tamen bona prouenientia ab vſurario ex cauſa oneroſa non pertinent ad reſtitutionem vſurarum, quia aliquid aliud loco illorũ ſurrogatur in bonis vſurarij, ſ. quia alitur filia eius a genero. Quãũ ad filiam vero pertinet dos ad cauſam lucrativam ſicut eſt de hęrede, & legatario: iõ defuncto patre, & marito magis videtur, ꝙ teneatur filia ad reſtitutionẽ vſurarum pro parte dotis, quæ ad eam peruenit, quàm ꝙ non teneatur, & maxime quando dos conſtituta fuit in rebus receptis per vſuram, quę ſecundum quod non tranſierunt in dominium vſurarij, & ideo ſeu per poſſunt vendicari ab eo cuius ſunt, & ipſa mulier in foro conſcientiæ tenebitur reſtituere ea illis a quibus accepta fuerunt. Cum vero non fuerunt accepta per vſuram, ſed acquiſita ex pecunia vſuraria, vel aliis ex iuſto titulo habita, non videtur eſſe tam determinata obligatio ad reſtitutionẽ, quia tamen filia nata tuo patre videtur ſuccedere in illa parte dotis qualis parte bonorum paternorum, & contra filios vſurariorum competit repetitio vſurarum cum eadem diſcretione cum qua competebat contra parentes, ea tit. ca. tua nos. videtur, quòd contra eam competat repetitio, & teneatur in foro conſcientię illa ad reſtitutionem.

An vſurarijs, vel eorum hæredibus ſufficiat remiſſio ab eis quibus debentur vſuræ acceptæ, vel eſt neceſſaria realis reſtitutio ad hoc, quòd a peccato liberentur. Quæſt. CCLXXII.

QVAERETVR cum ad hoc, quòd vſurarij, vel hęredes eorum liberentur a peccato debeant ſatisfacere eis a quibus vſuras acceperunt, non ſufficiat, ꝙ eis remiſſio fiat ab eis qbus debẽtur vſuræ acceptę, vel eſt neceſſaria realis reſtitutio. Aliqui dicunt, ꝙ ſufficiat remiſſio facta in tali caſu ad hoc, ꝙ liberentur a peccato, & obligatione tam in foro conſcientię quàm cõtentioſo, quia ſine reali reſtitutione voluntate

voluntate domini accedente fur & raptor, & violẽtus licite retinet rem ſubtractam vel inuaſam. ff. de vſu. l. ſi fur. ergo multo magis ſufficiet hoc in vſurario qui minus deliquit. ꝙ patet ex qualitate pęnæ, quia maior pœna imponitur furib. & raptoribus, & violentis quã vſurariis, & nemo dubitat grauius eſſe commiſſum ꝙ eſt grauius vindicatum 24. q. 3. c. non afferamus. Et ratio huius apparet quia in furto, latrocinio, & violẽtijs eſt ſimpliciter inuoluntarius ille qui dãnum patitur. in vſura autem eſt aliquo modo volens, cum accipiẽs pecuniam mutuo vadat ad vſurariũ, vt recipiat ab eo quomodocunque, & ita ſolutio vſuræ eſt inuoluntarium mixtum, in alijs eſt ſimpliciter inuoluntarium: ideo minor pœna ſufficiet in vſura quam in prædictis ſed in præfatis ſufficit, ꝙ accedat voluntas eius cui res eſt reſtituenda ad hoc ꝙ maneat apud furem, raptorẽ, aut violentum. ergo ſufficiet in crimine vſurarum.

Secundo quia in crimine vſurarum & in alijs maioribus ſufficit condignam ſatisfactionem facere, vt faciens ſit liberatus a reſtitutione. eo. ti. c. quanto. vbi dr ꝙ ſubtrahatur Iudæis vſurarijs participium donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter, ſed ſatisfactum creditur quandocunq; creditoris deſiderium adimpletur. ff. qui ſatiſ. cogan. l. 1. & de pigno. act. l. ſi rem. §. omnes. ergo ſi is cui reſtitutio eſt faciẽda vſurarum remittat vſurario libere & pure ipſas vſuras ſufficit vſurario, vt ſit ſecurus, in foro etiam conſcientiæ.

Tertio quia iura poſuerunt aliquos caſus ſpeciales in quibus id quod debetur nõ ſufficit ſi remittatur ei, ſed exprimitur ꝙ non ſit liberatus debitor quouſque realiter ſoluerit. ergo videtur regulariter ꝙ in alijs caſibus cum imponitur alicui reſtitutio facienda de iure, ꝙ ſufficiat remiſſionem liberam fieri debitori ab eo cui debetur: ſed reſtitutio vſurarum non eſt de illis caſib. ergo videtur ꝙ ſufficiat remiſſio facta ſine reali ſatisfactione, i. reſtitutione. Eſt autem vnus de illis caſibus ſpecialibus de reſcrip. ca. ſtatutum lib. 6. de illis qui contra prohibitionem illius. c. aliquid recipiunt, quod tenẽtur reſtituere & nulla remiſſio eis prodeſt. Alius eſt de cenſibus. c. exigit lib. 6. contra illos qui circa procurationes aliquid exigunt contra tenorẽ illius. ca. nam tenẽtur reſtituere nulla gratia aut remiſſione eis valitura. ergo videtur ꝙ in alijs caſib. generaliter.

Alij dicunt in contrarium ꝙ non abſoluitur vſurarius niſi realiter facta reſtitutione: quia nõ eſt receden dum a ſignato vocabuli vt colligitur extra verb. ſig. c. præterea. ſed Aug. dicit non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum extra de vſu. c. cum tu. ergo requiritur reſtitutio, ſed reſtitutio non verificatur in remiſſione extra de verb. ſigni. l. plus & l. reſtituere. eſt enim reſtituere in ſtatum priſtinum ſtatuere vel reponere. ergo non ſufficit remiſſio.

Item quia non valet pactum de nõ petendo vſuras iam ſolutas vt extra de iureiur. c. ad noſtram. ſed nihil aliud eſt remittere vſuras quam paciſci non repetere. ergo non valet remiſſio ad liberandum vſurarium.

Item qui ſcienter ſoluit indebitum donat, & tamẽ qui ſoluit vſuras ſcienter nihilominus repetit non obſtante, ꝙ videatur donaſſe. ergo ſi donatio non valet quomodo valebit remiſſio?

Dicendum ꝙ ſuper hoc eſt poſitio Io. An. in regula, peccatum li. 6. qui tenet ꝙ obligatus ad reſtitutionẽ vſurarũ liberatur facta remiſſione ab eo cui eſt facienda reſtitutio. ff. de pigno. act. l. ſi rem. §. omnes. & dicit verum eſſe niſi in caſibus in quibus expreſſum eſt, remiſſionem non valere vt in c. ſtatutum & c. exigit. ſupra allegatis, & hoc tenet Archi. de vſu. ca. 2. lib. 6. dicit enim ſatisfactum accipimus quandocũque voluntati creditoris ſatisfacit.

A Alij dicũt ꝙ requiritur realis reſtitutio, ita ꝙ ſiquis partem pecuniæ vſurariæ reſtituerit, & non totam ꝙ non eſt liberatus a peccato. ſic enim dicit Hoſti. in ſu. eo. ti. §. quæ pęna. ſ. quid ſit ſenerator partem pecuniæ funebris reſtituat ei a quo habuerat vel hæredi ſuo, & de voluntate eius partem reſtituat.

Dicunt theologi indiſtincte quod non eſt liberatus niſi totum offerat. & dicit ibi Hoſt. dicas ꝙ ſi ex pacto det & remittatur non eſt liberatus ar. extra de ſymo. c. veniens. ſi autem vſurarius partem liberaliter & ſine pacto ſoluat, & de alia parte miſericordiam petat, & is cui debetur liberaliter remittat, liberatus eſt vſurarius neque tenetur vlterius ad reſtitutionem. Dicit autem ꝙ an libere fiat remiſſio iſta ad hoc quòd ſufficiat bonis iudex ex certis coniecturis motum animi ſui inſormabit. nã ſi is cui debentur vſuræ eſt pauper & inops, & vſurarius & diues & potens non præſumitur quòd vſurarium ex corde liberare velit: ſed hoc facit, quia plus recuperare non poteſt. ſi vero is cui debetur ſit diues & potens, qui conſueuit frequenter mimis, & ioculatoribus tantundem de ſuo donare, præſumitur quòd ex corde remittat. Item ſi aliqua honeſta perſona vtputa ſacerdos aut epiſcopus hoc tractet, & dicat ei cui debentur vſuræ, tantum tibi dabitur ſi ex corde remittis vſuram, non decipias me qui mediator ſum neque vſurarium cuius animæ ſalutem quæro, & ille dicat ſe ex toto corde liberare vſurarium: quare non dicam ipſum liberatum non video, neque enim curo quomodo ſit ſatisfactum dummodo ſit ſatisfactum. Dicit autem, quòd qui contrarium tenent dicunt illud in odium vſurarum, & ait vlterius quòd ſiquis iniurietur alteri concedet theologus, quòd concordia tractari poſſit, & pars eius quod debetur ex pacto remitti poſſit, quia alias ſuperfluereret titulus de tranſact. ergo non videtur quare in vſura non poſſit fieri remiſſio. Alij dicunt ꝙ ſi pecunia ſit reſtitutioni parata valet remiſſio quaſi videatur reſtituta, & breui manu reddita allegat. ff. de donation. inter vi. & vxor. l. 3. ſi debitorem.

Dicendum, quòd ad liberandum a peccato vſurarium & obligatione reſtituendi ſufficit fieri ei remiſſionem per ea quæ in principio allegata ſunt, & non eſt neceſſe totum reddi neque partem. dummodo is cui reſtituenda eſt pecunia vſuraria non coactus, non deceptus, non circunuentus, & omni dolo, vi, & metu ceſſantibus, neque precibus aut ſeruitiorum exhibitione inductus pecuniam ſibi debitam, ideſt per vias extortam, etiam non datam neque oblatam neque paratam ad dandum remittat liberatus eſt vſurarius, i. non manet iam obligatus ad aliquid dandum de illa pecunia, a peccato etiam retentionis ęris alieni liberãtur, quia iam non cẽſetur retinere alienam rem cum facta ſit ſibi remiſſio.

Ad rationem in contrarium de ſignificatione reſtitutionis dicendum quòd Auguſtinus cuius eſt illa regula vt allegatur extra de vſu. cap. cum tu. non habuit conſiderationem ad ſtrictam ſignificationem, ſed mens ſua quæ verbis præferenda eſt extra de verb. ſign. c. præterea, fuit, quòd ſiquis offendit proximum ſubtrahendo, furando, rapiendo aliquid, aut vſuras extorquendo quòd reconciliet ſe cum ipſo, & quia communiter homines non iactant res ſuas ſed volunt ſibi reſtitui res ablatas, retulit ſe ad verbum reſtitutionis. Quod uero ſic acceperit Auguſtinus patet: quia non potuit principaliter reſtituere ſed reddere, & accepit pro eodem reſtituere & reddere 14. quæſt. 5. ca. ſi alienat. ſcilicet ſi res aliena propter quam peccatum eſt cum reddi poſſit non redditur pœnitentia non agitur ſed ſimulatur. Et ſtatim adiũgit de reſtitutione dicẽs. ſi autem ueraciter agitur non remittitur peccatũ niſi

restituatur ablatum, si vt dixi restitui potest, & tamen reddere & restituere nō sunt omnino idem. ff. de verbo. signific. l. verbum. reddere, ideo non accepit stricte. ergo restitutum putabitur si dominus cui res debebatur iudicauerit sibi esse satisfactum.

Item in omnibus damnis datis fit restitutio, & tamen accipiendo stricte quidam sunt in quibus nulla potest fieri restitutio, quia nihil ablatum est: quia nihil peruenit ad inferentem damnum, ideo non est restitutio, & maxime quando etiā nulla lęsio rerum fuit, sed impeditus fuit aliquid agere quod acturus erat, & inde lucrum sequebatur pro illo competit restitutio, & tamen nihil ibi acceptum est, neq; destructum quod reddatur.

Item patet hoc efficacius quia dato, q̄ beatus Augustinus intendisset q̄ non poterat fieri remissio nisi realiter restitueretur ablatum non teneret: quia Aug. nullam auctoritatem habebat ad obligandum nos ad aliquid: sed solum ad exponendum obligationem existentem de iure diuino vel naturali, & tamen de iure naturali nō cogitur quis realiter restituere cum is cui aliquid debetur illud remittit: neque etiam de iure diuino est aliqua talis obligatio, cum in alijs debitis vel obligationibus sufficiat remissio facta sponte debitori: ideo Augustinus non potuit nos astringere ad istud & tamen in allegato. c. cum tu, Papa refert solū verba Augustini. ergo non inducitur ibi necessitas realiter restituendi: sufficit enim remissionem fieri. potuisset autem conditor canonis astringere ad hoc si voluisset, vt in duobus casibus. l. in c. statutum & in c. exigit, sup. allegatis, & tamen nō astrinxit, quia in illis expressum est q̄ nulla remissio aut gratia sit valitura, & hic non: ideo non est necessaria realis satisfactio, vel restitutio dum tamen fiat remissio.

Ad secundum cum dicebatur q̄ non valet pactum de non petendo vsuras solutas quin repeti possint. dicēdum q̄ differt de pacto & remissione. nam pactum fit aliqualiter inuoluntarie, vtpote si nō vult creditor aliquid mutuare nisi fiat ei pactum de non repetēdo vsuras cum solutæ fuerint: vel non vult differre terminum solutionis nisi debitor pactum istud agat. secus de remissione quia illa libere fit, ideo per remissionē liberat is, & ita liberatur vsurarius & non manet actio vlla ei qui soluit ad iam repetendum.

Quibus restituendæ sunt usuræ? Quæst. CCLXXIII.

DICTO de eis qui soluunt aut restituunt vsuras dicendum est quibus restituuntur.

Est aūt dicendū q̄ restituuntur regulariter eis a quib. acceptæ sunt vel eorum hæredib. sic patet extra de vsu. c. cum tu. & est eadem ratio sicut de restituentibus vsuram, nam tenetur restituere ipse vsurarius & hęredes eius. eo. ti. cap. tua nos. & hoc quia hęredes censentur eadē persona cum defuncto, & succedent ei in iure suo. ita ergo eadem ratione restitutio vsurarū debet fieri ei qui soluit vsuras vel hæredibus eius: quia q̄quid debetur defuncto efficitur debitum hæredibus, eo q̄ illi succedūt in vniuersum ius eius. eo. ti. c. cum tu. & hoc siue de filijs qui vocātur hæredes sui, siue de extraneis institutis vel quibuscunque succedentibus ab intestato. nam ab istis repetuntur vsuræ quas accepit defunctus eo. ti. c. tua nos. ergo & his debebūtur vsuræ extortæ a defuncto cui isti succedunt: vnde hæres defuncti potest quoscunq; conuenire qui a patre suo vsuras exegerunt, vel ab eo cuius est hęres. eo. ti. c. Michael. nam ille Michael literas impetrauit contra quosdam ciues Bononien. qui multas vsuras exegerant a patre suo cuius ipse erat hæres. Cū autem non existunt aliqui hæredes. i. neq; instituti neque ab intestato, restituendæ sunt vsurę pauperibus. eo. tit. c. cum tu. sic vt non maneāt apud vsurarium ne de crimine possit consequi lucrum.

An teneatur usurarius mittere vsuras restituendas absenti, & cuius expensis. Quæst. CCLXXIIII.

QVAERETVR quid si cui sunt vsuræ restituendæ est absens, an teneatur vsurarius mittere illas ei, & cuius expensis?

Ad hoc respondet glo. extra de vsu. c. cum tu quòd tenetur mittere eas sed expensis absentis. ar. ff. de oper. li. l. opere. Si vero sumptus itineris excederent summā vsurarum dandæ sunt pauperibus ar. allegati. cap. cum tu. & 2. q. 6. c. anteriorum. & hoc dicit faciendum esse cum nouit vsurarius vbi sit is a quo exegit vsuras: quia si non nouit non tenetur vagari. arg. ff. de oper. lib. l. quod nihil.

Circa hoc dicendum, q̄ aut illi quibus vsuræ sunt restituendæ sunt certi aut non. si non sunt certi, vtpote quia vsurarius recepit & a multis, & nescit de omnibus: scit tamen quantum ex vsuris acceperit & illud restituere vult, debent dari omnia hæc pauperib. quia isti iudicantur non superstites cum ignorentur: & tamen non superstite vsurario neq; eius hæredib. dātur vsuræ pauperibus extra de vsu. c. cum tu. Si autē sciantur personæ aut sunt absentes aut præsentes. si præsentes cessat quæstio, quia eis restituendæ sunt. Si autem absentes, aut scitur vbi sunt, aut nescitur. si nescitur aut speratur q̄ aliquando redituri sunt aut nunquā. si non sperantur redituri, aut est parua summa aut magna. si parua videtur q̄ pauperibus debeat erogari: quia super parua re non sunt magnæ diligentiæ faciendæ. si autem magna est summa pecuniæ videtur quòd debeat deponi & consignari, vt reseruetur si quādo venerint illi ad quos prædicta pertinent, vt colligitur secū dum Godof. & Hostien. Nam quandiu vsuræ restitui possunt nunquam sunt dandæ pauperibus. ar. de homi. cas. dignum. §. eos, & de iureiuran. ca. ea te. ita Bern. net in glo. allega. cap. cum tu. & idem cæteri. Si autem speratur quòd venturus sit is ad quem pertinet prædicta pecunia vsuraria, nunquam est distribuenda pecunia pauperib. vt dictum est, & hoc siue sit magna summa siue parua, & tamē in neutro casu debet vsurarius vagari in incertum quærens eum cui restitutio facienda est, vt dictum est. sup.

Si vero sit vbi sit is, cui facienda est restitutio, aut est summa pecuniæ tanta vt excedat sumptus itineris, aut non. Si non est maior non est mittenda: sed distinguendum, quòd aut putatur venturus aliquando ille aut non. si non putatur venturus, neque occurrit aliquis qui ferat sine expensis excedentibus, aut adeo quantibus summam, dāda est illa pecunia pauperibus quasi non esset superstes aliquis cui daretur. Si vero excedit sumptus qui fieri possint in itinere, aut putatur rediturus ille aut non. Si rediturus est, & in mittendo essent magnę expensæ non videtur mittenda: sed aut consignanda est, & deponenda, vt seruetur illi, cum venerit, aut retinebit eam penes se vsurarius, cum intentione dandi, quando venerit ille cui debetur.

Et sciendum, quòd non est vsurarius iam in peccato quandocunq; habet intentionem restituendi vsuram si præsens esset is cui restituenda est, cum extentione desierit esse vsurarius, & detentor rei alienæ.

Si vero non expectatur rediturus, mittenda est pecunia, maxime si in mittendo non fiunt magnæ expensæ. Cum vero quæritur cuius expensis, distinguendum

dum secundum Hosti. in sum. ti. de vsu. §. qua pœna. q̄ aut vsurarius mutauit domicilium, & ei cui debentur vsuræ non mutauit, aut ex opposito. Si primo modo tenetur vsurarius suis expensis mittere pecuniā illam. Primo quia vsurarius est malæ fidei possessor: ideo tenetur subire expensas istas missionis. Secūdo quia debet fieri restitutio in loco in quo fit spoliatio. sic dicit Io. 3. q. 1. §. sed notandum. Si vero vsurarius non mutauit domicilium, sed is cui vsuræ debentur: sunt mittendæ vsuræ expensis eius cui restituuntur. hanc distinctionem tenet Hostien. vbi supra & approbat eam Io. An. in regula peccatum, de reg. iu. lib. 6. & communiter tenent omnes.

Sed quid si ambo mutauerunt domicilium de loco vbi sunt extortę vsuræ?

Dicendum videtur, q̄ expensis vtriusq; si maiores expensæ crescūt ex mutatione vtriusq; domicilij. Sed magis videtur consideranda habitudo locorum. nam forte vsurarius mutans domicilium magis appropinquauit ad locum in quo tunc manet is cui restituēdę sunt vsurę, quam si maneret prædictus vsurarius in loco in quo contractæ sunt vsuræ, & tunc solius recipiētis pecuniam expensis mittendæ sunt vsuræ, cum non aggrauauerit eum vsurarius mutando domicilium. si vero elongatus, est magis a loco in quo manet is cui faciēda est restitutio quam si maneret in loco in quo contractę sunt vsurę habēda est ratio maiorum sumptuum, & quicquid supercreuerit restituere debet vel impendere vsurarius in expēsas, & reliquum pertinet ad expensas eius cui mittitur pecunia vsuraria.

Quando pecunia usuraria non superstite a quo extorta est, neque hæredibus danda sit pauperibus, et quibus dabitur? Quæst. CCLXXV.

QVAERETVR quando pecunia vsuraria non superstite eo a quo extorta est, neq; eius hæredibus danda est pauperibus, quibus pauperibus dabitur?

Respondetur communiter q̄ pauperibus loci illius in quo vsuræ extortæ sunt, vel vbi morabatur is a quo extortæ sunt quando fuerunt extortę. C. de serui. l. 2. in fi. & l. præses: quia verisimilius est, q̄ inter illos inueniatur is cui damnum datum est per vsuram, vel per alios modos nocendi quam alibi. hoc tenet Hosti. & Io. An. in c. cum tu. & Henri. post eos.

Sed dicēdum q̄ melius est dari pauperib. loci illius quam alterius, tum propter causam dictam, tū ex condītione eleemosynę. nam magis impēdere debemus bona nostra, & subuentiones his qui nobis loco iunguntur quam extraneis. sic dicit Aug. li. de Doc. Christiana. & Magister. 3. di. 28. s. omnes homines æque diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non poteris his potissimum cōsulendum est, qui pro locorum, & temporum, & quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Si tamen pauperibus aliorum locorum in totū vel in partem istę vsurę in eleemosynam distribuantur satisfactum est, & non oportet quòd iterum soluātur. quod tamen fieret si non soluerentur debitę. Quod vero dicitur quod eiusdem pauperib. loci sunt dandę est consilium, cum possint dari alijs, sed illis melius. sic tenet Federicus de Senis & alij post eum.

An usuræ possint expendi in alia opera pia, & an appellatione pauperum accipiantur ecclesiæ? Quæst. CCLXXVI.

QVAERETVR an vsuræ istæ possint expendi in alia opera pia, vt in reparationem ecclesiæ parochialis, & similia?

Aliqui dicunt q̄ ea quæ pauperibus danda sunt possunt in causas pias quaslibet expendi, & ideo q̄ accedente ad hoc consensu episcopi poterūt applicari vsuræ istæ in totum, vel in partē in refectionem ecclesiæ parochialis, de qua erat is cui debebantur vsuræ, vel vsurarius qui eas soluit. & hoc quia æqualis cura imminet fidelibus de pauperib. alendis, & ecclesijs reędificandis, & de sustentandis ministris ecclesiarum. 82. di. c. 1. & 2. q. 2. aurum.

Item quia hoc vī expedire pauperibus. s. q̄ ędificentur ecclesię in quib. oblationes recipiantur, de quibus pauperes alantur, & ibi pauperes subuentionem suscipiūt ad quam ibi fideles incitantur. ergo velut agatur de interesse pauperū poterit distribui in refectionem talis ecclesiæ, q̄ in pauperes erogandum erat.

Alij dicunt q̄ nō licet distribui in alia opera, sed necesse est in solos pauperes erogari: quia debentur ista pauperibus vt patet hic. ideo non possunt in alios vsus erogari, & si dentur non minuitur onus, sed augetur. simile de iureiu. ea te. & de deci. c. tua. Item quia a iure diffinitum est qualiter aut de quib. ecclesiæ, debent ædificari aut refici. extra de eccl. ædifi. c. 1. ergo de elemosyna debita pauperibus fieri hoc non potest.

Ad hoc distinguunt dicentes, q̄ si ecclesia augmento necessario vel reparatione indiget, vt quia populus non potest conuenire in ea ad diuina, neq; facultates ecclesiæ ad ipsius reparationem sufficiūt, s. episcopus sine graui damno pauperum ad talem vsum poterit illa illicita. i. pecuniam vsurariam committere. Si aūt facultates ecclesiæ sufficiūt, vel reparatio non est necessaria, non poterit hoc facere, etiam si est periculum famis pauperibus, dato q̄ ecclesiæ reparatio sit necessaria, non poterunt expendi ista in reparationem. 86. di. c. pasce fame. Sic tenet Io. An. in c. religiosus, & dicit disputatam fuisse quæstionem istā Bononiæ per duos viros sanctissimos & discretos, qui ita tenuerunt.

Sed dicendum q̄ cū nunquam sit recedendum a significatione nominis sine causa & in alleg. c. cū tu. de vsu. dicatur q̄ non superstitibus hæredibus dentur bona pauperibus, oportet q̄ pauperib. dentur & nulli alteri: quia alias videretur recedi a significatione iuris, & non esset satisfactum. si igitur bona quæ dantur ecclesijs non dicuntur dari pauperib. non poterunt erogari vsurę in refectionē ecclesiarum, vel necessitates earum. Vī tamen q̄ appellatione pauperū accipiantur ecclesiæ, quia sic accipit Greg. extra de præscrip. c. nihil. s. nihil nos velle cū strepitu de causis pauperū diffinire. i. de causis ecclesiarum. nam bona ecclesiarum erant illa de quibus Grego. ibi loquitur, vt patet tam ex tex. quam ex gl. Et ideo nomine pauperum potest intelligi q̄ in vsus ecclesiarum pecuniæ, vsuratię dentur non existentibus hæredibus. Sed dicendum q̄ verius videtur atq; securius, q̄ pauperibus dentur & nulli alteri, cum ius non dixerit de causis pijs, sed specialiter dixit in pauperes erogandum esse.

Per quem distribuetur pecunia usuraria pauperibus? Quæst. CCLXXVII.

QVAERETVR per quem erogabitur, aut distribuetur pecunia ista vsuraria pauperibus?

Dicendū, q̄ aut vsurarius decedens disposuit aliqd de hoc aut nō. Si disposuit debet teneri eius dispō. t. vt per illos executores ab eo designatos fiat distributio, vt 12. q. 2. c. de laicis & sup. de testa. c. tua, & eo. ti. c. 2. li. 6. Si aūt ille de hoc nihil disposuit, vel forte intestatus decessit pertinet distributio horū ad episcopū. Iste. n. casus reseruatur episcopis extra de iudę. c. cū sit nimis. Sed aliqui dicunt, q̄ clerici aliqui sunt melioris conscientiæ q̄ episcopi q̄ de his melius possent disponere.

Dicendum, ꝙ in hoc ſatis eſt ꝙ ſic ius diſpoſuerit maxime quia ratio iſtud ſuadet. Primo quia diſtribuere & diſponere de his eſt iuriſdictionis quãtum ad forum animæ. Sed in his epiſcopus qui eſt Diœceſanus præſidet: ideo ad ipſum debet pertinere & non ad ſacerdotes ſimplices. Secũdo quia licet interdum inueniãtur ſimplices clerici meliores epiſcopis: ius tamen præſumit pro epiſcopis: eo ꝙ aſſumuntur ad culmen dignitatis: & requiruntur in eis plures virtutes, & fit maius ſcrutinium in eorum promotione quam in ordine ſacerdotali. ſic & interdum clerici ſimplices vel laici ſunt ſapientiores & meliores canonicis, & tamen Papa committit cauſas canonicis eccleſiarum cathedralium de reſcrip. li. 6. c. ſtatutum. quia præſumitur illos eſſe maioris literaturæ, quam ſint ſimplices clerici. ideo fuit conueniens per epiſcopos fieri diſtributionem iſtam.

Quomodo uſuræ peti poſſunt quando ſponte uſurarij non ſoluunt & quid de eo qui iurauit non ſoluere? Quæſt. CCLXXVIII.

QVAERETVR circa vſurarum repetitionem quo peti poſſunt, quando vſurarij non ſpontes eas ſoluunt? Dicendum ꝙ repetuntur tãquam indebite ſolutæ. Circa quod ſciẽdum ꝙ qui vſuras permiſit dare aut dedit eas aut non. Si nondum eas dedit, aut iurauit ſe daturum, aut ſimpliciter promiſit. Si ſimpliciter promiſit non tenetur dare eas extra de iurei. c. debitores, & ratio eſt quia cum iſtud pactum ſit tam contra ius naturale quam diuinum quam canonicum nõ oritur inde obligatio. Si autem iurauit eas dare tenetur eas dare: non quidem propter pactum quia non obligauit ſed propter iuramentum. nam iuramentum eſt ſemper ſeruandum quandiu poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & tamen poteſt ſeruari ſine peccato illud iuramentum, quia ſoluere vſuras non eſt peccatum: licet petere & accipere illas ſemper ſit peccatũ. Vnde ſiquis iuraſſet accipere vſuras non teneret iuramentum neq; deberet ſeruari: ſed quia ſoluere vſuras non eſt peccatum poſtquam promiſſę ſunt, debet ſeruari iuramentum vt præſtentur. ſi tamen ſoluere non vult illas poteſt denunciare eccleſiæ, & illa coget creditorem. i. vſurarium ad relaxandum hoc iuramẽtum quo relaxato ex nuda promiſſione, quæ tunc manet non tenebitur ad ſoluendum vſuras, vt dictum eſt.

Quomodo uſuræ ſolutæ vſurario repetentur ab eo? Quæſt. CCLXXIX.

SED quid ſi ſint vſuræ, iam ſolutæ vſurario quomodo repetentur ab eo?

Dicendum ſicut, ſup. ꝙ aut qui ſoluit promiſit non repetere aut nihil promiſit. Si nihil promiſit poteſt repetere, & iudex eccleſiaſticus compellet vſurariũ ad reſtitutionem vſuratum extra de iurei. c. debitores. & extra de vſu. ca. tuas. & ſi ſuper hoc vſurarij appellauerint non ſunt audiendi. eo. ti. c. quam pernicioſum. Et hoc eſt quantum ad cęteros qui ad vſuras non dederunt. Et tamen vſurarij qui aliquando ab alijs receperunt mutuum ſub vſuris, ſi literas impetrent contra illos ad iudicẽ pro reſtitutione vſurarũ, non audiuntur per eas quouſq; ipſi reſtituant alijs a quib. receperunt vſuras. eo. tit. c. quia fruſtra, & c. Michael. Si aũt promiſit non repetere vſuras: aut ſuper hoc iurauit aut non. Si non iurauit poteſt repetere, quia pactum illud non obligauit quia erat illicitum tam contra ius naturale, quam diuinũ, ſicut qui promiſit ſoluere ſine iuramento non tenetur ſoluere vt in c. debitores, ſup. allegato. Si aũt iurauit non repetere poteſt denũciare eccleſiæ ſe ſic iuraſſe, & tunc poterit iudex dupliciter procedere. Vno modo compellẽdo vſurarios ad relaxandum iuramentum ſibi præſtitum de non repetendo vſuras, quo relaxato poterunt illi ſecure petere eas. Alio modo ꝙ eccleſiaſticus iudex cõpellat ipſos vſurarios reſtituere vſuras iam acceptas: ſed tunc aut manifeſtum erit iudici ꝙ vſuræ datæ ſint & in quanta ſumma, aut non. ſi non eſt manifeſtũ oportet informari per teſtes: ſed qui iurauit non repetere vſuras, neq; quæſtionem vllam ſuper eis mouere coram iudice non ſolũ nõ põt petere conueniendo vſurarios: ſed neq; poteſt nominare aliquos in teſtes ad probationem vſurarum: quia iſtud ad partem litis pertinet: ideo qui iurauit nullã ſuper vſuris mouere quæſtionẽ non poteſt iudici ſecreto nominare aliquos in teſtes ad probationem vſurarum: ſed iudex publice proponet ꝙ ſub pœna excommunicationis omnes qui aliquid nouerint de vſuris, quas talis vſurarius exegit, procedant ad ferendum teſtimonium ſuper eis. & cum per illos cõſtiterit cogetiudex vſurarium vel hæredes eius ad reſtitutionẽ vſurarum extra de iurei. c. ad noſtram. Si uero iudici aliàs conſtaret, vt per euidentiã facti vel per confeſſionem vſurarij, aut per quæcunq; documẽta legitima ſtatim cogit vſurarium ad reſtitutionem extra de vſu. c. tuas.

Quid ſi etiam compulit vſurarius ipſum cui mutuabat pecuniam iurare ut non denuntiet? Quæſt. CCLXXX.

SED quid ſi etiam compulit vſurarius ipſum cui mutuabat pecuniam iurare vt neq; denunciaret?

Dicendum ꝙ neq; iſtud præcludit ei uiam, ne vſurarius de dolo ſuo commodum reportet. eo. c. tuas. Et cauſa eſt quia iuramentum iſtud non tenuit. Nã cum iurat non repetere vſuras is, qui eas ſoluit, vel ſoluere cum nondum ſoluit tenet iuramentum, quia non eſt in diſpendium ſalutis. poteſt. n. ſeruari ſine peccato, licet non ſine damno temporali: quia ſoluere vſuras receptas. i. præſtare eas vſurario, vel non repetere poſtq; fuerint ſolutæ, non eſt peccatum ſed damnum, & omnia damna toleranda ſunt potius quam contra iuramentũ agatur: ideo non repetuntur, & ſoluuntur nõdum ſolutæ extra de iurei. c. debitores, & c. ad noſtrã. Sed iuramentum de non denunciando nõ tenet, quia eſt contra charitatem: quia ſi non denunciatur vſurarius Eccleſiæ manebit ſemper in peccato, immo eſt peccauerit in te frater tuus. ideo iuramentum præſtitum contra illam legem non tenuit, ẽt ſi expreſſa mentio fieret de illa, immo maius eſſet peccatũ ſi ſcienter, & expreſſe contra illam iuraretur. & ob hoc etiam iuramento præſtito de non denunciando poteſt & debet denunciare.

Sed renẽda eſt forma iſta, ꝙ is q. ſoluit vſuras vel hęres eius admonebit vſurarium in ſecreto, oſtendens ei ꝙ ſit in peccato mortali retinendo vſuras: & ideo ꝙ ſi diuerit debet dicere Eccleſiæ, qualiter ille eſt vſurarius & retinet vſuras, prius eum coram uno uel duobus reſtibus admonendo, & quando Eccleſiæ denunciat. non petet ab ea quòd cogat vſurarium ad reſtituendum ſibi uſuras, ſed quòd non admittat eum ad ſacramenta, vel habeat eum vt Ethnicum & publicanum. quandiu in tali peccato manſerit, & tũc eccleſia compellet illum per cenſuram ad faciendum pœnitẽtiam veram directe: & quia pœnitentia nõ agitur ſed ſimulatur, quando res propter quam peccatum eſt cũ reſtituti poteſt non reſtituitur, ut ait Aug. 14. q. 6. c. ſi aliena. cogetur indirecte ad reſtituendum vſuras denunciando. Iſta forma colligitur ex his, quę habentur extra de iurei. c. quemadmodũ. quia ſimiliter fit ibi circa illum qui iurauit non accuſare adulterium vxoris, vel nullũ crimen eius: admittitur enim ad denunciandum. Sed conſiderandum in hoc, quòd is, qui denunciat Eccleſiæ crimen vſurarij, aut agit principaliter, vt conſequatur vſuras quas præſtitit; aliàs non denunciaturus etiã ſi illius ſciret crimen, aut non agit principaliter, vt conſequatur, quod ſoluit. Si primo modo dicendum, ꝙ peccat denunciando: non quia denunciat, ſed quia petere videtur; cum id agat quod petens, ſcilicet, conſequitur quod per petitionem, & ob hoc ſolum agit, vt conſequatur, non curans de ſalute animæ vſurarij, ſed tenens iſtam viam quaſi remedium quoddã ad aliqualiter conſequẽdum vſuras, & ita reputat ſibi, vt quoddam genus actionis. Si ſecundo modo non peccat, qa pro ſalute animę vſurarij id agit: & ideo licet placeat ſibi de recuperatione vſurarum ſolutarum, quia tamẽ non denunciat principaliter hac intentione, vt recuperet, ſed vt ſaluetur vſurarius, non peccat: immo bene agit. An verò in prædicto caſu principaliter mouea tur quis propter deſiderium conſequendi vſuras ſoluras, vel propter ſalutem vſurarij, poterit colligi conferendo intentionem denunciantis ad alium caſum, i. ſi vllas vſuras ſoluiſſet, ſed ſciret illum, de quo denũciat eſſe vſurarium: an denunciaret eum ſecundum formam correctionis fraternę. Si autem denũciaturus eſſet in hoc caſu, ſciat ſe principaliter agere pro ſalute animæ vſurarij, & non peccare. Si autem non eſſet denunciaturus in illo caſu, peccat denunciando in iſto, cum non denunciare, ſed agere videatur.

An principaliter denuncians, vt conſequatur vſuras denunciare debeat. Quæſtio CCLXXXI.

SED quid ſi principaliter denunciat, vt conſequatur vſuras quas ſoluerat an denunciare debeat? Aliqui dicunt ꝙ non: & tenent hoc multi iuriſtę extra de iureiuran. cap. debitores, & ca. noſtram, & cap. quemadmodum, & ita ceſſabit iſte indirectè agere, ſiue petere, & ſeruabit iuramẽtum ſuũ. Sed videtur, quòd hoc non ſtet, quia iſtud eſſet in potestate noſtra denunciare, vel abſtinere. Sed falſum eſt, quia obligamur ad fraternam correctionem, ſupr. 18. cap. & peccamus non corrigentes: ergo non erit tutum abſtinere: ſecus autem eſſet in eo, quod ad ius noſtrum, vel vtilitatẽ pertineret, quia poteſt quilibet renunciare iuri ſuo. Dicendum ergo, quòd ad hoc duplex remedium eſt. Primum, quod deponat deſideriũ illud: ſicut qui habet erroneam conſcientiam debet illam deponere, ita & qui habet paſſionem fortiter inclirantem ad malum aliquod debet niti ad illam deponendum, vel ſuperandum: ita, & cum in preſenti hoc deſiderium militet aliqualiter contra iuramẽtum, cũ videatur denunciando petere, debet illud deponere quantum potuerit, vt bono animo denunciet, i. principaliter propter ſalutem animę vſurarij: & tunc licet conſequatur vtilitatem non peccabit. Secundum eſt, vt denuncians nolit capere vtilitatem, ideſt, nõ capiat eam ex denunciatione, ſcilicet, ſi viderit, quòd animus ſuus multum inclinatur ad denunciandum, vt conſequatur vſuras ſolutas, denunciet vt poterit; & poſtea ſi reſtituantur ſibi vſuræ non recipiat eas, ſed tradat pauperibus: & ita erit liber à ſcrupulo conſcientiæ. Et ſic dicendum. de eo qui iurauit non accuſare mulierem ſuper adulterio; & tamen tenetur denũciare, quia patronus eſt turpitudinis, qui crimen celat vxoris. Sed poſt denunciationem conſtito de crimine Eccleſia cogit mulierem ceſſare a crimine, etiam poterat diuortium facere eorundem, ſed quia ex diuortio conſequebatur vtilitatem, velut ſi eam coram Eccleſiaſtico iudice de adulterio accuſaret, nolit acceptare vir diuortium; ſed ſuſtineat mulierem iam denunciatam & correctam, & proderit denunciatio tũc ad ſalutem animæ vxoris, ſcilicet, vt agat pœnitentiam, & non ad vtilitatem viri, ſcilicet, ut diuortium fiat, quod ei erat ad releuationem anguſtiarum.

Patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris.

Quid ſi ſoluens vſuras iurauit non recipere vſuras vllo modo neque ſuper eis denunciare. Quæſt. CCLXXXII.

SED quid ſi is, qui ſoluit vſuras iurauit non repetere vſuras, neque recipere ſponte oblatas, aut quomodocunque, neque ſuper eis denunciare? Dicendũ, quòd primum ſeruandum eſt, ſcilicet, vt qui iurauit non repetere non repetat, neque vllam quæſtionem ſuper eis moueat extra de iureiuran. capit. ad noſtram. De ſecundo dicendum, quod ſi vſurarius, aut hæredes eius reſtituant eas illi, non debet eas recipere, vt pro ſe retineat, ſed pauperibus tradet. & ſic iuramentum implebit: non debet autem relinquere eas ipſi vſurario ne de ſuo dolo reportet commodum, extra de vſu. capit. tuas. Sed nunquid ſi in hoc caſu is cui debẽtur vſurę dederit eas pauperibus, vel reliquerit eas penes vſurarium, an liberatus ſit vſurarius in foro conſcientiæ? Dicendum, quòd aut reliquit eas penes eum, aut dedit pauperibus. Si primo modo, aut reliquit, quia non petiuit, neque vſurarius eas obtulit, aut vſurarius eas obtulit, & is cui debebantur uoluit eas recipere virtute prædicti iuramenti. Si primo modo manet obligatus vſurarius ad reſtituendum eas illi cui debentur: & licèt iſte non repetat propter iuramentum, poterunt hęredes ſui repetere, quia iuramentum fuit perſonale cum pro ſe ſolo iurauit; & non aſtrinxit hæredes, ſed illi ſuccedunt in vniuerſo iure defuncti: & tamen iſtæ vſuræ erant debitę ei, licet impediretur petere propter iuramentum: ideo hæredes, qui non impediuntur ex illa cauſa poterunt petere. Si uerò obtulit vſurarius eas ei cui debebantur, & noluit eas accipere, aut remiſit ei iuramentũ illud, quo ſe aſtrinxerat non recepturũ ſponte oblatas, aut non. Si nõ remiſit ei nõ põt recipere pro ſe: & ideo vſurarius manet obligatus in vtroque foro, quia illud offerre eſt deluſorium: nõ .n. ſufficienter offert, cum ex una parte offendat, & ex alia teneat eum iuramento aſtrictum ne recipiat: ideo tenetur in foro conſcientiæ vſurarius remittere prędictum iuramentum ei cui debẽtur vſurę, vt libere de eis diſponere ualeat, & ſi non facit, licet ipſe nõ petat virtute iuramenti, poterunt hęredes eius petere, qui nullo iuramento tenentur. Si autem vſurarius offerat pecuniam ei, à quo accepit vſuras, & abſoluat eum à iuramento, quod ei præſtiterat ne ſponte oblatas recipe ret, & nihil impediat quin ille accipiat pecuniam ſuã ab vſurario ſi voluerit & noluerit, ſed reliquerit eam penes vſurarium. Dicendum, ꝙ aut reliquit eam, quia non credit ſe ſecurum in accipiendo propter iuramentum, quod præſtitit, aut quia ſponte, & liberè eam donat, ſiue remittit ipſi vſurario. Si primo modo tenetur vſurarius in foro conſcientię quouſque faciat certificari illum per uiros peritos, quòd liceat ſibi recipere prędictam pecuniam. Si ſecundo modo eſt penitus liberatus vſurarius, quia ſufficit facta remiſſio etiam ſi non fiat realis reſtitutio, ut oſtenſum eſt ſupra. Si autem is cui debebantur vſurę accepit eas oblatas ſponte ab vſurario: & tamen non retinuit eas penes ſe virtute iuramenti, ſed pauperibus dedit. Dicendum videtur, quòd non competit ei, neque hęredibus ſuis actio contra vſurarium, cum renunciauerit ei ipſe recipiens quando recepit: ipſe tamen vſurarius in foro conſcientiæ manet obligatus ad reſtituendum rurſus ei, vel hęredibus ſuis, eo quod ipſe vetuit

vetuit pro se accipere:quia non relaxauit illi prefatum iuramentum. nam si non teneretur hoc iuramento pro se reciperet, & non daret pauperib.cum ergo impediuerit eum non recipere pro se tenetur ad dānum. Sed quid si vsurarius compulsus est reddere vsuras facta denuntiatione per hunc,vel non facta per eum,sed alias constito de veritate an poterit iste recipere vsurā.

Dicendum q̄ nō videtur teneri sed poterit recipere: quia iurauit nō recipere spōte oblatas ab vsurario: sed ille cōpulsus est restituere: ideo nō prohibetur accipere. Sed quid si iurauit q̄ nullo modo oblatas reciperet? Dicendum q̄ potest compelli per censuram ecclesiasticam ad remittendum hoc iuramentū ipse vsurarius ei cui debentur vsurę, cum in fauorem vsurarij prestitū fuit,& quia nō prestitū fuit libere sed illo cōpellente ad hoc, erit securus iste ad recipiēdum pecuniam,q̄n fuerit sibi relaxatum prædictū iuramentum.

Alio modo potest fieri & securius.s.q̄ accipiat vsuras illas & pauperibus tradat: quia tunc non censetur accipere:quia verba accipi debent cum effectu.s.vt acciperet & pro se retineret. cum ergo pauperib.dat videtur non accepisse. Sed quid si iurauit q̄ neq; sponte oblatas acciperet ad dandum pauperibus?

Dici posset vno modo, q̄ non valuit quod iurauit, quia est turpe vel contra charitatē,& ideo potest non obstante illo recipere & pauperibus dare.

Aliter dici potest q̄ debet denunciare ecclesiæ.s. vt prius corripiat fraterne ipsum vsurarium, admonēdo eum secrete vt a præfato iuramento eum solui faciat, & si non fecerit,neque coram duobus testibus admonitus,dicat ecclesijs denunciando,& tunc ecclesia coget vsurarium ad relaxandum iuramentum, & tunc poterit recipere vsuras solutas is qui soluit.

Quid plus est in eo qui iurauit non repetere usuras q̄ repetat, quam q̄ denunciet,&c. Quæst. CCLXXXIII.

SED quęretur quid plus est in eo qui iurauit non repetere vsuras q̄ repetat quam q̄ denunciet? quia vtroq; modo consequetur idem.i. vsuras quas intendit, & forte facilius quam si directe instituere et actionem suā contra vsurariū vel hęredes.

Dicendum q̄ multum differt. Primo quia qui iurauit non petere si petit, directe agit contra iuramentum,& tamen qui iurauit non petere & denunciat nō agit contra iuramentum,quia non iurauit non denunciare.Secundo quia dato q̄ quis soluens vsuras nō repetat eas non est periculum salutis æternæ.si autē non denunciet periculum est. Tertio quia si præfatus soluens vsuras iuret nō repetere,potest seruari iuramentum sine interitu salutis æternę.Et tamen si iuret non denunciare,non potest seruari iuramentum sine peccato. Sed adhuc causæ differentiæ sunt duæ principaliter. Prima est quia ad petendum vsuras solutas non tenetur quis propter seipsum,& tamen ad denuncian dum peccatum proximi ecclesiæ denūciatione Euangelica,quando ille se non corrigit,tenetur quilibet,& si non facit peccat mortaliter: ideo q̄ non potest quis per repetitionem vsurarum agere, potest per euangelicam denunciationem: immo tenetur quia non est in fauorem nostrū, sed est in necessitatē introductū.

Secunda est quia etiam ex intentione differūt. nam qui repetit intendit propriam vtilitatem vt consequatur quod dedit indebite,& ideo potest huic iuri per iuramentum renunciari, qui aūt denunciat non intēdit propriam vtilitatem, sed salutem animæ proximi. Et patet quia dr̄ sup.18.c. cum agitur de correctione fraterna. si te audierit lucratus eris fratrem tuum. ergo vtilitatem fratris intendebamus corrigēdo fraternaliter. Et sic qui denunciat vsurarium non facit vt ab eo datas vsuras recuperet:sed vt ille pœnitentiam agat & saluetur. Si vero ageret principaliter vt ipse recuperet vsuras datas, licet teneret foris formam correctionis fraternæ,non teneret eam in ueritate. Et ideo talis si iurasset nō petere & denunciaret sic,vel si iuraret non denunciare,& hac intentione denunciaret,contra iuramentum ageret:ideo deberet deponere hanc intentionem vel non recipere vsuras quas recuperaret: sed pauperibus eas dare vt dictum est sup.

Quis modus sit compellendi usurarios ac eorum hæredes ad restitutionem. Quæst. CCLXXXIIII.

QVAERETVR quis sit modus compellendi vsurarios & eorum hæredes ad restitutionem vsurarum quando restituere nolunt?

Dicendum q̄ aut quæritur de Christianis aut de paganis. Si de Christianis dicendum q̄ directe sunt statim infligendæ pœnæ positę de iure.s.q̄ non admittatur ad communicationem altaris, & non recipiantur oblationes suæ, & in morte non admittatur ad ecclesiasticam sepulturam extra de vsu.c. quia in omnibus. Si autem duas harum contempserit vsurarius quæ in vita locum habent, poterit procedere iudex ad grauiorem pœnam, quæ magis timetur.s. si vsurarius est laicus q̄ excommunicet eū, si autem clericus q̄ eum suspendat ab officio & beneficio.eo.ti.c.preterea.& si clericus suspensus nō se correxerit, deponi & degradari potest,cum iubeatur deijci a clero.14.q.4.c. canonum.& c.si quis obtrus.

Sed in hoc distinguit Hosti.eo.ti. in summa. §. qua pœna. dicens q̄ aut is qui procedit est ordinarius aut delegatus. Si delegatus debet incipere a pœna cōsilij.i. ab illis tribus positis.eo.ti.c.quia in omnibus. Et quando istę non suffecerint,debet procedere ad sententiam excommunicationis vel suspensionis in clericis. Si autē sit ordinarius, dicit q̄ statim potest incipere ab excommunicatione vel suspensione. Et hoc colligitur quia extra de iurei.c.debitores,& c.ad nostram.vbi de restitutione vsurarum solutarum agitur, dr̄ q̄ vsurarij compelluntur per censuram ecclesiasticā ad restituendū,& ibi loquitur Papa ad ordinarios.s.ad episcopum, Vigilien. & Pisanum vt patet ex superscriptionib.ibidem,& cum excommunicauerit vel suspenderit tam ordinarius quam delegatus cui commissum est, si adhuc vsurarij non restituūt vsuras, potest procedere ad sententiam interdicti: quia nomine censuræ ecclesiasticæ hæc tria accipiuntur,suspensio, excōmunicatio, & interdictum.extra de verbo.signi.c. quærenti.sed si ordinarius est ad quem adhuc pertinet maiores pœnas inferre,poterit priuare beneficio clericū & deponere quia a clero deijciendus est qui circa hęc se non correxerit.14.q.4.c.canonum,& c.si quis oblitus.quod vero de ipsis vsurarijs compellendis dictum est. etiā de eorum hæredibus est intelligendum ut extra de vsur.cua nos.& de iurei.c.ad nostram.

Si autē fuerint Iudęi uel pagani qui prædictas vsuras exercuerint, aut exerceat eas vnus infidelis contra alium infidelem,aut contra Christianos. Si contra infidelem nō est aliqua compulsio per ecclesiam facienda, etiam si infidelis contra infidelem peteret coram iudice ecclesiastico restitui sibi vsuras,quas ab eo exegit alius infidelis,vt ostensum est supra.

Si vero fidelis repetat usuras ab infideli exactas, dicendum quòd est idem modus procedendi qui contra Christianos. Pro quo distinguendum q̄ Christianus qui accepit ab infideli ad usuram, aut soluit iam vsuras, aut nondum soluit. Si nondum soluit, aut iurauit soluere aut non. Si non iurauit non tenetur soluere : quia ex hoc pacto non causatur obligatio, eo

eo q̄ est contra ius naturale & contra ius diuinum.Si autem infidelis petit vsuras a fideli quas nondū soluit, absoluendus est fidelis quasi nihil debeat.Si autem iurauit soluere potest dupliciter agi. Vno modo q̄ soluat semel vt satisfaciat iuramento, & statim repetat extra de iurei.c.debitores. Alio mō q̄ denunciet hoc fidelis iudici ecclesiastico,& ille compellet infidelem ad relaxandas vsuras,quas ei debet Christianus sub iuramento,& fiet processus vt extra de vsu.c. post miserabilem. Si autem iam soluerit vsuras & velit repetere,aut iurauit non repetere aut nihil iurauit.Si nihil iurauit poterit libere repetere,vt in alleg. c. post miserabilem. & c. quanto. & coget iudex ipsos infideles ad restitutionem vsurarum vt in alleg.c. debitores. Si iurauit non repetere non reperat,sed denunciet ecclesię & illa coget vsurarios ad restitutionem extra de iurei. c.ad nostram.Sed cum non petit propter iuramētum etiam non potest nominare testes per quos probentur vsuræ & quantitas vsurarum: sed iudex ex officio suo mandabit sub pœna excommunicationis vt omnes qui sciuerint aliquid de hoc, veniant ad deponendum veritatē.eo.c.ad nostram.verumtamen quia contra Iudæos non est directe censura ecclesiastica, quia ipsi non communicant in altari,neque in Ecclesia offerunt,neq; admittuntur ad ecclesiasticā sepulturam, quæ sunt pœnæ directe impositæ pro vsurarū crimine extra de vsu.c.quia in omnibus.ēt quia non possunt suspendi,interdici,vel excommunicari,quę sunt pœnę ipsius censuræ extra de verb.signi.c.quærenti.& cōtra vsurarios infliguntur extra de vsu.c. præterea.inferuntur istæ pœnæ contra Christianos, ne infidelib.prædictis participēt in mercimonijs neque in alijs rebus, & per subtractionem participationis deducuntur ad restituendas vsuras.eo.ti.c.quanto. Et non solum de vsuris satisfacere tenentur:sed etiam de omnibus damnis quæ occasione vsuratum quomodolibet intulerint,satisfacient sub eadem pœna.eo.c. quāto,& si principes vel quicunq; potentes in hoc infidelibus fauorem impenderint,cōtra eos per censuram procedi potest.eo. c.quanto & c. post miserabilem.& si infideles per subtractionem participij voluerint adhuc vsuras restituere, principes & potentes compellent eos per alias pœnas temporales ad restituendum, & etiam per corporales,vel magis directe de bonis vsurariorum quantitatem vsurarum sumendo ad satisfaciendum eis quibus debentur in alleg.c.post miserabilem in tex. & gl.

Sed prædicta intelligēda sunt de infidelibus qui inter Christianos habitant, & subditi sūt principib.Christianis: quia in eos possunt exerceri prædicta.i. subtractio participij,& occupatio bonorū. Secus de illis qui extra dominium fidelium morātur. Nam licet vsuras exegerint a Christianis, non competit contra eos vllum remedium,non q̄ ius desit,sed quia deest executio iuris:cum nemo in illos exequi possit.

An scribæ conficientes instrumenta vsuraria, & prælati sigillantes sint usurarij,& quam pœnam ipsi incurrant? Quæst. CCLXXXV.

QVAERETVR nouissime quid de tabellionibus conficientibus instrumenta vsuraria,& de prelatis sigillantibus ea, an sint vsurarij ipsi, vel quam pœnam incurrant?

Dicendū q̄tū ad tabelliones, q̄ aut sciēter aut ignorāter:si ignorāter ignoscitur eis : quia interdum contractus non habet expressam formā vsuræ, & notarij non tenentur esse periti iuris:ideo excusantur circa tales.Si vero scienter conficiant,cum in sua creatione iurauerint non conficere instrumenta in fraudem vsurarum,non poterunt de cętero testificari,neq; publica conficere instrumenta, quia periuri sunt; periurus autem non potest testificari quantumcunq; de periurio egerit pœnitentiā. extra de testi.c.ex parte ade. & c.non debet:etiam sunt ex hoc infames quib.sunt omnes actus legitimi interdicti.eo.ti.c.licet ex quadam.

De prælatis autem dicendum, q̄ sigillando instrumenta præfata non sunt directe vsurarij, sicut neq; tabelliones conficiendo si nihil aliud faciant.i.si nō reciant aliquid de vtilitate vsurarum,sed incurrunt in alias pœnas. Dicendum autem de prælatis sigillantib. q̄ aut legerunt instrumenta prefata aut non.Si non legerunt non culpantur quasi subscribentes vel sigillantes instrumenta vsuraria:sed tanquam stulte facientes nam potuissent aliquid deterius vsuris sigillare.grauis enim culpa est subscribere vel sigillare in instrumēto quod non perspexerit. Si legit totum tenorem,aut vidit vsurā esse,aut non.Si nō vidit vsurarium esse,vtpote quia erat vsura latens, aut scrutatus est diligēter aut non.Si scrutatus est & tamen nō inuenit,vt quia quædam fraudes sunt vsurarum multum latentes,non est culpa aut leuis.Si vero parum scrutatus est,& ideo nō inuenit, farue egit & magna increpatione dignus est. Si vero legit & inuenit manifeste vsurarium, & nihilominus sigillauit,est particeps vsurarij, licet nihil de vsuris receperit, & tanto grauius peccat quanto cum maior sit alijs peccandi exemplum præstat, neque tamen ex hoc oportet dici, q̄ teneatur prælatus iste ad restitutionem vsurarum,cum ipse nihil receperit, neque spem saltem de recipiendo habuerit.

An campsores usuram commutant dando monetam minoris ualoris,et susciendo eam quæ est maioris valoris, & quid sit lucrum immoderatum. Quæst. CCLXXXVI.

QVAERETVR de campsorib.qui dant monetam minoris valoris, & recipiunt monetam maioris valoris,an committant vsurarum crimen?

Aliqui dicunt q̄ sic,quia vsurarij pro tanto arguuntur quia recipiunt excrescentiam: sed campsores hoc faciunt,quia monetam minoris ualoris dant pro moneta maioris ualoris.ergo vsurarij sunt. Secundo quia hoc faciunt propter lucrum, & ita intentio ista uidetur eos facere usurarios.nam quędam sunt quæ usuraria nō essent,nisi intentio respiceretur,vt extra de usu. c.in ciuitate,& c.consuluit.

Dicendum, q̄ in campsoribus potest quidem esse iniusta commutatio,sed non est usura.

Et patet primo ex modo cōtractus, quia usura non inuenitur in alio contractu directe nisi in mutuo, ut ostensum est supra,& tamen hic in campsoribus non est mutuum proprie, sed permutatio : quia datur res pro re, & moneta pro moneta, habet tamen aliquid mutui, quia consistit in rebus illis in quibus consistit mutuum. nam moneta ut communiter ad mutuum pertinet, ut quidam dicunt.

Ego autem dico, quòd magis ad permutationes rerum. nam ideo numisma inuentum est, ut uult Aristotel. quinto Ethicor. quia aliarum rerum non erat semper conueniens permutatio, neque facilis, ideo licet dari monetam pro moneta non sit quasi naturalis permutatio, sicut cum datur moneta pro alijs rebus, tamen permutatio, est quando sic fit, & non mutuum. unde non potest esse usura ex genere contractus.

Secundo quia de ratione mutui, est q̄ sit gratuitus contractus.duo enim contractus sunt de quorum ratione est q̄ sint gratuiti.s.mutuum,& commodatum nam mutuū si non sit gratuitum transit in uēditionē, cōmodatū si nō est gratuitum transit in locationem,

vt dicit Io. 14. q. 3. in summa. & dictū est sup. Et tamen quando damus monetam pro moneta & statim accipitur, nihil est ibi gratuitum: ergo non est mutuū sed permutatio: sicut si detur equus pro boue, vel domo. consistit autem gratia mutui contractus in hoc: quia quādo quis dat mutuum nihil statim accipit, sed post aliquantum tempus, & expectatio illius temporis est gratiosa. in prædicto autem contractu statim datur pecunia pro pecunia. ergo non est mutuum, & sic non est vsura ex forma.

Tertio quia in vsura ideo iudicamus peccatū, quia vēdit quis expectationem temporis: vt quia emit quis rem vilius quam valeat, eo ꝙ dat pecuniam ante tempus. & ita emens vendit anticipationē temporis in solutione: vel vendit quis rem carius quam valeat: quia expectat pro solutione precij, & expectationē medij temporis vēdit. Sed qñ statim datur res pro re, & non est anticipatio vlla, vel expectatio non est vsura: ideo siquis vendit rem, & statim accipiāt preciū siue multum siue paucum accipiat nō vocatur vsura, sed potest vocari iniusta venditio, & tamen campsores pro eo ꝙ dant nullam expectationem faciunt: sed statim aliam pecuniam accipiunt: ideo non est ibi modus vsurę, sed modus permutationis rerū. Quarto qa licet campsor recipiat pro moneta minoris valoris monetam maioris valoris recipit ex causa. s. qa apponit operas suas: quia assiduus est expectādo siquis ad permutationem monetæ accedat ad mensam. Etiam quia non sine mā gna difficultate fit habere simul de omnibus monetis ad sufficientiam quantum quilibet accipere voluerit, & pro operibus suis in colligendo istas monetas & tenendo meretur lucrum campsor. Quinto quia ad publicam vtilitatem pertinet, & etiam singularib. vel priuatis prodest ꝑm varias necessitates ꝓmutatio ista monetarū. nam interdū eget quis moneta parua & minuta vt ad quotidianas expensas, ad quod nō prodest minuta magni valoris aurea, aliqñ eget moneta magni valoris, vt qui custodire cā vult uel peregrinari, & difficile est oīa in minuta moneta exportare: sed nisi esset quis qui hoc studium haberet, nō occurreret cuilibet permutare monetā cum velle ideo conueniēs est ꝙ aliqui sunt qui hoc officiū habeant: sed nemo dēt suis stipendijs militare, & nemini debet officium suū esse damnosum. ideo licitum est campsorib. dare monetā minoris valoris pro moneta maioris valoris.

Sexto quia ius cāpsorum est interdum ius publicū, ideſt prouentus cōitatis vel dominorum temporaliū: sicut. n. cōitates possunt iuste facere impositiones in victualibus, & in oīb. rebus quæ venduntur, & ēt domini terrarum, & inde percipiunt iura pro suis necessitatibus, ita & in permutatione pecuniarum impositio fieri potest. Et ideo tūc campsor accipiet plus quā det, cum soluere debeat impositionem factam a domino vel a communitate. & sic fit communiter, quia nō licet cuilibet campsoriam exercere, sed cui permisserit cōitas vel domini locorum, & ab eis qui exercēt hoc recipit cōmunitas, vel dñi locorū certos reditus.

Sed dicendum ꝙ siue cāpsores dent reditus aliquos communitatib. vel dominis pro hoc officio, siue cuilibet permittatur sine aliqua impositione, vel cum munere exercere campsoriam, nō est vsura ꝙ campsores dent monetam minoris valoris pro moneta maioris valoris, etiam si valde iniuste se habeāt multum extorquendo. Est tamen dicendum ꝙ aut campsores moderata lucra capiunt, aut immoderata ex permutatione monetæ. iudicantur autem moderata aut immoderata ex commensuratione ad labores & solicitudinem, quam apponit circa hoc & difficultatem habendi monetas illas quarum petitur permutatio, & magnitudine vel paruitate impositionis eis factæ a communitate vel domino a quo permittitur campsoriam exercē re. Vnde si nulla pēsio vel onus solutionis imponatur super campsores, minus extorquere, aut accipere debent. Si aūt considēratis his accipiunt lucra commensurata iuste se habent, & ideo neq; vsura est ibi neque iniusta permutatio. si vero lucra sint immoderata, cōsideratis his dicendum ꝙ non potest esse vsura quantumcunque excessiua lucra sint, quia non pertinet ad mutuum, neq; est aliqua temporis dilatio, sed est iniusta permutatio, quia extorquetur ab his qui coguntur ꝓmutare plus quā res valeat, & de talib. nō est dubiū.

Ad primum in contrarium dicēdum ꝙ vsurarij arguuntur, quia recipiunt excrescentiā in contractu mutui, ꝓ dilatione vel anticipatione solutionis: ad cāpsores autē non pertinent contractus mutui, vt dictum est. ideo non possunt argui vt vsuratij: cum vsura in solo contractu mutui consistat. arguuntur tamē campsores quando immoderata capiunt lucra, non quasi vsurarij, sed quasi iniusti vt dictum est.

Ad secundum dicendū ꝙ intentio lucri non est ꝑm se illicita: quia alias omnis negociatio esset illicita, & tamen falsum est: quia licita est negociatio in qua directe intenditur lucrum: dum tamen lucrū sit moderatum, & ipsum genus negociationis non sit vetitū ex se vel ex persona negociantis. Etiam dato ꝙ lucrū capiatur illicite, non est ideo vsura, nisi sit contractus ille in quo vsura incidit. nam in locatione, permutatione, venditione non est directe vsura, nisi impliciteinteruenīat ibi mutuum. sic aūt est de officio & actu cāpsorum. nam vsura cum sit in mutuo, quando quis facit mutuum ad lucrum, est contractus vsurarius ex intentione mutuantis: sed in alijs contractibus in quib. non incidit vsura, ipsum desiderium vel intentio lucri non facit actum vsurarium: sed actus campsorum nō pertinet ad mutuum sed ad permutationem rerū. Et ideo desiderium lucri etiam immoderati in campsoribus non facit eos vsurarios.

Campsores cui restituent immoderate extorquentes?
Quæst. CCLXXXVII.

SEd quæretur cum campsores extorquētes immoderate teneantur ad restitutionem, cui restituent? Dicendum ꝙ non est dubium eos teneri ad restitutionem, quia fecerunt lucra iniusta: ideo non possunt ea retinere: quia istud censetur ablatum cum fit extortum. Nam aliqui propter necessitatem permutādi pecuniam dant sæpe quātum campsores petunt, quia aliud non possunt facere, & hoc vocatur extorsio: sed ablatum restituendum est 14. q. 6. c. si aliena. quia aliter pœnitentia non agitur sed simulatur, & idem extra de vsu. c. cum tu. & de reg. iur. lib. 6. regula peccatū. ideo tenentur campsores restituere omnia lucra immoderata. quid autē sit immoderatum lucrum dictum est præcedenti q. Sed cui teneantur dicendum ꝙ est sicut in vsuris: quia aut campsor scit qui sunt illi a quib. extorsit immoderata lucra aut non. Si scit illis restituere debet aut eorum hæredibus: quia alias solueretur indebite, & teneretur iterum ad soluēdum quasi non esset satisfactum.

Si autem nescit qui sunt a quibus extorsit, tenetur restituere pauperibus, vel erogare in causas pias: sicut dicitur extrā de vsu. c. cum tu. ꝙ vsuræ soluendæ sunt eis a quibus sunt acceptæ, vel eorum hæredibus, quibus non existentibus restituuntur pauperibus, & tamē nesciri & non esse idem est: quia ius pro eodem iudicat non esse & non apparere. ergo pauperib. restituetur talia lucra, velut non essent superstites illi a quibus extorta erant lucra, neque eorum hæredes. Et videtur dicēdum, ꝙ ista restitutio fieri debeat in pauperes loci illius in quo lucra illa exercitata fuerunt, quia ita magis poterit peruenire eleemosyna ad aliquos eorum a quibus extorta sunt talia lucra, vel ad hæredes eorum, q̄ si alibi daretur eleemosyna hęc, si tñ detur alibi satisfactum est. Et sicut dicitur de pauperibus, ita de alijs pijs causis dicēdū est, vt de refectione Ecclesiarum, cum hic iura nō diffinierint certum modum restitutionis.

An peccabat dominus volendo seruum suum dare pecuniam nummularijs, vt reciperet cum vsura.
Quæst. CCLXXXVIII.

QVAERETVR tandem quantum ad literam circa istum dominum seruorum, qui dixit seruo pigro quare non dedit pecuniam suā nummularijs, vt ipse veniēs reciperet eam cum vsura, an peccabat in volendo hoc, & iubendo?

Aliqui dicūt, ꝙ nō peccauit. Primo, quia Christus retulit hoc exemplum, & tñ si malum esset in hoc nō referret. Secūdo, quia Christus videtur laudare istam redargutionem, quam fecit dominus contra seruū pigrum dicens, vt ego veniens recepissem, quod meū erat cum vsuris, ergo non peccabat ille volendo, & accipiendo vsuras, quia aliàs redargutio sua non esset conueniens contra seruum, sed potius verbum domini esset reprehensibile. Tertio, & efficacius, quia istud verbum applicat Christus ad se, scilicet, ꝙ ipse in iudicio exiget vsuras a nobis, qui sumus serui eius, & tñ non faceret ipse applicationem, nisi de eo, quod bonum, & rectum est. ergo dominus nō faciebat malū, volendo accipere vsuras ex negociatione seruorum.

Dicendum, ꝙ dominus iste dixit, ꝙ seruus suus debuerat committere pecuniam suam nummularijs, vel vt dicitur Luc. 19. c. debuerat dare pecuniam ad mensam. Et hoc dupliciter pōt accipi, s. pro vsurarijs, aut campsoribus. Vtrique. n. nummularij sunt, ideſt nummorum multitudinem habent, quia vtrisque necessaria est, vsurarijs quidem ad mutuādum, campsoribus vero ad permutandum, & vtrique mensam habent in qua nummos numerant, & tradunt, & ideo vtroque mō accipi pōt. Si aūt accipiatur pro campsoribus dicēdū, ꝙ licita erat negociatio illa, & lucra moderata ibi, vt dictū est supra, iō dominus poterat hoc mandare seruis suis.

Sed obijciet quō poterat capere dñs lucrum, quia neque ipse negociabatur cū pecunia, neque serui eius, sed solum daturi erant eam nummularijs, vt dī in litera, & tñ acquirere lucra ex pecunia, sine operatione, & solicitudine ad vsuram pertinet.

Dicēdū, ꝙ hoc poterat fieri sine vsura, & illicito cōtractu per modū cōtractus societatis. Nā, sicut si duo inter se cōueniant, vt ambo ponant pecuniam in cōmuni, & negocientur cū ea, & lucrum diuidatur, siue ęqualiter, siue inęqualiter pp inęqualitatem pecuniæ, aut laborū non est vsura, sed licitus cōtractus societatis, vt oñsum est supra. Ita si ponat vnus pecuniam solam, & alius laborem solum, vel aliquid pecunię, & laboris, & negocietur pro ambobus, & lucrum diuidatur ęqualiter, vel inęqualiter, sicut inter eos conuenerit, non est vsura, sed licitus contractus, eo ꝙ ille, qui negociat pro altero locat ei operas suas, accipiens ab eo partem lucri pro negociatione, & tamē si locasset operas suas ad negociandū pro determinato precio pro anno, vel mense, & ꝙ totū lucrum negociationis esset eius, quipecuniā ponebat, non esset illicitus contractus. Ita igitur si vice illius mercedis determinatę accipiat aliquotam partem lucri, i. tertiam, vel quartā vel sicut conuenerit inter eos de ipso lucro negociationis, erit iustus, & licitus cōtractus, quasi societatis, & sic ponens pecuniam poterit lucra capere ex negociatione, cū ipse non negocietur, quia alius pro eo negociatur, & ita esset hic, nam campsores lucra capiūt ex permutationibus monetarum, quę sunt licita. Et certū est, ꝙ si duo apponant pecuniam, & laborē, aut solicitudinem circa hanc rem, poterunt inter se licite diuidere lucrum per modū societatis, ergo si vnus apponat totam pecuniam, & alius totum laborem, & partem pecunię, poterunt licite inter se lucra diuidere. Et ratio est, quia maior pars difficultatis circa campsores est habere multam pecuniam omnis generis, vt possint sufficere omnibus petentibus permutationem, ergo, qui apposuerit pecuniam poterit participare in lucro licite.

Sed obijcietur, quia hic dominus habebat pecuniā suam securam, i. ꝙ nulla subibat pericula, & tñ lucra capiebat, iō erat illicitus contractus. Patet primū, i. ꝙ non subibat periculū, quia totum periculum pecunię transferebatur in campsorem, siue nūmularium, quia aliter non procederet ratio domini contra seruum pigrum, nam seruus ille se excusabat sic dicens, ego non lucrifeci, neque negociatus sum, quia timui, s. ne negociando perderē pecuniā, cum tu sis homo durus & dominus respondit, ꝙ debuisset ponere pecuniam suam ad mensam, vel committere eā nummularijs q. d. ibi accepissem lucrum, & pecunia non potuisset perire, ergo nullum timorem debuit habere seruus. Si aūt aliquod periculum perdendi maneret, ratio serui esset conueniens, q̄ tñ dominus arguit, & punit seruū, quasi nihil valeat rō, ergo nullū periculū subibat pecunia domini. Secūdū patet, s. ꝙ capiēdo lucra, & non subeundo pericula erat contractus illicitus, nam pp hoc dicimus vsuras cōmitti, quia manentibus saluis pecunijs mutuatori ex sola tēporis expectatione superabundantia petitur. Dicēdū, vno mō, ꝙ verū est, ꝙ ista erāt lucra secura, i. negociatio sine periculo, quia qñ quis negociat emēdo aliqua, vt vēdat, & inde lucretur, cōtingit rē emptam minus valere, & sic perdi pecuniam capitalem, aut principalem, quæ posita est in negociatione, sed in cāpsorum arte secus est, quia ibi fit cōmutatio pecunię pro pecunia, & semper accipitur moneta maioris valoris, & datur moneta minoris valoris, iō securum est lucrum. Et ita arguebat dominus, ꝙ nullū periculū perdendi esset in hac negociatione. Nisi forte accipias periculū, ꝙ poterat pecunia furto diripi, aut rapina, aut perire incendio, aut alijs modis. Sed istud non est periculum negociationis, quæ in hoc casu secura est, sed periculū pecuniæ, siue rei, & istud non censetur periculum, quia eodē modo poterat perire pecunia apud dominum manēs nihil cum illa negociando. Hic autem non agitur de periculo rei, sed de periculo negociationis. Ideo enim dixit seruus piger, quòd non negociatus fuerat, quia timebat perdere, scilicet in negociatione, & abscondit pecuniam, & tamē pecunia abscondita perire poterat si effoderent eam fures, sicut dicitur supra 6. c. vel terręmotu submergeretur, aut patefieret, ergo nō dixit de periculo nisi quantum ad negociationem, & hoc modo conuenienter respondit dominus ostendens negociationem campsorum in qua nihil perdi potest.

Aliter potest dici, quòd poterat tolli omne periculum, scilicet quia campsor accipiens pecuniam accipiebat in se totum periculum quocunque periret, sicut fit in mutuis. Et dicunt aliqui, quòd ita etiam potest stare de iure in societatibus, scilicet, quòd fiat societas in qua vnus ponat totam pecuniam, & alius totum laborem, & partiantur lucrum, & accipiēs pecuniam totum onus, & periculum in se trantumat, vt disputat Hostien. in summa. de vsu. §. an aliquo casu, & ꝙ sit

Universidad de Deusto

sit licitus talis contractus. Sed hoc non concedimus, F
necesse est enim, quòd in societate pertineat periculũ
pecuniæ ad ponentem pecuniam, & non ad accipien-
tem, vel saltem partim ad vnum, & partim ad alium,
eo, quòd etiam pecunia videtur communis effecta cũ
sint socij, sicut est de lucro, quòd tamen accipiens pe-
cuniam teneat totum periculum, & quòd dans habe-
at partem lucri inconueniens est, quia ex eo, quòd ac-
cipiẽs pecuniam sumit totum periculum videtur esse
mutuum, quòd ibi transfertur periculum in accipiẽ-
tem, eo quòd transfertur dominium, sed tunc incon-
ueniens est, quòd dans accipiat lucrum de re non sua
cum mutuata sit, ideo, vt benefiat necesse est, quòd
pecunia sic data in societatem maneat in domino dã- G
tis, & ideo totum periculum maneat penes ipsum, vel
quòd pars periculi transeat in socium, quasi videatur
pecunia communis effecta per societatem, & tunc ac-
cipiet conuenienter partem lucri, quasi de re sua.

Sed adhuc obijcietur, quia dixit dominus, & ego
veniens recepissem, quod meum est cum vsuris, & ita
vsurę erant ibi, & sic accipiuntur vsurę, vt licitę.

Dicendum, quòd possunt vocari vsurę large, idest
lucra, quæ ex vsu pecuniæ accipiuntur, nam pro vsu
pecuniæ dantur a campsore illa lucra. Sed non est vsu-
ra, cum illa committatur in vsu pecuniæ mutuatę, hic
aũt non est mutuum, sed societas, & vsus pecuniæ est
negociatio, & ex negociatione licite acquiruntur lu- H
cra, sed quia circa pecuniam datam campsori domi-
nus nihil facit, & eo non cogitante lucra acquiruntur
videtur esse in vsura, quia ita ibi sine operatione ali-
qua habentur lucra.

An esset licitum si daretur pecunia ista domini vsurarijs?
Quæst. CCLXXXIX.

Sed quid si accipiatur, quòd pecunia ista dare-
tur nummularijs, idest vsurarijs an licitum
esset?

Aliqui dicunt, quòd non, quia vsura non est
licita, & qui dicit vsuram non esse peccatum here- I
ticus est.

Sed dicetur, quòd poterat esse licitum, quia forte
ille dominus seruorum erat gentilis, & ante legem
Christi non erat peccatum mortale semper vsura, sed
interdum erat licita, vt fuit ostensum supra.

Aliter potest dici, quòd etiam si esset dominus Iu-
dæus stabat, quia licebat Iudæis dare ad vsuram saltẽ
alienis. Deutero. 23. c. & ad dandum illis ad vsurã po-
terat dare iste seruus alicui conuerso de gentilitate
pecuniam ad vsuram, s. cp nummularij essent alieni, &
iõ ipsis daretur ad vsuram, vt ipsi alijs darent ad vsurã.

Et hoc mõstat litera planior: Primo, quia argumẽ-
tũ domini magis procedit ꝓ seruum quantũ ad secu-
ritatem: nã nullũ periculũ manebat, cũ ibi esset mu-
tuũ, & in mutuo transfertur dominiũ in accipiẽtem,
& totũ periculũ rei acceptę, quia iam sua est, & sic se- K
curus manebat seruus potius, quam abscondẽdo pe-
cuniam, quia iam nullo casu poterat ei perire, quæ tũ
perire posset abscondita, vt si fures eã effoderent. Ac-
cipitur quoque vsura proprie ibi cum dicitur, veniẽs
recepissem, quod meũ est cũ vsuris, quia pro vsu pe-
cuniæ daretur precium, vel supercrescentia, & illam
dominus volebat, vnde non habebat seruus quid rñ-
deret domino, cũ sic argueret esse negociandum. Ad
rationes factas præcedenti q. dicendum, quòd gratia
materię concedi possunt, eo quòd licitę erant tunc
vsurę tam gentilibus, quam Iudæis modo dicto, & ta-
men rationes de forma non tenent. Ad primam di-
cendum, quòd non tenet, quia aliqua refert Christus
facta esse ab alijs, quæ mala sunt, sicut narrat de Hero-
de occidente Ioannem. Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ suppo-
sito, ꝙ vsurę essent licitę, argumentatio erat conue-
niens, si autem essent vetitę, erat argumentatio vtilis,
sed non licita, vel non de honestis. Sed maxime ar-
gumentatio procedit inquantum per eam damnatur
pigritia serui, qui torporem suum ratione quadã de-
fendere nitebatur. Ad tertium dicendum, ꝙ Christus
istud applicat ad propositum suum quantum ad vsu-
ras donorum, non quantum ad vsuras pecuniarũ, nã
vsuram de donis facimus, vel Deo reddimus, quando
vltra dona, quæ ipse nobis dedit, e i operationes illorũ
reddimus, quæ sunt lucra quædam donorum, & ista
non est proprie vsura, sed per metaphoram, & talis est
necessaria: vsura vero proprie dicta cõsistit in mutuo,
& ista est illicita, quia est contra rationem, vt ostẽsum
est supra. Et ideo nũc ista est per Christum vetita, sed
vsura spiritualis est imposita.

Cum autem venerit filius hominis in maie-
state sua, & omnes angeli cum eo, tunc se-
debit super sedem maiestatis suę. Et con-
gregabuntur ante eum omnes gentes, & se-
parabit eos abinuicem, sicut pastor segregat
oues ab hædis, & statuet oues quidem a de-
xtris suis, hædos autem a sinistris.

Cum autem venerit. Hic ponitur tertium principale
huius c. s. de forma ipsius iudicij, & ponuntur tria. Pri-
mo describitur iudicantis, & iudicandorum sessio. Se-
cundo iudicantis ad iudicandos collocutio ibi. *Tunc*
dicet. Tertio iudicij conclusio ibi. *Et ibunt.* Circa primũ
dicitur *Cum autem venerit.* Istud erit in fine omniũ, quia
post iudicium nihil agendum manebit. *Filius hominis.*
Idest Christus, qui est Deus, & homo, & Dei, & ho-
minis filius. *In maiestate sua.* Idest in statu, vel honore
competente ei quem nunc non habet. *Et omnes angeli*
eius cum eo. Isti ad iudicium cum Christo venient. Et
istud est vnum de illis, quæ pertinent ad maiestatem.
Tunc sedebit. Est enim iudicaturus, ideo sedebit. *Super se-*
dem maiestatis suæ. Idest super sedem gloriosam magnę
excellentię qualis conuenit statui suo. *Et congregabun-*
tur ante eum. Vt sint præsentes ei iudicanti, & nemo sit,
qui eum non videat. *Omnes gentes.* Quia nulla gens erit
immo nullus homo, qui in iudicium non veniat, ad
omnes enim extenditur potestas Christi. *Et separabit*
eos abinuicem. Scilicet, quia etiam quãdo iudicabuntur
non erunt omnes simul, sed boni per se, & mali per se.
Sicut pastor segregat oues ab hædis. Posuit exemplum sen-
sibile, quod apud pauca sentientes est planum. Segre-
gat enim pastor oues, & hędos, idest capras, quia non
bene pascuntur simul. Etiam quãdo mulgendæ sunt
fœmellę oportet segregari greges istos. *Et statuet oues*
quidem. Idest ponet oues a dextris, accipitur iterũ
metaphoram, vt vocentur iusti oues, mali autem vo-
centur hædi. *A dextris.* Scilicet in potioribus bonis po-
nentur boni, quod est poni ad dextram. *Hædos autem a*
sinistris. Idest malos ponet ad partem sinistram.

Quid hic Christus facit, & an ponat tertiam parabolam?
Quæst. CCXC.

Quaeretur quid facit hic Christus? Aliqui
dicunt, quòd ponit hic tertiam parabolam,
quæ pertinet ad actiuos, ad quos pertinet se ex-
ercere in actibus misericordiæ, pro quo remunerabili-
tur, desistentes autem condemnabuntur, & ita tenet
Nicolaus.

Sed

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia ipse voluit in hoc cap. A
contineri tres parabolas conuenientes tribus statibus
hominum, i. contemplatiuis, prælatis, & actiuis. & ta-
men probatum est, quòd non stat, supra. Secũdò, quia
vult istud, quod nunc vltimo dicitur esse parabolam:
& tamen non est, sed sermo planus ostendens formã
iudicij, & nihil parabolicum incidit. Sic dicit Chryso-
sto. est autem hęc pars delectabilissima, quòd cõtinue
in animo vertentes audiamus cum studio, & omni cõ
punctione. nam & ipse Christus terribilius, & lucidius
hunc pertractat sermonem. Idcirco non dicit de cęte-
ro, simile factum est regnum cęlorum, sed reuelate se
ipsum ostendit dicens; cum venerit filius hominis.
Tertiò, quia hic non dicit aliquid quod pertineat ad B
aliquem statum. nam cum status sint distincti: cum di
citur id quod ad aliquem statum pertinet ad alios, sed
hic agitur de forma iudicij, sed iudiciũ ad omnes perti
net. ergo non agitur de statu actiuorum. Quartò, quia
quando distinguimus hominum statum, i. actiuos, &
contemplatiuos, de bonis loquimur, & non de malis.
Ratio est, quia mali nullum statum seruant, sed om-
nem gradum corrumpunt, & facta transgressione nõ
seruatur status differentia: ideo non manet status. Et
tamen hic agitur de omnibus bonis & malis, quia di-
citur statuet oues a dextris, & hœdos à sinistris. ergo
non agitur hic specialiter de statu actiuorum. Quin-
tò, quia in nullo statu sunt omnes homines; sed hic de
omnibus dicitur, scilicet, cum venerit Filius hominis C
congregabuntur ante eũ omnes gentes. ergo nõ agi-
tur de aliquo statu. Dicendum ergo, quòd Christus
agit hic de iudicio; & cum posuisset supra quædam de
rationis modo, quę exigetur in iudicio, cũ dixit de ser-
uis negociantibus, & seruo pigro; subdit hic tandem
ipsam iudicij formam, ut apparet ex litera. Sic dicit Ra
banus, scilicet, post parabolas de fine mundi iam exe-
quitur, docens modum futuri iudicij.

Ad quid agit hic Christus de iudicio? Quæstio. CCXCI.

Quaeretur ad quid Christus agit hic de iudi-
cio? Aliqui dicunt hoc factũ, quia Christus post
biduum occidendus erat, in quo eius humiliatio, & in D
firmitas, & abiectio in conspectu ignorantium appa-
reret, & quia ex hoc scãdalizati fidem perderent, quia
infirmi erant, prædixit eis de sua exaltatione, quę in iu-
dicio appareret, quãdo venturus erat in sua maiestate,
vt credatur, quòd non terminatur totus status Christi
in passione, sed meliora atque feliciora in eo apparitu-
ra sint. Sic dicit Hieron. super Matt. post biduum qui-
dem pascha facturus, & tradendus cruci, & illudendus
ab hominibus rectè præmittit gloriam triumphantis,
vt secutura scandala pollicitationis præmio compen-
saret. Secundò tamen, & principalius fecit hoc Chri-
stus ad notificandum nobis ea, quæ fidei erant. Nam
ipse fuit doctor noster quantum ad salutem; & doctri-
na salutis est doctrina fidei, sine qua non est salus, quia
sine fide impossibile est placere Deo. ad Hebr. 11. cap. E
ideo ea quę fidei sunt debuit exprimere. Sed maxime
pertinet ad fidem iudicium futurum, eo quòd nõ est
de rebus valde occultis, quæ sciri non poterant, nisi re
uelarentur. ideo debuit Christus hoc notificare. Ter-
tio fuit, quia præter hoc, quòd ad fidem pertinet de-
buit specialiter hoc exprimi, quia inter omnia, quæ fi-
dei sunt, nihil est, quod magis moueat ad bonũ agen-
dum, quam admonitio boni, quod habituri sumus, &
mali quod euitare cupimus. nam ista duo sunt moti-
ua ad operationem boni. nihil autem est, in quo ma-
gis notificentur, quam dicendo de iudicio, quia in iu-
dicio dabitur realiter totum bonum, quod speramus,
ideo cõsummata beatitudo; & post illud nihil supererit
agendum. Etiam ibi inchoabit consummatum ma-
lum, idest, damnatio æterna malis: ideo narratio de iu
dicio valde moueret ad operationẽ bonam, propter
quod potius debuit Christus de hoc dicere, quam de
alijs pertinentibus ad fidem. Quartò fuit specialiter
nunc dictum, quia nunc de hac re quęsitum fuerat, nã
quæsierunt discipuli præcedenti capit. quod est signũ
aduentus tui, & consummationis seculi? sed in cõsum
matione seculi futurum est iudicium; ideo debuit nũc
Christus dicere de conditione iudicij. Quintò fuit, qa
Christus aliquãdo de hoc dicturus erat, eo quòd post
biduum futurum erat pascha, quando Christus occi-
deretur, vt patet seq. cap.

Quare dicitur cum venerit hominis filius.
Quæst. CCXCII.

Quaeretur, quare dicitur, cum venerit filius
hominis? Dici potest vno modo hoc fieri, quia
in forma humana venturus est ad iudicandum, quia
licet semper vtranque habebit formam, quia nunquã
dimittet, quod accepit semel; & tamen sicut inter nos
nunquam apparuit, nisi in forma humana; ita in iudi-
cio apparebit in forma humana: & tamen secundum
formam humanã non vocatur nisi Filius hominis. er-
go rectè dicitur, quòd veniet Filius hominis. Secũdò
dicitur hoc, quia talis erat consuetudo Christi loquẽ-
di de seipso, sic patet supra 10. & 12. & 16. & fere vbi-
cunque Christus de seipso loquitur uocat se Filiũ ho-
minis. Cum enim in prima persona de se locuturus
erat, vt non videretur sibi aliquid arrogare loquitur in
tertia, vt cum dicit quem dicunt homines esse Filium
hominis, idest, me, & illud, qui peccauerit in Filium
hominis remittetur ei. tenuit ergo hic hanc quam te
nebat consuetudinem. & ita etiam dixit sequenti cap.
Filius hominis vadit secundum quod scriptum est de
illo. Tertiò dixit ad signandum honorem humanę na
turę. Erat enim tantum sublimanda, vt in maiestate ve
niret ad iudicandum orbem. Quartò dixit hoc, quia li
cèt Christus esset verus Deus, tamẽ nunc nondum se
ostenderat Deum quantum ad substantiam suam, qa
gerebat conditiones mortalis hominis, licèt potesta-
tem diuinam sępe ostendisset, ideo vocabat se homi-
nem ex eo quod apparebat Filium hominis, & non
Deum quantum ad id quod nondum secundum sub-
stantiam apparuerat.

Quare dicitur in maiestate sua. Quæst. CCXCIII.

Quaeretur, quare dicitur in maiestate sua? Di-
cendum, quòd ponitur ad ostendendum excel
lentiam Christi, quia maiestas notat apparatum ma-
gnum ad ostendendũ statum. & dicitur maiestas qua-
si maior status. solis enim maioribus competit maie-
stas, sicut imperatoribus, & regibus; minoribus uerò
non damus maiestatem. Et quia maximus apparatus
excellentiæ erit cum quo Christus apparebit in iudi- E
cio; dicitur vẽturus in maiestate. Secundò ponitur ad
ostendendum, quòd humanitas illa, quam tunc vide-
bant infirmam secũdum substantiam carnis, esset ali-
quando in magna gloria, vt non putarent, quòd sem-
per futurum esset in eodem statu. Tertiò ponitur ad
leniendum dolorem, quem concepturi erant de op-
probrio passionis. nam illudendus erat Christus a iu-
dęis. & hoc statim futurum erat; qui autem talia vide-
ret de Christo, postquam viderat eum in magno ho-
nore turbarum, putaret, quod nunquam in aliquo ho
nore futurus esset. ideo addidit hic, quòd in iudicio
venturus erat in maiestate, quæ signat maximum ap-
paratum honoris.

Quar-

Quarto ponitur ad ostendendum veritatem rei, ita enim futurum est, vt in magno honore Christus ad iudicandum veniat.

Quinto ad dandũ cõfidentiam de beatitudine, nam in iudicio assequentur boni beatitudinẽ, & tamen nõ esset spes, quòd illa beatitudo esset aliquid magnum, nisi ille, qui eam daret aliquid magnum haberet, ideo dicitur, quòd Christus tunc, quãdo iudicabit, & dabit beatitudinem, veniet in maiestate.

Sexto ad reddendum rem verisimilem, nam Christus venturus est tunc ad iudicandum totum orbem, cum dicatur in litera, congregabũtur ante eũ omnes gentes. Sed verisimile est, ꝙ ille, qui cum tanta potentia veniet etiam magnum statum ostendet, ideo dicitur, quòd veniet in maiestate sua.

Quid sit ipsa maiestas? Quæst. CCXCIIII.

SED de maiestate quæritur, quid sit? Dicũt aliqui, ꝙ est ipsa deitas, sic dicit Remigius, maiestatem appellat deitatem in qua coæqualis est Patri, & Spiritui Sancto.

Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia venturus est in forma humana, quia dicitur, cum venerit Filius hominis, & tñ veniendo in forma humana contra diuinam non videretur oculis carnis, & sic mali non viderent iudicem suum, quod falsum est. Secundo, quia dicitur, tunc sedebit super sedem maiestatis suę, & tamen ad Deum secundum naturam diuinam non cõpetit sedes, quia sedes est corporis, ideo maiestas non est deitas.

Tertio, quia cum dicatur hic, cum venerit Filius hominis in sede maiestatis suę, ponitur maiestas, vt conditio, vel modus aduenientis, & tñ dicitur, ꝙ venier Filius hominis in maiestate, ergo est maiestas cõditio hominis, sed deitas non est conditio, vel modus humanitatis, sed aliquid maius ea, ergo maiestas non est deitas, sed aliqua dispositio apparatus exterioris excellentię circa corpus Christi venientis. Et hoc cõsistit primo in gloria corporis, nam nunc erat corpus Christi mortale, graue, & opacum, atque infirmum, tunc vero cum veniet esset lucidum plus, quam sol, & haberet omnes dotes quas habebunt corpora beata, quale ipsum fuerat in transfiguratione, nam resplenduit ibi facies eius, sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix, supra 17.c. Et hoc tenet Origenes super Mat. s. quia cũ gloria huc reuertetur, vt sit corpus eius tale quale fuit, quando fuit transformatus in monte. Et istud etiam magis apparet, quia supra 16.c. dixit Christus de seipso. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua.

Constat autem, quòd loquitur de aduentu ad iudicium, cum dicat, tunc reddet vnicuique, quod in solo iudicio fiet. Et ita, quod hic dicitur, venerit in maiestate sua, est quod ibi, dicitur in gloria patris sui. Etiã patet, quia ibi dicitur, cum Angelis suis, & hic dicitur. & omnes Angeli eius cum eo, quod idem est, ergo maiestas hic, & ibi gloria patris sui sunt idem. Sed cõstat, quòd illa gloria patris sui in qua Christus tunc dicebat se venturum erat gloria corporis quantum ad fulgorem, & alias dotes corporis, ergo etiã maiestas hic pro illa gloria corporis accipitur. Et patet illud, quia e.c. 16. dixit Christus post verba prędicta, sunt q̃dam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis veniẽtem in regno suo, quod erat venire in gloria patris sui, & istud est in fine eiusdem c. sed statim in seq. c. 17. dicitur post dies sex assumpsit Christus Petrum, Ioannẽ, & Iacobũ, & trãsfiguratus est añ eos, & resplenduit facies eius sicut sol, vestimẽta aũt eius facta sunt alba, sicut nix, ergo videtur, quòd maiestas erit ista gloria corporis, quia ad magnum honorem pertinet, ꝙ corpus Christi, quod erat tempore passionis infirmum opacum, & mortale, sit tunc fulgens, sicut sol.

Secundo consistit quantum ad exteriorem apparatum, & hoc inquantum sedebit in sede excelsa, & inquantum erunt cum eo comites multi, & excellentes, & inquantum multi potestati eius subijcientur.

De primo patet cum dicitur hic, sedebit in sede maiestatis suæ.

De secundo cum dicitur, & omnes Angeli eius cũ eo, i. venient cum eo Angeli, & in̄ nulli famuli poterunt facere maiorem apparatum, q̃ illi. De tertio, quia omnes homines deducentur ante eum, & iudicabuntur ab eo quantum ad vltimum iudicium, & totum bonum, & malum ipsorum.

Cum aũt dicit Remigius, ꝙ maiestas est ipsa deitas, non est intelligendũ realiter, sed per causam, s. ꝙ deitas erit faciens maiestatem, sed ipsa non erit maiestas, nam totus ille honor, & gloria corporis Christi a deitate erit. Sic accipitur supra 16.c. Filius hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnicuique iuxta opera sua, & loquitur de maiestate, quam habebit in iudicio, vt dictum est, & illa vocatur gloria patris sui, i. gloria, quam accepit Christus homo a patre, sed quod a patre est pertinet ad deitatem, ergo Christus accipiet maiestatem illam ex parte deitatis, sed non erit ipsa deitas.

Quomodo sit verum, quòd omnes Angeli venient cum Christo ad iudicium, & an omnes descendent de cœlo ad locum iudicij? Quæst. CCXCV.

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ omnes Angeli venient cum Christo ad iudicium? Aliqui dicunt, ꝙ isti non sunt Angeli, sed homines, qui cum Christo iudicabũt. Sic dicit Aug. 2. li. de ciui. Dei. s. Angelorum nomine signauit homines, qui cum Christo iudicabunt. Angeli enim nuncij sunt, nuncios autem rectissime accipimus omnes, qui salutem cęlestem hominibus annunciauerunt.

Sed dicendum, ꝙ non vocantur hic Angeli homines. Primo, quia in scriptura nunquam vocamus homines absolute Angelos, sed cum limitatione, vt illud Mala. 2. c. labia sacerdotis custodient scientiam, quia Angelus Domini exercituum est, & tñ hic vocantur Angeli absolute, ideo nõ intelligitur de hominibus. Secũdo, quia postquam de Angelis dictum est additum fuit de hominibus, s. & cõgregabuntur ante eum omnes gentes, ergo non accepit Angelos pro hominibus. Augu. autem non posuit illum sensum, quasi sententiam suam, quia alium sensum prius posuerat, s. ꝙ essent Angeli, & tamen illum adiungit cui plurimorum tangat opiniones. Dicendum, ergo ꝙ vere erũt isti Angeli, i. spiritus, qui cũ Christo venient ad iudiciũ. Et patet, quia dr̄, & omnes Angeli eius cũ eo, i. veniẽt Angeli cũ eo, sed Christus de cęlo veniũ, ergo & iõ isti, qui vocãtur Angeli de cęlo veniũt, sed homines non veniẽt de cęlo. Nam ẽt illi, qui iudicabũt cum Christo non veniẽt de cęlo, sed de terra, de qua reiõ gẽt corpora eorũ. Angeli aũt sunt in cęlo, quia non in terra hñt, iõ oportet accipi de Angelis. Sed quia dicit, ꝙ oẽs Angeli venient cũ eo. Est dubiũ an omnes descendant de cęlo ad locũ iudicij, vel maneãt aliqui in loco? Aliqui dñt, ꝙ descendent omnes Angeli, li, q̃ sunt de infimo ordine, q̃ proprio nomine vocantur Angeli, & oẽs isti descendẽt, sed de alijs ordinibus non descendẽt oẽs. Dicẽdũ, ꝙ siue oẽs Angeli descendãt, siue pauci eorũ non differt, quia neutra pars habet inconueniens, nam si non descendunt omnes, dicet̃, ꝙ venient omnes Angeli, i. multi ipsorum, sicut sæpe in scriptura solet accipi omnis, i. multus, vel multi, vt illud omnes prouincię veniebãt in Aegyptum, vt emerent escas, i. multæ prouincię Gene. 41. c. & illud omnis caro ad te veniet, i. multi hominis. Psal. 62. Si autẽ dicamus, ꝙ omnes spiritus angelici descendent cum Christo, ẽt non est inconueniens. Primo, quia quocunque vadant, vel maneant gloriam suam secũ hñt, quia quocunque mittantur intra Deum currunt, & sic non minus erunt beati in loco iudicij, q̃ manentes in cęlo. Secundo, quia non est aliquid ad quod videaẽt necessarium, vel conueniens, ꝙ maneant in cęlo, quia sancta Trinitas, quæ eos beatificat vbique est, & locus ipse cœli non confert eis potius ad gloriam, q̃ alia loca, iõ ita conuenienter erunt in loco iudicij, sicut in cęlo. Tertio, quia vr̄, ꝙ melius sint ibi, q̃ alibi, quia Trinitas est vbique. veruntamen, quia Christus quantũ ad humanitatem erit tunc in loco iudicij, & non in cęlo, erit Deus ibi specialius, q̃ alibi, vñ Angeli erũt ibi conuenientius, q̃ in cœlo. Dicẽdũ, ergo cõuenienter videtur, ꝙ omnes Angeli de omnibus ordinibus erũt in loco iudicij cũ Christo, & nullus manebit in cęlo. Primo, quia hoc magis conuenit literę, cũ dicatur, & omnes Angeli eius cũ eo. Secundo, quia rationi quoque magis cõuenit, cum specialius (vt dictum est) erit Deus in loco iudicij tũc, q̃ in cęlo. Tertio, quia cũ quidam Angeli descensuri sint cũ Christo ad locũ iudicij, non videt aliqua causa quare alij mansuri sint in cęlo, ideo videt, ꝙ omnes descendant, nam ad honorẽ magis omnes honorabunt, q̃ aliqui soli. Quarto, quia si aliqui eorũ non descenderent, iõ esset, quia dicimus de quibusdam non mittuntur, sed assistunt, ad illos aũt pertinet non ire foras, & tamen nunc veniendo cum Christo non dicuntur mittere, sed assistere, quia sunt in loco in quo specialiter est tota Trinitas, ergo videtur, quòd omnes cum eo descendent.

Ad quid venient Angeli ad iudicium cum Christo? Quæst. CCXCVI.

SED quæretur ad quid venient Angeli cũ Christo in iudiciũ? Dici potest vno mõ, ꝙ causa est, quia in nulla parte orbis melius erunt, quã ibi vbi Christus est, quia ibi specialiter est deitas, ipsi tñ deitatem sequuntur, quia assistunt ei, nisi contingat quosdam eorum ex quibusdam causis mitti. Secũdo, pp famulatũ Christi, nã Angeli sunt ad ministrandũ Christo non solum quantũ ad se, sed ẽt quantũ ad subditos ei, sic dicit ad Hebrę. 1. c. sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi pp eos, qui capiunt hęreditatẽ salutis, tũc aũt in multis cõueniens erit famulari. s. in cõgregãdo cineres corporũ ad resurrectionem, vt deducãt oẽs cineres in locũ vnũ, vt ibi simul omnes homines resurgant, velut de alijs locis vbi quisq; resurrexerit deducant homines ad locũ iudicij. Etiam, vt canant tuba ante Christum, & vocent omnes mortuos ad iudicium, quia iudicium, & resurrectio cum tuba fiet, 1. Thessalonicen. 4. cap.

Tertio fiet specialiter ad hoc, ꝙ testimoniũ perhibeãt cõtra peccatores de iusta eorũ condẽnatione, qa admoniti fuerũt, vt recte agerẽt, & noluerũt, & hoc cõstabit ex Angelis, nam cuilibet datus est vnus Angelus in custodiam, qui a periculis hominem liberat, & suadet ei bonum facere, & contra tẽtationes adiuuat, qui igitur malum operatus est sponte illud fecit, cum Angelum haberet datum ad custodiam, & ad probationem huius rei erit conueniens assistentia Angelorum in iudicio. Sic dicit Chrysostomus in Homelia, Omnes enim Angeli cum ipso aderunt, testantes, & ipsi quantum administrauerunt missi à Domino ad hominum salutem. Quartò erunt ibi angeli, vt & ipsi cum Christo iudicent. nam sicut quibusdam hominibus competet iudicare; ita & Angelis competet, sed iudicantes erũt simul cũ Christo, ergo Angeli cum Christo venient ad iudicium. Sic dicit Aug. 20. lib. de Ciuit. Dei, s. descendet enim cũ Angelis, quos aduocabit de supernis locis ad faciendum iudicium. Quintò, & principaliter erunt Angeli cum Christo ad ostensionem maiestatis. Nam maiestas alicuius ostẽditur ex apparatu circa seipsum, & ex comitantibus eum, & ex subiectis. hæc omnia Christus habebit. nam quantum ad se habebit corpus gloriosum fulgens sicut sol: quantum ad comitatum habebit secum omnes Angelos, quantum ad subditos habebit ante se congregatos omnes homines, vt in litera dicitur. Angeli igitur ad ostensionẽ maiestatis pertinent, & ita dicitur sup. 16. ca. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, q. d. ad ostẽsionem illius gloriæ, vel maiestatis veniet multitudo Angelorum cum Christo: valde enim ostendetur magnitudo status & potestatis Christi, quando tanta Angelorum multitudo affusa fuerit ei ad ministrandum ipsi. Sic. n. propter suam dignitatem apparuerunt præsentes ad ministrandum ei, quando superauit dęmonem, sup. 4. cap. s. & accedentes Angeli ministrabant ei.

Quid est, quod dicitur, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ? Quæst. CCXCVII.

QVAERITVR quid est, quod dicitur, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ? Dicendum, ꝙ iste aduentus Christi est ad iudicandum, & quia iudices sedendo audiunt litigia, & sedẽdo diffiniunt, dicitur Christus sessurus tunc. Aliqui autem putant istud dictum per metaphoram, scilicet, quòd Christus iudicaturus vere non sedebit, neque faciet ea, quæ dicuntur hic: quia tamen iudicaturus est, & à nobis nõ potest intelligi iudicium debitum, nisi teneatur forma prout de iure tenetur, scilicet, vt iudices sedeant; ideo putant dictum, quòd Christus sedebit. Sed dicendum, quòd de Christo vere dicitur, quod sedebit. nã Christus vere iudicabit, & non secundum metaphoram, quia in veritate adducentur ante eum omnes gẽtes, & videbunt eum iudicantem ipsas. ergo necesse est, quòd teneat aliquas cerimonias iudicum: non. n. est, vt quidam putant, scilicet, quòd iudicet per solũ intellectum, & voluntatem, sicut Deus iudicat nunc de nobis, quia ad hoc non daretur locus determinatus iudicij: & tamen damus locum determinatum. i. vallem Iosaphat. ergo aliquid specialiter ibi fiet, quod sit extra intellectum, & voluntatem, quia actus spiritualis non requirit loci determinationem. Item, quia si esset iudicium per solum intellectum, & volũtatem non oporteret congregari omnes gentes, sed vbi quisque esset iudicaretur: & tamen congregabuntur omnes gentes, vt dicitur in litera. ergo erit verum iudiciũ reale foris. Item cum omnes congregati fuerint ad iudicium, necesse est, quod aliquem videant. i. iudicem suum, quia alias frustra esset congregari, sed cum viderint oportet, quòd ille habeat determinatam habitudinem quandiu sic manserit. nulla autem est, quę magis ei conuenit, quam sedere. Primò, quia est iudex, & iudices sedent ad proferendum sententias. Secundo ex conditione status Christi. nam tunc ipse quietus erit, cum omnia erunt subiecta pedibus eius, & nihil sibi difficultatis restabit: ideo ad ostendendum istam tranquillitatem, & quietem suam erit melius sedens, quam aliter, & ita dicitur de Christo, quòd statim, vt assum-

assumptus est in cœlum sedit à dextris Dei, Mar. 16. c. F & ad Hebræ. 1. cap.

Quare dicitur, quòd sedebit, & quid erit illa sedes? Quæst. CCXCVIII.

SED dicetur quare dr̃, ꝙ sedebit super sedem maiestatis sue, & quid erit illa sedes? Dicendū, ꝙ cum Christus in iudicio sessurus sit, vt dictū est præcedēti q. necesse est, vt super aliquam sedem sedeat, quia sedes est omne, super quod sedetur, licet specialiter vocamus sedem omne illud, quod ad sedendum factum est, ita aūt, & tunc aliquid Christus habebit in quo sedebit. De illo aūt quid erit videtur G dicendū, ꝙ erit nubes. Primo, quia in nube assumptus est, vel ascendit Christus in cęlū sedens, vt dicit Actu. 1. c. Sed quemadmodum ascendit, ita veniet, vt dixerunt Apostolis Angeli e. c. ergo cū ascenderit sedens in nube videt̃, ꝙ descensurus sit in nube, & in illa sedebit. Secundo, quia dicitur præceden. c. videbunt, Filiū hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa, & maiestate, venire aūt in nubibus est venire sedēdo in illis. Et intelligit̃ de isto aduentu ad iudicium, cū dicat̃, ꝙ veniet cum virtute, & maiestate, sicut hic de maiestate dicitur, ergo videt̃, ꝙ in nube sedebit. Tertio, quia non videtur aliquid aliud in quo Christus aptius sedeat, quia Christus non sedebit ibi propter ne- H cessitatem laboris, quia beati non laborāt quomodocunque sint, sed sedebit ad ostendendum se iudicem, quia ista habitudo ei magis conuenit, vt dictum est præcedenti q. Et tñ ad illam ostensionem faciendam sufficit quidquid illud sit in quo sedere videatur, sed nihil est, quod magis obediat ad omnes motus, & figurationes, quam aer, ideo de materia aeris, vel nubis erit prædicta sedes. Quarto, quia hoc modo excusamus plura miracula, nam licet Deo æqualiter sit facile operari cum miraculo, & sine miraculo, tñ nos nō debemus concedere alicubi factum miraculum, nisi quando necesse est concedi miraculum, vt non ponatur pluralitas sine necessitate, & tñ Christus in aere I sessurus est. Non est enim descensurus ad terrā, vt iudicet, sed in aere manebit, vt inde videatur ab omnibus hominibus iudicandis, qui in terra fuerint, & tamen si poneremus sedem de aliqua alia materia non aere, neque de impressione aeris, i. non de nubibus, vel nebula, oporteret poni de terra, vel aqua gelida vel igne, sed nihil horum est conuenienter, aut sine miraculo, & sedes de nube est sine miraculo, ergo talem poni oportet. Patet si ponatur de igne, quia ignis non est corpus redigibile ad certam figurationē corporis, sicut omnia alia elementa rediguntur, & tamē sedes ad certū modū redigi debet, vt sedes videatur. Item, quia sicut contra naturam est elementis eleuari vltra loca sua, ita est contra naturam descendere, & tamen Christus erit iudicans in aere. Si aūt de igne K sedes esset, oporteret poni ignem infra suam spherā descendentem, & istud est vnum miraculum, ergo non erit de igne. Sed aliqui obijciunt, ꝙ sit de igne, quia sic fuit in datione legis. Nam Deus de medio ignis loquebat̃ Exo. 19. & 20. & Deutero. 4. & 5. Item, quia dicitur Psal. 46. ignis in conspectu eius, ergo super ignem sedet. Dicēdū, ꝙ non stat. Et de primo patet, quia non erit simile in iudicio, & in datione legis, quia in datione legis non apparuit aliqua figura, sed solū audiebatur vox loquentis de medio ignis, vel fumi, sic dr̃ Deute. 3. c. nullā similitudinē vidistis in die, qua locutus est vobis Dominus de medio ignis, & iō non erat ibi figura sedis alicuius, cū neque sedens videret̃, sed onus fuit ille ignis magnus, qui vsq; ad cęlū videbat̃ pertingere, vt timerent Iudæi, & obseruarent legem, quæ tunc dabatur Deutero. 4. & 5. & ad Hebrę. 12. c. in iudicio secus erit, quia Christus, qui vere homo est veniet ad iudicandum in substantia, & effigie humana, & oportet, ꝙ videatur ab omnibus, vt dicitur prędcedenti c. iō oportet, ꝙ non loquatur de medio ignis, sed ipse palam videri possit ab omnibus, & iō conueniet ei sedes, & non erit de igne, sed de alia materia. Ad secūdū dicendū, ꝙ ibi non pōt accipi de igne, qui sit sedes, quia tūc diceret̃ ignis sub eo, & tamen dicitur ignis in conspectu eius, i. ante ipsum, ergo non erit sedes. Item quia ille ignis manifeste apparet ibi, ꝙ non erit ad sedendum, sed ad exercendum vindictam in malos, quia dicitur. ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida, sed exardescere est valde ardere ad inferendam pœnam, sicut facit tēpestas valida, sic etiam dicitur Psal. 96. ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, ergo non est ad sedendum, sed ad puniēdum. Sed neque erit sedes illa de aqua. Primo, quia illa est fluida, & non est bene formabilis in figuram determinatā, nisi cum continetur in aliquo, quia sortitur terminationē eius. Secūdo, quia dato, ꝙ quis vellet esse aquam gelidam, quæ est formabilis, & retinet figuram, quam contraxit cum efficerertur gelida, non conuenit, quia locus aeris in quo fiet iudicium non conuenit, eo ꝙ propter suam grauitatē vult esse deorsum, & esset iam vnum miraculum. Terra autē, & terrenę res, siue ligneæ, lapideę, aut metallinę sunt conuenientes ad sedem, & tamen non erit de eis illa sedes, quia maneret ibi per miraculū: solat aūt sedes de nube est conueniens propter figurationem, etiam est in loco naturali, ergo de aere erit.

Quare vocetur sedes maiestatis suæ. Quæst. CCXCIX.

SED quare vocatur sedes maiestatis suę?

Dicendū, ꝙ quæcunque sedes illa sit erit sedes maiestatis vno modo. i. ꝙa Chr̃us in maiestate veniēs sedebit in illa. Alio mō & melius dicitur sedes maiestatis, quia illa ad maiestatē facier. Est enim maiestas (vt dictum est) apparatus excellens; & quia sedes ista, & sedere in illa præstabit multum de apparatu, vocabitur sedes maiestatis. Est enim excellentior sedes ꝙ nunquā fuerit alia, ꝙa cęteræ sedes sunt de materia terrena. Ista autem erit de nube, & hoc maiestatem facit.

Tertio & præcipue ex loco, quia cęteræ sedes firmatæ sunt super terram, & nisi firmentur cadunt, sed illa sedes erit in aere, & in nullo erit firmata. quod est valde excellēs. & istud maxime confert ad maiestatē.

Quarto ex eminentia, & differt a præcedenti dicto, quia illa excellētia est eo, quòd sedes per se teneturin nullo firmata loco, in quo nulla alia manere potest. Sed eminentia de qua dicitur hic non consideratur, nisi respectu loci vel exaltationis in loco. nam etiam in sedibus in terra positis quædam sunt magis exaltatæ quàm aliæ, & iudicatur inde dignitas sedentis. Sed quantum ad loci eminentiam nulla sedes potest esse magis eleuata quàm hæc quæ erit in aere, ideo ostendet maximam maiestatem. recte igitur dicitur sedes maiestatis.

Quomodo est verum quòd ante eum omnes gentes congregabuntur. Quæstio. CCC.

QVAERETVR, quomodo est verum quòd congregabuntur ante eum omnes gentes.

Aliqui dicunt, quòd nulla congregatio fiet realis, ita quòd deducantur omnes in locum vnum. Sed ista congregatio erit secūdùm affectum vel intellectum, idest,

idest, quòd omnes redeant ad sanum intellectum, qui A prius male aut falsè de Christo crediderant. Sic dicit Origenes super Matth. scilicet nō localiter audiamus quòd congregentur ante eum omnes gētes, sed, quia non erunt iam dispersę in dogmatibus falsis, & multis de eo, manifesta enim fiet diuinitas Christi, vt non solum nullus istorum, sed neque aliquis peccatorum ignoret, non enim in aliquo loco apparebit Filius Dei in altero non, sicut ipse secundum comparationem fulguris voluit demonstrate, quandiu. n. iniqui, neque se cognoscunt, neque Christum, vel iusti per speculū in ęnigmate vident, tandiu non sunt ſegregati boni a malis. Sed dicēdū, ꝙ non stat, quia istud tollit veritatē iudicij, nam si homines in nullo loco congregabuntur, non erit iudicium aliquod vniuersale, vel commune, sed quisque per se iudicabitur, sicut in morte iudicatur, & si hoc falsum est, quia necesse est poni generale iudicium.

Secundo, quia si in nullo loco congregarētur omnes homines, in nullo loco viderent Christum, & ita ipse non descenderet ad iudicādum, sed constat, quòd omnes eum videbunt, quia dicitur præcedenti c. & plangent omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis, ergo necesse est, quòd eum videant omnes, & sic necesse est, quòd congregentur.

Tertio, quia si in nullo loco realiter congregarentur gentes, frustra Christus descenderet ad iudicandū C ad terram, sed iudicaret omnes manens in cęlo, sicut iudicat morientes, & tamen Christus vere veniet ad iudicandum, quia dicitur in præcedenti c. videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, ergo vere fiet congregatio.

Quarto, quia hoc dato tollerentur omnia, quæ infra ponuntur, scilicet de collocutione Christi ad malos, & bonos, & conclusio iudicij, quæ infra ponitur, scilicet ibunt hi in vitam æternam, & illi in suppliciū æternum, sed hoc præsumptuosum, immo erroneū videretur tollere, ergo vere fiet congregatio hominum in locum vnum.

An omnes gentes erunt in iudicio vniuersali, vel aliquæ deerunt. Quæst. CCCI. D

SED quomodo est verum, quod dicitur, scilicet congregabuntur omnes gentes, & an omnes ibi erunt, vel aliquę deerunt?

Dicendum, quòd ex modo loquendi non innuitur hic, quòd omnes homines congregabuntur, sed omnes gentes, & tamen omnes gentes esse ibi, est verum dicere, etiam si de qualibet gente essent pauci homines, vel non omnes, dum tamen nulla gens sit de qua, non sint ibi aliqui.

Sed dicendum, ꝙ intentio Christi fuit non solum de omnibus gentibus, immo & de omnibus hominibus dicere, scilicet, quòd nemo vnquam fuit, aut erit in humana specie quin ibi sit. E

Et paret hoc, quia Apoca. 1. c. dicitur, ecce venit cū nubibus, & videbit eū omnis oculus, & qui pupugerunt eum, & plangent se super eum omnes tribus terræ, sed non poterūt videre eum omnes oculi, nisi omnes homines, qui oculos habent, vel tunc habituri sunt, sint in loco vno in quo Christus apparebit, ergo omnes cōgregabūtur. Secūdo, quia dicitur ad Ro. 14. ca. omnes stabimus ante tribunal Christi, & intelligitur de iudicio, ergo necesse est, ꝙ tribunal Christi sit in vno aliquo loco, & omnes homines tunc sint in illo. Tertio patet, quia idē iudiciū est de resurrectione, & iudicio cū simul fiāt, & tñ ad resurrectionē omnes pertinēt, quia nemo est, q non resurgat, ergo nemo est, q nō veniat ad iudiciū. Quarto, quia necesse est de quolibet homine, ꝙ iudicet, aut iudicetur, iudicabūt, q fuerint excellentes, cæteri vero iudicabuntur, sed tū iudicantes, quam illi de quibus iudicatur, oportet ꝙ simul sint, ergo necesse est, ꝙ omnes congregentur. Quinto, quia istud pertinet ad Christi honorē, nam q stat ante iudicē per eū iudicandus veneratur eum, & timet, & tñ ad Christi honorē pertinet, ꝙ ab omnibus veneretur, ergo oportet, ꝙ ab eo iudicentur omnes, sic innuit Apostolus ad Ro. 14. c. nam cum dixit, omnes stabimus ante tribunal Christi, quasi causam ponens addidit, scriptū est enim, dicit Dominus quoniam mihi flectetur omne genu: oportet omnes astare, ergo congregabuntur omnes ad iudicium.

Quomodo congregabuntur omnes gentes ad iudicium. Quæst. CCCII. B

QVAERETVR quomodo congregabuntur? Dicendū, ꝙ fiet hoc opere Angelorū, ipsi enim mittentur a Christo, vt congregent omnes, sic dicitur præce. ca. mittet Angelos suos cum tuba, & congregabunt electos eius, & licet dicatur de electis, non cōgregabuntur soli electi, sed etiam mali, quia dicitur hic congregabūtur ante eū omnes gentes, & statuet oues a dextris hędos a sinistris, & oues, & hędi sūt boni, & mali, boni aūt cōgregabūtur per Angelos, ergo etiam mali. de ista congegatione facienda per Angelos dictū est late supra præc. c. a. q. 190. vsque ad 197. & ibi vide. Dicit̃ aūt congregabuntur in quo signatur passio, i. ꝙ ducent̃, & nō venient spōte, aut non p se. Istud aūt primo accidit, quia circa locū resurrectionis est dubiū. Quidam dñt, ꝙ resurget quilibet vbi inuentū fuerit cadauer eius, vel præcipua pars, nam ad locū illū reducent̃ cęteri pulueres, & ibi reformabitur totū corpus, & resurget. Alij dicūt, ꝙ omnes resurgent in loco vno, s. ꝙ pulueres omniū reducent̃ ad locum vnū, & ibi reformabūtur corpora, & resurgent simul, & ita erit idē loca resurrectionis, & iudicij. quæ positio videt̃ rōnabilior, & hoc mō congregari dr̃ omnes gētes, quia massa corporis omniū hominū ab Angelis congregabitur. Secūdo pōt dici, ꝙ dato, ꝙ resurgeret qlibet in loco suo, adhuc cōgregatio futura erit per Angelos, nam nescient resurgentes vbi futurū sit iudicium maxime damnādi, quibus nulla reuelatio a Deo fit, iō oportet, ꝙ ab alijs ducentur, q locū nouerint, s. ab Angelis. Tertio, quia dato, ꝙ omnes scirent locū iudicij, mali saltē non irent illuc ipōte, quia sciūt se condēnādos, & inde nihil, nisi cōfusionē accepturos, iō non irēt illuc per se, sed necesse esset, ꝙ ab alijs portarētur, s. ab Angelis, qui sunt ministri Dei. Quarto, quia dato, quòd mali vellent ire de diuersis partibus mundi ad locum iudicij, non possent, boni quidē possent, quia in ipsa resurrectione sortientur agilitatem, quæ est dos corporis, qua poterunt stare subito vbi voluerint, sed damnati habebunt corpora grauia, sicut, & nos, quia nullam dotem habebunt, ideo non possent ire ad locum etiam si vellent, nisi in longo tēpore, quod falsum est, quia repente ista fient, ideo necesse est, quòd ab Angelis trahantur, & ista est causa propria quare congregandi sunt iuxta eos, qui dicunt in diuersis locis resurgere, pro eis vero, qui dicunt in eodem loco omnes resurrecturos, prima ratio est sola necessaria.

Quid est, quod dicitur, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor oues &c. Quæst. CCCIII.

QVAERETVR quid est, quod dicitur, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab hœdis?

Dicen-

Dicendum, ꝙ aliqui putant ſeparationem iſtam nō F futuram eſſe realiter, ſed per operationem rationis, ſ. quando mali cognoſcent ſe peccatis ſuis meruiſſe pœnas quas incurrent, & iuſti videbunt ſe Deo miſerante ſaluatos, ſic dicit Origenes ſuper Mat. ſ. quandiu, ergo iniqui, neque ſe cognoſcunt, neque Chriſtum, vel iuſti per ſpeculum, & in ænigmate vident, tandiu non ſunt ſegregati boni a malis, cum aūt pp manifeſtationem filij Dei omnes ad intellectum venerint ſuum, tunc Saluator ſegregabit bonos a malis, quia peccatores cognoſcent ſua delicta, & iuſti manifeſta videbunt ſemina iuſtitię ſuę ad qualem eos perduxerint finem, hoc aūt neceſſario ponunt illi, qui dixerūt nullam futuram congregationē localē omniū hominū, nam ſi congregatio nō erit, neque etiam erit ſegrega- G tio congregatorū. Dicēdū, tñ ꝙ vera erit ſegregatio, quia cū vera futura ſit cōgregatio omniū in locū vnū, ita erit vera ſegregatio eorū in loco ipſo, quia boni, & mali non erunt ibi ſimul. Et dr, ꝙ ſeparabit eos, ſicut ſeparat paſtor oues ab hædis, & cauſa eſt, quia voluit Chriſtus ponere iſtud exēplū, eo ꝙ loquebat rudibus hominibus, qui per talia magis intelligunt, nā vulgares ardua non capiunt, ſeparat aūt paſtor oues ab hędis. Primo quantū ad paſtū, non enim communiter competunt eadem paſcua hædis, & ouibus, ita, & boni, & mali non habebunt eadem paſcua poſt iudiciū, ſed boni erunt in vita æterna, & ibi ingredientur, & egredientur, & paſcua inuenient, Io. 10. c. mali vero habebunt paſcua inferorum vbi nihil boni habebūt. H Secundo ſeparantur hædi, & oues quantum ad mulgere, quia non eſt idem lac ouium, & caprarum, ideo cum mulgendæ ſunt ſeparantur, ſic. n. eſt in bonis, & malis, lac. n. fructus pecoris eſt, nō eſt aūt idem fructus quem Deus capit de bonis, & malis, ideo bonos velut grana tritici recondet in horreum ſuum vitę ęternę, malos autem velut inutiles paleas exuret igne inextinguibili ſupra 3. c.

Quid ſunt hic oues, & hædi? & quare boni oues, & mali dicuntur hædi. Quæſt. CCCIIII.

QVAERETVR cum dicatur hic ſtatuet oues a dextris hædos a ſiniſtris, quid ſunt hic I oues, & hædi?

Aliqui dicunt, quòd oues ſunt mali, & hędi ſunt boni, patet quia Pſal. 48. dicit ſicut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos, ſed qui in inferno poſiti ſunt mali. Ergo oues ſunt mali, & conſequēter hædi vocantur boni.

Dicendū, ꝙ oues ſignant hic bonos, hædi ſignant malos. Et patet primo ex deſignatione Chriſti, quia dicitur, ꝙ ſtatuet oues a dextris, hędos a ſiniſtris, & tñ boni locantur in meliori parte, eſt aūt dextra melior, ergo oues dicuntur boni, & mali. Secundo patet, quia dicitur infra in litera, ꝙ dicet his, qui ſunt a dextris, venite benedicti patris mei, & tñ hoc dr bonis, ergo, qui in dextra ſunt, & vocantur oues, ſunt boni. Cauſa aūt K quare boni vocantur oues eſt pp manſuetudinem, & innocentiam, ſic. n. dr de Chriſto, Eſa. 53. tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, mali vero vocantur hædi, qa ſunt animalia infructuoſa, & ſuperba atque petulca. Sic dicit Chry. in homelia, hos vocat hędos, illos aūt oues, vt horū infructuoſitatē ondat, nullus. n. eſt ab hædis fructus, illorū vero vtilitatē, multus eſt. n. ouiū fructus, & a lacte, & a lana, & a fętibus, qui pariūtur, noīe aūt ouis ī ſcripturis diuinis innocētia ſolet deſignari pulchre, ergo ī hoc loco oues electi deſignant. De hoc ēt Hiero. dicit ſuper Matt. ſ. hædus aūt laſciuū eſt animal, & feruens ſemp ad coitū, & ſemp ꝙ pctō offert in lege. Ad rōnē in cōtrariū dicet infra q. 306.

Quare non dixit capras, ſed hædos maſculos. Quæſt. CCCV.

SED dicetur quare non dixit capras, ſed hædos maſculos, cū dixiſſet oues fęminas? Dicēdū, ꝙ ouis licet ſis fęmininū nomē nō accipitur pro ſexu, ſed pro ſpecie, i. tam pro maſculo, quam pro fęmina, ſed ſolemus in quibuſdam animalibus nominare ſpeciem a nomine maſculino, ī quibuſdā a fęminino, ſicut bos eſt nomē ſpeciei, & ſignat maſculinū, & ouis nomē fęmininū, & ſignat ſpeciē, ita nūc hædus, & ouis ponuntur pro ſpecie, & nō pro ſexu, iō vtrunque pōt intelligi, i. maſculus, & fœmina. Aliter pōt dici, & melius, ꝙ ſpecialiter Chriſtus locutus fuit ſic in ſpecie ouiū ponens fęminas in ſpecie caprarum maſculorū, vt vtilitatē, & virtutē bonorum oñdat, & malorū inutilitatē, & vitia. De bonis patet, quia ouis fęmella eſt animal fructuoſum a lana, & lacte, & fętu. Aries vero, q maſculus eſt, non eſt tā fructuoſum animal, neque. n. lac, neque fętū habet, ſed lanam tñe. Rurſus ouis eſt manſueta, & innocēs. Aries vero non eſt mitis, ſed ferox, pugnat. n. acriter, ēt non eſt innocens, ſed nocet interdū petēdo cornibus, iō pro bonis non conuenit vocari arietes, ſed oues. De malis aūt magis conueniebat vocari hędos, q̄ capras, nā capra eſt animal aliqualiter fructuoſum a lacte, & fętu, hædus vero nihil hotū habet, ēt capra non tantum fęret quantū hædus, & non eſt ita animal libidine fetuēs, ſicut hædus, iō fuit melius malos vocari hædos, quam capras. Sic dicit Hie. ſuper Mat. ſ. hædus aūt laſciuum eſt animal, & feruens ſemper ad coitū, & ſemper pro peccato offertur in lege, neque dicit capras, q̄ poſſunt habere fętus, & tonſę egrediuntur de lauacro.

Quid ſignaret iſte ſitus ouium ac hædorum a dextris, & ſiniſtris, & quare mali aliquando vocantur oues? Quæſt. CCCVI.

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ conſtituet hædos a ſiniſtris, & a dextris oues quid ſignificet iſte ſitus? Aliqui accipiūt pro differentia prę̄miorū, nam dextra ſignat bonū, ſiniſtra malū. Accipient. n. boni honorem, & gloriam, mali vero tormēta. Sic dicit Orig. ſuper Mat. ſancti enim, qui dextra operati ſunt acceperunt mercedem ſuorum laborum dexteram regis in qua requies, & gloria eſt, multi vero propter opera ſua peſſima, & ſiniſtra ceciderunt in ſiniſtram, & in triſtitiam tormentorum.

Sed dicendum, quòd hic accipitur de ſitu in iudicio, nam Chriſtus veniet ad iudicandum in corpore, & congregati erūt in loco vno omnes homines, ideo neceſſe eſt, quòd certum ſitum habeant, & quia iam non erit conueniens, vt boni, & mali ſimul ſint, ſed ſeparabuntur, ſicut dicitur hic, quòd ſeparabit eos ab inuicem, nam hic dum viuimus commixti ſunt mali, & boni, quia nemo eos ſeparat. Etiam non eſt conueniens ſeparari, quia nullius bonum eſt determinatum, aut malum, ſed qui bonus eſt poteſt eſſe malus, & qui malus eſt poteſt eſſe bonus, tunc vero, qui mali erunt, non poterunt iam effici boni, neque econtrario, ideo iuſtum erit ſeparatos eſſe.

Secunda ratio eſt propter dignitatem, non enim decet, vt illi quos Deus amat, ſint inter hos, qui illi exoſi ſunt.

Tertio propter conditionem ſtatus, nam poſt reſurrectionem incipiet ſtatim ille ſtatus, qui nūquā eſt finiendus, ſcilicet beatitudo, & pœna ęterna, & inter beatos in loco ſuo nullus erit damnatorū, & tñ iudicium

cium eſt poſt reſurrectionem, & iam incipiet ſtatus il A le. ergo debet iam eſſe ſeparatio bonorum & malorum. Quarto conuenit hoc ex conditione ſententiæ, ſ. quia ſententia erit diuiſa in duas partes oppoſitas, qa quibuſdam dicetur, ite maledicti, alijs dicetur venite benedicti. ſed non erant nominandi omnes ad quos dicitur, ite: neq; omnes ad quos dicitur, venite, quia hoc eſſet longiſſimum, ideo eſt cōueniens, vt omnes qui vnam ſententiam capturi ſunt, ponantur in parte vna, & qui aliam ſententiam in parte alia, & tunc diriget iudex vultum ſuum ad quoſdam, vt illis dicat. ite maledicti, & ad alios oēs dicet, venite benedicti. quod non fieret ſi non eſſent ſeparati locis, ideo conueniēs B erat ſeparari eos.

Sed ſciendum, ꝙ maior differētia adhuc erit inter bonos & malos in iudicio, quia boni erūt in aere, mali vero in terra. ita enim dixit Apoſt. 1. Theſſa. 4. c. ſ. rapiemur obuiam Domino in aera, & ſic ſemper cū eo erimus. & iuſtū eſt, vt boni in aere ſint propter dignitatem iudiciariam, quia omnes boni aliquomodo iudicabunt, & tñ ſedes iudicum altiores erunt quam loca iudicandorum. Secundo propter dignitatem meritorum. nam cum merito differant boni & mali, iuſtū eſt etiam, vt differant loco, cum differentia loci competat ex dignitate. Tertio quia cum boni in ęternum ſint manſuri in cęlo iuſtum eſt, vt iam illuc properēt. ſic dicit in auctoritate allegata Apoſtoli. ſ. rapiemur obuiam Chriſto in aera, & ibi ſemper cū ipſo erimus. C Quarto competet hoc ad confuſionem malorū. confundentur enim videntes iuſtos in tanta exaltatione, quos aliquando contempſerunt Sapien. 5. cap.

De malis autem iuſtum eſt, vt in terra maneant, qa terrena ſola amauerunt. Secundo quia nullo maiori bono digni ſunt quam ꝙ in terra maneant. Tertio qa nulla cauſa eſt quare ſint in aere, cum non ſint aſcēſuri ſupra, ſed deſcenſuri ad inferos, ideo erunt mali in terra, & ad partem ſiniſtram, boni vero ad dexteram, & in aere: & ita erunt oues ad dexteram hædi ad ſiniſtram. Cum autem dr ſupra qō. 303. ꝙ mali vocantur oues. Dicendum ꝙ mali non vocant ibi oues, ſed hñt D aliquam ſimilitudinem cum ouibus. nam in inferno erunt mali, ſicut oues, ideſt congregati, ſicut oues, & ſicut ducuntur oues ad occiſionē, ita ducentur mali ad inferos. ſed non vocantur oues ſimpliciter. hic aūt cum oues & hædi comparantur, boni vocantur oues.

An aliqua ſigna præcedent aduentum Chriſti ad iudicium. Quæſt. CCCVII.

CIRCA ea quæ pertinent ad iudicium eſt nūc dubium, & quia multa poſſunt quæri primo de ſignis, eſt dubium. ſ. an aliqua ſigna pręcedent aduentū Chriſti ad iudicium. Aliqui dicunt ꝙ non, quia homines erunt ſecuri ante diē iudicij, & ſubito veniet dies iudicij ſicut dicit præced. c. de die illa nemo ſcit, & ꝙ & bibentes, & nuptui tradētes vſque ad diem qua ingreſſus eſt Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. & tñ ſi ſigna præcederent non poſſet eſſe in hominibus tāta ſecuritas, ergo nulla ſigna præcedēt. Secundo confirmatur idem quia 1. Theſſa. 5. ca. dicit. cum dixerint pax, & ſecuritas repentinus ſuperueniet interitus. & tamen non haberēt homines iſtam ſecuritatem, ſi aliqua ſigna pręcederent quæ eos terrerēt. ergo nulla talia præcedent. Tertio patet quia vī, ꝙ iſta ſigna ſint contra intentionem aduētus Chriſti: ſigna enim ordinantur ad manifeſtationem rei, ſed aduentus iſte Chriſti debet eſſe occultus 1. Theſſa. 5. c. ſ. dies Domini ſicut fur, ita in nocte veniet. & iſtud idem ſignant parabolæ poſitæ præce. c. de patrefam. neſcien-

te qua hora fur venturus eſt. ergo non p̄cedent ſigna aduentum. Quarto quia primus aduentus Chriſti pręcognitus, & prænunciatus fuit a plurimis, & tempus illius prædictum fuit, non eſt autem ſic de ſecūdo aduentu, & tñ non præceſſerūt aliqua ſigna ad primum aduentum. ergo a fortiori non præcedent ad iſtū. Dicendum ꝙ aliqua ſigna pręcedent ad iudicium. Et patet primo ex q. diſcipulorum: ipſi enim quæſiuerunt, quod ſignum eſt aduentus tui, & cōſummationis ſeculi? ergo aliqua ſigna præceſſura putabant ad conſummationem ſeculi, ſiue diem iudicij qui idem eſt. Secūdo quia Chriſtus poſuit ſigna aliqua. dixit enim Luc. 21. c. erunt ſigna in Sole & Luna & ſtellis. & iſta non ſunt ſigna, niſi conſummationis ſeculi, vt ibi innuitur. Tertio quia præce. c. poſuit Chriſtus aliqua ſigna expreſſe. ſ. ſtatim poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuū, & ſtellæ de cœlo cadent, & virtutes cęlorum mouebuntur. Quarto, quia dr, tunc apparebit ſignum Filij hominis in cœlo. ergo aliquod ſignum erit aduentus Chriſti. Quinto patet, quia hoc competit ex dignitate Chriſti venientis ad iudicādum. Chriſtus enim ad iudicandum veniens in forma glorioſa apparebit propter auctoritatem quæ iudici debetur. ad dignitatem aūt iudiciariæ poteſtatis pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam, & ſubiectionē inducant, & ideo aduentum Chriſti ad iudiciū venientis multa ſignа præcedent, vt corda hominum in ſubiectionem venturi iudicis præparentur his ſignis commonita.

Ad primum in oppoſitum dicendum vno modo, ꝙ pax & ſecuritas erit malorum, qui ſeipſos deſperāt, & non aduertent ad ſigna iudicij, boni autem non habebunt ſecuritatem, neque erit iſta res ſubitanea inter eos.

Aliter dici poteſt, quòd licet ſigna præcedant iudicium non ita certificant, ꝙ determinate nouerint homines tempus, & ſic ſemper erit locus illi incertitudini, & vt ſubito ſuperueniat dies illa, vt magis dicetur ſeq. q. Ad ſecundum idem dicendum eſt, & maxime de malis intelligitur qui non aduertentes ad hæc vacabunt voluptati, & vere his omnia hæc erunt ſubito aduenientia.

Ad tertium dici poteſt vno modo, quòd accipiatur dies Domini cuiuslibet: tunc. n. Deus venit ad quemlibet, quia eum iudicat, & diffinit de eo vltimate quid habiturus ſit, & efficit hanc rem notabilem circa eū, quòd vitam ei aufert, & ita accipitur aduentus Filij hominis præceden. cap. quando de patrefamilias neſciente qua hora fur venturus eſt dicitur, ſ. vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora Filius hominis veniet, ideſt in qua die moriemini, & ita bene venit ſicut fur quia Chriſtus aduentum furis per noctem dixit aduētum hunc in morte.

Aliter poteſt accipi pro aduentu ad iudicium, ſed tūc dies Domini poteſt dupliciter accipi. Vno modo determinate pro ipſo die iudicij. Alio modo pro ipſo E die cum omnibus diebus præcedētibus ad diem iudicij, ex die quo ſigna fieri cęperint oſtendētia iudiciū. Accipiendo primo modo dies Domini eſt ſicut fur, quia tempus determinatum neſciretur, quando erit ille dies, licet aliqualiter de tempore conijciamus per ipſa ſigna quæ præceſſerint. Accipiendo ſecundo modo eſt verum, quòd erit totaliter ignotus ille dies, qa antequā ſigna illa incipiant, nihil habemus per quod ſciamus, aut ſaltem cogitare poſſimus, quādo illa incipient, an cras an vſque ad ducentos annos.

Ad quartum dicendum, quòd cōe eſt vtriq; aduentui Chriſti, quòd cognoſci debeat tunc ſaltem quādo eſt, vt non accidat, quòd ſit aduētus præteritus, & neſciatur, an fuerit, & hoc eſſet inconueniens, ſed iſtud

non eodem modo competit vtrique aduētui. primus enim tunc qñ erat non debebat esse manifestus, ita ꝙ nemo de illo dubitare posset, quia tunc tolleretur meritū fidei, & quod plus erat, impediretur passio Christi, per quam saluandi eramus. nam si aperte illum cognouissent homines esse Messiam, ita vt non dubitaretur de eo apud Iudæos, nemo mitteret manum in eum, quia totus reliquus populus pro eo pugnaret, & multo magis si constaret eum esse Deum. sic dicitur 1. Corin. 2. c. si cognouissent, nunquam regem gloriæ crucifixissent. de quo latius dictum est supra 22. c. circa finem in multis quæstionibus. Vnde licet aduētus, ideſt tempus adueniendi esset determinatum, nō debuit persona pro tūc esse omnibus nota. ad quod iste modus fuit conueniens, vt per prophetas prænunciatum esset tempus aduentus eius, & locus natiuitatis, & aliæ circunstantiæ, vt ex illis constaret iam aduenisse, quando tempus lapsum esset, & daretur notitia aliqualiter de persona postquam transiisset, sicut fuit de Christo. nam licet esset tempus aduētus primi determinatum, nulla erat via ad cognoscendam personam eius antequam aliquid faceret, sed postquam prędicauit, miracula fecit, & mortuus est, atque surrexit, cognosci potuit etiam a perfidis, ꝙ ille esset Messias qui talia egisset, & in tempore determinato ad veniendū venisset, & ideo non oportuit, immo non fuit conueniens præmitti signa, quia illa ostēderent fortassis manifeste, ita vt neque persona latere posset. De aduētu ad iudicium secus est, quia ꝙ Christus aduenies tūc cognoscatur cum venerit non est inconueniens, immo hoc requiritur, quia ad hoc prodest, vt cuncti videant eum venientem & iudicantem, & sciant a quo condemnati, aut absoluti sunt. ideo non est inconueniens signa præmitti, sed conueniens, & tamen non cōuenit esse tempus determinatum, vt homines semper incerti de illo die, semper expectent illum diem, & vigilent quasi omni hora venturus esset ille dies.

Aliter etiam dici potest, ꝙ ad vtrunque aduētum præcedūt signa. nam ad primum præcessit signum ortus stellæ, quæ Magis apparuit in Oriente. supra 2. c. & non differt, an ante natiuitatem orta fuerit, an in ipso die natalis. Satis enim est, ꝙ ad iudicādum Christi natiuitatē apparuerit: similiter & pastores viderunt Angelos cantantes, & illi annunciauerunt Christum natum in Bethlehem Luc. 2. ca. Amplius quoque in sacra Scriptura signa posita fuerunt, vt Aggęi. 2. c. s. adhuc modicum, & ego mouebo cęlum & terram &c. & sequitur, & veniet desideratus cunctis gentibus, & multa similia apud prophetas ponuntur.

Sed dicendum ꝙ dicuntur nō præcessisse signa, qa ista non manifestauerūt personam, sed tempus. nam tempus etiam nullo signo præcedente notificatum erat per prophetas, siue per hebdomadas Danielis, siue per multa alia, & tñ persona non notificata fuit, immo quando Christus venit, apud omnes Iudæos erat suspicio quædam de aduentu Messiæ, quia tēpus erat completum. Et ideo faciliter quemlibet dicentem se esse Messiam suscipiebant, sicut supra ostensum est p̄ced. c. cum dicitur surgent multi pseudo Christi. personam tamen scire non poterant ex aliquo signo, neque sciuerunt, ideo plurimi tunc errauerunt. fuit autē conueniens quantum ad primum aduentum præcognosci tempus, quia si nō cognoscerętur, cum etiam persona nesciretur, posset transire aduentus, & nesciretur, an venisset Christ⁹, ideo debuit designari. Secus de secundo aduentu, quia tam manifeste tunc veniet Christus, ꝙ ēt si homines ignorare voluerint non poterunt. nam morientur tunc oēs, & resurgēt, & adducentur ante eum, & non poterunt ignorare illum ante quem constituti erunt, & quem videbunt sedentē in nube cum maiestate. vnde etiam si nō præcederēt signa ad illum aduentū non poterat ille ignorari, nec propter hoc præcipue ponūtur signa, vt non ignoret, cum fuerit, sed vt homines per hęc quasi admoniti disponantur ad recipiendum aduenientem iudicem.

An signa præcedentia iudicium dabunt certitudinem eiusdem diei, ita vt non sit nobis subitaneus.
Quæst. CCCVIII.

QVAERETVR, quomodo se habebunt signa ista præcedentia iudicium, & an dabunt certitudinem, ita vt non veniat dies iudicij quasi subitaneus.

Dicendum ꝙ signa præcedentia iudicium non reddent certum tempus aduentus. Et patet primo, quia præce. c. & Mar. 13. dicitur de die autē illa nemo scit. & tñ si signa certificarent sciretur dies. ergo non certificant tempus illa signa. Secundo patet, quia positis illis signis adiūxit Christus parabolam de patrefamil. nesciente quando fur venturus est ad suffodiendum domum, & conclusit vigilandum esse, quia nescimus diem, quando Filius hominis vēturus est. ergo signa non certificant tempus. Sed tunc dicetur, cum signa ista non certificent tempus ad quid præcedunt? Aliqui dicunt, ꝙ præcedent non quidem ad notificandū, ꝙ dies iudicij erit, sed ad certificandum ꝙ erit, & istud certissime ostendunt. Dicendum ꝙ non stat. primo, quia ad notificandū, ꝙ dies iudicij aliquando futurus est, non oportet ꝙ ponantur aliqua signa, sed solum ꝙ Christus diceret. nam cum ipse dixit futurum esse iudicium, manifestum est ꝙ aliquando futurum est, & non est necesse, neque vtile poni aliqua signa, quia illa signa nullam certitudinem adderent ad verbum suum. Secundo quia si signa ostendēt, ꝙ futurus erat aliquando dies iudicij, videtur ꝙ antequam illa signa venirent non constaret, an dies iudicij ventura esset, & tamen nunc nondum inceperunt signa iudicij, ergo nō est adhuc certum, an futurum sit iudicium, qd hæreticum est. cum sit articulus fidei Christum venturum esse ad iudicādum viuos, & mortuos. Est ergo dicendum, ꝙ signa præcedentia iudicium fiēt ad ostendendum quando erit dies illa, sic patet præce. ca. cum dixerunt discipuli. dic nobis quando hæc fiēt, & quod est signum aduentus tui, & consummationis seculi, & Mar. 13. ca. magis aperte dr. dic nobis qñ ista fient, & quod signū est, qñ oīa hæc incipient consummari.

An signa præcedentia iudicium determinent tempus, & quomodo poterit esse securitas. Quæst. CCCIX.

SED tunc quæretur, cum illa sint signa ostendēdo quando erit, quomodo non determināt tempus, & quomodo poterit esse securitas, quando superueniet ille dies? Aliqui dicunt, ꝙ ista sunt ad ostendendum tempus, & tamen erunt multo tempore ante iudicium ideo non designant illud, neque erit suspicio de adiudicij, quando veniet.

Dicendum ꝙ non stat, primo quia præced. ca. dicitur cū ista videritis scitote, quia prope est, & in ianuis. ergo non multo tempore post. Secundo quia roboratur vtilitas signorum. nam ad hoc præcipue prodest signa, vt homines quasi exterriti per illa commoueantur, vt se disponant ad recipiendum iudicē puris mentibus, & tñ si certum esset, ꝙ finitis signis post lōgum tempus futurus esset dies iudicii non disponerentur homines ad suscipiēdum iudicem, quasi non infra eius aduentus, & ita essent inutilia signa. Tertio, quia potius essent nociua. nam cum certum esset nō futurum diem iudicij vsque ad multum tps post signa illa signa acciderent, redderentur hoīes certiores & securiores de vita mundi. nam nullis signis datis non sumus certi, neque de vno die durationis mundi. existentibus autem talibus signis certum esset multum tempus restare post signa, & ita securiores homines essent, & nemo se disponere curaret, quasi non esset futurus dies iudicij, tunc cum ipse viuere naturaliter poterat, sed post mortem suam, quod est magnum inconueniens.

Alij ergo dicunt, ꝙ non est certum post illa signa multum distare diem iudicij, & tamen neque est certum propinquare, sed sub dubio relinquitur. Sed dicēdum ꝙ non stat, quia si non est certum, an multo, an paruo tempore post signa iudicium eueniet nihil proderunt signa. nihil enim magis prodesset dari illa per vnum annū ante diem iudicij, quam data esse ab initio mundi. cum vtrobiq; relinquatur incertitudo. Secundo, quia etiam hoc modo essent inutilia signa. s. quia nemo se disponeret propter hāc incertitudinē. putare posset enim, ꝙ fortassis post multos annos, & vltra suam ætatem istud euenturum esset. Tertio & efficacius patet, quia necesse est dici, ꝙ pauco tēpore post signa completa sit dies iudicij, quia dicitur præce den. c. ab arbore fici discite parabolam, cum iā ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia prope est æstas. ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est & in ianuis. Hoc autem signat propinquitatem & magnam quidem, cū dicat in ianuis est. ergo cito erit dies iudicij post signa.

Dicendū ergo ꝙ veritas est signa prędicentia ostēdere diem iudicij de propinquo venturum, & tamen non ex hoc determinat dies certus aduentus, & vtrunque Christus declarauit. nam positis signis putaret aliquis, ꝙ forte dies iudicij multo tempore venturus erat post signū, & ita nemo aduerteret ad signa quasi ad inutilia, ideo Christus abstulit istud inconueniens dicens. ab arbore fici discite parabolam. q.d. non credatis, ꝙ post hæc signa diu durabit mundus, sed cito veniet finis, prope est enim & in ianuis. Et rursus quia propter hoc, ꝙ dixerat in ianuis est, putaret quis, ꝙ sequenti die, vel hebdomada futurus esset dies iudicii. ad tollendum hunc errorem addidit. de die autem illa nemo scit & hora, ideſt, licet sciatis ꝙ prope est, & tamen ex hoc non determinatur vobis hora.

Quantæ quantitatis erit tempus inter signa ac diem iudicij.
Quæst. CCCX.

SED rursus quæritur, an illud tempus erit aliquantulum longum, aut multum breue, quod erit incertum signa & diem iudicij. Aliqui dicunt, ꝙ est ignotū, & ꝙ potest esse satis magnum, cum non cōstet ex aliquo loco quantum illud sit. Cum autem obijcitur, ꝙ cum hæc signa visa fuerint prope est & in ianuis. Dicunt ꝙ istud intelligitur respectu Dei, ante quem magnum tempus est quasi nihil, iuxta illud Psal. 91. quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit. Et ita aliqui volunt, ꝙ nō est certum an forte decem, vel viginti, vel centum, aut pluribus annis sit futura dies iudicij post signa. Et ita dicit Aug. in epistola ad Esichium. s. sic autem Euangeliū dicit. de die autem illa & hora nemo scit, tu autem discis. ego aūt dico neque mensem, neq; annū aduentus ipsius scire posse: ita enim hoc vr̄ sonare, tanquā non possit sciri quo anno vēturus, sed possit sciri qua hebdomada annorum, vel qua decade, tanquam dici possit atque diffiniri inter illos septem annos, aut decē, aut cētum, vel quotlibet seu maioris, seu minoris numeri. si autem hoc te non comprehēdisse præsumis, hoc sentis quod ego.

Sed dicēdum, ꝙ ex verbis Christi de breuitate ad-

uentus ad iudicium post signa, non apparet aliqd determinatum tempus posituè quantumcunque illud fit: apparet tamen negatiue, ꝙ magnum non sit, ideſt ꝙ non sint ducenti anni, neque centum, immo neq; quinquaginta, & forte neque decem. De primo patet, quia cum tempus nō ponatur determinatum, & nulla ratio appareat ad determinandum, non videtur quare potius dicamus tantum quam tātum, vnde intra totam illam magnitudinem, vtpote decem vel qn decim annorum, aut paucorum, dubitare licet quæ pars temporis sit post signa quando erit dies iudicij. De secundo apparet, quia Christus dixit prece. c. cum hæc videritis scitote, quia prope est & in ianuis, sed quod in ianuis est, iam incipit esse intra domum, ergo valde propinquus signatur futurus dies iudicij. Secundo patet, quia non solum ex fine signorum, sed ēt a principio eorum vsque ad diem iudicij paucum tēpus restare videtur, quia Luc. 21. c. ponuntur signa, & statim sequitur. his fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, qm̄ appropinquat redēptio vestra. & tamen si multo tpe post esset dies iudicij, frustra diceretur leuate capite vestra quasi ad aliquod bonum cum non visuri essent illud. ergo non erit post multo tempore. Tertio apparet ex modo parabolę quā Christus ponit prece. c. s. cum ramus ficus est tener, & folia nata scitis, quia prope est æstas, ita & vos cū hæc videritis fieri scitote, quia prope est, & in ianuis, & Luc. 21. scitote quia prope est regnum Dei, sed cum ficus habet folia parum distat æstas. ergo parum distat dies iudicij cum hæc signa præcesserint. Quarto patet, qa si multo tempore iudicium fieret post signa, vtpote quinquaginta, vel sexaginta, aut centū annis ad nihil prodessent signa, quia ista sunt ad hoc, ꝙ homines cōmoniti per hæc disponantur ad aduentum iudicis, & tñ si tanto tpe post signa fieret iudicium, nemo ad illud disponeretur per signa, quia omnes qui signa viderent mortui essent ante iudicium, vt si centum annis aut octoginta postea accideret, qui vero tempore iudicij inuenirentur nulla vidissent signa, & ita signa illa essent inutilia, quia nullis videntibus ea proficerēt, quod est inconueniens. ergo necesse est dici, ꝙ in diebus illorum qui ista signa viderint futura sit dies iudicij, & ita non transibūt multi anni. Quinto, quia cum dixisset, ꝙ cum hæc facta fuerint prope est, & i ianuis, addidit, de die autem illa nemo scit, q.d. tempus paruum restat post signa vsque ad diem iudicij, nō tamē propter hoc est notus dies iudicii, quia potest differri per aliquanta tempora, sed non videtur esse multum tempus, quia non fecit dubitationem de anno vel annis, sed de die. Sexto, quia si multo tēpore post signa sequeretur dies iudicij, cum illa non mouerent homines præsentes ad disponendum se, cum in diebus eorum non euenturum esset iudicium, non prodessent ista signa, nisi per modum memoriæ. s. quòd signa aliqua ad iudicium præcesserūt, ideo iudicium futurum est, & tunc non plus esset, ꝙ signa præcederent ad iudicium per quinquaginta annos, quam quòd facta essent tempore Abrahę cum iam esse futurum iudiciū ex illis sciremus. Septimo quia signa præcedētia iudicium non sunt ad ostendendum, ꝙ iudiciū futurū sit, sed qñ futurum est. nam ad ostendendū, ꝙ futurū est satis est, ꝙ assereretur a Christo, & tñ si multo tpe post signa sit futurū iudicium, & nō determineret ex eis nō prosunt ad signandum, iō necesse est ꝙ cum non desi gnetur ex eis certum tempus, ꝙ certitudo sit per hoc, quòd quasi statim post signa futurum sit iudicium.

Dicendum ergo vr̄ ꝙ pauci dies transibunt post signa vsque ad diem iudicij, & forte non duo, vel tres anni, & non est satis verisimile plures transire consideratis præcedentibus, & modis loquendi Christi

de breuitate temporis, & conditionibus signorum, quæ omnia ad hæc inducunt, licet designare tempus determinatum nemo potest.

Ad rationem in contrarium, ſ. quoniam mille anni ante oculos tuos &c. Dicendum ꝙ non agitur hic de comparatione temporum ad Deum, quia non ſolum mille anni, ſed etiam vniuerſa tempora complectitur ſuo inſtanti permanente æternitatis, ſed agitur de tempore, vt notificatur nobis, quia ſigna ponũtur ad notificandum nobis aliqualiter, quãdo erit dies iudicij, ideo oportet accipi multum & paruum in tempore, & propè & longè ſecundum conditionem noſtram, ſed nõ ſolum mille anni, ſed etiam viginti ſunt nobis multum tempus, ideo pauci anni erũt. Ad illud vero quod Augu. dicit ad Eſichium dicendum ꝙ verum eſt, ꝙ nõ determinatur hic tempus poſitiue, ſed negatiue vel priuatiue, ſ. ꝙ non erunt multi anni, & ideo non aſſentio ei, quod dicit de centum annis, aut pluribus, quia nõ videtur rationabile, ꝙ ſit vltra duos vel tres, aut valde paucos annos propter rationes ſupra poſitas.

Quomodo poterit eſſe tanta obliuio in iudicio, vt ſint homines, ſicut in diebus Noæ. Quæſt. CCCXI.

QVAERETVR cum ergo paucum tempus inter ſigna & iudiciũ erit, quomodo poterit eſſe tanta obliuio vel ſecuritas, vt ſint homines, ſicut in dieb⁹ Noæ edentes, & bibentes, & plantantes vineas vſque ad diem qua venit diluuium, & perdidit omnes præc.c. & ſicut in diebus Loth nemo ſolicitus fuit in Sodomis quouſque egreſſus eſt Loth, & venit ignis de cælo & exuſsit omnes Luc. 17. Aliqui dicunt, ꝙ iſtud erit quantum ad malos qui erunt incredduli. nõ enim credẽt futurum diem iudicij, neque iſta ſigna aliquid deſignaſſe. & ideo vacabunt voluptatibus, & qñ venerit dies iudicij inopinate veniet eis, quia nihil de illa cogitauerant, boni autem per terrorem præcedentiũ ſignorum erunt humiliati expectantes diem illũ. Sic dicit Chry. in Homil. laſciuia erit, & pax his qui inſenſibiliter diſpoſiti ſunt, propter quod non dicit Apoſt. cum fuerit, ſed cum dixerint pax & ſecuritas, inſenſibilitatem eorum oſtendens, ſicut illorum qui fuerũt I in diebus Noæ, quando mali laſciuiebant, & non iuſti, ſed in tribulatione, & triſtitia pertranſibãt. hinc autem oſtendit, ꝙ cum Antichriſtus venerit, indecẽtes voluptates aſſumentur apud eos qui iniqui erunt, & de propria deſperabunt ſalute, & ideo exemplum poſuit huic rei conueniẽs. cum enim arca fabricaretur, præiacebat quidem in medio futura prædicens mala, mali autem non credentes, ac ſi nullum fuiſſet futurum malum laſciuiebant. Dici poteſt vno modo, ꝙ illi qui iſtam ſecuritatem habebunt, & vacationem delitiarum erunt mali, & iſtis ſuperueniet dies iudicij ſubito. bonis vero nõ ſuperueniet ſubito, ſed poſt ſigna erunt ſp̃ expectantes diem iudicij, & tñ neſciẽt illam K quouſque veniat, & ideo illi vigilantes erũt, ſecuri tñ non erunt, quia ita Chriſtus admonuit Luc. 21. c. nam poſtquam poſuit ſigna præcedentia ad iudicium ait. attendite ne grauentur corda veſtra crapula, ebrietate, & curis huius ſeculi, & ueniet in vos repẽtina dies illa, tanquam laqueus enim veniet ſuper oẽs qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. & ideo hoc modo ſecuritas, & pax, & vacatio delitiarum erit ſolum illorũ qui iſta non credent, vel mali erunt. Aliter poteſt dici ꝙ iſta ſecuritas, & quies erit omnium tam bonorum ꝙ malorum: & patet quia nõ erit ex incredulitate, ſed ex ignorantia, & patet quia dr̃ præc.c. de die autẽ illa nemo ſcit. & ſtatim ſequit, ꝙ erit ſicut in diebus Noę, ſ. ꝙ comedebant, & bibebant &c. ergo vr̃ ꝙ illud co- F medere & vacare voluptatibus proueniet ex ignorantia diei illius. Secundo patet quia præce.c. dr̃ in diebus Noe erant comedentes, & bibentes quouſque introiuit Noe in arcã, & non cognouerunt, & venit diluuiũ & tulit oẽs, ſic autem erit in aduentu filij hominis. ergo vr̃ ꝙ erit hoc, quia ignorãt diem illum. Tertio patet, & efficacius, quia dr̃ eo. c. tunc duo erunt in agro, vnus tolletur, & alius relinquetur, duæ erũt molentes in mola, vna aſſumetur & alia relinquet, & duo erũt in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur, ſed qui aſſumuntur boni ſunt, qui autem relinquentur mali ſunt, vt eo. c. expoſitum eſt. ergo eandem ignorantiã, & vacationem in occupationibus habebunt boni & G mali. nam eſſe in agro, & molere in mola pertinet ad exercitationem. eſſe autem in lecto pertinet ad vacationem & requiem, & omnia iſta ponuntur cõia bonis & malis. ergo omnibus competet quies illa, & ſecuritas. Eſt ergo dicendum ꝙ bonis & malis hoc competit, ꝙ poſt ſigna iudicij comedant, & bibant, & vxores ducant quaſi nihil timeant malum tunc in preſenti, & cauſa erit quia licet præceſſerint ſigna ad iudiciũ non veniet ſtatim dies iudicij, ſed aliquod tp̃s mediũ erit quietis, & in illo tẽpore deſinent homines timere, neque erunt ſoliciti de die iudicij, quia neſciũt qñ veniet, & tunc veniet ſubito. Sic dicit Hierony. ſuper Matt. ſuper illo verbo erit, ſicut in diebus Noę. ſ. quęritur aũt qũo ſupra ſcriptũ ſit, ſurget gens contra gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fa- H mes, & terrores, & nunc ea memorentur quæ paucis iudicia ſunt? Rñdet ſed æſtimandum, ꝙ poſt pugnam & cætera quibus vaſtabitur humanum genus, breuis ſubſecutura pax ſit quę quieta omnia repromittat, vt fides credẽtium comprobet. Aliter poteſt dici, ꝙ nulla ſecuritas, aut quies erit, ſed cõtinua expectatio diei iudicij, & tñ quia neſcient diem iudicij, neque horam & non ſtatim venient, vt finita fuerint ſigna, neceſſe eſt vt interim comedant, & bibant, & dormiant, & agros colant, & molant frumentũ in mola, & alia opera humanæ neceſſitatis exerceant, & tunc cũ iſta fuerint exercentes, ſuperueniet ſubito iudicij tempus, ideſt ignis de cœlo qui deuoret omnia, in quo moriantur omnes qui tunc viuunt, & quaſi in momento reſurgant. Et ideo verum eſt, quòd duo erunt in agro, vnus aſſumetur alius relinquetur, & ita duæ erunt in mola, & duo in lecto, ideſt tam boni quam mali exercentes hæc, & quidam illorum ſaluabuntur alij peribunt. Cum vero dr̃, ꝙ vacabunt delitijs, quia erit ſicut in diebus Noæ, poteſt dupliciter reſponderi: vno modo ꝙ in diebus Noę omnes homines qui generaliter non credebant futurum diluuium vacabant delitijs, quaſi nullum malum venturum eſſet, & venit ſubito diluuium. nunc vero non erit omnino ſimile tempori iudicij, ſed ſolum quantum ad ignorantiam. ſ. quando diebus Noę, quia ignorabant vacabant delitijs, aute iudicium vero erunt ignorantes diem quouſq; ſubito veniat tempus iudicii. Aliter poteſt dici, ꝙ nõ ponit hic vacatio delitiarum, ſed quotidianæ neceſſitates, i. comedere, bibere, & colere agros, & molere frumentũ, & dormire. nam pro oĩ die quaſi ſunt iſta neceſſaria. ducere aũt vxores non eſt, p̃ quolibet die, ſed ad longum tp̃s, & quia ignorabit, qñ erit dies ille, aut quantũ tardabit, ẽt vxores ducent, & in iam ꝛcto matrimonio perſeuerabunt, & non eſt mirũ, ꝙ iſta exeeant hoĩes ante diẽ iudicii. nam ẽt ſi determinate nouſcent diẽ iudicij in quolibet die p̃cedente comederẽt, & biberent, & dormirent, licet orationibus vacarent, & tñ in ipſo die iudicij non comederent, & biberẽt, & maxime non iacerẽt in lecto, neq; colerent agros, aut molerẽt triticũ, qa nulli hæc p̃futura erunt, & tñ iſta facient. nã tunc cũ ſuperueniet iudicij tp̃s. i. in ipſa hora

hora diei, vel noctis erunt aliqui colẽtes agros, & alij A molentes in mola, & alij iacentes in lecto, & in locis ipſis moriẽtur. ergo videtur quòd hoc fiet, quia ignorant, quando futurus erat dies ille.

An decimaquinta ſigna quæ communiter ponuntur præcedentia ad iudicium ſint vera. Quæſt. CCCXII.

QVAERETVR de ſignis quæ præcedẽt iudicium quot, & quæ erunt illa.

Aliqui dicunt, ꝙ iſta erunt quindecim, quæ ponit Hieron. & dicit inueniſſe in annalibus Iudæorum. Primum eſt, ꝙ primo die exaltabuntur maria omnia qn decim cubitis ſuper vniuerſos montes. Secũdum eſt, ꝙ omnia æquora, ideſt, aquæ maris humiliabuntur in profundum, ita vt vix poſſint videri. Tertiũ eſt, ꝙ redibunt in antiquum ſtatum, & erit tertio die, ſicut ſecũdum die ſecundo, Quarto die omnes beluæ, & cętera quæ mouentur in aquis congregabuntur in aquis, & eleuabuntur ſuper pelagus, & mugient. Quinto die omnia volatilia cęli congregabuntur in campis inuicem plorantia, nihilque guſtantia, aut bibentia. Sexto die flamma ignea ſurget ab occaſu Solis vſque ad ortum currens contra faciem firmamẽti. Septimo die omnia ſydera errantia, & fixa ſpargẽt ex ſe igneas comas, ſicut cometæ. Octauo die erit magnus terræmotus, ita vt omnia animalia proſternanr̃. Nono die omnes lapides, tam magni quam parui diuidẽtur in quatuor partes, & vnaquęq; aliam collidet. Decimo omnes plantæ ſanguinem mittent rorẽ. Vndecimo omnes colles, & ædificia in puluerem redigẽtur. Duodecimo omnia animalia veniẽt ad campos de ſyluis, & montibus rugientia, & nihil guſtãtia. Tredecimo omnia ſepulchra ab ortu Solis vſque ad occaſum, patebunt cadaueribus ad ſurgendum. Quartodecimo homines de habitaculis ſuis recedent, non intelligẽtes, neque loquentes, ſed diſcurrẽtes. Quintodecimo die omnes morientur, & reſurgent cum mortuis longe ante defunctis. Sed dicendum, ꝙ iſta ſigna non ſunt vera, & forte nullum ipſorum præcedet ad iudicium. D Et patet primo, quia Chriſtus ponit alia ſigna, & nullum iſtorum præce ea. & poſitis illis ait. cum hæc fieri videritis ſcitote, quia prope eſt, & Ianuis. ergo factis illis ſignis quæ Chriſtus ponit fiet iudicium, ſed Chriſtus nulla ſigna iſtorum ponit, ergo non erunt iſta p̃cedentia ad iudicium. Secundo, quia poſitis ſignis ad iudicium, cum Chriſtus dixerit ſcitote, quia prope eſt & in ianuis, dixit, de illo die & hora nemo ſcit, i. ſcitis ſignis iudicij non ſcitur, adhuc dies iudicij, & tamen ſi iſta eſſent ſigna iudicij ſcitis ſignis ſciretur dies iudicij, cum ponantur quindecim ſigna futura in quindecim diebus continuis, & in quintodecimo erit mors, & reſurrectio omniũ, & tñ dies reſurrectionis eſt dies iudicij. ergo manifeſtum eſt, ꝙ ille eſſet dies iudicij, & ita eſſet notus dies iudicij notis ſignis, quod falſum eſt.

Tertio quia dicitur præce. cap. ꝙ aduentus Chriſti E ad iudicium erit, ſicut in diebus Noę, cum homines manducabant, bibebant, & vxores accipiebant, & nõ cognouerunt vſque ad diem qua venit diluuium, & tulit omnes, & ita notatur ſecuritas tempore iudicij, ſed datis his ſignis nulla poſſet eſſe ſecuritas poſtquã ille inciperent, quia talia hoĩem turbarent, & pauidũ redderent. maxime quia ſcirent omnes homines, ꝙ die quintodecimo morituri erant. ergo nullam poſſent habere ſecuritatem, ſed habebunt illã, ergo non ſunt illa ſigna iudicij.

Quarto, quia expletis ſignis ad iudicium non erit ſtatim dies iudicij præced. c. cum hæc fieri videritis ſcitote, quia prope eſt, & Luc. 21. c. his fieri incipiẽtibus leuate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra. ergo prope eſt dies iudicij, ſed non ſtatim erit, & tamen datis ſignis illis in vltimo die, & ſigno eorum, ſ. quintodecimo eſſet dies iudicij, cum ibi dicãtur morituri omnes homines, & reſurrecturi. ergo non ſunt illa ſigna.

Quinto patet, quia dicitur præcedenti cap. ꝙ tunc erũt duo in agro, & vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. & duæ molẽtes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur, & duo in lecto &c. & iſtud eſt in die iudicij cum dicatur. vnus aſſumi, & vnus relinqui, ideſt ambo morientur ſimul, ſed vnus aſſumetur ad gloriam, B alius relinquetur ad pœnam, hoc autem in ipſo die iudicij fiet, quando omnes morientur, ſed nõ poteſt intelligi iſtud datis illis ſignis, quia ſecundum illa dies quintuſdecimus eſt, quando morientur homines, & reſurgent, & ex die præcedentĩ quartodecimo erunt de domibus recedentes, & non intelligentes, ſed diſcurrentes. ergo nemo eſſet in lecto, nemo in mola, aut colendo agrum, & ſic falſa ſunt illa ſigna.

Sexto patet, quia multiplicatio iſta ſignorum videtur poſita eſſe ſine cauſa, cũ nihil ſit in ſacra Scriptura, vnde habeat originem. Eſt autem verum, quòd prima duo ſigna poſſent habere aliquem colorem, quia illa ſunt de ſtatu maris, & tamen vnum de ſignis præcedentibus indicium erit in mari Luc. 21. c. & tamen adhuc non bene conſonat, quia ibi dicitur areſcentibus hominibus, & dicitur, & in terra preſſura gẽtium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum: & tamen eleuatio maris ad æqualitatem montium non eſt turbatio præ confuſione fluctuum maris. ergo nõ eſt veriſimile, ꝙ eueniet talis eleuatio, & talis depreſſio.

Septimo, quia iſta videntur eſſe ficta quantum ad plurima ipſorum, cum nullam rationem habeant, vt cum dicitur in nono die, quòd lapides in quatuor partes diuidentur & collidentur, quia dicere ꝙ diuidantur in quatuor vel quinque partes, aut tres vel duas, non videtur habere rationem aliquam.

Octauo, quia poſt colliſionem lapidum ponuntur omnia animalia manere, & tamen non videtur quomodo poſſit ſtare, quòd omnes lapides parui & magni qui in mundo ſunt diuidantur, & concutiantur, & inter lapides non conterantur, & ardantur omnia animalia, cum vbique ſint lapides, & nõ videtur quomodo omnes lapides inter ſe collidãtur, & in medio non capiantur animalia, & comminuantur.

Nono, quia videntur incompoſſibilia hæc, ſcilicet, quòd in nono die omnes lapides conterantur, & tamen quòd in vndecimo die omnes mõtes, & colles, & ædificia in puluerem redigantur: plurimæ tamen partes montium & ædificiorũ ſunt lapides. ergo iam in nono die pro maiori parte iſta periſſent.

Decimo quia videntur incompoſſibilia vndecimũ & duodecimum ſignum. nam in vndecimo dicitur, quòd montes & colles ſoluentur in puluerem, & in duodecimo dicitur, quòd de ſyluis, & montibus venient omnia animalia ad campos clamantia. Et tamẽ ſi montes, & colles ſoluti ſunt in puluerem in vndecimo die nõ potuerunt ibi manere animalia aliqua, quæ ſequenti die venirent in campos.

Vndecimo, quia ipſum ſignum tredecimum videtur eſſe fictum, ſcilicet, quòd die tredecimo aperiantur omnia ſepulchra, vt cadauera reſurgant, quia reſurrectio ſecundum illam aſſignationem ſignorum non fiet die tredecimo, ſed quintodecimo, & tamen non fiet ſucceſſiue, ſed ſimul & ſubito. ſic dicitur prima Corint. 15. quòd in momento, & in ictu oculi fiet iſta reſurrectio. ergo ſepulchra non aperientur ad reſurgendum die tredecimo, ſed quintodecimo, ſi aliquando aperienda ſunt.

Duodecimo, quia non videtur conueniēter dictū, ꝙ sepulchra omnia sint aperta ad resurgendum, & tñ adhuc homines qui etiam resurrecturi sunt viuant p duos dies aut tres, ideſt ipso 13. & 14. & 15. in quo moriuntur, quia in illis diebus nihil fieret pertinēs ad resurrectionem. nam cum surrexerint illi qui morituri sunt die quintodecimo, resurgēt qui mortui sunt toto tempore præterito, & non oportet sepulchra aperta esse a die tredecimo.

Tredecimo, quia ad suscitationem mortuorū fiet collectio puluerum cadauerum suorum, & illa fiet p angelos, vt ostensum est preced. cap. q. 190. vsque 197. nam dicitur eod. cap. mittet Filius hominis Angelos suos, & congregabunt electos eius. & tamen constat, ꝙ ista missio Angelorum fiet tunc cum Christus veniet ad iudicandum, vt colligitur. eo. c. ergo non aperientur sepulchra ad collectionem puluerum die tredecimo.

Quartodecimo, quia superuacue videtur dictum, ꝙ sepulchra aperiantur, quia si ad resurrectionē mortuorum oportet aperiri sepulchra, necesse est totam terram euerti, & maris profundum, quia materia corporum humanorū necessaria ad resurrectionem vbicunq; fuerit colligetur, & tñ illa non solum est in sepulchris, sed etiam erit in omnibus alijs partibus terræ, & aquarum per longam transmutationem factā in tanto tempore. ergo non aperiētur sepulchra, cum non sit aperienda tota alia terra.

Quintodecimo, quia vndecimum, & quartumdecimum sunt incompossibilia: dr̄ enim in vndecimo, ꝙ omnia ædificia vertētur in puluerem, & in quartodecimo, ꝙ homines exibunt de domibus suis, & tamen quando ædificia soluta fuerint in puluerem non manebunt aliquæ domus, quia omnis domus est ædificium. ergo non stat hæc.

Sextodecimo, quia dicitur in nono, ꝙ omnes lapides diuidentur in quatuor partes, & collidētur ad inuicem. ergo necesse erit tunc corruere domos, quarū partes aliquæ sunt lapideæ, & sic non manebunt vsq; ad diem quartumdecimum.

Septimodecimo, quia collisis lapidibus omnibus inter se non videtur quomodo possint manere homines, quando in medio intercipiantur & conterantur. I

Decimo octauo, quia apparet ficta esse signa ista, quia non solum non ponuntur signa ista in sacra scriptura, sed etiam (quod plus est) nullum eorum quæ ī sacra Scriptura ponūtur, vt signa ponitur hic. Et ideo nulla fides his signis adhibenda est. Cum vero dr̄, ꝙ Hiero. ponit ista signa. Dicendū ꝙ ipse non ponit ista quasi asserat ea, sed dicit ea se inuenisse in annalibus Iudæorum, & tamen illa annalia, ideſt historię nullius certitudinis, aut auctoritatis sunt. ergo non oportet his insistere.

Quæ sunt signa quæ vere præcedent iudicium.
Quæst. CCCXIII.

K

QVAERETVR igitur quæ sunt ista signa quæ ad iudicium præcedunt. Dicēdum ꝙ sunt illa quæ a Christo ponuntur præce. c. & Mar. 13. & Luc. 21. Est enim vnum eorum, ꝙ Sol obscurabitur. de quo dicit præce. c. statim post tribulationem illorum dierū Sol obscurabitur, & Mar. 13. c. dicitur Sol contenebrabit̄, & Luc. 21. c. dicitur erūt signa in Sole. Secundum est ꝙ Luna non dabit lumen suum, vt dicunt Matthæus, & Marcus: Lucas vero dicit, ꝙ erunt signa in Sole & Luna. Tertium erit quia stellæ cadēt de cęlo, ideſt aut videbuntur cadere, aut aliquid erit quod vere cadet, de quo dr̄ præce. c. & stellæ cadent de cęlo, & Mar. 13. dicitur, & stellæ erunt decidentes, & Luc. 21. c. erunt F signa in Sole, & Luna, & stellis. Quartum erit cōmotio virtutum cœlestium, de quo præce. dr̄, & virtutes cęlorum commouebuntur, & idem Mar. 13. & Luc. 21. dr̄ nam & virtutes cęlorum mouebuntur. Quintū erit commotio quædam præter modum, & turbatio in hominibus, quia dr̄ Luc. 21. & in terris pressura gētium, q. d. præcedentia signa fient in cœlo, istud vero erit in terris, vt homines pressuram, & angustiam habeant. Sextum erit conturbatio maris præter solitum cursum cū dr̄, prę cōsusione sonitus maris & fluctuū. Septimum quidam timor erit vniuersalis in toto orbe, quo non solum homines timebunt & pauebunt, sed ēt supra modum affligentur, ita vt arescant suspēsi quadam expectatione futurorum malorum, Lucæ G 21. arescentibus hominibus prę timore, & expectatione ne q̄ superueniet vniuerso orbi. Sed istud vltimū magis est effectus signi quam signum, quia pp magnitudinem mali, quod videtur importari per oīa præcedētia signa sequitur iste timor. Et apparet, ꝙ ista sint signa præcedentia iudicium. Primo, quia discipuli q̄si interrunt a Christo, quod est signum consummationis seculi præce. ca. & tamen nulla alia signa ibi posita fuerunt, nisi præcedentia, neque apud alios Euangelistas, & Marc. 13. & Luc. 21. vbi idem quæritur & rñdetur, ergo vr̄ ꝙ ista sunt signa quæ præcedent ad iudicium. Secundo, quia ordo literæ hoc signat. nam statim, vt H ista posita sunt, sequitur ꝙ videbunt venientes Filium hominis præce. cap. & Mar. 13. & Luc. 21. ergo sunt signa ista præcedentia aduentum Christi, siue diem iudicij. Tertio quia ista expresse vocātur signa. nā Lucæ 22. c. dr̄ erunt signa in Sole & Luna &c. & ita omnia supra enarrata vocat signa, sed non vr̄ ꝙ sint signa, nisi aduentus Christi qui statim ponitur. ergo videtur, ꝙ ista erunt signa præcedentia iudicium. Quarto & efficacius, quia tam præce. ca. quam Mar. 13. dicitur, cum hæc videritis scitote, quia prope est in ianuis. & ostendit ibi signa præcedētia. ergo post illa sequitur statim dies iudicij, & sic illa sunt signa eius.

Aliqui autem dicunt, ꝙ aliqua signa præcedent iudicium, & tñ quæ sunt illa non patet. Et dicunt quia illa quæ ponuntur per Euangelistas, vt ait Aug. ad Esitium, possunt intelligi de aduentu Christi quo quoti die in Ecclesiam suam venit, & dicūt ꝙ forte nullum illorum si bene aduertatur pertinet ad signandum istum iudicium: & dicit Aug. ꝙ illa signa quæ in Euangelijs ponūtur, i. pugnæ, & terrores a principio humani generis fuerunt, nisi forte dicatur, ꝙ tunc temporis magis inualescent, sed sm quam mensuram crescentia venturum aduentum denuncient incertum est.

Dicendum ꝙ Augustinus ad Esitium aliquando exponit signa illa mystice de modo illo quo Christus venit in Ecclesiam suam: sed certum est, ꝙ non est iste sensus literalis, neq; pertinet ad intentionem Christi, ꝙ ab eo quæsitum est, quod esset signum cōsummationis seculi? & ipse respondet ibi: ideo necesse est, ꝙ non intelligantur illa signa de modo veniēdi in Ecclesiam, sed de aduentu ad iudicium qui est in fine seculi.

Cū vero dicit, ꝙ pugnæ, & terrores a principio humani generis fuerunt, dicendū ꝙ in hoc multi erant neſcientes distinguere signa. Sūt enim ibi duplicia signa, quædam sunt signa euersionis Ierusalem, & alia diei iudicij. Cum vero in princ. c. præce. dixit audituri estis prælia, & opiniones præliorum, & erunt fames & pestilentiæ, & terræmotus per loca. non sunt signa aduētus ad iudicium, sed euersionis Ierusalem, vt est c. ostensum est. Alia autem sunt signa iudicij, ideſt obscuratio Solis, & Lunæ, & Stellarum casus, & cōmotio virtutum cęlestium, & quantum ad modū & ordinem quo ista fient planum erit, ꝙ diem iudicij ostendent, vt præced. cap. ostensum est.

An

An in die iudicij Sol & Luna obscurabuntur.
Quæst. CCCXIIII.

QVAERETVR, an in die iudicij Sol & Luna obscurabuntur. Aliqui dicunt ꝙ sic, quia dicit Rabanus super Matt. ꝙ nihil prohibet tūc temporis Solem & Lunam cum cæteris suo lumine priuari, cum de Sole hoc factum esse constet tempore Dominicæ passionis. Secundo patet, quia corpora cęlestium sm lucem suam ad generationem inferiorum ordinantur, quia per lucem influunt in hæc inferiora, & non solū per motum, vt dicit Auer. in lib. de Substantia orbis, sed tunc cessabit generatio in rebus, ergo etiam cessabit lux in corporibus cęlestibus. Tertio quia corpora inferiora purgabuntur a qualitatibus quibus agunt, vt quibusdam placet. ergo etiā corpora cęlestia purgabuntur ab eisdem qualitatibus, sed cœlestia agunt non solum per motum, sed etiam per lumen vt dictū est, sed motus corporum illorum cessabit, ergo & lumen. Alij dicunt, ꝙ non fiet tunc obscuratio Solis, & Lunæ, quia obscuratio Solis & Lunæ fit p eclypsim, sed impossibile est duo luminaria simul pati eclypsim, quia Sol nunquam patitur eclypsim, nisi in coniunctione. Luna vero nunquam, nisi in oppositione, sed dies iudicij erit vna. ergo non obscurabūtur tunc Sol & Luna. Dicendum ꝙ aut quæritur de Sole & Luna ante iudicium, aut in ipso paruo tempore quo fiet iudicium, aut de duratione post iudicium. Accipiendo C vltimum, i. post iudicium, dicendum ꝙ non obscurabuntur Sol & Luna, neque per modum eclypsis, neque per aliquam diminutionem luminis, aut subtractionem radiorū, quia non erit tunc aliqua causa quare fiat, & potius erit causa, vt oppositum fiat. nā post iudicium augebitur lumen luminarium Esa. 30. cap. erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septemplicit̄, sicut lux septem dierum. ergo non erit tūc aliqua obscuratio. Accipiendo secundum. de die iudicij, dicendum ꝙ non poterit fieri obscuratio in luminaribus per modum eclypsis, quia (vt dictum est supra) impossibile est simul ambo luminaria eclypsari, & tamē D dies iudicij vna erit, ideo tunc non erit obscuratio per eclypsim. Etiam dicendum ꝙ non fiet obscuratio per aliquem alium modum, ideſt per subtractionem luminis vel diminutionem, quia nulla causa erit tunc huius obscurationis, quia neque ad signandum, neq; ad aliquid efficiendum, sed potius magnū lumen ibi erit, quia in iudicio incipiet status ille rerum, qui manebit post iudicium, sed post iudiciū erit aucta luminarium lux, vt dictum est. ergo & in ipso die iudicij erunt luminaria in maiori luce quam nunc.

Dicendum ergo, quòd accipitur primo modo, idest, quòd fiet ista obscuratio ante iudicium. nam ponitur vt vnum de signis præcedentibus iudicium, vt patet præceden. cap. & Marc. 13. & Luc. 21. ergo ante iudicium ista fient. Secundo patet ex ordine literæ. nā prius ponitur obscuratio ista, & postea sequitur aduē- E tus ad iudicium.

Cum autem queritur, an fiat per modum eclypsis? Dicendum quòd fieri poterat sic, quia nihil impedit fieri vnam, aut multas eclypses, & quia non est determinatum in quanto tempore illæ obscurationes fiēt, poterunt esse obscurationes eclypsares. Est tamen dicendum ꝙ non erunt eclypses, quia istæ obscurationes erunt signa rei supernaturalis, ideſt finis mundi, vel aduentus ad iudicium, sed eclypsis est signum naturale, quia accidit naturaliter. ergo non erit eclypsis sed obscuratio quædam miraculosa, de quo latius dictum est præced. c. sed quantum ad istam obscurationem Solis & Lunæ fuerunt posita multa dubia præced. cap. de tempore obscurationis cuiuslibet, & mo-

do, & quantitate obscurationis, & alijs circa hoc a q. 157. vsque ad quæst. 167. A

Ad primam rationem in contrarium dicēdum, ꝙ verum dicit Rabanus. nam loquitur de obscuratione ante iudicium, & illa fieri potest, siue per eclypsim, siue sine eclypsi. nam in passione Domini obscuratus fuit Sol, sed non fuit eclypsis, quia fuit die quintadecima Lunæ, siue in ipsa oppositione, tali autem tēpore impossibile est fieri eclypsim Solis, sed fit eclypsis Lunæ, & sicut illa obscuratio, quia fuit signum rei supernaturalis, ideſt mortis Domini cōditoris naturę, fuit supernaturalis, & nō per eclypsim, ita obscurationes Solis & Lunæ, quæ sunt signū futuri iudicij, non erūt per eclypsim. Ad secundum dicendum ꝙ licet lux in corporibus cęlestibus prosit ad generationem istorū inferiorum, tamen nō est in eis ad generationem, sed est ad perfectionem corporum sm suam speciem, & decorem. licet ergo finito seculo nulla iā generatio sit, non cessabit lux in corporibus cęlestibus, cum adhuc debeant esse perfecta, & pulchra, immo tunc requiratur potius pulchritudo, & perfectio, quia iā omnia perfecta & pulchra sunt. Ad tertium dicēdum, ꝙ non est verum id quod aliqui voluerunt, s. ꝙ qualitates elementares remoueantur ab elementis in renouatione mundi, sed manebunt qualitates illæ, licet non agant elementa secūdum eas ad corruptionem, & tamen dato quòd remouerentur qualitates elemē- B tares non esset simile de eis & de luce, quia qualitates elementares habent ad inuicem contrarietatem formalem, secundum quam agūt corrumpendo, lux autem non est principium actionis corrumpendo, siue per viam contrarietatis, sed per modum principij regulantis contraria, & ad concordiam reducentis, vt secundum illam concordiam, vel armoniam fiat generatio, ideo lux non cessabit etiam si cessarent qualitates elemētares. de motu autem secus est, quia motus non est aliquid perficiens corpora cœlestia, cum sit actus entis imperfecti, siue in potentia, ideo cessabit, quando aduenit omnis perfectio, lux autem perfectio est, ideo nunquam cessabit.

An virtutes cœlorum in die iudicij mouebuntur.
Quæst. CCCXV.

QVAERETVR, an commotio virtutum cœlestium sit signum prędcedens ad iudicium, & an mouebuntur.

Aliqui dicunt, quòd virtutes cœlorum non mouebuntur, quia virtutes cęlorum nō possunt dici, nisi Angeli beati, sed immutabilitas est de ratione beatitudinis. ergo virtutes non poterunt moueri. Secundo quia videtur, ꝙ si mouerentur virtutes cęlorum, hoc esset per admirationem vel timorē, sed neutrum potest esse in beatis. ergo neque motus iste, & patet quia causa admirationis est ignorantia, vt dicit̄ 1. Meta. sed ab Angelis, sicut longe abest timor, ita & E ignorantia, quia vt dicit Gregor. 4. Dialogorum, quid est quod non videant, qui videntem omnia vident? ergo non poterunt per admirationem, vel timorem moueri. Tertio quia omnes Angeli astabunt diuino iudicio, vnde Apoc. 7. c. dicitur, omnes Angeli stabant in circuitu throni, sed virtutes nominant vnum specialem ordinem in Angelis. ergo non debuit potius de eis moueri quam de alijs Angelis.

Dicendum ꝙ virtutes mouebūtur, quia sic dicitur prędce. c. & Mar. 13. & Luc. 21 c. Et dicendum ꝙ nomē virtutis, vt pertinet ad Angelos, sicut vult Dionys. 11. c. de angelica Hierar. accipitur dupliciter. vno modo accipitur specialiter pro vno ordine Angelorum, qui est medius mediæ hierarch. sm Dio. licet sm Gregor.

est suprem' infimæ hierarchiæ. Alio modo accipitur pro omnibus spiritibus cœlestibus, & vtroque modo potest competere literæ. vno modo accipiendo pro omnibus Angelis, est sensus ꝙ mouebuntur omnes Angeli, siue virtutes, s. per admirationem nouitatis q̃ tunc in mundo erit. Alio modo accipitur specialiter pro vno ordine. & tunc est sensus ꝙ mouebuntur, s. secundum operationes competentes illi ordini, q̃ sunt facere miracula, & illa maxime vigebũt circa finem mundi, vel secũdum Dio. cum ordo virtutum sit medius mediæ hierarchię non potest habere operationẽ limitatam: ideo necesse est, ꝙ eius ministerium sit circa causas vniuersales, & sic proprium officium virtutum est corpora cœlestia mouere, quę sunt causa eorũ quæ in natura inferiori aguntur, & hoc nome suum sonat. s. virtutes a viribus. Alij vero dicunt, ꝙ mouebũtur virtutes, ideſt cessabunt a suis operationibus. Sed dicendũ ꝙ non stat, quia cessare a motu vel operatione non est causa alicuius rei, vel signum, & tamẽ hic ponitur mutatio, vel commotio virtutum, vt signum vel ut causa aliorum signorum. ergo nõ est cessare ab operatione, sed operari. Et dicendum ꝙ non ponitur istud, vt signum distinctum contra alia signa, licet illud interdum connumeremus alijs, vt dictum est supra, sed est causa aliorum signorum. Et patet, quia cũ de commotione virtutum dicitur ponitur per modũ causæ Luc. 21. c. s. nam & virtutes cœlorum mouebũtur, ideſt ideo præcedentia admiranda de obscuratione Solis & Lunę, & casu stellarum fient, quia virtutes cœlorum mouebuntur, vt expositum est præced. ca. & de isto motu virtutum magis dictum est. eod. cap.

Ad primum in oppositum dicẽdum, ꝙ verum est, ꝙ Angeli cœlorum non mouebuntur, quasi a statu suo cadant, vel aliqualiter deuient, q̃a istud repugnat beatitudini, sed erit mutatio per operationem, ideſt, ꝙ tunc tam efficaciter operabuntur, ꝙ respectu operationis præcedentis videantur prius fuisse in ocio, & tunc moueri ad operationem. Ad secundum dicẽdũ, ꝙ nõ accidit virtutibus, aut Angelicis spiritibus ignorantia alicqua, aut timor, quia ista adimunt de gloria. potest tamen dici ꝙ erit in eis quidam modus admirationis, non quasi in veritate sit, sed quia esse possit cõsiderata tali nouitate rerum, qualem nunquam, neq; virtutes viderunt.

Ad tertium dicendum, quòd verum est, quòd omnis spiritus angelici erunt præsentes cum Christo in iudicio, sicut dicitur supra in litera, scilicet, cum venerit Filius hominis, & omnes Angeli eius cum eo. & tunc potest dici, quòd virtutes accipiantur, ideſt omnes spiritus angelici, & illi mouebũtur, vt dictum est per specialem modum operandi, & ita non dicit magis hoc de vno ordine angelorũ quam de alijs, quia omnes habebunt specialem modum operationis, vel admirationis. aut si accipiatur de solo illo ordine, dicendum quòd illi spiritui secundum Grego. specialiter pertinet, vel secundum Dionys. pertinet mouere corpora celestia ad hoc, quòd efficãtur ista quę sunt miranda in inferioribus.

An futurum sit iudicium generale. Quæst. CCCXVI.

QVAERETVR nunc circa ipsum iudicium in se, & quoniam si iudicium aliquod futurum sit, quale dicimus erit generale, cum iudicium particulare, vel priuatum quotidie fiat, est dubium an futurũ sit iudicium generale.

Aliqui dicunt quòd non, quia nõ iudicabit Dominus bis in idipsum, sed nunc Deus iudicat de singulis hominibus ſm merita omnia, & demerita ipsorum, quia pœnas & premia distribuit illis ſm istam exigentiam, puniendo interdum in hac vita, interdum autẽ post mortem. ergo videtur ꝙ nõ sit futurum aliquod iudicium generale. Secũdo quia in nullo iudicio præcedit sententiæ executio ad iudicium, vel sentẽtiam, sed sententia diuini iudicij circa bonos est, vt habeãt vitam æternam, circa malos vero, vt exclusi a vita includantur in pœnis æternis, vt patet infra in litera, s. ite maledicti in ignem æternum. & bonis dicitur, venite benedicti Patris mei. sed modo in morte assequũtur homines ista, s. vitam æternam, aut pœnas. ergo nõ est futurum iudicium aliquod generale. Tertio quia diuisio quædam de meritis causarum est iudicium, & ideo illa sola dicuntur in iudicium, quorum bonum & malum incerta sunt, & exitus illorum nescitur, & tamen ante finem mũdi certa erit omnibus hominibus sua dãnatio, quia statim vt quilibet moritur determinatur ad vnum, vel ad alterum immutabiliter. ergo non erit aliquod iudicium in fine mundi, quod vocemus generale. Dicendum ꝙ erit iudicium in fine seculi, & patet primo, quia supra 12. ca. dicitur viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Etiam dicitur ibi, ꝙ regina Austri surget in iudicio cum illa generatione, & cõdemnabit eam: & tamen non erant isti, ideſt Niniuitæ, & regina Austri, tũc qñ Christus loquebatur, & erat generatio ista ludęorum, de qua & ad quam Christus loquebatur. ergo oportebat, ꝙ aliquãdo futurum esset iudicium, in quo & ad quod concurrerẽt Iudæi, & Niniuitæ & regina Austri, & istud est iudicium in fine seculi. ergo erit ibi iudicium. Secundo patet, ꝙ post resurrectionem futurum sit iudicium, quia Io. 5. ca. dicitur procedent qui mala egerunt in resurrectionẽ iudicij, ergo necesse est, ꝙ post resurrectionem iudicentur homines, & illud est futurum iudicium. Tertio patet quia si iudicium non esset futurum, frustra Christus veniret ad terram & congregaret ante se gentes, sed descendet & congregabit, vt patet hic in litera. ergo est futurum iudicium. Quarto hic in litera ponit totum iudicium, & forma discussionis meritorũ, & sententia, & executio sententiæ, & ad iudicium non requirũtur plura. ergo videtur ꝙ futurum sit iudiciũ. Quinto patet, quia Dan. 7. ca. dicit aspiciebam donec positi sunt throni, & antiquus dierum sedit in iudicium, & libri aperti sunt. ergo necesse est futurum esse iudicium in quo Deus sedeat ad iudicandum, & Apoc. 20. c. habetur expressius, s. vidi thronum magnũ, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra & cœlum, & vidi mortuos magnos, & pusillos stãtes in cõspectu throni, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta sunt in libris ſm opera ipsorum. Sexto patet, quia Act. 10. c. dicitur, ꝙ Christus cõstitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum. ergo necesse est, ꝙ mortui etiam iudicentur, sed nondũ iudicati sunt mortui. ergo futurum est iudicium in fine mũdi. Septimo patet, quòd sit futurum iudiciũ in fine seculi, quia Apoc. 20. cã. dicitur dedit mare mortuos suos qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos qui in eis erant, & iudicatum est de illis secundum opera ipsorum. ergo necesse est, ꝙ istud iudicium sit in fine seculi, quia omnes qui ibi iudicantur sunt mortui. Item quia dicitur eo. c. ꝙ mors & infernus missi sunt in stagnum ignis, & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. & tamen non poterunt esse missi in stagnum ignis omnes mali, nisi in fine sæculi, quia ante finem sæculi adhuc erunt semper aliqui mali viuentes mortalium missi in stagnum ignis. ergo de iudicio dicitur ibi, quòd erit post finem seculi. Ad rationes autem in contrarium dicetur. quæst. 318.

An

An erit generale iudicium in fine seculi, vel ante. Et an omnes tam iusti quam iniusti ibi congregabuntur.

Quæst. CCCXVII.

QVAERETVR dato, quòd sit futurum iudicium in fine seculi, an erit generale.

Aliq dicunt, quòd non, quia dicitur Psal. 1. non resurgent impij in iudicio. ergo non erunt impij in iudicio, sed impij videtur esse maxima pars hominum, ergo non erit iudicium generale. Secundo, quia boni non veniẽt ad iudicium, sed si aliqui venient soli mali erunt Io. 5. c. s. procedẽt qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, q̃ autem mala egerũt in resurrectionem iudicij. ergo soli mali iudicabuntur, & sic non erit iudicium generale. Tertio, quia qui iudicant non iudicantur. nam diuersæ partes sunt eiusdem iudicij actor, reus, & iudex extra de verbo signifi. ca. forus. & tamen qui iudicant iudices sunt, & illud iudiciũ erit vnicum. ergo qui iudicabit non iudicabitur, sed multi iudicabunt, quia habebunt sedes, vt iudicent duodecim tribus Israel supra 19. c. ergo non erit iudicium generale.

Dicẽdum, quòd illud iudicium erit generale, quia nemo erit, aut fuit qui ibi non sit. & patet Actu. 10. cap. s. ꝙ Christus constitutus est a Deo iudex viuorũ, & mortuorũ, sed omnes homines sufficienter distinguuntur in viuos, & mortuos, ergo nullus erit qui nõ iudicetur, & consequenter erit iudicium generale. Secundo patet Apoc. 20. cum dictum est, ꝙ erat thronus magnus, & sedens super eum. dicitur vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni. & dicitur, dedit mare mortuos suos qui in eo erant, & mors, & infernus dederũt mortuos suos qui in eis erant, & iudicatum est de illis secundum opera ipsorum. & tamen per mortuos maris, & inferni, & mortis intelliguntur omnes mortui sufficienter. ergo omnes erunt in iudicio, & sic erit generale. Tertio, quia dicitur ad Rom. 14. ca. omnes stabimus ante tribunal Christi, & intelligitur de iudicio, quia tribunal est iudicis. ergo generale est iudicium. Quarto patet, quia 1. Corinth. 4. ca. dicitur nolite itaque ante tempus iudicare, quoadsuque veniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc erit vnicuique laus a Deo. sed non poterit esse laus vnicuiq;, nisi vniuscuiusq; facta manifestẽtur. ergo iudicium erit generale. Quinto, quia hoc pertinet ad Christi honorem. nam propter hoc Christus iudicat, vt qui iudicantur subiecti ei sint, & tamẽ ad honorem suum pertinet, vt oẽs subijciantur ei. ergo omnes iudicabit, & ita erit iudicium generale, sic patet ad Ro. 14. ca. nam cum dicitur omnes stabimus ante tribunal Christi, ponitur vt causa, scriptum est enim, viuo ego dicit Dominus, qm̃ mihi flectetur oẽ genu, & confitebitur omnis lingua, ideſt ad hoc stant oẽs ante tribunal eius, vt omnes flectãt genua sua coram eo, vt confiteantur ipsum esse Dñm. Sexto patet, quia cum iudicium sit futurum, si aliqui essent ibi, & non omnes oporteret aliq̃ causam esse de illis quare non essent in iudicio, sed nõ vr̃ esse aliqua causa, ideo omnes ibi erunt. Septimo, quia expresse ponitur hic in litera, ꝙ erit generale, quia dr̃, cũ venerit Filius hominis in maiestate sua, congregabuntur ante eũ omnes gentes, & separabit eos, sicut separat pastor oues ab hędis. ergo generale iudicium erit, cum omnes gẽtes congregandæ sint. Octauo quia dr̃ supra 16. ca. Filius hois venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; ſm opera sua, nisi omnes iudicentur ab eo non reddet ſm opera eorum. ergo erit iudicium generale. Ad primam rõnem dicendum, ꝙ impij iudicabuntur, immo isti præcipue iudicabuntur, quia de istis dicitur Io. 5. ꝙ procedent qui mala egerunt in resurrectionem iudicij. Sed pro hoc considerandum, ꝙ venire in iudiciũ tripliciter accipitur. Vno modo in iudicium, ideſt ad iudicandum. Alio modo in iudicium, ideſt, vt iudicentur. Alio modo in iudicium, ideſt, vt sint in iudicio. Accipiẽdo primo mõ non veniunt mali in iudicium, quia illi nullũ iudicant, quia iudicare alicuius dignitatis est, sed mali qui damnabũtur nullã dignitatem habent. ergo nõ iudicabunt, & sic dr̃, ꝙ non resurgũt impij in iudiciũ, ideſt ad hoc, ꝙ iudicent, & apparet, ꝙ iste sit sensus, ex eo, quod sequitur, s. neq; peccatores in consilio iustorum, ideſt non venient peccatores, vt sint in consilio, cum iustis ad ferendum sententiam, quia consilium præcedit ad iudicium, vt patet supra 5. c. vbi dr̃, ꝙ aliqui sunt rei consilio, & alij rei iudicio, & alij gehenna ignis. Accipiendo secundo modo mali venient in iudicium, ideſt, vt iudicentur, qm̃ iudicabitur de omnibus illis. Sed obijcietur, ꝙ multi mali non iudicabuntur, s. infideles. sic dicitur Ioan. 3. c. qui non credit iam iudicatus est, quasi dicat, non est iam iudicandus. Dicendũ, ꝙ infideles iudicabuntur, sicut ceteri mali, sed dicitur de illis, ꝙ iam iudicati sunt, ideſt iudiciũ dicit quandam discussionem causarũ, discussio autem fit de eo, quod dubium est, sed de infidelibus planũ est, ꝙ nõ possunt saluari quicquid fecerint dum sic maneant. De credentibus secus est, quia possunt saluari si bona fecerint, & condemnari si mala. ergo de illis, quia est dubiũ, an in bono, vel malo moriantur, propter dubiũ est iudicium. De infidelibus autem, quia certum est, ꝙ non possunt saluari quicquid egerint, cum non sit dubiũ non vr̃ esse necessarium iudicium Et tñ erunt in iudicio generali, nam etiam de quolibet qui in iudicio illo erit manifestũ est, ꝙ status suus sit certus antequã sit ibi in iudicio, & tñ omnes erunt ibi in iudicio. Etiam cum dr̃, iam iudicatus est. nõ obstat quin ibi iudicetur in generali iudicio, quia nemo erit in illo iudicio qui non sit iterum iudicatus, cum omnes in morte iudicentur, & tamen iudicabuntur ibi rursus. Accipiendo tertio modo omnes veniẽt ad iudicium tam boni quam mali, quia aliqui de illis iudicabũt, & aliqui iudicabuntur, sed nemo erit qui ibi non sit. nam etiam omnes Angeli ibi erunt, vt dicitur supra in litera, s. & omnes Angeli eius cum eo. Ad ſm dicendum, ꝙ non venient in iudicium soli mali, sed etiam boni, sed accipitur ibi iudicium, ideſt, vt iudicentur, quia iudicabuntur omnes mali, sed adhuc iudicari accipitur stricte, ideſt condemnari. & tunc verum est, quòd boni non resurgent, vt iudicentur, ideſt condemnentur, sed vt viuant. mali vero procedent in resurrectionem iudicij, ideſt, vt condemnentur. iuxta illud Psal. 108. cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccato. Ad tertiam dicendum, ꝙ erit iudiciũ generale, quia non vocatur generale quasi omnes iudicent, aut ꝙ omnes iudicentur, quia neutrum erit, sed quia omnes in ipso iudicio erunt aliqui iudicandi, aliqui iudicantes, licet large dici posset, ꝙ omnes iudicabuntur, quia de causis omnium agetur, & absoluentur iusti.

Ad quid fiet iudicium generale, & an expediat illud fieri.

Quæst. CCCXVIII.

SED adhuc considerandum circa iudicium ipsum, ꝙ expedit illud fieri generale, & quærunt aliqui ad quid. Dicendum, ꝙ primo fit per exigentiam diuinorum operum, correspondet enim inter se iudiciũ, & operatio Dei, ideo quot modis se habet eius operatio, tot modis se habet suum iudicium. Operatio enim Dei pertinet ad rerum principium quo producuntur

cuntur in esse, ita & iudiciũ pertinet ad terminũ quo res ad suum finem perducitur. Distinguitur autẽ Dei operatio dupliciter. vna qua res primitus in esse produxit, instituens naturam, & distinguẽs ea quæ ad cõpletionem eius pertinent, & ab ista operatione dicitur Deus quieuisse die septimo, cum iam non produxit nouas naturas, quæ nunquam fuissent productæ Gene. 1. c. Alia eius operatio est, quia operatur in gubernatione rerum creatarum, & de hac dicitur Ioan. 5. c. Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Oportet igitur, ꝙ etiam iudicium Dei distinguatur dupliciter iuxta duplicem operationem. ordine tamẽ conuerso. Vnum enim respondet operationi gubernationis, quæ sine iudicio esse non potest, per quod quidem iudicium vnusquisque singulariter pro suis operibus iudicat, non solum, ſm ꝙ competit sibi, sed ſm ꝙ competit gubernationi vniuersi. vnde differtur vnius præmiatio pro vtilitate aliorũ, s. quia sic melius est omnibus, vel ipsi vniuersitati, & hoc est, quia qñ quisque moritur in charitate nulli pœnę obnoxius, statim deberet habere vitam æternam in corpore, & anima quæ est gloria consummata, sed differtur ista resurrectio, & plena beatificatio, vt omnes simul resurgant, & glorificationem omnes boni simul accipiant, sic dicitur ad Hebræ. 11. c. hi omnes testimonio fidei probati nõ acceperũt remissionem, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur. sic etiam est de malo, quia vnius malũ, vel pœna cedit in bonum alterius. hæc autem omnia fiunt ſm gubernationem Dei, & sic prouidetur, & iudicatur de quolibet, vt pertinet ad vtilitatem aliorũ. Necesse est igitur, vt detur aliud iudicium, quod respondeat primæ operationi, & productioni rerum in esse, vt sicut tunc omnia processerunt immediate a Deo, & nõ vna res ex altera, ita vltima completio detur mundo, vnoquoque accipiente finaliter, quod ei debetur ſm seipsum, & non ſm habitudinem ad alterum. Et ita oportet poni duo iudicia de nobis a Deo fieri, ideſt vnũ quotidie, & maxime in morte, vt pertinet ad opus gubernationis, aliud in fine mũdi, vt correspondet operi creationis, & habent se conformiter iudicia ista ad operationes. nam in gubernatione disponitur de qualibet re, non quãtum ad hoc, ꝙ ei bonum est, sed inquantum bonum, aut malum eius est in bonum aliarum omnium rerum, & ideo sic de ea iudicatur debere pœnam, aut præmium eius bonum, aut malum differri, aut accelerari, ſm ꝙ bono aliarũ rerum competit, opus autem creationis est, per quod vnaquęque res in esse suum prodijt, non vt pertinet ad bonum, vel malum aliarum, ita & iudiciũ competẽs huic erit quo de qualibet re iudicabitur, vt deducatur ad suum terminum, ſm ꝙ ei competit, & istud est vltimum iudicium in quo vnicuique dabitur ſm opera sua. Secunda causa est ad ostẽsionem iustarum operationũ Dei. nam multa Deus facit nũc quæ quibusdam videntur iniusta. scimus quidem Deum nihil iniuste gerere, quia ipse iustitia est, veruntamẽ de plurimis diuinis operationibus causam dare nescimus, pp quod aspicientibus videntur iniustæ, & ideo in pœnis quas Deus infert in hoc seculo, & in exaltationibus indignorum vr esse multa admiratio, qñ causam nescimus, Deus aũt in die iudicij ostẽdet istud, vt omnes tam boni quam mali videãt, ꝙ omnia quę Deus egit in hoc mundo in gubernationem hominum iustissime facta fuerũt, & hoc est aliquid valde magnũ, & hoc maxime circa condemnationem, & absolutionem singulorum, s. vt totus mundus videat de quolibet qui condemnatur pro quibus causis condẽnatur, & ad quantum gradum pœnę. hoc aũt non ostenderetur omnibus, nisi simul existentibus, ideo coniunget Deus omnes hoĩes in locum vnum, & ibi ista demõstrabit. istud tangitur 1. Cor. 4. c. s. nolite iudicare ante tempus quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. quasi dicat, nunc de nulla re possumus iudicare maxime circa operationes humanas, eo ꝙ nescimus secreta cordium, & intẽtionem operantiũ, & aliquorũ operationes laudamus, & vitam, quorum si intentionem sciremus non laudaremus, & alios vituperamus qui laudari deberent, sed tunc erit tps iudicandi, quia tunc reuelabit Deus oĩa quę abscondita erant tam in opere q̃ in cogitationibus, & ideo habito illo principio poterimus certissime iudicare de quolibet hoĩe quantum ad quemlibet actum, & ista est de potissimis causis iudicij. Tertia causa est ad honorẽ bonorum, & confusionem malorum. nam boni multi fuerũt q hic apud alios bonos, aut malos habiti sunt, vt miseri, & infames, iuxta illud Sapien. 5 c. s. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum ęstimabamus insaniam, & finem sine honore, ecce quõ computati sunt inter filios Dei. voluit ergo Deus, ꝙ aliqñ corã toto mundo eorũ innocentia, & sanctitas agnoscatur, vt sic oĩbus videntibus, & nullo potente negare tales laudentur, hoc autem nõ poterat esse, nisi aliqñ congregarentur oẽs hoĩes, quia quantum ad bonos poterat hoc sciri, cum oẽs futuri sint in vita ętterna, sed mali hoc nescirent, ideo oẽs futuri sunt simul aliqñ, vt simul videant bonitatem bonorum, & hoc erit fieri iudiciũ generale. & hoc erit, qđ dr 1. Cor. 4. c. illuminabit Dns abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ, & tũc laus erit vnicuiq; a Deo. erit enim vera laus illa, quia Deus manifestabit oĩbus bonitatem cuiuslibet bonorũ, nunc vero parua laus, & fama est bonis, quia ad paucorum notitiam gesta bonorum perueniunt, & quædam sunt quæ nunquã in cognitionem aliorum hic perueniũt, sed Deus illa tũc oĩbus hoĩbus manifestabit. ẽ ꝛrario aũt fiet in malis, quia multa mala facta fuerunt, quæ hic velut bona laudabantur, & quædam quæ in nullorum hoĩum notitiã peruenerũt, ideo Deus oĩa peccata malorum ibi manifestabit, vt cuiuslibet iniquitates a toto mundo ibi cognoscantur, & confundantur mali de tanta verecundia. Quarta causa erit ad honorem Christi, vt aliqñ totus mundus ei subiectus sit. nã ipse acquisiuit sibi Ecclesiam totã sanguine suo, ideſt omnes hoĩes oẽs aliqñ ei exhibeant honorem saltẽ inuiti, hoc aũt non esset, nisi aliqñ congregarentur oẽs hoĩes, & hoc vocamus iudicium generale, & istam causam ponit Apostolus ad Ro. 14. c. s. omnes stabimus ante tribunal Christi. & subditur ibi causa, s. quia scriptum est, omne genu mihi flectetur, & oĩs lingua confitebitur. mali enim nunq̃ videbunt Christũ tensibiliter quantum ad hoc, ꝙ eum venerari possint, aut timere, ideo conueniens est, ꝙ tũc congregentur oẽs, & illum videant. Quinta cã est, vt mali videant qũo iuste pereãt. nam apparebit iniquitas sua coram oĩbus hoĩbus, & ipsi videbunt, ꝙ iuste damnantur, & oẽs alij hoc videbũt, ideo non manebit eis aliqua causa querelæ. Etiã videbunt tũc, ꝙ potuissent per mortem eius qui illos iudicat saluari, & participare beatitudine, & noluerũt quod cedet in ipsorum dolorem, & ideo dr Apoc. 1. c. ꝙ videbit eũ oĩs oculus, & plangent se super eum omnes tribus terræ, i. plangent, quia perdiderunt bonum, quod habere potuissent, & hoc in magnam Christi laudem cedet, vt videat totus mũdus eum Saluatorem suum, & Dñm esse, & per illum toti humano generi salutem datam. Sexta causa est, vt fiat ibi separatio generalis bonorum, & malorum. nam quandiu hic fuerunt homines

homines semper fuerunt permixti boni, & mali, quia sic expediebat ad vtilitatem vniuersi, vt mali per bonos emendarentur, & boni per malos exercerentur, & probarentur in virtutibus, sed tunc cum, neque mali possint effici boni, neque boni exercitatione egeãt, quia in bono consummati sunt separabuntur, & ad hoc expedit, vt aliqñ simul sint. nunquam autem possunt esse omnes simul, nisi post resurrectionem, & finem seculi, ideo tunc Deus congregabit eos in generali iudicio, & separabit ex inde, vt in æternum maneant boni per se, & mali per se. sic dr hic in litera, s. cum venerit Filius hoĩs congregabuntur ante eũ oẽs gentes, & separabit eos, sicut separat pastor oues ab hædis. & iste erit effectus sententiæ, s. vt mali inde vadant in ignem æternum, & boni vadant in vitã ętternam. Ad primam rõnem posita supra q. 316. dicendum, ꝙ Deus nõ iudicat bis in idipsum, quia istud est pro eodem peccato bis punire sufficiẽter, aut bis præmium dare, licet ibi accipitur pro punitione, cum alia translatio habeat ibi, non insurget duplex tribulatio, sed bis fit iudiciũ de hoĩe, in quo tñ datur eadem pœna, aut idem præmium, & non fit iudicium istud bis ſm rationem eãdem, sed ſm alteram, & alteram rationem, licet de eisdem fiat. Primo quo considerandum, ꝙ cuilibet hoĩ competunt hæc duo, ideſt, ꝙ sit singularis persona, & ꝙ sit pars totius humani generis, & propter hoc debetur ei duplex iudicium. Vnũ autem est, & non generale, quod fit de quolibet hoĩe per se in morte, qñ recepit iuxta ea q̃ in corpore gessit bonum, vel malũ, quamuis non totaliter, quia non quo ad corpus, sed quo ad animam solum. Aliud autem iudicium debet esse de quolibet homine, ſm ꝙ est pars humani generis. sicut aliquis iudicari dicitur etiam ſm humanam iustitiam, qñ iudicium datur de cõitate, cuius ipse est pars: vnde & tunc quãdo fiet vni uersale iudicium totius humani generis per vniuersalem separationem bonorũ a malis quilibet iudicari dicetur, quia quilibet est vnus, aut de bonis, aut de malis, & sic separatur ab alijs de quibus nõ est. sed ista duo iudicia nõ se habent per accumulationem, quasi in vno iudicetur homo de quibusdam factis, & in alio de alijs, vel in duobus iudicijs contrarias sententias quis reportare possit, sed sunt quasi vnũ iudiciũ, sed primum est velut iudicium cuiuslibet hoĩs, ſm est iudicium humani totius generis. addit tñ ſm aliquid ad primum, quia in primo nemo suscipit totũ, quod meruit bonum, aut malum, in secundo autem completur. nam in primo accepit quisque bonũ, aut malũ ſm animam solum, in secundo autem accipit bonũ, & malum quantũ ad vtrunque, quia tunc vnita erunt per resurrectionem. Ad ſm dicendum, ꝙ verum est, ꝙ in quolibet iudicio sentẽtia præcedit ad executionem, & ideo etiam in illo iudicio generali sic fiet, & cum dr, ꝙ iã præcessit executio in quolibet, ideſt admissio ad vitam æternam, vel exclusio ab illa, dicendum ꝙ nõ est illa huius iudicij executio. Pro quo sciẽdum, ꝙ sicut distinguuntur hæc duo iudicia, ita sunt duæ sententiæ, & duæ executiones. in primo enim iudicio sententia est de quolibet, ꝙ recipiatur ad vitam æternam, vel recludatur in æternum in inferno, executio autem huius est, ꝙ statim mergatur in infernũ, vel deducatur anima in beatitudinem. Secundum autem iudicium, quia potius est generis totius humani quam singulariũ hominum sententia in eo est, ꝙ fiat totalis, & perpetua separatio bonorum a malis, vt nõ sint iã commixti, & executio huius est, ꝙ omnes boni simul vadãt ad vitam æternam, mali autem simul deducantur in infernum cum diabolo, & Angelis eius. & ista sententia aut executio eius non præcessit in primo iudicio, quia ibi de vno tantum iudicatum est, & ille assecutus est tunc bonum, & malum, cæteri autẽ boni, & mali adhuc manserũt mixti, ideo alterius iudicij executio est illos separare generaliter. Etiã, quia in iudicio secũdo completur aliqualiter executio primi iudicij. nã in primo iudicio diffinitum erat de bono, & malo cuiuslibet, & tñ non erat plene traditum executioni, quia pro actibus cuiuslibet debetur ei pœna, aut gloria in corpore, & anima, & tñ in primo iudicio data fuit solum in anima, in secundo autem datur in corpore simul, & anima. ergo primum completur per secundum, sed istud est per accidens, s. inquãtum tempore primi iudicij non inueniũtur corpus, & anima simul, neque inueniẽtur vsque ad resurrectionẽ, quæ fiet in secundo iudicio, si autem in primo fieret resurrectio, statim daretur cuilibet plene, quod ad ipsum pertinet, & tñ non propter hoc tolleretur secundum iudicium, quod est generale. Ad tertium dicendum, ꝙ verum est, ꝙ omne iudicium dicit discussionem, & ponit dubium, & ita generale iudicium aliqđ dubium tollet. Et cum dicitur, ꝙ certa est vnicuique iam sua damnatio, dicendum ꝙ verum est, & tamen iudicium illud non est singulorum, vt singulorũ, sed totius generis humani, & licet cuilibet sit certa sua damnatio, vel salus, non est tñ certa damnatio, vel salus aliorum, & tamen in illo iudicio de omnibus iudicatur, ideo innotescet ibi cuilibet de omnibus qui saluantur, & de omnibus qui damnantur, & quanta gloria, & quanta pœna cuilibet respondeat, ideo erit conueniens illud iudicium, & ad aliquid, quod dubium est declarandum.

An dies iudicij sit nobis occultus, vel potest esse notus.
Quæst. CCCXIX.

QVAERETVR post hæc de tempore quo fiet iudicium, & quantum ad hoc est primum dubium, an dies iudicij sit nobis occultus, vel potest esse notus. Aliqui dicunt, ꝙ potest a nobis sciri. primo, qa sicut expectabant sancti patres primum aduentum, ita expectamus nos secundum aduentum Christi, sed sancti patres sciuerunt tempus primi aduentus determinate, vt patet per numerum hebdomadarum quæ ponuntur Dan. 9. c. vnde, & reprehenditur Iudæi qui tempus aduentus Christi non cognouerũt, quasi cognoscere potuissent supra 16. & Luc. 12, c. f. hypocritæ faciem cęli, & terræ nostis probare, hoc autem tempus qũo non probatis? ergo videtur, ꝙ tempus secundi aduentus, s. ad iudicium debebat esse notum. Secũdo, quia per signa venimus in cognitionem signatorum, sed de die iudicij multa sunt signa in sacra scriptura, vt patet præced. ca. & Mar. 13. & Luc. 21. ergo possumus diẽ iudicij scire. Tertio quia Apostolus dixit 1. Cor. 10. nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt 1, Io. 3. ca. dicitur filioli nouissima hora hæc est. cum ergo longum tempus transierit ex quo hæc dicta sunt, videtur ꝙ nũc saltem scire possimus, quòd dies iudicij sit propinquus. Quarto, quia cuius principium est determinatum, finis quoque est determinatus, aut determinate sciri potest, eo ꝙ omnia mensurantur quadam periodo, ideſt motu circulari, vt dicitur 2. de Generatione. sed principium mundi determinate a nobis scitur. ergo finis eius potest determinate sciri, & tamen dies iudicij est vltimus dies seculi. ergo ille potest a nobis sciri determinate. Quinto, qa Apoc. 12. ca. dicitur, ꝙ mulier per quam signatur Ecclesia habet locum paratum a Deo, in quo pascatur diebus mille ducentis sexaginta, & Dan. etiam 12. c. ponitur numerus determinatus dierum, s. porro docti intelligent, & a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolatione

tione dies mille ducenti nonaginta, beatus qui expectat,& peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque.& isti dies videnᵗ positi pro annis iuxta illud Eze. 4.c.diem pro anno dabo tibi. ergo videtur, ꝙ per illũ numerum annorum determinate sciri possit ex sacra scriptura tempus iudicij. Sexto,quia status noui testamenti præfiguratus fuit in veteri,sed scimus determinate tempus in quo vetus testamentum habuit statum, scire ergo poterimus determinate durationem testamenti noui,sed nouum testamentum durabit vsque ad finem seculi infra 28.c.Ecce ego vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. ergo poterit stari hoc modo finis seculi, & consequenter dies iudicij.

Ad has sex rationes rñdi tur in fine sequ. quæstionis.

Dicendum, ꝙ dies iudicij non est nobis notus, & patet, quia præced.c. dicitur de die autem illo nemo scit,neque Angeli cęlorum,nisi solus Pater.ergo nos nescimus.

Cum autem quæritur,an scire possimus diem illũ. dicendum, ꝙ aut quæritur de tẽpore isto in quo nunc sumus antequam præcedant aliqua signa iudicij, aut de illis qui erunt in tempore illo in quo iã signa præcedentia erunt finita.Accipiendo autem de nobis,dicendum ꝙ neque diem iudicij scimus, neque etiam tempus propinquũ scire possumus. De primo patet, quia nemo scit,nec Angeli cęlorum, vt dictum est. De secundo, idest de tempore propinquo dicẽdum, ꝙ etiam nescimus, quando erit,an vsque ad vnum annum, vel duos,vel decem,vel mille, vel tria millia, sicut tangit August. in epistola ad Esichium de die iudicij. & hoc,quia nihil est,per quod cognoscamus. Si autem dicatur de illis qui erunt tempore illo post signa finita,aut quæritur, an scient diem iudicij ,aut an scient tempus proximum.De primo dicendum,ꝙ neque illi scient,quia scire tempora, & momenta secũdum determinationem Deus sibi reseruat, & hoc innuitur cum dixit præced.c.de die autẽ illo nemo scit, neque hora.non autem dixit de anno, aut decade annorum,sed die, & hora, vt tangeret quasi præsentaliter tempus rei . Sed vero dicatur de tempore propinquo, dicendum ꝙ illi qui fuerunt post finem signorũ scient propinquum esse diem iudicij.sic patet pręced. c. vbi cum posita essent omnia signa, addit Christus, itaque & vos cum videritis hęc omnia,idest omnia signa præterita scitote,qa prope est,& in ianuis, & non solum quando viderint illa completa, immo quando viderint illa inchoari possunt iudicare prope esse diẽ iudicij Luc.21.c.ſ. his fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, qm̃ appropinquat redẽptio vestra.Si tamen quæratur , an aliquo modo a nobis sciri possit dies iudicij. Dicendum,ꝙ sicut nõ est scitus,ita neque sciri potest,quia si posset sciri,aut hoc esset per aliquam naturalem cognitionem, aut per notitiã scripturarum,aut per reuelationem,sed nullo istorũ modorum sciri potest a nobis. ergo non scietur. De primo patet, quia ratio omnium quæ cognoscuntur in natura accipitur ex habitudine motus, cum per motum operentur omnia naturalia,& ęa quæ sunt nullo modo mota etiam si sint mouentia non sunt physicæ considerationis, & quoniam fines mundi, & dies iudicij,& cessatio omnis motus sunt idem,siquis deberet naturaliter scire diẽ iudicij, oporteret ꝙ haberet cognitionem de fine motus. de cęterarum autem rerum duratione habetur notitia ex motu, cum omnia consistant in quadam periodo,vt dicitur secũdo de Generatione.sed de motu non possumus habere cognitionem per ipsummet motum , sed oportet habere cognitionem per motorem , aut per mobile, sed non potest per mobile cognosci determinate finis motus cęlestis, neque ex conditione motus, sed potius ex parte vtriusque est aptitudo ad durandum in æternum . De motu patet,quia est circularis, & in circulo non est principium,neq; finis, & ideo potest semper durare , quia non habet vbi finiatur , secus de motu recto , quia habet vbi incipiat, & vbi terminet, & extra terminos mobilis non est ire , ideo motus rectus non potest esse in infinitũ, secus autem de motu circulari,qui con habet vbi terminetur ex duratione sua. Etiam ex parte mobilis non potest sciri finis motus illius,quia potius habet aptitudinem corpus cęleste,vt semper moueatur,quia est circulare corpus motum super axem , & polos suos , & est incorruptibile corpus,quia non est elementum,neque elementatũ, ideo potest durare in æternum , & ob hoc naturales philosophi non inueniẽtes aliquam causam inchoationis motus dixerunt motum , & mundum ab æterno,& in æternum, vt colligitur 8.Physi. Ex parte etiã motoris non potest sciri determinate finis motus, & mundi, sed in hoc varie loquuntur philosophi , & fideles: apud omnes enim concorditer constat motorem cęli esse intellligentiam immaterialem, & tamẽ philosophi volunt, ꝙ motor cœli mouet iuxta vires suas naturaliter,& ex hoc ponit regularitatem,& vniformitatem motus, cum sit infatigabilis ille , sed qui loquuntur secundũ fidem, & veritatem dicunt intelligentiam mouere ſm voluntatem, quia est agens liberum,& tamen, quia est agens infatigabile potest mouere vniformiter,& regulariter,quia vult mouere eo modo quo mouet, & si voluerit velocius , vel tardius mouere mouebit,& si voluerit cessare cessabit , & ga circa ea quorum principium est voluntas non potest dari ars,aut scientia , non potest dari certitudo aliqua de durationę motus cœli, quia si voluerit motor faciet durare in æternum nullum motum, aut si voluerit faciet cessare cras. ergo non potest sciri modo naturali quãdo cessabit motus cęli, aut quando erit dies iudicij . Secũdo patet circa hoc,quia si naturaliter sciri posset, possent cognoscere qui habent altiorem intellectum quam homines , & tamen illi non possunt scire. ergo non potest naturaliter sciri . Et patet,quia si possent scire iam scirent,& tamẽ nescıunt. ergo nõ possunt scire. consequentia patet,quia Angeli nõ suscipiunt cognitionem per successionem , sed totã simul habent,cum cognitionem naturalem , siue rerũ in proprio genere habeant per species innatas , siue concreatas , ideo sunt in actu totius illius cognitionis quam habere possunt , & tamen ipsi non sunt in actu scientes diem iudicij,sicut Christus dixit præced.c & Mar.13. c. ſ. de die autẽ illa nemo scit, neque Angeli cęlorum. ergo non possunt Angeli cognoscere hoc naturaliter.Si autem accipiatur quãtum ad cognitionem per scripturas,aut accipientur scripturæ canonicæ, aut aliæ quælibet de alijs,dicendum ꝙ nulla est earum auctoritas potissime circa rem tam excellẽtem, ideo quicquid aliqui scripserint de durationę seculi, vel ex verbis eorũ certitudinis colligitur nihil ad hoc deseruit. Si autem accipiamus scripturas quæ sunt in canone, quarum auctoritas est irrefragabilis. Dicendum,ꝙ per eas non potest constare de die iudicij,qa aut illę sunt scripturæ veteris,aut noui testamenti.De primis dicendum,ꝙ non patet ex eis , quia tũc potuissent periti legis habere cognitionem de die iudicij, quod falsum est . Etiam Apostoli potuissent habere cognitionem ex doctrina eorum, sed nunquã habuerunt,quia quæsierunt a Christo, quod est signum aduentus tui, & consummationis seculi præced.c. ergo nõ erat in eis vnde cognosceretur fini seculi. Si aũt accipiatur de scripturis noui testamenti , dicendũ quòd etiam ex eis non constat de die iudicij, quia Christus non diffiniuit, ideo quando quæsitum est ab eo dixit, hoc sciri a solo Patre præced.c.& Mar.13. c. etiã Apostoli non scripserũt hoc in epistolis suis, neque in aliquo libro qui sit de nouo testamento : nam si scriptũ esset iam venisset in notitiam omnium, & tamen nemo adhuc profitetur se scire , ideo ex nullis scripturis sciri potest . Si autem accipiatur quãtum ad cognitionem ex reuelatione.dicendũ ꝙ sciri potest,quia Deus qui nouit potest reuelare si voluerit. Constat tamen, ꝙ non reuelabit alicui viuẽti, ita enim veritissime creditur, ideo dies iudicij non scitur determinate ab aliquo homine,neque sciri potest, & quia finis mundi , & dies iudicij, & dies resurrectionis generalis idem sunt,cognito vno alterum cognoscitur, & vno ignorato alterum ignoratur, sed de die resurrectionis non potest haberi notitia.ergo neq; de die iudicij, de quo latissime dictũ est supra 22.ca. & ibi vide vbi de resurrectione dictum est . Ad rationes in oppositum dicetur sequenti quæstione.

An expediat nobis determinate scire diem iudicij , & an signa posita à Christo sint solum pro die iudicij.

Quæſt. CCCXX.

QVAERETVR, an expediat nobis scire determinate diem iudicij. Dicendum,ꝙ cum tangatur hic de reuelatione dici iudicij potest tripliciter dici, ſ. an reuelatione possit sciri, vel an ex reuelatione sit scitus, vel an per reuelationem expediat sciri.Si accipiatur primum, dicendum ꝙ certum est,ꝙ potest sciri ex reuelatione , idest non repugnat sciri, quia Deus nouit diem illum, quia ipse facturus est iudiciũ in die aliquo in quo ipse voluerit,& pendet pure ex arbitrio eius,sed id quod Deus nouit potest reuelare,ideo potest reuelare diem hunc , & patet, quia maius est cognoscere Deum quam cognoscere aliquid de eo , qđ ipse nouit , & tamen ipse potest reuelare seipsum , vt cognoscatur. ergo a fortiori poterit reuelare aliquid de eis quæ ipse nouit,de quibus est dies iudicij. Et patet, quia supra 11.ca. dicitur nemo nouit Patrem, nisi Filius,& cui voluerit Filius reuelare.ergo a fortiori Filius potest reuelare alicui diem iudicij.

Si autem quæratur de secundo,idest,an alicui reuelatus sit dies ille , dicendum ꝙ non potest constare secundum omnimodam certitudinem, & tamen verisimiliter dici potest,ꝙ nulli vnquam reuelatus,est neque reuelabitur . Primo quia si nobis reuelaretur fieret hoc per Angelos, qui sunt administratorij spiritus in ministerium missi , propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis ad Hebræ. 1.c. & tamen Angeli nesciunt diem iudicij.ergo non est nobis reuelatus. Patet quia si ipsi reuelarent nobis Deo docente iam ipsi scirent, & tamen nesciunt præced.ca.& Mar.13. ergo non reuelatus est alicui dies ille.

Secundo, quia quando Deus aliqua reuelat notificat ea seruis suis Amos 3.ca.non faciet Dominus verbum, nisi reuelet secretum suum ad prophetas suos seruos. & tamen Apostoli fuerũt sanctiores in nouo testamento omnibus posterioribus , quia ipsi habuerunt primitias spiritus ad Rom.8. idest habuerũt Spiritum Sanctum cęteris prius, & abundantius, vt dicit ibi glo. ergo eis deberet potius reuelari , & tamen eis non solum non fuit reuelatum non petentibus, sed etiam cum peterent a Christo hoc sibi notificari non fuit notificatum.nam præced.cap.dixerunt, quod est signum aduentus tui,& consummationis seculi? Et ibi Christus noluit eis dicere diem illum , sed dixit , quòd de die illo nemo scit, neque Angeli cœlorum , ergo a fortiori alijs non fuit reuelatus.

Tertio , quia Deus agit omnia secundum rectã rationẽ,& ita semper,vt ad aliquid prosint, & ideo quãdo dat alicui homini gratias spirituales , semper facit propter aliquam vtilitatem 1.Corinth.12.ca. vnicuique datur administratio spiritus ad vtilitatem , idest datur donum Spiritus sancti ad vtilitatem eius cui datur & aliorum,& tamẽ reuelatio diei iudicij, idest, quòd sciretur ipse dies determinate non esset ad vtilitatem Ecclesiæ,sed in damnum,vt infra dicetur. ergo nõ reuelabitur alicui.

Quarto , quia si Deus reuelaret alicui diem iudicij multi scirent illum , immo veniret in notitiam omnium , quia Deus non reuelat aliquid ad vtilitatẽ personæ priuatæ , sed ad vtilitatem omnium , idest totius Ecclesiæ,vt dicitur 1. Corin.12. & 14.ſ. vnicuique datur administratio spiritꝰ, idest vsus alicuius gratię Spiritus sancti ad vtilitatem , ſ.Ecclesiæ, & ideo si vni reuelaretur veniret in cognitionem multorũ , quia publicaretur,& sic omnes scirent,& cauerent, & tamen non cauebunt , sed erit dies illa insperata , & ita expedit.& dicitur,quòd erit tũc , sicut in diebus Noę,quãdo nesciuerunt homines malum futurum quousque intrauit Noe in arcam , & de submersione Sodomorum,vt dicitur præced.ca. & Luc.17. ergo necesse est, quòd fuerit ignoratum istud , & nulli reuelatum.

Si autem quæratur, an expediat reuelari , dicẽdum ꝙ non, quia quando Christus de simili respõdit discipulis quærentibus dixit, nõ est vestrum nosse tempora,& momenta,idest nolite de talibus quærere , quia non spectat de talibus ad vos scire , sed ad solum Patrem,qui in potestate sua posuit tempora , & momẽta, idest, vt solus determinate sciat res, & particulariter secundum suas determinationes temporum .

Si vero rursus quæratur quare non expedit nobis scire diem iudicij . Dicendum, ꝙ hoc est, primo quia nulla inde vtilitas sequitur. nam dies iudicij non erit, idest ipsum tempus quo iudicabimur,nisi post mortẽ nostram , quia non iudicabimur quousque resurgamus, & non resurgemus quousque omnes moriamur , ideo ad nihil prodest hoc scire determinate , qa sciẽtia de illa die, vel tempore nullam dispositionem in nobis causat , eo quòd dispositiones quas nos facimus , aut facere debemus ad vitam æternam sunt in vita , cum post vitam non manet nobis aliqua operatio meritoria , vel quæ adiuuet ex parte nostra , & tamen tempus iudicij erit post mortem. ergo non prodest nobis scire,quando erit.

Secundo, quia potius sequeretur inconueniens reuelando.nam scire diem iudicij si est aliquãtulum distans valde noceret , quia laxarẽtur corda humana ad vitia,sicut siquis sciret diem mortis suæ , & sic solum vellet benefacere quãdo esset propinquus morti , qđ est inconueniens , cum omni tempore secundum rationem viuẽdum sit . vt ergo homo incertus de tempore iudicij quasi semper instet semper solicitus sit ad bene agendum,fuit conueniens,ꝙ ignoraretur tẽpus illud, & sic esset homini causa vigilandi , & istam causam exprimit Christus præced. c. & Luc. 12. nam postquam dixit,quòd de die illa,& hora nemo nouit. adiungit vigilandum esse , quia si paterfamilias sciret qua hora fur veniret , vigilaret vtique , & non sineret perfodi domum suam,& cõcluditur. & vos estote parati,quia qua hora non putatis Filius hominis veniet, & similem modum loquendi habuit Apostolus prima Thess.5. capitu. ſ. dies Domini, sicut fur in nocte veniet.

Tertio,vt seruetur Deo id , quod ei proprium est,ſ. scientia quorundam,quam in ipso solo esse decet. Est enim Deus per scientiam suam causa rerum, & vtrũque cõicat rebus,idest causalitatem , & scientiam. nã quibusdam tribuit virtutẽ agendi circa alias res quarum sunt causæ , & alijs, aut quibusdam ipsarum tribuit vim cognoscendi res, sed tam in operatione quã scientia

scientia aliquid sibi reseruat. De operatione patet, qa operatur quædam in quibus nulla creatura ei cooperatur, sicut creare animam, formare, & infundere, iustificare, miracula facere. ita ergo circa cognitionem necesse est poni quædam quæ solus Deus cognoscat, hæc autem maxime esse debent ea quæ soli diuinę subiacent potestati, vt sicut in operando ea ipse solus se habet ita in sciendo, istud autem est finis mundi, quia in dando finē mundo nulla creatura cooperatur, quia non prouenit ex aliqua habitudine rerum naturaliū, vt ostensum est præced. q. sed ex sola Dei voluntate. ergo conueniens est, ꝙ hunc finem mundi ipse solus sciat antequam fiat, sed si reuelaret non sciret solus ipse. ergo non expedit, quòd reuelet alicui.

Sed obijcietur, ꝙ debeat tempus illud determinate esse notum, quia tempus iudicij non debet esse alicui occultum, nisi forte quilibet se præpararet solicite ad ipsum iudicium, dum illius tempus determinatum ignorat, sed eadem monet solicitudo preparationis etiam si tempus esset certum iudicij. ergo non est inconueniens sciri diem iudicij. Et patet, quia dies iudicij erit post mortem omnium, vt dictum est. & tamen mors est nobis incerta quantum ad tempus, & ideo oportet nos disponere ideo etiam si sciamus diē iudicij determinate, nihilominus erimus soliciti semper, cum nesciamus diē mortis nostræ, & ex die mortis resultat tota dispositio post mortem. Sic dicit Augustin. in epistola ad Esichium. in quo inuenerit quemcunque suus nouissimus dies in hoc comprehendet eum mundi nouissimus dies.

Dicendum, ꝙ etiā si ignoretur a quolibet dies mortis eius, adhuc est conueniens ignorari diem iudicij, & hoc prodest ad maiorem vigilātiam in bonis operibus dupliciter. Primo, quia ignoramus, an dies iudicij tantum differatur quantum mors nostra alias differenda erat, quia licet mors nobis qualibet hora accedere possit, attamen tamen ad id, quod est cōmunius, & naturalius, idest, vt homines viuant tantum quantum naturaliter viuere possint, talem terminum autem quilibet homo sibi præfigit, quia talem cupit, licet non sit quilibet illum habiturus, potest autē esse, ꝙ dies iudicij veniat ante illum terminum nostræ vitæ naturalis, & tamen ante diem iudicij, vel in ipsa saltē necesse est omnes homines mortuos esse, ideo vltra timorem mortis adhuc habemus timorem de die iudicij, quasi ante mortis nostræ terminum venire possit, ideo conueniens est sic ignorari, quia duo timores facient maiorem diligentiam, & vigilantiam in bonis operibus quam vnus.

Secundo, quia non habet homo quilibet de se solo solicitudinem, sed etiam de familia, & amicis, & ciuitate, aut regno, vel Ecclesia, & his non determinatur tempus durationis fm vnius hominis vitam, & tamē vnumquemque horum oportet esse dispositum, vt dies Domini eum paratum inueniat. ergo pro omnibus his timemus, & soliciti sumus, etiam si dies iudicij futurus sit aliquantulum post mortem nostram, & ideo vtilitatem habet quandam esse diem illum nobis ignotum.

Sed adhuc obiiciunt quidam, ꝙ dies iudicii alicui reuelatus est, aut reuelabitur, quia dicitur Amos 3. c. non faciet Dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas, & tamen dies iudicij est de maximis rebus ergo reuelabitur.

Secundo, quia dicunt, ꝙ illa auctoritas non est vestrum nosse tpa, & momēta conueniebat Apostolis q̄ multo tempore ante nos fuerunt, & ideo dies iudicij erat ab eis elongatus, & sic non expediebat eis nosse illum, secus de nobis quibus dies iudicij vicinior est, aut de illis quibus fuerit valde propinquus. nam illis expediet reuelari. Dicendum, ꝙ his non obstantibus non reuelabitur nobis, neque expedit reuelari diem iudicij quantumcunque ei vicini sumus, & de vtroq; responsum est supra 22. c. & maxime circa declarationem auctoritatis illius, non est vestrum nosse tempora, & momenta. multa & pulchra dicta etiam ibi quæ sunt illa quæ Deus reuelat prophetis, & quæ sunt illa quæ occultat. Ad rationem primam in contrarium præced. q. dicendum, ꝙ non est simile de primo aduentu, & secundo. nam in vtroque requiritur, ꝙ veniens cognoscatur, ita ꝙ postquam fuerit præteritus aduentus non possit dubitari, an fuerit, quia videretur tunc inutilis esse. hoc supposito debuit tempus primi aduentus determinari, & prænunciatum esse antequā fieret, tempus autem secundi aduentus non debuit diffiniri antequam esset: nam in primo aduētu venit Christus occultus quantum ad personam suam, ideſt ꝙ non cognoscebatur iuxta illud Isa. 45. c. tu es Deus absconditus Deus Israel saluator. sic. n. debuit venire, qa alias impediret mysteriū passionis, si persona eius determinate ab omnibus, aut a pluribus agnosceretur. vt ergo non maneret totaliter ignotus, debuit tēpus aduentus eius notum esse. nam tunc etiam si persona non esset nota, cum sciretur tempus determinate, appareret ꝙ Messias iam venisset: ex illo esset quidam modus probationis ad cognoscēdum Iesum esse Messiam, qui illo tempore venerat, & talia fecerat qualia Messias facturus erat, immo qualia verus Deꝰ facere posset. secus autem de secundo aduentu, quia ille erit manifestus, sicut dicitur Psal. 49. Deus manifeste veniet, Deus noster non silebit. & ideo etiam si non sit tempus aduentus eius determinate prænotum, aut prænunciatum, immo etiam si nulla signa præcederent, non poterit ignorari aduentus, neque persona aduenientis, sed cogentur omnes scire, & agnoscere aduenientem. sic dicitur prꝙced. c. vbi distinguit Christus aduentum suum secundum ab aduentu pseudo prophetarum, quia aliqui occulte venirent se esse Christum. vnde diceretur de eis. ecce Christus hic. ecce illic. ecce in deserto est. ecce in penetralibus, & subdit, ꝙ non erit sic aduentus Filij hominis, sed sicut fulgur exit in Oriente, & subito apparet in Occidente. sic erit aduentus eius, & ita subito notitia eius peruenit ad omnes homines, & quod maius est, quia congregabuntur omnes ante eum eod. cap. fi. vbi fuerit corpus ibi congregabuntur, & aquilæ, & supra in litera dicitur, ꝙ cum venerit Filius hominis cōgregabuntur ante eum omnes gentes. & ita non oportet prænosci, aut reuelari tempus diei iudicii, licet debuerit prænosci tempus aduentus primi Christi. Ad fm dicendum, ꝙ licet multa signa ponantur a Christo in Euangelio, non ex hoc est notus dies iudicii. Et dicūt quidam, ꝙ causa est, quia signa quæ ponuntur a Christo in Euangelio (vt ait Augus. in epistola ad Esichiū) non pertinent omnia ad diem iudicii designandum, sed quædam ad euersionem Ierusalem qui præterit, quædam autem eorum (vt plurimi dicunt) pertinere ad aduentum quo quotidie Christus spiritualiter venit in Ecclesiam suam visitans eam, prout inhabitat nos per fidem, & amorem, illa vero quæ in Euangeliis, & epistolis ponuntur ad vltimum aduentum expectantia non possunt ad hoc valere, vt determinate possint nobis diem iudicii ostendere, quia illa pericula quæ prænunciantur ostendentia vicinum aduentū Christi fuerunt etiam a tempore Ecclesiæ primitiuę, & quandoque intensius, quandoque remissius: vnde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, vt patet Actu. 2. c. vbi Petrus exponit illud Iohelis 2. ca. erit in nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem &c. & ita illos dies dixit Petrus esse vltimos, quādo asseruit completam esse prophetiam illam, & ex illo die multum tempus transiuit vsque nunc, & semper fuerunt in Ecclesia tribulationes quandoque plures, quandoque pauciores, & nōdum venit dies iudicij. ergo neque per similes tribulationes potest probari quando erit dies iudicij, neq; de mense notificari potest ex his, neque de anno, neque de decem, aut mille annis, aut pluribus, vt dicit Aug. in eadem epistola ad Esichium. & si credantur circa diem iudicij huiusmodi pericula magis abūdare, non tñ potest determinari quæ sit illa quātitas periculorum quæ immediate præcedet ad diem iudicij, vel etiam aduentum Antichristi, cum etiam tempore Ecclesiæ primitiuæ fuerint pſecutiones adeo graues, & corruptiones errorum intantum abundarent, ꝙ apud plurimos vicinum, vel imminens tunc expectaretur tempus Antichristi, vt patet in ecclesiastica historia, & in lib. Hiero. de illustribꝰ viris. Sic enim respondet Sanctus Tho. 4. Sententiarum dis. 47. Sed dicēdum, ꝙ causa erroris circa hoc accidit magna propter signa a Christo posita præced. cap. & Mar. 13. & Luc. 21. putant enim plurimi omnia illa esse signa iudicij, & quia multa illorum quotidie vident, & ante hoc etiam a principio seculi semper fuerunt infirmātur circa significationem iudicij, dicentes, ꝙ signa a Christo data nullam certitudinē faciūt circa diem iudicij. hoc tamen inconueniens est, quia cū signa dentur ad signandum, si non efficiunt illud, quod signāt inutilia sunt, immo falsa. quod nefas est dicere circa signa a Christo data. ideo dicendum, ꝙ signa a Christo data conuenienter signant omnia ad quæ signanda a Christo fuerunt posita, & illa quæ fuerunt posita ad signandū diem iudicij designat illum certe eo modo quo Christus illum voluit designari, sed plurima signa illorum sunt quæ non signant diem iudicij, sed euersionem Ierusalem, & sunt omnia illa quæ ponūtur præced. c. a principio litere fere vsque ad locum illum, s. statim autem post tribulationem illorum dierum, vt magis expositum est ibidem. Quòd autē Augus. & quidam post eum dicunt quędam, & plurima illorum signorum pertinere ad aduentum quo quotidie Christus venit in Ecclesiam suam. Dicendum, ꝙ non stat, nisi velit exponere mystice: alias enim vis infertur litere siquis eam exponat de alio quā de euersione Ierusalem, & de Antichristo, & de aduentu ad iudicium maxime, quia Christus ibi non loquitur, nisi respondendo ad ea de quibus quæsitum fuerat, & tamen non fuit quæsitum de aduētu in Ecclesiā quotidie, ideo de illo nihil Christus loquitur. Alia autem sunt signa præcedentia ad iudiciū, & ista fuerunt pauca a Christo posita, s. quinque, vel sex, vt ostensum est supra. & ista conuenienter signant diem iudicij, & tamen tota turbatio, & error est circa illos qui nesciunt distinguere illa signa ab alijs, & putāt omnia signa ibi a Christo posita esse signa ad iudiciū. sed falsum est. Nunc vero hoc supposito videtur esse error eorū qui arguunt de tribulationibus bellorum, & persecutionum, quasi ex hoc instet dies iudicij, sicut ponebatur in solutione præcedenti, quia magnitudo tribulationum non ponitur esse de signis præcedentibus ad iudicium, sed de signis præcedentibus ad euersionē Ierusalem, licet aliqui dicāt tribulationum magnitudinem, de qua Christus dixit, ꝙ erit talis qualis non fuit ab initio creaturæ, pertinere ad Antichristi tempora, vt ibidem dictum est, signa aūt illa quæ sunt propria ad iudicium, ideſt in Sole, & Luna, & stellarum casu, & sonitu maris, nondum videntur, ideo nōdum possumus conqueri de errore significationis. Sed dicendū, ꝙ supposito, ꝙ illa sint signa iudicij quæ Christus posuit, quærimus, an per illa sciatur dies iudicij? Dicēdum, ꝙ aut quæritur de tēpore isto, vel quolibet alio in quo nondum signa præcesserunt neque esse cœperunt, aut de tempore illo quo iam præcesserint, aut esse inceperint. Si primo modo dicendum, ꝙ neq; dies iudicij potest sciri, neque tempus aliquod proximū. De primo patet. nam de die illa nemo scit datis quibuscunque signis. ergo a fortiori nullis stantibus præcedentibus signis non poterit sciri. De secūdo patet, quia si de die iudicij quātum ad tempus vicinum, vel non vicinum cognoscendum esset hoc fieret per aliqua signa. ergo ante aduentum signorum non potest haberi aliqua coniectura de pauco, aut de multo tēpore, & ita non magis possumus nunc dicere, ꝙ dies iudicij erit vsque ad vnum annum, quam ꝙ erit vsq; ad centum, vel mille, aut duo millia, & hoc tāgit Augus. in epistola ad Esichium. Si vero signa præcedant semel, vel incipiant fieri, dicēdum ꝙ aut per illa quærimus certitudinem diei, aut coniecturam temporis vicini. Si primum dicendum, ꝙ non potest haberi. nā quantacunq; signa præcesserint semper manebit dies ille ignotus, quia de die illo nemo scit, neque tamen sunt signa a Christo posita superuacua, quia nō ostēdunt conuenienter per certitudinem ipsum diem iudicij, quia Christus non posuit illa, vt per ea possit sciri dies iudicii, immo illis positis dixit, de die autem illa nemo scit, ideſt, licet omnia signa videritis, nō putetis, ꝙ inde scire poteritis determinate diem iudicij. Si autem quæratur secundum, ideſt coniectura temporis vicini. dicendum ꝙ ista conuenienter datur per signa. nam completis illis manifestum est, ꝙ dies iudicij de propinquo imminet, sic dicitur præced. ca. cū hæc videritis scitote, quia prope est in ianuis, & non solum quando fuerint finita signa, sed quando inceperint scimus, quia propinquus est dies iudicij Lucæ 21. ca. his fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. & ista vicinitas temporis paruum tempus ostēdit: fortassis. n. non erunt duo, aut tres anni, vt dictum est supra. Ad tertium dicendum, ꝙ cum dicitur, hora nouissima hæc est, nihil arguit de propinquitate ad iudicium. nā aut accipitur hora ibi proprie pro parte nota temporis, aut pro aliqua alia designatione ad placitum imposita. Si primo modo iam transiuit hora vltima, & nondum venit dies iudicij. Si vero accipiatur aliter, non possumus inde aliter colligere, quia sicut iam sub illa hora fluxerunt plures quam mille, & quadringenti anni, ita poterunt fluere tria millia annorū, ideo dicendum, ꝙ modi isti loquendi de vltima hora, & vltimo die nihil ostendunt de breuitate aduentus Christi ad iudicandū, quia tunc quando ista dicebantur, poterat expectari, ꝙ in breui futura esset consummatio seculi, & iam a Christi morte quando similia dicebantur fluxerunt multi anni quasi mille, & quadringenti viginti, & nōdum apparet finis mundi, neque signa quæ ipse prædixit in Euangelijs. ergo nihil faciunt modi illi loquendi, sed maxime dicendum, ꝙ ponuntur illi modi ad signandum vltimum statum mundi, vel ætatem, & nō ad signandum breuitatem temporis. nam tēpus noui testamenti est vltimus status, quia post ipsum non erit alius status, neq; alia lex, sicut ad legem Moysi succesſit lex Christi, sed manebit iste modus viuendi, & colendi Christum vsque ad finem seculi: ita enim ipse promisit assistentiam Ecclesiæ suæ vsque ad finem mundi infra 28. ca. s. ego. n. vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi. ergo vsq; ad finem seculi durabit Ecclesia sua. & status iste, sed status mūdi, vel ætates eius sunt quasi quædā dies eius, vel horæ, ideo cum tēpus noui testamenti sit vltima ætas, vel status mundi, potest vocari dies vltimus, vel vltima hora, & ita accipit

Ioannes dicens. filij nouissima hora est, ideſt nouiſſimus ſtatus, & non expectetis alium poſt hunc. & eo modo quo vocat vltima hora poteſt a fortiori vocari vltimus dies, & iſtud eſt iuxta cõſuetudinem ſcripturarum. nam omnes prophetæ vocant tempus Meſſię vltimos dies. ſic accipitur Iſa. 2. & Michee 4. c. ſ. erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium &c. & intelligitur de aduẽtu primo Chriſti, quia dicitur de Syon exibit lex, & verbũ Domini de Ieruſalem, & apparet, quia vulgariter tota illa auctoritas applicatur primo aduentui Chriſti, ſic etiam Iohel. 2. capitu. dicitur, ꝙ in nouiſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem &c. & beatus Petrus Actu. ſecundo, capitu. expoſuit illud de immiſſione Spiritus ſancti ſuper credentes, quæ miſſio fuit ſtatim poſt aſcẽſionem Chriſti in cęlos, ideo dies illi vocantur dies vltimi, ideſt vltimi ſtatus, & quia tã illi quam iſti, & omnes dies qui current vſque ad finem ſeculi pertinent ad eundem ſtatũ noui teſtamenti, non magis dicuntur nunc dies vltimi quam tempore Chriſti viuentis, aut paſſionis ſuæ, & ſic ſemper eſt nouiſſimus dies, & nouiſſima hora ex tunc vſque ad finem ſeculi, etiam ſi duraret quinque millibus annorũ, ſicut autem vocamus dies vltimos hunc ſtatum, ita & vocamus eum finem ſeculi, non ꝙ in quolibet die nunc finiatur ſeculum, ſed quia in iſto ſtatu finiatur, & poſt hunc ſtatum non ſit futurus alius ſtatus, nec aliquis dies. ſic Apoſtolus dicit 1. Cor. 10. c. nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerũt, ideſt nos ſumus in ſtatu illo qui eſt vltimus ſtatus mũdi, & finis eius. Aliqui tamen dicunt, ꝙ vocatur vltimus dies, vel nouiſſima hora, quia breuitatem temporis vult ſcriptura deſignare. Et patet ex modo illo loquendi Chriſti Io. 5. c. ſ. venit hora, & nunc eſt quãdo mortui audient vocem filij Dei. & ibi non poteſt accipi pro ſtatu iſto nouiſſimo, ſed pro tempore reſurrectionis generalis, quia tunc mortui audient vocem filij Dei, & reſurgent. Dici poteſt vno modo, ꝙ accipiendo ſic venit hora, ſ. reſurrectionis ponitur per hyperbolem, quia augemus breuitatem cum nõ ſit tanta breuitas, & tamen modus loquendi non eſt falſus cum ſit vſitatus. Aliter dicendum, & melius, ꝙ ibi nõ deſignatur tempus reſurrectionis mortuorũ, ſed conuerſionis ad fidem Chriſti. nam mortui erãt plurimi in peccatis, per quæ ad mortem obligabantur æternam, & illi audierunt vocem Chriſti prædicantis', & conuerſi dixerunt vita gratiæ, & tũc eſt verum abſolute, venit hora, & nunc eſt, ſ. tunc quando Chriſtus iſta loquebatur erat tempus prædicationis, & conuerſionis, & apparet, ꝙ de hoc intelligatur, quia poſt ea eod. c. cũ Chriſtus loqueretur de reſurrectione mortuorum magis aperuit. nam in prima vice dixit. venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent, in ſecunda vice dixit, nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionẽ iudicij. Et eſt prima differentia, quia in primo dicitur venit hora, & nunc eſt, in ſecunda non dicitur, & nunc eſt, ſed ſolũ dicitur venit hora. in quo innuitur, ꝙ primũ erat tũc quando Chriſtus loquebatur, ſ. cõuerſio malorũ qui mortui vocantur. Secundum vero, ideſt reſurrectio mortuorum non erat tunc, ſed futurũ erat, & tamen dicitur, venit hora, quia verum eſt, ꝙ venit tempus illud, quia ſemper tempus currit ad hoc, ꝙ veniamus in illam horam, & ita illa ſemper venit, ſed nõ eſt adhuc præſens, ſicut erat præſens tempus conuerſionis, & prædicationis Chriſti. Secunda differentia eſt, quia in primo dicitur, quando mortui audient vocem filij Dei. in ſecunda autem dicitur. omnes qui in monumentis ſunt audient vocem. in quo apparet differentia, quia mortuus poteſt accipi pro eo q̃ mortuus eſt naturaliter, vel morte peccati, & ita etiã iura humana vocant mortem naturalem, & ciuilem, & dicunt monachos mortuos mundo, & Chriſtus talem modum loquendi habet Apoc. 3. c. vbi dicit Angelo Sardis Eccleſiæ. nomen habes. ꝙ viuas, & mortuus es. neceſſe eſt autẽ accipi ibi mortuum in peccato, quia ſi vere mortuus eſſet, non ſcriberetur ei epiſtola, neque haberet nomen viui. in ſecundo autem dixit qui in monumentis ſunt. de illis enim conſtat, ꝙ vere, & naturaliter mortui ſunt. ergo poſuit iſtud ad ſignandum, ꝙ in primo accipitur mortuus in peccato, & viuit per conuerſionem: in ſecundo accipitur mortuus qui reſurgit. Tertia differentia eſt, quia in primo dicitur, mortui audient vocẽ filij Dei, & non dicitur omnes ad ſignandum, ꝙ quando Chriſtus prædicauit nõ fuerunt conuerſi omnes qui in peccatis erant, ſed aliqui eorũ, in ſecundo dicitur omnes qui in monumentis ſunt, vt oſtendatur reſurrectio. nam omnes tã boni quam mali reſurgent. Quarta differẽtia eſt, quia in prima dicitur, qui audierint viuent, & non dicitur reſurgent. vt innuatur, ꝙ eſt vita illa ſpiritualis ad quã redeunt, cum eſſent mortui per peccatum mortale. in ſecundo dicitur, & procedent in reſurrectionem, vt manifeſte oſtendatur, ꝙ in ſecundo loquitur de reſurrectione: in primo autem de conuerſione ad Chriſtum. Quinta differẽtia eſt, quia in primo dicitur, qui audierint viuent. & non dicitur, audient, & viuẽt, quaſi omnes audituri ſunt, ſed qui audierint, vt innuatur, ꝙ aliqui ſolum audirent, & viuerent, in ſecunda autẽ dicitur de omnibus. ꝙ procedent in reſurrectionem. Sexta differentia eſt, quia in prima nihil additum eſt ad viuere, & non eſt facta differentia vlla, ſed ſolum, quòd qui audierint viuent. in ſecunda autem fit differentia bonorum, & malorũ. nam dicitur, & procedẽt qui bona egerũt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala in reſurrectionem iudicij. ergo in prima ſoli boni viuunt, ſ. qui conuertuntur, in ſecũda autem omnes reſurgunt, quia agitur de vera reſurrectione, & ponitur diſtinctio bonorum, & malorum. Septima differẽtia eſt, quia vnum ponitur, vt probatio alterius, & patet, quia in primo abſolute dictum eſt, mortui audiẽt vocem filij Dei, in ſecundo autem dictum eſt, nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt & c. quaſi dicat, dixi vobis, ꝙ nunc mortui audient vocem filij Dei, & viuent per cõuerſionẽ, & vos miramini de hoc quaſi de difficili, nõ miremini, quia aliud magis fiet. ergo poterit fieri hoc, ſ. quia non ſolum mortui ſpiritualiter audiẽt vocẽ filij Dei, vt conuertantur per prædicationem, & ita viuant, ſed etiam illi qui ſunt vere mortui, & ſunt in monumentis audient vocem filij Dei, & reſurgent omnes, ſed iſtud non erit nunc, ſed in quadam hora quę venit. Et ita apparet ex præcedentibus, quòd per iſtas propoſitiones, aut modos loquendi, ſ. vltimus dies eſt, aut nouiſſima hora, non deſignatur aliqua breuitas temporis ad finem ſeculi, ſed ſignatur, quòd vltimus ſtatus ſit iſte, vel vltima ætas, ſed quantum iſte ſtatus duret non conſtat, ſicut de ætate vltima hominis, ideſt ſenio non conſtat quantum duret, cum cæteræ ætates habeãt determinatum numerum annorum, & interdum vltima iſta ætas tantum temporis habet quantũ omnes aliæ ſimul ſumptæ. ſicut dicit Aug. in libr. 83. quæſtionum.

Ad quartum dicendum, quòd non poſſumus ſcire finem mundi per motum cęli: neque enim ſufficit cognoſcere principiũ, quia ad hoc, ꝙ cognoſcatur finis alicuius durationis oportet ſciri quantitatẽ ipſius durationis

tationis in ſe, & principium illius, & tamen circa motum cœli, licet ſciamus principium eius non ſcimus quantitatem determinatam motus, ideo non ſcimus finem eius, ſecus autem eſt de ipſomet motu cœli, q̃a per eum non poſſumus cognoſcere ipſummet, cum ipſe non ſit cauſa ſui ipſius. Ad quintum dicendum, ꝙ dies qui ponuntur Apocal. 12. cap. ſ. Dies mille ducenti ſexaginta non ſignant totidem annos vſque ad aduentum Antichriſti, cum nõdum venerint, & ſint anni mille quadringẽti quadragintaocto a Chriſti natiuitate, ſed iſti ſunt dies prædicationis Chriſti, vt oſtẽſum eſt ſupra 22. cap. De diebus autem quos ponit Daniel dicendum, ꝙ non ſignant annos, quibus duret nouum teſtamentum vſque ad finem mundi, vel vſque ad aduentum, quia illi ſunt dies trecenti triginta quinque, & tamẽ iam plures anni trãſierunt a Chriſti natiuitate, vel morte vſque huc, ſed ſolet dici quòd ille eſt numerus dierũ quibus durabat prædicatio Antichriſti, & tamen de his declarabitur magis Dani. 12. & Apocal. 12. Ad ſextum dicendum, ꝙ licet ſtatus noui Teſtamenti ſignificetur per ſtatum veteris Teſtamenti, non oportet ꝙ ſit ſimilitudo per omnia, maxime quia ea quæ in veteri Teſtamento fuerunt, completa fuerunt in Chriſto, ideo futuri, ideſt, ſequentis temporis rationem in nouo Teſtamento non colligimus ex duratione veteris Teſtamenti, nulla enim ratio inclinat ad hoc, immo ſi debemus accipere durationem ſecundum exigentiam rei in generali, videtur ꝙ maior ſit duratio noui, q̃ veteris Teſtamenti, quia habet ſe nouum Teſtamentum ad vetus, ſicut vir ad puerum, & perfectus ad imperfectum, ſic comparat Apoſtolus ad Galat. 4. cap. vbi dicit legem fuiſſe pædagogum noſtrum, nunc vero dicit nos viros eſſe, & veniſſe plenitudinem temporis, ſed maiori tempore durat quis in annis iuuenis, & viri, q̃ pueri: ergo nouũ Teſtamẽtum debet maiori tempore durare, q̃ vetus, & tamen vſque nunc e contrario accidit, quia duratio veteris Teſtamenti, computando a die qua data eſt lex Moyſi vſque ad Chriſti natiuitatem eſt, ſecũdum vnam computationem annorum mille quingentorum quadraginta quinque, ſecundum aliam autem, quæ eſt verior, eſt annorum mille quingentorum, & decem, & tamẽ nouum Teſtamentum etiam ſi computetur a natiuitate Chriſti, nõ durauit niſi annis mille quadringentis quadraginta octo: ergo non eſt arguendum de duratione vnius, ad durationem alterius, quia non eſt ratio vrgens: de his autem magis dictum eſt ſupra 22. cap.

An iudicium erit per diem, aut per noctem.
Quæſt. CCCXXI.

QVAERETVR circa determinatum tempus iudicij, ideſt, circa qualitatem tẽporis, ſ. an erit per diem, an per noctem. Aliqui dicũt, ꝙ neque erit per diem, neque per noctem, quia iudicium, & reſurrectio ſimul fient, & tamen reſurrectio non fiet per noctẽ, neque per diem, quia reſurrectio non fit quouſque cœlum alteratur, ſ. ceſſando a motu, & effectibus quos producit per motum, Iob 14. cap. & ita non fiet vſquequo ceſſet motus cœli, ſed quando ceſſauerit non eſt nox, neque dies, quæ fiunt per motum cœli: ergo iudicium quod eſt ſimul cum reſurrectione non fiet per noctem, aut diem, ſed poſt omnem diem, & omnem noctem. Alij dicunt, ꝙ fiet per diem, quia finis vnicuiuſque rei eſt perfectiſſimus, ſed tũc cum fuerit iudicium, erit finis temporis, quia poſt hoc non erit tempus, Apocal. 10. Ergo finiętur tempus in optima diſpoſitione, ſed illa eſt dies: ergo erit iudicium per diem. Secundo, quia qualitas tẽporis debet reſpõdere eis quæ geruntur in tempore, vnde Ioã. 13. cap. fit mentio ꝙ nox erat quãdo Iudas exiuit a Chriſto ad eum prodendum, & hoc quia a cõſortio verę lucis tunc recedebat, & tamen in iudicio illo manifeſtabũtur omnia illa quæ nunc latent. 1. Corint. 4. cap. ſ. Manifeſtabit abſcondita tenebrarũ, & reuelabit conſilia cordium: ergo debet eſſe tempus maximę manifeſtationis, ſed iſtud eſt meridies: ergo erit iudicium in meridie, quia tunc eſt maxima lux. Alij dicũt, ꝙ fiat iudicium per noctem, quia iudicium, & reſurrectio ſimul fiet, & tamen de reſurrectione dicũt, ꝙ fiet per noctem, ſicut facta eſt reſurrectio Chriſti: ergo etiam iudicium fiet per noctem. Secundo, quia aduentus Domini ad iudicandum comparatur aduentui furis ad perfodiendum domum, præced. cap. & 1. Theſſ. 5. ſ. Dies Dñi ſicut fur in nocte veniet, ſed tempus abſconditum eſt nox: ergo tũc erit iudiciũ. Dicendũ, ꝙ proprie accipiendo tunc qũ fiet iudicium non erit motus cęli, ſed prius ceſſabit, ideo non erit tunc dies, aut nox. Sed accipiendo tempus pro illa diſpoſitione tẽporis, qñ ſubito ſuperueniet ignis, vt moriant oẽs, & reſurgant, & fiat ſtatim iudiciũ: nam aliqua illa erit. dicũt aliqui ꝙ erit dies; qa dr̃ præced. c. de die aũt illa nemo ſcit. Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ non ſequit, quia dies accipitur ibi naturalis, & non artificialis, & includit diem, & noctẽ, & ita non apparet, an ſit dies, vel nox. Sed adhuc dicetur quòd erit dies, & patet ex operibus, quæ homines tunc facient, quia dicitur præceden. cap. quòd tunc duo erunt in agro, vnus aſſũmetur alius relinquetur, & duę erũt molentes in mola, vna aſſumetur & alia relinquẽtur, & tamẽ iſta ſunt opera, quæ per diem fiunt, ſ. exercere agros, & molere in mola, ideo dies erit. Alij dicunt, quòd erit nox: primo quia dicitur Lucæ 17. cap. In illa nocte duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & alius relinquetur, & ſic noctem dixit. & iſtud videtur conueniens argumentum. Nam quando dicitur, dies non apparet, an ſit dies, vel nox, eo quòd dies naturalis vtrunque includit, ſed cum dicitur, nox non poteſt accipi niſi pro nocte, ideo videtur quòd nox futura ſit. Secundo, quia ponuntur opera noctis, ſcilicet, duo erunt in lecto, ſed eſſe in lecto ad noctem pertinet: ergo erit nox quando fiet iudicium. Eſt dicendum, ꝙ tempus iudicij accipiendo pro illa diſpoſitione temporis in quo ceſſauerit motus cœli, erunt omnia tempora ſimul, ſ. dies, & nox, & quęlibet pars diei, & noctis, ſicut nunc eſt: nã qñ in vno loco oritur Sol, in loco oppoſito, ſ. diſtãte per diametrũ occidit, & qñ in vno loco erit meridies, erit in alio media nox: cum ergo quærimus an erit dies, vel nox, oportet nos reducere ad aliquẽ determinatũ horizontem, reſpectu cuius, aut erit dies, aut nox, ſed qui erit ille horizon? dicendũ, ꝙ erit horizon loci iudicij, ſ. vallis Ioſaphat, vbi putatur futurũ iudiciũ: nã ille erit horizon cõis, eo ꝙ oẽs conuenturi ſunt in illum horizontem ad iudiciũ, & tñ reſpectu illorum locorum in quibus erunt qui tunc ſubito moriẽtur, aduenięte igne erit alicubi nox, & alicubi dies, qa tñ iudiciũ non fiet in oĩbus locis, ſed in vnico, reſpectu illius conuenienter quęretur de tempore quale erit, & hoc modo licet poſſet dici, ꝙ eſſet dies, tñ magis tenendum videtur, quòd ſit nox. Ad rationes in oppoſitum dicetur ſequenti quæſt. de hoc tamen dictum eſt ſupra 22. cap.

In q. 236.

Qua parte noctis, vel diei erit iudicium.
Quæſt. CCCXXII.

QVAERETVR dato quòd ſit nox tempus iudicij, vel dies, vt aliqui voluerunt, quę pars noctis, vel diei erit.

Aliqui dicunt, quòd erit media nox, quia dicitur præceden. litera, media nocte clamor factus est, & ille clamor videtur esse clamor tubæ, qua clamabitur ad iudicium, præceden. cap. & 1. Corinth. 5. cap. Alij dicunt, quòd non constat an sit media nox, immo an sit nox, sed dicunt vocari mediam noctem propter temporis incertitudinem: nam veniet Dominus hominibus nescientibus, sicut diluuium diebus Noe, & euersio Sodomorum ignorantibus ciuibus, præcedē. cap. & Lucæ 17. cap. sic dicitur ad Thessalon. 1. cap. 5. Dies Domini sicut fur in nocte veniet. & quia nullū est tempus magis occultum, quàm media nox, quia tunc omnes dormiunt, dicitur tempus iudicij media nox, & rursus quia ibi manifestabuntur omnia occulta, quæ conditio manifestationis pertinet ad diem, dicunt vocari diem Domini, & ità dicitur Apocal. 21. & Daniel. 7. c. quòd antiquus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo, quæ apertio manifestationem dicit. Alij dicunt, quòd vere fiet per mediam noctem, sic tenet Cassiodorus, & dat causam quia eo tempore percussa sunt omnia primogenita Aegyptiorum ab Angelo exterminatore, sic refert Magister 4. Senten. dist. 43. Dicendum, quòd per certitudinem non potest sciri hora noctis, aut diei qua fiet iudicium. sic dicitur præcedenti cap. De die autem illa, aut hora nemo scit, & tamen si sciremus quòd media nocte, aut meridie, aut alia parte diei, iam notum esset in qua hora fieret, ideo nescitur hoc. Sed dicendum, quòd verisimilius creditur, & asseritur quòd fiet in fine noctis, scilicet, in crepusculo matutino desinente nocte, & incipiente die, & hoc existente Sole in horizonte Orientali, & Luna in horizonte Occidentali, & hoc respectu loci illius in quo fiet iudicium: nam respectu omnium locorum in quibus morientur homines subito, vt resurgant non erit sic, sed in quibusdam erit nox, & in alijs dies, licet etiam istud non est multum certum, quia tunc manifestum esset quòd dies iudicij futura erat in plenilunio, quia hoc est in oppositione ipsorum luminarium, sed neque ista certitudo videtur nobis dari, quia hoc dato multi dies essent, de quibus sciremus, quòd in illis non potest esse dies iudicij, nec resurrectionis, & hoc satis monet, vt nesciamus, an etiam talis habitudo erit, quando fiet iudiciū inter Solem, & Lunam, sed supposito eo quod asseritur, erit talis habitudo luminarium, & erit crepusculum matutinum, ideſt, finis noctis, & principium diei quando oritur Sol, & tunc videtur stare conuenienter, quòd fiat per noctem aduentus Christi, ideſt, missio illius ignis, qui omnia deuorabit, & statim in ipso matutino crepusculo cesset tempus, fiatque tunc resurrectio, & iudiciū. Sed ad hoc est prima ratio, quia in tali situ creduntur creata luminaria, scilicet, Sol in Oriente, & Luna in Occidente, & ita fiat circulatio perfecta, vt redeant corpora ad eundem locum, & situm, in quo fuerunt condita. Secunda est, quia iudicium, & resurrectio fient in eadem hora, & tamen resurrectio creditur futura Sole existente in Orientali horizonte, quia eo tempore Christus surrexit, scilicet in principio diei, ideo tunc tempus iudicij ponunt. Non tamen ex hoc ponatur penitus eadem habitudo luminarium, quantum ad tempus, & omnia, quæ fuit in resurrectione Christi, quia illa resurrectio fuit die quinta Aprilis, & tamen de die iudicij nescitur in quo mense erit. Secundo, quia dicitur quòd tunc Luna, & Sol erunt in opposito, & tamen in die resurrectionis Christi non potuit esse sic, quia Christus man ducauit Pascha die quartadecima Lunæ, ideſt, die Iouis, & die quintadecima, ideſt, die Veneris mortuus est, & Sabbatho sequenti, ideſt, sextadecima Luna mansit in sepulchro, sequenti autem die, ideſt, septimadecima resurrexit, & tamen die septimadecima Lunæ non poterant esse Sol, & Luna in opposito, sed si Sol erat in puncto horizontis Orientalis, erat Luna tunc infra horizontem ad Occidentem plus quàm viginti gradibus, satis autem est quòd sit eadem habitudo temporis, ideſt, in crepusculo matutino. Tenendo autem istam positionem potest dici ad primum, scilicet, media nocte clamor factus est, quòd nō arguitur inde aliquid: nam litera illa, aut accipitur secundum parabolam, aut secundum sensum quem Christus intendit. Si secundum parabolam erat vere media nox, quando venit sponsus dormitantibus virginibus, & clamatum est ecce sponsus venit. Si autem accipiatur quantum ad sensum Christi, accipitur pro tempore occulto, & incerto mortis, quia occultum est cuilibet tempus mortis, sicut media nox est tempus incertum & occultum, ideſt, quia homines tunc non vigilant, & de die iudicij nihil ibi dicitur. Ad illos qui dicunt non constare, an sit media nox, vel quod tempus. dicendum quòd verum est, quòd non constat per certitudinem, hoc tamen est quod magis tenetur. Ad illos autem qui secundum Cassiodorum dicunt futurum media nocte. dicendum quòd non constat, immo non est satis verisimile, saltem enim non constat hoc ex aliquo loco scripturæ, quia iam constaret alicui de die illa, aut saltem hora, & cum probant quia illa hora percussa sunt primogenita Aegypti non facit ad propositum: nulla enim similitudo inter hæc est, quia non infligit Deus omnes pœnas eadem hora: nam ignem in Sodomis non pluit Deus media nocte, sed in ortu Solis, vel quasi: nam iam erat mane quando exiuit Loth de Sodoma, & tamen ante exitum eius non nocuerunt Angeli ciuitati, Gen. 19. c. & in ortu Solis pluit sulphur, & ignem de cœlo, eodē cap. Etiam qñ Deus misit diluuium non misit per noctem, sed in ortu Solis incępit, vel parum post: nam in articulo diei introiuit Noe in arcam, i. in pūcto ortus. Gene. 7. c. & statim cępit pluuia diluuij, ideo nō oportet ꝙ ille ignis qui veniet ad occidendum omnes, qui residui fuerint, veniat media nocte. maxime quia si respectu vnius loci esset media nox, respectu aliorum non posset esse. Ad rationes positas præced. q. resp. dendum est. ad primam verum est, quòd non erit per diem, neque per noctē, accipiendo proprie diē, & noctē, ꝙa illa causantur ex motu cœli, tunc vero nō erit motus, sed accipimus tps ſm cōditionē Solis ad horizontē: nā si supra fuerit dies est, si infra est nox, & finis habitudinem eleuationis, vel declinationis accipimus partem diei, vel noctis. Vel potest dici ꝙ vocatur dies, vel nox illa conditio temporis, quæ præcessit, quando cessauit motus: nam manebunt luminaria in illa habitudine in qua fuerunt, cum cessauit motus, & ideo vt esse eadem pars diei, vel noctis, quæ erat quando cessauit motus, & quæ erat antequàm cessaret. Ad secundum dicēdum, ꝙ dies est dispositio melior temporis, q̄ nox, & meridies est optima dispositio, respectu cuiuslibet horizontis, & hoc propter maximam illustrationem, sed hoc non erit tunc necessarium, quia corpora Sanctorum erunt fulgida sicut Sol, supra 13. c. & a fortiori corpus Christi, ideo propter lucem non esset necesse esse ibi diē, quia magis illuminaretur lucis lumine corporū Beatorum, q̄ radijs Solis in meridie, & ita Isaias dicit de illa ciuitate Ierusalem cęlesti, ꝙ non erit ei Sol ad lucendum per diem, neque Luna per noctem, & Apocal. 21. cap. dicitur, ꝙ nō est necessarius Sol ibi, quia claritas Dei illuminat eā, & agnus est lucerna eius. Cū aūt obijciebatur, ꝙ rei finis est aliquid optimum. dicendum, ꝙ est verū de fine ad quē habēdū res mouet, ꝙa ille est pfectio eius, secus aūt de fine in quo res terminatur, ꝙa ille interdū est minoris perfe-

perfectionis, quàm alij status rei, & ita erit de qualitate temporis. Nā non mouetur cœlum ad hoc, ꝙ consequatur talem, vel talem dispositionem tēporis, quia tunc illa habita non moueretur, & tamen cum quoti die habeat illam quotidie mouetur, ideo non est motus ad consequendum aliquam determinationem tēporis, sed ad causandum effectus in rebus per ipsum motus, & circumlationē lucis ad omnem partē, propter quod non differt in qua dispositione cesset tempus, i. an in meridie, vel media nocte, vel aurora, aut qualibet alia dispositione, maxime quia semper est talis dispositio temporis, quandiu tempus est: nam necesse est nunc alicubi esse meridiem, & alicubi mediā noctem, & ortum Solis, & occasum, & horam tertiæ, & horā nonæ, & ita de alijs partibus temporis secundum habitudinem quam Sol habet ad diuersos horizontes, ꝙ autem tunc cum cessauerit tempus sit meridies respectu alicuius horizontis, nō videtur eē causa necessitatis vlla: nam hoc maxime esset respectu illius horizontis in quo fiet iudicium, sed pro illo non est necessaria talis habitudo, vt dictum est. Ad tertiū cum dicebatur, ꝙ debebat esse meridies propter maximam manifestationem. dicendum, ꝙ aut hoc accipitur propter necessitatem rei, quasi ad illam manifestationem, quæ futura est sit necessaria dispositio meridiei, aut accipitur propter correspondentiam significationis. Si primo modo non oporteret, ꝙ sit meridies, immo neque dies propter duo. Primo, quia manifestatio, quæ ibi fiet non est corporalis, sed spiritualis, s. manifestabuntur consilia cordium. 1. Corinth. 4. cap. & tamen pro tali manifestatione nō est necessarium lumen corporale, sed spirituale. Secundo, quia dato ꝙ esset necessarium multum lumen corporale, abundā tius erit ibi, quàm Sol possit effundere, eo ꝙ erunt ibi corpora omnium Beatorum, & tamen beati fulgebunt sicut Sol, supra 13. cap. & maxime corpus Christi quod incomparabiliter excedet lumen Solis, ideo non erit necessarius Sol tunc, & consequenter neque dies, neque meridies. Si vero accipiatur quantum ad correspondentiam significationis. dicendum ꝙ propter varias res potest varie tempus illud nominari, s. dies, & nox, & meridies, & media nox: nam attendendo manifestationem occultorum vocabimus meridiem, attendendo autem incertitudinem temporis vocabimus mediam noctem, quia occulte sicut fur in nocte veniet. 1. Thessal. 5. cap. Ad aliam rationem qua dicebatur, ꝙ fieret per diem, quia opera illius tēporis erant diurna, i. duos esse in agro. dicendum ꝙ poterit esse nox: nam etiam per noctem sunt aliqui in agris, scilicet, pastores, & sic omnes conditiones conuenient nocti. Est tamen verum, ꝙ tunc erit dies, & nox, quia resurrectio non fiet de vnica parte orbis, sed de omnibus, & mors veniente igne cœlesti in toto mundo fiet, sed tunc necesse est alicubi esse diem, & alicubi noctem, & non potest determinari nisi accipiatur respectu horizontis illius in quo fiet iudicium, quia ad illum erit determinatio aliqua temporis, & ista non est nobis nota, dicitur tamen communius esse determinatio crepusculi matutini, sicut supra dictum est.

An omnes homines in illud iudicium veniant.
Quæst. CCCXXIII.

QVAERETVR nunc de iudicandis, & iudicantibus in generali iudicio qui erunt, & specialiter quærendum erat primo de iudicantibus, an solus Christus iudicet cum sedeant super duodecim sedes, an aliqui alij homines iudicent, & an pręcti homines iudicent quoque Angeli, sed de his omnibus, & plurimis dubijs circa iudicantes, & de potestate iudiciaria propter quam virtutem dabitur hominibus, dictum est late supra 19. cap. ideo ibi videatur. Nunc ergo dubium est circa iudicādos, vel eos qui in iudicium venient, & primo dubitatur an omnes homines venient in iudicium illud. Aliqui dicunt, ꝙ nō, quia supra 19. cap. cum Christus dedit Apostolis potestatem iudiciariam dixit: sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, sed non pertinent omnes ad illas duodecim tribus: ergo non venient omnes homines in iudicium. Secundo, quia dicitur Psal. 1. Non resurgent impij in iudicio, sed multi homines sunt impij: ergo multi sunt qui non venient. Tertio, quia aliquis deducitur ad iudicium, vt eius merita discutiātur, sed quidam sunt qui nulla habent merita bona, neque mala: ergo multi sunt qui illuc non ibunt: patet de pueris decedentibus in ætate infantiæ: nam illi nihil habēt meriti, aut demeriti. Dicendum, ꝙ quærere an omnes comparebunt in iudicio est quærere, an erit iudicium generale, vel non, & de hoc dictum est supra. veruntamen dicendum nūc quòd in iudicio omnes comparebunt. Primo, quia Actu. 10. cap. dicitur, quòd Christus constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum, sed nomine horum accipiuntur omnes homines cuiuscunque ætatis, dignitatis, & sexus: ergo omnes venient in iudiciū. Et hoc patet, quia siue accipiatur de vita naturali, vt opponitur sibi naturalis mors, sufficienter distinguuntur omnes homines in viuos, & mortuos. Si vero accipiatur viuus vita gratiæ, & mortuus, pro vt est in peccato mortali, etiam sufficienter distinguuntur omnes per viuos, & mortuos, quia nullus est, qui non sit in gratia, aut peccato mortali. Secundo patet, quia Apocalyp. 1. dicitur: Ecce in nubibus venit, & videbit eum omnis oculus, & agitur de Christo veniente ad iudicandum. Sed non videbit eum omnis oculus, si non fuerint omnes homines in iudicio: ergo erunt ibi omnes. Tertio, quia potestas iudiciaria data est Christo in honorem, & hoc in præmium humilitatis, quam in passione exhibuit, sed ipse pro omnibus passus est, quia sanguis suus omnibus suffecit, & omnibus realiter prodesset, nisi illi ponerent obicem, iō dignum est vt qui pro omnibus subijt inhonorationem in omnibus honoretur, hoc autem est vt omnes ei flectant genua sua in iudicio: ergo omnes in iudicium venient, & ideo vocabitur iudicium generale, licet non iudicent omnes, neque iudicentur omnes.

Ad primum dicendum, quòd in iudicio omnes homines comparebunt, licet non iudicabuntur omnes. Cum vero dicitur de duodecim tribubus, dicendum quòd non iudicabuntur solæ duodecim tribus, sed etiam multi de omnibus alijs gentibus, & ad hoc dicit Augustin. 20. de Ciuitate Dei, quòd per duodecim tribus omnes gentes intelliguntur, quia per Christum in sortem duodecim tribuum, omnes gentes fuerunt vocatæ, sed de hoc dictum est late supra 19. cap. Nam licet omnes gentes iudicandæ sint, & nomine duodecim tribuum non accipiantur ibi, nisi ipsæ tribus, dictum est tamen Apostolis, quòd iudicarent duodecim tribus, cum etiam multas gentes præter illas tribus iudicaturi essent. Sed quare de illis duodecim tribubus specialiter expressum est, dictum est eadem quæstio. 208. & non mirum, quia Christus eodem cap. noluit complete dicere de iudicio, sed solum quantum ad propositum suum tunc pertinebat, sicut ergo præter Apostolos multi acceptari erant sedes iudiciarias, dixit tamen de solis duodecim sedibus pro ipsis Apostolis, ita multæ gentes iudicandæ erant præter duodecim tribus, dixit tamen specialiter de illis.

Alph. Tost. in Matth. Pars VII.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ venire in iudicium tripliciter accipitur. Vno modo venire, vt iudicet quis. Alio modo ꝙ quis veniat vt iudicetur. Tertio modo, vt veniat, vt ibi ſaltem præſens ſit. Accipiendo primo modo non reſurgent impij in iudicio, quia nulli mali iudicabunt, niſi accipiatur de iudicio comparationis, quia hoc iudicio etiam mali iudicant, qui non ſunt maxime mali, vt oſtenſum eſt ſupra 19.cap. queſt. 198. Accipiendo ſecundo modo, ideſt, vt iudicentur, multi ſunt qui non veniunt in iudicium: nam Apoſtoli non iudicabuntur. Accipiendo tertio modo omnes venient in iudicium, quia nemo erit qui ibi deſit, vt omnium genua flectantur Chriſto, & ita tam mali, quàm boni comparebunt in iudicio. Ad tertium dicendum, quòd etiam pueri illi habebunt aliquid de quo iudicium fiat: nam neceſſe eſt omnes paruulos decedere, aut in peccato mortali, aut in gratia, ſed primi iudicantur vt pereant, ſecundi vero vt habeant vitam æternam, & hoc licet neutri aliquid egerunt vnde bonum, aut malum reciperent, ſed primi contraxerunt originalem culpam, quæ eſt mortalis. ſecundi vero nihil fecerunt, ſed meritis Chriſti per operationem ſacramentalem Eccleſiæ receperunt gratiam, per quam beatitudinem habeant. Si autem velimus dicere, quòd nō iudicantur, niſi qui fecerunt aliquid, de quo iudicarentur bonum, aut malum, dicendum quòd iſti erũt in iudicio, non vt iudicentur, ſed vt gloriam iudicis videant, & ſic in hoc fit quidam honor iudici.

An boni iudicabuntur. Quæſt. CCCXXIIII.

QVAERETVR an boni iudicabuntur. Aliqui dicunt, quòd nulli boni iudicabuntur, quia Ioan. 3. cap. dicitur, Qui credit in eum nō iudicabitur, ſed omnes boni credunt in Chriſtum, quia qui non credit in eum eſt infidelis, & conſequenter malus: ergo nullus bonus iudicabitur.

Secundo, quia illi non ſunt beati, quibus incerta eſt ſua beatitudo, & hoc modo probat Auguſt. Angelos malos nunquàm fuiſſe beatos, etiam cum in cœlo eſſent, quia non fuerunt aliquando certi de ſua beatitudine: nam de eo quod non erat futurum, non poterãt eſſe certi: omnes autem Sancti qui nunc in vita æterna ſunt, beati ſunt, cum dicatur Apocal. 14. cap. Beati mortui, qui in Domino moriũtur: ergo ſunt certi de ſua beatitudine, & conſequenter non deducentur in iudicium: ergo non iudicabuntur qui iam in vita æterna ſunt. Tertio, quia terror repugnat beatitudini, ſed extremum iudicium, quod maxime tremendum dicitur, non poterit eſſe ſine timore eorum, qui iudicandi ſunt: in beatis autem non eſt timor, ergo non iudicabuntur, patet quia dicit Gregorius in Moral. ſuper illud Iob 40. cap. ſcilicet, cum ſublatus fuerit timebũt Angeli. conſideremus tunc quomodo iniquorũ conſcientia percutitur, quando etiam iuſtorum vita turbatur. Alij dicunt ex oppoſito, quòd omnes boni iudicabuntur, quia dicitur 2. Corint. 5. cap. Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, quæ geſſit bona, ſiue mala, ſed nihil aliud eſt iudicari, niſi ſtare ante tribunal iudicis, ad recipiendum per eius ſententiam bonum, aut malum, prout meruit, ergo videtur, quòd omnes boni iudicabuntur. Secundo, quia vniuerſale omnia comprehendit, & tamen iudicium vltimum dicitur vniuerſale: ergo omnes iudicabuntur ibi, & conſequenter omnes boni. Dicendum, quòd iudicium importat duo, ſ. diſcuſſionem meritorum, & retributionem pręmiorũ, & hoc ſecundum quòd in iudicio quolibet humano inuenimus duo, ſ. diſcuſſionem cauſæ, & diffinitionẽ eius. Si enim accipiatur quantum ad ſecundum, i. retributionem præmiorum. dicens ꝙ omnes boni iudicabuntur nihil inconueniens videtur aſſerere: Cõitet tamen non dicitur ſic, ſed ꝙ quidam boni ſunt, qui non iudicabuntur: nam Apoſtolos non dicimus iudicandos, & multominus Matrem Chriſti. Tenẽdo aũt hoc diſtinguendum eſt circa bonos. pro quo ſciendũ, ꝙ diſcuſſio meritorum non fit, niſi vbi eſt mixtio, & quaſi quędam incertitudo meritorum: nam diſcuſſio eſt ſeparatio quædam, vbi ergo nulla eſt commixtio meritorum bonorum, & malorum, ſed ſimpliciter ſunt bona, non eſt aliquid iudicandum, vbi vero admixtio eſt, iudicium fiet, & diſtinguuntur iſti per modũ loquendi Apoſtoli. 1. Corint. 3. cap. De ædificantibus ſuper fundamentum lapides pretioſos, & aurum, & alijs ædificantibus ſuper illud lignum, fœnum, & ſtipulam: nam omnes iſti ſunt boni, cum Apoſtolus dicat omnes iſtos ſaluari, ſed dicuntur ædificare aurum, argentum, & lapides pretioſos ſuper fundamentum fidei illi, qui diuinis ſeruitijs totaliter inſiſtentes, nullam admixtionem notabilem alicuius mali meriti habent, in talibus enim meritorum diſcuſſio locum nõ habet, quia non ſunt ibi mala, quæ diſcutiantur a bonis: dicuntur autem ędificare ſuper fundamentum fidei lignum, fœnum, & ſtipulam illi, qui rebus mundi abiectis cogitant, quæ Dei ſunt, ſed non abijciunt eas penitus, ſed adhuc eas amant, & terrenis negocijs implicantur, & tamen nihil Deo præponunt, ſed ſtudent eleemoſynis expiare peccata: iſti enim habent commixtionem bonorum operũ cum malis, ideo diſcuſſio meritorum in eis locum habet, iſti autem quantũ ad hoc iudicabuntur, ſed ſaluabuntur. Sed adhuc conſiderandum eſt, quia iſta non ſunt ſimpliciter concedenda, quia non eſt verum, ꝙ boni in die iudicij habebũt aliquam admixtionem meritorum: nullus enim bonus ibi timebit bona, & mala merita ſimul, ſed ſola bona. Et ideo videtur, ꝙ nullus bonus iudicandus eſſet, accipiendo diſcuſſionẽ pro diuiſione, vel ſeqꝫeſtratione bonorum, & malorum operũ, quia aut erũt illa mala peccata mortalia, quæ erunt mixta cum bonis operibus, aut erunt venialia. Non primo modo, quia quicunque habuerit peccatum mortale in die iudicij damnabitur æternaliter, eo ꝙ ille ſine charitate decedit, ſi autem ſint venialia, eſt etiã impoſſibile, quꝫ nemo poteſt ad vitam æternam ire cum aliquo peccato, vel onere ſatisfactionis, ideo oportet prius exſolue re pœnam pro illis, quàm habeatur vita æterna, & tamen poſt iudicium nulla pœna manet, niſi æterna: homi autem non tolerabunt hanc, ideo neceſſe eſt, quòd omnia peccata venialia, quæ non ſunt ſimul cũ mortalibus, deleantur ante iudicium. Nam in illis qui ante diem iudicij morientur, erunt peccata omnia venialia expiata per pœnam purgatoriam, in illis vero qꝫ morientur in ipſo die iudicij fiet expiatio venialium per acerbitatem illius ignis, qui omnia deuorabit, & ita bonis in die iudicij nō manebunt aliqua mala merita, quę poſſint diſcuti a bonis, & ita nō habet locum iſta diſtinctio ibi. Dicendum, ꝙ accipiendo iudicium eo modo quo apud nos fit, i. vt merita cauſarũ diſcutiantur, & ſecundum merita feratur ſententia, non eſt apud Deum iudicium aliquod, neque primum, quod eſt ſpeciale, neque vltimum quod eſt generale. De primo patet, quia Deo oĩa ſunt notiſſima, & plus quàm notoria, ideo nulla diſcuſſione indiget, neque illam facit, ſed dat vnicuique ſecundum opera ſua bonum, aut malum, & iſtud habet locum ſententię, & quantũ ad hoc põt vocari iudicium tam primũ, quam ſecundum, & hoc modo omnes tam boni, quàm mali iudicãtur, quia nemo eſt cui non tribuant iuſta merita. Accipiẽdo autẽ ſecundum iudicium, dicendũ ꝙ illud non eſt iudicium hominum, vt ſingulorum, licet de ſingulis iudicetur. Sed eſt iudiciũ de toto genere humano, vt eſt cõitas, vel vniuerſitas quędam, & iudiciũ iſtud tendit ad ſeparationem bonorũ, & malorum, vt iam nunq̃ ſint ſimul: hoc enim proprie efficitur in iudicio illo, quod prius effici non poteſt, aut non efficitur, & reſpectu huius non eſt alia diſcuſſio neceſſaria, niſi vt videatur qui ſunt boni, & qui mali: iſtud vero eſt notiſſimum Deo, ideo non fit aliqua diſcuſſio ab ipſo, & ſi circa aliquem deberet facere diſcuſſionẽ ſimul facere circa omnes, quia æqualiter notum eſt Deo de vno homine, ſicut & de omnibus: eſt tamen ſententia in hoc iudicio, ſ. Ite maledicti Patris mei. & eſt executio eius, quæ eſt realis ſeparatio malorum a bonis, & quantum ad hoc iudicium eſt de omnibus, quia nullus bonus eſt, qui non ſeparetur a malis, & cum iſta ſententia ſit de omnibus bonis, & de omnibus malis, neceſſe eſt quòd omnes boni iudicentur, quia ſententia nō fertur, niſi de eo quod in iudicium deductum fuerit, ideo in iudicio generali concedere poſſumus, ꝙ oēs boni iudicabuntur, & etiã mali. Sed accipiendo eo modo quo dicimus quoldam non iudicari, vt Matrem Chriſti, & Apoſtolos. dicendum ꝙ aliquos non iudicari contingit propter duo. Vno modo propter dignitatem, ſ. quia iudicare eſt excellentiæ, & auctoritatis, iudicari vero eſt ſubiectionis, illis ergo quorum excellentia maxima eſt, non competit iudicari, & ita Mater Chriſti non iudicabitur, neque Apoſtoli. Alio modo propter certitudinem, ſ. quia iudicium importat diſcuſſionem. illi ergo quorum merita nota ſunt, cum non egeant diſcuſſione, non dicẽtur iudicari, ſic dicitur de malis, Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt. q. d. non iudicabitur, quia certa ſunt merita ſua, quia non poſſunt eſſe bona, cum infidelis ſit, ſicut ergo illi quorum malitia certa eſt non iudicantur, quia nulla eſt ibi diſcuſſio meritorum, ita illi quorum bonitas eſt certa, & impermixta malis, non iudicabuntur, quia circa eos nulla fiet diſcuſſio meritorum. & hoc etiã modo dr̃, ꝙ Mater Chriſti, & Apoſtoli nō iudicabuntur, & iſtud fit, quia iudicium diuinum accipimus ad modũ humani iudicij, in quo fit diſcuſſio. Sed tunc dicendũ circa iſtã diſcuſſionẽ, ꝙ aut loquimur de illa reſpectu Dei, aut quantum ad nos. Si reſpectu Dei, dicẽdum ꝙ de nullo facit diſcuſſionẽ, quia oĩum merita, vel demerita ſunt ei ęqualiter nota, ideo in veritate, vel nullum iudicat, vel omnes iudicat. Accipiendo quantum ad nos, dicendum ꝙ ad quoſdam pertinet diſcuſſio, ad alios non: quidã enim ſunt quorum malitia eſt nobis certa inuariabiliter, ſicut malitia infidelium, neceſſe eſt enim, ꝙ qui infidelis exiſtens decedit cõdemnetur, & hoc eſt ipſo iure, iõ circa tales nullam diſcuſſionem ponimus fieri: ſic dicitur Ioã. 3. cap. Qui non credit iam iudicatus eſt. idem aũt eſt de bonitate, quantũ ad quoſdã, vt de paruulis baptizatis, qui mox, vel paulopoſt defuncti ſunt: manifeſtum eſt enim ipſos ſaluos fieri, & circa tales nulla poteſt fieri diſcuſſio, eo ꝙ nulla mala merita, vel opera habere poſſunt, ſed decedunt cum gratia baptiſmali, & ideo de his dicemus, quòd non iudicantur, licet in iudicio ſint ad videndum gloriam iudicis, vt dictum eſt præced. q. Sic etiam conſtat nobis de meritis quorundam aliorum, vt Matris Chriſti, & Apoſtolorum, & aliorum Sanctorum, qui per Eccleſiam canonizati ſunt, nō quidem ex vita eorum quã non vidimus, ſed ex aſſertione Eccleſiæ, quæ non falli tur circa talia: de omnibus ergo illis quos teſtimonio Eccleſiæ cõſtat nobis eſſe in vita ęterna, dicemus ꝙ nō iudicabuntur, quia nulla diſcuſſio fiet circa eos: de ęteris aũt bonis, & malis fidelibus, de quibus nobis non conſtat, an in bono, vel in malo deceſſerunt, & qui hic bona, & mala ſimul commiſerunt, aut cõmittere potuerunt, dicimus quòd fiet diſcuſſio. & ꝙ iudicabuntur. & ita hoc modo potius dicimus illos iudicandos, qui ſecundum nos iudicãdi eſſent, quàm qui ſecundum Deum iudicãtur, propter quod ſiquis dixerit omnes bonos iudicari, & malos in iudicio generali non errabit, quia varie iſta accipiuntur.

Ad primum dicendum, quòd debet ſuppleri illa auctoritas, ſ. qui credit, & operatur: nam ſola fides nō ſufficit, quia fides ſine operibus mortua eſt, Iac. 2. ca. Sed fides formata charitate, quam vocat Apoſtolus fidem, quæ per dilectionem operatur, & hoc Chriſtus expreſſit, Marci 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. q.d. Non ſufficiebat fides ſola ſine baptiſmo, & per baptiſmum intelliguntur omnia alia, quæ facere iubemur, infra 28. cap. Scilicet, Ite docete omnes gentes, ſeruare quæ mandaui vobis. de his eſt verum, quòd ſaluabuntur. Et ſic dicendum, quòd iudicium accipitur dupliciter. Vno modo pro diſcuſſione cauſarum. Alio modo ſpecialiter pro condemnatione. De primo vt Pſal. 1. Non reſurgunt impij in iudicio, ideſt, ad iudicandum, & ſic vocamus iudicium generale, quia ibi videtur futura diſcuſſio de omnibus, quę diſcuſſione egent. De ſecundo patet Ioan. 5 cap. Procedent qui bona egerunt in reſurrectionem vitę, qui vero mala in reſurrectionem iudicij, i. condemnationis, quia omnes mali in iudicio cõdemnabuntur, maxime quia diſtinguitur ibi iudicium cõtra vitã, & eo. cap. dr̃. Qui credit in me in iudiciũ non veniet, ſed trãſiet de morte ad vitam, i. non veniet in condemnationem, & vt acciperet ꝙ prõ condemnatione iudicium poſuerat addidit, ſed tranſiet de morte ad vitam. Accipiendo ergo iudicium primo modo, dicendum ꝙ plurimi bonorum iudicabũtur, ſ. omnes illi quorum actus non ſunt nobis noti, vt totaliter boni: nã diſcuſſio fiet circa eos, & reddetur eis præmium pro bona operatione. Accipiendo ſecundo modo, nullus bonus iudicabitur. Sed quare accipiatur iudicium pro condemnatione eſt cauſa, quia punitio pro malo eſt effectus iuſtitiæ, præmiatio autem eſt actus miſericordiæ, & iuſtitiæ, ſed punitio non eſt actus miſericordię, & quia iuſtitia, & iudicium ad idem pertinent, magis ſe habebit iudiciũ ad punitiones, q̃ ad præmiationes, propter quod iudicium ſolet accipi ſpecialiter pro cõdemnatione, & ita boni non veniunt in iudicium.

Ad ſecundum dicendum, quòd in iudicio non fiet diſcuſſio per Deum de meritis electorũ, quia illa ſunt manifeſta Deo, ſed ideo nos dicimus futuram diſcuſſionem de illis, quia neſcimus nunc de illis electis, an ſint electi, ſi autem ſciremus, non diceremus eos iudicandos, & conſequenter non eſt ibi incertitudo, cum neque ſit iudicium, neque diſcuſſio. Accipiendo alio modo quantum ad illos, qui ponũt in futuro iudicio etiam circa electos fieri diſcuſſionem meritorum, dicendum ꝙ illa diſcuſsio non faciet dubitationem in cordibus Beatorum de ſua beatitudine, neque ad hoc fiet, vt videatur an pœna, vel præmio digni ſint, ſed vt totus mundus cognoſcat quomodo illam beatitudinem, quam habent meruerunt, & idem eſt de malis, quia diſcuſsio, quæ circa eos ponitur fieri, non reuocat eis in dubium ſuam damnationem, ſed certiſsimi ſunt de ſua damnatione, ſit tamen diſcuſsio circa eos, non vt excutiatur verum, i. an damnandi, vel liberandi ſint, ſed vt manifeſtũ ſit toti mundo qualiter damnationem, quam iſti habent iuſte ſuſtinent.

Ad tertium dicendum, ꝙ boni licet iudicentur in futuro non timebunt, & ideo nullũ erit inconueniẽs iudicari. Ad auctoritatem Gregorij dicendum ꝙ non loquitur de tempore iudicij, ſed de illo tpe quod p̃cedet iudiciũ, in quo iuſti aliqui viuẽt. Et ſ̃ differentię

est, quia iusti soluti carne sunt certi de sua beatitudine,& iam vere beati sunt,ideo non possunt timere iudicem, quia sciunt q̄ nihil mali contra eos iudicabit: iusti vero dum in carne sunt, certi sunt de suo exitu de hac vita: ideo timere semper possunt, immo debent,iuxta illud:Beatus qui semper est pauidus,& maxime erit causa timoris visis aliquibus terribilibus, q̄ Deus faciet pauloante diem iudicij,& patet, quòd de his acceperit Greg.quia dicit ibidem.hi qui in corpore reperiti poterunt,quamuis iam fortes,atque perfecti,quia adhuc in carne sunt positi, non possunt in tāti temporis turbine nulla formidine concuti. Ad primam in oppositum dicendū, quòd iudicabuntur omnes boni cuiuscunque gradus, accipiendo iudiciū pro retributione prę̄miorum,nam omnibus dabuntur ibi quæ meruerunt,sed non iudicabuntur accipiendo iudicium pro discussione meritorum. Ad secundum dicendum, quòd non vocabitur iudicium generale, quia omnes ibi iudicabuntur, sed quia omnes ibi erūt saltem vt videant gloriam iudicis, vel vt iudicent.

An mali iudicabuntur in iudicio generali.
Quæst. CCCXXV.

QVAERETVR an mali iudicabuntur in iudicio generali. Aliqui dicunt,quòd nulli mali ibi iudicabuntur, quia non vocantur nūc mali,nisi qui moriuntur in peccato mortali,sed illi non iudicabuntur: ergo nulli mali iudicabuntur. Et patet hoc;quia sicut certa est damnatio infidelium, ita & est certa damnatio omnium qui moriuntur in peccato mortali, sed infideles decedentes non iudicantur,Ioan.3.cap.f.Qui non credit iam iudicatus est,& hoc quia certa est damnatio illorum:ergo cæteri morientes in mortali eadem ratione non iudicabūtur,& ita nulli mali iudicabuntur. Secundo, quia vox iudicis erit terribilis valde omnibus qui per iudicium condemnantur, sed sicut dicit Greg. Ad infideles nō fiet allocutio iudicis:ergo si fieret ad fideles damnandos,reportarent infideles commodum de sua infidelitate, quod falsum est: ergo neque ad fideles fiet, & consequenter nullus iudicabitur de malis. Alij dicunt quòd omnes mali iudicabuntur, quia omnibus malis infligetur pœna, secundum quantitatem culpæ, sed hoc sine diffinitione iudicij esse non potest: ergo omnes mali iudicabuntur. Dici potest ad hoc, sicut dictum est præceden. cap. scilicet, quòd omnes iudicabuntur tam boni,quàm mali,quia sententia iudicij illius erit de separatione bonorum a malis, & omnes mali separabūtur a bonis; ergo omnes iudicabuntur, Accipiendo autem iudicium, prout pertinet ad priuatos qui iudicantur, dicendum, quòd duo considerantur in iudicio, scilicet,retributio prę̄miorum,& discussio meritorum. quantum ad primum omnes mali iudicantur, quia omnes recipiunt quod demeruerunt, si accipiatur quantum ad discussionem meritorum, dicitur quòd quidam mali sunt infideles, alij fideles. De infidelibus dicitur, quòd non iudicantur, De fidelibus autem malis dicitur, quòd iudicantur, quia discutiuntur causæ eorum, est autem hoc accipiendum quantum ad nos; nam quantum ad Deum, siue veritatem non est discussio, quantum ad aliquē, cum de omnibus æqualiter manifestū sit Deo, quantum ad merita,& demerita: quantum ad nos vero discussio est,quia non constat nobis de illis,an in peccato decedant fideles qui mali sunt, ideo de malis fidelibus discussionem,& iudicium fieri dicimus.

Quare autem infideles non iudicentur, ideſt, non fiat discussio de eis causa videtur esse prima, quia discussio fit de meritis incertis, sed de infidelibus certa sunt demerita, quia impossibile est existentem in infidelitate saluari quidquid facere velit: ergo non est ibi opus discussione. Secundam causam dant, quia discussio fit in illis, in quibus aliqua opera sunt bona, & aliqua mala,quasi discernantur ea quæ mixta sunt, vbi autem sunt omnia opera mala, non est ibi discussio, & hoc quia in infidelibus non est fundamentum fidei, quo sublato omnia opera sequentia perfecta rectitudine intentionis carent, ideo non est in eis aliqua permixtio bonorum, & malorum operum, quæ discussionem requirat. Secus de fidelibus, in quibus manet fidei fundamentum, quia ad minus actum fidei laudabilem habere possunt, & licet ille actus sine charitate non sit meritorius, tamen quantum est de se natus est ad meritum, & ideo in ipsis fidelibus discussionis iudicium habet locum, & dato quòd nullum vnquàm bonum opus meritorium fecerint, tamen quia fidei fundamentum habebant, potuerunt illud facere,& de hoc discussio est. propter quod dicitur, quòd cum omnes fideles fuerint ciues ciuitatis Dei saltem numero, licet non merito, debet iudicari de eis, sicut de ciuibus, sed in ciues nunquàm fertur sententia animaduersionis sine discussione meritorum per legem, infideles autem cum nunquàm fuerint ciues numero, neque merito, ideo non iudicantur tanquàm ciues, sed sine iudicio occiduntur tanquàm hostes: nam hostes publici sine vlla audientia solent exterminari. Sed prima causa potior est, quia per secundam non competit aliquod iudicium infidelibus, & tamen aliquod competit: nam licet non cōpetat iudicium futurum, competit iudicium iam factum: nam Ioan.3. Non dicitur qui non credit non iudicatur,vel non iudicabitur, sed dicitur iam iudicatus est.q.d.quia manifestum est peccatū suū, nō feret de eo sententia,vel discussio, sed iam data est,quia nō oportet fieri discussionē cum constet de delicto,& iure. Ad primum responderi pōt vtroque modo prędicendo quantū ad primā causam dicendū, q̄ equaliter certa est damnatio oīum morientiū in peccato mortali,& oīum infideliū, & tū de facto non ita constat,quia de infidelibus constat q̄ sint, & hoc dato scilicet quia nihil ab eis factū pōt eis prodesse ad salutē, & tū nō est circa eos discussio. Secus de fidelibus; quia nescimus qui eorum decedant in mortali,& qui non,& dato q̄ aliquādo sciamus eos esse in peccato mortali, possunt resurgere de illo per contritionem, cum habeant fundamentum fidei, ideo circa illos putamus necessariam esse discussionem, cum nos nesciremus nunc dicere de illis,an saluentur, vel pereant, & tamē si constaret nūc nobis de aliquo, quòd moreretur in mortali,diceremus non esse necessariā circa illum aliquam discussionē. Accipiendo quantū ad secundum modum solutionis dī, q̄ licet de morientibus in peccato mortali cōstet pro certo de eorum damnatione, quia in aliqua quę pertinent ad bene merendū habēt annexa, oportet ad manifestationē diuinæ iustitiæ, vt discussio de eorum meritis fiat, per quam ostendatur eos iuste a Sanctorū ciuitate excludi, cuius esse ciues numero saltem exterius videbantur.Sed prima responsio melior est: nam cum cōstet aliquem decessisse in mortali,planum est,q̄ non potest saluari,etiā si multa opera bona egisset, & ideo nulla discussio ibi est necessaria de alijs operibus, quia illa etiam si bona inuenirentur non prodessent ad salutem. Sed alium modum possumus ponere discussionis: nam quicunque condemnatur,adigitur certę quantitati pœnarum,& quicunque saluatur assequitur certum gradū gloriæ, sicut igitur in eo, cuius non sunt determinata merita, fit discussio, vt videatur an damnari, vel absolui debeat, ita in eo cuius omnia merita mala sunt, fiet

fiet discussio vt sciatur quanta gloria pro illis dabitur. Et iste modus loquēdi eēt cōueniēs, si cōsuetudo eū reciperet,& modus loquēdi scripturę,sed nō recipit, q̄a valde bonos non dicimus iudicari,& tū circa illos dāda est determinata quātitas beatitudinis, iuxta mōdū bonorū operum,etiam circa infideles singulos taxatur pœna, quam tolerant in inferno, & tamen non dicuntur isti iudicari, quia qui non credit iam iudicatus est, & sic iudicium, & discussionem fieri dicimus circa illos, de quibus nobis dubium est an condemnari,vel saluari debeant. Ad secundum dicendum, q̄ de allocutione Domini in iudicio dubium est, quibusdā dicētibus nihil in verbo, sed spiritualiter agendū, alijs vero q̄ verbo tenus aliquid fiet, de quo dicetur infra. Sed dicēdum q̄ siue intelligatur spiritualiter, siue vocaliter futurū, fiet sermo ille cōdemnationis ad solos fideles,qui iudicabuntur, vt isti dicunt: condemnatio aūt fiet oībus malis tàm fidelibus q̄ infidelibus: & de condemnatione dicunt,q̄ erit dura. verba tamen quę ad solos fideles dirigentur, non erunt aliquid durum, sed potius aliquid placens, & sic infideles non reportabunt aliquam vtilitatem de infidelitate. Aliter dici potest quòd accipiendo iudicium pro condemnatione iudiciali,quæ est ad separandum bonos a malis, dirigetur ad omnes, quia omnes boni erunt ad vnam partem,& omnes mali ad aliam,& dicetur ad omnes bonos, Venite benedicti. & ad omnes malos, Ite maledicti,ideo verbū iudicis, quod erit horribile ad omnes malos pertinebit tam ad fideles, quàm ad infideles,cum omnes erant maledicti, siquis tamen velit tenere, quòd infideles nullo modo iudicantur, saltem quantum ad discussionem, & ideo quòd non feratur sententia de eis, quia de qua recognouit iudex de eadem proferre debet. dicet q̄ illa sententia, Ite maledicti,&c.non dicitur nisi de fidelibus decedentibus in peccato mortali:omnes autem mali ibunt maledicti, sed non ex viribus huius sententiæ,& ita de bonis erit quòd illa sententia, s. venite benedicti, solum dicatur ad bonos, quorum merita discussa fuerint, qui non habent merita excellentia,sed mixta bona cum malis, & tamen cum eis esse benedictos illos, qui non iudicantur, & de quibus non fertur sententia, de quibus infra dicetur,s.an sententia illa extendatur ad omnes. Ad rationem in contrarium, quæ ostendebat omnes malos iudicari, dicendum quòd concedenda est illa, quantum ad retributionem præmiorum, sed non quantum ad discussionem meritorum.

An Angeli, at dæmones iudicabuntur in iudicio generali.
Quæst. CCCXXVI.

QVAERETVR de Angelis, & dæmonibus, an iudicabūtur in iudicio generali. Aliqui dicunt,q̄ omnes dęmones,& Angeli boni iudicabuntur ibi,quia dicitur 1.Corinth.6. cap.Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, sed nō pōt hoc referri ad statū p̄ñtis tp̄s: ergo refertur ad iudiciū generale: nā manifestum est, q̄ nunc non iudicabimus Angelos. Secundo, quia Iob 40.cap.dicitur de Behemoth per quem designatur diabolus,q̄ cunctis videntibus præcipitabitur. ergo iudicabitur diabolus,ēt supra 8.cap.Dixerunt dęmones Christo,venisti ante tēpus torquere nos,& dicit ibi Glo.q̄ dæmones in terra Dñm videntes credebant se continuo iudicādos:ergo manent iudicādi in futuro iudicio generali. Tertio patet,quia 2.Petri 2.cap.dicitur,Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed videntibus cunctis in infernum detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari:ergo videtur quòd Angeli magis iudicabuntur in futuro. Quarto patet, quia in sententia fit mentio de dæmonibus in condemnatione: ergo iudicium de ipsis fit, quia si non fieret de eis iudicium, nō ferretur contra eos sententia: dicitur autem in sententia, ite maledicti in ignem æternū cū diabolo,& Angelis eius. Et ita tam hoīes mali, q̄ dæmones adiudicantur igni perpetuo,& sic de dęmonibus iudicium erit. Alij dicunt,q̄ neq; Angeli, neq; dæmones iudicantur in futuro iudicio, quia Deus non iudicat bis in idipsum, Naum 1.cap. Sed mali Angeli iam iudicati sunt, Ioan.15.cap.Princeps huius mundi iam iudicatus est,1.dæmon,qui est princeps mundanorū hominū,Ioan.12. Nunc iudicium est mundi,& princeps huius mundi,1 diabolus ejicietur foras,& Ioan.14.ca. Venit princeps huius mundi, & in me non habet ququam:ergo nō iudicabitur dæmon in futuro iudicio, & a fortiori neque Angeli boni. Secūdo,quia maior, & perfectior est bonitas Angelorum, q̄ hominum in statu viæ,& maior est iniquitas malorum Angelorū, q̄ hominum malorum in statu viæ,& tamen quidam homines sunt qui propter esse bonos non iudicātur, vt qui non habuerunt hic mixta mala notabilia cum bonis, vt qui amplexi sunt volūtariam paupertatem, & abiecerunt omnia pro Christo,& quidam propter magnam malitiā non iudicabuntur, vt infideles, Ioā. 3. Qui non credit iam iudicatus est: ergo a fortiori boni Angeli,& dæmones non iudicabuntur. Dicendū sicut supra, quòd iudicium potest cōsiderari dupliciter,vel quantum ad discussionem,vel quantum ad retributionem: discussio autem proprie pertinet ad rationem iudicij. Et de hoc dicēdum,quod neque Angelis bonis, neque malis cōpetit iudicium discussionis. Et ratio est duplex. prima est propter certitudinē: nam discussio fit de dubio, in eo autem quod est certum nulla est discussio,sed merita bonorum Angelorum sunt iam certa,& eodem modo demerita dæmonum, ideo non fit circa eos aliqua discussio, sicut neque fit circa morientes in infidelitate. Secunda ratio est propter impermixtionem: fit enim discussio,ideſt discretio bonorū a malis, & ideo discussio fit vbi sunt mala merita permixta bonis,sed in Angelis bonis sūt bona merita sine vllis malis, in dæmonibus autē sunt mala merita sine vllis bonis, ideo non potest fieri in eis discussio. Si autem accipiatur iudicium, quantum ad retributionem, dicendum quòd potest cōsiderari duplex retributio. vna correspondens proprijs meritis,aut demeritis Angelorum: alia respondens bonis, vel malis meritis per eos procuratis. De primo dicendum, q̄ nō fiet iudicium retributionis de Angelis, & dæmonibus, sed iam bonis datum est, quantum meruerunt,& malis, ideſt, dæmonibus datum est, quantum demeruerunt, & quoniam post illud non meruerunt,neque demeruerunt aliquid Angeli,aut dæmones,non additur aliquid ad gloriam,aut pœnam ipsorum directe. Accipiendo secundo modo dicuntur merita bona procurata ea, quæ nos facimus suggerentibus bonis Angelis. mala merita procurata sunt peccata, quæ mali faciunt dæmonibus suadentibus, scilicet,neque Angeli boni merentur in illa bona suggestione,neque dęmones peccant in peccatorum tentatione,quia vtrique sunt in termino meriti,& demeriti, & consequenter quidquid faciant, non addit in gloriam eorum, vel in pœnam, & tamen indirecte quædam retributio fiet de his. Nam Angeli boni amplius gaudebunt, cum viderint in beatitudine eos qui illuc eis agentibus peruenerunt, non enim erit maius ipsorum gaudium intensiue,neque maior beatitudo,sed erit extensius,scilicet,quia de pluribus gaudebunt, ideſt, de bono suo, & eorum, quos illuc deduxerunt.

De dæmonibus idem dicendum est, s. quòd non

gaudebunt de eis quos ducunt ad tartara, neque pro F hoc torquebuntur quasi male fecerint tentando eos, & tamen magis torquebũtur multiplicata ruina malorum, quam si nullos secum ad inferos deduxissent, & ita patet, quòd Angeli boni, neque quantum ad discussionem neque quantum ad retributionem iudicabũtur in iudicio generali, immo neque pertinet ad eos iudicium aliquo modo: nam non iudicabunt, neque iudicabuntur, sed soli homines iudicabunt, & iudicabuntur, respicit tamen indirecte iudicium passiue ipsos Angelos, in quantum humanis actibus se immiscuerunt in bonum, vel in malum.

Ad primum dicunt quidam, quòd intelligitur de iudicio comparationis, sicut Niniuitę Iudęos, & Regina Austri supra 12.ca. & quia quidam homines me- G liores sunt Angelis, iudicabunt eos iudicio comparationis, sed illud non est iudicium auctoritatis, & tamẽ qui iudicant comparatiue non iudicant vere, quia nõ habent auctoritatem, & qui iudicantur comparatiue etiam non vere iudicantur, quia non absoluuntur, neque condẽnantur per hoc. Alij dicunt, q̃ accipitur de iudicio iurisdictionis, i. q̃ vere iudicabimus Angelos, ifi dicunt, q̃ nõ est iudicium in futuro, sed in prędsenti. Nunc enim potestatem habemus super Angelos, quia possumus eos anathematizare ad Gala. 1. cap. cũ ibi Apostolus eos anathematizet, sed in futuro non manebit ista potestas, quia non manebit Ecclesia: iõ non iudicabimus ibi Angelos, sed de hoc magis dicetur 1. Corin. 6. & ad Gala. 1. ca. Ad secũdum dicendũ, H q̃ accipiendo Behemoth pro diabolo, sicut cõiter accipitur, prędcipitabitur Behemoth cunctis videntibus, quia omnes dæmones in carcere inferni in perpetuũ retrudentur, & hoc videntibus omnibus hominibus, & Angelis, & iam nunquam inde egredięntur, & hoc fiet in die iudicij, & tamen nec ob hoc dicentur iudicari, quia nõ imponitur eis aliqua pęna noua: nam ex die quo peccauerunt fuit eis hoc, quòd nõ licebat ipsis egredi de carcere inferni, nisi cum Deus specialiter ex sua prouidentia permittebat ad hominum tentationem, & in hoc non censebatur eis aliqua gratia fieri, quia non fiebat in fauorem eorum, sed quia Deus volebat, & vult p dęmones velut per ministros exercere homines. Ad tertium solet dici, quòd reseruat Deus illos in iudicium, scilicet, quia tunc prędcipitabit eos omnes in tartarum, vt crucientur, nunc vero non prędcipitat, sed illud non est proprie eos iudicari, quia nulla pœna noua apponitur. Aliter potest dici, quòd accipitur ibi iudicium, idest, pœna, & est sensus, quòd Deus posuit dęmones in inferno ad pœnam sustinẽdam, & tunc nullum inconueniens est, & sic accipitur Ioan. 5. ca. in iudicium non venit, sed transiet a morte in vitam, idest, non veniet ad pœnam.

Ad quartum dicendum, quòd sententia, quæ feretur in iudicio generali non erit contra dęmones, cum autem dicitur, ite maledicti cum diabolo, & Angelis eius, non diffinitur ibi aliqua pęna pro diabolo, sed declaratur qualis sit pœna damnatorum hominum, K scilicet, quòd non soli ardebunt, sed cum hominibus erunt dęmones, & sic magis cruciabuntur homines ex tali consortio, si autem ponerentur dęmones in sententia quasi contra eos quoque ferretur sentẽtia, cum dęmones sint prędcipui in sentẽtia, quod falsum est, ideo dicẽdum, quòd neque dęmones neque Angeli iudicabuntur in generali iudicio.

Rationem autem in oppositum concedimus, scilicet, quòd dęmones cum semel sint iudicati non iudicabuntur amplius. Sed obijcietur, quòd sint illi iudicandi in generali iudicio, quia singuli homines iudicantur in morte, tamen hoc non stante iudicantur in generali iudicio, ita igitur erit de dęmonibus, & Angeli. Dicendum, quòd non est simile, duo enim sunt circa homines, propter quę cum singuli iudicẽtur in morte adhuc iudicentur in generali iudicio.

Primum est, quia primũ iudicium, scilicet, in morte est particulare, cum sit cuiuslibet, vt est persona priuata, in iudicio generali iudicabitur q̃libet, vt est pars humani generis, & illud iudicium magis dabitur de toto humano genere quàm de singulis.

Secundo est, quia in primo iudicio, quod est in morte, nemo accipit totum, quod sibi debetur bonum, aut malum: ideo conueniens est, quòd fiat aliud iudicium, in quo suppleatur, quod singulis deest: nam cuilibet homini pro peccato mortali debetur pœna ętterna in corpore, & anima, & tamen in morte nõ datur nisi beatitudo, aut pœna in anima, ergo cõueniens est aliud iudicium in quo detur quãtum ad vtrunque. Circa Angelos, & dæmones non sunt ista duo.

De primo patet, quia Angeli simul a principio iudicati fuerunt, si liceat dicere iudicatos: nam statim, vt mali se auerterunt a Deo damnati sunt omnes simul ad pœnas ętternas, & boni omnes simul beatitudinem assecuti sunt: & ideo si iudicium dici potest commune fuit, nec potuerunt postea iudicari.

De secundo patet, quia Angeli totam suam beatitudinem statim assecuti sunt, quia illi nõ habent corpus, & animam sicut homines, cum sint spiritus simplices, & totum bonum suum simul assequi potuerunt, & assecuti sunt, homines autem non assequuntur totum bonum in morte, sic etiam dæmones non accipiunt per partes malum suum, sed totum simul in damnatione prima, ideo non restat aliquid, quod eis addatur, & sic non iudicabuntur in iudicio generali. Considerandum autem circa iudicantes, & iudicandos, quòd (vt dictum est) iudicium nõ pertinet ad Angelos, quia ipsi non iudicabunt neque iudicabuntur, homines autem soli erunt, qui iudicabunt, & iudicabũtur, sed isti ponuntur in quatuor ordinibus, nã mali in duo diuiduntur, & boni in duo, sunt enim quidam, qui iudicantur, & pereunt, alij qui non iudicantur, & pereunt, alij qui iudicantur, & regnant, alij I qui non iudicantur, sed iudicant.

Primi sunt mali, qui in fide Christi fuerunt: nam isti, quia fuerunt sub lege, & non seruauerunt illam condemnabuntur per legem.

Secundi sunt mali infideles: nam isti peribunt, sed non iudicabuntur, quia iam iudicati sunt Ioan. 3. qui non credit iam iudicatus est, isti enim, quia sub lege non fuerunt non iudicabuntur per legem, sed damnabuntur sine iudicio, & discussione.

Tertij sunt boni, qui tamen aliqua peccata commiserunt, & illa lachrymis lauant, & eleemosynis, & & bonis operibus redimunt. Iudicãtur quidem, quia aliqua commiserunt de quibus iudicabuntur, sed regnant, quia puri ab omnibus inquinamentis inueniuntur.

Quarti sunt electi, qui modum communem vitæ in sanctitate excesserunt, & non commiserunt aliqua quæ lauanda habeant, vel si commiserunt postea virtutis perfectione communẽ vitam excesserunt: ideo non iudicantur cum alijs, qui communem habuerũt vitã, sed iudicant cęteros, de hoc Greg. & Magister 4. sen. dist. 47.

An Christus iudicabit in forma humana.
Quæst. CCCXXVII

QVAERETVR cum Christus iudicaturus sit, an iudicabit in forma humana. Quidam dicunt, quòd in forma Dei, iudicium enim requirit

requirit auctoritatem in iudicãte, sed auctoritas super A uiuos, & mortuos est in Christo, secundum quòd est Deus, quia sic est Dominus, & creator omnium: ergo in forma deitatis iudicabit.

Secundo, quia in iudice requiritur potestas inuincibilis. Eccles. 7. Noli effici iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates, sed virtus inuincibilis non competit Christo secundum humanitatem, sed secũdum deitatem: ergo iudicabit secundum deitatis formam.

Tertio, quia Ioan. 5. dicitur: Omne iudicium dedit facere Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem, sed honor æqualis Patri non competit Filio secundum humanam naturam, sed secundum diuinã: ergo iudicabit secundũ formã deitatis. B

Quarto, quia Dan. 7. ca. dicitur: Aspiciebam donec positi sunt throni, & antiquus dierum sedit. thronus autem dicit potestatem iudiciariam, antiquus dierum dicitur de Deo propter æternitatem, vt dicit Dionys. lib. de Diu. Nom. ergo Christo competit iudicare, secundum illud, secundum quod est æternus, sed hoc habet secundum deitatem, ergo secundũ illã iudicat.

Quinto, quia dicit Augustinus, quòd per verbum Dei fit animarum suscitatio, per verbum in carne Filium hominis fit corporum resurrectio, sed iudicium illud finale, magis pertinet ad animam, quàm ad corpus: ergo magis competet ibi Christo iudicare, secundum quòd est Deus, quàm secundũ quòd est homo.

Dicendum, quòd vere Christus in iudicio apparebit ad iudicãdum in forma humana. Et patet primo, C quia dicitur in litera: Cum venerit Filius hominis, & omnes Angeli eius cum eo, & accipitur ibi de aduentu ad iudicium, & tamen vocatur Filius hominis: ergo veniet in forma humana, quia secũdum formam deitatis non est filius hominis, sed Dei.

Secundo, quia dicitur: Cum venerit, & supra 16. ca. dicitur, Filius hominis venturus est in gloria sua cum Angelis suis, & tamẽ ad Christum secundum formã deitatis nõ pertinet ire, atque redire, eo quòd vbique est, secus secundum humanitatem, secundum quam non est vbique, ideo iudicabit in forma humana.

Tertio, quia si iudicaret in forma diuina, non constaret, an Pater iudicabat, vel Spiritussanctus, quia omnia opera trium personarum ad extra sunt indistincta, & tamen constabit, quòd Christus iudicat: ergo apparet, quòd iudicat in forma humana. D

Quarto, quia si Christus in forma diuina iudicaret, nemo eum videret oculis carnis, cum sit purus spiritus, saltem mali non viderent, & tamen ad hoc fiet præcipue iudicium, vt totus mundus videat iudicem suum: ergo erit in forma humana.

Quinto, quia si Christus secundum naturam diuinam iudicaret, cõgregari omnes homines non oporteret in locum vnum, quia vbicunque essent, Deus esset illis coniunctus, sed congregabuntur omnes gentes ante eum, supra in litera: ergo in forma humana apparebit.

Sexto, quia dicitur Apocal. 1. cap. Videbit eum omnis oculus, & plangent se super eum, & intelligitur E de malis, & tamen non viderent eum, neque possent plangere super illum, nisi esset in forma humana: ergo in illa apparebit. Et patet etiam, quia Ioan. 19. cap. dicitur: Videbunt in quem pupugerunt, sed in deitatem nemo pupugit: ergo non erit in forma deitatis, sed humana.

Septimo, quia dr̃ Act. 10. c. de Christo, q̃ cõstitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorũ, & tñ Filio fm naturã diuinam nõ competit constitui iudicem, quia ipse naturaliter est iudex, cũ oĩa a Patre nascẽdo acceperit: ergo cõpetit fm naturã humanã, fm quã dicit ipse, infra 28. c. Data est mihi oĩs potestas in cęlo, & in terra, q. d. non habebam eam illo modo, quo mihi data est: ergo secũdum formam humanam, secundum quam competit ei accipere, fiet hoc.

Octauo, quia Ioã. 5. c. dr̃: Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est, idest, ex eo, quòd est homo potuit ei dari, & inquantum est homo data est ista potestas: ergo non iudicabit in forma Dei.

Nono, quia dr̃: Cũ venerit filius hominis sedebit in sede maiestatis suæ, sed Deo nõ cõpetit sedes, neq; sedere fm deitatẽ: ergo iudicabit secundũ humanitatẽ.

Decimo, quia Christo data est potestas iudicandi ad honorem, vt omne genu ei flectatur, & omnis lingua confiteatur, ad Rom. 14. cap. & tamen honor iste non potest ei exhiberi in forma Dei, in qua non videtur: ergo iudicabit in forma humana.

Vndecimo, quia Christo datus est honor iudicialis pro humiliatione quam exhibuit coram Pilato, quia iudicari voluit pro nobis, sed hanc humiliationẽ ostẽdit in sua humanitate: ergo in ea debet iudicare, vt illud sit in honore, quod fuit in ingloriatione.

Sed circa hoc considerandũ, q̃ iudiciũ aliquod dominiũ in iudicãte requirit, vnde ad Rom. 14. c. dr̃: Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? q. d. nõ põt quis iudicare eũ, qui alienus seruus est. Christo ergo competit iudicare fm q̃ dominiũ hẽt super oẽs hoĩes, quia de hoĩbus solis erit proprie iudiciũ totũ. Christus aũt est Dñs noster, i. omniũ hominũ non soliũ rõne creationis, fm quã ipse est Deus qui fecit nos, & nõ ipsi nos, sed ẽt rõne redemptionis, quod ei competit fm humanam naturam. sic dr̃ Act. 20. c. Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo posuit vos Spiritussanctus Episcopos regere Ecclesiã, quã acquisiuit Christus sanguine suo, sed sanguinem fudit, inquantũ homo: ergo inquantũ homo effectus est Dñs oĩum hoĩum, & ad Rom. 14. cap. Christus mortuus est, & resurrexit, vt mortuorũ, & viuorũ dominetur: ergo per mortẽ, & resurrectionem Christi factum est, q̃ Dñs oĩum hominũ esset: ad prędciũ aũt vitæ æternæ non sufficiunt nobis creationis bona, nisi redemptionis bona adderentur propter impedimentũ quod naturę creatæ superuenit ex peccato primi parẽtis: vnde cũ iudicium illud finale ad hoc ordinetur, q̃ aliqui admittantur ad regnum, aliqui excludantur a regno, conueniens est vt ipse Christus fm humanam naturam, cuius redemptionis beneficio ad regnum admittimur, illi iudicio præsideat, & hoc est quod dr̃ Act. 10. c. q̃ constitutus est a Deo iudex viuorũ, & mortuorũ, & quia p̃ redemptionẽ generis humani non soliũ hoĩes reparauit, sed & vniuersaliter totã creaturã, fm q̃ tota creatura reparato hoĩe melioratur, vt hr̃ Coloss. 1. c. Pacificans p̃ sanguinẽ crucis eius, siue q̃ in cęlis, siue q̃ in terris sũt, ideo non soliũ sup̃ hoĩes, sed & sup̃ vniuersam creaturã Christus post passionem suã iudiciariã meruit potestatẽ, infra 28. ca. Data est mihi oĩs potestas in cęlo, & in terra, & ita in humana forma Christus iudicabit.

Item apparet hoc, qa Christus iudicaturus est, quia oẽ iudicium datũ est ei, & tñ ipse nunq̃ deponet humanam naturam: ergo in humana natura iudicabit.

Ad primũ potest dici vno modo, q̃ in Christo fm diuinã naturã est auctoritatis dominiũ fm vniuersalẽ creaturã, respectu creationis, sed in ipso fm humanã naturam est auctoritas dominij, quam promeruerit per passionem, & hæc est quasi auctoritas secundaria, & acquisita, prima est naturalis, & æterna.

Aliter potest dici, q̃ requiritur in iudicante auctoritas, & ita in Christo hoĩe est auctoritas sup̃ omnem creaturã, & dato q̃ non habeat eã, inquantũ homo, vel ratione humanitatis non differt: cũ tñ idem sit, q̃ est homo, & Deus: ex quacunque ergo parte ei competat, dum tamen competat ad rem istã, nihil differt.

Et

Et ideo ratione auctoritatis nihil plus est, ꝙ iudicet in forma humana quàm in diuina. Ad secundum dici potest vno modo, ꝙ licet Christus inquantum homo non habeat a se inuincibilem virtutem, & potestatem ex naturali conditione speciei humanę, tamen ex dono diuinitatis in humana natura habet inuincibilem potestatem, secūdum quam omnia sunt subiecta pedibus eius, vt dicitur 1. Corin. 15. & ad Hebręo. ideo iudicabit in humana natura ex virtute deitatis. Aliter pōt dici, ꝙ Christus homo iudicabit in humana forma, quia Christus homo habet potestatem inuincibilem, & dato, ꝙ ista potestas non competat ei secundū naturam humanam, satis est, ꝙ competat ei in forma humana ad hoc, ꝙ homo existens iudicare possit. Nō enim oportet, ꝙ potestas competat ex omni eo, quod apparet: nā tunc si Christus appareret iudicans in vestibus, cōpeteret ei virtus iudiciaria ex vestibus, quod falsum est. Ad tertium dicendum, ꝙ Christus nō sufficisset ad humani generis redemptionem si homo purus fuisset, & ideo ex hoc ipso, ꝙ in humana natura genus humanum redimere potuit, ac per hoc iudiciariam potestatem consecutus fuerit, manifeste ostenditur, ꝙ ipse Deus est, & ita est ęqualiter honorandus cum Patre non inquantum homo, sed inquātum Deus. Aliter potest dici, quòd ex litera illa nō signatur ęqualitas honoris, sed est sensus, ꝙ Pater honoratur, i. Deus quia omnia creauit: Christus aūt, qui filius est, secundum ꝙ homo nullum haberet honorem, vt ergo honoretur ab omnibus conceſſit ei Pater, vt ipse inquantum homo, i. in humana forma iudicet, vt sic omnes homines videntes se ei subiectos honorent illum, sic enim flectitur ei omne genu, & confitetur omnis lingua ad Rom. 14. ca. Ad quartum dicēdum, ꝙ in illa auctoritate Danielis totus ordo iudiciariæ potestatis exprimitur, quæ quidē est in Deo sicut in prima origine, & specialius in Patre, qui est fontana deitatis totius, ideo primo ponitur in eadem auctoritate, ꝙ antiquus dierum sedit, sed a Patre traducta est potestas iudiciaria in filium, non solum ab ęterno secundum diuinam naturam, sed etiam in tēpore ſm humanam naturam, in qua meruit potestatē iudiciariam, quam vt homo nō habebat, & ideo subiungitur in eadem auctoritate, Ecce cū nubibus cęli filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatē, & honorem, & regnū, & ita filius, qui homo est potestatem habet iudiciariam. Ad quintum dicēdum, ꝙ in veritate tota potestas Christi est potestas diuina, & inquantū Deus faciebat omnia miracula, quę infinitam exigunt potestatem, alioquin non probaretur ipse conuenienter Deus per operationem istorum miraculorum, & qa tam suscitare mortuos, quàm iudicare mundum, q̄ omnia alia miracula facere exigit infinitam potestatē pertinent omnia hęc ad deitatem Christi tanquā ad causam, & principium operatiuum, humanitas autē in hoc non communicat nisi inquantum deitas sub humanitate illa latebat, & ad tactum corporis Christi fiebant actus miraculosi, vt suscitari mortuos, & sanari leprosos, quæ non fiebant ad tactum aliorū corporum humanorum, & ita humanitas conferre videbatur, vnde eam quidam vocant organum diuinarum operationū, vt Damascenus dicit, sed proprie loquēdo non est concedendum, de quo declaratum est supra 8. ca. vbi de curatione leprosi agitur. Quod vero Aug. dicit, resurrectionem corporum fieri per verbū factum in carne filium hominis, resurrectio aūt animarum per verbum filium Dei. dicendū, ꝙ loquitur per quandam appropriationem, i. vt reducat effectus quos Christus homo existens fecit in causas aliqualiter consimiles, & quia ſm animam sumus ad imaginem, & similitudinem Dei, secundum carnem vero sumus eiusdem speciei cum homine Christo: ideo ea quæ in animabus nostris Christus fecit diuinitati attribuit, quę vero in corporibus nostris fecit, vel facturus est attribuit carni, vel humanitati eius, & tamen dicēdum, ꝙ omnia hęc Christo competunt secundū deitatem, cuius solius potestas est immensa: Christus tamē homo ista facit, quia ipse homo manens habet potestatem infinitam, cum sit simul Deus, & non differt dici, ꝙ verbum filius Dei, vel verbum factū caro aliquid facit, quia idem est verbum, & persona, & eadē, & indiuisa potestas, secus si diceret, ꝙ verbū Dei, secūdum virtutem carnis suscitabat mortuos, vel aliquid aliud faciebat miraculosum, quia hoc non concederetur, neq; istud dicit Aug. sed solum ꝙ verbum filius Dei suscitat animas, & verbum factum caro suscitat corpora, ita de iudicio dicendum est, ꝙ fiet in forma humana, non quasi competat Christo ex potestate humana, sed ex diuina, & tamen illud iudicium faciet apparens in forma humana, quia aliter videri nō posset, vt dictum est, licet etiam iudiciū istud aliquo modo pertinet ad formā humanam, non quidem originaliter, sed meritorie, quia homo existens per humiliationē quam in forma humana exhibuit, & humiliationem factam Deo Patri, atque obedientiam promeruit, vt in forma humana iudicaret, & honoraretur in illa a toto mundo, sic dicitur ad Phil. 2. c. Christus factus est obediens Patri vsque ad mortem, mortem aūt crucis, propter quod Deus dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur, & hoc maxime pertinet ad potestatem iudiciariam, vt dicitur ad Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi, & reddituri ibi causa, ſ. quia scriptū est mihi omne genu flectetur, & omnis lingua confitebitur, & tamen illi, qui ponunt humanitatem Christi esse organum deitatis dicunt, ꝙ ea in animabus nostris effectum habeat, iuxta illud ad Hebręo. 10. cap. sanguis eius emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis, & ita humanitatē Christi dicunt causam resurrectionis animarum nostrarū. Sed dicendum, quòd intelligendū est, quòd per meritum effusionis sanguinis sui, inquantum effusio illa fuit actus voluntarius, emūdatæ sunt conscientiæ nostræ, tamen sanguis Christi non poterat immediate aliquid agere in animam nostram sicut nec pes eius aut brachium, licet ergo pertineat iudicium ad animas, dicunt isti, quòd fiet in humana forma inquantum illa habet efficaciam super animas, vt dictū est. Et tamen dicēdum, quòd in humana forma apparebit, licet illa non haberet virtutem iudiciariam principaliter, vel meritorie, vt sic videri possit a malis iudicandis, qui in substantia deitatis eum videre non poterunt. Et tamen, quia cum videbitur in humanitate deferetur quidam honor humanitati, oportuit vt Christus in humanitate meruisset hunc honorem, & ita meruit sicut iam dictum est, scilicet, per humiliationem, & obedientiam suam, & sic conuenienter in humana forma iudicabit.

Christus quam humanitatem in iudicio ostendet, an gloriosam, & impassibilem, an mortalem. Quæst. CCCXXVIII.

QVAERETVR cum Christus iudicet in forma humanitatis, an ostendet humanitatem gloriosam, vel passibilem, & mortalem qualis erat hic.

Aliqui dicūt, quòd apparebit in carne non gloriosa, quia dicitur Ioan. 19. ca. videbunt in quem transfixerunt, & dicit ibi Glo. quia in ea carne venturus est in qua crucifixus est, sed crucifixus est in carne passibili non gloriosa, ergo in forma non gloriosa veniet. Secundo quia præceden. ca. dicitur, ꝙ apparebit in cęlo signum Filij hominis, i. signū crucis, dicit enim ibi Chry. ꝙ veniet Christus in iudiciū nō solum ipsas vulnerum cicatrices, sed & mortem exprobratissimam ostendens, ergo nō apparebit in forma gloriosa. Tertio quia Christus apparebit in iudicio secūdum illam formam secundū quam conspici possit, sed Christus secundum formam humanitatis gloriosam nō poterit conspici ab omnibus bonis, & malis, quia oculus non glorificatus non videtur esse proportionatus ad videndum claritatem corporis glorioſi, ergo non apparebit in forma gloriosa. Quarto quia illud, quod iustis promittitur in præmium non conceditur iniustis sed videre gloriam humanitatis Christi promittitur iustis in præmium Ioan. 10. ca. ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, i. refectionem in deitate, & humanitate, vt Aug. exponit, & Isa. 30. ca. dicitur, de beatis regē in decore suo videbunt oculi tui, ergo in iudicio nō apparebit Christus in forma gloriosa. Quinto quia Christus iudicabit secundum illam formā in qua iudicatus est, vnde super illud Ioan. 5. c. ſ. sic & Filius hominis quos vult viuificat, dicit Glo. in qua forma iniuste iudicatus est iuste iudicabit, vt possit ab impijs videri, sed iudicatus est in forma passibili non glorificata, ergo in eadem iudicabit.

Dicendum, quòd Christus veniet ad iudicandum in forma humanitatis glorificatę, quia præceden. cap. & hic in littera dicitur, quòd videbūt filium hominis venientem in nubibus cęli cum potestate, & maiestate. Et idem Lucę 21. sed venire in nubibus cęli, & venire cum potestate magna, & maiestate non pertinet ad humanitatem passibilem non glorificatam, ergo in forma gloriosa veniet.

Secundo quia dicitur supra 16. ca. filius hominis vēturus est cum gloria Patris sui, & tunc reddet vnicuique secundū opera sua, & tamen si Christus veniret in humanitate non gloriosa nullam gloriam ostēderet, ergo veniet necessario in humanitate glorificata.

Tertio quia ille, qui iudicat debet eminere illis, qui iudicantur, sed electi, qui iudicabuntur a Christo habebūt corpora glorificata, ergo multo fortius Christus, q̄ iudicaturus est eos habebit corpus gloriosum.

Quarto quia sicut iudicari est infirmitatis, & impotentiæ, ita iudicare est potestatis, & auctoritatis, & gloriæ. Sed in primo aduentu quo Christus ad hoc venit quòd iudicaretur, apparuit in forma infirmitatis non gloriosa, ergo in secūdo aduentu, cum veniet ad hoc, quòd iudicet, veniet in forma gloriosa.

Quinto quia Christus est mediator Dei, & hominū sicut dixit Apostolus, & hoc inquātum satisfacit pro hominibus, & interpellat pro eis apud Patrem, & ea quę sunt Patris hominibus communicat, iuxta illud Ioan. 17. cap. claritatem quam dedisti mihi dedi eis. Cōpetunt ergo Christo vtraque, ideſt, nostra, & quæ Patris sunt inquātum nobiscum communicat, & vices pro nobis gerit apud Patrem, inquantum autē cū Patre communicat, dona Patris transmittit ad homines. quia ergo in primo aduentu ad hoc venit, vt pro nobis satisfaceret apud Patrem, cui satisfaciendum erat, apparuit in forma nostrę infirmitatis, ſ. quia nostras vices gerebat, quia vero in secundo aduentu ad hoc veniet, vt iustitiam Patris in homines exequatur, quod est vices Patris circa homines gerere, gloriam demonstrare debebit, quę ineſt ei ex communicatione cum Patre, ergo in forma gloriosa apparebit.

Sed aliquis dicet, quòd hoc superuacue quęritur, quia manifestum est, quòd cum Christus non habeat nunc humanitatem non glorificatam, sed gloriosam, & in forma humana venturus sit, vt dictum est præce.

q. quòd venturus sit in humanitate glorificata, quia non habet aliam, quę non sit glorificata.

Dicendum, quòd non quęritur superuacue, quia licet Christus vnicam humanitatem habeat, & illa sit glorificata, poterit apparere in humanitate non glorificata, & hoc potest dupliciter fieri. Vno modo, ꝙ humanitas Christi desineret esse gloriosa ad illud parvum tempus: nā gloria humanitatis non est substantia, sed accidens eius, & ideo poterit manere eadem humanitas ablata gloria eius, etiam gloriam cessare non est inconueniens, quia gloria corporis quam dicimus consistere in dotibus eius causatur in corpore ex redundantia gloriæ animę in corpus, sed potest desinere anima refundere aliquid in corpus de sua gloria, vel perfectione, cum ipsa sit distincta a corpore, & sic maneret tunc humanitas Christi non gloriosa.

Secundo modo, & facilius poterat fieri per occultationem, nam dato, quòd maneret corpus Christi vere gloriosum, poterat occultari gloria eius, & hoc maxime malis: nam etiam bonis occultari poterat, licet enim vnum corpus gloriosum non se possit occultare oculis alterius corporis glorioſi, tamen Christus potest se occultare cui voluerit, & quantum ad substantiam, & gloriam, & quantum ad alterum eorum per se solum, sed de damnatis, vel non glorificatis est facilius, quia non solum potest se Christus talibus occultare, vel gloriam suam non ostendere, sed etiam quilibet beatus potest alteri non beato occultare gloriam corporis sui, & ita poterat Christus apparere cum humanitate gloriosa in iudicio, sed non videretur gloria corporis eius ac si non esset, & hoc maxime patet, quia gloria corporis consistit in quatuor dotibus, i. agilitate, subtilitate, impassibilitate, & claritate, tres primę non percipiuntur visu, sed sola quarta, si ergo beatus subtraxerit radios corporis sui occultando illos, non videbitur gloria corporis eius, & ita Christus facere poterat, sed non faciet, immo gloriam corporis, scilicet, claritatem omnibus ostenderet tam electis quàm damnatis. Et ideo non immerito quæritur an Christus apparebit in forma humanitatis gloriosa.

Ad primum dicendum, quòd verū est, quòd mali videbunt Christum in quem transfixerunt, & illam carnē videbunt in qua Christus crucifixus est, & quā illi pupugerunt. Sed nō sequitur, quòd erit passibilis, & infirma qualis tunc erat, quia identitas, & diuersitas carnis pertinet ad substantiam eius, gloria, & passibilitas pertinet ad qualitatem, & licet nō maneat eadem qualitas, manet eadem substantia carnis, & peccat argumentum per fallaciam figurę dictionis, quia mutatur quid in quale.

Ad secundum dicendum, quòd in iudicio apparebit signum crucis, non ad hoc, quòd per eam iudicetur præsens in Christo infirmitas carnis, qualis erat cū crucem pertulit, quia non erit tunc, sed ad ostendendum, quòd iustior sit eorum damnatio, qui tantam misericordiam contempserunt, & maxime erit crux in testimonium contra illos, qui Christū iniuste persecuti sunt, cicatrices autem, vt dicit Chry. in eius corpore apparebunt, sed non pertinebunt ad aliquam corporis infirmitatē, quasi nunc quoque similes possit pati cicatrices, vel quòd de illis non potuerit curari, sed apparebunt ad magnam virtutis ostensionem qua Christus per passionem suam de hostibus triumphauit, & nō solum in corpore Christi cicatrices apparebunt, sed etiam in corporibus martyrum, quia magnam gloriam in eis ostendent potius quàm si corpora essent inuiolata sicut ex vtero prodierunt. Etiam erunt cicatrices istę ad rememorationem præteritarum passionum pro iniquis, vt videant quātum

Christo

Christo debeant, qui tantum eis benefecerat pro eis patiendo, & confundantur atque se valde miseros putent, quibus tam facile fuerat per Christi misericordiam redimi.

De morte autem exprobratissima dicendum, ꝙ illam Christus ostender, non quidem sensibiliter illā oculis ingerens quasi tunc eam pateretur, quod tamē fieri poterat sine aliqua passione Christi, sicut nos facimus memoriam illius, & repręsentationes iępe, in quibus tamen Christus nihil patitur, sed non erit tūc sic, quia ad nihil istud proderit. Sed dicetur ingerere mortem exprobratissimam, quia ex his, quæ ibi videbuntur circa iudicem colligetur quid ille passus fuerit: nam crux, & cicatrices ostendent, quòd mortē crucis subierit, & tamen ista non ostendunt aliquam infirmitatem, quæ tunc sit in corpore Christi, quę opponatur glorificationi corporis.

Ad tertium dicendum, quòd non solum boni, sed etiam mali videbunt glorią corporis Christi, de bonis planum est, scilicet, vt videntes gaudeant, de malis vero, vt Christum honorent, immo in iudicio potius apparebit Christus in forma gloriosa propter malos quàm propter bonos: nam si propter bonos fieret, poterat illis ostendere eam postea semper in beatitudine, & hoc sufficiebat, licet ad illam paruam horam nō viderent gloriam humanitatis eius, fiet igitur propter malos, qui nunquam Christū postea visuri sunt, sed manebunt in carcere inferni. Et expedit, quòd illi gloriam humanitatis videant.

Primo propter illos, qui eum cōtempserunt: nam illi, qui eum crucifixerunt, contempserunt ipsum, & ideo crucifixerunt quasi impotentem, & inutilem, ipse vero tunc ostendet potestatem suam, vt videant, ꝙ humiliatio illa aliquando in magnam gloriam redire debebat. Secundo vt videant quanti honoris, & glorię est ille, qui pro toto mundo passus est.

Tertio vt honoretur Christus a toto mundo: nam ideo iudicabit Christus in humana forma, vt omnes ipsum videant, & honorent, vt dictum est q. prędē. sed honor debetur, & impenditur propter excellentiam honorandi, ergo oportet, quòd mali cernant Christum maxime honorent, vel honoratum credant, & confitcantur se illi subditos, si tamen non viderent mali humanitatem Christi glorificatam, paruam causam honoris in eo viderent, ideo oportet, quòd mali videant Christum glorificatum, & sic expresse ipse dixit, quòd cum venisset in maiestate omnes gentes congregarentur ante eum, sed de omnibus gentibus sunt mali, ergo videbunt mali gloriam humanitatis Christi in iudicio, & ita expedit. Cum vero dicitur, quòd oculus nō glorificatus non est proportionatus ad videndum claritatem corporis glorificati, dicendum quod non vocatur non proportionatus quasi nō possit aliquo modo videre illam, vel repugnet ei videre: nam nō repugnat ei videre illam, cum illa sit aliquid de visibilibus. Etiam non excedit oculum non glorificatum, quasi ab illa non possit immutari, immo potest immutari, sed hoc est, quòd corpora glorificata possunt se subtrahere oculis non glorificatis, vt illa nō videant, nō potest autem se subtrahere oculis glorificatis, de quo dictum est supra 17. ca. & tamen si corpus gloriosum non se velit subtrahere ab oculo non glorioso non latebit, sed naturaliter videbit illud oculus non glorificatus, ita autem in iudicio Christus volet videri a malis, quia ita expedit propter causas dictas, ideo videbitur etiā si non apponat aliquas vires illis ad hoc, quòd videre possint: nam Christus nō faciet aliquid miraculosum circa damnatos, vltra hoc, quod est suscitare eos ad vitam ad illam conditionem passibilem ad quam suscitabit. Ad quartum dicendum, quòd damnati videbunt gloriam corporis Christi, non tamen consequentur aliquid, quod ad eorum bonum pertineat, neque communicabūt cum bonis in hoc: nam beatis datur videre gloriam humanitatis Christi ad gloriam, & malis non dabitur hoc ad gloriam, vel gaudium, sed in tristitiam: nam licet Deus non dabit eis videre illam gloriam humanitatis ad hoc, quòd tristentur, quasi iste sit finis, quia ad hoc directius inferret eis mala, quæ eos punirent, sicut sunt mala inferni, tamen visio ipsa glorię Christi potius inducet eis tristitiam quàm gaudium: Christus tamen nō est ad tristitiam illorum, sed ad honorem suum, ideſt, ipsius Christi se illis sic manifestabit, vt coram toto mūdo gloriosus appareat, & omnes tam boni quā mali reuerentiam ei exhibeant ad Roma. 14. ca. & tamen hoc indirecte cedet in malum, & tristitiam damnatorum, quia sicut amico est delectabilis gloria amici, ita & inimico est tristabilis gloria, & potestas eius quem odit, sicut ergo iustis visio gloriæ humanitatis Christi erit in prēmiū, ita inimicis Christi erit in supplicium, vnde Isa. 16 cap. dicitur videant, & confundantur zelantes populi, & ignis, scilicet, inuidię hostes tuos deuoret.

Ad quintum dicendum est sicut ad primum, scilicet, quòd est ibi fallacia figuræ dictionis: nam eadem forma, ideſt, natura est in qua Christus iudicatus est a Pilato, & ipse iudicabit mundum, sed non erit secundum eandem qualitatem, quia quando Christus iudicatus est erat in forma passibili, cum vero iudicabit erit eadem natura impassibilis, quæ prius erat passibilis.

An mali in iudicio Christi d itatem videbunt. Et si videbunt an aliquod inconueniens sequetur.
Quæst. CCCXXIX.

QVAERETVR cum videāt mali humanitatem Christi glorificatam, an etiam deitatem eius videant, & si viderent an sequeretur aliquod inconueniens.

Dicendum, quod deitatem eius non videbunt. Primo quia deitas non potest videri lumine corporali, i. per oculos carnis, sed per intellectum, & nō per quęlibet, sed per intellectum eleuatum lumine habituali glorię, sed damnati non habebunt aliquod tale lumen, quia illud non est naturale, sed gratuitum, damnatis tamen nihil dabitur gratis in resurrectione, sed solum, quòd sint, ergo non poterunt videre deitatem Christi.

Secundo quia si viderent deitatem essent beati, cū beatitudo consistat in visione Dei. Ioan. 17. ca. Hęc est vita ętrna, vt cognoscant te, & quem misisti, sed damnati nihil beatitudinis habent, ergo non poterunt videre deitatem Christi.

Tertio quia si viderent deitatem delectarentur, cū deitas sine gaudio videri non possit, sed damnati non habebunt aliquid de quo gaudeant, quia non est impijs gaudere, vt dicit Prophęta, ergo non videbunt deitatem Christi.

Quarto quia nihil plus habent beati quàm videre deitatem, & humanitatem Christi, sed damnati videbunt humanitatem, vt dictum est, si ergo deitatem viderent iam essent beati, ergo deitatem non videbunt.

Sed obijcietur, quòd videant deitatem eius, quia videre gloriam humanitatis Christi est supra conditionem naturæ, sed concedetur hoc malis, ergo eodē modo cōcedetur videre deitatem, licet sit hoc supra naturam, quia vtrobique est videre gloriam Christi,

Dicendum

Dicendū, quòd damnati non videbunt deitatem Christi: iuxta illud, tolletur impius ne videat gloriam Dei, & intelligitur de deitate, & dicendum, quòd non est simile de visione deitatis, & humanitatis. Primo quia ad videndum gloriam humanitatis Christi non exigitur aliquid supernaturaliter datum, sed per solū visum naturaliter dispositum potest videri lux, aut claritas corporis glorificati, sicut videtur corpus non glorificatum nisi velit se specialiter occultare corpus glorioſum, & tamen deitas non potest videri ab intellectu aliquo ex solo lumine naturali, sed necessarium est lumen gloriæ, & tamen Christus nihil dabit damnatis supernaturaliter, ideo poterit videri gloria corporis a damnatis, sed non deitas.

Secundo quia videri potest a damnatis gloria corporis Christi sine gaudio aliquo, sed non potest videri deitas sine gaudio, sed dari gaudium aliquod damnatis est inconueniens, ideo non videbunt deitatem, licet videant gloriam humanitatis.

An deitas a malis videri possit sine gaudio.
Quæst. CCCXXX.

SED occasione huius quæretur an possit deitas a malis videri sine gaudio.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia impij manifeste cognoscunt Christum esse Deum, ergo videbūt deitatem eius, quia videre circa spiritualia nō est nisi per intellectum, qui est quidam oculus 6. Ethicorum, & tamen de visione Christi non gaudebunt, ergo deitas sine gaudio videri potest.

Secundo quia voluntas peruersa impiorū non magis aduersatur humanitati quàm eius deitati, sed videre humanitatem Christi cedet eis in pęnam, ergo etiam si viderent deitatem, nisi dicatur, quòd oderūt humanitatem Christi, & non deitatem, quod non est verum, immo videtur, quòd magis dolerent de visione deitatis quàm humanitatis, quia vt supra dictū est, ideo gaudium nō habēt mali de humanitate Christi visa, sed potius tristitiam, eo quòd gloria illa humanitatis est bonū quoddam Christi, quem mali oderunt, ergo quanto fuerit aliquod maius bonum eius, tanto magis de illo dolebūt, sed deitas est maius bonū, ideo de illo magis dolerent mali si viderent.

Tertio quia ea, quæ sunt in affectu non necessario sequūtur ad ea, quæ sunt in intellectu, quia dicit Aug. præcedit intellectus, & subsequitur tardus, aut nullus affectus, sed visio pertinet ad intellectum, gaudiū aūt ad affectū, ergo poterit esse visio deitatis sine gaudio, ideſt, quòd non consequatur voluntas ad intellectū.

Quarto quia omne, quod recipitur in aliquo recipitur ad modum recipientis, & non per modū recepti, sed omne, quod videtur quodammodo recipitur in vidente, ergo licet deitas sit in se delectabilissima, visa tamen ab eis, qui tristitia sunt absorpti nō delectabit, sed magis contristabit.

Quinto quia sicut se habet sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile, sed ita est in sensibilibus, quòd palato nō sano pœna est panis, qui sano est suauis, & ita accidit in alijs sensibus, sed dānati habent intellectum indispositum, videtur ergo quòd visio deitatis magis contristaret eos quàm condelectaret. Dicendū, quod deitas non potest videri ab aliquo sine gaudio, quia beatitudo consistit in visione diuinę essentię. Ioā. 17. ca. Hęc est vita ętrna, vt cognoscant te, & quem misisti, sed beatitudo non potest esse sine gaudio, ergo nō potest deitas videri sine gaudio.

Secundo quia diuina essentia est ipsa essentia veritatis, sed vnicuiq; est delectabile videre verum: nam ideo omnes homines natura scire desiderāt, ergo deitas non poterit sine gaudio videri. Tertio quia si aliqua visio non est semper delectabilis, contingit interdum eam esse tristabilem, sed visio intellectiua nunquam est tristabilis, quia delectationi, quæ est de intellectione nulla tristitia est opposita, vt dicit Philosophus. Cum ergo deitas non possit videri nisi per intellectum, videtur quòd deitas sine gaudio videri non possit.

Quarto quia natura diuina est ratio delectabilitatis: ideo non potest esse causa tristitię, neque accidet tristitiam fieri secundum ipsam.

Pro quo sciendū, ꝙ in quolibet appetibili, vel delectabili ē duo cōsiderare, s. id, qđ appetit, & ē delectabile, & ratio appetibilitatis, vel delectabilitatis in ipso, & sicut dicit Boetius in lib. de hebdo. id, quod est potest aliqđ habere prēter ipsum esse: ipsum vero esse nihil prēter seipsum habere potest admixtum: ita id quod est appetibile, vel delectabile potest aliquid aliud habere admixtum, ex quo efficiatur nō delectabile, vel nō appetibile, sed id, quod est ratio appetibilitatis, vel delectabilitatis nihil potest habere admixtū propter quod non sit appetibilis, vel nō delectabilis, res igitur, quæ sunt delectabiles per participationem bonitatis, quę est ratio appetibilitatis, & delectabilitatis, possunt apprehensę non delectare, sed id, quod per essentiam suam est bonitas, impossibile est, quòd eius essentia apprehensa non delectet, vnde cum Deus sit essentialiter ipsa bonitas, impossibile est ipsum sine gaudio videri, & ita nō poterunt videre mali deitatem Christi sine gaudio, & tamen nullum gaudium eis erit: ideo non cōcedetur, quòd videant deitatem Christi.

Ad primum dicendum, quòd mali existentes in iudicio manifeste agnoscent Christum esse Deū, nō tamen videbunt deitatem eius, quia agnoscere eum esse Deum est per argumenta, scilicet, quia talia vidēt de ipso, vel circa ipsum, quæ manifeste ostendunt ipsum esse Deū, scilicet, potestas, & maiestas, & subiectio totius mundi, & ipsorum Angelorum. Istud autem est opus rationis, vel argumentationis, videre autem deitatem est intuitio quędam, & hanc nō habent mali. primum est sine gaudio, secundum nō potest esse sine gaudio.

Ad secundum dicendum, quòd mali videntes gloriā humanitatis non gaudent, sed tristantur, & tamen videntes deitatem non possent tristari.

Et ratio est, quia humanitas, & gloria humanitatis Christi non sunt ipsa essentia bonitatis, quæ est ratio appetibilitatis, & non potest non esse appetibilis, sed sunt bonitas participata, vel potius habentia bonitatē participatam, & cum talibus contingit aliquid esse, quod non sit appetibile, vel delectabile, & istud tollat delectabilitatem, & sic cum gloria humanitatis Christi est aliquid, quod non est delectabile, sed potius tristabile malis, scilicet, ratio inimicitiæ, quia Christum ipsum, vt inimicum reputant inquantum punitor est, inimicus autem inquantum potentior est magis contristat, secus de deitate, quia ipsa est natura bonitatis, ideo si ipsa per se videatur non poterit non placere, & non delectare videntem, vnde licet Deus quantum ad aliquos effectus suos possit nobis displicere, scilicet, inquantum mandat, vel facit contrarium voluntati nostrę, tamen secundum se cognitus, aut visus impossibile est, quòd displiceat, sed tumme lętificabit videntem, & ita visio deitatis nulli potest esse nō delectabilis, mali igitur gauderent si viderent.

Ad tertium dicendum, quòd intellectus, & affectus non se consequuntur, quando id, quod apprehenditur per intellectum præcedentem nō est essentia boni, sed est bonum per participationem, sicut est

in

in omnibus creaturis, circa talia ad apprehensionem F boni factum per intellectum non sequitur necessario appetitus secundum volũtatem, secus quando apprehenditur ipsa essentia boni per intellectum, quia tunc non potest voluntas non sequi. Et ratio differentiæ est. Primo quia bonum per participationem non est infinitum bonum, neque est vltimum bonum, quod est finis voluntatis, & ideo potest mouere, vel non mouere, secus de essentia bonitatis, quia necesse est, quòd illa sit bonum infinitum, quia est tota natura bonitatis, & ideo determinate se habet ad mouendum.

Secundo quia bonum per participationem non est purum bonum, sed habet aliquid admixtũ, quod potest concipi, vel apprehendi, vt non bonum. Et G ideo talia bona possunt nõ mouere affectum ad amãdum, sed forte mouebunt ad oppositum propter admixtionem, bonũ vero quod est per essentiam, ideſt, ipsa essentia bonitatis non potest habere aliquid admixtum quod non sit ipsa bonitas. Ideo tale non poterit non mouere, & quia deitas est ipsa natura bonitatis si apprehendatur ab intellectu per visionem, necessario sequitur affectus ad amandum, & gaudendum, & ita videntes deitatem non poterunt non gaudere.

Ad quartum dicendum, quòd id, quod recipitur in aliquo oportet, quòd recipiatur ad modum recipientis, sed non quantum ad omnes modos essendi H recipientis, sed solum quantum ad modos illos in quibus comparantur recipiens, & receptum sub ratione recipientis, & recepti, quia in his oportet esse proportionem, & tamen, quòd recipiens sit triste, vel iocundum non pertinet ad proprietatem receptionis. ideo non oportet, quòd si recipiens est affectum tristitia, quòd omne, quod suscipitur recipiatur cum tristitia, sic est de Deo: ideo licet sint damnati in tristitia, non est necesse, quòd deitas videatur ab eis cum tristitia, sed poterat esse, quòd tristitia præexistens tollatur per iocunditatem, quod inducit ipsa visio Dei.

Aliter potest dici, quòd tristitia nõ est aliqua dispositio quasi naturaliter inexistens, sed est passio tãta ab aliquo obiecto, dispositiones enim non mutantur, sed passiones mutari possunt, qa omnis passio a fortiori causa superueniente tollitur, & non tollit eam. Sed videre essentiam Dei secundum se est delectabile, vt dictum est: ideo visio ista non obfuscaretur in damnatis per tristitiam, sed potius auferret omnem tristitiam ipsorum.

Ad quintum dicendum, quòd nõ est simile de palato non sano ad cibum, & de tristitia damnatorũ ad visionem deitatis: nam palatum est organum gustus, & ęgritudo illius, siue indispositio quęcunque tollit proportionem naturalem organi ad obiectum sensibile: nam ad hoc, quòd sensibile capiatur determinate a sensu, debet esse certa proportio inter hęc, ablata autem proportione quantumcunque sit obiectum sensibile causatiuum delectationis impossibile est, qꝑ illã causet, quia est ablata proportio amborũ, in qua proportione consistit delectatio, & tamen tristitia, quę est in damnatis non tollit naturalem proportionẽ intellectus ad Deum, qui est obiectum, eo quod illa tristitia non est dispositio aliqua intellectus neque voluntatis. Est autem passio voluntatis, sed non tollit proportionem naturalem intellectus ad capiendũ summum verum, & voluntatis ad summum verum, quę ambo sunt ipsa deitas, & hoc quia etiam in damnatis manet semper imago naturalis deitatis, & secundum hanc semper manet similitudo, vt capere possint visionem & delectationem deitatis, vel vt videant saltem, & si vident delectabuntur necessario, quia semper manet proportio naturalis obiecti ad potentiam suam.

An in valle Ioſaphat ſiet iudicium. Quæſt. CCCXXXI.

QVAERETVR nunc de loco in quo fiet iudicium. & quoniam solet dici, quòd in valle Iosaphat fiet, est dubium circa hoc.

Aliqui dicunt, quòd non fiet in valle Iosaphat, neq; in locis propinquis, quia oportet ad minus omnes iudicandos stare in terra, & eos eleuari ad quos pertinebit iudicare, sed tota terra promissionis, cuius pars est vallis Iosaphat, non poterit capere totã multitudinem iudicandorum, ergo non fiet in valle Iosaphat, aut circa illam.

Secundo quia Christo data est potestas iudicandi, vt iuste iudicet, cum ipse iniuste fuerit iudicatus, sed ille iniuste adiudicatus est morte in prętorio Pilati, & executioni tradita est sententia in golgotha. ideſt, in loco caluarię Ioan. 19. ca. ergo ista loca deberent magis determinari, vt loca iudicij, in quibus Christus iudicet.

Tertio quia videtur adhuc esse causa quare maius spatium terrę occupari debeat, quia si ponamus, omnes iudicantes in aere in nubibus futuros iudicandos vero in terra sufficiet minus spatium, si tamẽ omnes tam iudicantes quàm iudicandi futuri sint in terra, erit necessarium maius spatium, & tamen videtur, qꝑ omnes futuri sint in terra, eo quòd non poterunt esse in nubibus: nam nubes fiunt ex resolutione vaporum, ideſt, ex vaporibus de terra resolutis, & tamen tunc nulla erit resolutio vaporum, quia cessat motus cęli, ideo non poterunt esse aliqui in nubibus, sed omnes in terra, & ita erit necessarius valde magnus locus non erit ergo in valle Iosaphat.

Dicendum, quòd ea, quæ ad iudicium pertinent quantum ad progressum, & modum, & locum, & tempus, & durationem, & alias conditiones, vel circunstantias eius sunt nobis ignota, aut saltem nõ nota per certitudinem nisi quatenus sacra scriptura tradidit, sed de loco iudicij, de quo nunc agimus scriptura nihil determinate dixit, ideo neque nos scire I possumus. Hoc autem nobis constat, quòd erit locus vnus, ad quem Christus veniet, & erit in terra, & ad illum congregabuntur omnes gentes, quia deducentur per Angelos ad ipsum locum, & ibi coram Christo erunt sicut dicitur supra in litera, scilicet, cũ venerit Filius hominis congregabuntur ante eum omnes gentes, locum autem istum nõ expressit scriptura, quia non fuit necessarium. Satis enim erat, quòd alicubi fieret iudicium: nam qualitas loci ad rem ipsam in pręsenti nihil confert, & ideo non fuit opportunum exprimi.

Dicitur tamen communiter, quòd fiet in valle Iosaphat. Et hoc, quia Iohel. 3. cap. dicitur congregabo omnes gentes, & deducã eas in vallem Iolaphat, K & ibi disceptabo cum eis, & hoc exponunt de iudicio finali, eo quòd non videtur aliqua congregatio futura omnium gentium nisi ad generale iudicium, sicut Christus dixit, & congregabuntur ante eum omnes gentes: ideo putant futurum esse iudicium in valle Iolaphat.

Alij autem dicunt, quòd erit in monte Oliueti iudicium, quia dicitur Actuum 1. ca. quemadmodum vidistis eum ascendentem in cęlum, sic veniet, & tamen ipse ascendit de monte Oliueti, eod. cap. ergo in ipsum descendet, & ibi iudicabit.

Alij dicunt, quòd non iudicabit Dominus in valle Iosaphat prout est vallis quędam parua in latere montis Oliueti, sed accipitur vallis Iolaphat, vt est nomen communę,

commune, & non vt est proprium, & interpretatur A Iosaphat, ideſt, Domini iudicium, & est sensus, quòd Deus congregabit omnes gentes, & deducet eas in vallem iudicij Domini, & ibi disceptabit cum eis, & tunc planum est, quòd vbicũque Deus iudicet in valle est vallis iudicij Domini: ideo nõ determinatur ex hoc aliquis locus, sed vbicunque Christus iudicet, dicetur iudicare in valle Iosaphat, sic dicit Magister 4. Senten. dist. 48.

Sed dicendum, quòd circa hoc manent duo dubia. Primum est an accipiatur ibi Iosaphat, vt nomẽ proprium, vel vt commune, si accipiatur, vt commune potest stare prędcedens solutio, & tunc nulla difficultas est de valle Iosaphat, sed tunc melius transtulisset Hieronymus in vallem iudicij Domini quàm B in vallem Iosaphat, reliquit enim ambiguum an pro nomine proprio vallis illius accipiatur, vel pro cõmuni, immo videtur sensisse, quòd pro proprio, qa aliàs diceret congregabo omnes gentes in valle iudicij Domini.

Secundum dubium est dato, quòd accipiatur, vt nomẽ proprium, & specialiter pro illa valle, an in telligatur de congregatione ad iudicium, vel de alia cõgregatione, quę aliquando fuerit, aut futura sit? de quibus dicetur Iohelis 3. cap.

Nunc vero videtur dicendum communiter posse quemlibet locum esse futuri iudicij locum, eo quòd scriptura non determinat illum, & qualitas loci nihil facit, sed rationabiliter videtur multis dicendum, C quòd locus iudicij sit circa Ierusalem, vel montem Oliueti, & hoc, quia circa loca illa Christus iudicatus est, & ibi sustinuit opprobria, datur tamen sibi potestas iudiciaria, vt loco humiliationis quam exhibuit accipiat honorem, sed cõuenientius est accipere honorem vbi contumelię, & opprobria tolerata sunt, vt per hoc illa abolita, & purgata prorsus videantur, sed omnia sustulit Christus in Ierusalem, ideo circa locum ipsum videtur futurum iudiciũ. Aliud etiam confert ad hoc, ſ. quia Christus ascendit in cęlum de monte Oliueti, satis ergo est conueniens, vt super locum ipsum descendat, vt appareat, quòd idem sit, qui ascendit, & qui descendit.

Ad primam rationem dicendum circa id, quod illa prędsupponit, scilicet, omnes iudicandos bonos, & D malos futuros in terra est dubium: Christus enim nihil dixit nisi, quòd congregarentur ante eum omnes gentes, & separarentur quidam ad dexteram alij ad sinistram, sed an in terra an in aere futuri sint non expressit. Sed Apostolus prima Thessal. 4. cap. dixit, rapiemur obuiam Christo in aera, & de bonis intelligitur: nam de malis constat, quòd manebũt in terra, quia nulla causa erit, vt ipsi in aera eleuentur, cum terram totaliter dilexerint, & statim ad inferos, qui in terra sunt, peracto iudicio redituri sint. De bonis est dubium, & hoc, quia diuiduntur boni in iudicantes, & iudicandos, de iudicantibus ratio exigit, vt sint in aere, quia sedes iudiciarias habebunt, & sedes illa E honorem importat: ideo in loco eminenti erunt, scilicet in aere, etiam quia iudices debent videri ab his, qui iudicantur, sed si in terra manerent, non viderentur ab omnibus, ideo erunt in aere.

Sed de bonis, qui iudicabuntur, & non iudicabunt est dubium. Quidam dicunt, quòd manebunt in terra: nam cum non competat eis sedes iudiciaria, non videtur causa quare eleuentur in aera, etiam quia si eleuarentur in aera non fiet differentia inter iudicantes, & non iudicantes, sed multa esse debet: ideo non eleuabuntur, sed manebunt in terra ad dexteram.

Alij dicunt, quòd omnes boni erunt in aere, vt in hoc discernantur a malis, mali enim in terra manebunt, qui terrena amauerunt, & qui sub terra statim apud inferos recludendi sunt, sed boni non amauerunt terrena inhęrendo eis, & non sunt recludendi in terra, sed in cœlum ituri sunt: ideo non videtur, quòd debeant manere in terra dum iudicantur.

Secundo quia 1. Thessa. 4. capitu. cum Apostolus dicit, rapiemur obuiam Domino in aera. videtur dictum esse de omnibus bonis indifferenter, ergo tam iudicantes quàm iudicandi boni erunt in aere, soli autem mali in terra manebunt.

Dicendum, quòd circa hoc dubium, cum non sit expressum per sacram scripturam, possumus vtrunque sentire, quia est problema neutrum, videtur autem magis consonare auctoritati scripturę, quòd omnes boni sint in aere tam iudicantes quàm iudicandi: nam Apostolus prima Thessa. 4. quando dicit rapiemur obuiam Christo in aera, loquitur de omnibus bonis, patet, quia dicitur, hoc dicimus vobis in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, & resídui sumus in aduentu Domini, non prævenieмus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu, & voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cęlo, & mortui, qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos, qui viuimus, & qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Et ideo aperte dicit omnes mortuos in Christo rapiendos in aera, sed mortui in Christo vocantur, qui moriuntur in professione fidei eius, & charitate sua, ergo omnes boni rapientur in aera, & ita tam iudicantes quàm iudicandi boni erunt in aere.

Sed obijcietur, quòd non sequatur ex loco illo, quia ibi non videtur agi de raptu bonorum resurgẽtium ad manendum in aere, vt ibi iudicent, sed de raptu eorum ad hoc, quòd sint in vita ęterna, quę est in cęlo vltra aerem.

Et patet, quia dicitur rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera, & sic semper cum Domino erimus, & tamen non erunt boni semper in aere iudicando, ergo accipitur de raptu ad cœlum empyreum, in quo in ęternum manebunt Sancti cũ Christo, ad quod cœlum per nubes, & aera itur, & tunc diceretur, quòd modus esset, quòd Christus veniret ad iudicium, & manerent interim iudicandi in terra, licet essent boni, completo autem Domini iudicio rapiantur boni de terra in cœlum cum Christo.

Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primo quia si dicatur sic intelligi literã illã, non solum de bonis iudicandis, dicetur, quòd non erunt in aere, sed etiam de bonis iudicantibus, quia non est locus aliquis sacrę scripturę ex quo colligatur iudicantes futuros esse in aere cũ Domino, & tunc ponemus omnes homines in terra prędter Christum, qui veniet in nubibus cęli prędce. cap. & Luc. 21. sed hoc est incõueniens, quia de iudicantibus omnes communiter asserunt, quod erunt in aere, sed non habemus alium locum nisi illum, & ex illo colligitur de omnibus bonis, quòd in aere futuri sint.

Secundo patet, quòd accipiatur locus ille de raptu ad iudicandum, & non de raptu ad beatitudinem.

Primo quia dicitur, rapiemur obuiam Domino in aera, sed qui rapitur obuiam occurrit venienti, ergo est sensus, quòd antequam Christus penitus descendat nos obuiabimus ei, sed tunc nondum erit factum iudicium, quia postquàm descenderit faciet illud, ergo antequam Christus faciat iudicium nos erimus cum eo in aere, & ita boni erunt ibi quando iudicaturi.

uerit. Secundo quia si deberet intelligi de raptu ad beatitudinis locum, diceretur rapiemur cum Christo in aera, & non obuiam Christo: nam completo iudicio non manebit Christus in aere, sed redibit ad cœlum empyreum, & si tunc boni raperentur dicerentur rapi cum Christo, quia ille etiam tunc iret ad cęlum quò illi irent, sed dicitur rapiemur obuiam, sed obuiam est in occursum, ergo rapiemur ad essendum cum ipso in aere quando iudicauerit.

Tertio quia dicitur, rapiemur obuiam Domino in aera, & tamen si voluisset dicere de loco beatitudinis diceret de cęlo, ideſt, rapiemur in cęlum, dixit tamen in aera, ergo intelligitur de raptu ad iudicandum, quia tunc Christus non erit in cęlo, sed in aere, & cum eo boni.

Cum vero obijciebatur, quòd intelligeretur de raptu ad locum beatitudinis, quia dicitur, & sic semper cum Domino erimus, & tamen in iudicio in aere non erit Christus semper neque beati cum eo.

Dicēdum, quòd innuitur, quòd postquàm fuerint rapti ad locum iudicij, erunt cum Christo, quia ipse ibi erit iudicans, & post illud tempus, vel momentum semper erunt boni cum Christo, quia nunquam ab eo separabuntur, quod tamen nunc accidit, quia nunc quandiu viuimus peregrinamur a Domino, etiam Apostoli fuerunt aliquo tempore cum Christo, ideſt, vsque ad passionem, vel ascensionem, postea vero non, & tamen tunc non sic erit, sed postquam semel cum eo fuerint semper simul cum eo erunt. Quod autem dicitur, & sic semper cum Domino erimus, illud sic non dicit locum, sed modum stăndi, ideo non est sensus, quòd erunt boni in aere semper cum Domino sicut in iudicio fuerunt, sed quòd sicut erant coniuncti cum Domino quādo erat in aere iudicans, ita erunt semper coniuncti inseparabiliter cum eo vbicunque ipse fuerit.

Et ideo dicendum, quòd omnes boni erunt in aere tam iudicantes quàm iudicandi, & illud tenet Magister 4. Senten. distin. 48. dicens, in valle Iosaphat, ideſt, iudicij Domini congregabuntur omnes impij, iusti vero non descendent in vallem iudicij, ideſt, damnationis, sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo ad manendum in nubibus cum eo dum iudicat.

Ad rationem primam in oppositum, scilicet, quòd non competit omnibus bonis, sedes iudiciaria, ideo non erit causa quare omnes sint in aere.

Dicendum, quòd licet non iudicent habent causam, vt sint in aere, scilicet, vt distinguantur a malis, qui terrenis toto animo inhęserunt, boni vero inhæserunt cęlestibus: ideo non debent esse in terra, etiam quia statim cōpleto iudicio ituri sunt in cęlo, melius ergo interim erunt in aere.

Ad secundum cum dicitur, quòd si omnes boni essent in aere nulla differentia esset inter iudicantes, & non iudicantes.

Dicendum, quòd aliqua differentia erit, scilicet, quòd boni, qui iudicabunt erunt excelsiores in sedibus, & magis propinqui Christi, qui vero iudicabūtur inferiores erunt, & non habebunt sedes iudiciarias, licet in terra non sint, sed in aere.

Si quis ergo tenere vellet, quòd soli iudicantes boni erunt in aere, cęteri vero in terra posset aliqualiter respondere præcedentibus, in quo non insisto, eo quòd assignata positio videtur esse verior, & tamen illis competit auctoritas Christi qua dicitur hic, quòd congregabuntur ante Christum omnes gentes, & separabit eas ab inuicem sicut pastor separat oues ab hędis, & statuet oues in dextra, hędos in sinistra. hędi mali sunt, oues boni, sed non ponitur ibi differentia inter eos quantum ad locum nisi per dextrum, & sinistrum, ergo sicut erunt mali in terra, ita & boni, quia alias si omnes boni in aere essent, & mali in terra, non oporteret poni distinctionem istam inter eos de dextra, & sinistra, quia plus distarent quàm per dextram, & sinistram, erunt ergo boni iudicandi in terra.

Sed obijcietur, quia si sic arguatur sequitur, quòd nullus de bonis sit in aere, sed omnes in terra, quia Christus non distinxit ibi nisi hędos, & oues, & oues sunt boni, & ponuntur ad dexteram, & hædi sunt mali, & sunt ad sinistram, & per istos distinxit omnes homines, quia dixit, quòd congregabuntur ante eum omnes gentes, ergo videtur, quòd omnes boni ponuntur ad dexteram, igitur si qui ad dexteram sunt in terra sunt, sequitur quòd omnes boni erunt in terra, & non erunt iudicantes in aere, quod est inconueniens.

Dici posset, quòd iudicantes erunt in aere, & non includuntur sub illa multitudine: nam tota illa multitudo, quæ diuiditur est illa multitudo, quæ iudicatur siue de bonis siue de malis, & tunc omnes boni, qui iudicantur ponuntur ad sinistram in terra, boni vero, qui non iudicantur non includuntur ibi, & etiā mali, qui non iudicantur.

Et patet, quia super omnes illos fertur sententia: nam illis, qui ad dexterā sunt dicitur, venite benedicti, illis vero, qui ad sinistram sunt dicitur, ite maledicti, & istæ sunt duæ sententiæ, ergo ista multitudo, quæ est ad dexteram, & sinistram est de illis solis, qui iudicantur, de cæteris vero, qui non iudicantur, quòd sedeant in aere, vel vbi, nihil Christus tetigit.

Sed nunc omittendo istud problema, quod est neutrum, licet pars prius determinata videatur rationabilior, redeundum est ad responsionem ad argumenta præcedentis quæstio. & cum dicebatur, quòd omnes iudicandi tam boni quàm mali futuri erant in terra, & ideo esset necessarium magnum spatium. Potest dici, quòd magna multitudo potest capi in paruo spatio opere Dei, sicut forte in inferno est, ita enim multi esse asserunt. Et ideo licet vallis Iosaphat sit parua respectu tantę multitudinis capiendæ naturaliter, non est tamen dubium quin opere Dei posset ibi capi tota multitudo, & multo maior, ideo si ad miraculum nos conferamus, planum est, quòd ibi capietur tota multitudo.

Aliter potest dici, & rationabilius, scilicet, quòd non capiatur ibi in valle illa tota multitudo, sed fit iudicium in valle, scilicet, quòd sit Christus super vallem illam directe existens in aere, & sit pars multitudinis in valle, quæ ibi possit capi, & in circuitu vallis sit tota circunfusa in omnibus adiacentibus locis quousque capiatur plene, & tūc nihil maius est, quòd sit illa multitudo in valle Iosaphat, quàm in quocunque alio loco in quo capi possit, sed hoc modo diceretur iudicium fieri in valle Iosaphat, quia Christus iudicans esset directe super vallem illam in aere, secundo quia quasi centrum illius multitudinis esset in valle illa, & sic non differret, quòd multitudo illa extenderetur per decem, vel plures leucas in circuitu.

Ad secundum principale dicendum, quòd non iudicabit Christus in loco illo in quo iudicatus est, ideſt, in prętorio Pilati, vel in locò caluariæ: nam ista loca non manent, quia prætorium Pilati non manet, neque domus illa manet, etiam locus caluariæ iam non est locus caluariæ, nam ibi occidebantur rei mortis, & erat locus extra vrbem ad Hebræo. 13. ca. & postea reędificata Ierusalem, sicut nunc est, locus ille est intra vrbem, & locus sepulchri Domini. Cum tamen ista eo tempore extra vrbem essent, & sic non manēt ista loca determinata sicut tūc erāt, sed vt Christus iudicaret in eis oportebat, quod esset in terris iudicans, sed erit in aere multum eleuatus, vt possit videria valde magna multitudine, quæ per omnia vicina loca circunfusa iacebit, ideo non iudicabit conuenienter in illis.

Alia autem ratio solet poni quæ putatur efficacior, scilicet Christus non iudicabit in his locis, quia in prętorio Pilati iudicatus est, cum esset in forma infirmitatis nostræ, in caluariæ loco tradita est sententia executioni cum esset caro Christi passibilis, & ibi passus est: nunc vero cum iudicaturus est, non erit in forma infirmitatis sed gloriosa: ideo non iudicabit in locis in quibus passibilis erat: sed in quibusiam gloriosum corpus habebat. & hoc erit in mōte Oliueti, de quo ascendit in cœlum super nubem in corpore glorioso, & dixerunt ibi Angeli, ꝙ quemadmodū vidistis eū ascendentem in cœlum sic veniet Act. 1. ca. vel iudicabit in valle Iosaphat, quę est ad latus montis Oliueti, & ad idem pertinent ambo.

Ad tertium circa nubem in qua Christus iudicabit dicendum ꝙ erit nubes, & non solum ipse sed etiam electi habebunt nubes, in quibus sedeant iudicantes, & vt dictum est supra. quia non soli iudicantes sed etiam omnes alijs boni erunt in aere, & in nubibus. 1. Thessa. 4. c. scilicet rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo.

Quomodo erunt nubes. Quæst. CCCXXXII.

CVM vero dicitur quomodo erunt nubes?

Dicunt aliqui quod nō erunt verè nubes: sed quædam aggregationes vel densitates lucis resplendentis a corpore sancti cuiuslibet, & ita non erunt nubes illę aliquid in aere vel de aere, aut de elementis, sed de proprietate corporum beatorum, scilicet de claritate pertinente ad dotem corporis ipsorum.

Alij dicunt ꝙ erunt nubes veræ & factæ ex exhalationibus vel vaporibus, & hoc non naturaliter sed miraculose. Quod autem sint veræ nubes concedendum est: quia ita scriptura asserit: nam dicitur prædicenti. c. & Luc. 21. c. ꝙ videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, & dicitur etiam de iustis quod erunt in nubibus. prima Thessa. 4. c. Cū vero dicitur quomodo erunt nubes? aliqui dicunt quod naturaliter sicut nunc sunt.

Sed obijcietur quia cessabit tūc motus cęli, & post cessationem nulla erit generatio nubium.

Dicendum, ꝙ cessante motu cœli nihil gignetur. nam motus solis in circulo obliquo est causa generationis & corruptionis omnium quæ sunt in terra, primo De Gene. & Cor. Et tamen dicetur ꝙ poterit esse nubes de illis quæ prius genitæ erant. nam licet cessante motu cœli nihil gignatur, non est tamen necesse ꝙ eo cessante statim omnia genita corrumpantur, maxime inanimata. Et illud sufficit quod Christus & Sancti sint in nubibus.

Sed dicetur ꝙ nulla poterit manere nubes de prius genitis. nam in ipsa die iudicij ante mortem singulorum hominum mittet Deus ignem conflagrationis, qui omnia elemēta purgabit, & tollet impuritates: sed nubes sunt entia imperfecta non pertinentia ad determinatam speciem, ideo omnia talia consumentur. Nulla ergo nubes manebit post illum ignem conflagrationis.

Dicendum igitur, quòd circa istas nubes potest dupliciter dici. Vno modo quòd non manebunt aliquæ post conflagrationem, sed Deus illas miraculose producet pro se & Sanctis. Aliter potest dici ꝙ seruauit illas Deus quasi miraculose de illo igne conflagrationis, ut non exurerentur in eo sed prodessent ad illum actum iudicij.

Sed dicendum est ꝙ quicquid istorum sit oportet, ꝙ nubes illæ post completum iudicium resoluantur in aliquid aliud, iam enim non sunt mansuræ nubes neque aliquæ impuritates.

Tunc dicet rex his qui a dextris eius erūt, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebūt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus te: sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmū, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicet illis. Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratrib. meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet rex & his qui a sinistris erūt; Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; Sitiui, & non dedistis mihi potum; Hospes erā, & non collegistis me; Nudus, & non operuistis me, Infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebūt ei & ipsi dicentes; Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minorib. his, nec mihi fecistis.

Tunc dicet. Hic ponitur secundum, scilicet iudicantis ad iudicandos collocutio & dicitur. *Tunc.* s. postquā congregati fuerint omnes homines ante Christum, & separati sicut oues ab hędis.

Dicet rex, scilicet Christus iudicans qui est rex. *His qui a dextris eius erunt*, scilicet bonis quos oues uocat. *Venite.* Ista est sententia quæ profertur a iudice, & quia homines erunt diuisi in duas partes, super quosdam proferet unam sentētiam, & super alios aliam, & vtraque ponitur in litera. & primo sententia super bonos, scilicet. *Venite.* Vocat eos ad se quia sursum trahendi sunt. *Benedicti*, ideſt qui benedicti estis, quia Deus dedit vobis bonum per quod potestis recte uocari benedicti. *Patris mei.* i. benedicti a Patre meo. *Possidete*, ideſt pacifice tenete.

Paratum uobis regnum. i. regnū cęlorum. hoc. n. paratū est pro uobis. *A constitutione mundi.* i. non est denouo

vobis paratum, sed ex quo Deus mundum constituit parauit pro vobis beatitudinem, quæ est vita æterna. *Esuriui.* Hic redditur causa beatitudinis q̃ datur bonis. s. quia meruerunt illa per bona opera misericordię quę exercuerunt, & ponuntur specialiter opera pietatis. s. *Esuriui, & dedistis mihi manducare.* Istud est vnum opus pietatis, i. misericordię, & dicitur esuriui, in quo inopia designatur, quia non esurienti non est dandus cibus, vel saltem nō est eleemosyna, sed beneficium vel liberalitatis opus. *Sitiui.* Alia inopia est, nā non sitienti non est dandus potus, & intelligitur de sitiente, & non habente quid bibat: nam huic quicquid dederimus eleemosyna est supra 10.c. qui dederit vni ex minimis istis potum calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli non perdet mercedem suam. *Et dedistis mihi bibere.* s. quilibet vestrum hoc fecit. *Hospes eram,* idest hospitium petens, & ita indigens. *Et collegistis me,* idest recepistis in tabernaculis vestris, & est tertium opus misericordiæ. *Nudus,* idest egens vestib. quia non oportet penitus esse nudum ad hoc q̃ locum habeat istud opus misericordiæ. *Et operuistis me.* i. dedistis aliquid ad operimentum, quicquid enim ad vestes uel operimēta pertineat, vel etiam ad calceos dicitur de operimentis, & dans illud dicitur pauperē operire. *Infirmus eram,* idest quocunque languore aut inualitudine tentus. *Et visitastis me,* s. ad præstandum subsidium vel ad consolationem, saltem in dando bonam spem, aut in colloquendo, vt non moleste ferat qui in vinculis tenetur. *Tunc respondebunt ei iusti.* s. quando audierint ista dicta a Christo boni qui adiudicantur vitæ æternę, quasi admirati de eis quę Christus dicit in laudem ipsorum dicent ista quæ sequuntur.

Dicentes. domine quando te vidimus. Admiratio est quia ista putāt locutum esse in propria persona, quasi ei fuerint ista facta, & tamen pauci de iustis, qui in die iudicij erunt, viderunt Christum dum viueret inter homines, ita vt ei aliquid horum impendere possent. *Esurientem & pauimus,* quasi dicat neque te vnquam uidimus esuriētem, neque vnquam pauimus, & inducunt illi de omnibus operibus quę Christus dixerat, ac si dicerent non solum nō præstitimus tibi omnia hæc, sed nullum horum vnquam præstitimus. *Et respondens rex,* scilicet Christus ad ea quæ dicunt quasi nunquam fecissent aliquid horum.

Amen dico uobis. i. in veritate, & est modus affirmandi vel iurandi. *Quandiu fecistis uni.* Ostēdit Christus omnia bona quæ pauperibus dantur ei dari, & ideo multum est excellens eleemosyna, qua Deum nobis obligamus, & ipse se recepisse asserit quod in viscera pauperum recondimus. *De his fratribus meis.* Fratres suos vocat pauperes, qui eiusdem naturę & speciei consortes sunt. *Minimis.* Vocat pauperes minimos, ꝙa in possessionibus minores sunt alijs hominibus & in opinione populari. *Mihi fecistis,* i. ego reputaui mihi factum ideo dico q̃ mihi fecistis. *Tunc dicet.* s. postquam sententiam protulerit de bonis dicendo ea quę supra habentur. *His qui a sinistris erunt.* s. malis quos supra vocauit hędos. *Discedite a me.* Quia ituri sunt ad loca profunda, Christus vero erat in excelso, & nunquam plus appropinquaturi erant ad ipsum, quam vsque nunc appropinquauerant.

Maledicti. Quia omne malū venit super eos. *In ignem æternum.* Iste est ignis inferni, qui in æternum durabit. *Qui præparatus est,* i. non est de nouo, sed expectat uos. *Diabolo,* i. Sathanæ vel lucifero maximo & pessimo, atque per hoc principi dæmoniorum.

Et angelis eius, idest ministris eius, sicut vocantur Angeli Dei, ita Angeli Sathanæ vel diaboli, & sunt minores dæmones.

Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Refert hic ex oppositio omnia opera misericordię, & dicit quod tale illorum fecerunt.

Respondebunt ei & ipsi dicentes. s. mali volentes se excusare de eo quod Christus eis obijcit. dicunt q̃ nunquā viderunt Christum, & ideo nunquam potuerunt circa ipsum aliquid horum facere. *Domine quando te vidimus esurientem,* quasi dicat nūquam te sic vidimus. ideo nullum tale opus circa te exercere potuimus, vocant autem eum dominum: quia timent valde verba eius, cum ille potens sit, & etiam ipsi omnia narrant, vt innuant quod in nullo peccauerunt. *Tunc respondebit illis.* Vt appareat quomodo nullam excusationem mali habent. *Dicens. Amen dico uobis,* idest in veritate vel sub iuramento. *Quandiu non fecistis.* Reddit eandem rationem quam supra, scilicet quod quandocunque omiserunt facere ista opera circa pauperes, dicuntur non fecisse circa eum.

Vni de minoribus his. Ostendit pauperes qui minores alijs dicuntur. *Neque mihi fecistis.* Quia propter me illis ista impendenda erant. Vel dicitur, neque mihi fecistis, idest etiam si me vidissetis non feciſſetis aliquid boni, cum pauperibus qui nomine meo petebant nihil dederitis.

An quæ fient in iudicio proferentur uoce aut mente?
Quæst. CCCXXXIII.

QVAERETVR cum dicatur hic, tunc dicet illis rex, an ea quæ in iudicio fient, & futura dicuntur proferentur vocaliter, vel mentaliter?

Aliqui dicunt q̃ uocaliter, quia Christus omnia ista introducit hic vocaliter, idest sententiam bonorum, & malorum, & collocutiones ipsorum ad iudicem, vt litera ostendit, & si in uoce ista non dicantur, non uidetur quomodo possit saluari ista litera.

Secundo quia dicit Aug. 20. li. de ciu. Dei, per quot dies iudicium illud extendarut incertum est, & tamen si non fierent ista uocaliter sed solum mentaliter, non esset incertum per quot dies iudicium extenderetur, quia certum esset q̃ subito posset fieri. ergo innuitur q̃ fient uocaliter hæc omnia.

Tertio quia dicit Greg. 25. lib. mora. illi saltem uerba iudicis audient qui fidem eius saltem uerbo tenuerunt, hoc autem nō potest intelligi de uerbo interiori: quia sic omnes audirent uerbum iudicis: quia omnibus bonis & malis nota erunt facta quorumcunque aliorum. ergo uidetur, quod iudicium futurum sit uocaliter.

Quarto ut ab omnibus possit uideri corporaliter. ergo eadem ratione vocaliter proferet sententiam, vt ab omnibus audiatur corporaliter, nam si sufficeret audiri mentaliter, sufficeret quoque mentaliter videre, & tunc non appareret in forma humana, sed in substantia diuina ab omnibus intelligeretur. ergo vocaliter audietur.

Dicendum quod ista quæstio omnibus est dubia. nam quid secundum certitudinem in ea sit, i. an in uoce iudicium fiet, & omnia quæ dicuntur iudicialiter facienda, an secundum solam mentem, vel interiorem allocutionem, non est alicui homini planum discere, & quia videntur multæ difficultates sequi si ponantur omnia ista in uoce fieri, tenetur quasi communiter, quòd ista fient magis spiritualiter quam vocaliter.

Et patet primo quia si omnium hominum merita & demerita uocaliter discutienda forent, & ad quę bet fieret obiurgatio, non solum vnius aut pauciorum dierum, sed et aliquot annorum spatium in his impenderetur, sed nemo unquam intellexit tanto tempore dura-

turum iudicium: ideo videtur q̃ non sit hoc vocaliter faciendum.

Secundo quia si vita cuiuslibet discutienda est, non solum ponemus vocaliter locutionem ad ipsum futuram, sed etiam examinationem ex libris processurā nam eo modo quo dr̃ hic Christū dicturum hæc adiu dicandos, ita dr̃ Apoca. 20. & Dan. 7. c. q̃ libri aperientur in iudicio: nam Dan. 7. c. dr̃ iudicium sedit & libri aperti sunt, & Apoc. 20. c. dr̃. vidi thronū magnum & candidum, & sedentem super eum, & vidi mortuos magnos & pusillos stantes in cōspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his q̃ scripta sunt in libris. & tñ realiter fieri examinationem illam per libros non est verisimile, quia ista multo tempore indigerent, ideo neque vocaliter cætera fient, sic dicit Aug. 20. li. de ciui. Dei. si liber ex cuius scriptura omnes iudicabuntur carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem aut longitudinem valeat æstimare? aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptę sunt vniuersæ vitæ vniuersorum? sed non requiritur minus tempus ad narrandum omnia ore tenus quam ad legendum si essent in libro materiali scripta. ergo videtur q̃ non dicentur aliqua in iudicio vocaliter.

Tertio quia planū est q̃ libri illi de quib. dr̃ Apoca. 20. & Dan. 7. c. non sunt aliqui libri materiales, vt dicetur sequ. q. ergo eodem modo neq; ea quæ dicuntur verbaliter dicenda, non dicentur verbaliter sed mētaliter, ita vt sicut illi uocātur libri per metaphoram, ita & metaphorice dictū sit, q̃ omnia hæc in iudicio dicentur. Quarto quia sententia debet respondere accusationi, & excusationi, & testimonijs, atque probationibus, & tamen accusatio, & excusatio, & testimoniū erunt mentaliter se habentia. ergo ēt sententia. patet hoc quia ad R.o. 2. c. dr̃, testimoniū illis reddente conscientia ipsorum, & inter seinuicem cogitationum accusantium aut defendentiū in die qua iudicabit Deus occulta hominum.

Sed dici potest satis conuenienter, q̃ fiat iudicium illud vocaliter, & q̃ Christus realiter omnia hæc proferat ore tenus, & stabimus tunc literę quæ dicit quod Christus loquitur hæc. Et apparet primo ex testimonio literę, cui semper standum est, nisi cuni cōstet omnino non fuisse illum sensum scripturæ, & tamen in presenti non constat, quia inconuenientia illa quæ videntur sequi non sequuntur, vt declarabitur.

Secundo, quia videretur aliquid irrationabile. s. q̃ Christus corporaliter veniat, & faciat coram se deducit omnes gentes in locum unum, & cū ibi fuerint nihil loquatur ipse ad illas, neque illæ inter se, & cū fuerint sic quasi per momentum, statim velut inuiti recedāt quidam in vnam partem alij in alteram. videtur. n. esse hoc aliquid deluſorium, nam totaliter agendum erat hoc mentaliter existentibus malis apud inferos, & bonis in cœlo, & nulla congregatione facta potebant ista expediri.

Tertio quia ad hoc conuocandi sunt omnes in loco cum vnum, vt exhibeatur honor Christo in humanitate a toto genere humano, & tamen si solum conueniant, & nulla locutione facta recedat statim, paruus aut minor honor erit, quam si ipse loquatur ad omnes verba magnæ auctoritatis, & ipsi respondeant. ergo videtur q̃ vere erit ibi locutio.

Quarto quia hoc videtur velle Apostolus ad Rom. 14. c. i. omnes astabimus ante tribunal Christi, & intelligitur de die iudicij. & ponitur ibi statim causa quare stabimus ante tribunal. i. quia scriptum est, mihi flectetur omne genu & confitebitur omnis lingua Deo, ideſt non laudabit eum in iudicio nisi fuerit factum iudicium vocaliter. ergo vocaliter fiet, & hoc contonat

A valde literæ. quia ista litera ponit quod Christus dicet ad bonos, esuriui & dedistis mihi manducare &c. & illi respondebunt. domine quando te vidimus esurientem &c. similiter dicitur q̃ loquitur ad malos, esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. & illi dicent, domine quando te vidimus &c. ecce ibi tam boni quā mali laudant eum, cum vocent eum vtriq;. dicendum ergo q̃ vocaliter ista fient.

Quinto quia dato, q̃ iudicium futurū esset corporaliter, & tamen sine uoce non fieret separatio bonorum a malis localiter quandiu duraret iudicium, quia finis iudicij est, ideo ante sententiam datam mentaliter non fieret separatio realis: sed sufficiebat q̃ essent omnes homines simul qui iudicandi sunt, sicut nunc sunt, & poterat ad eos sufficienter, & conuenienter peruenire sententia mētaliter de separatione & præmio, & tunc separarentur, & tamen ponitur separatio ante sententiam. ideo videtur quòd fiat, quasi sit necessarium ex conditione sententię ferendæ. Et istud, est, quia cum Christus verbaliter prolaturus sit sentētiam absolutionis & cōdemnationis, oportebat quod in sententia absolutoria exprimeret singillatim nomina omnium beatorum, & in sententia condemnatoria nomina omnium damnandorum, hoc autem erat longissimę moræ, ideo tenebit alium modum, scilicet vt ponat omnes bonos ad partem unam. i. dextrā, & omnes malos ad partem aliam. i. sinistram, & tunc ad omnes qui sunt in parte dextra nullius nomine expresso proferat sentētiam absolutoriam, & ad omnes qui sunt in parte sinistra proferat sentētiam condemnatoriam, & ita ponitur in litera. s. dicet his qui sunt in dextera, venite benedicti &c. & his qui sunt in sinistra, ite maledicti &c. ergo dicendum est q̃ vocaliter proferetur sententia in iudicio.

Sed tunc dicetur, quid est quòd in iudicio dicetur vocaliter?

Dicendum, q̃ fiet examinatio circa vitam cuiuslibet in uoce. i. q̃ instituatur accusatio, & ponatur defensio in voce: quia faciendo hoc circa singulos esset res infinitæ moræ & inutilis, sed solum ponetur sentētia in uoce contra bonos & contra malos, & aliquæ causæ. s. generales condemnationis & absolutionis. i. esuriui &c. aut aliquid simile.

Et hoc patet primo quia non cogimur aliquid vltra hæc ponere ex necessitate scripturæ, nam hic cum Christus narrat quid dicturus est in iudicio, nō posuit nisi sententiam & causas, examinationes autem circa singulos non ponit, ideo neque nos cogimur ponere aliquid ultra id quod scriptura ponit.

Secundo quia non est rationabile aliquid ultra hęc poni, nam duplex iudicium est de homine. s. particulare, & uniuersale, in particulari iudicio de quolibet homine examinantur merita, vel demerita, propter quæ adiudicatur ipse morti ęternæ, vel beatitudini. Ideo circa hoc quod semel examinatum est, nō oportet rursus examinare neque sententiare, iudicium autem finale, ut dictum est supra, potius est iudicium totius humani generis quam singulorum hominū, cum de toto humano genere non fuerit datum iudicium, de singulis autem hominibus datum est. sed de toto humano genere non fit iudicium inquantum singulorum uita examinatur, sed ut diuiditur humanum genus in duas partes, idest in bonos, & malos, vt mali sint per se.

Ad hoc aūt sufficit separari eos, & super illos separatos proferre sententiā, & ita Christus ponit, ideo non vī q̃ in iudicio illo aliquid aliud sit necessariū in voce: quia neq; illius iudicij sunt aliquæ aliæ partes, quia cętera pertinuerunt ad iudicium singulorum, quod in morte cōsumatū est, & illud prę supponitur in iudicio

generali & non repetitur, & sic videtur Christus posuisse sufficienter in voce id quod in iudicio illo extremo in voce dicetur: quia neque plura erunt. Et hoc dato non sequitur aliquod de illis inconuenientibus, quæ videbantur sequi posito iudicio in voce, & sic respondebitur ad argumenta.

Ad primum cum dicebatur, quòd multorum dierum opus esset; concedendum est si contra quoslibet per se fieret obiurgatio, & examinatio de vita cuiuslibet: & tamē nihil horum fieret; sed solum proferetur sententia contra malos, & pro bonis, & exprimentur causæ, quæ in litera ponuntur, vt dictum est. Istud autem breuissimi temporis moram facit.

Ad secundum dicendum vno modo, quòd non discutietur vita cuiuslibet in iudicio; cum præsupponatur discussa esse in iudicio particulari: & ideo neque oportebit libros legi per singulum de vita omnium.

Aliter dicendum, quòd non est æquale de libris, & discussione vitę singulorum. Nam vitæ singulorum discutiuntur: nam licet non discutiantur in iudicio vniuersali, discutiunt̄ in iudicio particulari; tñ libri nō sūt realiter ad iudicium, neque in generali, neque in particulari iudicio, sed necesse est accipi secundum metaphoram.

Ad tertium dicendum, quòd verum est libros secūdum metaphoram accipi, sed non oportet sic accipi ea quæ ponit hic Christus futura in iudicio in voce, quia ista nullum inconueniens habent si in voce dicā tur, vt ostensum est, & tamen libri nullo modo possunt poni realiter, vt dicetur sequenti. q. sed necesse est accipi secundum metaphoram.

Ad quartum dicendum est, quòd accusationes, & defensiones singulorum fient mentaliter; sed sentētia fiet vocaliter, & ita Apostolus non dixit de sententia; sed de cogitationibus singulorum accusantibus, & defendentibus. Et ratio differentiæ est; quia accusatio, & defensio pertinet ad singulos vt singulos, sentē tia autē non feretur in iudicio illo de singulis, vt de singulis; sed vt sunt partes cōitatis generis humani: eo, ꝙ præsupponetur primum iudicium, in quo iam de singulis iudicatum est. Et omnia, quæ fuerunt in primo iudicio fuerunt mentaliter facta. in secundo autē fiēt vocaliter. Et tamen adhuc tunc erunt cogitationes, accusantes, & defendētes, scilicet, ꝙ omnes boni pro q bus proferet sententia absolutoria habebūt cogitationes defendentes, idest facientes in fauorem eorum, quòd ipsi non debuerint incurrere in pœnam sicut neque incurtūt, & mali qui condemnabuntur habebūt cogitationes accusantes idest, quòd cogitationes suæ accusabunt eos, & reddent ipsis testimonium, quòd iuste fuerint condemnati.

Sed siquis velit tenere, sicut communiter tenetur, quòd omnia, quæ erunt in iudicio fient mentaliter; poterit respondere ad argumenta in principio facta. Ad primum dicendum, quòd omnia quæ Christus dicit fient idest, sententia proferetur pro bonis, & contra malos, & causæ sententiæ exprimentur, sed illud dicere non erit in voce, sed mentaliter, cum prius sit dicere in mente, quam in verbo exteriori.

Ad secundum dicendum, quòd Augu. dixit incertum esse per quot dies iudicium istud protendatur, quia non est determinatum, an perficiatur vocaliter vel mentaliter solum, & videtur ei, quòd si vocaliter totum ageretur, multos dies exigeret: eo, quòd putat singulorum vitam discuti debere, sed iam ostensum est, quòd nihil illorum faciendum est ibi: quia omnia illa velut iam facta presupponuntur.

Ad tertium dicitur, quòd etiam si iudicium fiat mētaliter, tantum verbum Gregorij saluari potest; quia et si omnibus innotescunt tua, & aliorum facta virtute diuina hoc faciēte, quæ in euangelio locutio dicitur; tamen illi qui fidem habuerunt, quam ex verbis Dei conceperunt, ex ipsis verbis iudicabūtur. Vnde quodā modo specialiter dicitur his, qui fuerunt fideles; & non dicitur his, qui fuerunt infideles.

Ad quartum dicunt̄, quòd Christus corporaliter apparebit, vt ab omnibus iudex corporaliter cognoscatur, quod quidem subito fieri poterit, sed locutio, quę tempore mensuratur requireret immensam prolixitatem: ideo sine verbo dicunt peragendum. Secundum, quòd positio supra assignata videtur esse rationabilior; & magis conueniens literę Christi, licet non sit tam communis.

An aliqui erunt libri in iudicio. Quæst. CCCXXXIIII.

QVAERETVR occasione præcedentium de libris qui erunt in iudicio, & an aliqui erunt ibi?

Dicendum, quòd necesse est poni libros futuros in iudicio: quia scriptura hoc asserit Danie. 7. capi. iudicium sedit, & libri aperti sunt, & Apo. 20. cap. dicitur, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ; & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.

Sed tunc est dubium de istis libris, an erunt vere libri vel secūdum metaphoram, & qūo vocantur libri?

Dicendum, quòd non est dubium esse libros per metaphoram nam vere nullus liber erit. Primo, quia libri ponuntur ad memoriā cum est labilis, qualis est humana memoria cui omnia fluunt, & ideo inuentæ sunt literæ, & libri, vt res memorię commendarentur, & labi non possent: sed Deo nihil labi potest, cuius esse est suum sapere, & memoria: immo neque angelis aliquid effluit; sed qcquid sciunt indelebiliter retinent, propter quod libri non prosunt nisi hominibus, & tamen iudiciū illud nō fit ab hominibus, puris, sed a Christo q ēt Deus est, ideo libri non sunt necessarij.

Secundo, quia nemo istud capit quomodo sit. nam si tales libri sunt ex quibus homines iudicantur, necesse est omnia facta humana esse conscripta in eis; & singula vt fiunt bona siue mala statim scribātur, quod nemo satis affirmat aut capit: iōnō sunt aliqui tales libri.

Tertio, quia tunc si libri isti essent fierent ad iudicā dum hominem per ea quæ in eis essent, & deberent legi omnia illa, sed neque istud est conuenienter dictum, quia iudicium multo tempore protenderetur, quod non conceditur.

Quarto, quia neque iste modus est conueniens ad iudicandum mortuos, quia si tales libri essent, aut esset ad memoriam iudicis, aut ad conuincendum eos, qui iudicantur, quòd ita sit quemadmodum contra eos dicitur. Non primo modo; quia non haber Deus effluentem memoriam; non secundo modo, quia aut ipsi crederent Deo sine probatione aut non. Si crederent superuacua est librorum tantorum cōscriptio. si non crederent non potest procedere sufficiens aut conueniens probatio ex libris illis, quia auctoritatē libro rū illorum negabunt, sed oportet conuinci eos testibus, qui interfuerint, quod fieri non potest, quia nō interfuerunt testes singulis actibus nostris, maxime in actibus cogitationum, in quibus contingit peccare, & bene agere, & etiam quantum ad actus exteriores non poterat fieri sufficiēs ꝓbatio p testes, quia multa fiūt sine testibus; & multorum obliuiscūtur testes. Etiā interdū testes possunt reprobari: ideo Deus inuenit aliā conuenientē, & sufficientē modum ad probandū ea delicta. s. conscientiā memorē singulorū. Cū. n. Deus dederit cuilibet, ꝙ in sua conscięntia recordet̄ omnia quæ fecerit, & cogitauerit, & Deus illum absoluerit vel condemnauerit, ipse videbit se iuste condemnare vel absolutum. Sic dicit Apostolus ad Ro. 2. c. s. testimonium reddente illis conscientia eorum, & cogitationum accusantium & defendentium in die qua iudicabit Dominus, ideſt conscientia erit testis contra quemlibet, & non oportebit induci aliam probationem. Et istud est multum conuenienter factum ꝙ illa sola in testem adducatur. nam in iudicio producuntur testes propter iudicem, vel propter reum, aut propter alios qui audiunt vel vidēt iudicium fieri, & principaliter propter iudicem, vt ipse sit informatus de veritate factę rei, ad hoc ꝙ non condemnet aut absoluat iniuste, aut propter reum. s. vt conuincatur ex illis, & non possit iuste aut colorate conqueri: aut propter videntes vel audientes. s. vt sciant ꝙ iuste de aliquo iudicatur. Circa primum non sunt necessarij testes in iudicio Dei, eo ꝙ ipse nouit veritatem omnium rerum. Quantum ad secūdum sunt necessarij testes. s. vt quilibet conuincatur se iuste cōdemnari vel absolui, & nemo cōqueratur, & ad hoc nō est melior modus quam dare cogitationem memorem omnium factorum & cogitationum, & per illam accusabit se quilibet, vel excusabit, & nō poterit negare aut dissimulare, etiam si velit, iniuste se condemnatum vel absolutum, quod tamen fieri posset si per testes conuincendus esset, vt dictum est. Quantum ad tertium erunt probationis cognitiones datæ singulis a Deo. Dabit enim Deus tunc cuilibet vt sciat quicquid fecerunt omnes homines siue bonum siue malum, & ex illo videbūt an sentētia de quolibet lata iuste aut iniuste feratur. Et ita apparet quòd libri non erunt ad probationem faciēdam contra ipsos condemnandos: ideo non erunt ibi veri libri.

Sed dicendū ꝙ accipiuntur libri in iudicio per metaphoram, voluit enim nobis sacra scriptura notificare modum diuini iudicij: & quia assueti sumus ad res istas sensibiles, ostendit ꝙ diuinum iudicium erit tale quale est humanum, quasi aliter non esset iudiciū aut non posset a nobis intelligi quod esset iudicium: non fit autem humanum iudicium sine libris, ideſt sine scriptura, omnia quippe facta iudicij in scriptis redigū tur: nam iudex debet habere circa se tabellionem, aut duos probos viros, qui vniuersa iudicij acta fideliter conscribant, & tam facta iudicij quam veritas rerū gestarum, de quibus lis agitur, in scriptis rediguntur, & sine his scriptis iudicium non fit, maxime in rebus arduis, nullum autem maius negocium est quam causa status, & cum agitur de infligenda pœna capitali potissime ętterna: qualis sententia ferretur in iudicio illo contra malos, ideo debent omnia rite fieri, & sic tale iudicium non fiet sine scripturis, & ita scriptura vocauit libros iudicij, & propter hoc dicitur quòd libri aperti sunt Apoc. vigesimo, ca. ideſt, quod sicut nos ad sciendum aliquid ex libris aperimus illos, ita & tunc cum iudicandum fuerit ex his quæ inuenientur in libris aperientur illi, sic autem multas alias translationes facit scriptura circa hęc quæ nobis competunt, sicut dixit Moyses Deo, dele me de libro tuo in quo me scripsisti. Innuebat enim quasi Deus haberet librum, in quo nomina omnium haberet ad memoriā, & haberet in libro vno nomina illorum quibus benefacere volebat, & in alio libro nomina illorum quibus volebat nocere, & dixit Moyses. scripsisti me in libro illorum quos vis viuere, & quibus vis benefacere, dele me de libro illo, & pone me in libro illorum qui occidendi sunt, quia ego volo occidi si populus meus occidendus est. & psalm. 68. dicitur, deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. hoc ita dicitur quasi Deus habeat librū, in quo scribat eos quos vult viuere propter illorum bona opera, & aliquando indeterminate dicitur, sicut nos delemus nomina eorum quos

scripsimus propter aliquam causam, sed nihil istorum in Deo est, quia neque delet quicquam neque scribit: ita ergo de libris illis qui in iudicio erunt necesse, est accipi per metaphoram, & non erit ibi vere aliquis liber.

Quid erunt libri in iudicio, & ad quid.
Quæst. CCCXXXV.

QVAERETVR dato, quòd libri solum sint ibi secundum metaphoram quid erunt, vel ad quid?

Dicendum, quod libri multi erunt in iudicio illo, quia Danie. septimo, capit. dicitur. iudicium sedit & libri aperti sunt, sed adhuc non solū sunt multi, immo etiam multiplices, quia Apoca. 20. c. vbi magis istud aperitur dicitur. vidi thronum magnum, & candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit cœlum & terra, & vidi mortuos magnos & pusillos stantes in cōspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ. ecce multos libros indeterminate dixit quasi pertinentes ad vnum modum, & alium expressit quem dixit librum vitę. Tunc de his est dubium quid sint, & prius de libris multis quos dicit fuisse apertos.

Aliqui enim de his dicunt, quod sunt conscientiæ singulorum, & ideo quot erunt homines tot erunt libri, uocantur autem conscientiæ libri, quia sicut in libro res gestæ conscriptæ sunt, ita in conscientia sua quisque clare videbit, & tenebit memoriter omnia quæ egit bona, & mala, ideo conscientiæ vocantur libri.

Alij dicunt ꝙ isti libri sunt sancti veteris & noui testamenti, per quos Deus dedit nobis mandata sua de agēdo vel non agendo, ideo ex illis iudicabimur quasi ex legibus, vel ex libris iuris.

Dicendum autem quòd vtrique libri erunt. nam etiam in humanis iudicijs vtrique sunt necessarij, eo quòd ad ferendam sententiam in iudicio humano duo sunt, quæ constare debent, scilicet factum, & ius, iura vero in libris scripta sunt, & iudices debent habere libros illos, & sequi sententias illorum in iudicando, & non propriam intentionem, extra de constitut. capit. canonum statuta, & capit. ne innitaris. Et ideo Deus iussit quòd reges qui erant totius populi iudices statim, vt sederent in throno regni facerent describi Deuteronomium legis, vt per illud iudicarent, & non ex proprio corde Deuteron. decimoseptimo, cap. alij libri continent factum, scilicet registra tabellionum. nam iudex debet facere vniuersa acta iudicij describi per tabelliones, & attestationes testium in scriptis rediguntur.

Et tunc per illa iudicat iudex, & scripta hæc libros vocamus, quia etiam petitiones ipsas quæ paucas litteras continent libellos appellamus, quia in scriptis traduntur. sicut autem in iudicio humano vtrique libri necessarij sunt, ita & in diuino iudicio vtrique libri dicentur esse per metaphoram.

Et tamen dicendum quòd quando dicitur Apocalip. vigesimo, capitu. libri aperti sunt, accipitur de libris iuris, ideſt de Sanctis noui & veteris testamenti. Et patet primo quia ita tenet August. lib. 20. de ciuit. Dei. cap. 14. scilicet libri sunt intelligendi Sancti veteris & noui, vt in illis ostenderentur quæ Deus fieri sua mandata iussisset.

Sic etiam dicit Hugo de San. Vict. eorum corda erunt quasi quædam canonum decreta.

Secundo patet & efficacius quia Apocal. 20. c. postquā dictū est libri aperti sunt sequitur, & iudicati sunt

mortui ex his quæ ſcripta ſunt in libris ſecũdum opera ipſorum.ergo in libris non continebantur opera iudicandorum,ſed leges vel decreta iudicij,& ſecũdum leges illas iudicati ſunt mortui de operibus ſuis. De operibus autem non dixit ibi, ꝙ in libro eſſent. Satis enim erat, ꝙ ſingulorum conſcientiæ opera propria retinebunt memoriter,ſicut Apoſt.dicit ad Ro.2.c.& per illa opera iudicabuntur.eo. c. quæ conſcientiæ ſatis poſſunt vocari libri.

Qui & qualis erit liber ille uitæ prout notatur in Apoca. 20? Quæſt. CCCXXXVI.

SED tunc eſt dubium de alio libro quem vocat librum vitæ Apoc.20.

Aliqui dicunt iſtum eſſe librum rerum geſtarum. hoc autem dicunt quia (vt dictum eſt prædenti.q.) in iudicijs humanis duplices libri ſunt neceſſarij, primi libri iuris, ſecundi libri de facto, ita in iudicio Dei pariter.Sed dictum eſt ea.q.ꝙ libri illi multi erũt Sancti, quorum corda ſunt velut canonum quædam decreta. reſtat ergo vt liber alius quicunque ſit ponatur liber geſtarum rerum,& ſic librum vitę vocãt librum geſtarum rerum.

Sed tunc dicetur quomodo ille vocatur liber vitæ?

Reſpondetur ad hoc vno modo, quòd accipitur vita pro operatione, vt cum dicimus qualis eſt vita illius,vel illius? & tunc vocatur liber vitę, ideſt de vita hominis vel de operationibus eius, & ſic vocamus vnum librum vitas patrum,ideſt geſta eorum, ſic accipit Auguſtin.20.lib. de ciuitat.Dei.capitu.14.dicens, quòd ille eſt liber vitæ vniuſcuiuſque ideſt de vita cuiuslibet.

Alij dicunt ꝙ vocatur liber vitæ,quia eſt liber viuẽs & non mortuus quemadmodũ littera mortua.ſ. quia viuificat reducendo quemlibet ad memoriam omnium quę fecit.

Sed dicendum quid eſt iſte liber uitæ? Reſpondent quòd conſcientiæ ſingulorum. nam non erunt aliqui libri materiales, in quo humana facta ſcripta ſint aut legantur,& ita vult Auguſt.20.lib. de ciuit.Dei ca. 24. nam ſi eſſet liber materialis eſſet inæſtimabiliter magnus,etiam multi dies impenderentur ad legendum illum,quod etiam eſt inconueniens, licet aliqui dicũt ꝙ eſſent ibi multi Angeli, & quilibet legeret vitam vnius hominis in libro illo, & recitaret illi homini cuius erat, & ita quaſi ſimul recitaretur totius ille liber recitando vitam vnius hominis. Sed iſtud deriſorium eſt,& velut fabuloſum. ſic dicitur ibidem. in illo autẽ libro qui eſt vitæ vniuſcuiuſq; ſcriptum eſt quid quiſque feciſſet ſiue non feciſſet: qui liber ſi carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut longitudinem vãleat ęſtimare? aut quanto tempore legi poterit liber in quo ſcriptæ ſunt vniuerſæ vitæ vniuerſorum? an tantus numerus Angelorũ aderit quantus hominum erit, & vitam ſuam quiſque ab Angelo ſibi adhibito audiet recitari, quaſi dicat non fiet ſic, quia deriſorium, eſt.

Erit igitur liber iſte cõſcientia cuiuslibet, quia non erit aliquid materiale, ideo neceſſe erit quòd intra ſeipſum quiſque inueniat opera ſua, & non quærat illa, neque legat foris, ſed ipſæ conſcientiæ, quia continent vniuerſa hæc, vocantur libri, quia ibi clare leguntur,& indelebiliter ſicut in libris tenentur.

Quomodo liber conſcientiæ uocatur unus cum ſint multæ? Quæſt. CCCXXXVII.

SED quæretur quomodo liber iſte vocatur vnus, quia conſcientia non eſt vnica ſed multæ?

Dicunt quidam ꝙ vocatur vnus,ſcilicet pro quolibet, quia quilibet homo iudicatur ibi ac ſi totum humanum genus iudicetur, neque plura fiunt circa omnes quam circa vnum: ideo de vno,ideſt quolibet dicitur quod liber vitæ apertus eſt, ideſt liber de vita illius, ſed quia multi homines erunt,& multæ vitæ eorum,oportet vt multi libri ſint. Sic dicit Auguſti. vbi ſupra. non ergo vnus liber erit omnium, ſed ſinguli ſingulorum.

Alio modo dicitur, quòd iſte liber erit vnus ſicut ſcriptura dicit,quę ait,Et alius liber apertus eſt,ſcilicet quia erit liber iſte quędam vis diuina, qua fiet ut ſingulis ſingula propria opera in memoriam reuocentur:& qa illa vis vna eſt vocatur liber vnus.Et hoc magis tenet Auguſt. vbi ſupra dicens, ſcriptura vero illa vnum volens intelligere, & alius inquit liber apertus eſt.quędam igitur vis eſt intelligenda diuina, qua fiet vt cuique opera ſua vel bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur,& accuſet vel excuſet ſuam conſcientiam,atq; ita ſimul omnes & ſinguli iudicentur, quæ vis nimirum diuina libri nomen accepit: in ea quippe quodammodo legitur quod ea facientem recolitur.

Sed dicendum, quod liber vitę non accipitur ſicut iſti accipiunt, neque ſicut accepit Auguſti. Sed oportet accipi pro ꝓdeſtinatione Dei, & accipitur ſic quaſi Deus habeat duos libros. Vnum in quo ſcribat malos damnandos,alium in quo ſcribat bonos ſaluãdos, primus vocatur liber mortis, ſecundus vocatur liber vitæ,& tali modo loquendi vtitur ſcriptura Exod.32. c.cum Moyſes dixit Deo. dele me de libro in quo me ſcripſiſti, ideſt ſi vis occidere populum iſtum dele me de libro viuẽtium in quo me ſcripſeras, & occide me cum eis,ne ſolus maneam pereunte toto populo,iſto, & pſal.68.dicitur,deleantur de libro viuentiũ, & cum iuſtis non ſcribantur. in quo innuitur quòd eſt quidã liber in quo ſcribũtur iuſti, & vocatur ille liber viuentium, & in illo nõ ſcribuntur impij: ſed in alio libro, qui erit liber morientium ex oppoſito,& ſi aliquando in libro vitę ſcribuntur delentur inde poſtea propter ſua demerita. Veritas autem rei eſt quòd Deus præcognitionem habet quandam bonorum futurorum, quos ipſe elegit ante mundi conſtitutionem vt eſſent ſancti & immaculati cũ eo, & eſſent conformes imagini filij eius,ad Epheſ.primo, capitu.& hos vocamus prędeſtinatos, & quia omnes hi manent in mente diuina indelebiliter dicuntur manere in libro, & ille liber prædeſtinationis vocatur liber vitæ: quia omnes qui ibi ſcripti ſunt habituri ſunt certiſſime vitam eternam, liber mortis vocabitur econtrario liber prędeſtinatorum,prænouit enim Deus omnes qui ex ſuis demeritis habituri ſunt damnationem æternam, & ideo illi quia indelebiliter manent in mente diuina dicuntur manere in libro,& ille vocatur liber mortis, quia omnes ibi ſcripti morti adiudicandi ſunt. hunc ergo vocauit ſcriptura librum vitæ, & non librum in quo ſcripta eſt vita cuiuslibet,vt Auguſt.dicebat.

Et patet hoc quia Apocalip.uigeſimo,capit.dicitur. & iudicatum, eſt de illis ſecundum opera eorum, & mors, & infernus miſſi ſunt in ſtagnum ignis, & qui nõ eſt inuentus ſcriptus in libro uitæ miſſus eſt in ſtagnum ignis.

Et tamẽ ſi accipiatur liber uitę pro aliquo de duobus modis ſupra poſitis non ſtat. Et patet primo quia accipiendo librum uitæ pro libro, in quo ſcripta eſt uita cuiuslibet,manifeſte apparet ꝙ quilibet ſcriptus eſt in libro vitæ: quia cuiuslibet vita deſcripta eſt ſiue ſit liber ille vnus, ſiue plures libri,& tamen non ſaluantur omnes quorum vita deſcripta eſt.

Secundo quia etiam ſi accipiatur liber vitæ pro illa vi diuina, qua fit vt cuique omnia facta ſua in memoriam reuocentur: non eſt verum quòd ſcripti ibi ſaluantur: quia in illo libro omnes ſcripti ſunt,eo quòd vis illa reuocat in ſingulorum memoriam facta propria,& tamen non ſaluantur omnes homines.

Tertio patet, quia ex modo loquendi in illo libro vitę non ſunt deſcripti actus alicuius,ſed ſolum nomina hominum,cum dicatur,& qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. & ita homo eſt ſcriptus in libro illo,i. nomen eius, & non facta illius, & pertinet hoc ad modum loquendi Exo. 32.quo dixit Moyſes Deo,dele me de libro in quo me ſcripſiſti, ideſt nomen meum poſuiſti, & non dicitur de actibus eius,& pſal.68. deleantur de libro viuentiũ, & cum iuſtis non ſcribantur, ideſt ipſi non ſcribantur ſiue nomina ſua,& ideo neceſſe eſt dici quòd accipiatur ibi liber vitæ pro libro prædeſtinationis, quaſi ſint nomina prædeſtinatorum ſcripta in aliquo libro.

Et tunc verum eſt, quòd omnes quorum nomina ibi ſcripta ſunt ſaluantur, illi autem quorum nomina non fuerint ibi ſcripta peribunt:quia mittentur in ſtagnum ignis.

Eſt autem cauſa decipiendi ſeipſos eis qui accipiũt librum vitæ duobus modis præcedentibus, ideſt pro conſcientijs ſingulorum, ſiue pro vi diuina, qua fit vt in mentes ſingulorum reuocentur facta propria, eo quòd accipitur ibi vita pro operatione ab eis facta,i.liber in quo ſit ſcripta vita cuiuſque,& ita vocat Aug.illum librum vitæ cuiuſque: neceſſe eſt autem accipi vitam pro vita vt viuimus,& non vt operamur, & diſtinguitur tunc liber vitæ contra librum mortis. Etiã Auguſtin. accepit poſtea librum vitæ pro libro prædeſtinationis,quaſi a ratione compulſus.nam lib. 20.de ciui. Dei.ca.14.dixit librum vitæ eſſe vim Dei,qua cuncta omnia opera in memoriam reuocantur. Et hoc cum exponeret verbum illud Apoc.20.c.ſcilicet libri aperti ſunt,& alius liber apertus eſt qui eſt vitę,ſed eo li.ca.16. dicit,librum illum vitæ eſſe prædeſtinationis Sanctorum librum: quia ibi ſcripti ſunt qui præcogniti ſunt.ſ.ad vitam æternam,& hoc cũ exponit verbum illud Apoc.20.c.qui non eſt inuentus ſcriptus in libro vitæ miſſus eſt in ſtagnum ignis, & tamẽ manifeſtum eſt ꝙ accipiatur pro vno libro vtrobique ex continuatione literæ. nam nulla limitatio ibi fit, ſed vocatur liber vitæ.

Nunc ergo colligendo veritatem dictorum circa iſtos libros, dicendum quod cum in Dei iudicio non erunt libri realiter,vt oſtenſum eſt ſupr. erunt libri ad imaginem librorum qui ſunt in humano iudicio, in quo ſunt duplices libri.ſ. libri continentes ius.i.regulã quibus iudicamur,& libri continentes facta in iudiciũ deducta, de quibus iudicantur ſinguli. Primi libri ſignantur in diuino iudicio quando dicitur, libri aperti ſunt,& iſti ſunt continentes canonum decreta,& ſunt Sancti vtriuſque teſtamenti,vt oſtenſum eſt prędecẽ. q.de libris autem continentibus factum nihil ibi expri mitur,ſed poſſunt intelligi ſub nomine librorum implicite,cum multi ibi nominẽtur, vltra hos libros qui ſunt in iudicio humano, ponitur alius liber in iudicio Dei,qui vocatur liber vitæ,ideſt in quo ſcripta ſunt nomina omnium illorum qui ſaluandi ſunt,& quicunq; non inuenitur ibi ſcriptus damnatur.

An quilibet cognoſcet poſt reſurrectionem omnia peccata quæ fecit? Quæſt. CCCXXXVIII.

SED quia in præcedentibus præſupponebatur ꝙ ad iudicium illud faciendum reducentur cuilibet in memoriã omnia quæ fecit bona & mala,eſt dubium an quilibet poſt reſurrectionem cognoſcet omnia peccata quæ fecit?

Aliqui dicunt, ꝙ non cognoſcet quilibet hæc: quia omne quod cognoſcimus vel accipimus de nouo per ſenſum vel de theſauro memoriæ illud educimus:ſed homines poſt reſurrectionem non poterunt ſua peccata ſenſu percipere:quia iam tranſierunt, ſenſus autẽ ſolum eſt præſentiũ:etiam multa ſunt quæ non ſubijciuntur ſenſui,ſicut peccata per ſolam cogitationem, neque poterũt de theſauro memoriæ educi:quia multa exciderunt a memoria peccantis,& ideo non poterunt educi de theſauro memoriæ. ergo non habebit quilibet cognitionem tunc omnium peccatorũ, quę fecit. Secundò quia ſi omnia cognoſcantur, erit hoc inquantũ in cõſcientia manent peccata velut in quodam libro.Et ita dicit Magiſter.4.ſen.di.43.ꝙ cõſcientiæ libri quidam ſunt in quibus merita ſingulorum leguntur: ſed in libro non poteſt legi niſi id cuius nota ibi inuenitur,ſed in conſcientijs hominum nõ manẽt notæ omnium peccatorum,vt dicitur ad Ro.1. in gl. ergo non poterunt legi peccata in conſcientijs, & patet quia peccatum ſi maneret in anima maneret quãtum ad maculam vel reatum,nam quãtum ad actum non manet, quia iam tranſijt, multa tamen ſunt peccata quorum macula, & reatus deleta ſunt per gratiã in quibuſdam hominibus: ideo ibi non poterunt peccata legi,& conſequenter neque cognoſci.

Tertio quia ſi eſſet memoria omniũ peccatorum, quę quilibet fecit,ſequeretur magnus dolor in ſanctis poſt reſurrectionem,quod eſt inconueniens,nam creſcente cauſa creſcit effectus eius: ſed cauſa quæ facit nos dolere de peccatis quando illa ad memoriam reuocamus eſt charitas,cum ergo in Sanctis reſurgentibus ſit perfecta charitas,maxime dolebunt de eis ſi reuocabunt illa ad memoriam, quod non eſt poſſibile: quia fugiet ab eis dolor & gemitus Apoc. 21.ca. ergo non reducentur cuilibet in memoriam peccata ſua.

Quarto quia videtur ꝙ ſicut ſe habebunt reſurgentes damnati ad bona quę aliquando fecerunt, ita ſe habebunt reſurgentes beati ad peccata, quæ aliquando commiſerunt, ſed quia neque primis proſunt bona facta,neque ſecundis nocent peccata:ſed vt uidetur reſurgentes damnati, non habebunt cognitionem de bonis quæ aliquando fecerunt,quia propter hanc memoriam aliquantulum & fortaſſis multum alleuiaretur pœna eorum.ergo neque beati habebunt memoriam de malis quę fecerunt, ne per hæc aliqualiter decoloretur eorum beatitudo.

Dicendum ꝙ cuiq; reuocabuntur in memoriã oĩa bona vel mala quæcunq; fecit in tempore iudicij. Et iſtud apparet primo ex modo illius iudicij,nã in quolibet iudicio teſtimonium exigitur, ſed in humano exigitur teſtimonium exterius,in iudicio aũt diuino teſtimonium interius.1.Reg.16.c.homines vident ea quę patent, Deus aũt intuetur cor. ſed nõ poſſet iudicium humanum cõpletum eſſe de aliquo niſi teſtes de omnibus,de quib.iudicandum eſt, teſtimonium deponerent.ergo cum diuinum iudicium ſit perfectiſſimum, oportet ꝙ conſcientia teneat omnia de quib.iudicandum eſt,ſed iudicandũ erit de omnib.operibus bonis & malis.2.Corin.4.c.ſ.omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti,vt referat unuſquiſque propria corporis prout geſſit bonũ uel malũ. ergo neceſſe eſt ꝙ in conſcięntia cuiuslibet maneãt bona opera,& mala oĩa quę geſſit.

Secundo apparet quia licet in iudicio particulari ꝙ fit in morte cuiuslibet iam de mortuo quolibet iudicatum est quantum ad ipsum expectat, tamen fiet iudicium generale quod est de humano genere, vt diuidantur boni a malis: & in hic iudicio omnes homines erunt inquantum quælibet est pars bonorum aut malorum, & ideo vt videat quilibet causam sortis quam accipit, necesse est ꝙ cognoscat propria merita & demerita, & ista cognitio non debet fieri ſm exteriorem testificationem: quia ista non conuenit illi iudicio, vt in q. 334. ostensum est sup. ideo omnia fient secundū interiorē actum. ſ. accusatio, defensio, vel excusatio, & testimonium: & hoc non poterit fieri nisi reducantur omnia facta nostra in memoriam: ideo cuilibet reducentur in memoriam. sic innuitur ad Ro. 2. ca. ſ. testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & cogitationum accusantium, atque defendentium in die qua iudicabit dominus.

Tertio quia ita dicit Aug. 20. li. de ciui. Dei, & 14. ſ. quædam vis diuina est qua fiet vt cuiq; opera sua vel bona vel mala in memoriā reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset aut excuset scientia conscientiam, atque simul ita & omnes & singuli iudicentur.

Et apparet hoc quarto, quia ista est causa quare sacra scriptura introducit metaphorice libros futuros in iudicio Dei. ſ. quia erit ibi recordatio omniū operum bonorum & malorum, & istud non videtur posse fieri nisi tanta in libris scripta sint: ideo ponuntur libri, vt declaratum est precedenti q. & sup. quæst. 334. & 335. omnia igitur bona, & mala reducentur cuilibet in memoriam.

An quid reducentur in memoriam bona facta?
Quæst. CCCXXXIX.

Sed quæretur ad quid reducentur in memoriā bona facta? vī. n. ꝙ sufficiat reduci mala in memoriā malorum: nam testimonium istud de factis eorū qui iudicantur non fiet propter iudicem sicut fit in humano iudicio: nam in illo principaliter inducuntur testes ad informationem iudicis, vt iuste secundum legem absoluat vel condemnet, in iudicio Dei non est necessaria aliqua informatio ei, quia ipse nouit omnem veritatem: sed est necessaria probatio propter eos qui iudicantur, vt non videatur eis ꝙ iniuste condemnātur: sed condemnatio fit pro malis operibus, absolutio autem pro bonis, si autem condemnaretur quis pro malis operibus & nesciret illa opera, putaret se forte non commisisse mala per quæ meruerit pœnam, ideo conquereretur de sententia: vt autem non sit alicui locus querelæ, oportebit ꝙ quilibet cognoscat peccata sua: sed de bonis operibus pro quibus homo absoluitur secus est: quia etiā si absolueretur quis, & adiudicaretur vitæ æternę, & non constaret ei de aliquib. meritis suis nō cōquereretur: immo quanto minus cōstaret ei de suis meritis, tanto magis gauderet de sententia absolutoria: ideo non videtur ꝙ sit necesse reduci in memoriam bona opera, sed solum mala opera in memoriam malorum.

Dicendum ꝙ sicut malis erit conueniens scire mala sua, vt non quærantur: ita erit bonis conueniens scire bona sua. Et causa est vt sciant se iuste absolutos: prosunt aūt bona sua dupliciter. Primo ex cōditione sua: nam omnis memoria bonorum actuum præteritorum est læta bonis: vnde iste est modus, per quem Aristo. 9. Ethi. ponit delectabiliter conuiuere sibiipsis virtuosos. ſ. quia sunt in eis operatorum delectabiles memoriæ, & futurorum spes bonæ: tales autem delectabiles & theorematibus mente abundant. De valde malis econtrario dicit: quia non possunt conuiuere sibiipsis. i. manere soli, & ideo fugiunt viuere, & interimunt seipsos: recordantur enim multorum & difficilium, & talia altera sperant secundum seipsos existentes, cum alijs autem existentes obliuiscuntur, cū ergo memoria bonorum factorum sit valde delectabilis, ita vt eam partem beatitudinis ponat Arist. in præsenti, a fortiori dabimus eam in beatis, in quib. omne gaudium ponendum est.

Secundo quia cum recordantur omnium operum bonorum suorum, sciunt se iuste absolutos, & recte sibi datam beatitudinem, & hoc ad magnum gaudium ipsorum cedit, ꝙ sciant se egisse vnde meruerint saluari & beati esse: ideo conueniens est vt recordētur omnium operum bonorum suorum.

Tertio prodest ad laudem Dei: nam cum sciūt tanta bona opera fecisse, & non potuerunt aliquid boni fecisse nisi Deo inspirante, gratias Deo agunt quòd illa eis agere concesserit, & ita apparet quòd sicut malis est conueniens reduci in memoriam mala sua, ita bonis bona.

Quare omnia mala reuocentur in mentem malorum in die iudicij, et an punientur tam pro malis pro quibus satisfecerunt quam pro quibus non doluerunt?
Quæst. CCCXL.

Sed quæretur dato, ꝙ malis necesse sit mala reuocari in mētem quę egerunt, quare reuocentur omnia? nā videtur ꝙ satis sit reuocari quædam in mentem: nam ideo fit vt videant iuste se condemnatos: sed ad hoc ꝙ condemnentur sufficiunt aliqua mala etiam pauca: quia mori in peccato mortali (etiam si vnicum sit) satis est. Ideo non videtur ꝙ omnia mala reducantur in memoriam.

Dicendum ꝙ omnia mala reducētur, & causa precipua est quia in condemnatione duo sunt. ſ. ꝙ aliquis condemnetur, & ꝙ certum gradum pœnę recipiat, & vtrumq; requirit iustitiam, nam sicut se habet mori in peccato mortali ad cōdemnari ęternaliter: ita se habet fecisse talia & tanta peccata ad condēnari ad talē gradum pœnę. nam siquis moreretur in mortali, & condemnaretur ad maiorem gradum pœnæ quā exigant peccata sua iniuste condemnaretur, & posset iuste cōqueri: ita igitur vt sciat quis se recte cōdemnatū, cum omnis condemnatio fiat ad certum gradum pœnæ, necesse est vt sciat se decessisse in mortali, & ēt quæ & quot mortalia cōmiserit. Secundo conueniet ad hoc ꝙ multum confundantur qui talia & tanta commiserunt contra suum Dominum & redemptorem, & auget hoc in pœnam damnatorum. ſ. ꝙ non solum dolent de pœna quam sustinent, sed etiam cum cognouerint tantam multitudinem malorum a se commissorum ipsa cogitatio culpæ eos affliget sicut dicit Arist. 9. Ethi. de malis: quia cum recordantur multorum & difficilium a se commissorū, non possunt sibiipsis cōuiuere, sed seipsos fugiunt, & seipsos interimunt, & tamen omnis dolor & tristitia est cōueniens malis propter peccata sua, sicut omne gaudium bonis propter bona, ideo omnium malorum suorū recordabuntur.

Sed obijcietur ꝙ recordatio omnium peccatorum non conueniet malis ad ostendendum iustitiam suæ condemnationis. nam quædam mala commiserunt mali, quæ per pœnitentiam penitus remissa sunt, vnde illa non facient ad quantitatem pœnæ eorum.

Aliqui dicunt ꝙ peccata dimissa redeunt per peccata sequentia, maxime in quib. quis decessit: ideo etiam priora imputabuntur.

Dicendum, quòd recordatio omnium peccatorū quæ nullo modo dimissa sunt conuenit in præsenti: quia

quia pro talibus exigetur maior pœna, ſ. pro illis peccatis, post quorum commissionem nullam pœnitentiā, neque remissionem peccans habuit, & talia faciunt magnitudinem pœnę. De peccatis autem, quæ aliquo modo dimissa sunt, dicendum, quòd etiam conuenit eorum recordatio in malis, nam quædā illorū aliquo modo dimissa sunt, aliqua totaliter, & tū vtraque faciunt in præsenti. De primis, vt siquis commisit mortale, & postea doluit de illo, & sic ablatum est peccatū quantum ad culpam & maculā, deinde satisfecit pro pœna debita, affligendo se corporaliter pro illo dum esset in charitate, nam tūc de peccato illo nihil māsit, ideo dicendū, ꝙ licet iste redeat postea in peccatum mortale, & decedat in eo, non tolerabit aliquam pœnam pro præcedenti peccato, eo ꝙ illud nullo modo manet quantum ad aliquā pœnā determinate debitā. Et patet, quia in casu dato si non cōmisisset quis nisi illud peccatū mortale, & facta satisfactione de illo plene per corporalem afflictionē decederet, manifestum est, ꝙ non puniretur in Purgatorio aliquo mō pro illo peccato, ergo si incidat in aliud peccatum facta prædicta satisfactione nō punietur iam in inferno directe aliqualiter pro illo peccato. Aliqua autē peccata sunt, quæ non tolluntur plene, sed aliqualiter, vt siquis peccauit mortaliter, & doluit de peccato per solam contritionem, & cępit aliquo modo satisfacere corporaliter se affligendo, vel non cępit, sed solum doluit, & incidit rursus in aliud mortale in quo decessit, tunc non solum punietur pro isto in quo decessit, sed pro illo de quo supra doluerat, eo ꝙ non fuerat illud penitus ablatum, sicut ergo siquis commisit prædictum mortale, & doluit, & antequam plene satisfaceret decessit in charitate habet vitam ęternam, sed prius punitur in Purgatorio iuxta quantitatem debitę pœnę pro illo pecato, ita si postquam doluit de illo peccato non facta, vel non expleta satisfactione pro illo, committat aliud in quo decedat; non solum punitur pro eo in quo decedit, sed etiam pro priori, quia manet reatus pœnę prioris peccati, licet non maneat macula, & ideo in isto casu planum est, ꝙ augmentum pœnę facient omnia peccata dimissa, quæ tū non plene dimissa sunt, & sic conueniens erit ista ad memoriam reduci. Cum autem quæritur de illis, quæ penitus dimissa sunt, i. tam quantum ad maculam, quam etiam ad pœnam.

Dicendum, ꝙ etiam ista in memoriam reducentur malis. Et ratio est in duobus primo, quia talia redeunt, licet non quantum ad reatum, maculam, aut pœnam directe, redeunt saltem quantum ad ingratitudinem, scilicet quia cum isti remissa fuerint priora peccata, & per hoc remittens benefecerit ei, ipse commisit peccatum contra benefacientem, & hoc deformitatem ingratitudinis facit, & est maius istud peccatum, quā si non præcessisset remissio alterius, ideo inquantum sequentia peccata sunt maiora per remissionem priorum, oportet quòd redeant priora in memoriam, vt videatur magnitudo istorum sequentium.

Secundo conuenit ista redire in memoria, vt mali videant quanta opportunitas fuit eis ad salutē, & quā leuiter illam perdiderunt, nam cum priora peccata dimissa essent, si vellent permanere in illa gratia remissionis, haberent vitam ęternam, quam perdiderūt, quia redire noluerunt, de reditu autem peccatorum dictum est supra 18. c. q. 58. vsque ad q. 76.

Quare debeant redire omnia bona in memoriam iustorum in die iudicij? Quæst. CCCXLI.

Sed quæretur de bonis dato, quòd venire debeant eis bona in memoriam propter causas dictas supra quare debeant redire omnia? nam videtur, ꝙ sufficiat redire quædam, nam ad hoc, quòd quis saluetur satis est, quòd moriatur in charitate, ideo etiam si vnicum bonum agat in charitate, & in illa decedat sufficit ad salutem, & sic non oporter, quòd omnia bona redeāt in memoriam, sed satis est, ꝙ redeant aliqua.

Dicendum, ꝙ necesse est, ꝙ redeant omnia, primo, quia sicut in damnatione sunt duo, ſ. damnatio ad pœnas ęternas, & condemnari ad certū gradum pœnę, ita in absolutione, & adiudicatione ad vitam ęternā duo sunt, ſ. dari alicui beatitudinem vitę ęternę, & dari illam in gradu certo, nam nō datur omnibus ęqualiter: vt ergo sciat quilibet sibi respondere beatitudinē determinatam, & illam competere pro suis meritis, necesse est, ꝙ redeant in memoriam omnia bona. Secundo, quia cum sit memoria bonorū operum præteritorum delectabilis, vt dicit Arist. 9. Ethico. quanto fuerint plura bona tanto memoria illorū erit delectabilior, sed iō bonis veniunt bona in memoriam, vt gaudeant, vt dictū est supra, ergo necesse est, ꝙ omnia bona ab eis facta in memoriam veniant, vt tantam delectationem in memoria ista habeant quantam habere possunt.

Tertio conueniens est propter gratiarū actiones. nam boni non potuerunt aliquid istorū facere, nisi Deo mouente, vt facerent, & cooperante cū facerēt, & iō quanto plura bona egerint tanto plus Deo tenebantur, qui fuit eis causa istorū bonorū, conueniens ergo est, vt omnia bona sua sciant, vt per hoc videant quantas Deo debent gratiarū actiones. Sed dicet, ꝙ non oportet, ꝙ omnia bona ab eis facta in mentē veniant, quia non pertinent ad aliquid istorū quędā bona facta, sicut illa bona, quæ quis fecit, & per peccatū mortale perierunt, nam ista ad beatitudinē non adiuuant. Dicendū, ꝙ omnia bona qualitercunque facta fuerint a bonis redibūt in memoriā ipsorū, nam non solum cognoscent sua, sed etiā aliena, & omnia quæcunque aliquo mō fuerūt, iō a fortiori omnia bona, quæ ipsi egerunt scient. Sed circa bona, quæ boni egerunt, quæ per peccatum mortale potuerunt pati detrimentū est considerandū, ꝙ quædam bona fecerūt dū essent in charitate, & postea superuenit peccatum mortale. Alia aūt fecerūt dū essent in mortali. Prima dicūtur mortificata, sed non mortua. Secunda dicuntur mortua. De primis dicendum, quòd plene redibunt, quia nihil abstulit eis peccatum mortale, nam cum facta fuerunt erant meritoria, nihil ergo superueniens potest eis tollere, quin fuerint meritoria. Est autem verum, quòd peccatum mortale superueniēs mortificauit ea, idest quandiu mansit homo in mortali opera bona priora non potuerunt ei prodesse ad aliquid, ideo si moreretur in statu illo, non prodessent ad vitam æternam, sed postquam redierit talis ad charitatem per pœnitentiam, incipiūt prædicta opera esse viuentia, sicut prius cum facta fuerunt, idest meretur per ea vitam ęternam, & talem gradum qualem prius cum faceret meruerat.

Si autem facta sint in mortali sunt mortua, idest tunc quando fiunt non sunt meritoria vitę ęternę, sed quod res non habuit in sua origine si sit de substātialibus nunquam pōt postea habere, cū ergo nō fuerit prędictū opus a principio meritorū, nunquam postea poterit effici meritorium. Dicendum ergo, ꝙ opera facta in charitate, & postea superuenit peccatū redibūt, quia integra manēt, & ita per illa competit beatitudo, & gradus beatitudinis, sicut per quæcūque alia, ēt si nō secutū esset mortale post illa, iō eiūt ista in memoria beatorū. De illis, quæ in peccato mortali facta sunt dicēdū, ꝙ redibūt in memoriam, quia licet non proderūt ad augēdū gradū glorię; profuerunt ad

aliquid

aliquid in vita, sicut solet dici, ꝙ opera facta in morta-
li, quę bona sunt adiuuant, scilicet, quæ cum mortali
bona fiunt dant bona terrę, cor faciunt humile, relea-
uant tormenta gehennę, ista autem fuerunt bona q̄-
dam, & de omnibus bonis gratiarum actiones referē-
dę sunt: ideo oportet, quòd in memoriā talia redeant
bonis. Secundo quia illa licet fuerint bona solum ma-
terialiter, tamen illa non poterat quis facere nisi Deo
concedente, quia ex nobis non sumus sufficientes,
bonum aliquod agere, sed de omnibus, quæ Deus in
nobis facit, & potissime, quæ ex genere suo bona sunt
gaudendum nobis est, & Deo gratias referendum:
ideo debent etiam illa reduci in memoriam bonis.

An damnatis redibunt in memoriam bona, quæ aliquando fecerunt. Quæst. CCCXLII.

QVAERETVR an malis damnatis redibunt in memoriam bona, quæ aliquando fecerunt. Aliqui dicūt, ꝙ non, quia nulla bona proderunt damnatis, quin tolerent pœnas ętернas: ideo non reducentur in memoriam. Secūdo quia ad hoc videtur esse ista memoria, vt sciat se quis iuste condemnatum, vt dictum est supra, & tamē bona, quę in memoriā malorū venerint non proderunt ad eorum absolutionem, neque ēt facient aliquid ad eorū damnationē, quia per bonū nemo meretur malū, quia de bono opere nemo est lapidandus Ioā. c. 10. ergo non venient in memoriam. Tertio quia si venirent bona illis facta in mente, multum alleuiarent de pęna ipsorum, sed hoc nō conuenit, sed potius, vt pęna eorum valde grauis sit, ideo nō venient in memoriā. Dicendum, ꝙ tam bona quā māla venient in memoriā. Et primo ad hoc, ꝙ sciat se quilibet iuste damnatū: nam si non recordaretur omniū bonorū, quæ fecisset, & recordaretur aliquorū, putaret se forte dānari iniuste, vt si posset aliquis ignorare an in charitate, vel in mortali decesserit: nam tunc conquereretur, ꝙ condēnaretur iniuste, cū vero sciuerit omnia bona, & mala, quæ commisit, necesse est, ꝙ sciat an in mortali decessit, vel in charitate, & tunc non poterit conqueri. Secundo & principalius propter quantitatem pœnę, quia in damnatione duo sunt, i. ꝙ adiudicetur quis ad pœnam ętернam, & ꝙ detur sibi determinata quantitas pœnę. Quantum ad secūdum est necessariū, ꝙ recordetur quāta mala commiserit, vt sciatur quomodo illa sunt promeritoria tātę pœnę, & quia de pœna quàm quis meruerit per peccata sua tollitur aliqd per bona, quæ agit viuens, quæ sunt satisfactoria, ad hoc, ꝙ sciatur ad quantā pœnā manet peccator obligatus in inferno, oportet ꝙ sciatur quanta bona satisfactoria egit in vita, vt sic admatur aliquid de pœna, & quantum. Tertio fit ad maiorem confusionem, & miseriam damnatorum, quia cum per bona opera fuerūt proximi ad vitam ętернam, propter paucas illecebras peccati postea commissi perdiderunt, quod iam eis debebatur. Ad primum dicendum, quòd licet non prosint damnatis ad mitigandas pœnas, redibunt in memoriā, quia non veniunt eis aliqua in memoriam ad bonum ipsorum, sed potius ad malum. Aliter potest dici, ꝙ verum est, ꝙ aliquo modo prosunt ad alleuiationem, nō quidem ad hoc, quòd memoria ista secundū se in veritate aliquid alleuiet, quia vere nō alleuiabit, sed ad hoc, ꝙ sciatur quare tā parua pœna competat, cum alias grauior competere deberet si nulla satisfactio per bona opera pręcessisset, & ideo vt videatur quantitas satisfactionis redibunt bona opera in memoriam.

Ad secundum dicendum, quòd non facient bona opera ad absolutionem a toto, i. ꝙ in nullo puniantur hi damnati, sed facient ad aliqualem absolutionē, ideſt, quòd non debetur tanta pœna, quanta deberetur si pro malis operibus præcedentibus nullam satisfactionem præmisissent hi damnati. Etiam dicēdum, quòd ad condemnationem faciunt bona illa opera, non quidem ad condemnationem simpliciter, quia istud est impossibile, sed ad limitationē pœnę ad quā condemnatur damnatus, s. ꝙ maior esset, nisi præcessissent illa bona opera satisfactoria. Ad tertium dicendum, ꝙ bona illa venientia in mentem non alleuiabunt pœnam, sed potius aggrauabunt per cogitationem, quia cum per illa bona fuisset aliquando ei debita vita æterna, & eam perdiderit per sequentia demerita valde dolebit, sicut dicit Boetius. 2. de Consolatio. prosa 4. Infœlicissimum genus infortunij est fuisse fœlicem.

An beatis redibunt in memoriam mala, quæ fecerunt. Quæst. CCCXLIII.

QVAERETVR an in beatis redibunt in memoriam mala, quæ fecerunt. Aliqui dicunt ꝙ non, quia mala in memoriam venient ad hoc, ꝙ videat quis se iuste damnatum, sed beati non damnabuntur: ergo nō venient eis mala præterita in mentem. Secundo, quia si in memoriā bonorum peccata præterita redirent, valde dolerent, & compungerentur, cum sint in maiori charitate, q̄ prius, sed non dolebunt ibi, ergo non venient eis in memoriam præterita mala. Tertio, quia si in memoriam illa redirent, erubescerent valde de eis, & confunderentur, sicut cum homo virtuosus recordatur turpitudinum præteritarum apud seipsum erubescit, etiam si nemo alius hoc nouerit, & tamen erubescere pœna est, quæ non erit in beatis: ergo non erit in eis recordatio malorum præteritorum. Dicendum, quòd bonis redibunt in memoriam omnia mala præterita. Primo ad gratiarum actiones Deo, qui de tali statu liberauit eos, & transtulit in hunc, ideſt, vitam æternam, & ideo non solum mala, sed & omnia mala redibunt, quia quanto plura fuerint, & maiora, tanto debemus Deo maiores gratiarum actiones, quia maiora beneficia nobis contulit. Secundo ad consolationem quandam, sicut homines qui fuerunt in magnis periculis, & postea sunt in magna securitate, gaudent cum recordantur illorum periculorum, quia dulcior est quies post grauem laborem, & potus aquæ frigidæ post ardentissimam sitim, & quia per peccatum fuerunt homines obligati ad mortem æternam, & si tunc obijssent, damnati essent æternaliter, nunc vero gaudent securitate beatitudinis, erit ergo magna consolatio recordari de malis præteritis. Ad primum in contrarium dicendum, quòd recordatio malorum præteritorum, non est solum ad sciendum iustam esse damnationem, sed ad alia etiā, vt nunc dictum est. ideo non procedit ratio. Aliter potest dici, quòd proderit illa memoria, non quidem ad damnationem, quam incurrerint, quia nullam incurrent, sed ad damnationem, quam euaserunt, vt pro hoc gratias agant. Ad secundum dicendum, quòd non dolebunt, neque compungentur boni de malis, quæ commiserunt, licet illorum recordentur, & eum dicitur de charitate, verum est, quòd quanto quis est in maiori charitate, tanto est magis aptus ad dolendum de peccatis, cum dolor iste sit, quia Deum offendimus, ideo si dolendi locus, aut tempus sit, quanto fuerit quis in maiori charitate, tanto magis dolebit de peccato, quàm alius in minori charitate existens de æquali peccato, & tamen in vita æterna iam non est tempus dolendi de peccatis.

catis. Et ratio est, quia ibi nullus dolor erit, sed perpetua iocunditas, ideo nulla ratio, aut virtus suadet ibi lugendum esse, vbi solum debet esse lętitia. Secūdo quia de peccato dolemus, vt remittatur, ideo quādiu possumus ignorare esse remissum possumus iuste de illo lugere, cū vero constat remissum esse non est lugendum pro illo, sed gratias agendum de remissione, dū autē viuimus incerti sumus de remissione peccatorum, quia licet quis cōfidat peccatum remissum sibi esse quantum ad maculam, vel reatum pœnę ęternę, quia de illo semel doluit, nescit tamen dimissam esse pœnam purgatoriam debitam esse pro illo, ideo dolere bonū est pro illo, quia dolor iste satisfactorius est pro pœna temporali, sed in vita ętерna certi sunt beati iam omnia peccata eis dimissa esse tam ad maculam, quam etiam ad omnem pœnam, ideo nulla causa superest, vt de peccato doleant, licet de illo recordentur, sed vt gratias agant pro liberatione a peccatis præteritis, & sic non dolebunt de peccatis venientibus in memoriam. Tertio, quia dato, ꝙ in vita sciret quis remissum esse sibi peccatum tam ad maculā, & reatum pœnę ęternę, quam ad omnem pœnam temporalem; adhuc potest dolere de illo, quia dolor ille est actus charitatis, ideſt ab ea imperatus, & est meritorius vitę ętернę, & iō, sicut per alia bona opera bonum est conari ad vitam æternam; ita & per dolorem de præteritis malis, cū ille dolor prosit, ideo hic quōcunque, & quandocunque de peccato doleamus bonum est, secus est de vita ętерna, quia ibi iam non est locus merendi maiorem gradum beatitudinis, ideo non manet ibi aliqua causa dolendi de peccato.

Ad tertium dicendū, ꝙ licet recordentur boni de malis, quæ aliquando commiserunt, non erubescent de illis, quia iam nihil de illis malis manebit in eis, sed potius de illis malis transierint ad bonum, & ita erunt eis materia gaudij, sicut si vir fortis, & magnę probitatis recordetur, ꝙ quando erat infans puerilia, aut infantilia exercebat, nā cū illa prorsus abierunt nullam confusionem inducunt; maxime quia non possunt illa occurrere, quin cū illis occurrat memoria liberationis, quæ ad gaudium, & gratiarum actiones pertinet, & ita non erit ibi locus verecundię, & confusioni.

An memoria malorum. ac bonorum semper manebit in bonis ac malis etiam posi iudicium? Quæst. CCCXLIIII.

QVAERETVR cū in præcedentibus oñsum sit, ꝙ in die iudicij tā in malis, quam in bonis erit memoria omnium bonorum, & malorum, quæ commiserint, an manebit illa memoria semper in eis, vel solum eo tempore quo iudicantur?

Aliqui dicūt, ꝙ non manebūt, quia ista memoria fiet præcipuè ad hoc, ꝙ sciat rectitudo diuini iudicii, ideſt, quòd damnati iustè damnentur, & beati iustè saluentur, cessante ergo iudicio non erit causa aliqua quare prædicta memoria maneat.

Dicendum, quòd aut quæritur hoc quantū ad beatos, aut quantū ad dānatos. De beatis dicēdum, quòd manebit eis ista memoria in perpetuum. Primo, quia hoc competit eis ratione beatitudinis, nam beati omnia sciunt, iuxta illud Grego. quid est, quod non videant, qui videntem omnia vident? ideo cū omnia pertinētia ad alios, vel quomodocunque esse habētia sciant, necesse est, vt a fortiori ista, quæ ad eos pertinent sciant. Secundo, quia causę sciendi bona, & mala præterita manent in beatis post iudicium. De bonis patet, quia supra q. 339 positę fuerunt tres causę, & omnes manent. De prima patet, quia delectabilis est recordatio bonorum a se factorum cuilibet, sed nulli beato subtrahēda est aliqua delectatio simpliciter, ideo manebit memoria præteritorum bonorum. De secunda patet, scilicet vt sciant se iuste beatos effectos, ideſt, p meritis tenere illum statum beatitudinis, est enim cōsolatio quædam hæc, & tamen nulla consolatio, aut gaudium adimi debet illis, ideo semper manebit eis ista memoria.

De tertia patet, ideſt pro gratiarū actionibus Deo quo dante illa bona egerunt, non enim est bonum solum ad momentum reddere ei gratias, & congaudere illi de beneficio ab eo recepto, sed melius est semper illud facere, ideo manebit memoria in perpetuum.

Quantum ad mala quoque facta a bonis manent eędem causę, vt in memoria maneant, quæ fuerunt, & in memoria essent, quando iudicium fuit. Et patet, quia supra q. præceden. positę fuerunt duæ causę quare in bonis esset memoria malorū, quæ aliquādo cōmiserant. Vna erat ad gratiarum actiones Deo referēdas, qui eos de tantis malis liberauit, & tñ gratiarum actiones melius est semper manere, q̄ aliquando extingui, ideo manebit semper ista memoria in beatis. Secunda erat ad consolationem propriam, cum considerauerint se de talibus ereptos periculis, & nunc tali frui securitate, & tñ melius est consolationem semper manere, quam expirare aliquando, ideo ęterna erit memoria præcedentium malorum in bonis.

An in malis maneat memoria omnium bonorum, & malorum, quæ commiserunt. Quæst. CCCXLV.

SI autem quæratur de malis an maneat in eis memoria ista omnium bonorum, & malorū, quæ commiserunt.

Dicendū secundū quosdā, ꝙ non est necesse sic poni, sicut in bonis, quia boni ex conditione beatitudinis nouerunt omnia præsentia, & præterita, & futura, iō necesse est, ꝙ non solum bona, & mala propria præterita nouerint, sed etiam aliena, iō in eis necesse est manere cognitionem illam, sed de malis nō est sic, quia illi non sciunt omnia, quia cognitio ista ad beatitudinem pertinet, iō non est necesse, ꝙ maneat in eis cognitio omnium bonorum, & malorum, quæ fecerunt. Sed dicendū videt, ꝙ memoria omniū bonorum, & malorum, quæ commiserunt mali manebunt in eis in æternum. Et ratio prima est, quia istam cognitionem habuerunt in iudicio, vt dictum est supra, & tñ non est aliqua causa quare deleat, quia cum non fiant alterationes in organis ipsorum post diem iudicij, non videt quomodo possit deleri aliquis habitus, vel cognitio aliqua in eis, nisi dicatur, ꝙ Deus velit tollere hanc cognitionem, quod nō est verisimile.

Secundo, quia Deus dedit illam cognitionem tam bonis, quam malis miraculose, nam vt dicit Aug. 20. li. de ciui. Dei. c. 14. quædam vis diuina est, qua fiet, vt singulis omnia bona, & mala in memoriam reuocentur, & sic impressa est in animo, & habet causam permanendi, cum non fuerit illustratio trandens, sed infixio habitualis, ideo cum cuilibet communicata fuerit cognitio illa manebit in eo semper, quia nihil est, quod eam tollat.

Tertio, quia si ista memoria faceret aliquid ad diminutionem pœnarū ipsorum damnatorum deberet tolli, vt ipsi punirentur, & tamen nō faciet, sed potius e contrario ad pœnam cedet ipsorum, ideo non cessabit memoria illa. De malorum aūt cōmissorum memoria in speciali, patet, quia conueniens erit ista manere, nā illa facit, vt sciant se damnatos iuste, & tamē memoria damnationis conueniens est, vt nūquā sit eis locus querelę, ideo semper recordabuntur.

Secundo,

Secundo, quia etiam iuxta quantitatem malorum est quantitas pœnę, ad quam quis condemnatus est, vt ergo semper sciat acerbitatem illam pœnę iustam esse oportet, vt semper in memoria maneat omnium malorum recordatio.

Tertio ad confusionem, quia sicut in inferno mali semper torquentur pœna exteriori, ita & semper torquętur pęna interiori, quæ est remorsus conscientiæ, quæ pęna grauis est, sed illa non maneret, si non maneret memoria præteritorū malorū, & quāto pluriū malorum est recordatio, tanto est molestior remorsus, iō oportet, quòd semper maneat omnium præteritorum malorum recordatio, vt semper grauiter torqueantur.

De bonis, quæ aliquando fecerunt fortassis diceret aliquis, quòd non maneret in eis in perpetuum memoria. Sed videt dicendū, ꝙ etiā illa semper maneat, quia si illa memoria prodesset ad aliquid damnatis non maneret, ne in aliquo gauderent, & vt nō minuretur eorum malū, & pœna, & tñ nō prodest ad hoc, iō manebit, quia vt dictum est supra tres causę erant, vt mali in die iudicij haberent memoriam omnium bonorum, quæ aliquando egerant, & omnes conuenient ad hoc, quòd maneant post iudicium, & principaliter ad confusionem, & remorsum ipsorū semper recordętur de quo bono exciderint, & quòd potuissent habere beatitudinem, quam semel acquisiuissent, & propter rem paruam illam amiserunt. Est ergo dicendum, ꝙ malis post iudicium manebit perpetua recordatio de bonis, & malis, quæ fecerunt dū viuerent, & totum cedet eis in tormentum.

Ad argumenta facta supra. Ad primum dicendum, quòd omnia redibunt in memoriam. Et cum dicitur, quòd merita, aut per sensum nouiter cognoscentur, aut educentur de thesauro memorię.

Dicendum, quòd educentur de thesauro memorię. Et cum dicitur, ꝙ non manent, quia multa excident a memoria. Dicendū, ꝙ licet excident a memoria, tñ omnia manent in suo effectu. Et patet, quia aut loqmur de bonis operibus, siue meritis, aut de malis. Si de bonis, aut illa sunt viuentia, aut mortificata, si viuentia, necesse est, ꝙ maneant in merito, vel in prę-mio, quod pro eis reddit, si aūt mortificata manent in reatu ingratitudinis, s. quia homo ingratus fuit, eo ꝙ post pœnitentiā peccauit, & post gratiā acceptā. De malis operibus, siue demeritis dicēdū, ꝙ aut illa sunt deleta per pœnitentiā, aut non, si non sunt deleta manent in reatu pœnę, quæ eis debetur, si aūt sunt deleta manent in ipsa memoria pœnitentię, quam pœnitentiā habebunt simul cū alijs meritis, & ita in quolibet homine manebit aliquid, per quod possit vniuersa opera sua ad memoriā reuocare. Sed dicēdū, ꝙ licet iste modus aliquid conferat, tñ non sufficit, quia non sufficit ad hoc, ꝙ redeāt opera distincte. Primo tam quātū ad bona, q̄ ad mala, quia licet alicui det pœna, ꝑ malis, q̄ rndeat certis malis, & gloria pro bonis, quæ respondeat determinatis bonis, non scit quilibet quāta pœna, vel quāta gloria respondeat pro quantis meritis, aut demeritis determinate, nisi ei reueleť, iō non est cōuenięs cognitio meritorū, & demeritorū ex pœna, & prędicto. Secūdo, quia dato, ꝙ cuilibet constaret quāta pœna debeat, pro quāto gradu peccati; nō poterit cognosci ex hoc quot pctā cōmisit quis, & qualia, eo ꝙ vnū pctm̄ pōt esse tāte culpę, sicut decē, aut mille, iō ex sola pœna, vel gloria nō cognoscit determinate, quot aut, quæ pctā quis cōmisit, sed quantæ grauitatis fuerunt oīa illa pctā simul sumpta. Dicēdū ergo, ꝙ omnia bona, aut mala reducētur in memoriā cuiuslibet sola diuina virtute, faciet. n. Deus, ꝙ licet omnia exciderint de memoria omnia redeāt, sicut si de nouo daret cognitionē de eis imprimēdo in intellectū, & ita tenet Augu. 20. li. de ciui. Dei. c. 14. s. ꝙ liber vitę est quędam vis qua fiet cuique opera sua, vel bona, vel mala in memoriā reuocent, & mētis intuitu mira celeritate cernant, vt accuset, vel excuset scientia conscientiā, atque ita simul oēs, & singuli iudicētur. Ad secūdū dicēdū, ꝙ quilibet leget in conscientia sua omnia opera bona, vel mala, & ita manebūt ibi in conscientia. Cū vero dr, ꝙ non pñt manere pctā, quia multa sunt, non manēt quātū ad maculā, neque quātū ad reatū, vt quæ deleta sunt, dici pōt, ꝙ alius modus manēdi est, s. in effectu suo, vt in pœna, vel gloria, aut ꝑ alios modos, vt dcm̄ est. Aliter dici pōt, ꝙ non manebāt aliquo mō in conscientia, quædam illorū, sed Deus illa de nouo ibi posuit, sicut si numquā ibi fuissent, & Deus daret horum cognitionem cuilibet. Ad tertiū dicēdū, ꝙ in bonis erit memoria peccatorum, quæ aliquando commiserunt, & non sequit ob hoc, ꝙ dolebunt per compunctionem, quia non erit locus compunctionis in beatis, vt dictū est supra. Ad quartū dicēdū, ꝙ sicut boni se habebūt ad mala, quæ commiserūt, ita & mali ad bona, quæ fecerūt: vtrique. n. recordabūtur de bonis, & malis commissis, & non est incōueniens aliquod, quia neque malis proderit recordatio bonorū factorū, neque bonis erit tristis recordatio malorū, quia potius in bonis recordatio malorū præteritorū ad laudē Dei, & ad quātā consolationem ipsorū pertinet, vt dictū est supra. In malis vero non erit consolatio recordatio bonorū præteritorū, sed potius tristitia, quia bona non proderūt, & dolebunt mali, ꝙ per illa bona potuissent habere vitā æternā, & non habuerūt, & istud est maius infortuniū, quam nunquā habuisse bonū, neque fecisse, iuxta illud Boe. Infęliciss̄imum genus infortunij est fuisse fęlicem.

An resurgentes scient in iudicio, quæ sunt in conscientijs aliorum? Quæst. CCCXLVI.

QVAERETVR an resurgentes scient in iudicio ea, quæ sunt in conscientijs aliorū, ita vt dicātur legere aliorū conscientias? Aliqui dñt, ꝙ non, quia nō erit limpidior cognitio resurgentiū hominum, q̄ nūc sit cognitio Angelorū, & tñ Angeli non vident nunc in suis ordinibus ad inuicē ea, quæ pēdēt ex libero arbitrio, & iō indigēt locutione ad ea innotescenda, ergo resurgētes non poterūt legere ea, quæ sunt in aliorū conscientijs. Et patet, quia resurgētes nō sunt maiores Angelis, sed ęquales supra 22. & Luc. 20. c. Sed ciliores Angelis, quod cognoscit oportet, ꝙ cognoscatur in do, quia id, quod cognoscit oportet, ꝙ cognoscatur in seipso, vel in sua causa, vel in suo effectu, sed merita, vel demerita, quæ continētur in conscientia alicuius non pōt alius cognoscere in seipsis, quia hoc esset illabi, solus tñ Deus illabitur, & intuetur cor: etiam non cognosceret in causa, quia hoc esset cognoscere Deū, qui est causa influens in affectum, a quo procedunt merita, vel demerita, sed nō cognoscent omnes Dei, sed soli beati, similiter neque in effectu, quia multa erūt demerita abolita per pœnitētiā, & nullus effectus remanebit ex illis, idem quantum ad bona mortificata, quæ postea non fuerunt viuificata, quia illa in nullo manent effectu cum nullum bonū pro eis respondeat. Tertio, quia illa peccata, quæ quis confessus est, non cognoscentur ab alijs in iudicio, & tamen cognoscentur ab eo, qui ea fecit, ergo multa erunt in conscientijs quorundam, quæ alij non cognoscent. Sic dicit Chryso. & habetur 4. Sen. dist. 17. nunc autē, si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronūcies, & pro eis deprecceris, cita delebis illa, si vero obliuisceris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabūtur in conspectu omnium

nium amicorum, & inimicorum sanctorūq; Angelorum, & sic cum illa publicatio futura in iudicio sit pœna negligentię, id est omissionis confessionis, hic videtur, quòd quantum ad illa peccata, quæ quis hic publicauit coram Deo, non fiat publicatio in futuro, & sic non cognoscentur ab alijs.

Quarto, quia solatium est alicui cum scit se multos socios habere in peccato, & minus tunc verecundatur, si ergo quilibet sciret peccata alterius multum detraheretur verecundiæ malorum, sed hoc non cōuenit, quia illud est datum in pœnam, ergo non sciet quilibet omnia bona, aut mala, quæ sunt in conscientia alterius.

Dicendum, quòd aut quærimus de bonis, aut de malis, si de bonis dicendum, quòd cognoscent omnia, quæ sunt in conscientia malorum, siue bona, siue mala, & hoc competit bonis, quia cōpetit beatis omnia scire, quæ sunt, fuerunt, aut erunt, sed ista merita, & demerita fuerunt aliquando in re, & nunc sunt in conscientia eorum, qui illa fecerunt, ideo beati cognoscent ea.

Secundo, quia nullum inconueniens sequitur ex tali cognitione, eo quòd licet cederet in verecundiā, & confusionem malorum non est inconueniens, quia omnis pœna eis competit. Si quæratur quantum ad bonos, id est ad cognitionem, quæ habetur de actibus eorum. Dicunt aliqui, quòd aut agemus de cognitione, quam mali habēt de bonis, aut de cognitione, quam boni habent de bonis. Si accipiatur primo modo dicunt, quòd mali nihil cognoscent de bonis, neque quantum ad bona, neque quantum ad mala, eo, quod eis non communicabitur aliqua excellentia, & tamen cognoscere aliorum cōscientias est magna excellentia, ideo non competet malis.

De secundo dicunt, quòd boni cognoscent bona aliorum bonorum, sed non mala, quæ commiserunt.

Sed dicendum, quòd non stat, quod dicitur de bonis, nam sicut boni cognoscent bona aliorum bonorum, ita & mala, quæ illi aliquando commiserunt, & patet primo, quia aliàs beati non scirent omnia, & tñ ponimus eos scire omnia præsentia prętera, & futura, ergo scient aliorum mala, quę aliquando fecerunt.

Secundo, quia quædam mala ipsorum erunt cognita, vt quæ erant hic in mundo cognita, scilicet peccatum Dauid, & Petri, & Magdalenę, & Pauli, quæ scriptura tradente fuerunt hic notoria, & tamen eadem ratio est de malis omnibus aliorum, quia inconueniens est dicere quorundam Sanctorum peccata esse occulta, & aliorum manifesta, ergo omnia manifesta erunt.

Quod autem dicitur de malis, quòd nō cognoscēt bona, neque mala bonorum inconueniens est, quia tunc nō cognoscent gloriam eorum, quæ manifestatur ex bonorum operum notitia. Item mala ipsorum scient, quia quædam scinerunt hic, quæ fuerunt notoria, & manebunt notoria, quia non delebitur notorietas ista post resurrectionem, ergo, & alia ipsorum mala scient mali, & sic quilibet sciet omnia bona, & mala alterius.

Ad rationes in oppositum dicetur, in q. 355. in fine

Quæ sit necessitas, vt dicamus singulos scire in iudicio quod omnes alij commiserunt. Quæst. CCCXLVII.

QVAERETVR tamen, quæ necessitas est, vt dicamus singulos scire in iudicio id, quod omnes alij commiserunt, scilicet bona, & mala eorum?

Dicendum, quòd multiplex, prima ex scriptura, qa 1. Cor. 4. ca. dr nolite itaque ante tēpus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tūc laus erit vnicuique a Deo, nam cum dicit nunc nolite ante tēpus iudicare, innuit, ꝙ nunc nō possumus scire veritatem de factis aliorum, maxime quantum ad intentionem faciendi, a qua accipitur præcipue bonitas, vel malitia temporis, sed iudicare poterimus quādo venerit Dominus, scilicet in die iudicij, & tamen non potest quis bene, & secure iudicare, nisi de eo, quod sibi notum est. ergo erunt tunc nobis notę operationes aliorū, & cogitationes, qa de his iudiciū est; immo non potest iudicium dari perfectum de opere morali, an bonum, vel malum sit, nisi voluntas, siue electio facientis cognoscatur.

Secundo patet ex eadem litera, quia dicitur, quo adusque veniat Dominus, qui illuminabit abscōdita tenebrarum, ista enim illuminatio non fit pro ipso, id est, vt ipse cognoscat, nam non magis cognoscet ipse tunc opera nostra, quam nunc, cum Deo nullus gradus perfectionis nouiter adueniat, ergo illuminatio ista fiet quātum ad nos, scilicet quòd faciet, quòd nos cognoscamus opera aliorum, quæ erant abscondita, & nunc illa non cognoscimus.

Tertio patet, quia dicitur ibi, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & ita ponit duo esse cognita, quæ nunc sunt occulta, nam nunc ignoramus nos opera proximorum, quæ faciunt in absconditō, id est nullo vidēte, ignoramus etiam generaliter cogitationes, & desideria faciendi aliquid, quia quæ in corde hominis sunt nemo nouit nisi Deus, & spiritus hominis, qui est in eo, 1. Corin. 2. capit.

Quarto patet ex eodem, quòd sint ista nota omnibus inquantum dicitur, & tunc erit laus vnicuique a Deo, & intelligitur laus de bono opere, & econtrario vituperium, vel confusio de malo opere, quia etiam nunc ipse laudat bonos cum cognoscat bona opera eorum, & bonam intentionem faciendi, sicut tunc, & non minus, & tamē non dicitur homini laus nunc a Deo, sed tunc, ideo est sensus, quòd Deus manifestans opera bonorum, tunc faciet eos laudari ab omnibus illis, qui illa cognouerint, & ista laus Dei est, & non hominum, quia ipse causauit istam notitiam operum, per quam boni laudari possent de bonis. Et sicut de bonis operibus competet opprobriū; & confusio malis, cum omnia erunt ibi manifesta, scilicet omnia abscondita tenebrarum, & consilia cordium, & ita se habet confusio, & verecundia ad malum, sicut laus ad bonum, sed Apostolus curauit ibi solum dicere de laude, quia intelligebatur similiter de vituperio, & de malis operibus, sicut de bonis. Etiam, quia ipse voluit illa applicare ad se, & alium discipulum, qui vocatur Apollo, patet quia eo. c. post ista verba statim dicitur, hæc autem fratres transfigurau i in me, & Apollo propter vos, vt discatis in nobis, & tamen isti erant boni, & aliqui iudicabant malum de eis, ideo Paulus excusat se, & patet, quia e. ca. dicitur, sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei, q. d. tales nos ęstimate quales decet esse ministros Christi, quia tamē hoc non obstante aliqui de eis malum iudicabant, recurrit ad hoc Apostolus, ꝙ contempsit illud iudiciū, quasi nihil noceret, cum statim dixerit, mihi autem minimum est, vel pro minimo, vt a vobis iudicer, vel ab humano die q. d. ego non curo, vel pro nihilo habeo, ꝙ iudicetis vos, vel aliqui alij quandiu sunt in hac vita humana, aliquod malum de me, quia non nocet cum ex tali iudicio non sequitur condemnatio corā Deo, quia iñ malum erat, & temerarium sic iudicare docuit eos non iudicare, id est non iudicetis nunc de me,

me, quia est ante tempus in quo veritates cognoscuntur, sed cū venerit Dominus, qui illuminabit abscōdita poteritis iudicare, & tunc erit laus vnicuique a Deo, i. tunc scietis, q̄ ego, & Apollo nō sumus mali, sicut vos cogitatis, sed etit laus pro bono opere nostro, & iō de malo non posuit, quia in excusationem propriam loquebatur, & tñ eadem ratio est de malo, quæ de bono. Ex prædicta auctoritate duo patent. Primū, q̄ in iudicio omnia opera bona, & mala erūt nota, & non solum opera, sed etiam cogitationes, cū dicatur, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tñ abscondita potius accipiuntur in malū, quam in bonum, eo q̄ qui male agit odit lucem, Io. 3. c. & oculus adulteri diligit caliginem, Iob 24. c. ergo omnia tam bona, quam mala nota erunt ibi.

Secundum est, q̄ omnia bona, & mala erunt nota, quia dicitur, erit laus vnicuique, i. vnicuique erit tūc laus, vel vituperium secundum opera sua bona, vel mala, quæ tunc manifestabuntur, & sic patet, q̄ boni scient omnia bona, & mala bonorum, & omnia bona, & mala malorum, & mali scient omnia bona, & mala malorum, & bona, & mala bonorum, quia aliàs nō essent nota cuiusque opera bona, & mala ad hoc, q̄ omnes possent iudicare de illis, quod tñ Apostolus innuit in prædictis verbis, s. q̄ Corinthij possent in die iudicij certe, & secure iudicare de bono, vel malo Pauli, & Apollinis, & de omnibus alijs, sicut litera innuit, cum istud exemplariter transformatum fuerit in Paulum, & Apollo e.ca.

Quare in iudicio omnia nota erunt omnibus, siue bona, siue mala tam bonorum, quam malorum.
Quæst. CCCXLVIII.

AMPLIVS & secundo quantum ad principale cogimur ponere, q̄ omnia erunt nota in iudicio, siue bona, siue mala bonorum, & malorum omnibus, & hoc ex intētione Dei faciētis iudiciū, nam ad hoc fiet illud iudicium, vt ea, quæ erant nunc ignota de operibus Dei, fiant tunc nota, facit enim Deus nūc multa circa bonos, & malos, & non videntur iusta, vt quia bonis interdum pœnas infert, malis vero bona sęculi affluenter tribuit, pro quibus quidam, ita turbantur, vt non credāt esse prouidentiam circa has res, sed Deum contemnere hęc, & iō incerta temere fluitare. Et, q̄ putant esse prouidentiā admirantur valde qūo ista accidant, & culpāt aliqui Deum. ideo iustum est, vt aliquando Deus ad gloriā nominis sui, & excusationis causa, ne cui Deus iam accusandus videatur, ostendat omnia, quæ facta sunt fuisse recte facta. Error autem ille accidebat in nobis pp duo. Primo, quia ille, qui apud nos putatur bonus, vel malus non est talis, sed forte econtrario, iō respōdēt ei iuste cōtraria ad ea, quæ nos putamus. Secūdo, quia licet putemus bonos esse, & malos eos, q̄ tales sunt, cōpetūt bonis mala tēporalia pp aliquas causas occultas Deo notas, malis vero cōueniēs est tēporalia bona dari pp alias similes, nobis occultas causas, hūc aūt errorē Deus auferet a mētibus omniū hominū, iō cōueniēs est, q̄ mala, & bona omnium hominū oñdat omnibus in die illo iudicij. Et ob hoc necesse est, q̄ omnia bona, & mala, q̄ boni fecerunt omnibus tūc nota, & omnia bona, & mala bonorū nota ēt sint. Et apparet de malis quātū ad mala, q̄ fecerūt, q̄ omnia erunt nota, & hoc propter duo. Primo propter damnationem, quam tunc iustinebunt, quia sicut nesciretur eos iuste condemnatos esse si ignoraretur illos bonos, aut malos esse, ita nesciretur an iuste ad tantam pœnam essent condemnati, si nesciretur quāta mala egissent, cum pro determinatis malis respondeant pœnę determinatę, ergo de quolibet damnato erunt nota omnia mala, quæ hic commisit.

Secundo quantum ad pœnas quas tolerauerūt hic, quia interdum mali puniuntur a Deo in hoc sęculo, mala eorum sunt nobis tūc ignota, ideo admiramur de pœna, manifestabuntur aūt ibi omnia mala, quæ commiserunt, ideo scietur tunc, quare Deus tales pœnas eis viuentibus dederit, & q̄ iuste dederit. Ex hoc etiam apparet, q̄ non solum mala, vel peccata, quæ manent in malis nota erunt ibi, sed etiam mala, quæ commiserunt, & postea per pœnitentiam deleta fuerunt, & nō manet pro eis directe aliqua pœna tolerāda, & hoc erit propter duo. Primo propter damnationem, quæ tunc erit, quia dato, quòd illa peccata penitus deleta fuerint, idest, quòd de eis ex charitate doluerit peccator, & postea per opera bona de eis satisfecerit, & sic nihil maneat pro eis tolerandum, & si moreretur talis in charitate, vel toleraret in Purgatorio, tamen quia iste post gratiam datam, & remissionem factam peccauit, manet circunstantia, vel deformitas ingratitudinis aggrauans istud peccatū sequēs, & faciens illud maius, quam ex sua specie sit, & ideo Deus in iudicio maiorem pœnam dabit pro illo, quā si non prœcessissent alia peccata, de quibus facta esset iam totalis remissio, ideo oportet, q̄ etiam præterita peccata sciantur, vt hæc faciant scire quantitatem ingratitudinis, & pœnę respondentis. Secūdo præcipue propter pœnas huius sęculi, quia forte aliquis dānatus dū viueret commisit innumerabilia peccata, & grauia, & de omnibus doluit, & pœnitentiam agens satisfecit de eis plene, sed ante mortem peccans in vno decessit sic, & damnatur, necesse est, quòd pœna huius non sit valde magna ibi, quia manet vnicum de quo puniatur, & forte talis dum viueret multas pœnas a Deo sustinuit, miraretur autē aliquis quomodo huic tantę pœnę datę sunt dum viueret, cum vnicū peccatū nūc in eo inueniatur, ideo necesse est, quòd omnia mala sua nota sint, tam ea, quæ deleta sunt in vita, quam nō deleta, & sic videbitur quomodo iuste puniebatur multum dum viueret, nunc vero minor est pœna respectu aliorum, qui in paucioribus deliquerunt, quorum peccata in vita non sunt deleta.

Tertio etiam propter pœnas post mortem, quia si solum apparerent ibi mala non deleta, esset aliquis, qui hic multum peccauit, & scimus hoc, vt quia notorie factum est, si de omnibus doluit, & satisfecit, nisi de vno paruo in fine vitę commisso, appareret ilud solum, & parua pœna responderet ei, & tunc admiraremur, quòd illi magno peccatori parua pœna respondet in comparatione ad alios minus peccantes, & pauciora eius peccata apparēt, ideo oportet, q̄ omnia tam deleta, quam manentia nota sint, & videatur, quæ sint deleta, & quæ manentia, & per hoc appareat rectitudo condemnationis.

An sicut omnia mala tam deleta, quam non deleta malorum nota erunt in iudicio, ita quoque nota erunt bona, quæ iidem aliquando fecerunt, & an hæc bona ad aliquid eis proderunt. Q. CCCXLIX.

SIcut autem dictum est, quòd omnia malorum tam deleta, quam non deleta nota erūt in iudicio, ita, & dicendum, quod omnia bona, quæ illi aliquando fecerunt erunt nota. Sed ista bona sunt duplicia quædam mortua, alia mortificata, nam viuentia nulla habere poterunt damnati, quia aliàs per ea mererentur vitam æternam, & illā obtinerent, maxime, quia opus bonum quandiu est cum peccato mortali est mortificatum, & tamen omnes damnati erunt in perpetuum

perpetuum in peccato mortali, eo quòd in mortali decesserunt, & post mortem nullum mortale potest expiari, ideo manebunt semper quæcunque opera bona dānatorum mortificata, & ita solum habent damnati opera bona mortua aut mortificata, & nulla habent viuentia, & de vtrisque dicendum quod erūt nota in iudicio. De mortuis, ideſt de illis quæ facta sūt in mortali, & sic mortua nata fuerunt, dicendū q̄ manebunt. Et dicunt aliqui quod manebūt propter taxationem pœnæ post mortem. nam dr̄ q̄ bona facta in mortali subleuant tormenta gehennæ, ideſt q̄ minus supplicium patietur qui decem peccata fecit, & cum esset in illis fecit multa opera bona ex genere suo, quā qui fecit alia decem omnino æqualia peccata, & interim nulla bona fecit, & hoc dato, cū videret quis peccata duorum æqualia in iudicio & pœnam inæqualem admiraretur, ideo oportebit q̄ ibi sint nota bona opera mortua quæ vnus fecit, & non fecit illa alius, vt per hoc appareat quare vnus minus, quam alius punitur, & iuste.

Sed dicendum q̄ hoc non stat, nō est enim verum quòd aliquid de supplicio debito pro peccato mortali in inferno tollatur per opera facta in peccato mortali. Et ratio est quia non potest pœna debita minui ni si per satisfactionem, quandiu ergo non potest quis satisfacere non potest minui aliquid de pœna, & tamen satisfactio non potest fieri nisi per opera meritoria, nō est autem meritorium opus sine charitate, quæ non manet, cum peccato mortali. ergo impossibile est, quod per bona facta ab eo qui est in mortali minuatur aliquid de eo quod dandum est de pœna ei in inferno. Et sicut dicitur de pœna inferni: ita & de purgatoria dicendum est. nam etiam de illa nihil minuitur per opera bona facta in mortali, eo quod illa non sunt satisfactoria, & pœna purgatoria non minuitur nisi per satisfactionem vel actualem tolerationem. Et ita non est verum, quod prosint talia opera ad minus supplicium subeundum, vt cōmuniter dicunt aliqui.

Sed dicendum, quod hoc potest saluari dupliciter. Vno modo indirecte, scilicet quia in tempore operatur homo, & ideo vel bonum vel malum, dum vero operatur bonum non operatur malum, & quia si tempore illo quo peccator facit bonum materialiter facere ret malum puniretur pro illo, & maius supplicium sustineret, nunc vero cum non operatur malum, dum operatur bonum, non tolerabit supplicium pro illo, ideo indirecte prodest ad minus supplicium subeundum.

Secundo prodest magis directe: quia non solum de malis commissis puniretur homo, sed etiam de bonis omissis: cum teneatur homo tempus ei ad viuendum commissum in bonum expēdere, & quia dum homo facit bonum etiam si illud sit bonum materialiter nō est tempus penitus in vacuum, moriens releuabitur a pœnis quas in inferno toleraturus erat pro omissione boni, cum aliquod bonum fecerit, & ita est ad minus supplicium subeundum.

Dicendum ergo q̄ vera causa est ad reddendā causam de accidentibus vitæ, quidam enim commiserūt plura delicta, & tamen minus puniti sunt in vita alijs committētibus minora aut pauciora peccata, & quia pœnæ & prosperitates in vita cadunt sub prouidentia, oportet de illis rationē reddi, & redditur, sic quia illi qui in multis peccantes faciebant multa opera bona materialiter habebāt propter illa liberationem a multis periculis, & prosperabantur in temporalibus, & hoc siue quia Deus volebat eis illa dare in locum bonorum quæ faciebant, licet per illa non mererentur. Etiam cum multis benefacerent illi orarent Deum pro illis, & orationibus illorum Deus concederet hęc bona temporalia saltem illis, non facientes autem aliqua bona cum peccatis suis forte puniebantur tēporaliter, & aduersitatem in bonis fortunę sustinebant: quia non adiuuabātur alijs bonis nec aliquorum orationibus, cum nullis benefacerent qui pro eis orarēt. Etiam quidam peccatores cito rapiuntur, qui fortassis conuerterentur si expectarentur, alij vero diu expectati non conuertuntur. Et forte causa est quia bona materialiter facta ab vno erant causa, vt Deus eum expectaret, vel orationes pro eo factæ ab illis in quos suas eleemosynas effundebat. vt igitur horum causę apparēat quare Deus sic se habuit ad quosdam damnatos dum viuerent, & aliter ad alios, oportet ut bona mortua factua a damnatis veniant in memoriam, & notitiam in iudicio.

De bonis autem mortificatis quæ facta sunt a damnatis. i. quæ facta sunt ab eis dum essent in charitate, & postea superueniēte peccato mortali mortificata sunt dicendum q̄ etiam erunt tunc nota.

Primo propter differentiam damnatorum, quia alii qui peccatores cōmiserunt hic multa mala, & tamen dolentes de omnibus illis fecerūt plenam satisfactionem, ita quod nihil maneat expiādum, & postea committentes vnū mortale decesserunt in eo, hi paruam pœnam sustinebunt, scilicet solum pro illo in quo decesserunt & quantitate ingratitudinis: quia post remissionem priorem peccauerunt. Alij autem pauciora commiserunt peccata, & quia de nullo eorum pœnitentiam egerunt, sustinent maiorem pœnam in inferno. vt ergo appareat quare ei qui pauciora peccata cōmisit detur maior pœna, necesse est quod nota sint bona opera eius per quæ deleta fuerunt peccata priora. nam illa opera eo tempore quo facta sunt erant meritoria: ideo erant satisfactoria pro peccato, & sic potuit dimitti tota pœna debita pro prioribus peccatis. Secundo, hoc ad ostendendam iustam dispositionem prouidentię Dei circa tales damnatos in vita: nam his forsitan multa temporalia bona proueniebāt & omnis anxietas procul erat, alijs vero peccantibus accidebat angustia & ērumna circa temporalia, & forte quia primi dolebant sæpe de peccatis suis, & auertebāt iram Dei a se: licet peccata eorum multa essent. secundi autem nunquam dolebant de peccatis, neque aliquod bonum satisfactorium faciebant, ideo accidebant eis mala, & hoc forte erat nobis occultum: ideo oportet in iudicio nota ista fieri, vt sciatur quare Deus quosdam peccantes puniebat alios non, aut minus, & sic de alijs diuersitatibus circa peccatores viuentes.

Circa bonos dicendum, q̄ omnia bona ab eis facta & mala erunt nota in iudicio. De bonis dicendum q̄ quædam sunt in eis viuētia, alia vero mortificata, nam mortificata non possunt in eis dari: nam sicut in damnatis non possunt dari viuentia sed mortua & mortificata, vt dictum est præcedenti. q. ita in beatis non possunt esse bona nisi mortua & viua, mortificata autem nulla esse possunt, & causa est quia mortua sunt quæ facta sunt in peccato mortali, & talia facere potuerūt dū viuerent illi qui nunc sunt beati. & manebunt sem per illa mortua, quia viuere non poterūt quę mortua nata fuerūt. Viua autem sunt illa quę facta sunt ab eis dum essent in charitate, & quandiu fuerint beati viua manebunt. Mortificata autem nulla esse possunt: quia mortificata dicūtur opera bona facta in charitate, quę postea superueniente mortali mortificantur. i. pro tūc efficiuntur inutilia, sed quandocunq; qui ea habet redierit ad charitatem erunt illa opera viua: quia cessabunt esse impedita, & tamen omnes beati sunt in charitate, ideo nulla opera possunt in eis esse mortificata sed mortua aut viua.

De

De mortuis dicendũ, ꝙ non erunt nota in iudicio, quasi prosint ad differentiam pręmij beatorum, quia nõ possunt ad hoc prodesse, sicut enim per sola opera meritoria debetur vita ęterna, ita per ea sola debet maior, aut minor gradus in vita ęterna, sed opera bona mortua non sunt meritoria, ideo nec respondet propter ea aliquis gradus pręmij, etiã quia si possent prodesse beatis ad augmentum gloriæ prodessent damnatis ad diminutionem pęnę, sed nõ prosunt ad hoc damnatis, vt dictum est præceden. q. ergo, neque beatis ad augmentum gloriæ. Sed dicendum, q uòd erunt nota ad dãdum rationem de dispositione prouidentię diuinę circa tales dum viuerent, quia talia prosunt ad bona temporalia, & ad faciliorem conuersionem, & ad alia, & ideo in bonis illius in quibus talia fuerunt, dum viuerent forte essent plura bona tẽporalia, & pauciores angustię, vt si essent duo equaliter boni quãtum ad bona meritoria, & vnus nõ fecit aliqua bona dum esset in mortali, & alius fecit multa, forte Deus ad vnum se haberet dure in vita, & ad alium blande, & hoc propter ista bona facta in mortali, iõ ad sciendam causam huiusmodi dispositionis in vita, oportet uòd nota sint ista bona in iudicio, cum ibi non solum ostendere velit Deus iustã damnationem, & beatificationem, sed etiam iustitiam omnium operum suorum ad homines in vita,

De bonis autem viuis dicendũ, ꝙ ista erunt nota a fortiori. Primo propter differentiã pręmiorum, quia sicut propter illa bona meritoria datur homini vita ætena, ita propter differentiam eorum fit differentia gradus in beatitudine, vt ergo videatur quare vni maior gloria, quam alteri datur, oportet vt omnia bona viua beatorum sint in iudicio nota.

Alia causa est propter bona huius vitę, & mala, ga si propter bona mortua habet se differenter Deus ad bonos, vt quibusdam plura bona det, quam alijs, aut a pluribus periculis eruat, a fortiori propter bona viua plus benefaciet quibusdam temporaliter, quam alijs, & ideo, quia Deus varie se habet ad bonos in hac vita, cõueniens est sciri differentiam bonorum suorũ viuentium.

An mala, quæ boni aliquando fecerunt, & de quibus pœnituerunt in iudicio erunt nota. Quæst. CCCL.

DE malis autem, quæ fecerunt aliquando boni, & de quibus pœnituerunt est nunc dicendum. Et aliqui dicunt, quòd ista non erunt nota alijs, & hoc, quia talia essent in confusionem bonorũ, sed nulla erit, quia hoc est pœnale, ideo non erit ibi talium notitia.

Secundo, quia Christus videtur hoc asserere, exponens illud obliuioni traditę sunt angustię priores, & absconditę ab oculis nostris, cum ait, obliuioni tradẽtur priora mala, quia forsitan in futuro pristinę conuersationis memoria omnino delebitur succedentibus bonis ęternis, ne sit pars malorũ prioris angustiæ memorari, si ergo ipsũ obliuiscuntur, a fortiori ignorabunt omnes alij.

Tertio, quia hoc tenet magister 4. Sen. dist. 43. scilicet si vero quæritur vtrũ peccata, quæ fecerũt electi prodeant tunc in notitiam omnium, sicut mala dãnatorũ omnibus erũt nota, nõ legi hoc expressum in scriptura, vnde nõ irrationabiliter putari põt peccata hic per pœnitentiam tecta, & deleta, etiam illic tegi alijs, alia vero cunctis propalari. Dicendum, quòd licet omina mala, quæ aliquando beati fecerunt sint deleta per pœnitentiam, erunt tamen in iudicio nota.

Et ratio prima est, qa si ignota essent mala illa, necesse erat ignota esse quædam bona, s. pœnitentiam de peccatis, non enim potest sciri pœnitentia, & quantitas pœnitentię, nisi sciantur peccata commissa, iõ vt non ignoretur actio pœnitentialis, quæ fuit virtuosa, necesse est nota esse peccata de quibus pœnitẽtia acta est, & sic nota erunt peccata.

Secundo, quia si nota essent omnia bona ipsorum, & non essent nota mala, videretur iniuste distribui gloriam beatis, vt si aliqui duo beati sunt, qui æqualę suscipiant gloriam, & tamen vnus multo plura opera bona fecit, quam alius, & maiora, & tamen recompensantur hæc, quia alter eorum commisit plura mala, alius vero pauca, vel nulla, ille ergo, qui mala fecit impendit in satisfactionem pro malis illis magnam partem bonorum suorum, alius vero nullam, ideo facientibus bona æqualia data est gloria inæqualis, vel facientibus bona inæqualia data est gloria æqualis, vt autem videatur vnde hoc prouenerit, oportet, quòd etiam cum meritis nota sint demerita deleta.

Tertio propter diuersam Dei habitudinem prouidentię circa bonos in vita, quia forte quidam affliguntur, alij gaudent, eo quòd primi cum bonis committunt aliqua mala, de quibus vult Deus expiare per aduersa, ideo eos temporaliter punit, secundi autem forte nulla mala, aut valde pauca committunt, & hos Deus tanquam non egẽtes pœnali exercitio integros, & gaudẽtes in temporalibus seruat, & ne quis de hoc admiretur quare acciderit, necesse est simul cũ meritis nota fieri demerita, licet sint deleta.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd licet nota fiant delicta bonorum omnibus, non sequitur inde confusio, quia de ipsis delictis nullum manet vestigium, idest neque pœnę, neque culpę, neq; maculę, aut reatus, sed manet virtus loco delicti, scilicet pœnitentia, per quã de delictis satisfecerunt, & ideo non est de quo erubescant, maxime, quia quibusdam fuerunt ipsa delicta occasio maioris virtutis, scilicet quia ex eo, ꝙ ceciderunt de aliquo statu bono, conati sunt postea ad maiorem resurgere gradum, non est ergo confusio de eo, quod nobis maioris suę bonitatis occasio.

Ad secundum dicendum, quòd tradentur priora mala, & angustię obliuioni, inquantum hęc possunt cedere in verecundiam, & confusionem, sed quantũ ad omnia alia nõ, & ideo manebit memoria peccati in ipso beato committente, & notitia de illo erit apud alios, & tamen, neque ipse cõfundetur in se memoriam hãc habens, neque erubescet, ꝙ ab alijs hæc cognoscantur. De memoria quidem quãtum ad ipsum beatum, qui commisit peccatum dicit Magister 4. Sen. dist. 43. Hæc, & similia accipi possunt, vt non excludant memoriam præcedentium malorum, sed ea molestiam, & lęsionem amoueant, non enim memoria eorum Sanctos contristabit, vel eorum beatitudinem obfuscabit, sed gratiores Deo reddet, vnde super Psal. 87. Gregorius ait, quomodo in ęternum misericordias Dei cãtat, q miserię nõ meminit? quo plena beatitudo vbi memoria reatus mẽtẽ tãgit? Reddet, sed sępe lęti tristiũ meminimus, & sani dolorum meminimus sine dolore, & inde amplius grati, & ęgri sumus, ita de notitia aliorũ erit, qa id de cuius memoria nõ affligit, sed gaudẽs memorãs nõ afflliget sua aliorũ notitiã veniat, qa nõ põt esse ad opprobriũ, sed magis ad laudẽ, vel cõsolationẽ. Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ nõ stat, i. ꝙ ea, q̃ p pœnitẽtiã tecta sunt nõ veniãt ibi in memoriã, qa illa dicta sunt tegi p metaphorã, i. ꝙ Deo illa nõ reputat ad pœnã, sed vere nõ sunt tecta, & ita quandiu non sunt tecta cognosci possunt, ideo cognoscentur.

Secundo,

Secundo quia si propter hoc simpliciter tecta essent, etiam Deus deberet illa nescire. ergo cum hoc sit absurdum, erunt nota, & nõ erit hoc inconueniẽs.

Tertio, quia si simpliciter tecta essent, ipsis facientibus tecta essent, vt eorum non recordarentur: & tamen recordantur, vt dictum est, & Magister concedit 4. Sent. distin. 43. ergo alijs non erunt tecta.

Quarto quia hoc repugnat beatitudini, nam beati sciunt omnia quæcunque sunt, fuerunt, & erunt, sed illa peccata aliquando fuerunt realiter. ergo scientur a beatis.

Quinto quia beatis erunt nota omnia bona aliorũ beatorum: & tñ quædam pars bonorum est pœnitentia, & satisfactio de malis præteritis, & quanto peccata fuerũt plura & maiora, necesse est ꝙ satisfactio pœnitentialis fuerit maior. ergo erit nota ista satisfactio, sed non poterit esse nota, nisi peccata commissa nota sint. ergo innotescent tunc:

Sexto, quia si pœnitentia haberet vim istam, ꝙ peccata deleta per illam tegerentur, & efficerentur ignota, fieret hoc in viuentibus, inter quos solos pœnitentia agitur, quia post mortem nulla pœnitentia saltẽ fructuosa est: & tamen non fit, sed si aliquod peccatum erat notorium ante pœnitentiam, etiam facta sufficiẽti pœnitentia, & deleto illo in cõspectu Dei, adhuc nõ desinit esse notorium, nam si statim fieret occultum, vel desineret esse notorium, multi propter hanc solam causam pœniterent de peccatis.

Septimo, quia forte dicet aliquis, ꝙ hoc specialiter concedit Deus Sanctis, vt peccata eorum per pœnitẽtiã deleta ignorentur, viuentibus aũt non concedit.

Sed non stat, quia etiam peccata Sanctorum qui iã sunt beati nota manent, nam peccatum Magdalenæ, Dauid, & Petri, & Pauli, & quorundam aliorum Sanctorum nota nobis manent. ergo pœnitentia non occultat vitia.

Octauo, quia si in vita æterna deberent aliis occultari, quia magis Sancti possent confundi, & erubescere nobis scientibus quam scientibus alijs Sanctis, eo ꝙ nos sumus detractores, & deterius de rebus iudicã tes, Sancti aũt bene iudicant, & tñ non absconduntur a nobis peccata quæ aliquando commiserunt Sancti. ergo a fortiori non erunt alijs Sanctis ignota.

An adsit aliqua alia causa propter quam tam bona quam mala in iudicio manifestabuntur præter assignatas. Quæst. CCCLI.

EX præcedentibus autem apparet, ꝙ omnia bona & mala manifestabuntur in iudicio: & hoc ostẽsum est ex parte diuinæ iustitiæ, vt omnes sciant omnia opa Dei circa homines iusta esse, siue ea quæ fuerunt in vita, siue condemnatio & absolutio, quæ in iudicio fient. Alia causa est ex parte hominum. nã Deus volet vnicuiq; laudem dare pro operibus suis bonis, vt dicitur 1. Cor. 4. c. s. tunc erit laus vnicuique a Deo, & tñ laus ista est inquãtum notificanr opera alicuius. ergo nota erunt, & sicut est de bonis operibus ad hãdum laudem, ita de malis ad opprobrium. sic ergo omnia opera mala manifestabuntur, vt erubescant q̃ retributiõnis. nam sicut pro bono opere datur gloria, & ꝓ malo opere pœna realis, ita & in honore, & inglo riatione dabit gloria & pœna. s. vt boni vltra gloriã quam accipiunt in visione Dei habeãt quoddam bonum creatum, quod est laudari coram toto humano genere de bono opere, & istud est conueniens, quia alia etiam pręmia dantur beatis quæ sunt bona creata, sicut aureola est gaudium quoddam de bono creato. s. de virginitate seruata, & martyrio tolerato, & dò

& mala de malis causa est, vt appareat quãtum Deus fuit misericors circa ipsos. Sed mala sunt duplicia, q̃dã enim fuerunt deleta in damnatis per pœnitentiã quã habuerunt in vita. quædam vero non fuerunt deleta. Circa mala deleta causa est, vt nota sint ad ostendendum primo misericordiam Dei, qui adhuc illis dare voluit spiritum compunctionis, vt conuerterẽtur cũ mali essent. Secundo ad augendam magnitudinem eorum, quia post gratiam remissionis eis datam & satisfactionem expletam pro peccatis, inciderunt in alia peccata per quæ damnantur.

De malis autem quæ non fuerunt deleta causa est, vt nota sint ad ostendẽdum magnam Dei misericordiam circa eos, tandiu eos expectando, nam quidam mali diutius viuunt. Secundo ad signandum clementiam Dei ad eos in vita. nam quidam mali sunt qui damnantur, & dum viuunt semper habent prosperitatem qua indigni sunt, sed illam Deo miserente habent, immo liberaliter se ad eos habente. De bonis ẽt quæ damnati fecerunt dicendum, q̃ manifestabũtur, sed illa sunt duplicia, s. quædam mortua, alia mortificata, quia non sunt in damnatis aliqua bona viua, vt
In q. 343. ostensum est supra. De mortuis bonis dicẽdum q̃ nota erunt ad ostendendum dispositionem prouidentiæ diuinæ circa eos, s. quia quosdam malos in vita affligebat alios non, & forte eos qui bona mortua saltem faciebant non affligebat: & dato q̃ ista non essent meritoria, ostenditur in his Dei misericordia qui incitabat illos saltem, vt ista facerent, vt ex hoc esset occasio ad expectandum eos diu orationibus eorum quibus bona faciebant. De mortificatis autem bonis dicendum q̃ nota erunt, vt ostẽdatur Dei benignitas qui eos ad misericordiam expectabat, & incitabat, ita vt facerẽt opera satisfactoria, per quæ iam de multis peccatis satisfecissent.

Secundo ad ostendẽdum eorum ingratitudinem, qui post remissionem peccatorum clementer factã, & vocationem ad pœnitentiam ingrati existentes offenderunt redemptorem suum.

An cuilibet in iudicio nota erunt, tam bona quam mala omnia bona & mala quæ fecerunt omnes homines in mundo.
Quæst. CCCLII. I

NVNC vero cum dictum fuerit, q̃ bona & mala omnia, & omnium manifestabũtur in iudicio. Dicendum, q̃ omnibus nota erunt, ideſt, q̃ quilibet sciet bona & mala omnium bonorum & omniũ malorum, & quantum ad hoc non plura scient boni quã mali, neque plura vnus quam alius, sed quilibet tam bonus quam malus sciet omnia bona & mala, quæ fecerunt omnes homines, quotquot fuerunt in mũdo. De bonis autem non est dubium, quia ex ratione beatitudinis eis competit omnia scire. Sed de malis poterat esse dubium, quia de eis dubitaretur quomodo talis perfectio communicaretur. Sed dicẽdum q̃ eis cõ K uenit, nõ quidem propter se, sed propter aliud. Et primo propter Deum, quia vt supra sæpe dictũ est. ideo notificantur omnia in iudicio, vt tollatur dubitatio, & error circa opera Dei: & quia mali dubitant, sicut & boni de operibus Dei circa bonos & malos hic, ideſt, an iuste puniantur quidam, & prosperentur alij, iõ tam malis quam bonis debet esse hoc notum, vt omnes sciãt Deum esse iustum in operibus suis, quod ad laudem eius pertinet.

Secundo quia si non sciret quilibet bona & mala, quæ alij commiserunt, non sciret an damnatio, & absolutio quæ in iudicio fit erit iusta, & tamen hoc præcipue intenditur, vt ab omnibus videatur æquitas iudicij illius. ergo omnibus erũt nota bona, & mala omF nium. Tertio quia notificatio ista fiet ad hoc, q̃ quilibet habeat laudem de bonis operibus, & confusionem de malis, & tamen laus erit tanto maior, quanto coram pluribus manifestabuntur bona, & confusio maior, quanto coram pluribus manifestabuntur mala. ergo vt sit maxima confusio, & gloria necesse est, q̃ ab omnibus sciantur omnia bona, & omnia mala.

Quarto, quia fiet etiam notificatio ad laudem clementiæ Dei in tolerantia malorum, & diuturna expectatione ad cõuersionem, & magnitudinem præmij propter parua bona. Sed ista laus tãto erit maior quãto pluribus erit nota, ideo omnibus erunt nota bona, & mala omnium, & istud Apostolus tetigit. 1. Corin. G 4. cap. cum dixit, nolite ante tempus iudicare, & sequitur, tũc erit laus vnicuique a Deo. ergo oportet, quòd omnibus omnia nota sint.

An quilibet cognoscet merita & demerita omnium aliorum in iudicio. Et est responsio ad primam rationem principalem in diuersum positam quæstione 346.
Quæst. CCCLIII.

NVNC autem respondendum est ad argumenta posita supra. Ad primum dicendum, q̃ cognoscet quilibet merita, & demerita omnium aliorũ, nõ inquantum manent illa in suo effectu. s. in præmio vel pœna.

Sed dicendum q̃ iste modus quem aliqui ponunt H non est sufficiẽs, vt declaratum est supra. Sed dicetur, q̃ vi quadam diuina in mentibus singulorum erit notitia omnium bonorum & malorum, quæ omnes homines fecerunt, & ita quicquid ab aliquo factum est notum erit omnibus.

Ad secundum dicunt quidam secundum præcedentem modum loquendi q̃ cognoscentur omnia merita & demerita in suo effectu, ideſt, inquantum relinquitur pro eis quantitas pœnæ, vel præmij.

Sed dicendum sicut supra. q̃ nõ sufficit, & ideo cognoscentur in sua causa. nam in seipsis cognosci non possunt, & non dicuntur cognosci in sua causa, quasi cognoscantur in Deo, quia mali non cognoscunt per Deum, vt in eo cognoscant hæc: sed cognoscunt per impressionem factam a Deo, qui mẽtibus eorum singula cognoscenda imprimet.

Ad tertium dicẽdum q̃ omnium peccata publicabuntur in iudicio, siue ea confessi fuerint siue nõ: sed eorum qui omiserunt confiteri peccata, fiet publicatio ad confusionem, & ignominiam ipsorum. de qua publicatione loquitur Chrysost. eorum vero qui non omiserunt fiet quidem publicatio, sed non in confusionem, sed potius in laudem ipsorum, sicut non est aliqua verecundia Mariæ Magdalenæ, & Dauid, & Petri, q̃ peccata sua publice recitantur in Ecclesia. nam ista confusio est pœna, sed in beatis iã nulla pœna potest esse, sed potius ad gloriam ipsorum cedit, inquantum pœnitentiam sufficientem egerunt de peccatis, & illa nullo modo manent, sed potius ipsi qui peccauerunt effecti sunt post peccatum meliores quã prius fuerant.

Ad quartum dicendum, q̃ licet omnium peccata sint nota, non minuetur verecũdia malorum, sed potius augebitur, quia quilibet magis cognoscet, quod ignominiam ex aliena. Quod autem nunc ex cognitione alieni peccati sequatur diminutio verecundiæ, fit propter hoc, q̃ verecundia respicit æstimationẽ hominum, quæ ex consuetudine iudicat aliquid esse turpe uius, ideo peccata a pluribus frequentata minorari dicant, sed tunc verecundia fiet propter æstimationẽ alienam de peccatis, quæ erit Dei, & Angelorum, & hoiũ iustorum, & hi æstimant de quolibet peccato secun-

secundum se quãtum dignum est de eo æstimari malum, siue sit peccatum vnius, siue multorum: immo quanto a pluribus sic cognoscatur alicuius delictum, tanto erit maior ignominia, omnes igitur cognoscẽt omnia bona, & mala aliorum.

An notitia de malis ac bonis omnium manebit in omnibus semper, vel tantum in iudicio. Quæst. CCCLIIII.

QVAERETVR, an notitia ista de malis, & bonis omniũ, quę erit in omnibus in iudicio, manebit in eis in perpetuum, vel solum in iudicio.

Aliqui dicunt, q̃ tunc solum, quia ista notitia dabitur omnibus ad hoc præcipue, vt sciatur iustitia operũ B Dei. Sed istud scietur sufficienter in iudicio. ergo non erit opus, vt postea maneat.

Dicendum q̃ aut quæritur de bonis, aut de damnatis, de beatis certum est, q̃ manebit in æternum in eis ista cognitio, quia ex conditione beatitudinis competit omnia scire præsentia, præterita, & futura, & tamẽ beatitudo semper perseuerat. ergo notitia ista semp manebit. De malis aliqui dubitant, & tamen videtur dicẽdum, q̃ maneat semper. Primo quia cum ista notitia fiat ad hoc, q̃ sciatur iuste se habuisse Deũ in omnibus operibus suis circa homines, si tolleretur notitia, nesciretur postea, an se De⁹ iuste haberet, sed hoc non videtur conueniens, ideo manebit semper. Secũdo quia ista notitia data est miraculose impressa in a- C nima, vt dictum est præced. q. & tamen iam non indiget aliquo miraculo, vt maneat, sed manebit naturaliter, eo q̃ est habitualiter stans, ideo manebit. Tertio, quia potius ad tollendum illam cognitionem videretur necessaria operatio aliqua Dei circa habentes illam, sed non videtur necessarium, neque conueniẽs, quia nulla causa apparet, quare Deus velit illis hanc cognitionẽ adimere. ergo manebit. Quarto quia non erit ex hac notitia aliquod gaudium bonis, ideo non est mirum, q̃ Deus relinquat illis talem cognitionẽ: sed potius videtur iustum esse, q̃ in æternum eis istam cognitionem relinquat, vt in æternum agnoscãt Dei D iustitiam quantum ad damnationem ipsorũ, & quantum ad beatitudinem bonorum, & quantum ad laudem Dei, qui omnia iuste & clementer gubernauit, & gubernat, & quantum ad laudem bonorum iuste datus est tam excellens status beatitudinis.

Ad rationem in contrarium dicẽdum, q̃ scire omnia bona & mala omnium, est excellentia quædam, & tamen non est inconueniens dari malis, quia non datur in fauorem eorum, sed potius ad propriam confusionem, & honorem Dei, & laudem bonorum, si vero esset aliquo modo in fauorem ipsorum, non cõ cederetur, vt sic alleuiaret pœnam ipsorum, vel daret aliquam consolationem. sic patet de immortalitate malorum. nam immortalem fieri nũc aliquem in fa- E datur bonis, neque malis: & tñ post diem iudicij omnes mali erunt immortales, i. nunquam morientur, licet semper sint in pœnis, & ita concedetur eis hoc, qđ nunc iudicaretur excellentia, sed non erit in fauorẽ illorum, sed in odium: potius enim ipsi vellent statim mori, & cupient mortem, sed mors elongabitur ab eis. ita ergo notitia ista, quia non cedit in bonum ip- Lib. 347 forum, manebit in eis, licet talis notitia in se sit aliqd magnum. de hoc dictum est supra.

An merita & demerita propria, & aliena videbuntur vno intuitu in iudicio. Quæst. CCCLV.

QVAERETVR, an merita & demerita propria, & aliena quæ quilibet sciet, & videbit in die iudicij, videat vno intuitu, vel per successionem. Aliqui dicunt q̃ non, sed per successionem, & diuisionẽ singula cognoscent, quia ea quæ considerantur singillatim non capiũtur vnico intuitu, sed mali singillatim peccata sua considerabunt & plangent ea, quia dicit Sap. 5. c. ex nomine damnatorum, quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia cõtulit nobis? transierunt omnia tanquã vmbra. ergo non videbunt omnia intuitu vno. Secundo quia dicit Aristot. 2. Topicor. contingit plura scire, vnum autem intelligere, ideſt simul non possumus intelligere nisi vnum, sed demerita & merita propria, & aliena non videbũtur, nisi per intellectum. ergo non poterũt omnia simul videri.

Tertio quia intellectus damnatorum nõ erit post resurrectionem eleuatior, quam nunc sit intellectus Angelorum bonorum quãtum ad naturalem cognitionem, qua nunc cognoscunt in proprio genere, sed tali cognitione Angeli non vidẽt plura simul, sed singula per se. ergo neque damnati videbũt omnia hæc simul. Primum patet quia damnati non habebunt notitiam beatificam, ideo manebit eis naturalis cognitio, sed quantum ad naturalem cognitionem necesse est, q̃ Angelus excedat hominem, cum excedat eũ fm conditionem speciei, ideo non cognoscet damnatus, q̃ non potest Angelus fm naturalem cognitionẽ ideſt rerum in proprio genere, sed quantum ad istam cognitionem non cognoscit Angelus omnia simul, sed successiue & distincte, quia per cõcreatas species cognoscit, & nulla earum repræsentat omnia, tamen quando ille intelligit actu non intelligit per omnes simul, sed per vnum, ergo nõ possunt oĩa sibi simul repræsentari, & ita erit de malis quantum ad notitiam istam meritorum & demeritorum, vt videtur.

Dicendum q̃ circa hoc dubium est. aliqui putant, q̃ omnia merita & demerita simul cognoscentur, & hoc tam per beatos quam per dãnatos. de beatis planum esse dicunt, de damnatis probãt ex illo quod habetur Iob 8. c. induentur confusione, dicit gl. viso iudice, & dum mala omnia ante oculos mẽtis versantur, sed iudicem subito videbunt, & non per successionẽ. ergo mala omnia sua, & bona subito videbunt, i. intelligent. Alij dicunt q̃ non fiet ista cognitio simul, sed per successionem, sicut nos ponimus fieri nostrã cognitionem, & sic non ponetur aliquid miraculose.

Dicendum q̃ neutrum istorum videtur plene stare: de primo enim, ideſt, q̃ oĩa in momento, vel instãti cognoscantur magna difficultas est, nõ quidem de bonis, quia illi iam sunt beati, & in Deo vident oĩa q̃ vident, & ibi vno actu oĩa videntur, quia per vnicã speciem, i. diuinam essentiam cognoscuntur oĩa, & non per varias species, & ideo sicut vnicus actꝰ noster, quo vnam rem per vnicã speciem cognoscimus, fit in instanti, ita & actus ille quo beati cognoscent omnia, quia fit per vnicam speciem erit vnus & in instãti, sed de damnatis non potest hoc esse, quia non videbunt aliquid in Deo, cum illud pertineat ad beatitudinem quam illi non habebunt.

Aliqui ergo dicunt, q̃ damnati videbunt omnia simul, sed non in Deo, eo q̃ videbunt illa in genere, sci licet omnia peccata in genere, & merita in genere.

Sed dicendum q̃ hoc non sufficit, quia ista notitia fit ad hoc, q̃ videatur iustitia Dei in operibus suis absoluendo & condemnando, & tñ non poterit hoc videri, nisi determinate sciantur peccata damnatorum, & merita absolutorum, vt sic videatur quanta pœna, & quanta gloria determinate respondet cuilibet, sed ad hoc non sufficit cognitio in confuso vel generali. ergo oportet determinate cognosci. Secundo, quia fit illa notitia ad ostendenda iusta opera diuinæ

gubernationis in hac vita, puniendo & a pœnis releuãdo: sed hoc nõ potest cognosci, nisi determinate peccata cognoscantur, & quis plus peccauit, & quis minus. Tertio quia fit ista notitia ad gloriam bonorum, & confusionem malorum: sed non apparet confusio huius aut illius, neq; gloria huius, vel alterius, nisi cognoscatur iste habere peccata & ille merita. ergo necesse est cognitionem esse determinatam. i. de hoc, & de illo, & de quolibet, & nõ sufficit etiam hoc, sed vt sciatur quanta delicta, & quãta merita quis habuit. ergo oportet cognitionem determinatam esse.

Dicendum est igitur, ꝙ cognitio ista erit distincta de omnibus bonis, & de omnibus malis quam mali habebunt, & non habebunt eam per vnum actũ intelligendi, & per vnicam speciem repræsentantem. nam cum ista repræsententur in proprio genere, non possunt habere speciem vnam, sed dicendum quot tot erunt species per quas repræsentabuntur quot res. iuxta modum intelligendi qui competit speciei humanæ, & fm illas species erunt multi actus, & non poterit in instanti esse visio omnium horum, sed in successione. nam impossibile est in eadẽ potentia esse duos actus numero distinctos in eodem instanti: erit tamẽ successio parua, & sic in tempore quasi imperceptibili cognosceret omnia hæc damnatus quilibet, quia poterit habere actus intelligendi succedẽtes sibi fm species omnes illas in paruo tempore, & hoc cõsonat intentioni Augu. 20. lib. de ciui. Dei. 14. s. quædam vis diuina intelligenda est, qua fiet, vt cuique sua opera bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mẽtis intuitu mira celeritate cernantur, vocatur autẽ celeritas: ideo oportet esse successionem in actibus. nã in instãti, neque est celeritas, neque tarditas. Cum autem dicitur, mira, oportet accipi, ꝙ quasi imperceptibiliter fiat cognitio illa, idest ĩ tempore valde paruo: & hoc conuenienter dictum est, quia iudiciũ aliquan diu durabit: non enim fiet in instãti, cum omnia corpora humana in eodem loco futura sint, ideo aliquã diu ibi manebunt: & maxime quia declaratum est supra, ꝙ iudicium fiet vocaliter: & ita erit aliquantula mora, in qua quilibet damnatus sufficienter habebit istam plenam cognitionem.

Sed obijcietur, ꝙ hoc dato non erit ibi miraculum cum intelligent successionem, sicut nos nunc intelligimus. Dicendum ꝙ erit ibi miraculum, & primo in obligatione specierũ, quia nemo nunc habet species determinate repræsentantes merita & demerita omnium hominum, & tunc habebũt illas damnati, nec habuerũt eas prius: ideo miraculum erit. s. ꝙ Deus imprimet subito oẽs illas, vt determinate repræsentare possint gloriã, & pœnã, & merita, atq; demerita oĩum.

Secundo erit miraculum quantum ad celeritatem cognitionis, s. ꝙ concurret cum eis Deus, vt citius pcurrant omnia intelligibilia, & habeant omnes intellectiones quasi subito, quas non possent habere, nisi in magno discursu, etiam si omnes illas species haberent si per se intelligerent, idest non specialiter adiuti a Deo. Et hoc tetigit August. vbi supra. s. quædam vis diuina erit quã fiet, vt cuique cũcta in memoriam reuocentur, & mira celeritate mentis intuitu vniuersa cernantur, & sic in duobus posuit miraculum, vel diuinam operationem, idest in reuocatione ad mẽtem quantum ad specierum impressionem, & in celeritate intelligendi.

Ad primum dici potest vno modo, ꝙ illud intelligitur de damnatis existentibus apud inferos, non aũt de existẽtibus in iudicio, apud inferos autem erit successiua cogitatio, & planctus de proprijs demeritis, ꝓpter quæ sustinent illam pœnam. Sed in iudicio non erit talis cogitatio & planctus. Aliter potest dici, ꝙ ista ponuntur Sap. 5. c. non ꝙ totaliter, idest cum tali successione futura sint in damnatis apud inferos, vel in iudicio, sed quia nobis aliter multa designari nõ possunt, nisi cum successione, immo etiam si posset esse simultas aliqua in intelligendo, non potest esse simultas in dicendo, & scribendo.

Aliter potest dici, ꝙ concedendum est futuram esse successionem, tam in iudicio quam apud inferos in actu intelligendi malorum circa peccata sua, & tamẽ mira celeritas erit in isto discursu, ita ꝙ quasi simul intelligant omnia. Ad secundum cõcedendum est simpliciter, ꝙ plures actus intelligendi non possumus habere simul, ideo cum Aristo. dicit contingit plura scire, vnum tantum intelligere, non debet accipi de re scita, aut intellecta, sed de habitu scientifico, & actu intelligendi. s. contingit simul habere plures habitus scientificos, sed non contingit habere simul plures actus intelligendi, & tamẽ si accipiatur scire plura, idest plurer res, dicetur ꝙ æquale est de scire, & intelligere: quia sicut plura simul scimus, i. scita habemus, ita plura simul intelligimus, quia vno actu intelligendi intelligo, ꝙ omnes iusti saluabuntur, & tamen iusti multi sunt: immo in omni actu intelligendi intelligimus plura, quia accipio actum intelligendi de complexione, & omnis talis habet duo, idest, quod subijcitur, & quod de eo prædicatur, & distinguuntur in re, sicut in terminis. Etiam Deus intelligit omnia quæ sunt simul, & beati per vnicum actũ intelligendi omnia intelligunt, sed accipiendo de habitu, & actu est verum. nam quilibet potest habere simul omnes habitus intelligendi in eadem potentia, & vnus non impedit alium, & tamen actus plures intelligẽdi nullus potest habere simul, neque etiam beati, neque Angeli, immo neque Deus: sed Deus habens vnicum actũ intelligẽdi per illum simul omnia intelligit. Et idem beati faciunt qui per essentiam diuinam omnia intelligunt, quæ est vnicum exemplar repræsentatiuum. & sic dicendum de damnatis, ꝙ nõ habebunt simul plures actus intelligendi, licet plura intelligãt per vnum actum intelligendi: veruntamen omnia demerita, & merita singulorum non intelligẽt vnica operatione, sed pluribus succedentibus, licet successio erit cum mira celeritate.

Ad tertium dicẽdum putant aliqui, ꝙ damnati nõ sunt perspicaciores Angelis, quantum ad cognitionẽ naturalem, idest rerum in proprio genere, si accipiat cognitio naturalis damnatorum, & tñ accipiendo cognitionem eorum super naturalem poterunt esse dã geli ꝗtum ad naturalem cognitionẽ, & ita dicunt hic, ideo poterunt damnati intelligere simul, quod non possunt Angeli. Dicendum ꝙ non stat, quia licet in illa intellectione damnatorum ad intelligendũ oĩa sit aliquod miraculum, non tñ est intellectio penitus supnaturalis quantum ad modum, qa repræsentatiuum est naturale, i. spẽs rerum in proprio gñe, quia non repræsentant oĩa per eminens repsentatiuum, qđ est diuina essentia, sed p spẽs singularum rerũ impressarũ aĩæ, & iõ talis cognitio non excedit modum naturalẽ licet miraculum præsupponat, quia ita est ẽt de Angelis, s. illi intelligunt res in proprio gñe naturali cognitione p spẽs concreatas eis, & non dr modus ille intelligendi supnaturalis, licet sit p spẽs a Deo datas, qa illæ naturaliter repræsentant, ita cũ spẽs per quas damnati intelligent singula merita & demerita erũt naturaliter repsentãtes res in proprio gñe, licet sint a Deo impressæ, erit cognitio illa naturalis, & non excedẽt Angelos in ea. Concedendum ergo est, quòd non intelligent damnati omnia hæc simul, sed secundum successionem, quæ tamen erit parua, vt dictum fuit.

Quis

Quis est ille rex qui in iudicio loquetur.
Quæst. CCCLVI.

QVAERITVR dum dicatur, tunc dicet rex his qa dextris sunt, quis est ille rex? Dicẽdum ꝙ Christus est, & patet quia ille vocatur rex qui iudicabit, sed Christus est qui iudicabit, quia dicitur supra in litera, cum venerit Filius hominis in maiestate sua sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes. & tamen sedere super sedem, & oẽs gentes congregari ante eum est ad iudicandum. ergo Christus iudicabit qui vocatur Filius hominis, & tamen vocatur hic rex qui iudicat, quia de rege dicitur, ꝙ proferet sententiam contra malos & pro bonis. ergo Christus vocatur hic rex. Secundo patet, qa alibi vocatur rex, vt supra 21. ca. dicitur. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam. & ipse aliqualiter dixit se regem cum ait. regnum meum non est de hoc mundo Ioan. 18. cap.

Quare Christus uocatur hic rex. *Quæst. CCCLVII.*

SED dicetur quare Christus vocatur hic rex cum non soleat sic vocari.

Dicendum, ꝙ fit primo ad conuenientiam rei de qua agitur. nam hic introducitur iudicans, & ponuntur omnia quæ ad regem pertinent, ideo vocatur rex. Ad regẽ enim pertinet magnitudo apparatus, & magnitudo potestatis, & exercitium gubernationis, cũ rex dicatur a regendo, ista autem tria ponuntur hic. De apparatu patet, quia non potest maior esse apparatus quam maiestas, quia dicitur maiestas, idest maior status, & dicitur, cũ venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cũ eo. De potestate patet, quia subijcientur ei omnes gentes, cum dicatur, sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit eos, sicut oues ab hædis. De actu gubernationis patet, quia ponitur in litera, ꝙ iudicabit diffiniens circa bonos, & malos, & iste est actus regalis, ideo cõuenit ei in presenti, vt vocetur rex. Item quando cum magno apparatu veniẽs in introitu in Hierusalem vocatus est rex. nam Euangelista induxit ibi auctoritatem Zachariæ 9. c. s. ecce rex tuus venit tibi mansuetus supra 21. ca. s. quia tota multitudo sequebatur eum, & recipiebat eum cum magno honore, & processit ciuitas obuiã, & sternebant in via ei vestimenta sua, & ramos de arboribus, qui honor nunquam ei ante hoc delatus fuerat. Item ipse dixit se habere regnum, cum magnum apparatum ostẽderet, vt dicitur supra 16. c. s. sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis venientẽ in regno suo. & vocauit ibi regnum illum apparatum in quo venit quando transfiguratus est. & patet, quia statim supra 17. c. transfiguratus est coram tribus discipulis, & cõpletum est illud, s. ꝙ quidam illic stantes viderunt eũ venientem in regno suo, nunquam autem maiorem apparatum ostensurus erat quam nunc, ideo vocatus est nunc rex, & nõ solum semel, sed bis, & iam non se vocat Filium hominis, sed regem.

Secundo fuit ad ostendendam gloriam suam futuram: nunc enim erat Christus in habitu humilitatis, vt autem non putaretur semper sic mansurus dixit, se futurum regẽ, & in magno statu. Tertio fuit ad respõdendum intentioni discipulorum. nã ipsi quæsierunt præced. ca. dic nobis quando hæc fient, & quod est signum aduentus tui? & loquebantur de aduentu eius ad regnandum, vt ibi declaratum est, & quia vere illud est tempus in quo ipse venturus est ad regnandum, vocat se tunc regem.

Quarto ad consolationem discipulorum, quia ipsi erant cum Christo in multis, & quotidianis tribulationibus, & adhuc non consecuti erant aliquã recreationem, & petebant eam. nam dixerunt supra 19 cap. nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? & Christus ait. vos qui secuti estis me cum venerit Filius hominis in regeneratione sedebitis super duodecim sedes iudicantes Israel. nunc autem dixerat de aduentu illo. s. cum venerit Filius hominis in maiestate sua. & tamen non poterãt illi sedere super sedes ad iudicandum, nisi Christus rex esset, & haberet multos subditos, super quos constitueret iudices discipulos, ideo vocatur hic rex. Quinto vt non videretur inanis opinio discipulorum, nam illi putabant Christum temporaliter regnaturum super Israel, & non erat futurum. Zacharias etiam Christum regem dixerat. s. ecce rex tuus venit tibi mansuetus Zacha. 9. c. vt autem fidei eorum Christus consonet saltem in verbis, dixit se futurum regem. s. tunc dicet rex. Sexto, quia Christus non erit proprie rex vsque ad diem illum: licet enim inquantum Deus semper fuerit Dominus omnium, tñ inquantum homo non. Sed post resurrectionem suam dicit sibi datam esse omnẽ potestatem in cœlo & in terra. infra 28. ca. sed quantum ad manifestum exercitium illius nunquam erit Dñs, vel rex vsque ad diem iudicij, quia tunc omnes homines stabunt ante tribunal Christi, & flectetur ei omne genu, & confitebitur omnis lingua ad Rom. 14. ca. & exercebit super omnes iurisdictionẽ, & ipsi cognoscent eum in Dominum. nam separabit eos ab inuicẽ sicut pastor oues ab hædis, vt patet in litera. & sententiam proferet super omnes, & illam exequetur. rex ergo tunc erit, & sic proprie vocatur hic rex: & tunc dicitur tradere regnum Deo Patri. prima Corinth. 15. capitu.

An conuenienter Christus vocet seipsum regem, cum alias prohibuerit de se magna dici. *Quæst. CCCLVIII.*

SED quæretur quomodo Christus seipsum vocat regem. nam dato ꝙ rex sit, & alius eum regem vocet, ipse tamen videtur, ꝙ non deberet seipsum vocare regem ne sibiipsi ascribat excellentiam.

Dicunt quidam vno modo ꝙ Christus non vocat se regem, neque dicit de se aliquam excellentiã quasi de se loquens, sed bene quãdo loquitur quasi de alio, vt cum vocat se Filium hominis, & ita ait hic. tũc rex dicet. & non ait, ego rex dicam tunc.

Secundo dicunt alij, ꝙ Christus non dicit de se excellentiam aliquam quando loquitur ad extraneos: secus quando loquitur ad discipulos. nũc vero loquebatur ad discipulos, & non ad omnes, sed ad solos quatuor Mar. 13. c. ideo vocauit se regem.

Sed dicendum ꝙ ista non stant, sed vtraque regula falsa est. nam aliquando loquitur de se ipso in prima persona, & ad alios non discipulos, & magnam excellentiam de se dicit, quod est contra ambas regulas. Aliquando autem dicit in tertia persona & ad laicos, quod est contra primam regulam. De primo patet, quia Io. 18. c. dixit Christus ad Pilatum. regnum meũ non est de hoc mundo. & ita regem se asseruit, ita vt Pilatus diceret. ergo rex es tu? & ille non negauit, & Pilatus non erat discipulus. Etiam Mar. 14. c. ponitur, quòd principes sacerdotum quæsierunt a Christo, an ipse esset Christus filius Dei benedicti, & ait, ego sum. nulla autem expressior confessio esse poterat, & de propria persona facta, & ad extraneos, immo ad hostes facta est.

De secundo patet, quia seq. cap. dixit Christus corã principe sacerdotum. amodo videbitis Filiũ hominis

venientem in nubibus cęli,& ſedentem a dextris virtutis Dei,& illi de Chriſto ipſo putauerunt dictum eſſe, & ideo crediderunt eſſe blaſphemiam, iſta autem magna laus erat,quia.ſ.q ipſe ſederet ad dexterã Dei, & dixit illam coram hoſtibus ſuis.

Eſt autem dicendum,q de Chriſto non erat, ſicut de nobis.nam nobis periculoſum eſt de nobis magna dicere,ne inſurgat nobis elatio,& inanis gloria, ideo melius eſt tacere. maxime quia laus non eſt decens in ore pprio,iuxta illud,laudet te alienus, & non os tuũ. in Chriſto nullum periculum erat,quia ipſe non poterat peccare,ideo ſiue laudaret ſe,ſiue taceret non erat ei malum.Sed ideo Chriſtus aliquando dicebat de ſe magna & aliquando tacebat,quia vtrunque expediebat.dicebat quidem magna ne ignorarentur, vtpote illa quæ ſciri non poterãt,niſi ipſe prodidiſſet,tacebat interdum,vt nobis exemplum humilitatis,& tacendi proprias laudes daret,ſed quia magis neceſſariũ erat, q nobis veritatem rerum neceſſariarum aperiret,q̃ q ad exemplum humilitatis taceret, ſæpe de ſeipſo res magnas dicebat.aliquando coram diſcipulis aliquando coram alijs. De diſcipulis,vt illud Io.13.c.vos vocatis me magiſter,& Domine, & bene dicitis, ſum etenim & ſupra 16.c.Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis,& tunc reddet vnicuique ſm opera ſua.& eo.ca.ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem donec videant Filiũ hominis venientem in regno ſuo. De extraneis,vt cũ dixit,vt ſciatis,q Filius hominis poteſtatem habet in terra dimittendi peccata ſupra 9.& Mar.1. ca. & illud ſupra 12.ca cum dixit ſe maiorem Salomone, & maiorem Iona,& maiorem Templo.

Sed in hoc Chriſtus obſeruabat loca,& tempora, nam quædam ſunt quæ vno tempore occultabat, ita vt a nullo vellet dici,& alio tempore ipſe ea palam aperiebat. De primo, quia ipſe a principio nolebat,q aliquis vocaret eum Meſſiam,& ſiquis diceret imperabat ei tacere,vt ſupra 9.ca.cęcis a ſe curatis iuſſit nemini dicere,& etiam Mar. 9. & non ſolum hominib⁹ hoc iubebat, ſed etiam dęmonibus. nam dæmonia q̃ ejiciebantur de corporibus obſeſſorum vocabãt eum filium Dei,& Chriſtum,& ipſe increpabat illa,& iubebat vt tacerent ſupra 8.& Mar.1.& Luc.4.c. De ſecũdo patet,quia poſtea imminẽte paſſione ipſe aperte dixit de ſe magna.ſ. eſſe Meſſiam, & Filiũ Dei. ſic patet Mar.14. cum quæſiuit princeps ſacerdotum,an ille eſſet Chriſtus filius Dei,& ille dixit.ego ſum.& ſequen.c.quærente ſummo ſacerdote reſpondit. amodo videbitis Filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei,& venientem in nubibus cœli. Conſiderabat etiam Chriſtus perſonas,quia quædam de ſeipſo dicebat a principio diſcipulis in ſecreto,vel alijs perſonis, ita vt non veniret in notitiam Iudæorum, quæ nullo modo dicebat Iudæis, patet quia diſcipulis ſuis cõfeſſus eſt ſe eſſe Filium Dei viui ſup.16.& Luc.9.c.& ita etiam ſe Meſſiam fatebatur,& illud idem mulieri Samaritanæ dixit,cum illa dixit Io.4.ca. Meſſias veniet, & annunciabit nobis oĩa,ille dixit.ego ſum q loquor tecum.& tñ Iudæis non dicebat nunc iſtud: ſed dæmonibus ſcientibus iubebat vt tacerent,vt dictum eſt ſupra 8.c.Et etiam quædam alia dicebat diſcipulis quæ iubebat pro tunc abſcondi, ſicut de transfiguratione ſua dixit ſup.17.c.nemini dixeritis viſionẽ donec Filiꝰ hoĩs a mortuis reſurgat. Sed iſtud de poteſtate ſua regali erat neceſſarium exprimi,& de aduentu ad iudicium,ideo dixit ſe regem, & modum gloriæ ſuæ, & poteſtatis oſtendit,ſed nõ dixit iſtud omnibus,ſed ſolis diſcipulis,& non omnibus, ſed ſolis quatuor in ſecreto Mar.13.c.ſicut trãſigurationem ſolis tribus reuelauit iubens ne alijs dicerent ſupra 17.c.

Quare erunt ſeparati boni & mali iudicandi in iudicio. Quæſt. CCCLIX.

QVAERETVR, quare erunt ſeparati boni,& mali iudicandi, ita vt boni iudicentur eſſe in parte dextra, mali vero in ſiniſtra.

Dicendum q erit propter differentiam dignitatis, quia boni & mali non ſunt æquales, ideo cum recte omnia ordinata fuerint etiam in eodem loco non erunt,& ſic erunt boni ad dexteram mali ad ſiniſtram.

Sed dicendum q non eſt iſta cauſa præcipua, nam ad hoc q ſint in diuerſis locis boni & mali ſufficit diſtinctio boni & mali,& tamen q quidam ſint ad dexteram alij ad ſiniſtram, non eſt ex eo, q boni & mali ſunt,ſed bonis conuenit,q ſint in aere. nam rapiẽtur in nubibus obuiam Chriſto in aera.1.Theſſa.4.ca.ibi. enim omnes boni erunt, vt oſtenſum eſt ſupra, mali autem omnes in terra: & ad hoc ſufficiebat, q ſuper eandem partem terræ eſſent boni & mali,ſed mali ſupradem in terra,boni vero ſuper eos in aere, & ſic nõ eſſent ad dexteram & ſiniſtram.

Dicẽdum ergo q iſta diſtinctio loci erit, vt omnes boni ſint per ſe,& omnes mali per ſe. Et cauſa huius eſt non quaſi mali noceant bonis, vel boni excuſentur malos a pœna,ſed propter ſententiam,quia, vt oſtenſum eſt ſupra,iudicium fiet vocaliter, ideſt, vt omnia quę hic ponuntur,vocaliter dicantur,vel alia ſimilia. ſaltem enim ſentẽtia vocaliter proferetur, & ideo ſint hic duæ ſententiæ,vna condemnatoria,altera abſolutoria,oportebat in vtraque earum expreſſe nominari qui abſoluuntur,& in alia nominari eos qui condemnantur,iſtud autem longiſſimum erat, vt ſ. omnes homines ex proprijs nominibus nominarentur, & imo le.ideo ferũt, q boni omnes ſint ad vnam partem, & mali omnes ad alteram: & tunc conuertet vultũ ſuum ad malos,& dicet.ite vos in ignem æternum. conuertens autem vultum ad bonos dicet. venite benedicti percipite regnum.ideo iſtud erit propter quod neceſſario in duas partes diuiſi erunt,ſi tamẽ iudicium fieret ſolum mentaliter,vt plurimi volunt,non eſſet neceſſarium fieri diuiſionem & ſeparationem, ſed eſſent permixti boni & mali, q libet ſentiret in mente quid de eo diſſentiret, ideo cogitandum eſt quòd vocaliter fiet iudicium.

Quomodo fiet diuiſio iudicandorum ante ſententiam. Quæſt. CCCLX.

SED quæretur quomodo fiet iſta diuiſio ante ſententiam,quia executio ſententię non eſt ante ſententiam,& tamen executio illius iudicij erit ſeparatio bonorum & malorum,ergo non ſeparabuntur ante ſententiam. Et apparet iſtud quia in hoc dicitur differre iudicium vltimum,& generale a particulari iudicio quod nunc in morte ſingulorum geritur, nam in particulari manent adhuc boni permixti malis, ſed illud vero vltimum non manebunt aliqui boni cum malis,ideo finis iudicij eſt ſeparatio, & ſic nõ erit ante ſententiam.

Dicendum q ſententia ſemper eſt ante executionẽ,& ẽt in illo iudicio generali. Cum vero dr̃ q ſeparatio eſt executio huius ſententiæ, dicẽdum q duplex eſt ſeparatio illorum,vna eſt totalis, alia eſt inchoata. totalis eſt illa quando nulli boni erunt cum malis,& tam boni quam mali erunt in locis proprijs: inchoata vero eſt illa ſm quam nulli boni ſunt cũ malis, & tamen neutri ſunt in locis proprijs. De prima dicendum q eſt executio, & finis iudicij vltimi, quia tunc ſeparabũtur omnes mali,vt ſint in inferno, & omnes boni,vt ſint in vita æterna, & hoc apparet tã ex ſententia quam

quam ex executione.nam in ſententia bonorum dicitur,venite percipite regnum, & in ſententia damnatorum dicitur,ite maledicti in ignem æternum. & in executione dicitur, ibunt hi in vitam æternam,& illi in ſupplicium æternum. & ſic appãret,q ſeparatio malorum & bonorum,quæ in ſententia ponitur,non eſt vt ſolum ſint ab inuicem diſtantes, ſed vt ſint in proprijs locis.Inchoata vero ſeparatio eſt qua ab inuicẽ ſeparantur,ſed non conſtituuntur in proprijs locis,& talis erit ſtatus malorum,& bonorum in iudicio,ideo licet ante ſententiã ſint ſeparati,non eſt executio ante ſententiam,quia nõ eſt illa ſeparatio de qua in ſententia dicitur.

Quare in ſententia pro bonis dicetur venite, cum non ſit iſte modus ſententiæ diffinitiuæ. Quæſt. CCCLXI.

QVAERETVR, quare in ſententia pro bonis dicetur venite, cum nõ ſit iſte modus formalis ſententiæ diffinitiuæ.ſ.vt contineat abſolutionem vel cõdemnationem?

Dicendum q conuenienter Chriſtus dicet,venite, quia in ſententia iſta bonorum adiudicatur bonis illud bonum, quod meruerunt per opera ſua, bonum autem completiuum conſiſtit in appropinquatione hominis ad Deum. Nam non habet homo in ſe bonum ſuum,cum nõ ſit ipſe bonus per eſſentiam,ideo neceſſe eſt habere illud per participationem. Eſt autẽ participatio adhærere ad illud bonum,quod eſt per eſſentiam bonum, hoc autem Deus eſt, ideo conſiſtit bonum hominis in adhæſione ad Deum iuxta illud Pſal.72.ſ.mihi autem adhærere Deo bonum eſt,& illud 1.Corin.6.c. qui adhæret Deo vnus ſpiritus fit cũ eo.ideo Chriſtus in iudicio pronunciat de bonis, q ei debeant adhærere: hoc autem notat dicens, venite,id eſt accedite ad me,quaſi dicat,ante hoc nõ fuiſtis me cum,ideo nunc accedite, vt gaudium veſtrum plenũ ſit.Sic dicit Origenes ſuper Matt. rex dicet his qui ad dexteram ſunt, venite, vt quicquid minus fuerat eis cum perfectius vniti fuerint Chriſto, conſequantur. Et quia ſententia de bonis, & malis proferetur appoſito modo, ſicut bonorum perfectio eſt accedere ad Deum,ita & malorũ pœna eſt recedere a Deo, vnde ſicut dixit bonis,venite,ita dicit malis,ite & recedite.

Quomodo Chriſtus dicit illis, venite, quia iam boni acceſſerant. Quæſt. CCCLXII.

SED dicetur quomodo Chriſtus dicit illis,venite,i. accedite,quia iam acceſſerant ſumma appropinquatione? nam nemo erit pro quo ibi feratur ſententia abſolutionis qui iã non ſit beatus,quia ſtatim poſt mortem, vel ſaltem ante apparitionem in iudicio & reſurrectionem ſunt beati omnes qui futuri ſunt beati,& non ſolum hoc,ſed etiam habent ſinguli gradus beatitudinis eis competentis, & nunquam maiorem habituri ſunt, quia beatitudo non augetur poſt mortem,cum non augeantur merita.

Dicendum vno modo, q dicit venite ad ſignandũ maiorem appropinquationẽ, quia vere maior eſt appropinquatio.nam prius habebant beatitudinem ſm animam ſolum,tunc vero habebunt ſm aĩam & corpus,quia corpora oĩa beatorum erunt glorificata, & dotes ipſorum ſunt beatitudo corporum,& ſic magis accedunt ad Chriſtum quam prius: verũtñ iſta approximatio non ſignatur inquantum dr̃, venite, quia iam habent gloriam corporis cum eis Chriſtus dicit, venite,per reſurrectionem quippe iſtã cõſecuti ſunt. Secundo poteſt accipi appropinquatio ad manendũ. nam ante hoc nõ erat Chriſtus cum omnibus bonis præſentia corporali, tunc vero in æternum manebũt cum eo,& ideo ad hoc eos vocat,vt veniant.

Tertio poteſt intelligi hoc reſpectu loci in quo erunt in iudicio.nam ibi Chriſtus erit excelſior oĩbus: boni autem ſub eo,vel ad dexteram eius erũt, ſed inferiores, ideo completo iudicio vocat illos, vt ſimul cum eo ſint.Quarto dicẽdum & melius q vocat eos ad locum in quo erit beatitudo. nam licet beatitudo erit vbicunque Deus per eſſentiam videatur a bonis, tamẽ ad hoc ſpecialiter deputatus eſt locus vnus.ſ.cęlum empyreum,in quo in æternum maneant Sancti cum Chriſto, ideo quando Chriſtus loquitur de hac beatitudine vocat eam regnum cęlorum, quia in cœlo erit,& tñ in cœlo nunquam fuerunt beati corporaliter,ideo vocat eos, vt illuc vadant ad manẽdum ibi. Et iſtud expreſſe vult lr̃a.ſ. venite, & poſſidete regnũ, quod paratum eſt vobis,quaſi dicat.ego volo nũc vobis tradere poſſeſſionem regni, quod eſt vobis paratũ ſed illud non eſt hic,cum preſupponatur,q iudicium erit in terra,& in aere propinquo:ideo dicit,venite,& poſſidete,ideſt venite mecum, & dabo vobis poſſeſſionem illius regni.& iſte modus loquendi conſonat toti ſcripturæ:nam quandiu hic ſumus peregrinari dicimur a Domino.2.Cor 5.ca ergo vr̃,q ad hoc, q habeamus bonum noſtrum, quod eſt in peregrinatione nunquam habet acceſſus ad Deum a quo ſumus peregrini? Etiam ippãret Io.16.ca.vbi cum dicit Chriſtꝰ modicum,& non videbitis me, triſtati ſunt diſcipuli, & ille ait eis.amen dico vobis,quia plorabitis,& flebitis vos: mundus autem gaudebit,vos autem triſtabimini,ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Sed iſtud ſtatim aperuit dicens. & vos igitur nunc triſtitiam habetis,ſed iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum,& gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis.iſtud autem gaudium futurum erat,quando acciperet eos ad ſe,vt cum illo eſſent Io.14 ca non turbetur cor veſtrum,in domo Patris mei manſiones multæ ſunt, ſi quo minus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum, & ſi abiero, & prępauero vobis locum, iterũ veniam,& accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego ibi,& vos ſitis.& hoc promiſit Chriſtus quaſi totum præmium operationum noſtrarum.quibus eum ſequmur Io.12.capit.ſ.ſiquis mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ego ſum,illic & miniſter meus erit.& in hoc q erunt cum illo habebũt totum bonum beatitudinis Io.17.c.ſ.Pater volo,vt quos dediſti mihi vbi ego ſum & illi ſint mecum, vt videãt claritatem meam quam dediſti mihi,quia dilexiſti me ante mũdi conſtitutionem,& tamen videre hanc claritatem eſt beatitudo, iuxta illud eodem cap.hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te,& quem miſiſti.apparet ergo,quòd tota beatitudo conſiſtit in appropinquare Deo, & iſtam appropinquationem ſignauit cum dixit,venite,ſcilicet, ad locum quem vobis paraui,vt ſemper mecum ſitis. conuenienter ergo in ſententia bonorum ponitur, venite.

Cum autem dicebatur ſupra, q non erat formalis ſententia,quia non continet abſolutionem,neq; condemnationem. Poteſt dici vno modo,q continet abſolutionem.nam cũ dicit,venite, adiudicat eis bonũ, quod merentur,& verum eſt,q bonum quod eis per ſententiam adiudicatur eſt regnum, & illud ſignatur cum dr̃,poſſidete regnum:ſed quia illud abſens videbatur,& non poterunt illud poſſidere, niſi eundo ad illud dicitur, venite, i. veniendo poſſidebitis. & idem modus eſt in ſententia contra malos,quia in illa damnant ad ignem æternum, qui locum determinatum habet,& ad illum non poterant tradi, niſi eundo, q abſentes erant,ideo dicitur,ite maledicti. Et ideo ſententia bonorum continet abſolutionẽ.nã adiudicãdo

eis vitam æternam absoluit eos ab obligatione pœnarum æternarum, cum nō sit medium inter hæc, ideſt damnari ad pœnam ęternam, aut habere vitam æternam, non eſt autem neceſſe, ꝙ in ſententia contineatur abſoluo, aut condēno: ſatis enim eſt quòd contineantur aliqua æquipollentia, & ita fit hic.

Secundo poteſt dici, ꝙ in ſententia Dei, quæ eſt libera a iuribus noſtris, non eſt neceſſe, ꝙ contineātur ea quæ faciunt ad formalitatem ſententiarū noſtrarum, cum neque iudicium ſuum teneat formam iudicij noſtri. Nam in iudicio humano diſtinguuntur teſtes a iudice, quia oportet eſſe ibi actorem, iudicē, & reum, & teſtes extra de verbo. ſignifi. cap. ſorus. immo & iudici non creditur ſi aſſerat aliquid factū ſuiſſe in iudicio, aut non factum, & ideo debet tenere ſecum tabellionem, qui vniuerſa iudicij acta conſcribat. aut ſi illum non poteſt habere debet duos viros habere idoneos extra de probatio cap. quoniam contra falſam. & iudici non ſolum non creditur aſſerenti, ſed etiam non præſumitur pro ſuo proceſſu, niſi qualis oſtenderit legitimis documentis eod. c. Secus autem de iudicio Dei, quia ibi idem eſt iudex, & teſtis, vt dicitur Ierem. 9. cap. Ego ſum iudex, & teſtis dicit dominus. a fortiori ergo circa formalia, ideſt circa ritus iudicij minus obſeruabitur modus iudicii noſtri in iudicio Dei.

Tertio poteſt dici, ꝙ iſtud ſit, quia iudiciū vltimū, licet poſſit vno modo vocari iudicium, magis tamē vocatur executio prioris iudicij, quia in particulari iudicio iudicantur omnes, ita vt nullus ſit in generali iudicio qui non fuerit iudicatus in morte, ideo potius fit ibi executio prioris iudicij quam nouum iudiciū: vnde non oportet, ꝙ in ſententiando in generali iudicio ſeruetur formale in verbis ſententiæ.

Quare dicitur, venite benedicti, & qui dicuntur benedicti.
Quæſt. CCCLXIII.

QVAERETVR quare dicitur, venite benedicti.

Dici poteſt vno modo, quòd benedictus ponitur in laudem, ſicut ſolemus vocare aliquos homines benedictos, quia boni ſūt, & aliquos maledictos, quia ſunt mali. Et ita hic omnes beati vocantur benedicti, omnes vero damnati, quia mali ſunt vocantur maledicti.

Secundo vocatur aliquis benedictus, ideſt benefortunatus, & maledictus malefortunatus, accipiendo iuxta modum vulgarem. Nam fortuna nō eſt mala, neque bona, ſed diuina diſpoſitio, & ſic valde conuenit, quia nullus eſt melius fortunatus quam qui ad maximum bonum peruenit, & quia beati conſequūtur maximum bonum, quod eſt beatitudo vocantur benedicti, & eadem ratione damnati vocantur maledicti, quia ad maximum malorum venerunt, ideſt ad damnationem æternam, & prouenit iſte modus loquendi ex præſuppoſitione vulgari: putant enim mala, & bona prouenire ſecundū diſpoſitionem fatalē, quaſi illa præceſſerit vitā, & ſic prius quam homo naſcatur de eo diffinitum, & dictum eſt, quòd bona habebit, vel mala, talem autem præcedentem diſpoſitionem vocant fatum a fando dictum, ideſt, quòd ita locutus eſt ille qui diſpoſuit de vita huius, vel illius, & eos qui ad bona prædordinati ſunt benedictos vocant, quia de eis bona dicta ſunt, ideſt prænunciata, maledictos autem vocant è contrario omnes illos de quibus mala diſpoſita, & dicta ſunt antequam naſcerentur, & iſte eſt modus vulgaris.

Tertio vocatur benedictus, ideſt benedicibilis, ſ. ille qui talis eſt, vt omnes de eo bonum dicere debeāt, ita beati ſunt. nam merentur, vt omnes de eis bonum dicant, è contrario damnati ſunt maledicti, ideſt digni de quibus mala omnia dicantur.

Quarto vocantur benedicti ad ſignandum iuſtitiā retributionis, ſcilicet boni ſunt benedicti, ideſt digni, vt eis detur bonum vitæ æternæ, & mali ſunt maledicti, quia digni ſunt, vt pœnæ æternæ malum eis infligatur.

Quinto poteſt accipi benedictus a benedictione iuxta conſuetudinem ſcripturæ. ſ. quòd benedictio ſignat abundantiam, maledictio autem defectum. Et patet quia benedictio opponitur auaritiæ, vel parcitati. 2. Corin. 9. cap. ſ. preparent repromiſſam benedictionem hanc præparatam eſſe non quaſi auaritiam, ſed ſicut benedictionem: qui enim parce ſeminat parce metet, qui in benedictionibus ſeminat de benedictionibus metet. ergo oportet accipi benedictionem, ideſt abundantiam, vel multitudinem, cum opponatur auaritiæ vel parcitati, & tunc vocantur boni benedicti, ideſt abundāter omnibus bonis locupletati, damnati vero vocantur maledicti, ideſt diminuti, vel deficientes omni bono.

Ad quid vocat hic Chriſtus beatos benedictos.
Quæſt. CCCLXIIII.

SED dicetur ad quam intentionem vocat hic Chriſtus beatos benedictos.

Dici poteſt, quòd accipitur vno modo in laudem, ideſt, ꝙ vltra bona quæ Deus facit beatis adhuc vult laudare eos, & ad hoc vocat ipſos benedictos, quaſi dicat, o vos filij mei multæ laudis, & honoris venite ad me. & hoc conſonat verbo Apoſtoli ad Corin. 1. c. 4. ſ. tūc erit vnicuique laus a Deo, ideſt ipſe laudabit omnes bonos: non ſolum enim faciet, ꝙ quilibet beatus laudem ante totum mundum habeat, ſed etiam ipſe eum laudabit, & hoc eſt, quòd erit laus vnicuique a Deo, ideſt bonis: è contrario autem in damnatis non ſolum coram toto mundo patientur cōfuſionem & ignominiam, ſed etiam a Deo recipient obiurgationem, & opprobrium, & hoc eſt cum dicit, ite maledicti, & debet intelligi, ꝙ proferatur cum īdignatione.

Secundo poteſt dici, ꝙ Chriſtus dicat benedictos ad ſignandum fœlicitatem, ideſt venite bene fortunati, & fęlices. ſ. prænuncio vobis, ꝙ omne bonum vobis paratum eſt: è contrario autem malis dicitur, ite maledicti, ideſt male fortunati, & infęlices, quib⁹ malum bonum aderit, ſed omnia bona deficient, & omnia mala vobis erunt præſentia, & iſte modus loquendi eſt in ſcriptura, vt Deutero. 28. c. ſ. benedictus tu in ciuitate, benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſque iumentorum, benedicta horrea tua, benedictæ reliquiæ tuæ, benedictus eris ingrediens, & egrediens, ideſt in omnibus proſperaberis, & bonam fortunam habebis, & nihil erit quod incipias in quo tibi bonum nō prouenīat: iſtud enim ſolemus vocare bonam fortunā, & tales benedictos vocat ſcriptura. E contrario maledictus dicitur infortunatus, ideſt cui in omnibus veniunt mala, & nihil incipit in quo non ſuſcipiat aduerſitatem. ſic dicitur eod. c. maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, & apparet manifeſte, quòd ibi maledictio non ſignat niſi infortunium, eo modo quo vulgariter vocamus infortunatos homines, & iuxta hūc modum locutus eſt Chriſtus vocans beatos benedictos, quia omnia bona ſibi prouenieb̄at, damnatos autem maledictos, quia omnia bona eis deficiebant, & omnia mala ſuperabant.

Quare

Quare dicitur, benedicti Patris mei.
Quæſt. CCCLXV.

QVAERETVR, quare dicitur, benędicti Patris mei. Dicendum, quòd iſte genitiuus Patris poteſt dupliciter ordinari. vno modo cum hoc nomine benedicti, alio modo cum illo accuſatiuo regnū. Accipiendo primo modo eſt ſenſus, venite benedicti Patris mei, ideſt a Patre meo: ipſe enim benedixit vobis, nam ipſe amat vos, quia vos me amaſtis Io. 17. cap. & non dixit benedicti abſolute, vel benedicti a me, ſed a Patre meo. & cauſa eſt, quia Chriſtus iudicat, vt homo, & loquitur nunc, vt homo, & ſic Pater eſt maior eo Io. 14. c. & ipſe omnia quæ habet accepit a Patre, & facere iudicium a Patre accepit. nam Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio facere Io. 5. cap. & ideo quia benedictio a maiori datur ad Hebræ. 8. cap. benedictio datur a Patre, qui maior eſt Chriſto inquantum ille homo eſt.

Alio modo accipitur, benedicti Patris mei, ideſt o vos benedicti qui eſtis Patris mei, ideſt eſtis eius filij, & pars eius, quaſi dicat, ceteri non pertinent ad Patrē meum, quia per mala opera ſe ab eo alienos fecerunt, & nihil de bonis eius percipient, vos autem ſoli eſtis filij Patris mei, & ad vos pertinēt omnia bona Patris mei, & regnū eius, ideo vos benedicti eſtis, quia eſtis Patris mei, ideſt nulla maior benedictio eſſe potuit, ꝙ quòd eſtis Patris mei, ideſt filii eius, vel ad ipſum ſpecialiter pertinentes. & iſte ſenſus adhuc magis cōuenit literæ quam præcedentes, quia ad illum ſenſum deberet dici. venite benedicti a Patre meo, & non Patris mei.

Accipiendo ſecūdo modo eſt ſenſus. venite benedicti, & percipite regnum Patris mei. & vocat tūc regnum Patris ſui, quia ipſe accepit a Patre regnum, & gloriam, & honorem 1. Pet. 1. c. ideo & omnes nos ꝙ regnum accipiemus habebimus illud a Patre, quia regnum Patris eſt.

Et dicendum, ꝙ licet alij ſenſus poſſint ſtare, tamē iſte vltimus eſt verior. Et patet primo, quia hunc tenet Rabanus, ſ. vocantur benedicti quibus pro bonis meritis debetur æterna benedictio. Patris autem ſui dicit eſſe regnum, quia ad illum refert poteſtatem regni, a quo ipſe rex eſt genitus.

Secundo patet, quia ſi benedicti Patris dicerentur, ideſt benedicti a Patre, ex oppoſito damnati dicerentur maledicti Patris, ideſt a Patre, quia ab eodē eſt benedictio, & maledictio, & tamē cum de damnatis dicitur, nulla expreſſo fit de Patre, ſed ſolum dicitur. ite maledicti, eo ꝙ non ponitur ibi regnum. ergo eſt ſenſus poſſidete regnum Patris.

Quid ſit regnum hoc quod debent poſſidere.
Quæſt. CCCLXVI.

QVAERETVR, quomodo dicitur poſſidete regnum, & quid ſit regnum iſtud.

Dicendum, ꝙ regnum iſtud eſt beatitudo æterna: eſt enim illud glorioſum regnum in quo cum Chriſto regnant omnes Sancti. Vocatur autem regnū dupliciter. vno modo ius regnandi, alio modo ipſum in quo regnatur. Accipiendo ſecundo modo poteſt vocari regnum Dei omne quod in entium vniuerſitate eſt, eo ꝙ Deus præſidet omnibus, & omnia gubernat. Et tamen Deus non vult vocare omnia regnum ſuum, vt communiter, licet aliquādo dicat ſe regem omnium iuxta illud Pſal. 46. ſ. quoniam rex vniuerſæ terræ Deus ſpallite ſapienter. ſolet tamen ſe vocare regem ſpecialiter, & hoc quantum ad illa quæ ſpecialiter ſua iudicat, vel facit. Sic enim Exod. 19. ca. dicitur, mea eſt omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. & ſic ſolius gentis Iudæorū vocauit ſe ibi regem, & ſic patet 1. Reg. 8. c. vbi Deus doluit, quia Iſraelitæ petiuerunt regem ſuper ſe, eo ꝙ ipſe regnabat ſuper eos ſpecialiter, ſicut vnus homo ſuper vnam gentem: vnde ait ibi ad Samuelem, non te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos. Sic autē, quia tunc elegit Deus populum, qui ad eum conuerti voluit per doctrinam Chriſti, licet ad ſe totum orbem vocauerit Mar. 16. c. & infra 28. non tamen omnes audierunt, quia non omnes obediunt Euangelio ad Rom. c. 10. ideo eos qui congregati ſunt, & manēt vocantur Eccleſia, & iſti ſunt regnum Chriſti, de quibus dicit, ꝙ ſunt regnum cęlorū iuxta illud ſupra 13. c. colligent de regno eius omnia ſcandala, & idem ait Gregor. in Homilia, ſ. ſępe in ſacro eloquio præſentis temporis Eccleſia dicitur. alio modo, & ſpecialius vocatur regnum Dei vita æterna, quia quanto aliquid ſpecialius ad ipſum pertinet, tanto rectius regnū eius vocatur, nihil autem magis ad Deum pertinet quam beati, qui totaliter eius erunt, & ipſe eis bona ſua cōmunicabit, quæ alijs abſcondita habet Pſal. 30. quam magna multitudo dulcedinis tuæ quam abſcondiſti timentibus te. non enim oculus vidit, neque auris audiuit quæ præparauit Deus diligentibus ſe 1. Corin. 2. ca. ideo ſpecialiter vocatur regnum Dei, vel regnū Patris vita æterna. ſic dicitur hic Patris poſſidete regnum. De hoc dicit Augu. 20. lib. de ciui. Dei, ſ. excepto autem illo regno de quo in fine dicturus eſt, poſſidete paratum vobis regnum, licet longe impari modo, etiam præſens eccleſia dicitur regnū eius, in quo adhuc cum hoſte conſligitur, quouſque veniatur ad illud pacatiſſimum regnum vbi ſine hoſte regnabitur,

Quomodo beati habebunt regnum.
Quæſt. CCCLXVII.

SED quæretur quomodo beati habebūt regnum: dicitur enim omnibus illis, venite poſſidete regnum, & tamen nō poſſunt omnes poſſidere regnū, quia regnum vnius eſt, iſte autem Deus eſt, ideo nullus beatorum regnabit, & ſic nullus eorum poſſidebit regnum. Dicendum, ꝙ omnes beati poſſidebunt regnum Dei, immo regnabūt in eo. ſic enim ſcriptura accipit, vt dicitur Apoca. 5. c. feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabunt ſuper terram, ſ. illi qui facti ſunt regnum, & ſacerdotes regnabunt, & Apoca. 20. ca. dicitur, vidi animas decollatorum propter teſtimonium Dei, & qui non adorauerūt beſtiā, & vixerunt, & regnauerūt cum Chriſto mille annis. ecce expreſſe ponitur regnum Sanctorum reſurgentium. nam dicitur, ꝙ illi qui decollati ſunt vixerunt, & poſtea regnauerunt cum Chriſto. Sed regnū cum Chriſto eſt in vita æterna. ergo Sancti regnabunt. Qđ vero dicitur de mille annis nihil obſtat, quia ponitur pro regno æterno, ideo poſſidebunt regnū, & regnabunt, & hoc omnibus competit. nam Apoca. 5. & 20. de omnibus Sanctis dicitur, ꝙ regnabunt, & ita dicitur hic omnibus beatis, poſſidete regnum.

Cum vero dicitur, ꝙ ſolus Deus regnabit, & poſſidebit regnum, dicendum ꝙ poſſidere regnum dupliciter accipitur. Vno modo pro habere ius regni, vel regnandi. alio modo pro eſſe in regno pacifice, & aliquod ius habere, vel lucra de illo capere, & bona ſua ibi habere. Primo modo vnius regni vnicus eſt rex, iō ille ſolus regnum habet, & poſſidet ſtricte ſumendo, ceteri autem non. Accipiēdo ſecundo modo omnes habitatores in aliquo regno dicuntur habere illud regnum, vel poſſidere, quia bona quæ in illo ſunt percipiunt,

piunt, & nullus eos impedit, sed pacifice ibi manent. Prouenit autem ista diuersitas ex eo, q̃ regnum accipitur aliquando pro iure regnandi, aliquando pro eo in quo regnatur. Accipiendo primo modo regnum est vnius tantum, quia ius regnandi indiuisibile est, & non potest vocari vnum regnũ, nisi ab vnitate regis. Accipiendo secundo modo regnũ diuisibile est, & diuisum, quia est multorum: omnes enim qui bona sua in eo habent dicuntur habere aliquid de regno illo, & possidere in illo regno. Primo modo solus Deus est rex, & possidet regnum. Secundo modo omnes beati possidebunt regnum, quia omnes habebunt ibi aliquid, & multum, & totum. De hoc August. lib. de Pœnitẽtia, dicet aliquis regnare nolo, sufficit mihi salum esse. Respõdet in quo primum eos fallit opinio, quia eorum, neque salus est vlla, quorũ iniquitas perseuerat, deinde si est aliqua differentia inter regnantes, & non regnantes, oportet tamen, vt in vno regno sint omnes, ne in hostium, aut in aliorum numero deputentur, & ceteris regnantibus ipsi pereant: omnes enim Romani Romanum regnum possident, quamuis non omnes in eo regnent.

Secundo potest dici, quòd adhuc specialius dicuntur Sancti habere regnum illud quam dicantur homines de vno regno possidere illud. nam in eodem regno omnes habent aliquid, quia quilibet habet ibi bona sua, nullus tamen habet bona omnia, neque licet alicui in regno aliquo facere tòtum, quod vult, nisi regi: immo & rex habet voluntatem arctatam ratione, aut aliqua lege non ab eo facta, ideo de nullo habitatore illi⁹ regni dicitur, q̃ possidet illud regnũ, accipiendo regnum pro eo in quo regnatur, sed q̃ quilibet possidet aliquid de regno, & tamen nõ est sic de beatis, quia quilibet illorum habet totum, quod est in regno cælorum, quia non est ibi aliud bonum, nisi summum bonum, quod est omne bonũ, & illo fruitur quilibet ad nutum, quia quilibet de Deo tantum habet quantum vult, & nihil vult, quod statim nõ habeat, & siquid aliud ex Deum vult, ideſt, q̃ sit in se, vel in alio, illud statim est, quia nihil est, quod non succedat beatis ad nutum, ideo nõ solum habebit quilibet eorum aliquid in regno illo, sed totum regnum, quia nihil erit alienum, ideſt quo ipse non vtatur ad nutũ, propter quod de quolibet beato dicetur, q̃ ipse habet regnum cælorum, & q̃ ipse regnat, de quolibet autẽ habitatore alicuius regni non est verum, q̃ habet totum regnum, sed neque q̃ regnat. recte ergo dictum est, possidete regnum.

Tertio potest dici, q̃ regnãt beati, quia regnare potest accipi pro ipso actu gubernandi pertinente ad ius regni, & ita vnius est, vel pro participare in aliquo alio actu, & ita qui regibus adherent regnare dicuntur, sed omnes Sancti adhærebunt Deo ad maximam adhæsionẽ, & inseparabilem, ideo omnes dicentur, regnare. & sic accipitur Apoc. 20. c. ſ. regnabunt cum Christo, ſ. Christus principaliter regnabit, & illi cum eo regnabunt per participationem prædictam.

Quarto potest dici, q̃ regnabunt Sancti, sicut Deus regnat, vel sicut Christus, licet non æqualiter. Potest enim accipi regnare, ideſt habere statum regalem, ſ. maiestatem, cultum, gloriam, & honorem. Alio modo regnare, ideſt gubernare, quia iste est actus regũ, qui a regendo dicunt. Accipiendo primo modo omnes regnabunt in vita æterna. nam rex non habet super se in regno aliquem coercentem, & arctantem ad certum modum agendi, ita & Sancti nullum habebunt in vita æterna, qui iubeat eis aliquid facere vltra id, quod ipsi velint, aut vetet agere, id quod ipsi velint, ideo quantum ad hoc erũt, sicut reges. rursus habebũt maiestatem, & gloriam, & honorem plus quã reges habeant, & omnia seruient eis, nihilque obstabit voluntati eorum, ideo nihil eis deficiet de regali statu. Si autem loquamur de gubernatione potest dici, q̃ tunc cessabit gubernatio, saltem isto modo quo nunc est, quia super bonos gerit Deus nunc gubernationem sicut super malos, & aliquid fit contra voluntatem bonorum, sicut contra malos, tunc autem nihil Deus faciet super bonos, nisi quod ipsi voluerint, & hoc de eis erit, quod ipsi voluerint. Vnde quasi liberi a gubernatione videbuntur. super damnatos secus erit, quia ipsi manebunt sub gubernatione, & tenebuntur in pœnis multis, & quantum ad hoc videbitur pertinere gubernatio ad beatos, quia nihil de malis fiet, nisi quod ipsi volent, ideo cum omnia fiant in regno illo quæ ipsi volunt, & nihil eis nolentibus fiat, recte dicuntur regnare, quia nihil plus habent regnantes.

Quare potius dicitur possidete quam aliquid aliud.
Quæſt. CCCLXVIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur possidere regnum, & quare potius dicitur possidete, quam aliquid aliud, ideſt recipite, vel habete.

Dicendum, q̃ dicitur hoc vna ratione, quia possessio signat tenentiam rei in pace, cum dicatur possessio quasi pedum positio, id vero in quo pedes ponimus subditum est nobis, & in pace tenetur, & quia regnum illud a Sanctis tenebitur in summa pace, & sine vllo timore perdendi illud, dicentur illud possidere.

Alio modo dicitur, q̃ possidere signat quasi ius hereditarium, ideſt habere, vt hæreditatem vestram, sic dicit Chrysostomus in Homilia. nõ dixit accipite, sed possidete, siue hæreditate, ideſt iure hæreditario accipite, sicut familiaria bona, sicut paterna, sicut vestra vobis ab antiquo debita.

Dicẽdum, q̃ proprie per hoc, quòd dixit Christus possidete signauit securitatem illius beatitudinis, & proprietatem, ideſt, q̃ iam ad proprietatem, & quasi dominium beatorum pertineat illud bonũ habere, & suo iure illud habeant, vt non intelligatur, q̃ hoc accipiant præcario, vel accommodatum, aut locatũ, quia qui sic aliquid accipit tenet rem alienam, & de voluntate eius cuius res est, & ideo non est securus quandiu tenebit, & talis non possidet, quia ille possidet cuius nomine possidetur, qui autem aliquid possidet tanq̃ proprium tenet, & is cuius res est potest eam semper tenere, ideo vt innueretur, q̃ beati securi sunt de sua beatitudine, & q̃ in voluntate sua est quandiu velint esse beati, quasi rem propriam teneant, vel in qua dominium, aut ius habent dicitur, quòd veniant ad possidendum regnum, ideſt ad habendum in suum.

Quare dicitur, paratum vobis regnum a constitutione mundi.
Quæſt. CCCLXIX.

QVAERETVR quare dicitur, paratũ vobis a constitutione mundi, ideſt regnum ex tunc paratum.

Dicendum, quòd regnum istud est status beatitudinis de quo dictum est, & comparatur statui regali, quia est sublimior omni statu. sicut status regalis est excelsior omni statu mundano, etiam quia conditiones regum conueniunt beatis, vt dictum est supra.

Est autem paratum regnum a constitutione mundi, ideſt ab æterno. Et dupliciter hoc intelligitur. Vno modo de loco in quo erit beatitudo. nam locus ille a principio mundi factus est: cælum enim empyreum est, in quo manebunt Sancti in æternum cum Christo, & sic est locus beatitudinis, quod cælum simul in principio rerum factus est cum Angelis, & luce, & tẽpore, & materia prima.

Alio modo potest accipi regnum non pro loco in quo regnabitur, sed pro statu, ideſt beatitudine quæ est parata a constitutione mundi, quia ab æterno de quolibet dispositum est secundum diuinam prædestinationem, q̃ habeat vitam æternam si illam habiturus est.

Quis autẽm eorum conueniat, dicendum, q̃ vterque, & apparet de primo, quia Christus loquebatur discipulis qui adhuc erant rudes, ideo non tam de statu qui erat aliquid spirituale quam de loco qui poterat accipi, vt aliquid corporale diceret. nam ista omnia multum conuenienter Christus loquitur ad intẽtionem discipulorum: ipsi enim putabant Christũ tẽporaliter regnaturum, & volebant aliquid participare de gloria illius regni, ideo dixerunt ei. nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? supra 19. c. & Christus ait, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, & tamẽ sedere ad iudicandum super tantam multitudinem ostẽdit magnam potestatem, quæ est quædam participatio status regalis, ideo nunc cum de tpe illo loquatur, in quo Filius hominis in regeneratione sedebit super sedem maiestatis suæ, adiunxit conuenienter, q̃ ipsi regnabunt, cum dicat possidete regnum, & statim de loco regni dixit, ſ. paratum vobis a constitutione mũdi. Secundo, quia statim supra de loco dixerat, ſ. venite possidete regnum, sed venire motum localẽ dicit, per quem ad regnum illud venturi erant. ergo cũ dicit, paratum a constitutione mundi de loco accipietur. Tertio, quia dicitur a constitutione mundi, ideſt simul cum mundo cœpit esse locus ille regni. Si autem de prædestinatione ad beatitudinem diceretur, non diceret a constitutione, sed ante cõstitutionem, eo quòd prædestinatio est ab æternitate. ęterna vero non cœperunt esse, sicut mundus qui constitutus est. ideo de loco dicitur qui cępit cum mundo, & non est ab æternitate.

Quarto, quia dicitur de damnatis, ite in ignẽ ęterñum qui præparatus est diabolo, & Angelis eius, & sic dicitur paratus ignis damnatis, sicut regnũ beatis, sed cum de damnatis dicit rem corporalem signat, & non prædestinationẽ: sic ergo erit cum de regno beatorum dicitur. Accipiendo pro statu regni, ideſt beatitudine est conuenienter dictum, quia illa est parata a constitutione mundi, ideſt non nouiter, & hoc secũdum Dei prædestinationem. Et patet primo, quia idẽ dicit Hierony. super Mat. ſ. hæc autem secundum prescientiam Dei accipienda sunt, apud quam futura iã facta sunt. Secundo patet, quia similis modus loquẽdi est ad Ephe. 1. ſ. elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati corã eo. Sed dicendum, q̃ quicquid istorum accipiatur parũ differt. nam locus in quo beatitudo erit non est, nisi propter beatitudinem. q̃ ergo Deus paret nobis beatitudinẽ, vel locum beatitudinis ad habendum ibi beatitudinẽ nihil differt.

Ad quid expressit Christus, q̃ paratum erat illud regnum.
Quæſt. CCCLXX.

SED quæretur ad quid expressit Christus, q̃ paratũ erat istud regnũ, siue sit beatitudo, siue locus beatitudinis. Dicendum, q̃ fuit primo ad signandum securitatem. nam cum tantum bonum daretur beatis, adhuc soliciti essent ne aliquando eis tolleretur, & hæc solicitudo non permitteret gaudium cõsummatum, & plenum, ad tollendum autem solicitudinem hanc dictũ est possidete regnum, ideſt tenete pacifice, & quasi vestrum, ad ostendẽdum ergo adhuc maiorem securitatem dicitur. paratũ vobis, quasi dicat, non timeatis vnquam istud regnum perdere, quia si pro alijs esset, & vobis daretur, poteratis credere aliqñ periturum a vobis, & tamen pro vobis paratum est, ideſt factus est locus beatitudinis, ideo nunquam illũ perdetis, sed tenebitis quasi rem propriam. Et ex hoc apparet, q̃ Christus magis loquatur de loco beatitudinis quam de beatitudine, cum dicat paratum esse, & tamen beatitudo nõ est antequam sit quis beatus, sed est illud regnum paratum, ideo de loco beatitudinis dicitur. Sic quoque de damnatis dicitur, q̃ eãt in ignem æternum paratum diabolo, ideſt non credãt, q̃ aliquando illum ignem euadent, quia pro eis paratus est. vnde quandiu fuerit semper ipsi in eo erũt. Secundo ad signandum quasi dominium, vel proprietatem cum dicatur, paratum vobis, ideſt pro vobis, & non pro alijs, ideſt vestrum est, quia pro vobis est, & nemo vos impediet super possessione eius. Tertio ad signandum, q̃ non habent locum illum quasi a casu, ſ. q̃ acciderit nunc eos habere locum illum, & ita sicut accidit habere contingat perdere, sed habent illũ locum per certitudinem diuinæ dispositionis, cum dicatur, paratum vobis, ideſt ex antiquo pro vobis erat locus iste assignatus.

Quare dicitur a constitutione mundi.
Quæſt. CCCLXXI.

QVAERETVR quare dicitur a constitutione mũdi. Dicendum, q̃ dicitur primo ad designandũ cõditionem loci, ideſt, q̃ nõ putetur locus ille in quo regnandum est aliquis locus cito periturus, in quo parum manendum sit. nam tunc inesset Sanctis solicitudo de terminatione beatitudinis, & hoc repugnat beatitudini, ideo dicitur, q̃ paratus est locus ille a cõstitutione mundi. Sed ea quæ a constitutione mundi sunt semper manent, cũ Deus non fecerit res in principio mundi corruptibiles, sed omnia quæ ibi facta sunt in æternum manent, sicut cæli, & elementa, sed locus ille beatitudinis factus est a constitutione mundi, ergo durabit in æternum, & loco huius dictum est de pœna damnatorum. discedite in ignem æternum, ideſt qui in æternum durabit. Secundo dictum est ad signandum certitudinem de manendo. nam non fieret aliquid ex principio mundi, quod pauco tempore duraturum esset, sed de loco beatitudinis dictum est, q̃ fuerit paratus pro nobis a constitutione mundi. ergo non erit verisimile, q̃ cito terminaretur beatitudo quæ ibi habenda est. Tertio, & præcipue dicitur ad signandum Dei liberalitatem erga nos, ſ. q̃ non elegit nos ad locum illum propter merita nostra, quia merita nostra non sunt, nisi ex tpe, sed Deus ab æterno elegit nos ad beatitudinem, ideo non propter nostra merita factum est, sed causa præcedẽs fuit clemẽtia, aut benignitas Dei, ita vt sit iste ordo, q̃ non ideo Deus elegit, vel accepit bonos ad vitam æternã, quia boni erant, vel quia facturi sic erant, sed potius ideo isti boni sunt, aut boni futuri sunt, quia Deus eos elegit ad vitam æternam, & ob hoc voluit, q̃ boni essent, vt mererentur id quod eis dare voluit, aut disposuit. & talis modus loquendi est ad Ephe. 1. c. elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati coram eo. & ad Roma. 9. c. ostendit Apostolus, q̃ non ex operibus, sed ex vocante Deo, ideſt ex benignitate eius disponentis hominem ad bonum prone nit homini bonum. sic dicit de Iacob, & Esau, quia antequam nati essent, aut quicquam boni, aut mali egissent, Iacob dilexit Deus, & Esau odio habuit. hic ostẽdit nunc, q̃ non ex meritis illorum quibus dabitur regnum

gnum cęlorum proueniet illud, ſed ex Dei benignita F
te, cum illud regnum ſit paratum pro eis a cõſtitutio-
ne mundi, & tamen non potuerunt iſti aliquid mere
ri ante conſtitutionem, neque in ipſa conſtitutione
mundi, cum nondum eſſent. & hoc fuit conueniens
exprimi, vt cum tam excellens bonum Sanctis dare-
tur, non putaret aliquis ſe illud proprijs meritis aſſeq.

Quare dicitur, eſuriui, & dediſtis mihi manducare.
Quæſt. CCCLXXII.

QVAERETVR, circa iſta quæ ponuntur, vt cauſę aliquæ beatitudinis dandæ: & primo cum dici-
tur, eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Dicędum ꝙ
ponuntur hic opera miſericordiæ corporalia. & pri- G
mum illorum eſt paſcere eſurientes, & nominauit il-
lud Chriſtus cum dixit eſuriui &c. Et conſiderãdum,
ꝙ non dicitur, dediſtis mihi manducare abſolute, ſed
præponitur, eſuriui. & cauſa eſt, quia poterat dari mã-
ducatio diuiti, & abundanti, & apud tales non eſt me-
reri. ſic dixit Chriſtus Luc. 14. c. cum facis prandium,
aut cęnam noli vocare amicos, neque fratres, neque
cognatos, neque vicinos diuites, ne forte, & ipſi rein-
uitent te, & fiat tibi retributio, ſed cum facis cõuiuiũ
voca pauperes, debiles, claudos, & cęcos, & beat⁹ eris,
quia non habent vnde retribuant, retribuetur enim
tibi in reſurrectione iuſtorum. & ſic pauperes ciban-
di ſunt non diuites, & pro illis datur retributio in re- H
ſurrectione, & hoc eſt quod dicitur hic. nam iudiciũ
eſt poſt reſurrectionem, & tunc datur vita æterna eis
qui pauperes cibauerunt.

Secundo, quia cum iſta ſint hic opera miſericordię
neceſſe eſt, ꝙ præſupponant aliquam miſeriã, vel ino-
piam, quia alias non vocarentur opera miſericordiæ,
ſed liberalitatis, vel magnificentiæ, & tamen non eſt
aliqua neceſſitas, vel miſeria reſpondens manduca-
tioni, niſi fames. ergo oportet illam præſupponi, &
ſic dicitur eſuriui. Conſiderandum vlterius, ꝙ fames
accipitur dupliciter. Vno modo pro magno defectu
cibi, ex quo ſequitur grandis anguſtia in corpore, &
vocamus eam neceſſitatem famis, vel extremam ne-
ceſſitatem. Alio modo famem dicimus quamlibet I
indigentiam cibi, ſ. quandocunq; corpus exigit cibũ
non manebit in bona habitudine ſine illo. Accipien-
do primo modo nõ ſolum vocatur eſuries, ſed & ne-
ceſſitas famis, & tunc dare cibum talibus non ſolũ eſt
opus miſericordiæ, ſed etiam neceſſitatis, quia tene-
mur illis dare, eo ꝙ ſunt in vltima neceſſitate, & ſi nõ
dederimus eis poſſunt ipſi propria auctoritate accipe
re res noſtras, vel quorumcunq;, & non tenentur po-
ſtea reſtituere extra de fur. ca. ſiquis per neceſſitatem
in tex. & glo. Accipiendo ſecundo modo eſt opus mi-
ſericordiæ, & non debiti, quia non eſt extrema neceſ-
ſitas, & ideo non licet ſic eſurientibus aliena accip-
pere, & ſi acceperint tenentur reſtituere, quia aliena
inuadunt, & tamẽ dare his cibum opus miſericordiæ
eſt, pro quo datur retributio in die iudicij Luc. 14. ca. K
Si vero conſtitutos in extrema neceſſitate famis non
pauerimus, non ſolum non accipiemus retributionẽ,
ſed etiam imputabitur nobis quaſi homicidij crimẽ.
86. di. c. paſce, ſ. paſce fame morientem, ꝙ ſi non pau-
eris occidiſti.

Quare dicitur, ſitiui & dediſtis mihi bibere.
Quæſt. CCCLXXIII.

QVAERETVR de hoc, quod dicitur, ſitiui & de-
diſtis mihi bibere. Dicendum, ꝙ eſt iſtud opus
ſecundum miſericordiæ corporalis. Et conſiderandũ,
ꝙ iſtud non eſt ita communiter opus neceſſitatis, ſi-
cut fames, quia fames tollitur per cibum, & non po-
teſt quilibet habere cibum, neque in quolibet loco,
ideo frequens inopia eſt ciborum. Sed circa ſitim eſt
facilius remedium, eo ꝙ per aquam poteſt tolli, iuxta
illud, initium vitæ hominis panis, & aqua Eccleſiaſti.
29. c. Sed aqua vbique inuenitur, & nullius valoris eſt,
ſed natura illã cõem expoſuit, ſicut aerem, & Solem,
ſic Latona dixit apud Ouidium 6. Meta. ſ.

Quid prohibetis aquas vſus communis aquarum eſt,
Nec ſolem proprium natura neque aera fecit,
Nec tenues vndas, ad publica munera veni.

Ideo nõ eſt neceſſitas potus, ſicut cibi. Et tñ opus miſe
ricordiæ eſt potũ dari ſitiẽti, vt Chriſtus hic dixit. Sic
ẽt Apoſtol. ad Ro. 12. c. ſi eſurierit inimicus tuus ciba
illũ, ſi ſitit potũ da illi. Et iſtud poteſt accidere triplici
ter. vno modo propter imminẽtem neceſſitatẽ, quia
ſicut contingit aliquem conſtitui in extrema neceſſi-
tate ob defectum ciborum, ita contingit mori ob de-
fectum potus, immo citius ſitis quã fames extinguit,
& tunc reſpectu cuiuſcunque potus eſt nõ ſolũ opus
miſericordiæ ſed & debiti, quia quilibet ſufficit ad li-
berandum ab illa neceſſitate. Secundo dicitur opus
miſericordię propter conditionem potus: licet enim
aqua nullius valoris ſit, & a quolibet inueniatur, eſt
opus miſericordiæ circa potum dandum, ideſt, ꝙ de-
tur vinum, quia aqua non eſt potus conueniens cuili-
bet, ſed aliquibus nociuus: iuxta illud 1. Tim. 5. c. noli
adhuc aquam bibere, ſed vtere modico vino propter
ſtomachum, & frequentes infirmitates tuas, dare au-
tem vinum eſt facere ſumptus, ſicut dare cibum, &
non poteſt iſte potus a quolibet haberi, ideo eſt opus
miſericordiæ dare potum ſitienti. Tertio poteſt accie
pi quantum ad omnem potum etiam de aqua. nam
quicquid aliquis det alteri quantumcunque modicũ
beneficium ei præſtat, & apud Deum non manet ſi-
ne retributione ſi propter eũ fiat. ſic dicitur ſupra 10.
c. & Mar. 9. c. quicunque potum dederit vni ex mini-
mis iſtis calicem aquæ frigidæ nõ perdet mercedem
ſuam, & ideo quomodocunque alteri det potum, fa-
cit opus miſericordiæ, quia quãdo quis alteri potum
dat non habet ille, quia ſi ipſe haberet nõ eſſet opus,
vt ei daretur, & cum non habeat, & indiget, iam eſt
opus miſericordiæ.

Quare dicitur, hoſpes eram, & collegiſtis me.
Quæſt. CCCLXXIIII.

QVAERETVR quare dicitur, hoſpes eram, & col-
legiſtis me.

Dicendum, quòd ponitur, vt tertium opus miſeri-
cordiæ, & vere beneficium præſtat qui alterum do-
mo colligit: multi enim vagantur, vt peregrini, qui
domos non habent ad manendum, vel pauperes qui
in proprijs regionibus hoſpites ſunt, eo ꝙ non habẽt
vbi maneant, ſicut dicitur de Chriſto ſupra 8. ca. ꝙ nõ
habebat vbi reclinaret caput ſuum. hos autem reci-
pere hoſpitio eſt beneficium, quia eſt hic inopia, vel
penuria quædam. Nam inter neceſſaria ponitur do-
mus Eccleſiaſtici 29. & eſt neceſſaria ad duo, ſ. ad de-
fenſionem a nociuis, ſiue ex parte temporis, ideſt frí-
goris, caloris, pluuiarum, & vẽtorum, vel hominum,
vel brutorum: ſecundum eſt ad operiendum turpitu-
dinem, & ea quæ nollet homo alijs manifeſtari eod.
c. ideo propter hanc neceſſitatem pertinet ad opera
miſericordiæ. Et licet nont ſit tantę neceſſitatis iſtud
opus, ſicut cibare eſurientem, & potum illi dare, eo ꝙ
ex defectu illorum ſequitur mors directe, tamen ma-
gnæ miſericordiæ eſt, quia multa incõmoda, & mors
ſequi poteſt ſi maneat quis extra hoſpitiũ continuo ꝙ
diem, & noctem, ideo a Chriſto, vt magnæ miſericor-
diæ

diæ opus poſitum eſt maxime quia in recipiendo ho- A
ſpites domo poſſunt ſequi incõmoda ſuſcipienti iux-
ta illud Eccleſiaſtici 12. ca. oẽm hoiem ne inducas in
domum tuam, multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. ſuſti-
nere autem hæc, vel exponere ſe eis difficultas eſt, iõ
opus meritorium iudicatur. Et ſciẽdum, ꝙ iſtud opus
hoſpitalitatis laudatur valde exemplis, & teſtimonio
vtriuſq; teſtamenti. nam in veteri teſtamento lauda-
tur Abraham qui hoſpites ſuſcipiebat. nam & Ange-
los accepit Gen. 18. c. & Loth multum laudatur: nam
ſedebat in foribus vrbis, aut in platea expectans pere-
grinos, vt illos ſecum deduceret in hoſpitiũ. Sic enim
fuit quando accepit duos Angelos veniẽtes ad euer-
tendum Sodomam, quos tamen viros putauit Gen.
19. ca. & Raab hiericontina, quia exploratores domo
ſua recepit habuit nomen æternum in Iſrael cũ eſſet B
Chananæa, & in genealogia Chriſti locũ habuit Ioſ.
2. & 6. & ſupra 1. c. Imperatur etiã, aut laudatur in no-
uo, & teſtamẽto veteri. de veteti patet, quia Iſa. 58. c.
Deus laudauit eam dicens. frange eſurienti panẽ tuũ,
egenos vagoſq; induc in domum tuã. & hoc eſt ĩ ho-
ſpitio recipere. Et ponitur ibi magnum præmiũ pro
hoc, ſ. tunc etumpet quaſi mane lumen tuũ &c. De
nouo teſtõ patet, quia valde committitur nobis iſtud
opus hoſpitalitatis ad Ro. 12. c. ſ. hoſpitalitatẽ ſectan-
tes, & non ſolũ commendatur nobis, ſed & laudãtur
exercentes eam. ſic dicitur ad Hebræ. 13. ca. ſ. charitas
fraternitatis maneat, hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci, p
hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio, re- C
ceptis, & ſpãliter mandatur hoſpitalitas clericis, &
epiſcopis 1. Tim. 3. & ad Titum. 1. ca. vbi inter condi-
tiones epiſcopi dr, ꝙ oportet eum eſſe hoſpitalem. ẽt
viduæ quæ accipiebãtur, vt perſonæ religioſę, & prius
erant probandæ, per hoc probãtur ſi exercuiſſent ho-
ſpitalitatem 1. Timo. 5. ca. ſ. vidua eligatur &c. ſi filios
educauit ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit,
ideo & Chriſtus iuſte laudauit hoſpitalitatem. Conſi-
derandum etiam, ꝙ hoſpitalitas dupliciter accipitur.
Vno modo pro opere miſericordiæ quo ſolum hoſpi
tium præſtatur, colligendo eos qui domũ ad manen-
dum non habent. Alio modo pro oĩbus operibus pie-
tatis ſimul qui exhibentur ſuſceptis hoſpitio, ſ. cibũ,
& potum illis dare, & pedes eorum lauare, & oſculũ D
dare, & conſolari, & alia obſequia quæ impendi ſolẽt.
Accipiendo primo modo diſtinguitur hoſpitalitas ꝫ
alia opera miſericordiæ, & ꝫ cibare, potare, & nõ eſt,
niſi hoſpitio colligere, & ſic accepit hic Chrs cum di-
xit, hoſpes fui, & recepiſtis me. & ſic accipitur Iſa. 58.
c. ſ. frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſq;
induc in domum tuam, cum videris nudũ operi eum.
Accipiendo ſecundo modo non diſtinguitur hoſpi-
talitas ꝫ alia opera, ſed ĩcludit in ſe multa, & hoc mo-
do cõiter accipit Apoſtolus, qñ vocat hoſpitalitatem,
vel charitatem hoſpitalitatis, vt multa ſimul inclu-
dat, & ſignũ eſt, quia qñ ipſe noĩat hoſpitalitatem in
quibuſdam, ſ. Loth, & Abraham ad Hebrę. 13. non ſo-
lum recipiebant illi hoſpitio pauperes, ſed alia eis mi- E
niſtrabant, vt patet Gen. 18. & 19. c. Dicẽdum etiam,
ꝙ hoſpitalitas cum ſit opus miſericordiæ præſtãda eſt
miſeris, ideſt eis qui aliquã miſeriam, vel inopiam ha
bent, & quia noĩe hoſpitalitatis ſolum, aut principali-
ter intelligitur colligere hoſpitio, neceſſe eſt, vt illi ad
quos exercetur indigeant hoſpitio, hoc autem dupli-
citer. Vno modo, quia quis vagatur tranſeũdo per ex-
traneas regiones, & ille licet non ſit pauper nõ habet
domum, & eget hoſpitio. Alio mõ, quia eſt quis pau-
per, & talis ẽt in regione in qua natus eſt domum nõ
habet, ſicut Chriſtus dixit de ſeipſo ſupra 8. ca. ꝙ non
habebat vbi reclinaret caput ſuum. his ergo duobus
generibus perſonarum hoſpitium dandum eſt. ſic dr

A Iſa. 58. c. egenos vagoſq; induc in domum tuã. egeni vocantur pauperes ab egendo, quia etiam in regione ſua egent, & domum non habent, vagi vocantur qui diſcurrunt per alienas regiones, etiam ſi pauperes nõ ſint. Cęteris autem non eſt hoſpitalitas miniſtranda, vel ſi miniſtratur non eſt meritoria, iuxta illud Lucæ 18. c. cum facis conuiuium &c. De hoſpitalitate autẽ multa dici poſſunt. dicetur autem de his prima Tim. 3. cap.

Quare dicitur, nudus fui, & operuiſtis me, & ex quo tempore incæperunt eſſe neceſſariæ veſtes. Quæſt. CCCLXXV.

QVAERETVR quare dicitur, nudus fui, & ope-
ruiſtis me.

Dicendum, ꝙ ponitur, vt quartum opus miſericor
diæ, & vocatur nuditas defectus operimenti. Eſt autẽ
iſtud opus miſericordiæ, quia eſt in nobis miſeria quę
dam, vel inopia, ſ. vt veſtibus egeamus. Dupliciter au-
tem egemus veſtibus. Primo ad operimentum vere-
cundiæ. nam antequam homo peccaret nudus erat,
& veſtibus non egebat, quia non erubeſcebat de ali-
qua parte corporis ſui, ideo tunc nudum eſſe non erat
defectus, ſed natura, cũ vero peccauit homo erubuit
de motu inordinato qui apparuit in membris genita-
libus, quæ mota fuerunt ꝫ rationis dictamen, ideo ab-
ſcondit ſe homo ne Deus eum nudum videret. Pro-
uidit enim dupliciter homo ꝫ verecundiam, ſ. quia de
Deo verecundabatur, & de hoie, ideſt maſculus de fę-
mina, & è ꝫrio. ꝫ primum prouidit ſe abſcondendo:
vnde qñ audiuit vocem Dei ambulantis in Paradiſo
ad auram poſt meridiem abſcondit ſe vterq;, non qa
peccauerat, ſed quia nudus erat. ſic patet Gen. 3. ca. nã
cum dixit Deus, Adam vbi es? dixit Adam, vocẽ tuã
audiui, & timui, ideſt erubui eo, ꝙ nudus eſſem, & ab-
ſcondi me contra hoiem, ideſt vnus ꝫ alterum proui-
dit operiendo partes genitales. nam mox, vt peccaue-
runt inſurrexerunt partes iſtæ inordinato motu con-
tra rationem, & ideo erubuerunt. nulla autẽ alia mẽ-
bra, vel partes corporis inſurrexerunt, ſicut neq; nũc
inſurgunt, & ideo de illis erubuerant ſolum, & illas ſo
las operuerũt, & hoc apparet ex modo amictus, quia
dicitur, ꝙ fecerunt ſibi pizomata, & tñ iſta dicuntur
quædam ſubcinctoria, quibus tegũtur partes inferio-
res ſub vmbilico, & pertingunt vſque ad aliquantam
partem crurum: cęteras autem partes non curauerũt
operire, quia de illis non erubeſcebant. iſta autẽ cauſa
durat, & nunc, quia verecundamur de quibuſdã par-
tibus corporis, vnde eas pudenda, vel verenda appella
mus, ideo nunc veſtes neceſſariæ ſunt propter verecũ
diam. Secunda cauſa eſt neceſſitas paſſibilitatis: eſt. n.
corpus humanum tenerum, & multum paſſibile ab
omnibus exterioribus, ideſt frigore, & calore, & cere-
ris, & ſi nudũ eſſet faciliter alteraretur ad corruptio-
nem, ideo eguit veſtibus. Sed ſciendum, ꝙ ſi in Paradi
ſo manſiſſet non eguiſſet veſtibus. nam ſi indigeret il-
lis ſtatim eas Deus dediſſet hominibus conditis. ſicut
omnia neceſſaria dedit, ſ. ſtatim oſtendit ei cibum, ſed
nihil de veſtibus locut⁹ eſt. Et hoc eſſet propter duo.
Primo propter temperiem loci. nam tanta eſt tempe-
ries Paradiſi terreſtis, ꝙ ibi non alteraretur corpora
nuda, quaſi eſſet locus ille alienus a contrarietate qua
litatum, & ſic quandiu ibi manſuri eſſent non indige
bant homines veſtibus. cum vero foris manendum
eſſet, iam egebant veſtibus.

Secundo, & præcipue propter dubium de confir-
matione. nam ſi homo non peccaſſet ibi in illa prima
tentatione fuiſſet confirmatus, & factus immortalis,
& impaſſibilis, & iam vbicunque eſſet non egeret ve
ſtibus, ideo quouſque homo peccaret, non debuerũt

ei dari

ei dari vestes. Et ita factum est, ꝙ post peccatum homo fecit sibi statim vestes, & Deus fecit ei vestes, sed aliter, & aliter: homo enim fecit vestes quę solū operirent verenda, quę vocantur perizomata, vel subcinctoria. cęteras autem partes corporis non operuit, & causa fuit, quia non fecit vestes propter conseruationem ab intemperie aeris, sed propter verecundiam, & quia non fuit verecundia, nisi in genitalibus organis, illa sola operire voluerunt. Deus autem fecit vestes homini propter vtrunque, ideſt propter verecundiam, & propter intemperiem aeris, sed principaliter propter secundum, ideo fecit eas, vt operirent totum corpus præter vultum, qui non debuit operiri, eo ꝙ ibi sunt omnia organa sensitiua, quæ oportuit semp nuda esse, vt reciperent obiecta, & hoc, quia omnes partes corporis passibiles sunt ab intēperie aeris. Ratio diuersitatis est, quia Adam, licet peccauit, & vidit se nudum non putauit se expellendum de Paradiso, & dato, ꝙ putaret se expellendum, nesciebat an extra esset alia conditio aeris quam in Paradiso, quia nō manserat foris aliquādiu, vt hoc posset experire, ideo non prouidit sibi vestes ad tegendum totum corpus, Deus autem intendebat hominem peccātem statim expellere de Paradiso, ideo dedit ei vestem tegentem totum corpus propter exteriorem aeris intemperiē. sic patet Gen. 3. c.s. fecit Deus Adam, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. & statim sequit, ꝙ emisit eos Deus de Paradiso, vt operarentur, & colerent terram. Ecce igitur, ꝙ propter duas necessitates vestis introducta est, & ideo circa ministrationem vestis est opus misericordiæ inquātum illa est necessaria, & patet etiam, quia inter quatuor necessaria ad vitam ponitur vestis Ecclesia. 29. c.s. initium vitæ hominis panis, & aqua, & domus protegens turpitudinem.

Ad quid extendatur opus hoc misericordiæ de nudis vestiendis.
Quæst. CCCLXXVI.

QVAERETVR ad quid extenditur istud opus misericordiæ.

Dicendum, ꝙ licet vocetur vestire nudos, non est solum ad hoc, sed etiam ad calceandum discalciatos, eo ꝙ vestis vocatur generaliter omne operimētum. vocatur autem operimētum id quo tollitur nuditas, sed nudam vocamus quamlibet partem corporis, qñ nihil ei supposituṁ est. ideo omne operimentum vocatur indumētum nudorum: vnde siquis det calceos non habenti dicitur vestire nudū, & nō est aliud opus misericordiæ quam istud, ideſt nudos vestire. etiam si dederit quis capitis operimentum, vel manuum, ideſt cirothecas non habenti dicitur vestire nudū, quia alias non essent ista opera misericordiæ, cum non ponatur aliquod opus ad qđ possint reduci, nisi sit istud, ideſt vestire nudos, & talis modus loquendi scripturæ est, cum dicit aliquem incedere nudis pedibus, & nudo capite. Sciendū vlterius, ꝙ nudus vocatur hic non quidem qui nullum operimentum habet, s. vniuersam carnem nudam, sed eum qui non habet hæc ad sufficientiam. nam vbi vestis deest nuditas est. Et in hoc possunt poni multi gradus. Primus est, ꝙ habeat quis omnia operimenta sufficientia, tam secundum necessitatem quam etiam honestatem. vocamus necessitatem inquantum per vestem tollitur nuditas, vt non conspiciantur partes corporis nostri, & vt arceatur aeris intemperies: vestes autem quæ ad hoc sufficiunt, qualescunque illæ sint, dicuntur sufficientes ad necessitatem, siue rudes, siue sordidæ, siue veteres, aut qualitercunque viles, sufficiētes ad honestatem sunt illæ quæ competunt secundum decentiam status, & personæ. Secundus gradus est, quando non habetur sufficientia secundum honestatem: habetur tamē secundum necessitatē, vt qui qualescunque vestes habent, sed non condecentes statui. Tertius gradus est, quando neque ad necessitatem sufficiunt vestes, licet non sit omnimoda nuditas, quia membra teguntur, & tamen gemit pauper præ frigore leui veste contectus. Quartus gradus est quando nullam vestem omnino quis habet, aut non habet ad tegendum totam carnem, sicut siquis haberet solam camisiam, vel aliquid simile.

De primo gradu dicendum, ꝙ ibi nulla est inopia, ideo nulla est misericordia: vnde siquis talibus vestes dederit erit liberalitatis opus, sed non misericordiæ. & ratio est, quia istud opus vocatur vestire nudos, sed nuditas dicit defectum quendam. vbi ergo nullus defectus vestium est, non est vestire nudos.

De secundo gradu dicēdum, ꝙ est opus misericordiæ prouidere ad decentiam status. & ratio est, quia vestes a principio ad tollendam verecundiam, ideſt operiendas partes verendas, ne de illis verecundaremur, inuentæ sunt, vt dictum est præced. q. & tamen magna verecundia est homini non portare vestē decentem statui suo propter ruditatem, & materiæ vilitatem, aut vetustatem, ideo quædam necessitas videtur esse quando nō est condecentia, & consequenter opus misericordiæ est talibus dare vestes secundū conditionem personarum, vel status, licet alias necessitatem tolerādę intemperiei & ad operiendā carnem vestes habeant. De tertio gradu, & quarto dicendum, ꝙ est necessitas, & magna quidem, ita vt vocetur extrema necessitas. licet in quarto potest proprie vocari necessitas. in tertio vero interdū sic, semper extrema necessitas. & interdum non. Sciendum etiam, ꝙ in quarto gradu, & aliquando in tertio est non solum opus misericordiæ, sed & necessitatis, & debiti: tenemur enim talibus dare vestes, sicut cibos fame pereuntibus, ideo sicut constituto in extrema fame, vel quasi licet accipere cibos vbicunque inuenerit, si nemo sibi tradiderit, ita & non habenti vestem, neque habere potēti licet illam rapere, & non tenetur ad restitutionem extra de furtis. c. si quis per necessitatem, s. si per necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, aut vestem ieiunet tres hebdomadas, & si restituerit non cogatur ieiunare. & sic apparet, ꝙ non erat furtū, quia si proprie esset furtum non fieret satisfactio per ieunium, sed per restitutionem ablatorum. maxime quia glo. dicit ibi, ꝙ illa erat parua necessitas, quia si magna esset, non teneretur restituere, neque imponeretur ei aliqua pęnitentia. De alijs casibus dicendum, ꝙ non est extrema necessitas, ideo in illis non licet alicui furari vestem, aut calceos, aut aliquid horum, & si furatus fuerit imponitur ei pęnitentia maior, aut minor secundum differentiam necessitatis.

Sciendum autem, ꝙ istud opus misericordię de vestiendo nudos magnæ laudis est in vtroque testamento. & laudat illud Iob. 31. cap. s. si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. etiam laudatur Isa. 58. c. s. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. De nouo testamento patet, quia Christus laudat illud hic, & Iaco. 2. capi. s. si frater, & soror nudi sunt, & indigeant victu quotidiano, & dicat aliquis ex vobis ite in pace, & calefacimini, & saturamini. & ita ponit ibi quasi principalius opus induere nudos quam pascere eos, & potiorem indigentiam vestium quam cibi: vnde Iob a Deo Gen. 28. c. s. si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, & ideo hoc etiam in his duobus dicitur esse necessitatis simpliciter, & licitum est constitutis in extrema necessitate secun-

secundum hæc duo rapere aliena, & non tenentur ad restitutionem. sic patet extra de furtis, cap. siquis propter necessitatem.

Considerandum etiam, ꝙ inopia vestis est maior q̃ aliarum rerum propter duo. Primo quia vestis est necessaria propter intemperiem aeris arcendam, & est ad hoc directe. Secundo, quia est ad tegenda verēda, quia indecens iudicatur hominem nudū esse, vt ostēsum est supra. & sic innuitur Isa. 58. c. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. nam cum dicitur operi eum tangitur necessitas indumenti prima. cum vero dicitur, & carnem tuam ne despexeris tangitur honestas, s. quia cōtēnitur caro humana cum nuda est. Ex hoc patet, ꝙ est magnum opus misericordiæ, quia qui nudum vestit non solum illi miseretur, sed & toti generi humano, cum caro humana generaliter contemnatur quādo aliquis nudus est. Et hoc patet, quia nō dixit, & carnem illius ne despexeris, sed carnem tuam, quasi dicat, carnem tuam contemnis cum nudum hominem dimittis, & sic ēt carnem omnium aliorum. omnium ergo miseretur qui nudum vestit.

Quare dicitur, infirmus eram, & visitastis me. Et quid accipitur nomine visitationis. *Quæst. CCCLXXVII.*

QVAERETVR, de hoc, quod dicitur infirmus eram, & visitastis me.

Dicēdum, quòd istud est opus quintum misericordiæ, & est hic miseria ipsa infirmitas quæ est indigentia quædam, ideo infirmis debetur visitatio.

Sed quid accipitur nomine visitationis? Aliqui dicunt, ꝙ videre infirmos, & alloqui eos.

Dicendum, ꝙ visitare de primaria sua significatione importat frequenter videre, & verum est, ꝙ istud importatur hic, sed non istud solum. Primum patet, quia infirmis visitatio est facienda inquantum eis necessaria est, aut vtilis, sed videre illos valde est eis necessarium: nam cum ægri multas tolerent molestias, opus est, vt alij colloquantur eis, quia per allocutionē consolantur: transumitur enim malum quodammodo per visionem, & allocutionem, quod multiplicter fit. Primo, quia quandiu ægri colloquuntur alijs non ita sentiunt molestias suas, sicut quādo soli sunt, & ideo vt dicit Arist. 9. Ethi. valde mali non possunt apud teipsos manere, quia cogitatio malorum prętéritorum affligit eos, & cum sunt cū alijs consolantur, ideo semper cum alijs cupiunt esse, cum alijs vero existentes facilius tolerant. Secundo, quia visus assistentium, & maxime amicorum consolabilis est, & omne bonum diminuit aliquid de malo. Tertio, quia illi ex colloquio dant bonam spem ægro, & faciunt illum obliuisci aliqualiter malorum, quæ patitur, & minus iudicat esse, quod patitur, & opinio tollit multum de afflictione ægri. Quarto fit, quia malum quodammodo transumitur, & non fit hoc realiter, quia malum vnius non potest in alterum transire, etiam si sit morbus contagiosus, sed quia æger videt alios sibi condolere iudicat minus esse malum suum, quia aliquis est qui pro eo doleat. sicut dicitur 9. Ethic. visitatio ergo hoc modo est necessaria infirmis, & est opus misericordiæ etiam si nihil aliud esset.

Secundum principale patet, quia cum nomine infirmitatis significetur quædam inopia, vel defectus, nomine visitationis signabitur releuatio illius. ergo necesse est, ꝙ omnia quæ pertinent ad releuationem ægri accipiantur nomine visitationis. Est autem ei necessaria visio, & allocutio propter consolationem, vt dictum est. necessaria est etiam administratio, s. quia infirmus non potest sibiipsi ministrare, sed opus est, vt alij ei ministrent, parādo omnia quæ ad ipsum pertinent. Etiam quia infirmis interdum multa desunt, vt quando sunt inopes, & ægritudo maxime pluribus indiget, consistit visitatio in hoc, ꝙ de necessarijs ei prouideatur, & sic omnia hæc nomine visitationis intelliguntur. Et apparet amplius, quia sic solemus facere de alijs nominibus. nam honorare ex sua significatione prima importat solam exhibitionem reuerentiæ in testimonium virtutis, vt in assurgendo, & loquendo, & genuflectendo, & alijs obseruationibus exterioribus, & tamen extēditur, vt signet exhibitionem necessariorum ad vitam. vt cum dicitur, ꝙ debemus honorare patrem & matrem Exo. 20. ca. nam redarguit Christus pharisæos qui posuerunt impendi sufficienter hunc honorem in assurgēdo & loquendo, ipse vero dixit, ꝙ erat potius in benefaciēdo. supr. 15. & Mar. 7. cap. & ita etiam Aristot. tenet 9. Ethic. ca. 2. ideſt, ꝙ honor debitus parentibus consistit in hoc, ꝙ eis in cibo prouideamus etiam plus quam nobis. ita de visitatione, licet in prima significatione accipiatur solum prouidere, tamen extēditur, vt signet omnia necessaria, vel vtilia ad releuationem infirmitatis. Et accipitur infirmitas hic defectus corporis, ex quacunq; causa accidat, siue ex morbo, siue ex vulnere, siue impotentia senectutis, ita vt sibi ministrare non possit, & molestias sustineat: talibus enim visitatio necessaria est. Et aliquando extenditur visitatio, vt non sit ad infirmos in corpore, sed in facultatibus, ideſt, ꝙ pauperibus aliquid ministremus. sic accipitur Iacob. 1. c.s. religio munda, & immaculata hæc est visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, ideſt in quibuscunq; afflictionibus, siue paupertatis, siue aliarum necessitatum.

Quare dicitur, in carcere eram, & venistis ad me.
Quæst. CCCLXXVIII.

QVAERETVR quare dicitur, in carcere eram, & venistis ad me.

Dicendum, ꝙ hic ponitur sextum opus misericordiæ corporalis, ideſt visitare icarceratos: est enim miseria incarceratorum quædam quæ releuatione indiget. Consistit autem illa in multis. Primo in angustia spiritus, s. quia inuiti detinentur, & necesse est tristitiā fieri de omnibus quæ nobis nolentibus accidunt. Secundo, quia incarcerati tenentur in vinculis, & non possunt sibiipsis ministrare in necessarijs, quia quidā indigent discursu, ideo indigent, vt ab alijs ministretur. Tertio, quia incarcerati sępe indigēt victu, & alijs, eo ꝙ detenti non possunt sibiipsis acquirere, ideo miseriam quandam habent in inopia.

Ex hoc autem apparet, ꝙ releuatio miseriæ incarceratorum in multis cōsistat, cum eorum miseria sit multiplex. Et primo in consolando eos assistētia quadam, & alloquio, & transumēdo quodammodo malum eorum per condolere eis, vt dictum est pręced. q. Secundo in adimendo eis mali partem quandam, dādo bonam spem, quæ interdum verbo interdum assistentia concipitur. Tertio in ministrando eis cum ipsi non possint, ideſt parare eis cibos, & deducere cętera necessaria, etiā si illi diuites sint. nemo quippe est incarceratus cuiuscunque status, qui non egeat aliqua releuatione per alios ministranda, cum per seipsum non possit. Quarto in exhibitione necessariorū, quia contingit incarceratos indigere propter non posse sibiipsis acquirere, sicut cum libere discurrunt. Quinto egent præcipue adiutorio super liberatione sua, & ministratur hoc per eos qui precibus, aut alijs modis honestis procurāt eorum liberationem. Sexto in auxilio quātum ad defensionē eorum, vt siquis incarceratus

teneatur

teneatur pro causa ciuili, ideſt ꝓ debitis adiuuare eũ F
iudicialiter, ſi in foro de hac re contenditur, aut ſi ſuper crimine, & adhuc lis mota eſt, & defenſione iuris eget incarceratus, magna eſt miſeratio illi imponere auxilium, & ita circa incarceratos magnum opus miſericordiæ eſt.

An ſemper ſit meritorium agere ad liberationem incarceratorum de carcere. Quæſt. CCCLXXIX.

QVAERETVR propter precedentia, an ſemper ſit meritorium agere ad liberationem incarceratorum de carcere.

Aliqui dicunt, ꝙ ſic, quia agere ad hoc eſt opus miſericordiæ, ſed opus miſericordiæ omni tempore eſt laudabile. ergo ſemper erit bonum agere ad liberationem incarceratorum. G

Dicendum, ꝙ non eſt licitum in omni caſu, aut ꝑ omnem modum agere ad liberationem incarceratorum de carcere. Et pátet primo, quia tunc liceret iudici omnes vinctos ſoluere, quod falſum eſt, ergo illicitum eſt.

Secundo, quia liceret etiam commentarienſi reos quos ſub cuſtodia tenet liberos abire permittere, cũ liceant ei ea quæ miſericordiæ opera ſunt, & tamẽ nõ licet, ſed in magnam pœnam incidit, nõ ſolum ſi reos ſoluerit, ſed etiam ſi eo non cuſtodiente effugerint. ergo non eſt licitum quocunque modo agere ad ſolutionem incarceratorum. H

Ad rationem in contrarium dicẽdum, ꝙ opus miſericordiæ ſemper eſt licitũ, & cuilibet licet, & tamen agere per omnem modum ſolutionem reorum non eſt ſemper opus miſericordiæ, ſed ſæpe opus iniquitatis, vt ſi iudex omnes vinctos ſolueret, vel ſi cõmẽtarien. propria auctoritate, etiam ſiquis carcerem effringeret, vt vinctum ſolueret.

Sed ad hoc conſiderandum, ꝙ qui incarcerantur, aut per poteſtatem publicam incarcerantur, aut per priuatos qui nullum ius incarcerandi habent, ſed potius peccant incarcerando. Si ſecundo modo, aut capientes aliquem ſunt hoſtes publici, aut non. De primo, vt ſi infideles capiant fidelem ex nulla alia cauſa, I niſi quia fidelis eſt, & illi ſunt hoſtes noſtri. De ſecundo, vt quando fideles, immo forte conciues pugnant inter ſe, vel nulla pugna præcedente aliquis capit aliũ, & incarcerat fortaſſis, vt extorqueat ab eo pecuniam, ſicut latrones ſæpe faciunt cogentes hominem, vt ſeipſum redimat.

Accipiendo primo modo, licet cuilibet de fidelibus agere ad ſolutionẽ talis incarcerati: immo eſt valde meritorium. nã de præcipuis operibus miſericordiæ iudicamus eſſe redemptionem captiuorum. nam Eccleſia ſpeciali? circa tales bona ſua diſtribuit, vt dixit Ambro. lib. de Officijs, & patet 13. q. 2. c. aurum. & Eccleſia ſemper orat captiuis redemptionẽ, ideo ſemper eſt iſtud laudabile. Si autem qui capiunt ſint fideles, aut ſunt hoſtes publici, vt ſicut cum bellum inductum eſt inter regnum, & regnum, vel gentem, & gentem, aut non ſunt hoſtes denunciati. ſicut cũ hoc faciunt latrones ad extorquendum. Si primo modo licet omnibus, de quorum numero eſt qui captus eſt, agere quantum potuerint ad liberationem capti, etiã ſi non foueant iuſtum bellum, vt ſi vnum regnum iuſte pugnat contra aliud, & aliquis de illo regno contra quod pugnatur captus fuerit, licet omnibus corregnicolis ſuis agere ad illius ſolutionem. nã licet iſti non foueant iuſtum bellum ſi illud committerẽt, tamen defendendo ſeipſos, & res ſuas iuſte agunt: vnde licet alij qui contra eos iuſtum bellum mouent poſſint licite occidere ipſos, & capere bona eorum, ipſi li- K

cité agunt defendendo bona ſua, & res, quamuis non licet aggredi alios ad diripiendum illorũ bona, ſicut alijs ex oppoſito licet inuadere perſonas, & diripere bona, & tamen quando licet alicui ſeipſum defendere licet eripere eum qui tenetur, quia ille malum ſuſtinet, & eripere eum eſt defendere ne maiora patiatur mala. Si autẽ non ſint hoſtes publici, ſed vel latrones, vel particulares inimici. dicendum ꝙ licet cuicunque eripere illum de vinculis, quia nulla ratione talis tenetur, neque etiam qui tenet habet auctoritatem ad tenendum. ſicut igitur ei qui tenetur licet ſeipſum liberare, ita & cuilibet alteri, dum tamen alias ſine iniuria, vel ſcandalo faciat, ideſt nõ oporteat propter hoc repugnare ſub periculo mortis, quia occaſione boni G non eſt malum faciendum. interdum tamẽ poteſt accidere, ꝙ licitum ſit pugnare contra tales detentores ad ſoluendum eos qui tenentur, ſed in rebus tam particularibus non poteſt dari vniuerſalis regula, ſed cõſiderata ipſa re in particulari poterit de ea dari iudicium, an liceat, vel non. Si autem tenetur quis in vinculis auctoritate publica, ſiue teneatur iuſte, ſiue iniuſte non licet alicui agere quocunque modo ad ſolutionem, quia tunc liceret effringere carcerem ad ſoluendum vinctos, & falſum eſt. ſed aliquis modus eſt quo licet agere ad ſolutionem. & tunc dicendum, ꝙ aut manifeſtum eſt iniuſte aliquem teneri, aut dubiũ eſt, aut eſt certum, ꝙ tenetur iuſte. Si primo modo, ſ. ue teneatur ſub colore cauſæ ciuilis, ſiue criminalis licet agere ad liberationem eius precibus intercedendo apud iudices, vt eũ ſoluant, & ſi precibus nõ ſoluitur licet agere iudicialiter corã ſuperiori iudice, vel precibus, vt ipſi eum ſoluant, & generaliter oĩ modo qui nõ ſit per violentiam, aut fraudem licet agere ad ſolutionem talium. Si tertio modo, ideſt, quando eſt certum, ꝙ iuſte quis tenetur. dicẽdum ꝙ aut tenetur pro cauſa ciuili, vtpote pro debitis, vel ſimilibus, aut pro criminali. Si primo modo licet agere ad ſolutionem intercedendo apud eum, quo petente, vel cuius cauſa tenetur, vel ſoluendo ei debitum, vel cõponendo cum eo, vel apud iudicem intercedendo cauendo tamen de indemnitate eius cui aliquid debetur, quia alias videtur, ꝙ præiudicet proximo qui facit aliquem ſolui, quo liberato non ſoluetur debitum creditori, & tamen quòd ipſe qui captus tenetur procuret ſolui a iudice, etiã nulla cautione præſtita creditori, non videtur, quòd peccet mortaliter: licet enim ſeipſum eripere quomodo potuerit, dum non agat contra legem. iudex tamen peccaret ſi talem ſolueret creditore non conſentiente, neque cauto ei de indemnitate.

Si autem ſit cauſa criminalis, aut eſt illa in qua pœna mortis infligenda eſt, vel perpetui carceris, aut mutationis membrorum, ſiue determinata alia pœna, aut eſt pœna arbitraria, vtpote quando carcer datur in pœnam, & non in cuſtodiam. vt ſi nulla alia pœna infligenda ſit.

De primo dicendum, quòd aut is qui procurat ſolui vinctum, eſt talis ad quem ex debito pertineat procurare vitam, & honorem vincti, vt filius pro patre, & pater pro filio, & vxor pro viro, & è contrario, & in ſimilibus attinentijs cognationis, vel affinitatis, aut amicitiæ, vel receptorum beneficiorum: aut non eſt talis, ſed extraneus, ad quem non pertinet intercedere in his, niſi ex ſola miſericordia, & charitate generaliter.

Si primo modo dicendum, quòd licet his agere ad ſolutionem vincti precibus, vel alijs modis, dum non agant violenter, aut cõtra ſpecialem prohibitionem legis communis, vel municipalis, & hoc, ſiue iſti ſperent iſtum inde liberatum ꝙmendatum, ſiue deterem.

rem credant futurum, aut dubitẽt, & hoc quia iſti nõ A
debent reſpicere ad id, quod eſt bonum ſimpliciter, i. iſtum puniri, vel non, ſed ad id ad quod ipſi tenentur, ſ. quia ex genere neceſſitudinis prædictæ, tenentur ad agendum pro tali. Si ſecundo modo, aut iſti credunt, ꝙ liberatus emendabitur, aut non, ſed deterior efficietur. Si primo modo licet orare pro illo, & omnibus modis intercedere, vt liberetur, dum nõ ſint modi vetiti ſpecialiter per legem. Si ſecundo modo non licet, quia apparet ꝙ agunt contra bonum publicum talia procurantes, & ratio diuerſitatis inter iſtos, & præcedentes eſt, quia præcedentes erant ſpecialiter obligati per ſonæ vinctæ, ideo tenebantur procurare id quod erat illi bonum, ſ. ſolui, licet non ſit hoc bonum ſimpliciter, vel communitati, & tamen in hoc B
nõ peccant, ſicut cum quis eſt criminoſus, & vtile valde eſſet reipublicę, ꝙ ille occideretur, & iudex illum vult capere, ipſe autem fugit ne capiatur, non peccat fugiendo, licet fugiendo impedit bonum publicum, ita & filius liberando patrem de carcere, qui eſt criminoſus, dum tamen non effringat carcerem, vel alium modum habeat vetitum a lege, non peccat, licet bonum eſſet illum occidi. ſecus de alijs, quia non tenentur ad procurandum, niſi ex ſola miſericordia, vel charitate generali, & tamen magis debet quis procurare bonum publicum, quàm vnius priuati, quando ſpecialiter non tenetur illi, cum bonum commune ſit amabilius, primo Ethicorum: ideo potius debet ceſſare, vt iſte occidatur, vel puniatur in fauorem boni C
publici, quàm intercedere in fauorem priuati hominis. Si autem pœna illa non ſit ordinaria, ſed pendet ex voluntate iudicis, & eſt citra mortem, & detruncationem membrorum, maxime quando eſt pœna detentionis in vinculis, dicendum, quòd licebit cuilibet agere precibus ad ſolutionem illius, & hoc cum non videatur agere contra ius, quia nulla pœna eſt ibi diffinita, ſed quod iudex impoſuerit, & hoc niſi quis crederet veriſimiliter, quòd ex tali ſolutione ſequeretur malum publicum, quia tunc non licet agere ad ſolutionem, niſi perſonis habentibus neceſſitudinem, vt ſupra dictum eſt. Si ſecundo modo, ideſt, dubium eſt, an teneatur quis iuſte, vel iniuſte, dicendum, quòd licitum eſt agere aliquid ad ſolutionem illius, quia iura promptiora ſunt ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, & dubia in melio- D
rem partem, & fauorabiliorem interpretanda ſunt, & hoc verum eſt, quantum ad priuatos, qui intercedunt vt aliquis ſoluat, ſecus eſt de iudice, quia iudex non debet vinctum, qui iam tenetur ſoluere, quando dubitatur, an teneatur iuſte, ſed prius debet diſcutere, an iuſte, vel iniuſte teneatur. Et ratio eſt, quia iudex eſt miniſter iuſtitiæ, ideo debet attendere, quod iuſtum eſt ſimpliciter, & non fauorem particularium perſonarum, ſecus de priuatis, quia illi poſſunt intercedere, quando non eſt manifeſtum, quod malum agunt intercedendo, & non tenentur ipſi procurare bonum publicum, cum ipſis non ſit commiſſa adminiſtratio iuſtitiæ, & latis eſt eis non agere manifeſte contra bo- E
num publicum, & prædicta vera ſunt tam in vinctis pro cauſa criminali, quam pro ciuili, dumtamen dubium ſit, an iuſte teneantur.

Quid intelligatur per hoc, ſcilicet, veniſtis ad me. Quæſt. CCCLXXX.

QVAERETVR cum dicatur, in carcere eram & veniſtis ad me. quid intelligatur per hoc quod dicitur, veniſtis ad me.

Dicendum, quod per venire intelligitur ipſa releuatio miſeriæ, quam patiuntur incarcerati, & quia illa miſeria non eſt vna, ſed multiplex, non potuit inueniri aliquod vnum nomen reſpondens releuationi: nam neceſſe eſt, vt quot modis ſe habet miſeria, tot modis ſe habeat releuatio, ideo releuatio eſt multiplex, & non poteſt illa vnico nomine exprimi ſpeciali, & ſic ponitur generale, & iſtud eſt venire, quia in veniendo comprehenduntur omnes adminiſtrationes, quæ fiunt incarceratis, & ita per egredi, & ingredi ſignatur tota humana operatio, quæcunque ſit, ſic accipitur Numeri vigeſimoſeptimo cap. ſcilicet, de Ioſue pro hoc, ſiquid agendum fuerit Eleazar ſacerdos conſulet Dominum: ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipſe, & vniuerſa multitudo filiorum Iſrael, & eo mandante facient filij Iſrael omnia quæ facturi ſunt, & ſic etiam omnes operationes Chriſti ſignantur per egredi, & ingredi, ſic dicitur Actuum primo cap. Oportet accipere vnum ex his qui congregati ſunt nobiſcum in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens a baptiſmate Ioannis vſque in diem qua aſſumptus eſt. a fortiori ergo omnis adminiſtratio, quæ fit incarceratis ſignabitur per venire ad eos. Et ratio in ſpeciali eſt, quia incarcerati tenentur ne exeant, aut diſcurrant: neceſſe eſt igitur quòd omnis adminiſtratio, quam circa eos faciamus, ſit peruenire ad eos, & quia iſta eſt præambula, ad omnes ponitur loco omnium.

Per quid differunt opera miſericordiæ, & incarcerati, & infirmi. Quæſt. CCCLXXXI.

QVAERETVR per quid differunt duo iſta opera miſericordiæ, quæ fiunt circa incarceratos, & infirmos, cum in vno dicatur, viſitaſtis me, & in alio veniſtis ad me?

Dicendum, quòd in multis communicant tam in miſeria, quàm in releuatione. De miſeria patet, quia ſicut infirmitas eſt quædam impotentia prouenies ab intra, ſecundum quam non poteſt quis ſibipſi miniſtrare, neque ire quo vult, ita & incarceratio dicit quandam impotentiam prouenientem ab extra, & ita ambo indigent ſibi miniſtrare, & in vtroque eorum non eſt vna ſimplex miſeria, ideo neque vnica releuatio, ideo non competit aliquod nomen ſpeciale, ſicut eſt in eſurie, & ſiti, quia eſuries vnicum malum eſt, ideo & ſua releuatio eſt vnica, ideſt, cibus. & ſitis eſt vnicum malum, & ſua releuatio vnica eſt, ideſt, potus, ſed non eſt vnicum malum incarceratorum, neque vnicum malum infirmorum, ideo releuatio non eſt vnica, ſed oportuit poni vnum nomen, ideo debuit eſſe generale, quod multa comprehenderet, & tale eſt vtrumque, ſcilicet, venire, & viſitare.

Et dicendum, quod quaſi idem ſunt, viſitare, & venire ad ipſum, quia viſitare infirmum eſt venire ad videndum ipſum, venire autem ad incarceratum idem eſt: licet diuerſis nominibus ſignentur, & licet ea quæ præſtantur incarcerato, & infirmo, non ſint omnino eadem, tamen principium vtrorum idem eſt, ſcilicet, ire ad illos: nam non poſſumus præſtare aliquid infirmo, niſi eundo ad ipſum, quia ipſe non poteſt venire ad nos, & incarcerato nihil præſtatur, niſi ad ipſum eundo, & quia iſtud eſt principium ad omnia quæ præſtantur, ponitur pro omnibus operationibus, vel adminiſtrationibus circa vtrũque factis, & licet videantur aliquo modo differre viſitare, & venire ad alterum, tamen pro eodem accipiuntur. Et patet, quia ambo ponuntur ſub eodẽ verbo, vt cum dicitur in litera, ſcilicet, quãdo te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? & ideo

respectu vtriusque ponitur venire, quasi ad vtrunque referatur, & sit eadem releuatio infirmi, & incarcerati. & econtrario ponitur aliquando visitatio, vt pertinens tam ad incarceratos, quàm ad infirmos, vt cum dicitur in litera, infirmus fui, & in carcere, & non visitastis me, quia vna releuatio, quæ est visitatio sit amborum. hoc autem fit, quia ponuntur ista quæ sunt generalia nomina, & non solum duo possunt sub vno nomine comprehendi, sed etiam omnia opera misericordiæ sub vno nomine releuationis, ideſt, sub nomine administrationis, quia omne quod facimus circa miseros, releuando eorum miseriam est quædam administratio: sic dicitur in litera, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non ministrauimus tibi? & ita loco omnium ponitur administratio.

Quare non ponitur opus misericordiæ, quod est sepelire mortuos, & an aliquod malum proueniat defunctis non sepultis, vel aliquod bonum sepultis.

Quæst. CCCLXXXII.

QVAERETVR cum ponantur cætera opera misericordiæ corporalis, quare non ponitur opus misericordiæ, quod est sepelire mortuos? maxime, quia cum quater ponatur, ista nunquàm ponitur de sepeliendo mortuos.

Dici potest vno modo, quòd non ponitur eo quòd non iudicatur esse opus misericordiæ, sicut cætera: nã omnia alia fiunt homini, sed sepultura non datur homini: cadauer enim est quod sepelitur, & non homo, ideo neque erit proprie opus misericordiæ.

Secundo, quia ideo vocantur opera misericordiæ, quia præsupponunt aliquam miseriam, & tamen miseria nulla esse potest in cadauere, quod nihil sentit, secus de homine qui bonum, & malum sentit, & intelligit, & gaudet inde, vel affligitur: ideo circa sepulturam mortuorum non potest esse opus misericordiæ, licet sit aliquod opus virtutis, sed Christus intendit hic ponere opera misericordiæ corporalia, ideo non posuit de sepultura mortuorum. & hoc videtur esse stricte, accipiendo opus misericordiæ.

Sed dicetur quomodo ergo nos computauimus inter opera misericordiæ, & ita septem iudicamus esse opera misericordiæ corporalia? Dicendum, quòd nos ponimus esse opus misericordiæ, inquantum aliquo modo conuenit cum operibus misericordiæ corporalibus: nam cætera opera misericordiæ enarrata sunt quædam releuationes malorum circa corpus accidentium, vt famis, sitis, & similium, & tamen sepeliri circa corpus fit, & tollit quandam quasi miseriam, scilicet, manere insepultum, ideo vocatur opus misericordiæ, & habuit laudem opus istud, ex eo quod Tobias faciebat: nam vt sepeliret corpora defunctorum quos rex occidebat, subijt pericula multa, & priuatus est facultatibus, & istud erat præcipuum opus eius.

Etiam apud omnes gentes fuit ista conceptio, quòd corpora defunctorum essent sepelienda, aut cremanda: qui vero cremabant reseruabant cineres, & illis dabant sepulchrum. iudicabant enim turpe esse, vt manerent insepulta humana corpora, vnde & mulieres quæ diligenter sepelierunt corpus Domini, laudantur ex pio officio.

Sed considerandum, quòd etiam si bonum sit sepelire corpora humana, non ideo iudicatur opus misericordiæ corporalis, quia potest pertinere ad aliquã virtutem. Pro quo sciendum, quòd sepeliri potest corpus humanum ex duplici intentione: vno modo inquantum inhonestum est, manere insepultum, & pertinet ad honorem quendam humani cadaueris, quòd sepeliatur, ideſt, quòd hunc honorem habeat homo, quòd sicut inter omnia animalia solus homo est animal sacrum, atque diuinum, ita soli deferatur huic honor, quòd eius cadauer sepeliatur, cæterorum animantium cadauera maneant insepulta: & hoc modo non est sepelire opus misericordiæ, sed religionis: nam locum sacrum vocamus vbi cadauer humanum sepelitur, & religiosa vocamus ea quæ ad sepulchrum, vel funeta pertinent, & ita tota cæremonia circa exequiarum funeris, & sepulturæ exhibitionem facta vocatur religionis opus: religio autẽ pars iustitiæ est, misericordia vero liberalitatis, ideo non pertinet illo modo ad opera misericordiæ sepelire mortuum.

Si vero accipiatur, vt per sepelire tollitur quædam miseria: dicitur sepelire opus misericordiæ, sed miseria varie iudicatur: nam vulgares qui pauca aduertunt iudicant quasi sensum quendam mali, & boni manere in cadauere, & eo modo putant bonum, & malum ei accidere, & sicut homini viuenti iudicarent miseriam inesse, si nudus maneat, ita & humano cadaueri iudicant miseriam accidere, si insepultum iaceat, sed hoc nihil est, quia cadaueri non inest sensus boni, & mali, ideo neque miseria.

Sed dicendum, quòd iudicatur miseria quædam esse hominis, cuius cadauer insepultum est, & hoc non iuxta errores Gentilium, quos enarrauerũt Poetæ, scilicet, quòd qui insepultus iacebat, non poterat transire aquas inferni, quia Charon pottitor prohibebat eum, & ita errabant animæ mortuorum, quousque cadauera sepelirentur, vel transirent centum anni, vt refert Virgilius in 6. Aeneidos. Hæc enim fabulosa sunt, sed iudicatur miseria insepulto, inquantum ille, qui mortuus est, censetur manere: nam licet non maneat secundum existẽtiam, manet secundum opinionem: habet enim esse quoddam in opinione, & memoria hominum, & secundum illum esse accidit sibi malum, & bonum, sed illud est paruum, ita dicit Aristotel. primo Ethicorum, cap. pronepotum autem fortunas. vbi quærit, an post mortem accidat alicui fœlicitas, vel infœlicitas ex infortunijs, vel fortunis nepotum, & pronepotum, & amicorũ, & respondet quòd accidit homini quoddam bonum, & malum fragile post mortem, ex his quæ patiuntur, vel agunt nepotes, & pronepotes, & amici, illud tamen aliquod est: nam dicere quòd nullum prouenit, est valde inimicabile, & opinionibus contrarium: dicit tamen quod illud non est tam paruum, vt differat a bono, vel malo, quod accidit homini in vita, sicut differt tes a vice, vel sicut differunt bona, & mala, quæ sunt ab eis, quæ recitantur in Tragædijs, quia illa quidem afficiunt animam quadam passione lætitiæ, vel tristitiæ, & tamen realiter nihil de bono, & malo ponuntis auditoribus, sed magis differunt bona, & mala, quæ perueniunt ad mortuos, ex his quæ fiunt circa viuentes a bonis, & malis, quæ ipsi viuentes habuerunt, sed non differunt tantum, vt illa possint facere post mortem fœlices eos, qui non fuerunt fœlices in vita per proprias operationes, vel accidentia, neque possunt facere post mortem infœlices eos, qui in vita non fuerunt.

Ex hoc autem sequitur, quòd peruenit aliquod malum ad mortuos ex eo, quod non est sepeliri, quia ex fortunis, vel infortunijs nepotum, & pronepotum prouenit aliquid ad mortuos, vt dictum est: ergo a fortiori ex eo quod accidit circa corpus proprium, magis accidet eis bonum, & malum, quia magis pertinet ad quemlibet hominem corpus suum proprijũ, quod est pars eius substantiæ, quàm

quàm nepotes, & pronepotes, qui sunt extranei, & nihil potest esse magis propinquũ, quàm quod est pars essentiæ, ideo nihil est, de quo magis potest ad mortuum pertinere, quam de eo, quod circa corpus eius accidit, ideſt, quòd sepeliatur, vel non sepeliatur, aut fiant circa ipsum aliquæ inhonorationes. Item patet hoc ex conditione temporis, quia vt dicit Aristot. 1. Ethicorum, in alleg. cap. pronepotum aũt fortunæ. Multa differentia est inter bona, & mala, quæ adueniunt mortuis ex viuis, & hoc est secũdum esse quod mortuus habet in opinione nostra, sed mortuus quando recenter mortuus est, videtur habere esse fixum quasi viuens. cum autem aliquantum tempus abierit, desinit esse in memoria, & consequenter desinit tale esse eius, ideo tunc minus malum, & bonum ei prouenire potest, & tamen nihil est magis ad vitam coniunctum in mortuis, quàm sepeliri, vel non sepeliri, ideo ex illo maxime proueniet malum, & bonum eis, quia necesse est, aut statim sepeliri, aut statim manere insepultos. Item patet hoc ex opinionibus hominum, quia nihil putant esse, in quo maiorem iniuriam faciamus mortuo, quàm si corpus eius trahamus per terram, aut laceremus, & insepultum relinquamus canibus, & bestijs deuorandum: sic colligitur ex Aristot. quinto Ethicorum, cap. vlt. cum loquitur de illo, qui seipsum occidit, an sibi iniustum faciat, & respondetur quòd facit ciuitati, & non sibi, ideo ciuitas, vel communitas infert ei pœnam, scilicet, inhonorationem circa corpus: cũ dicitur, propter quod & ciuitas damnificatur, & quædam inhonoratio adest seipsum corrumpenti, vt ciuitati iniustum facienti. & tamen in tali materia multum valet opinio, vt patet primo Ethicorum, cap. pronepotum: nam argumentum sumitur ibi ex opinionibus, scilicet, quòd videretur inamicabile, & opinionibus contrarium, q̃ mala, & bona viuorum ad mortuos non perueniant.

Est ergo dicendum, quòd malum quoddam prouenit defunctis ex hoc quòd non sepeliuntur: sic etiã bonum quoddam videtur prouenire mortuis ex eo quòd honorabiliter sepeliuntur, sic patet Isaię 11. cap. vbi de Messia ponuntur multa, & postea ponitur de honore sepulchri eius. cum dicitur, in illa die erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum, & tamen si non pertineret ad Christum gloria sepulchri, nihil de hoc diceretur: ergo gloria sepulchri ad Christum attinebat. Sed obijcietur, quòd non prosit sepultura mortuis, quia dicitur extra de sepul. cap. ex parte pereuntium, & cap. sacris, quòd malis pretiosa sepultura non prodest, & bonis rara, aut nulla non nocet: ergo non attinet ad mortuos sepeliri, vel non sepeliri. Secundo, quia 10. quæst. 2. c. animę, dicitur, quòd animæ defunctorum muantur quatuor rebus, & sequitur de sumptibus funeris, & pompis exequiarum, quòd potius sunt solacia viuorũ, quàm defunctorum. Dicendum, quòd aliquid facit sepeliri, vel non sepeliri ad mortuos, vt supra dictum est. Ad primum dicendum, quòd aliter loquimur nos de sepultura, respectu mortuorum, quàm Aristoteles: nos quidem & iura dicimus nõ prodesse sepulturam pretiosam malis, scilicet, ad salutem animæ, & verum est. Aristotel. autem dicit aliquid facere ista ad mortuos, non quidem quantum ad bonum, vel malum animę quod est esse reale, quia Aristotel. non diffinit an aliquod bonum, vel malum patiatur anima post mortem, sed loquitur de esse quod habet mortuus, vt homo in opinione nostra, & quantum ad illud multum facit sepeliri, vel non sepeliri: si autem acciperemus de mortuis, quantum ad statum animæ, frustra esset quæstio illa quam mouet Aristotel. in allegato cap. pronepotum autẽ fortunas, quia quidquid mali, vel boni accidat viuentibus, non mutatur ex hoc de bono, aut malo mortuorum, quia non habent pœnam, & gaudium, nisi ex eis quæ egerunt in vita. Ad secundum dicendum eodem modo, quòd dicitur pompam exequiarum non prodesse mortuis, scilicet, quãtum ad salutem animæ, sed viuis ad solatium ista prosunt, & tamen accipiendo secundum Aristotelem, secundũ quòd homo manet in opinione prosunt mortuis, quia iudicamus per hoc eos fœliciores, quàm fuerant in vita, aut si ista desint, iudicamus eos infœliciores, quàm fuerint dum viuerent, vel si fœlices iudicabantur, detrahi videtur aliqualiter eorum fœlicitati, licet non sufficiant ista ad faciendos eos simpliciter fœlices, aut infœlices, ideſt, facere aliud esse, quàm fuerant dum viuerent. Nunc vero redeundum ad id quod dicebatur, ideſt, quòd Christus non dixit de sepultura mortuorum, quia non videtur esse opus pietatis, siue misericordiæ, sicut cætera. Alia causa est, & præcipua, scilicet, quia Christus loquitur omnia hæc in persona sua, cum dicat, esuriui, & non dedistis mihi manducare, & tamen de seipso non diceret, mortuus fui, & non sepeliuistis me, quia tunc quando loquetur viuus erit, ideo loquitur iuxta ea quæ competere possunt viuenti, sed viuenti competit esurire, sitire, hospitem esse, & nudum: non autem competit defunctum esse, & sepeliri, ideo non fit mentio de hoc corpore. Sed obijcietur, quòd debet poni etiam illud, quia Christus loquitur istud non de se, sed de membris suis, ideſt, pauperibus, vt dicitur in litera, scilicet, quandocunque vni ex minimis meis feceristis, mihi feceristis, sed ad illos pertinet defunctum esse, & sepeliri, ideo dicere hoc debuisset. Dicendum, quòd licet pro membris suis loqueretur, tamen nomine suo loquebatur, ideo oportebat, quòd locutio esset talis, quòd conueniret, aut conuenire posset ei in persona sua, & tamen in persona, sua non competebat dicere defunctus fui, & non sepeliuistis me, quia loquitur vt viuẽs, ideo non dicit illud. Aliqui autem dicunt, quòd Christus non dixit istud, eo quòd non competebat ei, quia cum Christus mortuus est, sepultus fuit, & nõ solum sepultus, sed diligenter valde, quia cum linteaminibus, & aromatibus corpus eius conditum est, & positus fuit in monumento nouo, excisо in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat, infra 27. c. & Marci 15. & Lucæ 23. Immo de sepulchro eius dicitur, quòd erit sepulchrum eius gloriosum, Isaiæ 11. cap. & sic non poterat dicere istud. Dicendum, quòd non fuit ista causa: nam etiam tunc tacuisset de alijs operibus misericordiæ, quia multa sunt, quæ non fuerunt circa ipsum necessaria, & ita nemo debebat exhibere, & tamen ponit omnia illa Christus, ideo ita poneret istud, nisi ex alio capite repugnaret, & ita tacuit, quia locuturus est viuens, & vt viuenti non competit ei sepeliri, secus de alijs operibus misericordiæ. Ad argumenta duo facta in principio est respondendum. Ad primum dicendum, quòd verum est, quòd opus misericordiæ soli homini fit: nam rei inanimatæ non dicimus misereri. Etiam sepultura homini datur, non quidem quòd homo sepeliatur, sed quia hoc quod est sepeliri, est aliquid quod ad hominem pertinet, & peruenit ad ipsum, vt malum, & bonum: & hoc fit inquantum homo mortuus censetur actu manere, non quidem in re, sed in opinione, & pro illo esse cõpetit bonum, aut malum, de quibus sunt sepeliri, & non sepeliri. Ad secundum dicendum, quòd non est misericordia vbi non præsupponitur miseria, & illa quidem præsupponitur hic, & non in cadauere, cui neq; bonum, neque malum accidit, sed in hoĩe q̃ iudicatur pro eo eẽ, quod hẽt in opinione nostra mala pa-

ri, & miseriam pati si relinquatur cadauer eius insepultum.

Quomodo Christus dicturus est, esurui, cum hæc ipsa Christo minime competerent. Quæst. CCCLXXXIII.

SED quæretur quomodo Christus dicturus est, esurui, &c. nam ista non competierunt sibi saltem omnia, ideo non potest de illis quæri, vt aliquos propter hæc absoluat, & alios condemnet. Aliqui dicunt, quòd licet de quibusdam istorum non constet nobis quomodo, aut quando Christo ac ciderunt, tamen aliquando ei competierunt, & illud sufficit ad hoc quòd de his conqueratur, sicut esurivit, quando discipuli esuriebant, & vellebant spicas, supra 12. ca. Esurijt cum ieiunasset quadraginta diebus, G & quadraginta noctibus. Etiam sitiuit, vt quando ad fontem sedit fatigatus ex itinere, & petiuit bibere a muliere Samaritana, Ioan. 4. cap. & ita erit de alijs.

Dicendum, quòd ista non acciderunt Christo in se ipso, sed in membris suis, vt ipse in litera dicit. Et cum objicitur de fame Christi dicendum, ꝙ non passus est ipse famem tunc, sed discipuli, vnde ipsi soli cœperunt spicas vellere, & manducare grana, supra 12. & Marci 2. & Lucæ 6. Christus autem non vellebat spicas, & ideo Pharisæi solos Christi discipulos arguerunt, eodem ca. Et cum dicitur de fame, supra 4. cap. ꝙ postea esurijt. dicendum, ꝙ non fuit talis, de qua aliquis posset argui, quasi nō prouidens Christo: passus est enim H illam dum esset in mōte, in quo ieiunauit quadraginta diebus, & nemini manifestata est, quia non descendit tunc Christus ad loca habitationis humanę. Secūdo, quia non fuit tunc aliqua necessitas famis, in qua homines deberent prouidere, sed Angeli prouiderūt: nam dicitur quòd statim, vt recessit tentator accesserunt Angeli, & ministrabant ei, supra 4. cap.

Cum vero dicitur de siti non stat, quia Christus nō petiuit a muliere aquam quasi potu indigeret, sed vt ex hoc daretur ei occasio loquendi ad mulierem, omnia quæ habentur eodem cap. ad salutem mulieris, & populi Samaritanorum. Et patet, quia cum petiuisset aquam non accepit eā, immo neque cibum voluit, cū discipuli illum tulissent, eodem cap. sed dixit, ego cibum habeo māducare, quem vos nescitis, & nō sumpto cibo iuit ad prædicandum in vrbem Samaritanorum. Si autem obijciatur, quia ipse dixit, sitio, infra 27. & Marci 15. cap. vbi vere sitiebat. Dicendum, ꝙ etiam si vere sitiret non peteret bibere, neque diceret sitio, nisi vt impleretur scriptura, scilicet, dederūt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

De alijs etiam apparet, quòd non competierunt ei, s. hospes fui, & non collegistis me: nam verum est, ꝙ ille non habebat vbi reclinaret caput suum, supra 8. cap. & tamen quocunque ibat, vt in hospitem recipiebatur, sponte recipiebatur, & gaudebant, recipientes eum, quia præstabat eis aliqua bona, i. curationem morborum, vel alia. De nuditate etiam magis notum est, nunq̄ enim nudus fuit, neque vestibus indigēs, sed K honeste indutus: habebat enim quando occisus est vestes, quæ diuidi possent, & cōcupisci: sicut patet de veste eius consutili desuper texta per totum: nam illam, quia bona erat non diuiserunt, sed sortiti sunt cuius esset, Ioan. 19. cap. & ita in vita erat vestitus semper decenter, quia enim nuditas pertinet ad quandam ignominiam, & contemptū, Isa. 58. c. s. Cū videris nudum operi eū, & carnem tuā ne despexeris: nunq̄ ipse permitteret se nudum esse, aut inhoneste vestirū, sed taliter qualiter decebat. De infirmitate est magis manifestū: nā Christus nunq̄ fuit infirmus, i. languens. non enim sumit morbos nostros, & accidētia, quæ proueniunt ex quadam particulari corruptione, sed accidētia sola, quæ cōsequuntur totam speciem, sicut sitim, famem, frigus pati, & calorem, & similia. languor autem, i. febris, aut corruptio quęcunque, aut scabies, vel lippitudo pustulæ, aut lepra, & quælibet similia nunq̄ in eo fuerunt, quia ista non consequuntur totam speciem. nunquàm igitur Christus fuit infirmus, i. languens, neque esse poterat, quia non assumpsit talia, & sic non poterat visitari in infirmitate. De carcere quoque patet, ꝙ nunq̄ in eo fuerit: nunq̄ enim tentus est, nisi cum ad mortem ductus est: tante hoc enim nemo poterat in eum manum mittere, quia nondum venerat hora eius, Ioā. 7. & 8. cap. & sic vsque ad diem quo mori debuit, & sponte se obtulit, nunquàm ab aliquo captus, neque tentus est, aut in vinculis coniectus, & ita ipse dixit Lucæ 22. Quotidie eram vobiscum in Templo, & non extendistis manus in me? sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. q.d. Ante horam illam nunquàm tentus est, neque teneri potuit, ideo neque in carcere visitari: nullum igitur istorum operum misericordiæ aliquādo ad eum pertinebat, quod non fuerit impensum. Secundo, & principaliter patet, quia dato quòd omnia ista ad eum pertinerent, vel pertinuissent, non poterat conqueri de omnibus malis in iudicio dicens, esurui, &c. Quia ille nunq̄ fuit in terra omnium malorum, vt ibi indigeret his, sed in sola terra Iudæorum cōuersatus, natus, & mortuus est, præter fugam eius in Aegyptum, cum esset infantulus, & inde puerulus reductus est, supra 2. cap. Etiam dato, quòd fuisset in omnibus partibus terræ, non fuit in omnibus temporibus, ad hoc quod omnes homines potuissent eum videre egentem his, & tamen omnes malos accusat de his, quæ fuerunt in omnibus temporibus: ergo non accusat propter se, quasi ipse indiguerit his, & non fuerint ei præstita. Sed dicendum quòd omnia hæc pertinent ad membra sua, quæ sunt pauperes, & hi omni tempore fuerunt, & erunt, & in omni loco, sicut Christus dixit: pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, seq. cap. & his possunt omnia hæc præstari, de quibus accusabuntur mali qui ea non præstiterint.

Quare Christus in iudicando dicet opera misericordiæ, & nihil aliud. Quæst. CCCLXXXIIII.

QVAERETVR quare Christus in iudicando dicet ista opera misericordię, & nihil aliud? nam non ponitur hic aliquid aliud quod dicturus sit. Aliqui dicunt, ꝙ ista dicuntur, quia de his solis homo iudicabitur, i. boni absoluentur, quia ista fecerunt, & mali damnabuntur, quia ista non fecerunt. Sed dicēdum, ꝙ non stat. Primo, quantū ad bonos, qa non sunt ista opera propter q̄ debetur vita ęterna, sed dat̄ vita æterna pro charitate, q̄ enim i charitate inuētus tūc fuerit, hēbit vitā ęternā: q autē sine illa, nō habebit vitā ęternā: cū sola charitas distinguat inter filios regni, & filios perditionis. Secundo, quia dato ꝙ inueniantur in aliquo omnia opera misericordiæ, si charitas non inueniatur, non liberabunt eum a morte æterna, prima Corinth. 13. cap. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Tertio, quia aliqui boni erunt, in quibus non inuenientur ista opera misericordiæ, sicut si fuit aliquis semp malus, & in fine vitę dolens de peccatis, conuersus est, & saluus effectus, nō hēbit ille opera misericordiæ, & sine illis saluabit. Quarto, quia dato, ꝙ in quolibet inuenirentur aliqua opera misericordiæ, non tamen in oībus inuenirentur talia, quia multi sunt qui nunquàm iuerūt ad incarceratos,

ratos, aut non visitauerūt infirmos, licet alia fecerint, A & tamen dicitur istud hic de omnibus bonis, quasi singuli bonorum hæc omnia fecerint: ergo non est istud verum. Quinto quantum ad malos: nam dicitur quòd non fecerunt hæc, ideo vadunt in ignem æternum, & tamen non est ista causa, sed ex eo, quòd charitatem non habent. Sexto, quia dato quòd mali omnia hæc fecissent, cum decedant in mortali non possunt saluari, prima Corinth. 13. cap. Si distribuero, &c. Septimo, quia non est verum, quòd mali non fecerunt hæc, ideſt, pascere esurientes, &c. quia multi malorū plus impenderunt in opera misericordiæ, quàm multi bonorum, sicut apparet de vsurarijs, & alijs, qui de iniusto acquisierunt, & vberiores eleemosynas, B quàm alij faciunt. Octauo, quia dato, quòd multi malorum nunquàm impenderint miseris aliquod opus misericordiæ, tamen multi illorum sunt, qui impenderunt, & ita competit omnibus eadem causa. Dicendum ergo, quòd non est verum, quòd de his solis homo iudicabitur, & pro his dabitur vita æterna, vel pœna æterna. Et apparet primo, quia si de alijs non fieret iudicium, manerent multa bona sine remuneratione, & multa mala impunita, quod falsum est. Secundo, quia hoc dato non esset aduertendum, nisi ad opera misericordiæ corporalia, & de cæteris omissio fieret, sed falsum, quia alia sunt multo maioris meriti, vt martyrium, obseruantia perpetua virginitatis, operatio in sacra doctrina, erudiendo indoctos, pro C quibus datur aureola, & sunt ista præter opera misericordiæ prædicta, ideo non est verum, quòd de illis solis iudicabitur. Tertio patet, quia supra 18. cap. vbi ponitur parabola de incarcerato, qui cogitur reddere vsque ad nouissimum quadrātem, & dicit ibi Christus, quòd sic faciet vobis Pater vester cœlestis: ergo Deus petit rationem vsque ad nouissimum quadrantem de bonis, & malis: sic enim dicitur Ecclesiast. 12. cap. scilicet, Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium, & pro omni errato siue bonum, siue malū sit.

An tam de bonis omnibus, quam de malis iudicium fiet. Quæst. CCCLXXXV.

D

ALITER ergo dicunt, quòd de omnibus bonis, & malis fiet iudicium, & tamen exprimitur de solis operibus misericordiæ ad signandum conditionem illius iudicij, scilicet, quia non solum pro malis, quæ necessario euitantur, & pro bonis quæ necessario fiunt, sed etiam pro bonis, quæ non videntur esse necessaria fiet iudicium. Dicendum, quòd verum præsupponitur hic in aliquo: nam quæretur hic in iudicio ratio de bonis, sed ratio de bono potest dupliciter accipi. Vno modo quantum ad præmium dandum pro omni bono facto. Alio modo quantum ad pœnam inferendam pro bono omisso. De primo dicendum, quòd de omnibus bonis fiet iudicium, quia pro omnibus bonis quęcunque fecerimus, dabitur nobis prę mium, siue sint bona necessaria, siue bona supererogata. De secundo dicendum, quòd non dabitur ratio de omni bono, sed solum de bono necessario. facere enim bonum interdum est necessarium, quia cadit sub lege, interdum supererogationis. quantum ad bonum supererogationis non est aliqua omissio, cum sint pure voluntaria, ideo nulla ratio de eis petetur, quantum ad bona necessaria petetur ratio. sic autem sunt multa, quæ facere iubemur, & omnia illa sunt bona, vt venerari parentes, colere vnum Deum, diligere proximum, & huiusmodi, & in istis apparet ratio debiti, quia cuilibet manifestum est, quòd ista facere teneamur. Alia etiam sunt bona, de quibus non tam manifestum est, & tamen tenemur illa facere, si-

cut circa omnem gratiam, quam nobis Deus dedit, tenemur operari aliquid. Et patet hoc supra in litera cum dictum est de Domino peregre profecto, qui tradidit seruis suis talenta, & postea cum rediit petiuit ab eis rationem de lucro, quod habuerant ex talentis, & seruum qui nullum fecit lucrum, licet integrum talentum restituit, pœna affecit, ita in iudicio de omnibus gratijs administrationum collatis hominibus, petetur ab eis ratio, & qui non ministrauit iuxta gratiam sibi datam, punietur. Sunt etiam bona necessaria misereri proximo, & sunt miseriæ proximorum variæ, quia aliquando est extrema necessitas indigentis, siue in fame, siti, aut nuditate, & tunc omnis homo tenetur misereri, & non est tam misereri, quàm debitum quoddam præstare: aliquando autem non est extrema necessitas, & tamen tenentur quidam ministrare pauperibus, scilicet, de superfluo, & ideo opera misericordiæ, quæ ponuntur hic petentur ab omnibus, quia nemo est qui non possit præstare aliquod opus misericordię, & etiam sæpe ista necessaria sunt, ideo tam a bonis, quàm a malis ponuntur ista hic petenda.

An adsit aliqua causa ob quam Christus in iudicio tantum opera misericordiæ memorabit. Quæst. CCCLXXXVI.

SED dicendum, quòd non est ista causa præcisa, quia etiam sunt alia opera supererogationis, quæ poterant poni, siue opera bona, vt opera misericordię spiritualis: nam illa sunt maioris meriti, quàm bona corporalia, ideo illa debuissent præcipue poni. Alij dicunt, quòd causa quare Christus dicet opera misericordiæ erit, vt significetur status iudicandorum, vt innuatur quòd meritum vitæ æternæ non fuerit ex operibus misericordiæ, sed ex charitate, tamen illi qui iudicabuntur non iudicabuntur nisi de operibus misericordiæ, ideſt, non exprimentur nisi ista. & causa est, quia quidam de mortuis sunt qui non iudicantur, & pereunt, sicut infideles. Alij non iudicantur, & regnant sicut excellenter Sancti, aliqui iudicantur, & regnant, alij iudicantur, & condemnantur, & vtrique, scilicet, condemnati, & non condemnati iudicati tenuerunt fidem Christi, & aliquando peccauerūt, sed quidā eorū maculas peccatorū eleemosynis, & bonorū operū superductione operiūt, & iō propter mala non condēnantur. Alij autē de malis suis p operū misericordię exercitiū non satisfecerūt, iō propter mala condēnant̄, & ita primi non condēnant̄, qa satisfecerūt p opera misericordię, secūdi condēnant, qa p eadē cū potuissent nō satisfecerūt, sic dicit Greg. 25. li. Mora. 1. hi aūt qbus iudex veniēs in dextra constitūtēbus dicet esurui, &c. sunt q ex parte electorū iudicant̄, & regnāt, q vitę maculas lachrymis tergunt, q p̄cedētia mala factis sequentibus redimētes. qdqd illicitū aliqñ fecerūt ab oculis iudicis eleemosynarū suc

quia sunt secundum se excellentiora, & tamen nō po F
nuntur, ideo non videtur ista esse causa. Quinto, quia aliqui erunt damnati, & aliqui salui, ad quos non pertinuerunt, neque potuerunt pertinere opera misericordiæ corporalia, sicut paruuli baptizati decedētes, & econtrario non baptizati decedentes: nam de baptizatis paruulis saluis, planum est, quòd non ponentur in numero iudicantium, ideo necesse est esse in numero iudicandorum, & tamen illi non satisfecerūt per opera misericordiæ, quia non fuit illis necessaria aliqua satisfactio, ideo non ponuntur opera ista misericordiæ propter hoc.

Quæ sit verior causa propter quam dicet tantum opera misericordiæ Christus in iudicio. Et an tam damnationis malorum, quàm salutationis bonorum sint plures, vel vna tantum causa. Quæst. CCCLXXXVII. G

DICENDVM ergo, quòd non est ista causa, sed videtur causa esse, quia Christus voluit causam vnam assignare condemnationis, & absolutionis: nam Christus quosdam in iudicio absoluet, scilicet, quos beatificabit, alios condemnabit, & ne videatur ex sola voluntate processisse in iudicando, causas apponet. Certum autem ꝙ non est causa damnationis omnium vna, nec causa beatificationis vna accipiendo causam mediatam, quia sicut sunt diuersa mala opera, ita diuersa bona, & ideo non erit omnium bonorum eadem causa absolutio- H
nis, nec omnium malorum eadem causa condemnationis: quapropter pro singulis deberet exprimi causa vna. hoc autem videbatur valde inconueniens, quia tunc esset magna duratio iudicij illius, & inutiliter, ideo oportet quæri quomodo sit causa vna, sic enim
In q.306. diximus supra, quòd ideo dicit Christus omnes bonos positos ad dexteram, & omnes malos ad sinistrā, vt possit de omnibus bonis ferri vna sententia, non exprimendo nomen, idest, vos omnes ite in vitam æternam, & de omnibus malis vna sententia, idest, ite vos in ignem æternum, quod fieri non posset si mixti essent, quia tunc necesse erat exprimi nomina omniū qui absoluebantur, vt caderent sub vnam, vel diuersas sententias absolutionis, & similiter nomina omnium malorum, vt caderent sub alia sententia condemnationis, ideo fuit conueniens modus ad hoc, vt diceretur, quòd omnes boni erant in parte vna, & omnes mali in parte alia, ita hic debuit inquiri causa vna pro omnibus bonis, & causa vna pro omnibus malis. Sed quæ causa deberet inquiri, est dubium. Dicendum, ꝙ vere vna est pro omnibus bonis, & vna pro omnibus malis sine vlla exceptione: nam quicunq; in charitate inuenietur, saluabitur, quicunq; aūt sine illa, condemnabitur, & ideo non oportebat aliam causam exprimi nisi istam. Sed dicendum, ꝙ ista nō exprimitur. Primo & præcipue, quia Christus dabat istam doctrinam rudibus, qui de habitibus animæ nihil sciebant. Charitas vero est habitus spiritualis, & non assuetudinalis, sed K
infusus a Deo, qui per quodlibet peccatum mortale perit, & cum quis ad Deū cōuertitur, statim redit, siue infunditur nouiter: ista aūt quæ sunt multum spiritualia, & latentia ignorant rudes. Christus aūt non tradebat doctrinam, niſi quam intelligerēt auditores, ideo non decebat loqui de charitate. Secundo propter ipsos qui iudicabuntur, & peribunt, quia multi illorum erunt rudes, sicut decesserunt, quia ſm animam nihil maius post mortē, aut melius habuerunt, & non intelligerent si de charitate eis diceretur, quia nō esset res sensibilis, ideo de istis operibus dicitur, quæ sensibilia sunt. Tertio, vt detur locus ad dicēdum de his: nam si de charitate diceretur, ꝙ propter illam saluantur habentes, & damnantur nō habentes, non diceretur de his operibus misericordiæ, quia illa esset causa sufficiens. Quarto, quia Christus volebat dicere de his operibus misericordiæ: debuit enim homines hortari ad illa, sed alibi non fecerat expresse, ideo nunc debuit facere. Quinto, quia iste locus fuit maxime conueniēs ad hoc, quia qui fidem habent, nihil est quod magis ament, quàm vitam ęternam, & quod magis timeant quàm pœnas inferni, vnde non potuit maior admonitio, & efficacior ad hæc opera fieri, quàm dicere, ꝙ exercentes opera misericordiæ saluabuntur, non exercentes ea damnabuntur, ideo hic maxime debuit dici. Sexto, quia opera misericordiæ sunt opera charitatis imperata, ideo ad idem pertinet dicere de operibus istis, & de charitate, sed si diceretur de charitate esset sine calumnia. igitur dicitur de his quasi aptius dicatur, cum manifestetur charitas per ista opera, sicut spirituale per corporale, vel insensibile per sensibile.

Quare non expressit Christus opera misericordiæ spiritualia. Quæst. CCCLXXXVIII.

SED dicetur, quare non expressit Christus opera misericordiæ spiritualia, cum illa sint perfectiora, & magis meritoria? Dicunt quidā ideo factum esse, quia per opera corporalia intelliguntur spiritualia, & ita vtraque intelliguntur. Secundo dicendum, & melius, quòd fit, quia Christus cum loquatur rudibus, exprimit ea quæ notiora sunt, sed corporalia sunt notiora, spiritualia autem multis sunt ignota, immo multi ignorant, an sint talia opera, aut quæ sint, ideo de corporalibus dictum est, sicut præcedenti quæst. de charitate dicebatur, quòd licet illa sit causa mediata beatitudinis, & damnationis per nō esse, non fuit expressum de illa, sed de operibus misericordiæ, eo quòd ista sunt nota, & charitas non. Tertio, quia opera misericordiæ spiritualia sunt maioris difficultatis, vt remittere iniurias omnes, tolerare omne malum illatum, & ad talia non statim aspirant imperfecti, secus de corporalibus, sunt enim minoris perfectionis, cum sint de rebus extra nos, idest, de cibo, & potu, & ista possunt ministrare etiam homines qui nondum habent ordinatas affectiones I
suas. Quarto, quia opera misericordiæ corporalia possunt pertinere ad omnes, sed spiritualia non: nam dare aliquem cibum, aut potum, aut visitare infirmum, vel ire ad incarceratum quilibet potest, sed docere, quod est de spiritualibus, vel consulere, & consolari non omnes sciunt, aut possunt, sed quibus datum est, ideo dicitur de corporalibus, quia Christus voluit ponere causam salutis nostræ esse cuilibet facilem. Quinto, quia Christus voluit prouidere communioribus necessitatibus. plures enim inueniuntur indigentes, secundum corporales miseriarum, quàm spirituales, licet hoc calumniam recipit. Sexto, & præcipue, quia corporales necessitates magis vrgent sensibiliter, quàm spirituales: nam indigentiæ, quibus opponuntur opera misericordiæ spiritualia, non affligunt sensibiliter, vnde multi sunt indigentes secundum eas, qui se indigentes non iudicant, neque recipere volunt spirituales eleemosynas, sicut qui nolunt castigari, doceri, aut consilium recipere. corporales vero indigentiæ affligunt sensibiliter, & nemo est qui in eis nolit releuationem, & non recipiat sponte corporalia beneficia. Septimo, quia opera misericordiæ corporalia toliunt sæpe necessitates simpliciter, quod non fit in operibus misericordiæ spiritualibus: nam qui potu, & cibo indiget, nisi accipiat, morietur, etiam qui infirmus

firmus est si non visitatur perhibit. ita de nudo, & in- A
carcerato, & vago si nemo eum intra tectum recipiat, secus de spiritualibus, quia etiam si non instruatur insipiens, aut consulatur ignoranti, non morietur, & ita de alijs, ideo fuit conueniens magis exprimi de corporalibus, quàm de spiritualibus operibus misericordiæ. Cum vero obijcitur, quòd spiritualia opera misericordiæ sunt meritoria magis, quàm spiritualia, dicendum quòd verum est, & tamen non debent propter hoc potius exprimi, sed magis taceri, quia cum ista ponantur hic, vt communia ad omnes ad absoluendum, & condemnandum, debent esse facilia, quia quæ omnibus iubentur facilia sunt: nam arduа non cadunt sub præcepto, sed sub consilio, & ob hoc opera excellentia, vt seruare castitatem perpe- B
tuam, & omnia vendere propter Christum non iubentur, sed consilia sunt, & ideo etiam si nil aliud esset solum ob hoc quòd excellentiora sunt, quàm corporalia opera misericordiæ, non ponerentur sub præcepto expresse, sed corporalia, quæ faciliora sunt.

Quomodo iusti dicent, Domine quando te vidimus esurientem, etc. Quæst. CCCLXXXIX.

QVAERETVR circa hoc quod dicitur, tunc respondebunt iusti dicentes, Domine quando te vidimus esurientem, &c. quomodo hoc dicent? Aliqui dicunt, quòd iusti non dicent hoc, quasi nesciant beneficia, quæ contulerint, sed causa humilitatis, sicut aliqui bona quæ fecerunt, negant. sic dicit C
Origenes super Matthæum, scilicet, humilitatis ergo causa beneficiorum suorum indignos se proclamāt, non obliti eorum, quæ fecerunt. Secundo dicunt alii, quòd hoc dicent, quia admirabūtur maiestatem Christi, quasi dicerent, quomodo poterant ipsi benefacere ei qui in tanta maiestate est? Tertio dicunt hoc dici ad signandum, quòd bona, quæ homines faciunt, sunt multo minora, quàm bona, quæ recipientur in vita æterna. sic dicit Rabanus, scilicet, hoc quidem dicūt non diffidentes de verbis Domini, sed stupent de tanta sublimatione, & maiestatis suæ magnitudine, vel quia videbitur eis paruum bonum, quod egerant, secundum illud Apostoli: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, D
quæ reuelabitur in nobis. Sed dicendum, quòd ista non stant: Primum patet, quantum ad primum, quia non videtur iste modus loquendi humiliantis se, sed dubitantis, aut nescientis factum, quia dicunt, Domine quando te vidimus? Secundo, quia si humilitatis causa loquerentur, non dicerent sic, sed affirmatiue dicerent, serui inutiles sumus, Lucæ 17. cap. scilicet, Cum hæc omnia feceritis, dicite quoniam serui inutiles sumus, & tamen non affirmant, sed quærunt dicentes: Domine quando te vidimus? Tertio patet, quia videtur quòd isti non negant factum, neque de illo quærunt, sed de tempore, cum dicitur, Domine quando te vidimus? nam non dicunt nunquam tibi ista bona præstitimus. Quarto patet, & apertius ex responsione Christi: nam dixit ad quæ- E
stionem illorum de quando te vidimus, scilicet, quandocunque vni ex minimis, &c. & tamen si ipsi dicerent hoc ad humiliandum opera sua, non esset responsio Christi ad propositum, ideo non signat illud. Quinto patet, quia etiam damnati quærunt, Domine quando te vidimus? & tamen isti non dicunt humilitatis causa, quia non habebunt aliqua opera, quæ humilient. De secundo etiam dicendum, quòd non stat, quia non sunt ista verba admirātis, solum propter maiestatem, sed nescientis, & quærentis. Secundo, quia si admirarentur de maiestate, q.d. quomodo potuimus nos tibi talia præstare, qui in tali excellentia es? nō dubitarent de tempore solo, sed de facto, & tamen de solo tempore dubitant, i. quando illud fecerūt, ergo nō est iste sensus. Tertio, quia responsio Christi non consonat huic sensui: nam si illi admirando dicerent, responderet Christus, ꝙ fecerunt ei bonum, & ꝙ facere potuerunt, quia licet nunc sit in maiestate, aliquando fuit sine maiestate, quando ista poterant ei tribui. Quarto, quia quæstio damnatorum, si quando te vidimus, non potest trahi ad hunc sensum: nam si hoc vellent non dicerent, Domine quando te vidimus, sed quomodo nobis ista das, cū serui inutiles simus? Quinto, quia quęrunt de tēpore faciendi, ideo non de quātitate meriti. Sexto, ex responsione Christi, quia ipse quoque de tempore respondet. Septimo, quia mali hoc quærunt, & eis respondetur, & tamen ipsi nunq̄ fecerūt aliqua bona, per quæ meruerint aliquid. Octauo, qa dānatis nō datur aliquod bonū, de quo ipsi possint dicere, ꝙ sit minus, q̄ merita eorū. Dicendū ergo, ꝙ boni quærent hic, quia admirabuntur quodammodo de verbo Christi, s. Esuriui, & dedistis mihi manducare: nam ipsi non negant se talia fecisse, cum sciāt sæpe dedisse eleemosynas, sed ꝙ Christo eleemosynas dederint dubitant, & tū quia poterat esse, ꝙ ille in aliena effigie susceptus eēt, sicut Angeli susceptī sunt in hospites ab Abrahā, & Loth, Gen. 18. & 19. & placuerunt per hoc Deo, licet nescirent se Angelos recipere, ad Hebr. 13. c. Ita isti poterāt benefacere Christo in aliena effigie, ideo non negant se benefecisse illi, ita vt dicant, Domine nunq̄ te vidimus esuriētem, nec te pauimus, sed quasi asserētes ꝙ hoc fuisset, vel esse potuisset quęrunt de tēpore, s. q̄n te vidimus? Causa autē quare boni hoc dicant est. Primo, quia plurimi bonorum nunq̄ Christum viderunt: nam non viderunt eū nisi aliqui Iudæi contemporanei illi, cæteri autē ante Christum, & post eum, & ēt contemporanei eius nō viderunt illū, iō mirabuntur cum eis hoc dixerit, qa nunq̄ eum viderunt, ideo neq; ei benefacere poterāt, quia tū Christus asseret, ꝙ ei benefecerint, non audebunt ipsi negare, neq; dubitare de eo, sed cum ipse nō asseret, quando poterunt de hoc quærere? Secūda causa est, quia Christus ex industria introducit istud nūe, licet ita sit dicendū per bonos, & malos, & hoc vt ex responsione sua inferat verbum, quod ponitur in lite ra, quandiu vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: nam si istud non poneretur, nō sequeretur illud, & tū illud fuit conueniens poni, ideo debuit ista quæstio præcedere, & introduci nunc a Christo.

Quomodo potest stare, quòd boni hoc quærant, scilicet, quando, & quomodo beneficerint Christo, cum ipsi sciant omnia. Quæst. CCCXC.

SED quæretur quomodo potest stare, quòd boni istud quærant? quia ipsi sciunt omnia cum beati sint, ideo non dubitabunt, quādo benefecerint Christo, vel quomodo. Aliqui dicūt, ꝙ istud introductum est a Christo solum propter doctrinam, vt inferat id quod dicit, quandiu feciſtis vni ex minimis meis, &c. & tamen in iudicio non dicetur. Sed obijcietur, quia dictum est supra q. 333. ꝙ iudiciū fiet vocaliter, ideo dicentur ista vocaliter. Dicendum, ꝙ poterat esse, ꝙ iudicium fiat vocaliter, & tamen ꝙ non dicatur istud in voce, sed aliquo alio modo, & istud sit introductū propter doctrinam nostram hic. Sed dicetur, ꝙ non dēt recedere a priori pōsitione, immo sicut dī ꝙ Christus iudiciū faciet vocaliter, ita poterit dici, ꝙ oīa ista dicent vocaliter. Et cū obijcit, ꝙ beati oīa scient, dicēdum ꝙ sciunt oīa quæ sunt, & fuerunt, & erūt, qa ista cōsistunt in facto: nō tū oportet, ꝙ intelligāt oīa simpl'r,

& ideo ipſi ſciunt an aliquando benefecerunt Chriſto.& ſciunt quòd non, ſcilicet, perſonaliter, ſicut eſt ſenſus planus propoſitionis, & tamen quia ſciunt Chriſtum non poſſe mentiri, quærunt ab eo, quando hoc fecerunt, vt ex quando intelligant quomodo benefeceriut.

Quare boni repetunt omnia ſex opera miſericordiæ Chriſtum alloquentes. Quæſt. CCCXCI.

QVAERETVR, quare quando boni dicunt de Chriſto, quando vidimus te eſurientem repetunt omnia opera, quæ Chriſtus præpoſuerat, ſ. omnia ſex opera miſericordiæ. Dicendum ꝙ hoc fit. Primo ex multa admiratione: nam mirabuntur de hoc quod eis Chriſtus dicet, eſuriui, & dediſtis mihi māducare, &c. & admirantes ſicut & cæteri paſſionati non ſunt contenti exprimere conceptus ſuos vnica oratione, ſed repetūt ad ſatisfaciendū magno ſuo deſiderio explicandi. Secundo, & pręcipue, quia ad tollendum dubium dicitur: nam poterat eſſe ꝙ eſurientem ipſum Dominum non pauiſſent, ſed ſitientem potaſſent, vel aliquando eum infirmum viſitaſſent, & ita de cæteris, & quia quodlibet habet æqualem dubitationem, de omnibus æqualiter dicitur, & ſic omnia repetuntur. Alij dicunt, ꝙ hoc fit, quia iuſti volunt laudes ſuas minuere ſeipſos humiliando, & ideo circa ſingula horum operum immorantur, vt ſingula minuant, ſic dicit Origę. ſuper Matthæum, conſidera ꝙ iuſti immorantur in vnoquoque verbo, iniuſti autem non ita per ſingula, ſed curſim dicunt, quoniam proprium eſt iuſtorum benefacta ſua ſibi in faciem relata diligenter, & per ſingula refutare cauſa humiliatis. Sed dicetur, dato ꝙ ita futurum ſit, ꝙ Chriſtus iſta dicturus eſt, & boni iſta reſpondębūt, ad quid Chriſtus toties hic repetit, & Euangeliſta? Dicendum, ꝙ ex induſtria factum eſt ad valde commendandum memoriæ iſta opera, & magnificandum ea, quia non perfunctorie, & leuiter iſta tranſit Chriſtus, ſed quater repetit, quod non conſueuit circa alia facere, vt ſciamus multum eſſe vtilia ea quæ tam diligenter, & toties a Chriſto repetuntur, & Euangeliſta Spiritu ſancto tactus eandem intentionem ſequens quater repetiuit vt Chriſtus.

Quomodo verum ſit illud dictum Chriſti, quandiu feciſtis vni, &c. Quæſt. CCCXCII.

QVAERETVR quomodo eſt verum illud dictum Chriſti, quandiu feciſtis vni ex iſtis fratribus meis minimis, mihi feciſtis? nam diſtincti ſunt omnes illi perſonaliter a Chriſto, & ideo factum illis, non eſt factum Chriſto. Dici poteſt vno modo, ꝙ non eſt factum illi in re, ſed in reputatione. ſiquis enim bona alteri collata reputat, vt ſibi collata, videręt̄ur vt ei collata, & poterit inde cauſari obligatio viciſſitudinis, ſicut ſi ei collata eſſent, & quia Chriſtus nullo indiget, iudicat bona pauperibus data, quæ illis indigent, ſibi eſſe donata. Secundo, quia propter eum dantur: nam nemo fidelium cum pauperi benefacit, agit ob aliā cauſam, niſi propter Deū, & ideo ita pauperi damus quaſi Chriſto daremus, ꝙa propter honorem eius damus. Tertio, quia ipſe mandauit hoc fieri: nam dixit ſupra 10. cap. Qui vos recipit me recipit, & qui me recipit recipit eum qui miſit me, & idem Marci 9. & 10. 13. cap. & addit quòd qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, ſupra 10. cap. & non ſolum intelligendum eſt de ſuſcipiendo Apoſtolos Chriſti, vel diſcipulos, aut Prophetas, vel iuſtos, de quibus vi- F debatur eſſe ſermo Chriſti, ſed etiam ſuſcipiēdo quōc. ſcūque pauperes, aut paruulos ſuſcipimus Chriſtum, & ita ipſe mandauit hoc fieri, propter quod ei factum eſſe hoc videtur, & mercedem operis ipſe tenetur impendere. ſic ipſe dixit ſupra 9. cap. Quicunque potum dederit vni ex minimis meis calicem aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. Quarto, quia pauperes ſunt quodam modo ipſe Chriſtus, quia ſunt membra vnius corporis, cuius caput eſt Chriſtus, vt colligitur 1. Corinth. 12. cap. Eſt enim Eccleſia vnum totum cuius omnes nos membra ſumus, ad Rom. 12. & ad Epheſ. 4. & huius totius corporis eſt caput Chriſtus. 1. Corinth. 12. cap. & ita quilibet noſtrum vocatur membrum Chriſti, quia ſumus membra dependentia ab eo, ſicut a capite noſtro, ſic ibi vocamur membra de membro, ſed membra habent quandam vnitatem, aut identitatem in toto, ideo poteſt Chriſtus ſuſcipere nomen illorum, ita vt dicat ſe eſſe ipſos pauperes, & conſequenter quidquid pauperibus donatum eſt, videbitur Chriſto eſſe datum.

Quare Chriſtus vocat pauperes fratres. Quæſt. CCCXCIII.

QVAERETVR quomodo eſt verum quòd dicitur, vni ex fratribus meis: vocat enim fratres pauperes. Dici poteſt vno modo quòd vocat fratres, quia ſunt in veritate: nam omnes homines vocantur fratres, inquantum eiuſdem naturæ ſunt, & originem trahunt ab vno primo, reſpectu cuius ſunt fratres. Chriſtus autem verus homo eſt, & ab Adam deſcendit, quantum ad ſubſtantiam corporis, ſicut & nos, licet non quantum ad modum propagationis, ideo frater noſter eſt, & hoc modo non poteſt dicari Chriſtus frater Angelorum, quia non accepit ilorum ſubſtantiam, ſicut humanam, & iſte ſenſus tet ad Hebræ. 2. ca. ſcilicet, Decebat eum propter quomnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, pro nomine ſalutis eorum per paſſionem conſummari, ideſt, Chriſtū pro gloria noſtra mori, & ſequitur, qui ſanctificat, & ſanctificantur ex vno omnes, ideſt, Chriſtus qui ſanctificat nos per ſanguinem ſuum, & nos qui ſanctificamur ab eo, oportet ꝙ ſimus ab vno, ſed qui ſunt ab vno fratres ſunt, quia comunicant in ſanguine, & radice, vt dicit Ariſtot. & Euthicorum, & iſte eſt ſenſus Apoſtoli, quia ſtatim addit xit, propter quam cauſam non confunditur eos vocare fratres, ſcilicet, quia ex vno omnes. dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Etiam ex eadem cauſa non poteſt Angelos vocare fratres, quia non aſſumpſit illorum naturam, ſicut humanam, & patet quia cum dixiſſet, eodem cap. Apoſtolus hoc additxit quia quàm enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahę apprehendit. vnde debuit per oīa fratribus ſimilari & ſic frater eſt noſter, & non Angelorū, quia apprehēdit naturā noſtrā, & non Angelorum. pauperes autem hoīes ſunt, iō Chriſtus frater illorū eſt. Secundo poteſt vocari frater affectione: nā aliqui vocantur fratres affectione ter quos nulla cognatio eſt, ſed ſola affectione fraterna ſe fratres vocāt, ſicut quilibet homo alium quem diligit fratrem vocare ſolet, & nemo magis nos, quàm Chriſtus diligit, qui ſeipſum in pretium pro nobis dedit, ideo recte vocat pauperes fratres ſuos.

Tertio, quia ſpecialiter vocantur fratres omnes in Chriſtum credentes. ſic enim ipſe iuſſit, quòd ſuper terram. & quia ipſe communicauit nobis hanc fidem, & doctrinam in qua ſumus fratres, ipſe quo-

que frater noſter vocatur, vnde pauperes Chriſtiani ſunt fratres Chriſti, & de illis loquitur.

Quare Chriſtus voluit nunc vocare fratres ſuos ipſos pauperes. Quæſt. CCCXCIIII.

QVAERETVR quare Chriſtus voluit nunc vocare fratres ſuos ipſos pauperes, quia dato, ꝙ fratres eſſent, poterat eos alio nomine vocare non vocando fratres, vt ſi diceret, quādocunque feciſtis vni ex his minimis, vel pauperibus, mihi feciſtis. Dicendum, quòd fuit, primo ad oſtendendū dignitatem pauperum, tāt̨ enim dignitatis ſunt, quòd pauperes ſunt fratres Chriſti, & non videtur, quòd poſſit eſſe maior dignitas, quia fraternitas æqualitatē dicit, nihil autem maius quàm Chriſto ęquales fieri. Secundo vt tollat opinionem populi, qui pauperes contemnit: nam non debet, aut poteſt contemni niſi qui nullius honoris, aut dignitatis eſt, & tamen pauperes magnę dignitatis ſunt, quia fratres Chriſti ſunt: ideo non debemus eos contemnere, ſed honorare.

Tertio quantum ad principalem intentum, ſcilicet, quia Chriſtus vult nos valde allicere ad benefaciendum pauperibus, & hoc fiet ſi nos ſciamus, quòd in hoc multum placemus Chriſto, & aliquid magnū pro hoc recipiemus. vt ergo videamus quantum ei placemus vocat pauperes fratres ſuos, vt ſciamus, ꝙ multum eos diligit, & reputat quos fratres vocat, & conſequenter multum reputabit bona eis impenſa.

Quarto dixit ad oſtendendum tam illorum quàm omnium noſtrum dignitatem, vere enim fratres ſumus Chriſti, quia filij ſumus Patris eius, licet nō ſicut ille ipſe quidem vnigenitus, & natus, nos vero neque nati neque vnigeniti, ſed adoptati, ipſe Pater Chriſti adoptauit nos in filios ad Rom. 8. habemus ſpiritum adoptionis in quo clamamus abba Pater, & cū ſimus adoptati habemus ius ſuccedendi in bonis paternis, ſic Apoſtolus dicit, eodem cap. ſcilicet, filij, & hęredes, hæredes autem Dei, cohęredes vero Chriſti, & idem ad Gala. 4. cap. magna autem excellentia eſt, habere hęreditatem bonorum Dei; ideo fratres vocauit pauperes, quia tam nos quàm illi fratres ſumus Chriſti, & cohæredes eius, ſi hęreditarium ius per iniquitatem non perdiderimus.

Quomodo Chriſtus dixit, ex fratribus minimis, cum minimi non ſint, qui fratres Chriſti ſunt. Quæſt. CCCXCV.

QVAERETVR quomodo dicit, ex fratribus meis minimis: nam videtur, quòd non erunt minimi, ſed magni, quia eos fratres vocat, nemo autem paruus eſt, qui ad tātam dignitatem prouehitur, vt frater Chriſti ſit.

Dicendum, quòd Chriſtus vocauit minimos, vt intelligeremus pauperes: ideo ponitur ad limitandū quaſi diſtingueret omnes homines, ſunt enim omnes fratres eius, ideſt, Chriſti, ſed quidam ſunt magni in poteſtate, & diuitijs, alij vero minores, minimos vero vocamus pauperes quibus in ſtatu nulli minores inueniuntur.

Secundo ad conſonandum modo loquendi vulgari: nam licet in veritate pauperes non ſint minimi, vocat eos minimus populus. Deus enim, qui intuetur cor. 1. Reg. 16. vocat magnos eos, qui apud ipſum magni meriti ſunt, paruos vero eos, qui ſunt parui meriti, aut a toto merito cadunt ſicut patet ſupra 5. c. qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines facere, minimus vocabitur in regno cęlorum. homines autem intuentur ſolum, quæ foris patent 1. Reg. 16. cap. ideo magnum vocant eū, qui in bonis fortunę abundat, quę ſunt bona ſenſibilia, ideſt, diuitem, & potentem, eum vero qui in his minoratur, paruum, aut minimum vocant, ſcilicet, pauperes: Chriſtus ergo aſſenſit modo loquendi vocando pauperes paruos, quia nos ſic vocamus, licet nō ſint ſic. ſic dicit Hiero. ſuper Matthęum, ſi fratres ſui ſunt quomodo eos minimos vocat? reſpondet ſcilicet, propter hoc, quia ſunt humiles, quia pauperes, quia abiecti.

Tertio fit ad oſtendendum, quòd Chriſtus nō reputat idem de pauperibus, quod nos, quia nos abiectos illos dicimus, ipſe vero vocat illos glorioſos, & ideo non dixit abſolute, quādiu vni ex minimis meis feciſtis, neq; quandiu vni ex fratribus meis feciſtis, ſed adiunxit rationes ad vtrunque ſcilicet, quādiu vni ex fratribus meis minimis feciſtis, vt ſit ſenſus, quando feciſtis hoc vni de pauperibus quos vos vocatis minimos, ego autem non minimos, ſed fratres meos.

Quarto poteſt accipi, ꝙ intelligatur vere de minoribus, ſcilicet, non ſolum minoribus in facultatibus, ſed etiam in merito, & tunc accipietur minimus ante Deum, qui ſecundum interiora iudicat, & opera, & non ſecundum diuitias, vel exterius accidentia, vt ſit ſenſus, non ſolum quando dediſtis bonū pauperibus qui ſunt magni meriti feciſtis mihi, ſed etiam quādocunque feciſtis pauperibus, etiam ſi minimi meriti eſſent, immo & ſi mali eſſent mihi feciſtis, quia propter me feciſtis.

Quomodo poteſt ſtare, quod dicitur, quia beati nec parui nec minimi dici poſſunt. Quæſt. CCCXCVI.

SED quęretur quomodo pōt ſtare, quia iſtud poſſet conuenire reſpectu huius vitę quando pauperes ſunt parui, ſed illud dicetur in iudicio, quando illi pauperes, de quibus Chriſtus loquitur, erunt beatificati, & de beatis nemo paruus eſt, quia quilibet habet omne bonum, & cui nihil deeſt. Dici poteſt vno modo, quòd iſta verba attenduntur reſpectu temporis illius in quo Chriſtus loquebatur iſta ſuis: nā tūc erant pauperes, & parui erant. Sed obijcietur, quòd nō ſtet, ſed neceſſe ſit referri ad tempus iudicij, cum dicatur in verbis illis, quandiu vni de his fratribus meis minimis, & ita oſtenſio illa fiet in iudicio, & tunc vocabuntur minimi, non quidem in diuitijs, ſed in merito & gloria, quia aliqui pauperes erunt minores omnibus alijs in merito, & de illis poterit intelligi, & tunc minimi vocabuntur, quia minimi erunt. Sed dicendum, quòd nō ſtat. Primo quia ex hac ratione nemo vocabitur ibi minimus, immo neque paruus, quia qui beatus eſt omne bonum habet, & nihil ei deficit, ideo non vocatur abſolute minimus, quia minimus importat defectum, & nullus defectus manebit in beatis. Secundo quia cum Chriſtus ponat meritum, & demeritum in benefaciendo minimis, oportet quòd apud omnes eſſent cogniti tam apud bonos quàm apud malos, quia ad omnes loquitur Chriſtus de minimis, & omnes per hoc mereri debebant vitā ęternam, & tamen parui, aut magni in meritis nō cognoſcuntur apud homines: ideo non dī de his minimis, ſed de illis, qui cogniti ſunt apud omnes, & iſti ſunt pauperes, quia diuitiæ, & paupertas apud bonos & malos cognoſcuntur, quia conſiſtunt in rebus ſenſibilibus. Tertio & pręcipue, quia ſi iſte ſenſus eſſet, non diceretur, qñ vni ex minimis, ſed qñcunque vni ex fratribus meis ēt de minimis feciſtis, & tñ abſolute dixit, qñ feciſtis vni de minimis, ergo innuitur, ꝙ iſta opera miſericordię ſolum impenduntur minimis, iō non poterit intelligi de merito, ſed de facultatibus, quia ſolis pauperibus tribuenda ſunt hęc.

An

An accipiatur hoc quod dixit Christus de omnibus pauperibus tam bonis quam malis, vel solum de eremitis, aut Apostolis & discipulis. Quæst. CCCXCVII.

QVAERETVR cum Christus dixerit hic, ꝙ quandiu factum est vni ex minimis, ideſt, ex pauperibus. an accipiatur istud de omnibus pauperibus. Aliqui dicunt, quòd non intelligũtur omnes pauperes, sed solum monachi, qui habitant in eremo, quia illi sunt minimi, cum minus potiantur bonis huius vitę quàm cęteri homines. Sed dicendum, quòd non stat, quia vt dictum est prędic. q. minimi vocantur pauperes, & nō fuit facta ibi distinctio, immo potius ex modo loquendi videtur intellectum esse generaliter de omnibus, quia dicitur quandiu vni ex minimis meis feciſtis, ideſt, quandocũque feciſtis alicui de minimis, ideſt, pauperibus: nam si diceretur quandiu feciſtis minimis meis, & non adderetur aliquid, posset intelligi aliquis modus specialis minimorum, & tamen dicitur vni ex minimis, & ita intelligitur quilibet ex modo loquendi, ideſt, non vni determinato, sed cuilibet. Secundo patet, quia Deus dicet istud omnibus hominibus, i. bonis & malis, ꝙ omni tempore fuerunt, sed manifestum est, ꝙ multis temporibus non fuerunt monachi, scilicet, ante tempus Christi, ergo non intelligitur de illis solis. Tertio patet, quia monachi cum sint in eremo non possunt pati ista, ideſt, ꝙ infirmi sint, & visitemus eos, in carcere sint, & veniamus ad illos, & tamen Christus ponit ista quasi accidãt, ergo nō loquitur de illis solis. Quarto patet, quia Christus accusat malos, quòd non fecerint ista circa minimos, & tamen si per minimos intelligerentur soli monachi non possent esse in omni loco vbi homines conuersarentur, necesse est autem istos poni vbicunque homines conuersentur, vt homines boni, & mali possint eis benefacere quandocunque voluerint, ergo non sunt monachi, sed pauperes quicunque, qui in omni loco haberi possunt, & sunt, vt Christus dixit seq. cap. semper pauperes habebitis vobiscum, & ante tempus Christi semper fuerunt pauperes Deut. 15. cap. non deerunt pauperes in terra habitationis tuę. & ita omni tempore, & in omni loco sunt pauperes, & de istis dicitur hic.

Alij dicunt, quòd licet non intelligatur de monachis, intelligitur de viris sanctis specialiter de habentibus statum, vel officium a Deo, vt de Apostolis, discipulis, & Prophetis, & iustis, sic dicitur supra 10. ca. qui recipit Prophetam in nomine Prophetę mercedem Prophetę accipiet, & qui accipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet, & qui dederit vni ex minimis potum in nomine discipuli nō perdet mercedem suam, ergo videtur, quòd non possit hoc intelligi nisi de Prophetis, & discipulis, & iustis, immo & quòd plus est, quia oportet in nomine talium eis dari eleemosynam cum dicatur, qui recipit Prophetã in nomine Prophetę, & iustum in nomine iusti, & sic opera misericordię, propter quę datur vita ęterna videntur esse illa, quæ exhibita fuerunt talibus, & nō omnibus. Dicendum, quòd noh, & patet primo, quia ad homines cuiuslibet tęporis dicitur istud, & tamen non fuerunt omni tępore Prophetę, & discipuli, neque semper erunt, quia nunc neque Prophetas neque discipulos videmus. ergo necesse est intelligi de pauperibus, qui omni tempore sunt. Secundo quia istud dicitur ad homines bonos, & malos omnium locorũ arguendo eos pro intelligentia horum operum, s. ꝙ videant pauperes esurientes, sitientes, nudos, & non misereantur eorum, & tamen si accipiatur de solis Prophetis, & iustis non sunt in omni loco, vel saltem non cognoscuntur, ideo non intelligitur de illis. Dicendum, ꝙ non est sensus, ꝙ soli benefacientes Prophetis, & Apostolis, atq; discipulis recipiant mercedē, sed etiam benefacientes pauperibus quibuscunq;. Sed cum dicitur. qui recipit Prophetā &c. pōt intelligi duplicirer, vno modo de speciali mercede: nā omnis, qui benefacit pauperibus meretur, sed qui benefacit maioribus pauperibus, i. maioris meriti, & officij apud Deum magis meretur, & de illa speciali mercede Christus specialiter ibi locutus est, hic autem de misericordia impensa omnibus pauperibus. Secundo pōt accipi, ꝙ Christus loquebatur specialiter de suis discipulis, i. Apostolis, & alijs quos ad prędicandum mittebat, & iubebat nō portare cibos in via, sed quocunque intrarent, cibum acciperent apud eos vbi hospitabantur, & quia ista erat res magni oneris, i. ꝙ expensis hospitum suorum cibarentur, dixit magnum esse meritum recipientium, & de alijs pauperibus ibi nihil dixit, & tamen quicũque miseretur alijs pauperibus meretur. Sed obijcietur, quia ibidem supra 10. cap. dicitur, qui dederit potum vni ex minimis meis istis calicem aquę frigidę tantum in nomine discipuli non perdet mercedem suam, & dicitur ibi de minimis sicut hic, ergo videtur, quòd ista litera debeat intelligi secũdum illam, s. de discipulis, & ꝙ in nomine discipuli debeat dari eleemosyna, & alias non valeat ad vitam ęternam. Dicēdum, ꝙ nullo modo stat propter causas dictas: nam Christus assignat hic beatis causam salutis, quia esurientes pauerunt &c. & dānatis pro causa damnationis assignat, quia non fecerunt eadem, & tamen non debet damnari aliquis nisi pro eo quod facere pōt, & non facit, & ad salutem nō debet poni magna difficultas, sed benefacere prophetis, & discipulis non est in potestate nostra, quia iam nō sunt Prophetę, & discipuli, vel saltem nō sunt in omni loco, & siquis sunt non cognoscimus eos, ergo nō debet poni salus in benefaciendo eis solum, sed in benefaciendo omnibus ēt, qui non sunt discipuli Christi, neque Prophetę. sed paruuli. Sic patet supra 18. c. 6. cum discipuli contenderent, aduocans Iesus paruulū statuit eum in medio illorum, & dixit, nisi conuerti fuerit is, & efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnum cęlorum, & qui suscepit vnum paruulum talē in nomine meo me suscipit, & ita benefacere cuicunque paruulo est magni meriti, & dicitur benefacere Christo, qui facit. Et ideo litera ista habet locū in illis paruulis, quia qui benefaciunt hic minimis dicuntur benefacere Christo. Et appareat hoc magis, quia Luc. 9. & Mar. 9. vocatur puer ille quem Matthęus paruulū vocat, s. & accipiens puerum statuit eum in medio eorum, quem cum complexus esset ait illis, quicunque vnum ex his pueris receperit in nomine meo me recipit, sed recipiendo Christum meremur vitam ęternam ergo benefaciendo cuicunque pauperi, vel puero, ēt si non sit discipulus, neque Prophetæ, neque iustus, meremur idem dū tamen pro Christo faciamus, & non potest esse ille paruulus de discipulis, quia potius Christus aduocauit illum paruulum ad arguendum discipulos, vt patet ibidem.

Ad rationem dicendum, quòd ibi Christus dixit tantum in nomine discipuli, non quòd solis discipulis opera misericordię sint exibenda, vel circa illos solos mereamur, sed quia voluit tollere dubiū, dixerat enim, quòd qui reciperet discipulos suos eunres ad prędicandum magnam mercedem acciperet, aliquis autem obijceret, quòd fortè multi dicerent se esse discipulos Christi, & missos ad prędicandū, cum tamen nō essent, & sic fallerent hospites, & illi timentes falli forte ipsos veros discipulos nō reciperent, & Christus ait, ꝙ siue recipiat quis veros discipulos Christi, siue falsos dum tamen illi se discipulos vocent, & in nomine

nomine discipulorum recipiantur, illi qui eos receperint ita merebuntur ac si veros discipulos reciperent, vnde dixit, ꝙ recipit Prophetā in nomine Prophetę, i. eum qui se vocat Prophetā in nomine Prophetę, & iustum in nomine iusti, & non dixit, qui recipit Prophetam, & qui recipit iustum, sed addit in nomine Prophetę, & iusti, quia aliàs signaretur, quòd qui recipit verum Prophetam, & verum iustum meretur solum, & hoc magis expressit cum dixit, qui dederit potum vni ex minimis tantū in nomine discipuli, ideſt, etiam si nō habeat aliquid aliud, nisi quòd se vocet discipulum etiam si non sit, & ita apparet, quòd Christus non dedit ibi doctrinā de eleemosyna danda omnibus pauperibus, sed solum de eleemosyna, quæ dabatur discipulis suis missis ab eo ad prędicandū, quia de illis est totum illud ca. Sed adhuc dicunt aliqui, ꝙ licet non accipiatur de solis discipulis, vel Apostolis Christi, tamen accipitur de solis viris iustis, eo quòd dicitur, quādiu feciſtis vni ex minimis fratribus meis mihi feciſtis, sed fratres Christi vocantur, qui faciunt voluntatem Patris eius, & isti sunt boni, supra 12. cap. scilicet, quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis est ipse meus frater, & soror, & mater est.

Secundo quia hoc videtur tenere Hierony. super Matth. scilicet, libera quidem nobis erat intelligētia, quòd in omni paupere Christus esuriens pasceretur, & sitiens potaretur, & sic de alijs, sed ex hoc, quod sequitur, scilicet, quandiu feciſtis vni ex fratribus meis minimis mihi feciſtis. non mihi videtur generaliter dixisse de pauperibus, sed de his, qui pauperes spiritu sunt, ad quos extendens manus dixerat, fratres mei sunt, qui faciunt voluntatem Patris mei.

Dicendum, quòd non stat, primo quia fundamentum istud non probat: nam fratres multipliciter vocãtur, vt ipse Hierony. asserit. & ita vocantur fratres omnes, qui ab vno patre descēdūt, & quia nos, & Christus homo descendimus ab vno patre vniuoce, ideſt, ab Adam vocamur fratres, sicut Apostolus eum vocat fratrem nostrum, quia communicat nobiscum in carne, & sanguine ad Hebrę. 2. c. & ostēsum est supra hoc, ergo modo non soli boni, sed etiam mali vocãtur fratres eius, & ideo siue bonis siue malis fiat eleemosyna conuenienter huic literę.

Secundo quia ad meritum benefacientis nō requiritur, quòd ille cui benefacit sit bonus, sed quòd nomen boni habeat, sic dicitur supra 10. cap. qui dederit potum vni ex minimis tantum in nomine discipuli, ideſt, non requiritur nisi, quòd detur in nomine discipuli, etiam si non sit discipulus, ergo non requiritur, quòd sit vere bonus.

Tertio quia sic perderet sępe homo opera sua, cū putaret bonos esse illos qbus benefacit, & nō essent.

Quarto quia sic boni periclitarentur, quia cū ignoramus, qui essent boni ad hoc, quòd non perderemus opera nostra, nollemus bonū facere bonis, neq; malis, & istud est inconuenies: ideo ponendum est, quòd quibuscunque faciendo bonum mereamur.

Quinto patet, quia nemo condemnandus est pro eo, quòd non est in potestate sua, & tamen non est in potestate nostra cognoscere bonos, & malos, cū hoc solus Deus nouerit, qui scrutatur renes, & corda, ergo non obligamur ad benefaciendū bonis quasi non benefaciendo illis pereamus. Et tamen hic ponitur condemnatio, & ablolutio pro benefacere, ergo non intelligitur de benefaciendo solis bonis, sed omnibus pauperibus, & ita patet, quia Apostolus admonet omnibus hominibus bonum facere, non solum enim bonis, & malis, de quibus dubium est an boni & mali sint, sed etiam malis de quibus manifestum est, quòd sint mali, scilicet, infidelibus, qui non possunt esse boni quandiu infideles sunt: nam iam iudicati sunt Ioan. 3. cap. & tamen Apostolus ad Gala. 6. cap. dicit, dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maxime ad domesticos fidei, ideſt, fideles, ergo tam fidelibus quàm infidelibus benefaciēdum est, & tamen non suaderet benefacere infidelibus nisi bonum, & meritorium esset, ergo cuicunque benefaciamus meremur. Et patet ex verbis eiusdem ibidem, scilicet, bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus, & statim subdidit omnibus benefaciendum esse, ergo etiam metemus pro bono, quod infidelibus fecerimus. apparet igitur, quòd istud verbum Christi, scilicet, quandiu vni ex minimis his feciſtis intelligitur de omnibus pauperibus siue bonis siue malis.

Ad quid prodest hoc verbum Christi. scilicet, quandiu vni ex fratribus &c. Quæst. CCCXCVIII.

QVAERETVR ad quid prodest istud verbum Christi, scilicet, quandiu vni ex fratribus meis minimis feciſtis mihi feciſtis? Nam videtur, quòd prosit ad incitandum ad benefaciendū pauperibus, & tamen quando istud dicetur, nullus erit pauper cui pręstari eleemosyna possit, ergo supernacue dicetur.

Dici potest vno modo, quòd vtilitas eius refertur ad nunc, quia cum Christus istud iam dixerit, scimus quantum bonum sit pauperibus benefacere, & incitamur ad benefaciendum.

Secundo vt non sit nobis excusatio in die iudicij: nam si non prenunciatum esset nobis per quid possemus saluari, & damnari, si postea damnaremur videretur contra nos iniuste actum, & tamen iam prenunciatū est quid est, per quod saluari, & damnari possimus: ideo non manebit nobis excusatio si damnati fuerimus.

Tertio dicendum, quòd proderit post iudiciū non ad incitandum ad bonum, sed ad statum illum, scilicet, quia bonis per hoc erit maius gaudium. Nam cum dicetur eis, quòd vitam ęternam habuerunt benefaciendo minimis gaudebunt, & gratias agent, quia pro re tam parua, & tam facili habuerunt tam excellens bonum.

Quarto erit ad confusionem malorum, quia cum audierint, quòd ideo damnantur, quia contempserūt benefacere pauperibus, confundentur, quòd pro re tam parua, & tam facili ipsis omiserunt adipisci tantū bonum, & hoc erit eis quædam pœna.

Est autem hoc cōuenienter dictum, scilicet, quòd tam hic quàm in futuro ista verba prosint, quia ista verba bis dicuntur. Hic enim dicta sunt a Christo, & dicentur iterum in futuro, inquantum enim dicta sunt a Christo iam prosunt hic ad duo prima, inquantum vero dicenda sunt in die iudicij proderunt tunc ad duo altera, eo quòd verbum Christi non potest inutiliter dici.

Quare dicitur, tunc dicet his, qui sunt a sinistris discedite. Quæst. CCCXCIX,

QVAERETVR quare dicitur, tunc dicet his, qui sunt a sinistris discedite &c.

Dicendum, quòd notatur ordo inter sententiam bonorum, & malorum: nam de bonis dicta erat sententia, & causa eius, subditur ergo statum sententia contra malos, & dicitur, tunc dicet rex, scilicet, postquam dixerit omnia, quę ad bonos pertinent.

Sciendum, quòd aliqui ponunt omnia ista futura esse

esse sine vlla voce in solis mentibus. Alij dicũt, quòd vocaliter dicentur. Tenendo primum nõ erit aliquis ordo secundum tempus, sed simul tam in mentibus bonorum quàm malorum Deus ostenderet quid de ipsis diffiniret, & quare, & non esset ibi aliquis ordo temporis. accipiendo secundo modo oportet ponere ordinem temporis, quia non possunt ista simul dici.

Sed tunc dicendum, quòd verisimilius est prius diffiniri pro bonis quàm cõtra malos. Et ratio est primo propter dignitatem bonorum, & de dignioribus priorem facimus sermonem. Secundo propter cõditionem sententię, quia est absolutoria, & de rebus bonis, & excellentior est quàm condemnatoria, quę est de rebus duris.

Quare Christus dicet malis in iudicio discedite a me.
Quæst. CCCC.

QVAERETVR quare Christus dicet malis in iudicio discedite a me.

Dicẽdum, quòd eadem ratione qua de bonis dicitur, venite, dicitur de malis discedite. De bonis enim dicebatur vno modo venite, s. ad me, q.d. ante hoc elongati eratis a me, quia secundum corporalẽ presentiam nunquàm fuistis mecum, & tamen iocũditas est in tali præsentia, ideo venite dicitur, ideſt, accedite ad me, econtrario malis dicitur, quòd recedãt a Christo, vt neque ex presentia eius aliquem fauorẽ habere videantur, de hoc dicit Origenes super Matt. sicut iustis dixerat, venite, ita iniustis dicit, discedite: nam propinqui sunt verbo, qui seruant Dei mãdatũ, & vocantur, vt propinquiores efficiantur, longe autẽ ab eo sunt, & si videantur ei assistere, qui non faciunt mandata illius, propter hoc audiunt discedite, vt qui modo, vel videntur esse apud Deum postea, neque videantur.

Secundo dicitur bonis, quòd veniant, scilicet, ad percipiendum regnum: nam licet tempore iudicij boni erunt iam beatificati, tamen nondum erunt in loco beatitudinis, ideo vt illuc eant mouebuntur, & quia locus ille erit magis propinquus Christo quàm illis, quia ipse erit sublimior, & vicinior cęlo, dicet eis, venite, ita erit de malis, ituri enim sunt in locum pœnarum, & quia locus ille magis est elongatus a Christo quàm ab eis, cum sit intra viscera terrę, dicet eis, discedite a me, scilicet, de loco isto recedite, vt eatis in locum tormentorum, vobis paratum.

Tertio quia ista dicuntur in modum contumeliæ: nam Deus laudabit bonos 1. Corin. 4. ca. & ad ostendendum eis fauorem dicet, venite benedicti, mali autem econtrario sunt digni vituperio, ideo in pœnam vtetur contra eos contumelia, & quasi ex indignatione dicet eis, discedite, quia magnus contemptus est quando quis abijcit alterum a facie sua.

Quare Christus dicet malis, discedite maledicti.
Quæst. CCCCI.

QVAERETVR quare dicet eis, discedite maledicti,

Dicendum, quòd sicut bonis dicetur, venite benedicti: ita econtrario malis dicetur, discedite maledicti, opposita enim eis competũt. Sed benedictio dicitur multipliciter, ira & maledictio quinque enim modis boni vocantur benedicti, & totidem modis mali dicuntur maledicti, de quibus dictum est supra, & tamen in presenti duo modi illorum maxime conueniunt, s. secundus & quintus: nã benedictos, i. bene fortunatos dicimus, eo modo quo de fortuna loquimur, i. quibus Deus bona disposuit, & omnia eis in bonum proueniunt, talis est enim cõditio prędestinatorum. Sic dicitur ad Rom. 8. scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositũ vocati sunt sancti, & aduenit eis in fine maximum bonum: male ante fortunatos vocamus eos quibus Deus talia bona non pręuidit, ideo isti ad vltimum incidunt in malum, & quidquid in eis prędecidit consummatur in malo, sic de dãnatis erit, & ob hoc proprie tunc vocantur maledicti quando summum malum eis euenit, ideſt, quando recluduntur in gehenna.

Conuenit etiam vltimus modus, quia sicut benedicti vocantur, qui in omnibus bonis abundantiã habent, ita & maledicti, qui in omnibus bonis deficiũt, nulli autem magis in bono deficiunt quàm damnati, quia nullum bonum eis manet, & omne genus mali eis applicatur: ideo recte dicentur maledicti.

Quare non dicitur, discedite maledicti Patris mei.
Quæst. CCCCII.

QVAERETVR cum bonis dictum sit, venite benedicti Patris mei, quare malis nõ dicitur, discedite maledicti Patris mei, sed absolute dicitur, discedite maledicti. Dicẽdum primo quòd non est eadem causa, neque est eadem constructio: nam cum dicitur, venite benedicti Patris mei, ille genitiuus Patris non ordinatur cũ illo participio benedicti, sed cũ illo accusatiuo regnum, vt sit sensus, venite benedicti possidete regnũ Patris mei, sed non est aliquid quod detur malis cum quo ordinetur ille genitiuus Patris: nam aliàs non bene diceretur, venite benedicti Patris mei, sed debet dici, venite benedicti a Patre meo, & ita discedite maledicti a Patre meo. Secundo & pręcipue fit hoc, quia benedictio est a Patre, ideſt, Deo, maledictio autem est a quolibet, & Deus non est auctor eius, & apparet sic de prędestinatione, & reprobatione: nam ad prædestinationem est operatio Dei qua ab æterno elegit nos (vt scriptura dicit) ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati cum eo ad Ephe. 1. capi. Et ideo non est in nobis neque ex nobis, ideſt, ex potestate nostra, quòd habeamus bonum illud, sed ex Dei voluntate ad Rom. 9. ca. s. non est currentis neq; volentis, sed Dei miserentis, & sicut nos non sumus causa effectiua bonorum illorum, ita nec sumus causa meritoria, i. quòd per operationes nostras meruerimus a Deo eligi, sed antequam bonum, aut malum agamus iuxta modum scripturę ad Ro. 9. ca. & Malach. 1. diligit, & eligit quos vult ad bonum. Secus autem de reprobatione, quia ibi non est causa aliqua ex parte Dei, sed sola pręcognitio, ex parte autem nostra est causa, scilicet, malę operationes nostrę, ideo istud non licet, prescientiam, & non operationem sicut prędestinatio, sed benedictio, & maledictio sunt effectus ipsi, scilicet, prędestinationis, & prescientię, vel reprobationis, quia prędestinati quando accipiunt prędestinatum bonum vocantur benedicti, & mali quando accipiunt, quod precognitum est pro eis malum, quod ipsi meruerunt, vocãtur maledicti. Vnde Christus tunc quando executionem faciet prędestinationis, & reprobationis vocabit istos benedictos, & maledictos: ideo quia prędestinatio, & benedictio a Deo est, vocabit bonos benedictos a Patre suo, reprobatos autem, quia non habet causam a Deo facient, quòd mali vocentur maledicti, sed non dicantur maledicti a Deo quasi ipse maledictionis auctor sit, quia Deus non est auctor, ideſt, principium, vel inchoator mali, non solum culpę, sed neque etiam pœnæ, quia nec dicitur

dicitur Sap. 1. cap. Deus mortem non fecit, neque delectatur in perditione viuorum. Et sic omne bonum habet homo a Deo, malum vero a seipso. Osee 13. c. scilicet, perditio tua Israel ex te est, tantum modo in me auxilium tuum, ideſt, in potestate tua est, quòd pereas, sed quòd saluetis solum est in potestate mea. Sic dicit Origenes super Matth. considerandum est quoniam in Sanctis dictum est, venite benedicti Patris mei, nõ autem dicitur nunc maledicti Patris mei, nam benedictionis quidem ministrator est Pater, maledictionis autem vnusquisque est actor sibi, qui maledictione digna operatus est.

Tertio quia Deus non debet introduci nisi ad id, ad quod non sufficit potestas humana, superuacuũ enim esset Deũ introducere vbi per seipsum posset homo efficere, beatitudinem autem nemo potest p seipsum habere, nec etiã Angeli dato, quòd permittatur eis peruenire ad quantum bonum potuerint ex suis viribus habere, sed sicut non potest aliquid calefieri nisi a calido, & omne, quod est per accidens reducitur ad per se, ita & quod naturaliter non est beatum, impossibile est, quòd reducatur ad esse beatum, nisi per id, quod naturaliter est beatum. Deus autem solus est naturaliter beatus, quia est ipsa essentia beatitudinis, ideo nulla res quantumcunque excellens potest effici beata nisi a Deo, sed benedictum esse est peruenire ad beatitudinem: ideo beatitudo, & benedictio a Deo est. recte igitur benedicti dicuntur a Patre, & possidere regnum Patris, quia nemo potest benedicere nisi Pater, & nullius esse potest regnum ex cuius possessione est quis beatus nisi Dei Patris. de maledictione secus est, quia maledictio non dicit aliquid excellens, sed potius defectum totius excellentię, & boni: deficere autem cuilibet promptum est, & posse deficere rebus competit ex natura propria inquantum sunt de nihilo: ideo ad incurrendum in maledictionem non requiritur operatio aliqua Dei, sed quilibet sibi ipsi est sufficiens causa mali in efficiẽdo, vel proprius in deficiendo: ideo non debuit dici, discedite maledicti Patris mei.

Quare dicitur malis, discedite in ignem æternum.
Quæst. CCCCIII.

QVAERETVR quare dicitur malis discedite in ignem.

Dicendum, quòd primo dicitur hoc ad hoc, quòd concordet sentẽtia eorum cum sententia bonorum: nam eis dictum est, venite benedicti possidere regnum, ergo loco regni debuit assignari malis aliquid, & illud est ignis, dicitur enim, discedite in ignem.

Secundo quia mali sunt condemnati ad pœnam: ideo oportet, quòd assignetur eis locus in quo pœnã illam tolerent, malis autem debet dari carcer, ideo dicitur in ignem. Nõ solum enim accipitur ignis pro igne, sed magis pro loco ignis in quo loco tenebũtur.

Sed dicendum, quòd mali non patientur in solo igne, sed in multis generibus pœnarum. Nullus enim modus afflictionis est quem mali non patiantur in inferno, sed nominatur ignis, quia ista forte erit pręcipua pœna inferni, & communior. Nam interer, elementa nullum est tam actiuum, & nullius qualitas est tam afflictiua, quia humiditas hebes, & tarda est in operatione respectu caliditatis, & frigiditas quoque, & nobis nihil est tam terribile in afflictiuis quàm ignis, ideo etiam si alia afflictiua apud inferos sint, de igne solo dicitur.

Quare dicitur in ignem æternum. Quæst. CCCCIIII.

SED quęretur quare dicitur in ignem æternum. Dicendum, quod accipitur æternum, ideſt, perpetuum. Nam principium habuit, sed quia nunquam cessabit vocatur æternus, ideſt, perpetuus. Et causa est, quia in veritate talis est: nã non durabit ad tempus aliquod, ita vt postea cesset esse, sed ita durabit, quòd nunquam finiatur: ideo est æternus.

Secundo dicitur ad admonitionem præsentium: nã non solum dicturus est Christus hoc in iudicio, sed etiam iam illud dixit discipulis, & ex illo admoniti sunt, fuit autem multum, immo summe necessaria ista instructio, primo propter fidem, nam cum pœna & gaudium pro bonis, & malis distribuenda sint, necesse est, vt ex fide habeatur qualia ista futura sunt, cũ potissime ista ad finem pertineant, quia sunt de rebus in quibus consistit finis.

Tertio quantum ad eruditionem per incussionem timoris: nam nihil est per quod homines arceantur a malo quàm cum sciunt pœnam damnatorum esse æternam: nam si esset temporalis quantumlibet diuturna multi pręeligerent frui bonis huius seculi, licet prauè iudicarent etiam si paterentur illam, sed cum dicitur, quòd erit æterna, nemo est, qui non horreat, ideo omnis homo timens arcetur aliqualiter, vel aliquando a malis.

Quarto quantum ad principale propter damnatos ad augendum eorũ tristitiã. Cum enim mittit eos ad ignẽ, vt nõ credãr, q aliqñ ille desiturus est, & de hoc aliquã specie concipiant, dicet eis in ignem æternum.

Quinto ad instructionem nostram, & damnatorũ tristitiam, vt ostendat in hoc illum ignem violentiorem esse quàm sit iste noster. Nam quilibet ignis noster extinguitur aliquando, ille autem nunquam extinguitur, ignum ergo est, quòd ille actor est quàm noster, cum & in nostro igne durius exurit, qui aptior est ad magis manendum, cum competat illud sibi ex materia in qua est, & ex illa fit aliquis ignis violentior. alius vero remissior in actione.

Quis est diabolus iste cum dicitur, qui paratus est diabolo, & an Angeli tam boni quam mali habeant nomina, sicut & nos. Quæst. CCCCV.

QVAERETVR quare dicitur, qui præparatus est diabolo, & Angelis eius, quis est iste diabolus, aut quomodo accipitur.

Dicendum, quòd circa dęmones ita est sicut circa Angelos quantum ad nomina. Angeli enim non habent nomina, quia nomina sunt ad distinguendum, & tamen in eis non est conueniens talis distinctio, quæ fiat per nomina, ideo nomina nõ habent. Et apparet primo, quia in nobis est distinctio secundũ speciem, & secundum numerum in quibusdam conuenientibus specie, & ideo ad distinguendum istos, qui sunt sub eadem specie, & paruam differentiam inter se habent, fuerunt conuenientia nomina quælibet saltem imposita ad placitũ, sed in Angelis nõ est minor distinctio quã in specie, quia sunt immateriales, & non habent idem esse in numero sicut personę diuinę: ideo nõ sunt necessaria nomina indiuiduorum sicut in nobis, in speciebus autem ex forma, vel natura est magis nota differentia, etiam si nullum nomen esset. Secundo quia nomina sunt nobis necessaria siue specierum siue indiuiduorum ad intelligendum de quibus rebus nobis indicatur, quia aliter illas non cognoscimus, & per nomina scimus distincte de quibus rebus nobis dicatur, sed in Angelis secus est, quia cognitio

gnitio ſua peruenit ad hoc, vt diſtincte ſingulas res cognoſcant, quando quis eis vult notificare etiã nullo dato nomine: ideo non ſunt eis nomina.

Tertio quia pręcipue nos habemus nomina, vt per ea alijs patefaciamus cõceptus noſtros, vt ſic verbum exterius ſeruiat verbo interiori, & tamẽ Angeli exprimunt inuicem cõceptus ſuos ſine voce eo modo quo dicimus eſſe locutionem in Angelis: ideo nõ habent ipſi nomina de ſeipſis neque de nobis. Sicut autem de Angelis bonis eſt, ita & de dęmonibus, qa vtrique vocantur Angeli, & ſunt ſubſtantię immateriales, ideo non habent nomina, ex quo ſequitur, ꝙ neque nos poſſumus eos nominare ſuis nominibus, cum illa non habeant, ſed neceſſe eſt, quòd ſi eos volumus nominare fingamus eis nomina, & quia neceſſarium fuit nobis de illis aliquid loqui quantũ ad neceſſitatem fidei, oportuit illis poni aliqua nomina, & quia illi ſpiritus ſunt immateriales, & a quibuſdam vix eſſe creduntur, non potuimus habere de illis notionem neque nominationem niſi quantum in hac parte ſacra ſcriptura tradidit, quę tam circa Angelos bonos quàm circa dęmones aliquid locuta eſt.

De Angelis dicendum, quòd ipſa poſuit nomina ordinũ, ſcilicet. Angelos, Archangelos, Virtutes, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Thronos, Cherubin, Seraphin, quę nomina partim in veteri, partim in nouo teſtamento habentur, de Angelis autem ipſis particularibus nomina rara poſuit ſcriptura, quæ magis ex quadam proprietate, & effectu ponuntur quàm quòd eis propria ſint. Sic autem eſt nomẽ Michael, Gabriel, Raphael. duo enim prima apud Danielem inueniuntur, ſcilicet, Dan. 9. & 12. tertium vero apud Tobiam, fuit enim ille Angelus dirigens Tobiam, de cęteris quoniam nec actus eorum ſunt nobis noti, neque ſcriptura poſuit nomina, non inuenimus nomina aliqua: nam nos fingere non poſſumus, cum ipſos Angelos non cognoſcamus.

Circa dęmones dicendum, quòd eodem modo ſunt illorum nomina rara, ſicut & Angelorum: nam neque proprie nomina habent ſicut dictum eſt, ſed ſcriptura illis quoque aliqua nomina dedit generalia. Nã vocat eos dęmones, aut dęmonia, ſed iuxta cõſuetudinem latinam nomina iſta ad ſignandum prauos ſpiritus accipiuntur ſemper, & tamen ſecũdum proprietatem, & originem eorũ apud græcos omnibus ſpiritibus competunt, idem enim eſt ac ſi intelligentias appellemus, & tamen intelligentia de omni ſubſtantia immateriali dicitur ſicut Philoſophi loquuntur. Vocant etiam eos dęmones quaſi pręſcios rerũ, quoniã aliqua futura prędicunt, vt ait Iſidorus 8. Eti. cap. de Dijs gentium, & de his reſpõdent, ſed & iſtud Angelis bonis conuenit, vtrique enim aliqua futura ſciunt, & de illis interdum reſpondent, vnde & græci diſtinxerunt dæmones per bonos, & malos, ideſt, calodæmones, & cachodęmones, ideſt, bonos, & malos dęmones, ſicut nos diſtinguimus bonos, & malos Angelos.

Eſt quoque aliud nomen, quod vt commune omnibus dęmonibus latina habet conſuetudo, ideſt diabolus, omnes enim diabolos ſicut, & dęmones dicimus. Sunt autem aliqua, quę quaſi nomina propria dęmonum accipimus, vt Sathan, vel Sathanas, & Leuiathan, Beelzebub, Belial, quæ nomina ſacra ſcriptura introduxit. Nam de Sathan patet ſupra 4. ca. cum Chriſtus dixit, vade retro Sathan, & locutus eſt ad tẽtatorem ſuum, qui vnus erat, & 1. Paralip. 21. c. dicitur tunc ſurrexit cõtra Iſrael. de Leuiathan patet Iob. 40. & 41. cap. de Belial patet Iudi. 19. cap. ſ. ꝙ viri ciuitatis Gabaa erant viri Belial, & 2. Reg. 20. ca. dicitur, quod Seba erat vir Belial, de Beelzebub, patet ſup. 12. c. in Beelzeb ib. principe dęmoniorũ dęmonia eijcit. Sed dicendum, quòd aliter ſe habent nomina iſta ex origine ſua aliter ex conſuetudine quorundam: nam plurima horum ſunt communia, & nos accipimus, vt propria: nam hoc nomen diabolus accipitur apud nos, vt commune, & tamen eſt proprium, non quidẽ ex origine, ſed ex impoſitione, fuit enim impoſitum maximo ſpirituum malorum, qui princeps illorum dicitur, & hoc ex ruina: nam de cœlo ruit in abyſſum, & cadens traxit ſecum multitudinem ſpirituum. Na diabolus deorſum fluens dicitur, & ſic accipitur hic, de hoc dicit Iſidorus Eti. lib. 8. ca. de Dijs gentium, ꝙ diabolus hebraice dicitur deorſum fluens, quia quietus in cęli cacumine ſtare contempſit, ſed ſuperbiæ pondere deorſum corruens cecidit, græce vero dicitur diabolus criminator, quia crimina, ad quæ ipſe allicit ad Dominũ referat, vel quia electorum innocẽtiam criminibus falſis accuſat, & hoc modo accipitur in Apo. ſcilicet, proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos in conſpectu Domini die ac nocte, & ibi pro vno accipitur, ideſt, pro dracone, qui diabolus dicitur. Sic accepit Chriſtus diabolum, vt nomen vnius, & neceſſe eſt, quòd ille ſit princeps omnium dęmonum, vt ex modo locutionis colligitur, quia dicitur, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Cum enim dixit diabolo ſingulariter, & non deſignauit per aliquod adiunctum, apparet, quòd accepiat, vt nomen proprium, cum autem dixit, & Angelis eius ſignauit hunc eſſe principem, quia ei dat Angelos, & non ſolum princeps eſt, ſed etiam omnium dęmonum, cum neceſſe ſit hic nomine diaboli, & Angelorum ſuorum intelligi omnes ſpiritus nequã, & tamen nomine diaboli vnicus accipitur, ergo neceſſe eſt cęteros dęmones vocari Angelos eius, & ſic erit ipſe princeps omnium.

Sed obijcietur, quòd diabolus non ſit princeps, qa Beelzebub eſt princeps, ſic dicitur ſupra 12. ca. in Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia, & ita illi principatum dederunt, & poteſtatem, cum dicant per eum cętera dęmonia coercita ab obſeſſorũ corporibus expelli.

Dicendum, quòd diabolus eſt princeps ſicut hic Chriſtus dixit, ad verbum autem illud dicendũ, quòd illud eſt Iudæorum calumniantium, & fortaſſis errabant: nam quòd eſſet vnus princeps dęmonum verum eſt, ſed quod ille eſſet Beelzebub, forte non erat verum, ſed hoc Iudęi acceperunt, quia Beelzebub erat Deus Acaron 4. Reg. 1. cap. & erat magnę famę, & opinionis apud gentiles in ſapientia, & reſponſis, & non ſolum apud eos, ſed etiam apud Iudęos, vnde ex Ochozias Iudęus exiſtens miſit nuncios ad conſulendum Beelzebub Deum Acharon an de infirmitate illa conualeſceret 4. Regũ 1. cap. & propter hanc excellentiam crediderunt Iudęi, quòd Beelzebub eſſet princeps dęmoniorum in ſapientia, & poteſtate, ideo dixerunt, quòd in Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia, & ideo potuerunt errare.

Secundo poteſt dici, quòd verum eſſet illud, licet non ſciamus, ſcilicet, quòd Beelzebub ſit ille, qui vere princeps dęmonum eſt. Circa quod ſciendum, quod inter dęmones principatus eſt, vt magis decoratum eſt ſupra 12. cap. q. 65. Et eſt iſte principatus ſecundum naturam, ſcilicet, quòd ille, qui eſt naturaliter maioris ſapientiæ, & potẽtię ſit princeps aliorum, qui minores in hoc ſunt, & iſte vnicus eſt, qui omnes excedit, iſte autem eſt, qui omnibus dęmonibus fuit cauſa cadẽdi, quia pręſumpſit de ſe, & ali, ſecum fuit eius pręſumptionem, & ſicut fuit eis cauſa cadendi, ita & nunc dominatur, aut principatur eis poſt ruinam. Sed iſte princeps quis ſit, aut quo nomine appelletur

pelletur incertum nobis eſt, nos vero vtimur eum intelligere nomine Sathanę. Et cauſa huius eſt, quia ipſe tentauit Chriſtum, & videtur, quòd nemo alius auderet Chriſtum aggredi niſi maximus dęmonum, inde ergo apud plurimos creditum eſt Sathan eſſe principem inferorum.

Alij vero luciferum vocant principem dæmonſi, & dicunt, quòd ille mouit eos ad pręſumptionem, & fuit illis occaſio ruinę, & hoc plurimi accipiunt ex eo, quod habetur Iſa. 14. cap. ſcilicet, quomodo cecidiſti de cęlo lucifer, qui mane oriebaris, & ita luciferum dicunt eſſe illum magnum Angelum, qui de cœlo corruit.

Sed dicendum, quòd iſtud non tenet, quia manifeſtum eſt illud intelligi de Nabuchodonoſor, vel ſaltem de rege Babylonis, cum ibi dicat litera, ſumes parabolam iſtam cõtra regem Babylonis &c. & multa ibi ponuntur, propter quæ neceſſe eſt intelligi de homine mortali, & mortuo, & non de Angelo.

De Leuiathan, & Belial non ita dicitur communiter, quòd ſunt principes dęmoniorum, & tamen aliqui volunt de Leuiathan, quòd ſit princeps, quia Iob 40. & 41. cap. ponuntur multę laudes de fortitudine eius, & dicitur ipſe eſſe diabolus, & apparet quòd ſit princeps, quia dicitur Iob. 40. cap. ipſe eſt principium viarũ Domini, & ideo intelligitur de excelſiori creaturarum omnium, quæ eſt quaſi prima inter creaturas, quæ ſunt vię Domini, vel proceſſus diffuſionis bonitatis eius.

Secundo patet, quia dicitur Iob. 41. cap. non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret, & tamen ſi aliqui niſi ſuperiorem Angelum in robore haberet, poſſet illũ timere: ideo videtur, quòd ille Leuiathan ſiue Behemoth eſt princeps dęmonum.

Tertio quia dicitur, eo. ca. ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię, & tamen nemo eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię niſi princeps omnium dęmonum, eo ꝙ oẽs dęmones ſunt filij ſuperbię, ideſt, ſuperbi, qui ex ſuperbia corruerunt, ergo ille Behemoth ſiue Leuiathan, de quo ibi dicitur, eſt princeps omnium dęmonum. Dicendum, quòd princeps dęmonum eſt vnus, ideſt, maximus omnium dęmonum in ſapientia, & in naturali poteſtate, & iſte eſt quẽ deſignauit Chriſtus cum dixit, diabolo, & Angelis eius, quia cęteros fecit eſſe Angelos ſuos, & vocauit eum ab illa proprietate qua eſt princeps: nam princeps omnium eſt ille quẽ omnes corruendo ſecuti ſunt, & ab hac proprietate vocatur diabolus, ideſt, deorſum fluens, quia de cęlo corruit in terram. Et dicendum, quòd iſte idem vocatur alijs nominibus ſupra poſitis, quia illa non ſunt propria, ſed communia, & dicuntur de illo, & de alijs, & conueniunt pręcipue illi principi. Et apparet primõ de vno, ſed de multis dicitur, vt ſupra 12. c. ſcilicet, ſi Sathanas Sathanam eijcit, ac ſi dicatur, ſi dęmõ eijcit dęmonem, & Mar. 3. & Luc. 11. dicitur ſi Sathan in ſeipſum conſurrexerit, plures ergo ſunt Sathanę.

De Leuiathan, Behemoth, & Belial idem eſſe videtur, licet non inueniantur poſita nomina in plurali, quia raro de his ſcriptura loquitur. De Beelzebub dicendum, quòd eſt nomen idoli, & dęmonis, inquantum eſt nomen idoli, ita erat vnius, quod nõ erat plurium, inquantum vero nomen dęmonis poterat conuenire omnibus, ſed quòd ſic vocaretur accepit ab immunditia ſacrificiorum ſuorum: nam Beelzebub interpretatur vir muſcarum, vnde Ioſephus 6. lib. antiqui. Deum illum muſcam vocat. Quod autem conueniant nomina iſta cuilibet dęmoni apparet, quia diabolus dicitur (vt Iſidorus ait) quaſi deorſum fluẽs, omnes autem de cęlo corruerũt in terram, ideo omnes vocantur diaboli. Etiam Sathan omnibus conuenit, quia Sathan ſignat aduerſarium, & omnes dęmones ſunt aduerſarij generis humani, ideo omnes dicũtur Sathan, vnde non ſolum dęmones dicuntur Sathan, ſed etiam homines, qui alijs aduerſantur apud Hebręos vocantur Sathan 2. Regum 19. cap. cum dixit Dauid ad Ioab, qui aduerſabatur ei, quid mihi, & vobis filij Saruiæ cur efficimini mihi hodie in Sathã, ideſt, quare aduerſamini mihi, vt non fiat, quod ego volo? De Belial etiam patet, quia vocatur Belial, ideſt, abſque iugo, vel ſuperbus, ſic dicitur Iudi. 19. cap. viri ciuitatis Gabaa filij Belial, & additur in litera, i. abſque iugo, & tamen omnes dęmones tales ſunt, quia noluerunt ſubeſſe Deo, ſed in ſeipſos ſuperbierunt. De Behemoth, & Leuiathan ſunt rationes per applicationem, quia Behemoth in Hebręo ſignat pecus, vel brutum, & conuenit omnibus dęmonibus, quia corruendo per vitium a ſuo ſtatu vſque ad indignitatem pecorum deſcenderunt. Leuiathan vero aquaticus ſerpens eſt, & vt ait Iſidorus libro 8. Etym. conuenit dęmoni, qui in huius ſeculi aſtutia, vel in mari volubili verſatur.

D. Beelzebub dicendum, quòd etiam omnibus competere poteſt: nam ſic dicitur propter immundiciam, Deum enim muſcam illum vocant, ſed dæmones immundi ſunt ſicut Chriſtus dixit ſupra 12. cap. ſcilicet, cum ſpiritus immundus exierit ab homine, ergo omnibus competit hoc.

Item apparet efficacius, ſcilicet, quòd Chriſtus pro eodem accipiat nomina hęc, ſcilicet, Sathan, & Beelzebub: nam dicitur Luc. 11. & ſupra 12. cap. ſi Sathanas Sathanam eijcit quomodo ſtabit regnum eius, quia dicitis me in Beelzebub eijcere dęmonia? Et ita apparet, quòd Sathã ſit ipſe, qui Beelzebub, quia aliàs cum illi dixerunt, in Beelzebub eijcit dæmonia, Chriſtus volens contra eos arguere de diuiſione dęmonũ, non diceret, ſi Sathanas Sathanam eijcit, ſed ſi Beelzebub eijcit Beelzebub, vel eijcit dęmonia, & tamen dixit Sathan, ergo pro eodem accepit, quia aliàs non valeret argumentum. Etiam apparet ex hoc, quòd Iudęi ſic accipiebant Beelzebeb. & Sathanam pro eodem: nam dato, quòd Chriſtus ſic acciperet, ſi illi nõ putarent ſic accipi viderent, quòd non valeret argumentum Chriſti, & refellerent illud, & tamen non repulerunt, ſed tacuerunt: ideo apparet, quòd etiam ipſi accipiebant Beelzebub, & Sathanam pro eodem, & ſicut dicitur de his, ita de diabolo, & Leuiathan, & Behemoth eſt dicendum, quòd pro eodem accipiãtur, vnde Chriſtus illum quem vocauerat Sathan, & Beelzebub ſupra 12. ca. vocat hic diabolũ, ideſt, principem omnium dęmonum quicunque ille ſit.

Qui ſunt iſti Angeli diaboli, & quomodo ac quare vocantur Angeli. *Quæſt. CCCCVI.*

QVAERETVR nunc de iſtis Angelis diaboli cũ dicatur, cum diabolo, & Angelis eius, qui ſunt iſti Angeli.

Dicendum, quod iſti Angeli non poſſunt eſſe niſi dęmones, cum deputentur inferno in ignem.

Sed videndum eſt quomodo vocẽtur Angeli. Eſt dicendum, quòd ſacra ſcriptura illos vocat Angelos, ſed interdum vocat Angelos malos interdum Angelos abſolute.

De primo patet Pſal. 77. miſit in eos irã indignationis ſuę immiſſiones per Angelos malos, i. per dęmones, quia illi intulerunt mala Aegyptijs, & illi etiã vocantur Angeli mortis, quia inferunt mortem eis quibus a Deo decreta eſt.

De

De secundo patet, vt 2.Pet.2.capit. scilicet, si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, & iterū eo. ca. vbi Angeli fortitudine, & virtute cum sint maiores non portant aduersus se execrabile iudiciū, idest, dæmones, quia contra bonos Angelos nullum iudicium fit. Sed quare vocantur Angeli? Dicendum ꝙ hoc nomen Angelus non est nomen naturæ, vel speciei, sed officij, & operis. Nam vocantur Angeli apud græcos in latino nuncij: nam naturale est his esse spirituales substantias, idest, immateriales, nuncios vero esse administrationem quandam dicit, cum spiritibus his conueniat ministrare Deo. sic dicitur Dan.7. milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei, & ita etiam dicitur Psal. 103. qui facit Angelos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, idest, spiritus facit esse ministros suos, vel Angelos, & ad Hebræo. 1. cap. cum de Angelis bonis dicitur, omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi, sed qui mittuntur nuncij sunt, ideo vocantur Angeli, & sicut ministrare inuenitur in bonis, ita inuenitur in malis, ideo etiam mali vocantur Angeli.

Quomodo dicuntur alij dæmones Angeli diaboli.
Quæst. CCCCVII.

Sed quomodo dicuntur alij dęmones Angeli eius, idest, diaboli?

Dicendum, quòd ponendus est vnus dęmō maior in naturali virtute, & scientia omnibus dæmonibus, & iste est princeps secundum exigentiā naturę, est etiam princeps secundum voluntatem eorum, etiam aliquando cessabit principatus iste, s. post diem iudicij: nam dæmonibus non est necesse habere principem inter se, cum aliquando illum non sint habituri, i. post diem iudicij, & ita possent nunc nō habere, sed placet eis habere principatum, & subditos esse vni, & dato, ꝙ debeat esse principatus oporter, ꝙ sit princeps ille, qui naturaliter est excellentior in eorum bonis naturalibus, quia hoc etiam magis conuenit ipsorum intentioni, volunt enim habere principatum ad hoc, quòd ipsi missi, & ordinati contra homines possint eis nocere, quibus valde inuident. Si autē essent diuisi inter se impediret vnus alium, & paruū, aut nullum impedimentum, aut malum sustinerent: homines ab eis, sic Christus arguit contra Iudæos supra 12. & Mar.3. & Luc.11.cap. s. si Sathanas Sathanā eijcit diuisus est in seipsum, & regnum eius non stabit, & tamē illud stat cum homines sentiant a dęmonibus maxima mala quotidie, & Christus dicit dęmonem esse principem mundi Ioan.12.ca.s.princeps huius mundi eijcietur foras, & Ioan. 14. princeps huius mundi in me nō habet quicquam, i. dęmon. Ad hoc autem dęmones sunt ordinati sub vno valde obedientes ei, vt secundum illius ordinationem tota dęmonū multitudo procedat contra humanum genus ad nocendum, & perdendum.

Ex hoc autē sequitur, quòd omnes dęmones subditi illi maximo dæmoni sunt ministri eius, quia faciūt quod ille iubet, & vadunt quo imperat, quia aliàs nō maneret ordo principatus, & tunc vocabūtur omnes Angeli eius, quia sunt nuncij eius euntes quo ille iubet, quia sicut boni spiritus vocantur Angeli administratores, quia vadunt, & veniunt ad nos procurantes nostram salutem, ita & mali spiritus, quia ex mandato summi dęmonis veniunt ad nos procurantes nostrā perditionem vocantur Angeli Sathanę, vel illius maximi dæmonis. Patet de primo ad Hebrę. 1. cap. sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. De secūdo simile est, quia nō minorem affectionem habet Sathanas & ceteri dęmones ex inuidia ad perdendas animas nostras quàm boni Angeli ex charitate ad procurandam salutem earum: ideo ministrabunt principi suo solicite euntes ad omnia, quæ mandauerit inquantū pertinent ad subuersionem animarum nostrarū, Angeli ergo Sathanę sunt. Et ita vocat eos scriptura Angelos diaboli, s. principis dęmonum. & sic dicitur hic, discedite cum diabolo, & Angelis eius, & Apo. 12.c. dicitur similiter draco pugnabat, & Angeli eius, & vocatur ibi draco diabolus, s. & proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, q vocatur diabolus, & Sathanas, & Angeli eius missi sunt cum illo, & ita diabolus est ille cuius Angeli sunt, & hoc, quia est princeps illorū. Sic enim Michael, quia est princeps Angelorum dicitur habere Angelos eo. cap. s. factum est pręlium in cęlo, & Michael, & Angeli eius pręliabantur. Alio modo possunt vocari ceteri dæmones Angeli eius, quia secuti sunt iniquitatē illius, sicut enim discipuli alicuius sunt, qui eius doctrinam sequuntur, ita Angeli diaboli sunt, qui cadentem diabolum in ruina, & peccato secuti sunt.

Quare dicitur de illo igne æterno, quòd paratus est diabolo &c.
Quæst. CCCCVIII.

Quaeretur quare dicitur de illo igne æterno, quòd paratus est diabolo, & Angelis eius.

Dicendū, quòd vocatur paratus, vel præparatus ad signandum illius durationem, vt non putetur, quòd per accidens ille ignis inuentus fuerit, vel nunc nouiter in cogitationem Dei venerit ponere malos in ignem, sed potius ignis prępараtus est, & ideo quòd studiosę factum est signum est, quòd diu durabit, immo semper.

Secundo ponitur ad ostēdendum malum consortium, quod dabitur damnatis, scilicet, quia non solū punientur, sed cum diabolo, & Angelis eius, & hoc erit sibi ad magnam tristitiam, scilicet, quia dęmones de malo & pœna damnatorum gaudebunt, & homines tristabuntur, scilicet, quia illorum suasionibus venerunt in hunc locum tormentorum, & nunc illi gaudent de ipsorum pęna.

Tertio ponitur ad ostendendum infęlicitatem damnatorum, scilicet, quia in malū istud inciderunt quasi per accidens: nam pęna illa ignis perpetui nō erat eis assignata, sed dęmonibus, & hoc proprie signat littera cum dicitur, qui prępараtus est diabolo, & Angelis eius, q.d. non erat pro vobis ignis iste assignatus, sed vos voluistis imitari dęmonem, & Angelos eius pro quibus erat iste ignis, & sic incidistis in eandem pœnam in quam illi, & ideo magis lugendum est illis, quia si voluisset Deus istam pęnam pro hominibus, & pro eis illam creasset, videretur quasi quædam necessitas incurrendi in illam, & ideo non tam inconsolabiliter affligerentur, cum autem non esset ista pęna pro eis, sed pro dęmonibus, & tamen ipsi, quia voluerunt dęmones imitari, inciderunt in eam, magis lugendum illis est.

Quare dixit illum ignem paratum esse dæmonibus, & non hominibus. Quæst. CCCCIX.

Sed quæretur quare dixit prępараtum esse dæmonibus, & non hominibus illum ignem.

Aliqui dicunt, quia voluit Christus ostendere, quòd Deus aliter se habet ad bonum quàm ad malum. Nam bonorum ipse est auctor, & causa, malorum vero non est causa neque auctor, & ideo supra quando dicebatur de regno beatorum dixit venite

venite possidete regnum paratum vobis a cōstitutione mūdi, quasi Deus parasset pro hominibus bonum illud, nunc autem cum de malo dicitur, i. de igne ętерno non dixit ꝙ prępараtus erat hominibus.

Sed dicendum ꝙ nō stat, quia tunc sicut Deus non est causa mali hominibus, ita neque dæmonibus, ideo neque debet dici ꝙ præparatus est dęmonib. & tamē dicit expresse dæmonibus esse paratum, ideo hoc malum pœnæ Deus intendit.

Alij dicunt ꝙ dæmonibus paratum est, quia licet sit pro hominibus & pro dęmonibus, videtur factus esse principaliter pro dæmonibus, quia dæmones statim, vt creati sunt adiudicati sunt igni ęterno, nam nō fuit aliquantum tempus quo Angeli mali in cœlo manerent, sed mox vt creati sunt auerterunt se a Deo, & in pœnam auersionis inclusi sunt in inferno, & quasi simul factus est infernus, & impletus est dęmonib. qui ibi punirentur, propter quod proprie pro dęmonibus videtur infernus factus: quia contemporanea est pęna dæmonum durationi inferni. secus de hominib. nam homines non positi fuerunt in inferno mox ut nati, vel creati sunt, sed post mortem.

Secundo quia nō omnes simul sicut dæmones omnes simul adiudicati sunt igni inferni quasi esset eis ille proprius, homines autem per varia tempora & non simul omnes damnandi, sed per successiones, & singillatim vadunt.

Tertio quia non statim vt infernus factus est fuerūt positi ibi aliqui homines vel animæ hominū sicut dæmones statim positi sūt ibi vt infernus factus est: ideo dæmonibus est infernus quasi naturalis, hominib. autem quasi accidentalis, ideo dæmonibus dicitur prępараtus non hominibus.

Aliter etiam dicitur ignis æternus paratus dęmonibus & non hominibus, & quia pro peccato datur pœna, peccatum autem Angeli fuit statim vt creatus est, idest nulla duratione tęporis mediante, homo autem non peccauit, vt creatus est, sed cum creatus esset in originali iustitia mansit in ea aliquantulum, & postea peccauit, etiam omnes dæmones creati sunt simul, & simul peccauerunt, & ita omnibus simul adiudicatus est ignis inferni, homines vero non peccauerunt omnes simul, sed per successiones, ideo magis accidentalis est ignis hominibus.

Alia causa & præcipua est quare dicatur ignis prępараtus dęmonibus & non hominibus, quia pœna illa pro peccato est, dæmones autem postquam peccauerunt non habuerunt remedium, sed mox adiudicati fuerūt pęnę ęternæ, secus de hominibus, quia licet peccauerunt Deus nolebat ꝙ punirentur ęternaliter, sed ꝙ liberarentur a peccato, & ideo ipse pro omnibus passus est vt nullus ipsorum puniretur, & ita Deus non parabat ignem pro hominibus sed regnum, cum pro illis moreretur ne inciderent in illum ignem, pro dæmonibus autem dicitur esse paratus, quia illos peccantes adiudicauit statim illi igni, & noluit eos redimere sicut homines. & ista est vera causa quare non sit ignis prępараtus pro hominibus sed pro dæmonibus.

Quare regnum beatorum non dicitur paratum esse Angelis bonis? Quæst. CCCCX.

Quaeretur cum dicatur hic ignis æternus prępараtus diabolo & angelis eius, quare regnum quod datur beatis, non dicitur paratum esse Angelis bonis, cum in illo regno sint Angeli boni.

Dici potest vno modo quod dicitur de igne ęterno sic: quia ignis prępараtus erat dęmonibus per se, hominibus autem solum propter imitationem dęmonum, ideo recte dicitur, qui paratus est diabolo & Angelis eius. q.d. non vobis sed illis, & tamē quia imitati estis illos datus est vobis. Non est sic de uita æterna, qa non est data homini pp imitationem Angelorum, cum angelicam vitam ignoremus, sed propter obseruationem mandatorum Dei, & quia ibi solis hominibus Deus loquitur, non oportuit fieri mentionem de Angelis, secus in damnatis qui propter imitationem dæmonum damnati fuerunt.

Secundo, quia infernus secūdum se erat prępараtus dæmonibus, hominibus autem non erat prępараtus, sed per accidens adiudicantur illi ut dictum est præce. q. ideo dicitur prępараtus ignis dæmonibus & non hominibus. Secus de vita æterna, quia illa non præcipue pro Angelis quam pro hominus, sed æque principaliter pro vtrisque prępараta est, quia ad bonum omnes creaturas Deus ordinauit, nisi ipsę se ad malu flexissent, & ideo pro omnibus capacibus beatitudinem fecit & nō pro solis Angelis, ideo non debuit dici quod prępараtum erat illud: regnum Angelis, & si tamen Deus loqueretur simul Angelis & hominibus vt regnum perciperent, diceret eis prępараtum uobis quasi vtrisque hoc diceret prępараtum esse.

Tertio dicendum & melius ꝙ aliquid dicitur prępараtum illi qui illud nondum habet, sed aliquādo ipsum habebit, & ita de hominib. est, quia nunc est uita ęterna, & homines sunt qui eam non habent, & aliquando ipsam habebūt, ideo eis prępараta est, & tamen de Angelis secus fuit quia non fuerūt Angeli aliquando extra ipsum regnum, sed ex quo fuerunt semper fuerūt in cœlo empyreo, vbi est regnum cœlorum, vel locus beatitudinis, ideo nunquam fuit eis prępараtus, quia nunquam extra illud fuerunt.

Quarto quia si aliquid est prępараtum pro aliquo prius est quam detur ei pro quo prępараtū est, quia hoc signat ista dictio prępараtus, & tamen cęlum empyreum, quod est locus beatitudinis, nunquam fuit quin esset habēs Angelos, quia mox vt creatū est sanctis Angelis fuit repletum. ergo non potest dici prępараtum esse Angelis, secus de hominibus, quia multo tempore fuerunt homines quando nullus eorum fuit in cœlo empyreo, & maiori tempore cœlum empyreum in quo nullus homo fuit in eo. ergo potest dici prępараtū esse regnum illud hominibus & non Angelis. & istæ duæ sunt veræ causæ,

Quare potius dicitur, qui præparatus est diabolo & eius Angelis, quam præparatus est dæmonibus? Quæst. CCCCXI.

Quaeretur quare dicitur, qui prępараtus est diabolo & Angelis eius: nam videtur sufficiens esse ꝙ diceretur, prępараtus est dęmonib. non distinguendo diabolū & angelos. i. principē & subditos, quia omnes sunt dæmones?

Aliqui dicunt ꝙ factum est ad ostendendū ꝙ inter dęmones sit principatus & subiectio, & vnicus sit princeps, cæteri vero sint subditi.

Sed dicendum ꝙ hoc non stat, quia hoc constabat hominib. qui vocabant aliquē principem esse dæmoniorum. Etiam Christus illud dixerat sup. 12.c. & Mar. 3. & Luc. 11. na ibi manifeste concessit principatum & subiectionem esse inter dæmones, & quod esset vnus dæmon maior alijs, qui posset eos de corporibus excludere, quia Iudæi ita dixerunt quod Christus in Beelzebub principe dæmoniorum eijciebat omnia dęmonia, si autem non esset principatus & subiectio, cum Christus vellet destruere argumentū illorū sicut de-

destruxit, negaret suppositionē eorum, & tamen non negauit, sed aliter soluit argumentum sicut ibi apparet: ideo concessit principatum inter dæmones, & ad hoc non oportebat, nunc dicere de principatu ipsorū.

Alij dictum esse putant vt videatur q̄ omnes dęmones patiuntur tam princeps quā subditi, & nullus excusatur ab illa pęna. Sed dicendū q̄ non stat, quia cū omnes dæmones peccauerit, necesse erat vt iustitia Dei exigente similiter punirentur. & sic certum erat, q̄ tam princeps quam subditi punirentur.

Dicendum, q̄ fuit hoc positum ad ostendendum causam damnationis hominum. Cum.n. paratus esset ignis inferni dęmonibus, & non hominibus non fuerunt homines adiudicati ad illum ignem, nisi quia secuti sūt dæmones, ita & dęmones inter se: nam origo peccati in dæmonibus fuit maximus dęmonum. ipse enim peccauit & cęteri eum in peccando secuti sunt: ideo illi datus est ignis, quia peccauit, cęteris autē quia eum peccantem imitati sunt. hoc signatur cum dicitur, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, scilicet ignis ille per se est paratus diabolo, qui est princeps, Angelis vero eius paratus est, quia Angeli eius sunt, idest, quia imitari sunt eum, vobis autem dabitur, quia eū, & Angelos suos imitati estis, & ista est vera causa.

Quare Christus dicet, esuriui & non dedistis mihi manducare? Quæst. CCCCXII.

QVAERETVR quare Christus dicet, esuriui & non dedistis mihi manducare?

Dicendū, q̄ sicut ad bonorum pręmium posuit ista opera misericordiæ vt meritum, & causam, ita quantum ad damnandos ponit eavt causam, quia omiserunt illa.

Si autem quæratur quomodo Christus esuriuit, & sitiuit. Ipse respondet q̄ quando vnus de minimis suis sitit, aut esurit ipse sitit & esurit, & quādo ministratur illis dicitur Christo ministrari, vt ipse dicit in litera, & ostēsum est sup. Et potissima ratio est quia nos omnes sumus vnū corpus Ecclesiæ cuius Christus caput est. 1. Cor. 12. c. & ideo vnum sensum & passionem & delectationem oportet poni omnium mēbrorum eiusdem corporis, propter quod quibuscunque de Ecclesia patientibus famem, aut sitim Christus dicitur illa pati.

Alij dicunt, q̄ Christus est vt anima in corpore respectu nostri, & licet ipse in se non patiatur, dicitur pati, quia corpus eius patitur. Sic dicit Orige. super Mar. scriptum est ad fideles vos estis corpus Christi. sicut ergo anima habitans in corpore, cū non esuriat quantum ad substantiam suam spiritualem, esurit tamen corporis cibum, quia copulata est corpori, sic & Saluator patitur, quę patitur corpus eius Ecclesia, cum ipse impassibilis sit.

Quare Christus contra malos enarrat omnia opera misericordiæ sicut erga bonos? Quæst. CCCCXIII.

QVAERETVR quare Christus cōtra malos enarrat omnia opera misericordię sicut erga bonos?

Dicendum q̄ fuit. Primo ad ostendendum magnā culpam eorum qui non deliquerunt in vno solo, sed in omnibus: nam si aliquod solum opus misericordiæ omisissent aliqualiter videbatur remittendum si cętera egissent, sed omnia omiserunt nullum agentes, vt ergo appareat, qūo omnia omiserint omnia narrat.

Secundo fit ad ostendendum cuiuslibet operis horum vtilitatem & meritum, nam si quodlibet non esset per se vtile, non enarrarentur omnia distincte, & ideo magna negligētia fuit eorum, qui neque vnum quidem horum operum fecerunt, vt mereri possent. De hoc dicit Chrys. in hom. Intuere autem quia non in vno tantum aut in duobus, sed in omnibus misercordiam deseruerunt, non enim solum esurientē non cibauerunt, sed neque quod leuius erat infirmum visitauerunt.

Quare Christus breuius locutus est contra malos quam in bonos. Quæst. CCCCXIIII.

SED quærunt aliqui, quare Christus, cum narrauit opera misericordię contra malos, breuius locutus est quam cum ad bonos?

Aliqui dicunt, q̄ hoc fuit, quia quādo loquitur contra malos ponūtur ista vt verba increpationis, & exprobrationis. Cum vero ad bonos ponuntur hęc vt verba laudis, & quia Deus est pronior ad laudandū, & benefaciendum quam ad nocendum & maledicendum, dixit latius cum in laudem bonorum ista explicuit, breuius vero cū illa in exprobrationem malorum decurtauit. Sic dicit Orig. super Mat. s. & hoc considera q̄ loquens ad iustos per singulas species eorum bona q̄ fecerant dinumerat, ad iniustos autem prętscindens parrationem adunauit vtrumque dicens, infirmus fui, & in carcere, & non visitastis me, quoniam misericordis iudicis erat benefacta quidem hominum largius prædicare & ampliare, malefacta autem eorum transitorie & breuiare memorare.

Sed dicendum quod non stat quæstum, præsupponit enim breuius ad malos hic quam ad bonos dictum esse, & falsum est, quia ad vtrosque enarrata sunt omnia opera misericordiæ.

Cum vero dicitur quod quātum ad bonos dictum est, infirmus eram & visitastis me, in carcere eram, & venistis ad me. & cū ad malos loquitur dicit infirmus eram, & in carcere, & non visitastis me, nihil minus dicitur in vno quam in alio, quia vtrobique ponuntur omnia opera misericordiæ, & quod ambo opera dicuntur sub vno, scilicet non visitastis non dictum est sine causa, scilicet quia istę duæ indigentiæ, idest infirmum esse, & esse in carcere habent vnum modum releuationis, saltem quantum ad principium, & illud est visitare, vel venire ad videndum, vt ostensum est supra.

Aliter potest dici, q̄ etiam si aliqua omitterētur hic de operibus misericordiæ non esset inconueniens, nec que tamen fieret propter causam supra positam, quia supra semel enarrauerat omnia opera misericordiæ, idest indigentias & releuationes: ideo cum nunciam repeteret non oportebat omnia ad plenum referri sed succincte trāsiri, quia talis est modus loquēdi. dicręscripturę: quia si idem cogitur bis dicere, semel dicit illud plene & nō bis. vt patet Exo. 12. c. cū de agno Paschali refertur. & ideo nūc si prius diceret ista opera misericordiæ ad malos referret ea plene, & postea cum ad bonos loqueretur diceret breuius: quia pręcesserat plena narratio, & non fierent quasi replicationes ampliare magis facta bonorum, quam redarguere peccata malorum.

Quomodo erit uerum quantum ad bonos quod dicitur, esuriui & dedistis mihi manducare, et de malis econtrario. cum manducauerint nullum illorum fecerint, & plures mali fecerint? Quæst. CCCCXV.

SED quæretur quomodo erit verum quantum ad bonos illud quod dī, esuriui & dedistis mihi manducare &c. & de iniustis ecōtrario eorum, & nō dedistis mihi māducare &c. Nā manifestum est q̄ ista opera misericordiæ nō impleuerūt vt quia pauco tempore vixerunt sicut paruuli defuncti post baptismum, vel quia non habuerunt: vnde sicut qui nullam rerum corporalium administrationē habent sicut monachi, vel qui cum nullo conuersantur sicut eremicolæ, aut qui semper mali fuerunt vsq; in finem vitæ, & tunc conuertuntur & moriuntur, & non potuerunt præmittere aliqua opera misericordię corporalia abundantius quam viri boni.

Dicendum q̄ vt supra dictum est, non est ista causa pręcipua aut totalis beatitudinis aut damnationis, sed charitas existens aut deficiens, & ponuntur opera misericordiæ potius quam aliquid aliud propter aliquas causas expressas sup. Et verum est quod opera misericordiæ competunt omnibus bonis. i. multitudini bonorum, & licet multi illorum (vt dictum est) inueniātur qui non exercuerunt opera misericordiæ, tamen respectu totius congregationis bonorum pauci vidētur esse illi & quasi nulli. de malis econtrario, quia licet aliqui illorum opera misericordiæ exercuerint, tamen in comparatione ad totam multitudinem malorum videntur nulli esse.

Alio modo potest dici q̄ omnes boni fecerunt opera misericordiæ, qa vel realiter illa fecerunt, vel prompti erant ad faciendum si eis occurrerit opportunitas: sed multis eorum non occurrit, vt supra dictum est. ideo omnes censentur illa fecisse. de malis vero econtratio, quia siqui eorum hæc fecerunt non propter Christū fecerūt, vel mortua aut mortificata fuerunt, & ita videtur ac si nunquam præcessissent, unde recte dicuntur non fecisse opera misericordię.

An iusta causa condemnationis sit damnatis non fecisse opera misericordiæ? Quæst. CCCCXVI.

QVAERETVR an iusta causa condemnationis sit damnatis, non fecisse opera misericordiæ?

Dicendū q̄ sic, primo quia res leuis petebatur pro vita æterna, & non voluerunt eam facere: quia opera misericordię faciliter implentur. Sic dicit Chrys. in home. s. vide qualiter leuia iniungit, non. n. dicit in carcere erā & nō eripuistis me, infirmus & non curastis me, sed non visitastis me, & nō venistis ad me in esuriendo etiam non precioſam petit mensam, sed necessarium cibum. Alias autem multas causas iustæ condemnationis adiungit Chrys. in hom. dicens. Omnia ergo sufficientia sunt ad pœnam. Primo quidem facultas petitionis, panis enim erat. Secundo miseria eius qui petebat, pauper enim erat. Tertio compassio naturæ, homo enim erat. Quarto desiderium promissionis, regnum enim promisit. Quinto dignitas eius qui accipiebat, Deus enim erat qui per pauperes accipiebat. Sexto superabundantia honoris, quoniam dignatus est ab hominibus accipere. Septimo iustitia data hæc homines per auaritiam excęcantur.

Quomodo dicitur quod mali respondebunt dicentes Christo quando te uidimus & cætera, & ad quid istud dicent? Quæst. CCCCXVII.

QVAERETVR quomodo dicitur q̄ mali respōdebunt dicentes, quādo te vidimus esurientem &c. & ad quid istud dicerent?

Dicēdum q̄ cum istud iudicium vocaliter fiat ut supra ostensum est q. 333, loqui poterūt tam boni quam mali, & ideo sicut de bonis dictum est q̄ dicent, domine quando te vidimus &c. ita & mali poterunt loqui & loquentur.

Causa autem locutionis erat ad excusationē, nam

A Christus eos accusat q̄ non cibauerunt eum quando erat esuriens, & ita de alijs, & ideo cum videant se pro hoc damnari, dicunt in excusationem q̄ ipsi non potuerunt hæc agere, quia nunquam viderūt Christum esurientem neque sitientē, & sic dicunt, domine quādo te vidimus? Motiuum autem ad dicendū est quia ipsi nunquam viderunt Christum, nam loquitur hic Christus ad omnes malos qui in toto orbe fuerunt & erunt, & tamen isti non potuerunt videre Christum, in carne, licet aliqui pauci eorum viderint Christū inter Iudæos, sed isti pauci essent, & fortassis ex visione illa qua vidissent non cognoscerent Christum. ideo videtur q̄ poterant Christo dicere q̄ nunquam eum vi
B derāt ad hoc, q̄ ista possent conferre, & ita non essent digni condemnatione.

Quare damnati respondebunt referendo mala & excusationes suas penes opera misericordiæ tam breuiter? Quæst. CCCCXVIII.

SED quęretur quare damnati respondebunt referendo mala & excusationes suas circa opera misericordiæ tā breuiter? nam boni magis immorantur in horum relatione, vt supra in litera patet.

Aliqui dicunt q̄ hoc fit ex conditione bonorum &
C malorum, quia boni circa bona de quibus laudantur persistunt singillatim non recipiendo laudem ex humilitate, mali autem circa mala de quibus accusantur cito transeunt obnubilādo vel quasi excusando ea. sic dicit Orig. super Matt. considera q̄ iusti immorantur in vnoquoq; verbo, iniusti aūt non ita per singula sed cursim dicunt, quoniam proprium est iustorū benefacta sua relata sibi in facie diligenter, & per singula refutare causa humilitatis, malorum aūt hominum est culpas suas excusationis causa, aut nullas velle ostendere, aut leues & paucas.

Sed dicendum q̄ non supponitur verum, nam omnia quæ boni dixerunt etiam mali dicunt. i. cōmemorant omnia opera misericordię quæ illi: nam vtrique sex opera misericordiæ ponunt. Quod aūt dī breuius
D narrare malos nō est quasi pauciora in sententia dicāt cum totidem opera misericordiæ narrauerint: sed qa non retulerunt pro qualibet indigētia vnum verbum releuationis, sicut boni, sed posuerunt pro oīb. vnū. s. non ministrauimus tibi, & tamen in hoc nihil minus dixerunt quam boni, quia releuatio contra indigētiā potest dupliciter designari, aut per dictionem signātē in speciali proprietatem illius releuationis, aut per dictionem signantē illam in cōi. Si primo modo debeat designari, oportet pro qualibet indigētia poni vnum verbū releuationis. Si secūdo mō satis, est poni vnum pro oīb. in trāsitione malorum. s. & non ministrauimus tibi, quia ministrare significat omnē releuationē miserarum quarumlibet sub ratione cōi, nam omne bonum quod alteri facimus ministratio quædam est.

E Aliter etiā dici potest q̄ dato q̄ breuius narraretur hic quā fuerat supra narratum non fieret ex conditione bonorum, & malorū, sed solum quia iā fuerāt ista plene narrata, ideo cū repetantur, non oportet repeti ad plenū, sed satis est qūocunq; dici ex cōditione scripturæ quando idem sæpius narrat. Etiam non conuenit in prętsenti q̄ dī de breuiori narratione malorum, quia illud est qñ mali sciunt culpam suā, nam in eo in quo illā sciūt leuiter trāseunt, & tñ nunc mali loquūtur in ea re in qua culpā non cōfitentur, quia ipsi non dant causam quare non fecerint hæc, sed quare non fecerint hæc circa Christum, sed in hoc non sentiunt se reos, nā ipsi non poterant hoc facere circa Christum cum nunquā ipsum viderint, ideo nō est illa causa. sed

vera eausa est ꝙ breuius refert Christus, & Euangelista, quia iam sępe hoc dixerat, & non oportet semper plene referre.

Quomodo mali quærent a Christo, domine quando te uidimus esurientem, quia iam Christus ad hoc responderat? Quæst. CCCCXIX.

SED dicetur quomodo mali quærent ibi a Christo, domine quando te vidimus esurientē, &c. quia iam Christus responderat ad hoc? nā quando boni dixerunt, domine quando te vidimus esurientem &c. Christus respondit eis, quandiu fecistis vni &c. ergo per hoc mali scire poterāt ꝙ dicebantur non fecisse hæc Christo, quia non fecerant vni ex minimis eius, & sic non oportebat quæri de hoc.

Aliqui dicunt ꝙ ista non fient in verbis sed in mente: & ideo non sentirent mali affatum prius ad bonos ex quo ipsi possint erudiri vt quęrant vel vt non quęrant, sed quilibet sentiret in mente sua, propter quod ponitur singillatim de bonis & malis, quia tam boni, quam mali aliquid sentient in seipsis de iudicio suo.

Sed dicendum quod ista non stant. primo quia ista omnia fient in verbis vt ostensum est sup. ideo ex præcedentibus videntur posse erudiri. Secundo quia dato ꝙ realiter ista non essent futura in verbis, tamen quia litera ista ostendit ea quasi in verbis futura essent, necesse est ꝙ omnia consequenter ad hanc suppositionem dicantur. sed hoc supposito apparet ꝙ mali debērēt esse iam eruditi ex quæstione bonorum & responsione Christi facta ad eos, ideo nō videtur quomodo de hoc quærant.

Alij ergo dicunt aliter. ſ. quod mali non audient ea quæ dicētur bonis, ideo licet bonis dicta fuerint prędentia, nihilominus mali quęrerent ac si nihil dictum esset bonis.

Sed dicendum quòd non stat. primo quia Christus dicet in iudicio bona, quæ boni fecerunt ad ipsorum laudem, & mala quæ fecerunt mali ad ipsorum vituperium, & tamen non esset plena laus bonorum nisi innotescerent eorum bona omnibus, nec esset plena confusio malorum nisi mala eorū audirentur ab omnibus, ergo videtur ꝙ mali audient ea quæ boni quæsiuerint, vt possint ex illis informari.

Secundo quia vt ostensum est supra. quilibet in iudicio sciet omnia bona quæ dicentur bonis pro operibus suis, & boni econtrario, ideo non quærent quasi ignorent quid dictum sit bonis.

Dicendum ergo vno modo, quod mali istud quærent quia licet audiuerint id quod quæsiuerunt boni, & responsum est eis, putabunt non esse idem in eis, nam aliud agitur in fauorabilibus aliud in odiosis, in fauorabilibus enim facilius proceditur, vt aliquis absoluatur, quam in odiosis vt quis cōdemnetur, & ideo licet ad hoc ꝙ boni beatificarentur dicantur Christo fecisse quicquid fecerūt circa pauperes, ad hoc quod mali condemnentur non videtur sufficere quod non fecerint pauperibus bonum, sed quòd non cibauerint neque potauerint, Christum esurientem, & sitientem, cum ipse dicat, esuriui, & non dedistis mihi manducare.

Secundo potest dici, quod hoc dicent damnati ex turbatione quadam & affectione. Nam cum in iudicio viderint se condemnari æternaliter turbabuntur, & ita id quod erit notum videbitur eis quasi ignotum & iniustum. sic enim apud nos illi qui condemnantur conqueruntur interdum sibi inferri iniustum in eo ꝙ omnibus manifestum est iustum esse.

Quomodo Christus dicit malis, dico uobis quandiu &c. non ꝙ ponendo fratribus, sicut fecit in responsione bonorum? Quæst. CCCCXX.

QVAERETVR quomodo Christus respondendo nūc malis dicit illis, dico vobis quandiu non fecistis vni de minorib. his neque mihi fecistis; quia supra respōdendo bonis dixit, quandiu fecistis vni de fratribus meis minimis mihi fecistis.

Aliqui dicunt ꝙ fuit quia Christus vult bona operā bonorum multum laudare, & peccata malorum non vult multum vituperare, & ideo quantum ad bonos loquens dicit. quādiu fecistis vni de fratrib. meis, quasi fit maius meritum benefacere sanctis, qui vocantur fratres Christi, quam nō Sanctis. De malis secus quia vult extenuare culpam eorum vel saltem nō vult magnificare eam, ideo non uocat fratres eos quibus omisērūt benefacere, quasi minor videatur, culpa eorum, quia non dicuntur omisisse benefacere frātribus, sic dicit Orige. super Matt. volens Christus iustorum benefacta ostendere grandia, peccatorum autem culpas non grandes. ad iustos quidem dicit, ex eo quod fecistis vni ex minimis fratribus meis. ad iniustos aūt non adiecit fratribus, reuera enim fratres eius sunt qui pertecti sunt, gratius enim est apud Deum opus bonum quod fit in sanctioribus quam quod fit in minus Sanctis, & leuior culpa est negligere sanctiores quam minus Sanctos.

Sed dicendum, ꝙ istud non stat. primo quia Christus non intendit hic extenuare culpam malorum, sed potius eam grauem, sicut est ostendere ad confusionem malorum, ideo non variabat verba ad hoc.

Secundo quia præsupponitur opus bonorum melius quia Sanctis benefecerunt, & opus malorum minus malum, quia minus bonis benefacere omiserunt, & tamen non est hoc verum, quia nos non cognoscimus vere bonos & malos, sed ijdem sunt quibus benefaciunt iusti & quibus omittunt benefacere mali.

Est ergo dicendum, quòd licet hic non exprimantur fratres, tamen fratres intelliguntur cum dicitur, quandiu non fecistis vni de minoribus, quia non vocantur hic fratres nisi secundum communicationem naturæ, vt ostēsum est supra, & hoc modo omnes homines sunt fratres, siue ergo bonis siue malis fiat misericordia fit fratrib. Christi, nam nihil aliud voluit Christus dicere nisi pauperes esse cui hęc præstari debēāt, & illi necessario sunt fratres siue boni siue mali sint, ideo cum supra dixisset fratres esse pauperes, omisit illud hic quasi sufficeret dictum esse supra, & dixit de minoribus, ideſt de pauperibus, quia pauperes vocantur minimi, vel minores, vt ostensum est supra.

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Et ibunt. Hic ponitur vltimum huius. c. scilicet executio sententiæ latæ in iudicio, & quia illa fuit de absolutione quantum ad bonos, & condēnatione quantum ad malos, ponitur executio quantum ad vtrumque & dicitur.

Et ibunt hi, ideſt damnati. *In supplicium æternum*, ideſt in pœnam æternam, quæ non finietur. *Iusti uero*, ideſt qui tunc iusti inuenti fuerunt.

In uitam æternam, i. in regnum cœlorum, quod semper durabit.

Quomodo ibunt nunc iusti in uitam æternam, mali uero in supplicium æternum, quia iam boni habebunt tunc actualiter uitam æternam, et mali ignem æternum? Quæst. CCCCXXI.

SED quæretur quomodo ibunt nunc iusti in vitam ętnam, mali vero in suppliciū ętnum? quia nemo potest ire in illud quod iam habet, sed mali tempore iudicij habebūt supplicium æternum. & omnes iusti vitam æternam, ergo non poterunt illuc ire. Et patet quia oēs boni ante iudicium erunt effecti beati actualiter: quia omnes erunt mortui & iam vidētes Deum, cum nemo eorum maneat in pœnis purgatorij, & illa beatitudo est vita æterna. De malis idem est: quia omnes illi ante tempus iudicij erunt mortui & resurgentes, & omnes in peccato mortali decesserunt: ideo necesse est ꝙ iam sint in pœnis inferni: sed pęna inferni est supplicium æternum. iam ergo illud habent, & sic non ibunt in illud.

Dici potest vno modo, ꝙ ibunt in suppliciū ętnū mali, quia licet supplicium habeant, & ita non possint ire in illud, tamen nondum est ętnum, quia nō transijt infinita duratio in illis pęnis. & idem est de vita æterna dicendum.

Alio modo potest dici & melius ꝙ ibunt boni in vitam æternam. i. in locum vitę ętnę, & mali in supplicium æternum. i. in locum in quo passuri sunt supplicium æternum. Est autem locus vitæ æternæ cęlū empyreum; quia ibi in ętnum mansuri sunt beati, est locus supplicij æterni infernus, quia ibi in ętnum manebunt damnati, & de his proprie dicitur, quia licet beati iam habeāt vitam æternam, ideſt beatitudinem quando iudicantur, nondum tamen venerunt in cęlum empyreum, in quo semper mansuri sunt, & damnati, licet iam torqueantur cum in iudicio sunt illo igne ętno, tamē nondum iuerunt post resurrectionem in gehennā, vbi semper mansuri sunt, ideo ibūt & iste sensus conuenit, quia dicitur ibunt: nam ire motum localem notat, ad pęnam autē, & beatitudinem non est ire sed ad locum, ideo de loco accipitur, & respondet modo loquendi posito in sententia: nam dictum est, venite benedicti percipite regnum. ergo ad regnum ituri erant, & illud est locus in quo nondum erant, & de malis dictum est, discedite maledicti in ignem æternum, ideſt in locum ignis æterni.

An purgatio aliqua mundi sit futura in fine seculi? Quæst. CCCCXXII.

NVNC vero quęrendum erat de pęnis damnatorum, & gloria beatorum, & locis eorū: sed quia beatitudo beatorū cōsistit in præmio essentiali, quod est beatitudo siue videre Deum, & in accidētali quod est aureola, & fructibus, & dotibus. & de beatitudine dicta est late supra. 5. c. de aureola vero & fructibus supra 13. c. de dotibus autem animæ & corporis. sup. 17. c. non est aliquid iam de his dicendum. sed maneret dicēdum de pęnis damnatorum, & loco earum: quia tamen simul cum iudicio fiet quædam renouatio sęculi, & de hac primo videndum est. Sed ante hoc quia de operibus misericordiæ aliqua dicta fuerant supra, restabat ad complementum aliquale dicēdum de numero & sufficientia operū misericordiæ corporaliū, & an sint sola septē, & quomodo omnia alia reducuntur ad hæc, & qualiter: sed de hoc dictū est supr. c. q. 28. Circa opera misericordiæ spiritualia & corporalia quæ sint meliora. i. magis meritoria dictū est. e. c. q. 29.

Accedendum est ergo ad id quod dicebatur de purgatione & innouatione mundi. & circa hoc primo est dubium, an purgatio aliqua mundi futura sit?

A Aliqui dicunt, ꝙ nulla est futura, quia purgatione non indiget nisi quod immundum est. vnde Act. 10. c. dicitur, quod Deus purificauit tu ne commune dixeris. i. immundum: sed Deus puras dedit nobis creaturas quas creauit, sicut de serpētibus & omnibus quadrupedibus ibi dicitur ꝙ erant pura, ergo non indigēt purificatione. Secundo quia purgatio ſm diuinā iustitiam proprie ordinatur ad auferendam immunditiam culpæ. & hoc mō dicimus homines purgari post mortem vel esse ignem purgatorium. ſ. quia tollitur ibi aliquid quod relictum fuerat ex peccato: sed in elemētis & rebus irrationalibus nulla potest esse infectio culpæ. ergo neq; purgatio ibi erit aliqua.

Tertio quia tunc dicitur vnūquodq; purgari quando
B separatur ab eo, quod est extraneum ab ipso inducens ignobilitatem. Separatio autem eius quod non inducit ignobilitatem sed nobilitatem nō dicitur purgatio, sed diminutio, sed ad nobilitatem & perfectionem elementorum pertinet ꝙ aliquid extraneę naturæ sit eis admixtum, quia forma corporis mixti est nobilior quam forma corporis simplicis. ergo videtur ꝙ elementa non possint purgari: quia hoc esset magis illa diminuere.

Dicendum, ꝙ vere purgabitur mundus. i. creaturæ rationabiles aliquando, quia omnis innouatio fit per aliquam purgationem, sed elementa innouabuntur: quia Apoc. 21. c. dicitur vidi cęlum nouum & terram nouam, primum enim cęlum & prima terra abijt. ergo
C necesse est ꝙ ista purgentur, ideſt depurentur.

Secundo quia 1. Corin. 7. c. super illo verbo, prętterit figura huius mundi, dicit glo. pulchritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. hoc autem erit res mundi huius purgare. ergo mundus purgabitur.

Circa hoc autem considerandum ꝙ cum omnia facta sunt propter hominem & Arist. dicat omnia quodammodo esse propter nos, mundus totus, ideſt vniuersitas corporearum rerum propter hominem facta est: ideo consequens est vt quando homo ſm corpus glorificatus fuerit, totus mundus ad ſtatū meliorem mutetur. i. omnia corpora quæ sunt partes mundi, & hoc non propter ipsas res sed propter hominem, sicut enim homini nondum glorificato secundum corpus datus est iste mundus qualis videtur, ad manendū in
D eo, ita homini meliorato secundum corpus. i. glorificato dabitur mundus melioratus, & hoc vt sit locus conuenientior & aspectus delectabilior, sicut honorationi homini damus excellentiorem domum. Sed ad hoc ꝙ homo cōsequatur gloriam ſm corpus, oportet prius remoueri ea quæ opponuntur gloriæ corporis, quæ sunt duo. ſ. corruptio & infectio culpę. Primum pertinet ad corpus, secūdum ad animam, quia dicitur 1. Cor. 15 corruptio incorruptionem non possidebit, homo ab his duob. purgabitur. ſ. a corruptione, quia non poterit corpus corruptibile effici gloriosum. Et iā ab infectione culpæ, immunditia non possidebit regnum Dei, sed oportet ꝙ ignis examinet opus cuiuslibet quale sit. 1. Cor. 3. c. & quia quicquid ad infectionem pertinet ad minus est vt lignum, fęnum, & stipula. eo. c. ideo purgabuntur.

Similiter autem circa corpora elementaria necesse est proportionaliter fieri purgationem secundū hæc duo, vt remoueantur contrariæ dispositiones & inducantur conuenientes dispositiones ad nouitatem glorię, & ideo erit in elementis purgatio proportionaliter quantum ad illa duo secundum, quæ est purgatio in homine. De corruptione apparet quia impuritas, est causa corruptionis & dispositio ad illā, & quia circa medium locum. ſ. vbi nos manemus pp elementorum contactum multę sunt corruptiones, & genera-

Alph. Tost. in Matth. Pars VII.

tiones, & alterationes eorum, quæ derogant puritati elementorum, ipsorum, ideo ab hac corruptione impuritatis purgari oportet elementa, vt recipiant nouitatem gloriæ. De infectione culpæ minus videtur, eo ꝙ res pure corporalis sub infectione culpæ esse nō potest. Et hoc verum est secundum seipsam, & tamen secundum habitudinem ad hominem cuius est proprie infectio culpæ redundat quodam modo infectio culpæ in elementa: quia ex culpa hominis relinquitur in loco in quo commissa fuit illa, quædam incongruitas ad spiritualitatem, & ita corpora sub tali incōgruitate existentia non possunt dicari, vel aptari spiritualibus rebus, & inde videmus secundum rationem, & cōsuetudinem iuris, ꝙ loca in quibus aliqua crimina sunt commissa, non reputantur idonea ad aliqua sacra in eis exercenda nisi purgatione quadam præmissa, sicut apparet de Ecclesijs pollutis seminis, vel sanguinis effusione: nā nō celebrātur ibi diuina quousq; reconcilientur, & repurgentur secundum formam iuris. hoc mō pars tota ista mundi in qua nos manemus non solum impuritatem habet ex mixtione & contactu elementorum, sed etiam ex infectione culpæ, quia tota infecta est peccatis nostris quæ impleuerunt eam ideo ex hac causa non erit pars ista apta ad recipiendā nouitatem gloriæ, vt sit congruus locus dicatus rebus spiritualibus quousque purgatio præcesserit eximens hanc cōcretam labem, & ideo necesse est ab his duobus. i. corruptione impuritatis, & īfectione culpę purgari elementa, & creaturas corporales, & ista est quę vocatur purgatio mundi futura.

Ad primum dicendū ꝙ puritas opponitur immunditiæ. Dupliciter autem dicitur aliquid impurum vel immundū. Vno modo prout in substantia rei est permixta aliqua pars malitiæ, vel saltem est adiuncta malitia rei licet non in substantia eius. Alio modo est impurum, quia substantię rei est admixta aliena natura. Accipiendo primo modo crediderunt Manichæi aliquid esse impurum: quia posuerūt bonum & malum esse duas substantias alicubi coniunctas, & alicubi diuisas. istud autem falsum est, quia malum non est substantia aliqua quæ possit facere compositionem essentialem cum aliqua natura vel in aliqua re: sed malum est defectus in bono, & tali modo impossibile est aliquid esse immundum vel impurum, nam neque diabolus est sic malus: quia in substantia sua nihil habet naturaliter mali quod sit pars essētiæ eius: sed malum suum accidentale est, & hoc modo Deus purificauit omnia, ideſt pura ea fecit in creatione, quia non posuit, aliquod malum esse partem substantiæ rerum creatarum.

Admixta, vel adiuncta malitia sine compositione substantiæ potest esse dupliciter, vel ex creatione, vel postea per accidens. s. ex actu. primo modo, nihil est immundum quia Deus nihil creauit a principio cum malitia, sed omnia erant bona, immo valde bona Gene. 1. c. & tamen si ex creatione malitiam aliquam haberent, non essent valde bona neque bona, immo neque bona, quia malitia non permitteret esse bona: ideo ex creatione nulla malitia reb. inexistebat, & hoc modo etiam uerum est, ꝙ Deus omnia purificauit. i. pura creauit nullam malitiam habentia. Accipiendo autem de malitia quę accidit per actum post creationem, est aliqua creatura immunda vel impura, quia malum ei ineſt, licet non sit ei permixtum sicut pars substantiæ ipsius.

Accipiendo autem immundum prout creatura habet permixtionem extraneæ naturæ, sunt multa immunda vel potius impura, & tunc non vocatur res ex hoc impura vel immunda quasi sit mala, nō est enim mala, quia res in natura sua bona est, & quęlibet natura est bona: sed pro tanto vocatur impura vel immunda, quia aliq ua natura est cuius permixtio derogat pfectioni alterius naturæ. Et hoc modo sunt multa apud nos impura, & purgabuntur aliquando inquantū eius puritati illa admixtio derogat.

Ad secundum dicendum ꝙ nō supponitur verum, quia purgatio non solū ordinatur ad ablationem infectionis culpæ, sed etiam ad remotionem corruptionis. In elemētis autem est corruptio & impuritas maxime in medio loco, ideſt vbi est cōtactus eorum vbi nos habitamus, ergo etiam si nulla esset in eis infectio culpæ, indigerent purgatione.

Aliter potest dici ꝙ purgabūtur ab infectione culpæ non quidem quæ in eis sit & quam ipsa commiserunt, sed manet in eis infectio culpæ per habitudinem ad homines qui in eis culpas commiserunt, & ex hoc ipsa contrahunt quandam indignitatem, & ineptitudinem ad hoc, quod conueniant & consecrentur rebus spiritualibus, & ista ineptitudo repugnat nouitati gloriæ inducendæ, ideo oportet purgari ad hoc ꝙ inducatur quidam status gloriæ in his corporibus.

Ad tertium dicendum, quòd purgatio fiet propter nobilitatem rei, vt ipsa meliori modo esse habeat, & ideo id quod est de nobilitate rei permanentis non auferetur ei.

Cum vero dicitur quod forma mixti est perfectior quam forma simplicis elementi, dici potest uno modo quod si in sęculi innouatione mansura essent corpora mixta sicut & simplicia, non auferretur mixtis compositio vel mixtio, & tamen non manebunt: sed sola simplicia corpora elementorum cum cœlestibus quę simplicia sunt.

Alio modo dici potest quòd in purgatione non tolletur aliquid quod pertinet ad nobilitatē rei, & ideo si mixta purganda essent non tolleretur compositio eorum, quia compositio est eis essentialis, & non extranea, & ita forma mixta cū sit essentialis, mixta maneret in mixto si ipsum purgādum esset, & tolleretur ab eo omne quod esset extraneum naturæ mixti, & tamen mixta non purgabuntur sed penitus corrumpētur, præter quędam mixta perfecta. i. homines: ideo non oportet ibi fieri separationem aliquam, sed omnis purgatio fiet respectu corporum simplicium, sed quantum ad ea omnia sunt extranea quæ ad mixtionē pertinent tam forma mixti quā accidentia eius, ideo omnia hæc auferentur vt maneant simplicia corpora in sua puritate.

Cum vero dicitur quod forma mixti est perfectior quam corporis simplicis, & tamen perfectiora manebunt in nouatione mundi, dicendum ꝙ forma mixti & forma elemēti possunt dupliciter considerari. Aut quantum ad perfectionem speciei, aut quantum ad quantitatem durationis.

Accipiendo primo mō corpus mixtū nobilius est quam elementum, excedit enim secundum speciem. Accipiendo secundo modo nobilius est corpus simplex quam mixtum, quia simplex non habet in seipso unde corrumpatur, & ideo incorruptibile est, nisi corrumpatur ab aliquo exteriori. Corpus autem mixtum in seipso habet causam suæ corruptionis, scilicet compositionem contrariorum. Ideo corpus simplex, cum non possit corrumpi nisi ab extrinseco, licet sit corruptibile secundum partem, non est corruptibile secundum totum, causa huius, est quia in extremitatibus corporis simplicis exteriora agunt, & possunt per contactum corrumpere: secus est de interioribus: quia ad illam nunquam perueniunt exteriora agentia, & ita secundum media non corrumpitur, propter quod non corrumpuntur simplicia secundum totum sed secundum partem, de mixtis est secus quia

ꝙ iā corrumpūtur ab intrinseco. i. ab actione suorum componentium, ideo sunt simpliciter corruptibilia. i ꝙ toraliter esse desinant: incorruptio autē est de perfectione gloriç: ideo perfectio corporis simplicis magis conuenit perfectioni gloriæ quam perfectio corporis mixti, nisi etiam corpus mixtum in seipso habeat aliquod incorruptionis principium sicut corpus humanum, cuius forma est incorruptibilis, & a conditione illius homo potest effici incorruptibilis.

Potest autem dici aliter ꝙ licet corpus mixtū quodammodo esse nobilius habeat quam simplex, tamē omne corpus simplex perfectius esse habet in seipso quā habeat in mixto: quia in seipso est corpus quodlibet simplex existēs actu, & in simplici nullum corpus existit in potētia sed in actu, in mixto autem sunt corpora simplicia quasi in potentia, quæ in seipsis sunt in actu, ideo licet mixtū sit nobilius quā simplex, quodlibet tamē simplex perfectius habet esse in seipso, ideſt cum simplex est quam cum est mixtum, quia ibi non est per se sed in potentia sunt ibi omnia simplicia, & ideo vt nullum existens in perfecto modo sit conuenit quodammodo, ꝙ sint sola simplicia. i. omnia sint secundū ꝙ habent esse simplex, nō autem secundum ꝙ habent esse mixtum & in potentia. nam simplex habet esse in vltima sui perfectione, mixtum vero licet secundum se sit perfectius, tamen ea quæ sunt mixti, ideſt componentia mixtum, scilicet simplicia nō sunt perfecte, sed in potentia, qui est modus imperfectus existendi.

Per quid fiet purgatio futura, & an per ignem?
Quæst. CCCCXXIII.

QVAERETVR cum sit purgatio futura, per quid fiet, & an per ignem fiet sicut aliqui dicunt communiter?

Aliqui dicunt ꝙ non, quia ignis cum sit pars mundi indiget purgatione sicut & aliæ partes: sed non debet esse idem purgans & purgatum. ergo non erit ignis purgans omnia. Secundo quia sicut ignis habet virtutem purgatiuam ita & aqua. nam nunc quædam per ignem purgamus quædam per aquam, quia sic in lege veteri Deus iussit purgari Nu. 31. c. Tertio qa purgatio ad hoc vī pīnere vt partes mundi abinui cē segregatæ puriores reddātur: sed separatio partium mūdi abinuicē in mūdi initio facta est sola virtute diuina, Et Anaxagoras philosohp. voluit segregationē esse actus intellectus agētis. ergo ita erit in fine mūdi segregatio, & purificatio sola virtute diuina & nō per ignē.

Dicēdum ꝙ ista purgatio fiet per ignem, quia Psal. 49. dī, Deus manifeste veniet Deus noster & non silebit. & dī de aduentu ad iudicium, & sequitur statim. ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. ignis ergo erit qui exuret omnia. Et confirmatur hoc ex litera sequenti ibi. s. aduocabit cęlum desursum, & terram discernere populū suū. & ista ad iudicium & purgationē atq; segregationem pertinent. ergo ignis ponitur ibi vt purgans, & Psalm. 96. dī ignis ante ipsum prędcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Sc̄do patit qa. 2. Pet. 3. c. dī. cęli qui nūc sunt & terra eodem verbo repositi sūt igni reseruati. i. reseruantur ad hoc ꝙ purgentur per ignē & eo. ca. dī, adueniet aūt dies domini sicut fur, in qua cęli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. sed calor ad ignem pertinet, & iterum. e. c. properantes in aduentum diei domini per quā cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. ignis ergo purgabit omnia. Tertio patet secundum applicationem quam quidam faciunt. nam dicūt quod ignis magis conuenit conditionib. innouationis, quam aliud elementum, ideo per ignem purificabūtur omnia. Et potest quia in mundi innouatione fient tria. Primum est ꝙ tolletur infectio relicta ex culpa. Secūdo auferetur impuritas mixtionis. Tertio causabitur dispositio ad perfectionem gloriæ in corporibus. Ad hæc aūt tria dicunt magis conuenire ignem quam aliud elemētum. Et primo quantum ad tertiam cōditionem, quia proprietates gloriç sunt excellentiores omnib. dispositionib. & tamen conditiones ignis sunt excellentiores conditionib. aliorum elementorum, sicut patet de luce quæ conuenit igni, & nulla talis conditio inuenitur in alijs elementis. Ideo quantū ad hoc purificatio quæ fiet per ignem magis conueniet ad inducendū in singulas res conditiones gloriç, quam purgatio quæ fieri possit per quodlibet aliud elementum. Secundo quātum ad ablationem impuritatis. nam impuritas causatur per admixtionem extranei: nihil ergo magis auferet impuritatem quam id quod nullius extranei admixtionem suscipit. ignis autem talis est, quia propter efficaciam suę virtutis actiuę nihil permittit sibi admisceri: sed omnia quæ admisceri volunt consumit. ideo ignis magis conuenit ad purgationem quam cætera. Tertio propter ablationem infectionis relictæ ex culpa: quia nihil magis potest eximere talem infectionē, quam id quod ab ea maxime alienum est, tale autem est ignis, quia sphęra eius maxime remota est a nostra habitatione, neque est ita nobis communis vsus ignis sicut terræ aquæ, & aeris, quia ista tria elementa nobis applicamus & interius sumimus. ignem vero nō, quia est valde actiuus & corrumperet si applicaremus eum nobis, & sic non potest inficere ex operibus nostris sicut alia elementa, propter quod magis conuenit ad purgandum quam cætera.

Sed dicendū ꝙ sola causa propria est actiuitas ignis, nam illa purgatio fiet ad segregādum a se omne alienum, & sic quęlibet res maneat pura, & hoc non fit nisi per magnam virtutem resolutiuam, secundū quam reducitur res vsq; ad simplicia, & tamen nullius elementi est hæc virtus nisi ignis, ideo solus ignis purgabit omnia. Ad primum in oppositum dicendū ꝙ verum est ꝙ non est idem purgans & purgabile, & ideo ignis purgabit & purgabitur, sed non secūdum idem. Pro quo sciēdum ꝙ ignis dupliciter se habet. ſ. in materia propria & in aliena. Est aūt in materia propria qū est loco proprio, cum vero est extra propriū locum est in materia aliena. Proprius. n. locus ignis est sphęra sua, quæ est sphęra suprema elementorum, & ibi est in materia propria. quia tota illa sphęra plena est corpore materiali, cuius materia est propria materia elemēti ignis. ipse aūt ignis vt est inter nos est extra locū proprium, & ideo, est in materia aliena. ſ. in materia mixtorum terrenorum, quę materia maxime pertinet ad elementum terrę. Hoc supposito dicendum ꝙ ignis existens extra locum propriū, & in materia aliena habet aliquid impuritatis, quia aliquid alienum admixtum habet, & ideo secundum illud est purgabilis, ignis autem prout est in sphęra sua non habet aliquid impuritatis cum non habeat aliquid alienum admixtum, & ideo erit quantum ad hoc purgans & non purgabile. Ad secundū dicendum ꝙ aqua habet uim purgatiuam & ignis, sed non æqualiter, ideo licet aliquæ purgationes fiant per aquā, illa vltima & generalis purgatio mundi non fiet per aquā sed per ignē. Cū aūt dicunt de diluuio ꝙ ibi mūdus purgatus est per aquā, ita ergo poterit nunc per aquam. Aliqui dicunt ꝙ potius ex opposito. ſ. quia purgatio illa facta est per aquā, dēt ista ultima fieri per ignem, vt singulis elemētis detur actio. Sed dicendum, ꝙ non tenet ista ratio, quia ista ratio non probat ꝙ non possit fieri illa purgatio per aquam aut quod non fiat, sed quod conueniens sit non

fieri, & tamen certum est ꝙ non fiet, ideo non est ar- E guendum de verisimilitudinibus quando de veritate constat: sed 2. Pet. 3. c. dicitur, quòd cœli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo, per quam tunc ille mundus aqua inundatus perijt, cœli autem qui nūc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt igni reseruati, & ita innuit quod sicut se habuit tunc aqua ad omnia purgandum aut inuadendum, ita se habebit ignis postea.

Quare in diluuio aqua purgauit omnia & non ignis, & in iudicio ignis & non aqua? Quæst. CCCCXXIIII.

SED quare aqua tunc purgauerit omnia & non G ignis, & nunc ignis purgaturus sit & non aqua est dubium.

Dicunt autem aliqui, ꝙ causa fuit quia purgatio mundi quæ facta est per diluuium non respiciebat nisi infectionem peccati, præcipue autem tunc regnabat peccatum concupiscentię quæ valet ex ardore: ideo per contrarium facta est purgatio per aquam, quæ refrigerat ardorem extinguendo. Secūda autem purgatio respicit infectionem culpæ, & impuritatem commixtionis, quantum ad vtrumque autem conuenit magis ꝙ fiat per ignem quam per aquam. De impuritate mixtionis patet, quia aqua non sufficit illam separare, ignis autem sufficit. De infectione culpæ dicunt etiam ꝙ ignis magis conuenit. nam sicut in principio mundi regnauit vitium concupiscentiæ, & ideo data est aqua ad extinguendum illum ardorem, ita in fine mundi regnabit vitium tepiditatis quasi iam mūdo senescente, & infrigidato ab actione boni operis. sic dicitur præced. c. abūdabit iniquitas & refrigescet charitas multorū, ideo conuenienter fiet purgatio per ignem ad tollēdum illam tepiditatem vel frigiditatē.

Sed dicendum ꝙ ista est ratio applicationis & metaphorica, veritas aūt est quia diluuiū non fuit datum ad purgandum mundum, sed ad occidendum viuentia, i. animalia. Conflagratio autē ignis dabitur ad duo, idest ad occidendum & purgandum. De primo patet quia quando Deus voluit mittere diluuium dixit, de- I lebo hominem quem creaui a facie terręab homine vsque ad animantia, a reptili, vsque ad volucres cœli Gen. 6. c. & ita dixit statim, finis vniuersæ carnis veniet coram me, ad occidēdum autem homines & animalia terræ sufficiebat aqua: ideo misit aquam. in futuro autem non sufficiet aqua, quia non solum fiet occisio sed etiam purgatio, & ad neutrum eorum sufficiet aqua. De occisione patet, quia per aquam pereunt animalia quæ viuunt extra aquas in terra: sed pisces non pereunt per aquam, immo potius saluantur in ea, & tamen in fine seculi oportet omnia animalia interire: ideo non fiet illud per aquam. Quantum ad secundū, idest purgationē multo minus sufficit aqua, quia purgatio fit per subtiliationem & resolutionem separando quod est alienum a re. aqua autem non est principium resoluendi & separandi, sed potius coniungēdi per humorem & frigiditatem: ideo nullo modo conueniet ad purgationem mundi. De igne autem dicendum econtrario ꝙ non fuit conueniens ad deletionē quæ per diluuium facta est, & erit conueniens ad purgationem futuram. De primo patet quia Deus quando immisit diluuium volebat omnes homines occidere, sed nō perdere terram, & tamen si mitteret ignē perirent non soli homines sed etiam omnia animalia, idest pisces qui in diluuio non perirent, & hoc erat inconueniens.

Secundo quia licet Deus voluit occidere homines in diluuio, noluit oēs perire sed saluare octo animas. 2. Pet. 3. c. & illæ potuerūt saluari in arca & saluatæ sūt Gen. 8. Si aū mitteretur ignis non posset aliquis homo manere: ga ignis deuoraret oīa, neq; arca liberaret eos nisi esset miraculū, Deus aūt non vult vti miraculis circa ea quæ sine miraculo fieri possunt, quia si uoluisset miraculo vti non mādasset fabricari arcam, sed in medio fluctuū liberasset homines, & pecora quæ voluisset. & tamen non fecit, ideo non expediebat mittere ignem.

Tertio mittendo ignem perirent pisces maris, & pro istis nō erat aliquis modus saluationis. Nam ideo diluuium fuit conueniens, quia licet animalia viuentia super terram morerentur in diluuio, poterāt reseruari in arca sicut & factum est. pisces autem non poterant extra aquam seruari, quæ non posset esse intra arcam ad conseruandas species piscium, ēt si foris non possent pisces seruari. in diluuio autem manebant in aqua & seruabantur, & sic erat aqua conueniens.

Quarto quia si ignis mitteretur exureret omnes arbores & terram soluendo multum in cinerē, & sic tolleretur virtus germinatiua, & sic non conueniret postea ad vitam hominum, quia non nascerentur plāte, & tamen volebat Deus, ꝙ finita deletione illa hominum maneret terra apta ad germinādum vt homines de ea uiuere possent. ideo non fuit conueniens ignis, aqua autem sic, quia cessante diluuio māserunt arbores quæ prius erant & terra apta ad germinandum. H

Causa aūt differētiæ inter vtramq; deletionem est, quia in deletione facta per diluuium uoluit Deus delere illos homines qui tunc erant, sed non totū genus humanum, immo ꝙ postea manerent super terram, ideo debuit deleri homo & nō terra, ꝙ per diluuium factū est. In purgatione aūt futuro volet Deus delere omnes homines, & animalia de terra, & aquis, ita ꝙ non sint vltra, & reducere terrā ad talē statū ꝙ non sit vltra ad habitationem hominum & pecorū, ideo non per aquam sed per ignem qui uniuersa delebit & soluet. Cum autem dr ꝙ in lege veteri quædā purgabantur per aquam alia per ignem, dici potest uno modo, ꝙ propter hoc Deus debuit purgare aliquando per aquam, & aliquādo per ignem, sed iam purgauit semel in diluuio mundū per aquam, ergo iterum non per aquam sed per ignem purgandus est.

Aliter potest dici, quod aqua non est perfecte purgans res, solus autem ignis est qui omnia purgat, quia nihil est ꝙ ignis purgare non possit, sed sunt quædam q̄ per ignē non possunt purgari: quia corrumperentur sicut vestes, & omne quod laneum & lineum est, & ideo quia Deus volebat res istas conseruare ad vtiliratem ludæorum iubebat ꝙ ea quę possunt sustinere ignem. i. aurum, argentum, ferrū, & metalla tā sirent per ignem, quæ vero non sustinent ignem lustrarētur aqua, & ita factum est in præda quam acceperūt Israelitę de terra Madian Num. 31. c. Sed in fine mundi volet Deus facere purgationem simpliciter, quæ nō potest fieri nisi per ignem, & non curabit ꝙ res tales conseruentur, immo conseruatio earum non erit conueniens, ideo fiet per ignem purgatio & nō per aquam. K

Ad tertium dicendum, ꝙ purgatio rerum fiet per quandam segregationem alienæ naturę ab eis ad hoc ꝙ res puræ reddantur, & tamen ista segregatio nō est distinctio, quia distinctio rerum est per aliquid formale, segregatio vero per agens localiter separans, & faciens non esse vnū quæcunq; vnum sunt, in principio aūt rerum vocatur segregatio earum ipsa distinctio, quæ est per formarum collationē in qua vtrūq; factū est. nam cęperunt res esse distinctæ fm naturā & ipēm & cęperunt esse distinctæ localiter: quia quæcūq; sunt vnum & homogeneū, t. aqua vel terra sicut sunt vnū natura, ita sunt vnum loco. Cum vero desinunt esse unum in natura per formalem distinctionem, inę-

piunt etiam esse distincta loco, ista autem segregatio, quæ est per distinctionem non potest fieri nisi per eū, qui est auctor naturę, & non est aliqua creatura, quę sic omnia posset segregare, idest distinguere, illa vero segregatio, quæ fiet in purgatione non est nisi per separationē mixtionis ad hoc, quòd maneat res in sua puritate, rdest quodlibet maneat simplex, hoc vero non est dare formam aliquam, ideo creatura poterit Deo seruire in hoc resoluendo, & disgregādo, quæ omnia naturali actioni competunt, licet in illa purgatione, & innouatione accidet aliquid vltra actionem naturalem.

An ignis, qui purgabit mundum erit eiusdem speciei cum igne elementali. Quæst. CCCCXXV. B

QVAERETVR an ille ignis, qui purgabit mūdum erit eiusdem speciei cum igne elementali? Aliqui dicunt, quòd non: quia nihil consumet seipsum, & tamen ille ignis consumet ignem elementalem, quia consumet quatuor elementa 2. Petr. 3. c. super illo verbo elementa ignis ardore tabescent, dicit glo. quòd ille ignis quatuor elementa consumet, ergo non erit eiusdem speciei cum elementali.

Secūdo, quia sicut virtus rei manifestatur per operationē, ita natura rei manifestatur per virtutem, sed C ignis ille habebit aliam virtutem ab igne, qui est elementum, scilicet quia purgatiuam virtutem vniuersi, quam iste ignis non habet, ergo non erit eiusdem speciei.

Tertio, quia illa, quæ sunt eiusdem speciei in corporibus naturalibus habent eundem motum, sed ille ignis habebit alium motum, quam ignis elementū, nam igis elementalis mouetur ad supra, ille vero mouebitur circumquaque, vt omnia possit exurere, ergo non erit eiusdem speciei cum elementali. D

Sed dicendum, quia sicut omnis aqua est eadem omni aquę in specie, ita omnis ignis est idem omni igni in specie, sed ille erit verus ignis, & non per metaphoram, ideo erit ignis elementalis. Secūdo, quia dicit Au. 20. lib. de ciui. Dei, & habetur in glo. 1. Corin. 7. c. figura, vel pulchritudo huius mundi mondanorum ignium cōflagratione peribit, ergo ille ignis est de natura ignis elementalis, qui est ignis huius mūdi. Tertio, quia sicut purgatio prima fuit p aquā, ita secunda erit per ignem, quia ambo comparantur inuicem 2. Pet. 3. c. f. latet eos, quia cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo per aquam ille tunc mundus aqua inundatus perijt, cęli autem, & terra, quæ nunc sunt eodem verbo reposīti sunt igni reseruari, sed ī prima purgatione fuit aqua eiusdem speciei cum elementali, ergo ignis in secunda purgatione erit eiusdem speciei cum igne elementali. Aliqui aūt circa hoc dubitabāt aliqualiter, dicentes ignem illū non esse eiusdem speciei cū isto, quia non erit eodē mō generatus, vt quia ponūt eū igni operatione cęlestium luminarium. Sed dicēdū, ꝙ istud nihil facit, quia qūocūque gignāt ignis ad eādē speciē, & substantiā pertinet, sicut videmus ignē generari ab igne, sicut p applicationē ignis ad ligna, & ignē ex cōcussione, sicut in lapidibus tritis ferro, & ex cōfricatione lignorū, & funiū, qū mouent magna pōdera, & ex radijs solis, sicut apud speculū, & tñ de quolibet horū igniū apparet, ꝙ eiusdē naturę, & virtutis atque operationis est. Et sic diuersitas generis non nocebit quin sit ille ignis eiusdē speciei cū elementali igne. Ad primā rōnē dicendū, ꝙ ille ignis nō destruet seipsum, neque purgabit. Cū vero cr, ꝙ cōsumet quatuor elemēta cōcedēdū est, non tū

A sequitur, ꝙ seipsum, alios. n particulares depurabit; & consumet, sed seipsum nō, quia impossibile est idem in seipsum agere fm idē, & non est inconueniens, ꝙ alios ignes particulares exurat, quia cū distinguantur numero poterit vnus agere in alios, non .n. repugnat hoc ex conditione speciei, quia res vnius speciei agit in aliam eiusdem speciei, & apparet in igne, quia vnus ignis consumit alium non quidem directe agens, sed pp materiam, omnis. n. ignis est in materia aliqua, & ita vnus ignis consumit aliū inquātū consumit materiam eius, & quia maior ignis est efficacior consumit materiā minoris, & ita destruit minor ignis, sic ignis ille, quia purior, & efficacior erit poterit consumere ignem, qui apud nos est consumēdo materiam eius, & hoc mō purgabit. Ad secūdū dicēdū, ꝙ ille ignis erit eiusdem speciei cū isto nostro igne elementali, licet non erit talis omnino huius operatio, sicut illius, & poterit ille, quod iste non pōt, quia iste ignis solū agit in virtute naturali, & ex forma sua, ignis aūt ille vltra quantitatem actionis, quę competit ei secundū naturam habebit aliquid inquantum erit instrumentum Dei operantis, quod non habet iste ignis noster, iō manens in eadem specie habebit actionem, quam non habet noster ignis. Ad tertiū dicendū, ꝙ motus omnium corporū eiusdem speciei est idem secundū naturam, quia motus ille competit ex cōditione formę substātialis, sed illa est eadem in omnibus eiusdē speciei, ergo & motus idē. De igne aūt illo dicēdū, ꝙ habebit motū quē noster ignis, non. n. cōpetit alius motus igni, nisi sursum, & hoc pp leuitatem, quia locus ille est conseruatiuus, & est proprius eius, est .n. locus leuium, & cū est ignis ibi non mouetur, motus aūt ad deorsum, vel in latus non cōpetit igni a forma, quia non est deorsum nec in latere locus leuium, qui est locus ignis, sed sursum, & iō tam nostro igni, quā illi competit secūdū substātiā moueri sursum, competit aūt per accidēs igni. s. ex materia aliquando motus deorsum, aliquando ad latus secūdū exigentiam materię, & ratio est, quia ignis extra sphęram suā nō pōt esse sine aliena materia, & in illa manet, sine illa vero perit. & iō, vt se conseruet habet specialiter motum secūdū situ materię ad igniendū eam totā, vt in tota illa se efficiat, & tunc necesse est moueri deorsum, vel ad latera secūdū materię situ, & hoc ignis noster facit, & iō aliquādo descendit. Item erit de illo igne, qui secūdū exigentiam materię, quam combusturus est extendet se ad omnem positionē, eo ꝙ vbique inueniet materiam, quam exurat. Vel magis dici pōt, ꝙ inquantum est instrumentum diuinæ voluntatis mouebitur ad omnē partem, ad quam Deus voluerit, quòd moueatur.

An ignis iudicij purgabit cœlos planetarum ac stellarum Quæst. CCCCXXVI.

QVAERETVR de illo igne an purgabit cœlos superiores, i. cęlos planetarum, & stellarum? Aliqui dicūt, ꝙ sic, quia Psal. 101. dicitur, opera manuū tuarum sunt cœl, ipsi peribunt tu aūt permanes, sed omnes cęli ēt superiores sunt opera Dei, ergo illi peribunt, & non videtur alias futurū, q̄ in gñali purgatione, ergo per illū ignē purgabuntur. Secūdo, quia dicitur 2. Pet. 3. cęli ardētes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent, sed cęli, qui distinguūtur ab elementis sunt cęli superiores in quibus sunt fixa sidera, ergo illi per ignem purgabuntur. Tertio, quia ille ignis ad hoc erit, vt remoueat a corporibus indispositionem glorię, sed in cęlo inuenitur indispositio etiam ex parte culpę, quia diabolus ibi peccauit, etiā ex parte naturalis defectus, E

quia

quia ad Ro.8.c. ſuper illo verbo, ſcimus quia omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. dicit glo. omnia elementa cum labore ſua explent officia, ſicut Sol, & Luna non ſine labore ſtatuta ſibi implent ſpatia, ergo cęli purgabuntur per illum ignē ab vtraque indiſpoſitione.

Dicendum, quòd non purgabuntur cęli per ignē, qa nihil aget ille ignis in cęlos, neque illuc perueniet. Primo, quia ignis ille depurabit corrūpēdo, & diſſoluendo, ſed nihil tale pōt fieri in cęlo, quia corpora cęleſtia nō recipiunt peregrinas impreſſiones, ergo nō purgabūtur p ignē. Secundo, quia vt dr̄ in glo. ad Theſ. ſuper illo verbo, in flāma ignis dantis vindictā, ſ. ignis erit in mūdo, q̄ præceder eū tātū ſpatiū aeris occupans quātū occupauit aqua in diluuio, ſed aqua diluuij non aſcendit vſque ad cęlos, ſed ſolum quindecim cubitis ſuper altiſſimos mōtes, Gene.7.c. ergo non aſcendet plus ignis, & ita non perueniet vſque ad cęlos ſuperiores. Sed non eſt dicendum propter præcedentia, quòd cęli non purgabuntur, nā aliqua purgatio erit in eis, ſed nō per ignē. Circa, quod ſciēdum, q̄ purgatio mundi ad hoc fiet, vt remoueatur a corporibus diſpoſitio contraria perfectioni glorię, vt dictū eſt §. & illa perfectio gloriæ erit conſummatio rerum, ideſt vltimum bonitatis earum, inuenitur autem hæc indiſpoſitio in omnibus corporibus, ſed nō eodem modo, in quibuſdam enim inuenitur indiſpoſitio ſecūdū aliquid inhęrens ſubſtantię eorū, ſicut in iſtis corporibus inferioribus, quæ per mutuam commixtionem decidunt a propria puritate, & in his erit purgatio per ignem, ſicut dictum eſt, & infra dicetur. In alijs vero corporibus inuenitur indiſpoſitio non per aliquid inhęrens ſubſtantię eorum, ſicut eſt de corporibus cœleſtibus, in quibus nihil inuenitur repugnans vltimæ perfectioni vniuerſi, niſi motus, qui non eſt entis perfecti, ſed imperfecti, & eſt via ad perfectionem, & non eſt in eis quilibet motus, ſed ſolum localis, qui non variat aliquid, quod intrinſecum ſit rei, vt ſubſtantiam, aut qualitatem, ſed ſolum locum, qui eſt extra rem, & iō a ſubſtātia cęli ſuperioris non oportet, q̄ aliquid remoueatur ad hoc, q̄ fiat purgatio imperfectionis ſuę, ſed ſolū, q̄ motus eius quietetur, quia hanc ſolam imperfectionem habet cęlum, quietatio aūt motus localis nō fiet p actionē alicuius cōtrarij agētis, ſed p hoc, q̄ motor deſiſtit a mouēdo, & iō cęli purgabūtur, ſed non per actionem ignis, neque alicuius creaturę, ſed ipſa eorum quietatio accidens eis ex ſola volūtate diuina erit loco purgationis.

Ad primū dicendum, q̄ cęli non peribunt, nam ſi terra in ęternū manet, vt dr̄ Eccleſiaſtes 1.c. a fortiori cęlum manebit, & cum dicitur, q̄ peribit, reſpondetur vno modo ſecundum Augu. lib. 20. de ciui. Dei, q̄ intelligitur de cęlis aeris, non autem de ęthereis, qui ſunt veri cęli. Alio mō accipiēdo de ętheris dicūt, q̄ peribūt, non quidē quantū ad ſubſtantiam, ſed quātū ad motū, i. q̄ motus eorum ceſſabit, & ſic ipſi perire decent. Alio mō pōt accipi, & melius, q̄ nō ponat ibi actus, ſed cōditio, vt ſit ſenſus, opa manuū tuarū ſunt cęli, i. tu habes virtutē ad manendum plus, quam cęli, quia cęli ſunt opa tua, & auctor eſt maioris virtutis, q̄ opus, & ſequtur, ipſi peribūt, tu aūt permanes, i. dato, q̄ ipſi perirēt, vel perire poſſent, tu nō poſſes perire, & oēs, ſicut veſtimētū veteraſcēt, & ſicut opertoriū mutabis eos, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient, ideſt dato, q̄ omnes cęli veteraſcent, ſicut veſtimenta, & opertoria, & mutarentur, atque a ſua qualitate alterarentur, tamen tu nō mutaberis, neque veteraſces, ſed manebis ſemper ipſe idē, i. talis es nūc qualis eras heri, & talis eris cras, & talis modus loquē di eſt ſępe ſacrę Scripturę, vt præce. c. cęlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſient. ideſt dicto, quòd tranſiret cęlum, & terra non tranſirent verba Dei. Vel, quòd facilius erat tranſire cœlum, & terram, quam verba Dei, licet neutrum tranſibit, & ſic dicitur Lucæ 16.c. facilius eſt cęlum, & terram tranſire, quam de lege vnum apicem cadere, & ita hic non ſignatur, quòd immutabuntur, ſed quòd facilius erat cœlos vetereſcere, & mutari atque perire, quam Deū deſinere eſſe.

Ad ſecundum dicendum, quòd beatus Petrus accepit cœlos, ideſt aerem, nam ex modo ſcripturę vocamus cœlos aerem, vt Pſal. 8. volucres cœli, & piſces maris, & tamen volucres non ſunt in cęlo, ſed in aere, & eodem modo loquitur Chriſtus, Lucæ 8.c. aues cœli comederunt illud, & facit magnos ramos, aues cœli habitare, & de his loquitur Petrus. Et patet, quia eodem capitulo, dicitur, latet autem eos, quòd cœli erant prius, & terra de aqua, & ſequitur, cœli autem, qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt igni reſeruati, & ita ijdē cœli ſunt, qui per aquam fuerunt purgati, & purgabuntur per ignem, ſed per aquam non fuerunt purgati cœli ętherei, qui ſunt veri cœli, ſed aer, ergo aer erit, qui per ignem purgabitur, & non cœlum.

Ad tertium dicendum, quòd neque elementa, neque cœli laborant, quia laborare eſt eorum, qui fatigantur, elementa autem non poſſunt fatigari, quia non ſunt animata, ideo neque fatigantur, & dato, quòd eſſent animata non fatigarentur, ſed accipitur large labor pro ſeruiture illa, quam Deo exhibent corpora cœleſtia, quæ eſt quædam viciſſitudo motus ſecundum, quam ſubijciuntur tempori, & eſt etiā in eis ob hoc defectus vltimę conſummationis, quæ erit diſpoſitio perfectionis gloriæ, quam non habent cœli quouſque ceſſent ab iſta ſeruitute motus, & vocatur labor per ſimilitudinem, ſcilicet quia in rebus ſentientibus motus talis non fit ſine magno labore. Et ita etiam accepit Virgi. 1. Aeneidos,

Defectus Lunæ varios, Soliſq; labores.

vnde Soli dedit labores, ſed p eclypſi eius ibi poſuit, quaſi ſit quidam eius labor, ab hoc defectu purgabitur corpora cęleſtia, quando ceſſabunt a motu. Circa infectionē aūt peccati ex culpa diaboli, qui peccauit in cœlo dicendū, q̄ non contraxit cœlū aliquam imperfectionem, & dicunt, quòd ideo fuit, quia mox vt peccauit dejectus eſt in terram, ſecus de peccatis factis in terra, & elementis, in quibus nos ſemper manemus aſſidue peccantes.

Sed aliter dicendum, & melius, ſcilicet, quòd locus videtur contrahere infectionem culpę quando peccatum aliqualiter eſt de conditione corporis, in peccato autem pure ſpirituali non inficitur locus, & hoc conſonat iuri, nam dicimus Eccleſiam violatam, & polluatur fluxu ſanguinis, aut ſeminis, & tamen ibi quis in ea maledixerit Deo non indicatur pollura, licet grauius valde peccatum ſit blaſphemia, quam effuſio ſanguinis, vel ſeminis, ſed quia fulo ſemine, vel ſanguine realiter ex contactu inficitur locus, ita dicatur Eccleſia polluta, & non fit hoc in aliquo alio peccato ſpirituali, ideo ſic iudicabitur de omni loco, q̄ non inficitur ex culpa, niſi cum peccatum eſt aliqualiter ad corpus pertinens, peccatum autem dæmonis erat pure ſpirituale, nō ſolū, qa erat puri ſpiritus. i. dęmonis, ſed potiſſime, quia ex tuo genere erat ſpirituale, ſ. peccatum ſuperbię, vel præſumptionis ideo non potuit ex peccato eius cęlum infici, vnde non eget quantum ad hoc purgatione.

An ignis iudicij conſumet omnia quatuor elementa?
Quæſt. CCCCXXVII.

QVAERETVR an ignis ille purgabit & conſumet omnia quatuor elementa?

Aliqui dicūt q̄ ſic. primo quia vt dicit Beda & eſt glo. 2. Pet. 3. c. ſuper illo verbo, elementa ignis ardore tabeſcent. ſ. elemēta quatuor quibus mundus conſiſtit, ille maximus ignis aſſumet.

Secundo quia Apoc. 21. c. dicitur primum cœlum & prima terra abijt, & mare iam non eſt. ſed per cœlū intelligimus aerem, vt dicit Aug. 20. de ciui. Dei, mare autem eſt omnis congregatio aquarum. ergo videtur quod iſta tria elementa ſaltem deſtruentur totaliter, ſcilicet aer, aqua, terra.

Tertio quia ignis non purgat aliquid niſi ſecūdum q̄ efficitur materia eius. ſi ergo ignis purgabit alia elementa, oportet q̄ eius materia efficiātur, & ſic tranſibunt in naturam ignis, & deficient a ſua ſpecie.

Quarto quia illa purgatio fiet ad hoc, q̄ res perducātur in ſtatum perfectum, ſed forma ignis eſt forma nobiliſſima, ad quā perduci poſſunt corpora elementaria. ergo omnia elementa accipient formam ignis: ſed non poterunt illam accipere niſi cadant a ſua ſpecie. ergo omnia elementa corrumpentur, & manebit ſolus ignis.

Dicendum q̄ non corrumpentur elementa quantum ad ſubſtantiam ſuam per ignem, quia ſuper illo verbo. 1. Corin. 7. c. prēterit figura huius mundi, dicit glo. prāterit figura. i. pulchritudo non ſubſtantia: ſed ad ſubſtantiam, & integritatem mundi pertinent elemēta, ergo nō corrūpentur ſed manebūt ſm ſubſtantiā. Secundo quia purgatio vltima mundi quæ fiet per ignem reſpōdebit primę purgationi quę facta eſt per aquam, ſed in purgatione per aquam non perijt ſubſtantia elemētorum. ergo neq; peribit in purgatione per ignem. Circa hoc amplius conſiderandū, q̄ licet in veritate elementa non pereant, & nullus dicat omnia perire: quia ſaltem ignis qui cętera purgat manet, tamen multipliciter putatur de eis. Vnde aliqui dicūt q̄ omnia elementa manebunt quātum ad materiā. i. q̄ materia omnium manebit, omnia autē mutabuntur quantum ad imperfectionem. ſ. quia in nullo eorū manebit aliqua imperfectio de priorib. ſed duo eorū retinebunt propriam formam ſubſtātialem. ſ. terra, & aer, in duob. autem eorum. ſ. in aqua & igne non manebit forma ſubſtantialis propria, ſed trālibunt in formam cœli, & ſic tria elementa. ſ. aer, ignis, aqua dicentur cœlum, quamuis aer (vt illi volunt) retinebit eandem formam ſubſtantialem quam nunc tenet, ſecundum quam etiam nunc cœlum dr̄. Et fundamentum poſitionis eorum eſt quia Apoc. 21. non fit mentio niſi de cœlo & terra. ſ. vidi cœlum nouum & terram nouam. quaſi non ſit iam aliquid aliud, & ita aqua, ignis, aer erunt tunc cœlum, & ſola terra manebit diſtincta a cœlo. Sed dicendum q̄ iſta poſitio eſt abſurda, repugnat. n. tam veritati philoſophiæ, quam theologię. Deprimo patet quia ſm rectam philoſophiā non poteſt poni q̄ corpora inferiora ſint in potentia ad formam cœli, quia non habent materiam communem, & talis tranſitus, etiam non habent contrarietatem corporis cœleſtia ſicut corpora elementorum: ideo non poſſunt iſta eſſe in potentia ad illa. Etiam repugnat veritati theologiæ, quia data hac poſitione non ſaluaretur perfectio vniuerſi, cum integritate ſuarum partium. nam vniuerſum dicitur ab omnibus ſuis partib. ablatis autem aliquibus eius præcipuis non manet vniuerſum: ſed elementa ſunt partes præcipuæ vniuerſi: ideo ſublatis duobus elementis non maneret vniuerſum, & hoc eſt inconueniens, ideo omnia elementa manebunt.

Sed dicendum, q̄ etiam nō tenet poſitio, quia non ſequitur ex ſuo fundamento, ipſi enim fundantur ex eo quod dr̄ Apoc. 21. c. vidi cœlum nouum & terram nouam: primum enim cœlum & prima terra abijt, & mare iam non eſt. & ita poſuit illa duo, i. cœlum & terram. dixit autem mare non eſſe, & ſic videtur deſiſſe elementum aquæ eſſe.

Sed dicēdū, q̄ duo ſunt in auctoritate hac, primum eſt nouitas inquantum dr̄ cœlum nouum, & terram nouā. Secundum eſt q̄ ſola duo ponantur. Quantum ad primum cōcedendum eſt q̄ erit nouitas, quia poſt purgationem omnia innouabuntur, unde cœlum & terra. i. omnia corpora quæ manſerint, accipient quandam nouitatē depoſita priori imperfectione, & quantum ad hoc dicentur non eſſe. vnde ait primū cœlum & prima terra abijt, ideſt deſijt eſſe quantum ad priorem conditionem imperfectionis. Quantum ad tecūdum dicendum q̄ nō obſtat. nam nomine cœli & terræ accipiuntur omnia corpora elementorum. talis. n. modus eſt ſcripturæ Gen. 1. in principio creauit Deus cęlum & terram, & tamen per hæc intellexit omnes res creatas, ita hic tam cœlum quam elementa per hæc duo accepit. vnde cum dicitur, vidi cęlū nouum & terram nouam, ſignat innouationem omnium rerū quæ fiet in iudicio, quia nulla res manebit in priori vetuſtate, ſed aut tolletur aut innouabitur, cum vero dicitur, & mare iam nō eſt, non ſignat q̄ deſierit eſſe, ſed q̄ ceſſauerit a priori vetuſtate. Et apparet hoc ex ipſa litera, ſcilicet primum cęlum & prima terra abijt. & tamen qui tenent hanc poſitionem dicunt, q̄ cęlum & terra manebunt, ſecundum ſuas formas ſubſtantiales. ergo mare de quo dicitur non eſt, non tollitur q̄n maneat ſecundum ſuam formam ſubſtantialē. Etiam in alijs locutionibus ſcripturę nomine terræ accipimus omnia elementa vt Pſalm. 148. vbi introducuntur cęleſtia & terreſtria laudantia Dominum, & quantum ad cęleſtia dicitur. Laudate Dominum de cęlis, & ſequitur, laudate Dominum omnes Angeli eius, & laudate eum Sol & Luna &c.

Cum autem poſtea voluit ponere terreſtria dixit. Laudate dominum de terra. i. ea quæ in terra. i. dracones, & omnes abyſſi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Ecce hic omnia elementa ad terrā pertinere dixit. nam abyſſi ſignant profunditates aquarum, ignis elementum eſt, grando, nix, glacies, & ſpiritus procellarum ad aerem pertinent, ideo poſitio iſta non tenet.

Alij dicunt q̄ omnia elementa manebunt ſm ſubſtantiam, ſed qualitates actiuę & paſſiuę eorum remouebuntur ab eis. ſic etiam ponunt q̄ in corpore mixto elementa ſaluantur ſecundum ſuas formas ſubſtātiales, ſine hoc q̄ habeant ibi qualitates proprias, cum ſint ad medium reductæ, & medium neutrum extremorum eſt. Huic etiam uidetur conſonare quod dicit Aug. 20. lib. de ciu. Dei in illa conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates quæ corporibus noſtris congruebant, ardendo penitus interibunt, atque ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant.

Dicendum, quod iſtud etiam non ſtat, cum enim qualitates propriæ elementales ſint effectus formarū ſuarum ſubſtantialium, non videtur probabile quod manentibus ſubſtantialibus formis qualitates elementales poſſint mutari, vel deſinere eſſe niſi per actionē violentam ad tempus: ſicut in aqua calefacta quæ violenter perdit frigiditatem, & poſtea virtute ſuę ſpeciei illam recuperat, quam per violentam actionem ignis amiſerat.

amiſerat, quantumcunque enim aqua caleſiat, dum tamen maneat in ſpecie aquę ſemper ſe reducet ad frigiditatem ceſſante actuali violentia. Item qualitates elementorum ſunt de perfectione ſecunda ipſorum, ſicut proprię paſſiones eorum, neque eſt probabile, ꝙ in illa vltima cõſummatione aliquid naturalis perfectionis ab elementis tollatur. Et ideo videtur dicendum, ꝙ manebunt elementa quantum ad ſubſtantiam, & qualitates eorum proprias, ſed purgabuntur a duobus, vt ſupra dictum eſt, ſ. ab infectione culpę, quam infectionem ex peccatis hominum contraxerunt, & ab impuritate cuiuſdam mixtionis, quæ per actionem, & paſſionem mutuã in eis acciderat, iſtud namque fiet ex conditione illius ſtatus, quia ſi deberet perſeuerare actio, & paſſio in elementis poſt iudicium, ſicut nunc eſt, nõ purgarẽtur, quia neceſſe eſt, ꝙ quandiu fuerit mutua actio, & paſſio eorum ſit quædam impuritas, ſed poſt iudicium non erit neceſſaria aliqua actio elementorum, & paſſio, immo neque poterit eſſe, quia ceſſabit tunc motus cęli, & ceſſante motu primi mobilis non poterit eſſe actio, aut paſſio in inferioribus.

Cum vero Aug. dixit, ꝙ qualitates corruptibilium elementorum ardendo interibunt, non eſt ſenſus, ꝙ qualitates illę pereant, maxime, quia non poſſent perire ardendo, quaſi illę exurantur ab igne, nã elementum poſſet exuri, ſed non qualitas eius potiſſime manentibus elementis, ſed eſt ſenſus qualitates corruptibilium elementorum, i. taliter qualiter conueniunt elementis manentibus in ſtatu corruptionis nõ manebunt, nunc enim ſunt elementa corruptibilia, quia ſecundum partem corrumpuntur, & quãdiu agunt, & patiuntur vocantur corruptibilia, cum vero ceſſauerint agere, & pati deſinent eſſe corruptibila, & tunc ceſſabunt qualitates corruptibilium elementorum, i. non erunt in eis ſecundum hunc ſtatum, quia licet maneant in eis realiter, non tamen poterunt ſecundum eas agere, & pati, hoc autem ceſſabit in ipſa purgatione, quæ fit per ardorem ignis, ideo recte dicitur, quòd ardendo interibunt, ideſt in ardore ceſſabit actio, & paſſio pertinens ad ſtatum corruptibilem.

Ad primum dicendum, ꝙ non ſequitur ex illa auctoritate, ꝙ conſumantur quatuor elemẽta, quia ipſe Beda negat conſumptionem illorum, cum dicat elementa quatuor quibus mundus conſiſtit ille maximus ignis abſumet, neque cuncta inquantum conſumentur, vt non ſint, ſed duo ex toto conſumet, duo vero in meliorem reſtituet faciem, & ita non ponit quatuor conſumi. Sed quid, quia ponit duo conſumi, & ita nõ manebit vniuerſum in ſua perfectione ſublatis illis duabus partibus? Dicẽdũ, ꝙ nullũ elemẽtum corrũpetur, aut deſinet eẽ quãtũ ad ſubſtãtiã, ſed dñr corrũpi, vel abſumi omnia, inquãtũ omnia innouant, & ceſſant a priori cõditione. Quod vero dixit duo corrũpi ita, vt nõ ſint, vel ipſe dicit duo ex toto cõſumet, & duo reſtituet in meliorem faciẽ, intelligũt, ꝙ in illa innouatione duo eorũ magis recedẽt a priori conditione, quam alia duo. Sed, quæ ſint illa duo, quæ magis immutabũtur? Aliqui dicunt eſſe aquam, & ignẽ, quæ maxime excedunt in qualitatibus actiuis, ſcilicet frigore, & calore, quæ ſunt maxime corruptionis principia circa alia corpora, & quia tũc non erit actio ignis, & aquæ, quæ ſunt maxime actiua, maxime immutari videbuntur a virtute, quam nunc habent.

Alij autem dicunt hæc duo eſſe aerem, & aquam propter varios motus iſtorum elementorum, quos conſequuntur ex motu corporum cęleſtium, & quia iſti motus illorum ceſſabunt, ſicut fluxus, & refluxus maris, qui iam non erunt, & flatus in aere, & ſpiritus procellarum, & nubes, niues, grandines coruſcationes, & fulgura, & cęterę impreſſionea metheoricę, q̃ ad aerem pertinent, ideo iſta duo elementa maxime dicentur mutari a qualitatibus ſuis quas nunc habẽt.

Sed ſi velimus tenere intentionem Bedę potius videtur ipſe dicere, ꝙ iſta duo elementa deſinent eſſe, nam ipſe diſtinguit inter hoc, quod eſt ex toto conſumi, & in meliorẽ faciẽ reſtaurari, & tamẽ aquam, & aerem ceſſare a priorib. conditionibus ſecundum ſtatum corruptionis non eſt ex toto conſumi, ſed mutari ad meliorem faciem, ideo poteſt ſic exponi, ſed videtur, quòd intentio Bedę fuerit iuxta poſitionem illorum, qui dixerunt duo elementa corrumpi, & duo ſola manere, ſcilicet cęlum, & terram, ideſt aerem, & terram, ſiue alia duo in cęlum conuertant, vt illi dixerũt, ſiue omnino eſſe deſinant, quod videt accipi ex verbis Apoc 21 c. vt ſupra dictũ eſt, & tũc falſa eſſet poſitio Bedę, vt aũt magis valeat, q̃ pereat exponunt eam, vt ſupra, ſed videtur eſſe quędam extorſio. Ad ſecundum cum dicitur primum cęlum, & prima terra abijt, & mare iam non eſt, videntur tolli tria elemẽta, ſed nõ tollũtur, nã cũ dr̃ primũ cęlũ, & prima terra abijt, ẽt ſi acciperetur cęlũ pro aere nõ dr̃ abijt quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad conditionem ſtatus, & ſignatur ibi innouatio, quia dicitur, & vidi cęlum nouum, & terram nouam, & ſequitur, primũ enim cęlũ, & prima terra abijt, eſt quippe redditiuũ cauſę, ſcilicet non manet primum cęlum, & prima terra, ideſt ſm cõditionẽ primã, ſed eſt cęlũ nouum, & terra noua, i. innouata ſunt. Cũ aũt dr̃ de mari dixit Augu. 20. lib. de ciui. Dei, quòd per mare poteſt intelligi præſens ſeculum, de quo ſupra parum ante dixerat, dedit mare mortuos &c. Vel poteſt accipi melius ad literã, ꝙ mare ſit ipſa cõgregatio aquarũ, põt mare accipi dupliciter. Vno mõ, ꝙ ipſa aqua cõgregata quãtũ ad ſubtilãtiã. Alio mõ pro diſpoſitione maris, quam nunc habet, ſcilicet pro ſalſedine, & fluctuatione. Accipiendo quantum ad primum manebit mare. Accipiendo pro ſecundo non manebit.

Ad tertium dicendum, ꝙ ille ignis non aget totaliter, vt naturale agens iuxta conditionem ſuę ſpeciei, ſed, vt inſtrumentum diuinę prouidentię, & ita non aget in alia elemẽta vſque ad eorũ conſumptionem ſed ſolum vſque ad purgationẽ, & dato, ꝙ efficiant materia ignis inquãtũ exuruntur non cadent a ſpecie propria, ſicut patet de ferro ignito, ſed patient ab igne quouſque ſufficiẽter depurent, & manebũt ſub propria forma ſub qua ſtabũt facta purgatione. Ad quartum dicendum, quòd licet forma ignis ſit nobilior quam forma aliorum elementorum, non conuertentur alia elementa in ignem, quia in actione illa ignis attenditur nobilitas formæ non ſimpliciter, ſed in comparatione ad vniuerſum, ideo cũ vniuerſo melius ſit eſſe ex partibus inæqualibus in perfectione, quam quòd omnia ſint vnum, manebunt omnia elementa in ſuis formis, quia aliàs non eſſet vniuerſum ſi deficerent alia elementa conuertendo ea in ignem, ſicut in homine perfectior pars eſt cerebrum, quam pes, & perfectior pars cor, quam naſus, & tamẽ non ſunt omnia membra cor, neque cerebrum, quia ſic dato non reſultaret inde homo, cuius eſſe eſt perfectius, quam eſſe ſingularum partium, ideo quia vniuerſum non poteſt manere ſine ſingulis partibus ſuis præcipuis oportet, quòd illę maneant, & non mutent in alias: oĩa ergo elemẽta manebũt diſtincta.

An omnia elementa purgabuntur per illum ignem. Quæſt. CCCCXXVIII.

QVAERITVR an omnia elementa purgabuntur per illum ignem. Aliqui

Aliqui dicunt, quòd non, quia elementum ignis in ſua ſphęra non purgabitur per ignem illum, ſed ignis ille eſt elementum, ergo non purgabuntur omnia elementa, & patet, quia vt dicit glo. ſuper epiſtolã ad Theſſa. non aſcendet iſte ignis purgans plus, quam aſcenderunt aquę diluuij, ſed aquæ diluuij non peruenerunt vſque ad ſphęram ignis, ſed ſolum vſque ad quindecim cubitos ſuper omnes montes altiſſimos, Gene. 7. c. ergo nõ purgabitur ſphęra ignis, quia non perueniet illuc ille ignis.

Secundo, quia de aqua non eſt certum an purgetur, quia dicitur in gl. Apoc. 21. c. ſuper illo verbo, vidi cęlum nouum, & terram nouam &c. mutatio aeris, & terrę dubitabilis non eſt quin per ignem fiat, ſed de aqua dubitatur, nam purgationem in ſeipſa habere creditur, ergo ad minus non eſt certum, quòd omnia elementa purgentur.

Tertio, quia neque aer videtur purgari, quia non totus purgatur, nam ignis non perueniet, niſi ad quindecim cubitos ſuper omnes montes, vt dictum eſt, & tamẽ ſuperius ſunt immenſa ſpatia eius verſus ſphęram ignis, ergo illa non purgabuntur, & ſic dicetur, quòd ignis non erit purgatus.

Quarto, quia locus, qui eſt perpetuę infectionis nunquam purgabitur, ſed in inferno erit perpetua infectio cum ſit centrum totius impuritatis, & tamen infernus pertinet ad terram, ergo non purgabitur terra, & conſequenter nec omnia elementa.

Quinto, quia Paradiſus terreſtris non purgabitur per ignem, nam vt dictum eſt ignis perueniet vſque quo perueuerunt aquę diluuij, ſed nõ venerunt aquę diluuij ad Paradiſum terreſtrem, vt dicit Beda, & habetur per Magiſtrum 2. Sen. diſ. 17. ergo neque ignis ad Paradiſum terreſtrem perueniet, & ſic non purgabitur tota terra, & conſequenter, nec omnia elementa. Dicendum, quòd circa hoc ſunt opiniones varię.

Quidam dicunt, quòd ignis ille aſcendet vſque ad ſummitatem ſpatij continentis quatuor elementa, ſcilicet vſque ad ſuperficiem concauam Cęli Lunæ, & ita omnia quatuor elementa purgabuntur per illum ignem. Et hoc primo, quia dicit glo. Bedę, 2. Pe. 3. c. quòd ille ignis quatuor elementa conſumet, ſed non poterit conſumere illa, niſi aſcendat per tota ſpatia ipſorum, ergo neceſſe eſt, quòd per totum illud ſpatium aſcendat.

Secundo, quia ille ignis erit ad purgandum elemẽta a duplici imperfectione, ſcilicet ab imperfectione infectionis culpę, & ab imperfectione corruptibilitatis, & tamen per totum ſpatium elemẽtorum quatuor ſunt iſtę duę imperfectiones, nam vſque ad ſummitatem eorum aſcendit fumus idolatrię, etiam in omnibus partibus elementorum eſt corruptibilitas, quia elementum ſecundum quamlibet partem ſuam eſt corruptibile, licet non corrumpatur ſecundum totum, ideo ad omnes partes depurandas venit ignis.

Alij dicunt, quòd falſa eſt prędicta poſitio, & repugnat ſacrę Scripturę, quia 2. Pet. 3. c. dicitur, quòd illi cœli reponti ſunt igni, qui fuerunt per aquam purgati. Et Augu. dicit 20. li. de ciui. Dei, quòd ille mundus, qui diluuio perijt igni reſeruatur, cõſtat autem, quòd aqua diluuij non aſcendit vſque ad ſummitatem elementorum, ſed ſolum vſque ad quindecim cubitos ſuper montes altiſſimos, ergo non aſcendet ignis per totum ſpatium elementorum.

Sed dicendum, quòd quidquid ſit non probatur ſufficienter hinc, quòd prędcdens poſitio ſit contra ſacram Scripturam. Primo, quia non dicitur ſic in auctoritate 2. Pet. 3. ſed dicitur latet eos, quòd cęli erant prius, & terra de aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo, per quem tunc ille mundus aqua inundatus perijt, cœli autem, qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, & ita non dicitur, quòd cœli, qui purgati ſunt per aquam purgabuntur per ignẽ, ſed quòd cęli, qui nunc ſunt, purgabuntur per ignem.

Secundo, quia dato, quòd diceretur cęli, qui purgati fuerunt per aquam purgabuntur per ignem, non ſequitr̃, quòd vſque ad illum locum vſque ad quem aſcendit aqua aſcendere debeat ignis, quia eſt fallacia figurę dictionis, cum mutetur quid inquantum, ac ſi dicatur, cęli, qui purgati ſunt per aquam purgabuntur per ignem, ergo quantum purgati ſunt per aquã, tantum purgabuntur per ignem.

Ad auctoritatem Augu. idem dicendum eſt, ſcilicet, quòd idem mundus purgabitur, ſed non tantum quantum tunc purgatus eſt pręciſe purgabitur, ſed forte plus. Sed tamen non ideo illam poſitionem aſſerimus, nec eſt vera, non enim aſcendet ignis ille per totum ſpatium quatuor elementorum, neque enim perueniet ad ignem, vt ſtatim dicetur. Eſt autem cõmunis opinio, quòd tantum aſcendet ignis ille quantum aſcenderunt aquę diluuij, quia vtraque fuit purgatio mundi, & comparat eos beatus Petrus, 2. Pe. 3. c. ſed quantum aſcenderit aqua diluuij manifeſtum eſt, ſcilicet quindecim cubitis ſuper montes, de igne tamen non eſt penitus determinatum quãtum aſcẽdet, ſed etiam dicetur ſtatim de hoc.

Ad primam rationem principalem an ignis iudicij purgabit elementum ignis. Quæſt. CCCCXXIX.

AD primum cum dicebatur de igne dicendũ, quòd non aſcendet illuc ignis ille non ſolũ vſque ad ſummitatem eius, ſed etiam, neque vſque ad infimum illius. Primo patet hoc ex intentione ſcripturę, quia 2. Pet. 3. dicitur latet eos, ꝙ cęli erant prius, & terra de aqua, & patet, quòd accipiatur cęlum pro aere more ſcripturæ, quia aqua non peruenit, niſi vſque ad aerem, & non ad totum, & ſtatim dicitur, cęli autem, qui nunc ſunt, & terra repoſiti igni, ergo etiam cęlum ibi pro aere accipitur, & ſic non vult beatus Petrus, quòd ignis elementum, vel ſphęra purgetur ab igne. Secundo, quia non videtur quomodo ignis cõflagrationis agat in ignem, qui eſt in ſphęra ſua, quia ille eſt in propria materia, & eſt alienus ab omni mixtione, & tamẽ ad hoc, quòd agat oportet, quòd dominetur in eum, cum actio fiat ab inæqualitate, ergo non erit purgatio illius ignis.

Tertio, quia multi ponunt, quòd ille ignis erit, qui omnia purgabit deſcendens de ſua ſphęra, ergo non poterit ipſe purgari, nam quòd ignis, qui apud nos eſt purgetur non eſt inconueniens, quia non eſt ille purgans, ſed ignis ſphęrę ſuę eſt purgans, ergo impoſſibile eſt fieri ibi purgationem, tum quia fieret actio ab æqualitate, quod eſt impoſſibile, tum quia agens, & patiens eſſent omnino ſimilia in actione, quod eſt impoſſibile in actione naturali, ſed in principio agẽs, & paſſum ſunt contraria, vel ſaltem diſſimilia, in fine autem ſunt ſimilia, & ideo ceſſat actio.

Quarto, quia iſta purgatio fiet ad hoc, quòd corpora, quæ habẽt aliquam impuritatem admixtionis depurentur ablata tota aliena natura, & iſta admixtio alienę naturæ conſumitur per ignem, vt iam non ſit in eo in quo erat, ſed in ſphęra ignis nihil eſt admixtum igni, quia non peruenit illuc aliud elementum, quod ei permiſceatur, maxime, quia ignis propter ſuam actiuitatem non permittit aliquid ſecum admiſceri, ſed conſumit quidquid ei adiungitur, ideo non erit aliquid, quod ignis ibi poſſit purgare, & cõſequenter non veniet illuc, & ideo primum argumẽ-

tum

tum concedimus. Ad rationem factam in contrariũ, scilicet ignis consumet quatuor elemẽta potest nderi vno modo, quòd istud non colligitur ex sacra Scriptura, nam illud verbum est glosæ super illo verbo 2.Pet.3. scilicet cœli ardẽtes soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent, & sic dixit elementa, & nõ omnia elementa: intelligetur ergo, quòd alia elemẽta purgabit, sed non ignem. Et dato, quòd diceretur omnia elementa ignis ardore tabescent, non intelligeretur de igne, quia esset distributio accommodata, vt cum dicimus, cęlum tegit omnia, scilicet omnia præter se, ita ignis purgabit omnia elementa, i. omnia præter se, sed istud est tenendo literam Petri, sed non literam Bedę, ipse enim dicit, quòd ignis quatuor, elementa consumet.

Alio ergo modo potest dici, quòd verum est, quòd ignis consumet quatuor elementa, ideſt purgabit ea, & ideo etiam elementum ignis purgabit, nõ tamen quantum ad ignem, qui est in sphęra sua, sed quantũ ad ignem, q̃ est inter nos, nam iste est in materia aliena, est etiam impurus, & fumosus, & ideo tolletur ei tota hæc mixtio, & hoc erit depurare eum consumẽdo materiam eius, & hoc non est inconueniens, quia etiam vnus ignis agit in alium ignem hic consumendo eius materiam, & ita illum extinguendo.

Ad secundum cum dicebatur, quòd erat ad purgãdum elementa a duplici imperfectione, & vtraque est in igne, dicendum, quòd neutra erit. De prima, scilicet imperfectione peccati patet, quòd non sit in igne, primo quia falsum est, quòd supponitur, scilicet, quòd fumus idolatriæ peruenit vsque ad summitatem elementi ignis, & hoc non est verum, primo, quia si vsque ad ignem accederet statim exureretur, & sic non maneret in sphęra ignis.

Secundo, quia videtur, quòd nihil istorum ascendat vltra nubes ad quem locum perueniunt vapores alij, & exhalationes rerum de quarum genere fumus quilibet est, ideo vltra non ascendit.

Tertio, & præcipue, quia apparet istos pauca sapere de naturali habitudine, nam motus ad sursum, & deorsum sequitur ad formam substantialem, quam consequitur leuitas, & grauitas, vt instrumentum, & secundum quantitatem leuitatis, & grauitatis est determinatio loci. Cum ergo sursum sit locus leuium, maxime sursum erit locus maxime leuium, & tamẽ nihil est leuius igne, ideo nihil est vltra ignem, etiam nullum corpus est æquale igni in leuitate, ideo nulli corpori competit eleuari, vel ascendere tantum quãtum igni, & sic fumi eleuati de rebus exustis cũ sint de substantia terrea non possunt esse tam leues quantum ignis, ideo etiam si nihil impediret eos in motu non ascenderent vsque ad sphęram ignis, ideſt vsque ad infimum eius, vnde non potuit vllo modo illa infici a fumis idolatriæ, aut alijs rebus ascendentibus.

Quarto, quia dato, quòd quis imperite concederet fumos prædictos eleuari vsque ad sphęram ignis, tamen, quòd perueniãt vsque ad summum eius, ideſt vsque ad cauum orbis Lunę non videtur esse aliqua causa cogitandi, & ideo cessat ista causa infectionis ex culpa. quinto, quia dato, quòd peruenirent prædicti fumi ad sphęram ignis non inficerent illam, quia infectio fit per contactum, & admixtionem, secundum quam id, quod est alienę naturę retinetur in re, sic patet cum dicimus Ecclesiam pollui sanguinis, aut seminis fluxu, quia ibi fit admixtio, sed igni nihil potest admisceri, eo quòd propter suam actiuitatem omnia consumit, & non permiscetur ei aliquid, quia ante illud consumit, ideo non potest ignis pollui.

F *An ignis quoque purgabitur cum per ipsum purgentur omnia. Quæst. CCCCXXX.*

CVM vero dicitur, quòd ignis purgandus est ab imperfectione corruptibilitatis, sicut & cętera elementa. Dicendum, q̃ ignis purgabitur ẽt in sphęra sua, sed non per ignẽ, nam sicut cęli veri, qui non sunt de natura elementali purgabuntur, sed non per ignem, ita nec ignis in sua sphęra. Sed circa hoc cõsiderandũ, q̃ purgabuntur omnia non solum a corruptibilitate, si quia in eis est, sed etiam ab omnibus conditionibus, quæ repugnant nouitati glorię, nam cœli purgabuntur, vt dictum est supra, sed non a corruptibilitate, quia nullã G habent, cum nõ suscipiant peregrinas impressiones, sed purgabuntur a motu locali, vel secundum loci, quia est actus entis imperfecti, & via ad perfectionẽ, quæ autem habuerint nouitatem gloriæ erunt in termino complementi, ideo non habebunt motum, & consequenter cessabit motus cęli, qui est via ad perfectionem istorum inferiorum. De elementis secus est, quia non solum purgabuntur a motu, sed etiam a corruptione, vel corruptibilitate, cum elementa, licet non corrumpantur secundum totum corrumpunt secundum partem, & quia elemẽtum est eius homogeneum, & oẽs partes homogenei sunt eiusdem rõnis, si est elementum corruptibile in vna parte est corruptibile in omnibus, & sic totum elementum est H corruptibile, & tñ non corrumpitur totum, non quidem, quasi sit aliqua virtus intrinseca repugnans directe corruptioni, quam vocamus corruptibilitatem sed prouidentię dispositio sapiens prędeseruat ea a corruptione, s. dando elementis propria loca, & virtutẽ motiuam ad locum. Et hoc modo cum ignis naturaliter sit in sphęra sua, & non competat ei descendere non corrumpit elementa inferiora, si tamen ignis tã actiuus existẽs naturaliter esset in loco in quo est aer, vel aqua, aut terra, corrumperet oĩa alia elementa. Sic de aqua, non enim extinguit ignem, quia licet suffunderet fortassis ad illum extinguendum si infunderetur illi loco in quo est ignis, tamen non potest illoc ascendere, iõ non põt extinguere, & sic ea, quę naturaliter se corrumperẽt, manent in quiete, & pace naturali, eo q̃ per naturalia pondera, & leuitates attricta I sunt locis determinatis a se distantibus, vnde non minet eis actio per cõtrarietatem nisi in extremitatibus suis vbi se contingunt, sed tunc non serpit corruptio per continuum a parte elementi ad totum, & hoc resistente magnitudine ipsorum elementorum, quia si vnum elementum corrumperet aliud, & sic transiret cõuertendo iam intraret in sphęram illius, & hoc repugnat (vt dictum est) naturalibus ponderibus, & leuitatibus elementorum, sed tñ paruũ esset fm profunditatem, vel spissitudinem quodlibet elementi, cum extremitate vnum agens in alterum conuerret illud, posset illud totum conuertere modicum intrando in sphęram eius, & tñ cum sphęra quęlibet sit K magnę spissitudinis non potest vnum elementum corrumpere alterum secundum totum. Etiam ad hoc adiuuat proportio qualitatum actiuarum ipsorũ elemẽtorũ, etiã adiuuat naturalis ordo in locatione, scilicet, q̃ ea, quæ magis conueniunt in qualitatibus actiuis sunt propinquiora loco. nam non ponuntur ignis, & aqua coniuncta, sed ignis, & aer, nam aliter maior esset corruptio, & ita, licet elementum sit corruptibile secundum quamlibet partem, & secundum totum, nunquam tamen corrumpitur secundum totum propter causas dictas, ab ista autẽ corruptione, & corruptibilitate partium, & totius erunt libera elementa post iudicium, & fiet hoc per purgationem.

Sed cum dicitur, quòd purgabuntur a corruptibilitate, non est sensus, quòd dabitur aliqua qualitas illis, secundum quam resistant corruptioni ab intrinseco, nihil enim tale erit, nam tunc exirent speciem suam, immo (vt dicitur) corruptibile, & incorruptibile differunt plus, quam genere, sed erit incorruptibilitas per cessationem actionis, scilicet quòd calida nõ agent secundum calorem alterando, & frigida non agent alterando realiter secundum frigiditatem, & istud erit, quia cessabit omnis motus cęlestis, & quia omnis motus inferiorum est a primo motu, cessante motu primi mobilis cessabit omnis motus inferiorũ tam localis, quã alteratiuus in rebus, quæ naturaliter mouentur non a voluntate, quia in illis localem motum manere non est inconueniens, hoc ergo modo omnia elementa erunt tũc incorruptibilia tam secũdum partem, quam secundum totum, nõ per aliquid appositum, sed quia cessat omnis actio corruptiua. Et hoc supposito dicendum est etiã de igne, quòd erit incorruptibilis, vel liberabitur a corruptibilitate in toto, & in partibus, non quidem addendo ei aliquam virtutem, sed quia nihil aget in ignem, vnde sicut nũc ignis corrumpitur secundum partem, quia in partes quasdam eius agunt alia elementa, & non corrumpitur secundum totum, quia nullum elementum agit in ignẽ secundum totam magnitudinem eius, & sic non habebit ignis aliam qualitatem, per quam sit tũc incorruptibilis, quam nunc non habet. Et ideo cum C dicitur, quòd ignis purgandus sit ad consequendum incorruptibilitatem non est verum, quia ignis purgãdo alia elementa non dat eis aliquam qualitatem, sed solum aufert eis cõmixtionem alienæ naturę, & hoc proprium est ignis, quia vt dicitur per Arist.2. de Gene. & Corrup. ignis segregat ætherogenea, & coniungit homogenea, commixtio autem ista repugnat illi statui, in quo manebunt sola corpora simplicia, quæ ex se habent conditionem ad semper manendum, iõ necesse est tolli omnem admixtionem, propter quã est actio contrarietatis ab intrinseco, & tollere hanc commixtionem erit ignis. Ex quo sequitur, quòd illa, quæ nullam admixtionem habuerint, non erunt I purganda per ignem licet purgentur, & quia ignis maxime in sphęra sua nihil habet admixtum, non poterit purgari per ignem, licet esset aliquis ignis illo efficacior. Dicendum tamen, q̃ purgabitur per hoc, licet, quòd non aget in alia, nec aliquid in ipsum, & consequenter apparet, quòd ignis purgans non ascendet in sphęram ignis.

An ignis iudicij purgabit elementum aquæ. Quæst. CCCCXXXI.

AD secundum, quando dicebatur de aqua, quòd non purgabitur. Dicẽdum est, quòd purgabitur, sicut alia elemẽta, & ratio est, quia vbi inueniuntur aliquę impuritates oportet esse purgationem, sed aqua est huiusmodi, ergo purgabitur. Sed circa hoc considerandum, sicut dictum est præceden. q. q̃ ignis, & cęli purgabũtur, ergo a fortiori aqua purgabitur, & tamen purgatio ista dupliciter fit. Vno modo per dispositionem omniũ dispositionum repugnantium nouitati gloriæ.

Alio modo per separationem omnis admixtionis, secundum quam tollitur omne, quod alienum est a substantia.

Quantum ad primum fiet purgatio in omnibus corporibus, quia nullum corpus est, quod nunc non habeat aliquam conditionem repugnãtem conditioni glorię, & hoc modo corpora cęlestia purgari dici-

A mus, quia auferetur ab eis motus, qui est actus entis imperfecti, & quia nullum corpus est, quod non habeat nunc aliquem motum ex indigentia naturæ, iõ oportet, quòd tollatur ille motus, & hoc est quędam purgatio, & sic cessabit in mari omnis motus fluxus, & refluxus, & elationum eius, vnde illo facto videbit non esse mare, Apoc.21.capi. & mare iam non est. Amplius cessabit dispositio corruptibilitatis, ideſt, q̃ non corrumpetur aliqua pars maris, neque ipsum mare corrumpet aliquid aliud, & hoc non apponendo aliquam qualitatem incorruptibilitatis, sed per cessationem actionum corruptiuarum, nam actio ex contrarietate est corruptiua, & illa tunc cessabit, quia B qualitates actiuę non facient aliquid cum cessauerit motus cęli, & iste modus incorruptionis in omnibus corporibus elementalibus inducitur, quia in igne existente in sphęra sua inducetur, vt dictum est præcedenti quæstione.

De secundo modo purgationis dicendum, quòd purgabitur aqua eo, quòd omnis aqua habet mixtionem aliquam, non enim nutriret aliter, & non est sic de aqua, sicut de igne, quia ignis in sphæra sua non habet mixtionem vllam, ideo non purgatur depurãdo, vel separando, aqua aũt mixtionem habet, ideo depurabitur separando. Et ratio prima diuersitatis est, quia ignis est maxime actiuus, & ideo non permittit aliquid sibi admisceri, sed antequam admisceatur cõsumit illud, aqua vero ex parte humiditatis est multũ passibilis, ideo potest ei fieri admixtio cum possit dẽsari, & transire in alia corpora, & non transeundo recipere in se aliquid alienum. Secunda est, quia ignis sphęra est valde elongata a loco medio contrarietatis, non enim accedit ad sphęram ignis, nisi extremitas aeris, & ibi parua actio est, sed vbi est aqua est contactus omnium elementorũ, quia est hic terra, aqua, & aer, & nulla pars aquę est, quæ aliquando non tangatur a terra, & aere, & interdum ab igne, licet hoc sit rarius, & ideo necesse est mixtionem magnam, & alterationem esse in aqua, quod apparet, quòd aqua fluminum, & fontium, & stagnorum tangunt terram, & aerem, & ab eis contrahunt colorem, saporem, & subtilitatem, vel grossiciem in sua substantia, & alterantur ab eis. De aquis maris, etiam manifestum est, D quia alliduntur fluctus maris ad litora, vnde non solũ aquæ maris contingunt alia elementa, sed etiam multum alterantur ab eis, sic enim salsa, & amara efficitur aqua maris. Etiam conuenit hoc ex dispositione prouidentię diuinę, nam si non fieret sic, nõ conueniret aqua ad vitam animantium. Cum enim animata sint mixta, oportet omnia, quæ ad vsum eorum, & maxime ad nutritionem faciunt mixtionis quendam gradum habere, quia aliàs non esset proportio in eis, quę tamen requiritur ad hoc, quòd conueniat nutritio, ideo omnis aqua, quæ potatur mixtionem habet.

Conuenit etiam hoc propter generationem piscium, si enim aqua maris, aut fluminum simpliciter proprie esset, non possent pisces ibi gigni, & nutriri, E quia res genita, & nutrita est de conditione eorum de quibus gignitur, & nutritur. Habet igitur omnis aqua mixtionem, sed ignis non, & hoc in sphęra sua, nam ignis, qui inter nos est aliquam mixtionem habet, cum videamus eum aliquando clariorem, aliquando obscurum, aliquando, quasi substantię ipsius, aliquando rarioris, quod quidem non accidit sibi, quasi aliquid extraneum misceatur ei iam existenti, sed ex conditione materię in qua efficitur, quam dũ exurit necesse est manere conditionem illius, ideſt fumositatem minorem, aut maiorem secundum dispositionem eius, quod exuritur, ignis vero in sphęra sua non est in materia aliena, ideo non potest aliquid

quid quomodolibet sibi esse admixtum, & ita appareret, quòd aqua mixta est, & non ignis. Ex quo sequitur, quòd aqua purgabitur non solum per cessationẽ dispositionum repugnantium glorię, sed etiam per segregationem alienæ naturę, quæ inest per mixtionem. Et ex hoc etiam patet, quòd aqua per ignem purgabitur, quia nihil est, quòd separet mixtionem, nisi ignis, consumendo in qualibet re id, quod alienũ est naturę eius, & quia aqua in omnibus partibus suis habet mixtionem, cum videamus, quòd aqua maris vbique sit salsa, & salsedo testatur mixtionem, necesse est, quòd in omnibus partibus eius ille ignis in eam agat depurando eam, & segregando aliena, in igne non est sic, quia ille in sphęra sua non habet aliquid mixtum, ideo licet purgabitur, non tamen per ignem, qui aliquid ab eo separet.

Qui autem dixerunt aquam purgari, sed dubium est an purgaretur per ignem, hoc voluerunt, quia addiderunt, quòd aqua in seipsa habet suam purgationem, ita enim glo. dicit Apoc. 21.

Sed dicendum, quòd istud non sufficit, aqua quidem habet aliquam purgationem in se, sed non suã, non potest enim aliquid seipsum purgare, & ideo, vel ipsum mundum est secundum naturam suam nulla indigens mundatione, vel si mũdandum est oportet per aliud purgari, in seipsum enim agere non est possibile maxime in simplicibus, in quibus non est actio secundum intrinsecum, etiam quia licet demus in mixtis actionem, secundum quam agant in seipsa hoc est, quia secundum aliquid sunt agentia, & secũdum aliquid passa, vt quando idem mouet seipsum, sed aqua si mundanda est, aut aliquid mundandum, necesse est, quòd secũdum totum mundetur, & hoc impossibile est ab eadem re fieri.

Occasio autẽ erroris prædicti fuit, quia videmus, quòd multa per aquam mundantur, per terram autem, & aerem nihil, ideo putauerunt aquam non indigere exteriori purgatiuo, sed hoc non tenet, primo quia aqua purgatiua est quantum ad diluendum sordes leuiter inhærentes, & parum concretas, quæ ex solo contactu acciderunt, si autem sit aliqua naturalis commixtio, per quam aliquid transiuit in substantiã alterius, non sufficit aqua ad segregandum talia, immo nec sordes fortiter concretas ex solo tactu non potest aqua diluere, propter quod ad quasdam sordes nõ sufficit aqua, & adhibemus ignem, ignis enim non solum sordes separat, sed etiam naturalem mixtionem quousque a qualibet re totum alienum tollat, & ob hoc etiam circa sordes interdum non sufficit aqua frigida existens in sua naturali dispositione, sed adhibetur aqua calida, quæ in virtute ignis quam habet, dissoluit, & penetrat, atque separat, & quia purgatio vltima erit non solum secundum quã tollantur omnes concręte sordes, sed etiam omne alienum tollatur a natura cuiuslibet, ideo non sufficiet, neque proderit aqua ad hoc, sed per ignem fiet illa purgatio. Ex quo sequitur, quòd aqua non poterit purgare alia, nec seipsam, vnde licet aqua aliquam purgationem habeat in seipsa, non tamen talem qualis tunc conueniet, vt possit alia purgare, aut se.

Secundo decipiuntur, quia dato, quòd aqua posset purgare alia, tollendo naturalem mixtionem, & segregando omne, quod est alienum cuilibet rei, non posset hoc facere in seipsa, quia cum ista actio sit ad solutionem, & dissolutionem, & per illam desinat res esse mixta corrumperet aqua seipsam purgãdo, & sic non perueniret ad complementum purgationis, quia prius periret virtus purgatiua, quam complereturpurgatio, ideo ponendum erat, quòd aut aqua nulla indigebat purgatione, & purgaret alia, aut quòd ab alio purgaretur, & non purgaret seipsam aqua igitur per ignem purgabitur, quomodo autem purgetur per ignem quin consumatur, dicetur infra.

An ignis iudicij purgabit elementum aeris.
Quæst. CCCCXXXII.

AD tertium cum dicebatur, quòd non purgaretur totus aer, dicendum, quòd istud prouenit ex illa positione qua dicitur vsque ad quẽ locum ascendet ignis, & qualis erit generatio ignis. Aliqui enim dicunt, ꝙ ignis ille erit ignis, qui est in sua sphęra, & descendet versus terram, vt purget, & tunc dicunt, ꝙ cũ tota sphęra aeris sit sub sphęra ignis, necesse est, ꝙ tota sphęra aeris purgetur per ignem. Alij autem ponunt ignem illum non descensurum de sphęra suã, sed inferius gignendum, & ꝙ perueniet consumendo, & purgando vsque ad loca illa, ad quæ peruenerunt aquæ diluuij, & tunc manifestum est, ꝙ non purgaretur totum elementum, aut tota sphęra aeris, vt dicit prima, neque solum vsque ad locum ad quem peruenerunt aquæ diluuij, vt dicit positio secũda, sed altius. Et tamen circa primam, positionem, quæ tangit generationem illius ignis non disputatur nũc, quia dicetur infra, & forte nõ est verum, quod descendat ignis de sphęra sua ad exurẽdum elementa inferiora, sed dato, quòd descendat non sequitur, quòd purgabit aerem totum.

Circa, quod considerandum, quòd (vt dictum est præcedenti quæstione, & supra q. 428) purgatio fiet dupliciter in corporibus, scilicet per ablationem indispositionum ad nouitatem gloriæ, & per segregationem partiũ alienatum a natura rei, quæ purgatur. Accipiẽdo primo modo verum est, quòd tota sphęra aeris purgabitur. Accipiendo secundo modo non purgabitur tota, sed aliquid eius. De primo patet, quia cum cęli purgandi sint, & sphęra ignis, a fortiori totus aer purgabitur, & sicut a cęlo remouebitur motus localis, vt conueniat nouitati glorię, ita necesse est, quòd aer purgetur ablato omni motu eius, nunc enim in aere motus eius est, quia sunt ibi flatus ventorum, ideo cessabunt flatus isti, sunt autem isti flatus tam propter nostram conseruationem, quam aeris. De nostra quidem, quia inficitur aer per quietem, & corrumpitur, ideo vt salubris nobis efficiatur perflatur a diuersis ventis. De aeris vero cõseruatione, quia putresceret in seipsum elementum si quietum semper esset, ideo moueri oportet, tunc vero omnino manebit aer immotus, & ad hoc non erit aliqua purgatio aeris necessaria nisi, quòd cessent omnia, quæ mouebant aerem a mouendo ipsum. Etiam aer purgabitur a dispositione corruptibilitatis in toto, & in partibus suis necessario, nunc corrumpitur, & inficitur aer, & ipse inficit nos, oportet autem, vt tũc cesset tota alteratio tam in toto, quam in partibus, & sic aer qui nunc in partibus corrumpitur, licet non in toto cessabit esse corruptibilis in toto, & in partibus, sed ista incorruptibilitas non erit per appositionem qualitatis alicuius, sed per cessationem actionis corruptiuę, ad hæc autem non oportet operari ignem, quia non fit ista purgatio per separationẽ alicuius a natura aeris, sed per cessationem exterioris actiui. Et loquendo de prædicta purgatione dicendum, quòd tota sphęra aeris purgabitur, quia a tota ipsa auferentur dispositiones repugnantes nouitati glorię. Etiam cessabit esse corruptibilis in toto, & partibus, & quia nulla pars eius est nunc, quæ non sit corruptibilis necesse est, vt totus aer purgetur.

Accipiendo de secunda purgatione, quæ est per segregationem partium alienę naturę, dicendum, ꝙ non

non purgabitur totus aer, quia non est mixtio in tota sphæra eius: & tamen purgatio quæ fit per ignem fit ad separationem alienæ naturę, ideo non fit purgatio per ignem in tota sphæra aeris, sed vbi commixtio aliqua est fiet purgatio ignis. Ex hoc autem sequitur, ꝙ ignis ad purgandum non ascendet vsque ad summitatem sphæræ aeris, quia non est commixtio vsq; ad extremum eius, sed sicut ignis in sua sphæra est simplex, & sine mixtione aliqua, ita & aer in extremitate sua qua sphæræ ignis coniungitur est simplex, & sine admixtione alterius elementi. Et patet quia ignis nõ descendit, vt fiat ibi aliqua admixtio, potissime quia ignis nulli admiscetur, sed exurit ea quæ ei adiungun tur. inferiora vero non ascendunt, vt admisceãtur, qa vapores & exhalationes quæ sunt de natura terræ, & aquæ non ascendunt per totam sphæram aeris, sed solum ad interstitium mediũ eius, ideo necesse est manere partem superiorem aeris puram sm simplicitatem elementi ipsius. Etiam ex hoc sequitur, ꝙ cũ sint tria interstitia aeris, primum ideſt, quod est iuxta terram, & medium purgantur. tertium vero non purgatur per ignem. nam in primo & medio est admixtio multa vaporum, & exhalationũ, vt apparet ex generatione, & ingrossatione nubium, & nebularum, & omnium accidentium metheororum. Et ideo ad ista duo necesse est peruenire ignem ad depurandum aerem, & iam nullæ nebulæ, & nullæ nubes maneant, & nulla accidentia metheorologica. Ad tertium aũt, non oportet, ꝙ perueniat, immo nihil est quod ibi faciat, cum non sit ibi aliqua admixtio quæ depuretur per ignem. Dicendum ergo ꝙ ignis conflagrans tãtũ purgabit de aere quantum tunc continebũt duo prima interstitia, & vltra non pertinget, quãtum autem continent duo, prima interstitia, aut quantum tunc continebunt nõ constat, sed quòd vsque illuc perueniat ignis, & non amplius ad purgandum ratio ipsa demonstrat.

Et tunc respondendum ad primam opinionem, ꝙ dato ꝙ ignis purgans esset ille q est in sphæra ignis, & inde descenderet ad purgandum inferiora elemẽta, non purgaret totum aerem per quem descẽderet. nam verum est, ꝙ per totam sphæram aeris descenderet, tñ non purgaret eum totam, quia purgatio ignis fit vbi est aliquid alienæ naturæ, quod debeat separari, & tamen non est hoc in toto aere, sed solum in primo, & medio interstitio. ergo cum descenderet per vltimum interstitium coniũctum sphæræ ignis nihil purgaret.

Sed obijcietur, quomodo cum per illud descendet non corrumpet aerem? Dicendum quòd sine nocumento descenderet, quia ignis ille non agit solum sm virtutem naturalem, sed potissime vt instrumentũ diuinæ prouidentię, & ideo non cõsumet, sed deputabit, & non solum effet hoc in aere in quo nulla purgatio fuit ira esset, sed etiam in omnibus rebus. nã tollatur mixtio, & ignis vsque ad illud aget dissoluẽdo: postea elementa non mutabit in alteram naturã, quia nullum ipsorum corrumpet, sed facilius est non corrumpere id in quod non agit, sed per quod transit, quam id in quod agit depurando, aget tamen in aquam depurando eam a commixtione, vt dictum est præced, q. & non corrumpet eam, sed manebit aqua in specie sui elementi post depurationem. ergo a fortiori cum in vltimo interstitio aeris nihil acturus sit ignis depurando, sed solum ꝙ transibit, videtur ꝙ nõ corrumpet, nec lædet, aut alterabit aliquid de aere.

Ad secundam opinionem dicendum, ꝙ non ascẽdet solum ignis vsque ad locum ad quem ascendit aqua. Et patet quia aqua ascendit solum vsque ad quindecim cubitos super montes altissimos Gene. 7. cap.

& tamen ignis ascendet vsque ad finem secundi interstitij, ideo multo plus ascendet ignis.

Causa diuersitatis est quia ignis erit ad depurandũ elementa, & tollendum omnem mixtionẽ extraneæ naturæ, ideo vsque illuc perueniet vbi erit aliqua permixtio, sed hęc est vsque ad finem secundi interstitij, ideo vsque illuc ascendet ignis consumẽdo & dissoluendo. aqua autem nõ erat ad illud idem, quia etiam si illuc peruenisset non potuisset purgare remouẽdo mixtionem cum potius aqua congreget, & ideo vltima purgatio vt dictum est non fiet per aquam.

Sed quare aqua peruenit vsque ad quindecim cubitos solum super montes altissimos? Aliqui dicunt quòd fuit ad purgationem peccatorum humanorũ. nam vsque illuc peruenerunt peccata, s. ꝙ fumus idolatriæ vsque illuc solum peruenit, & peccata alia non potuerunt excedere vltra, ideo neque aqua purgans debuit vltra peruenire.

Sed dicendum ꝙ hoc non conuenit. Primo quia diluuium non fuit propter peccatum idolatriæ, sed potius luxuriæ. nam Gen. 6. c. cum ponitur causa diluuij dicitur, quòd omnis caro corruperat viam suam, & viderunt filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, & ceperunt eas, quod totum ad luxuriam pertinet, & de idolatria nulla fit mentio, sed istud peccatum in terra fit, & non peruenit ad aerem altum, ideo non eleuaretur aqua vsq; ad quindecim cubitos, nec ad vnum super montes.

Secundo quia dato quòd idolatriæ peccatum fuisset tunc purgandum, & ob hoc deberet aqua peruenire vsquequo peruenit fumus, non peruenirent solũ vsque ad quindecim cubitos, quia fumi vsque ad secundum interstitium nubilosum ascendunt: sunt. n. nubes & nebulæ exhalationes & vapores densati: fumi autem sunt vapores, & quia sunt de natura calida, adhuc magis ascendere debent quam exhalationes quæ sunt humidæ & minus leues: & tamen manifestum est, quòd nubes vltra mõtes altissimos plus eleuantur quam quindecim cubitis. ergo & fumus plus eleuatur, aut eleuari potest, ideo non ascendit aqua præcise ad purgãdum peccata hominum quæ ex idolatria peruenerant.

Dicendum autem videtur, quòd sicut diluuiũ non fuit ad purgandum mundum, sed ad occidẽdum homines, ita neque eleuatio aquarum ad quindecim cubitos fuit ad purgãdum infectionem peccati, sed potius ad occidendum occidendos, & liberandum liberandos.

Et ex hoc videtur fuisse duplex causa illius ascẽsus. Prima ad hoc, quòd omnes homines inuenti extra arcam morerentur, nam si solum tãgeret aqua cacumina altissimorum montium, possent aliqui ibi viuere quousque aquæ decrescerent, & sic saluarentur: & dato quòd aliqualiter vltra cacumina montium excederent aquæ, possent aliqui saluari in arboribus existentibus super montes. vt ergo etiam ibi non saluarentur peruenit aqua ad quindecim cubitos.

Secũda causa assignatur ab alijs, scilicet ad salutem eorum qui erãt in arca, vt cum ipsa fluitaret in aquis non posset allidi ad scopulos vel arbores, quod non euitaretur, nisi aqua excederet montes altissimos.

Sed istud non multum stat, quia tunc maneret incõueniens de tempore quo eleuabatur arca & aqua, quadraginta quippe diebus & noctibus pluit, & in illo tempore eleuata est aqua vsquequo operiret summitatem montium cubitis 15. & in diebus illis eleuabatur arca, & tunc manifestum est, ꝙ posset fluitare, & allidi ad montes, cũ nemo regeret eã gubernaculo sicut reguntur naues in aquis. Etiã post eleuationem, quãdo cępit aqua minui vsquequo sederit arca super

montes armeniæ idem periculum erat, & tamen nō periclitata est Deo regente eam ne illideretur, sicut ipse clauserat ostium arcæ de foris Gene.7.capit.ideo non fuit ista causa quare eleuaretur quindecim cubitis aqua, sed precedens causa magis facit ad hoc.apparet ergo ex precedentibus, quòd ignis magnis eleuabitur in purgatione vltima, quam fuit eleuata aquā in diluuio.

An ignis iudicij purgabit infernum.
Quæst. CCCCXXXIII.

AD quartum cum dicebatur, ꝙ neque terra tota purgabitur, quia non purgabitur infernus qui est pars terræ. Aliqui dicunt ꝙ nō possunt omnia purgari. nam cum aliquid purgatur tollūtur inde sordes quas necesse est alicubi reponi: & ideo ille locus erit mundatus, immo nihil continens, nisi sordes, vt sentina vel latrina respectu totius mundi: ita dicūt ꝙ erit vnus locus repositorius totius fęcis, & iste locꝰ est infernus in corde terræ, vbi omnia abscondent immunda, & sic non purgabitur infernus.

Sed dicendum, ꝙ possibile esset etiam infernū purgari, quia in purgatione quæ fit per aquā, necesse est semper relinqui sordes ablatas a rebus quæ purgātur, & ideo non est possibile omnia purgari tali purgatione. secus de purgatione quæ fit per ignem, quia ignis secundum Arist. 2.de Gen. & Cor. est dissolutiuus, & separatiuus ętherogeneorum cōgregatiuus homogeneorum, ideo dissoluendo rem quamlibet vsque ad simplicia nihil relinquet immundum: omnis enim sordes est res mixta. ablata autem omni mixtione impossibile est manere sordem, quia non manent, nisi corpora simplicia, & omnia simplicia sunt pura, vt pura aqua pura terra: & maxime fiet hoc in illo igne purgatorio mundi, quia vltra virtutē naturalem erit diuinum instrumētum, & ideo poterit segregare omnem mixtionem relinquendo corpora simplicia. in sordibus autem auferet mixtionē, & remanebit quęlibet pars in natura sui elementi, & sic cum segregatę fuerint partes erūt omnes puræ, & nulla sordes relinquetur. hoc igitur modo tam facile est purgari infernum quam terræ superficiem.

Sed videtur dicendum ꝙ non purgabitur, quia nō manet ibi causa purgationis. cæteræ enim partes mūdi purgantur, vt conueniant ad nouitatem glorię sanctorum, vt sint ipsa loca in se meliora, & aspectui delectabiliora, & ideo omnia loca quæ sunt supra terrę superficiem purgabuntur, sed infernus est locus deputatus damnatis quibus non conuenit aliqua suauitas, sed pœna, ideo non purgabitur locus in quo erūt, sed sicut ipsi viuentes semper fuerunt in sordibus peccatorum, ita defuncti manebunt in sordibus elementorum, & ita erit ibi ignis impurus. Siquis tamen tenere velit, ꝙ etiam infernus purgabitur non est resistendum ei: est enim istud satis possibile, vt dictum est.

An ignis iudicij purgabit paradisum terrestrem.
Quæst. CCCCXXXIIII.

AD quintum cum dicebatur de paradiso terrestri ꝙ non purgabitur, & ita ꝙ neque tota terra purgabitur. Aliqui concedunt ꝙ non purgetur, nec indigeat purgatione, quia ibi non fuit infectio culpæ ex peccato, sicut in terra reliqua in qua homines peccātes diu māserunt: ibi enim licet homo peccauerit nō fuit infectus locus, quia post peccatum statim expulsus est, sicut de cęlo empyreo statim post peccatū expulsus est angelus. Sed dicendum, ꝙ paradisus terrestris purgabitur per ignem sicut & reliquæ partes elementorum: ignis enim ille tollet omnem impuritatē mixtionis, & tñ ibi multa mixta sunt, ideo illa purgabit. planum est enim ꝙ post innouationem mundi non manebit planta aliqua, nec aīal aliquod, sed simplicia elementa, vt est sententia omnium, & tñ in paradiso terrestri sunt arbores multæ nam pp hoc vocatur paradisus, i. hortus amęnus, vel delitiarū: ideo necesse est arbores, & herbas illas exuri quousque maneat ibi terra simplex, & sic paradisus purgabitur, & non manebit tunc paradisus. Cum vero dr, ꝙ nō purgabitur, quia non fuit ibi infectio peccati, dicendum ꝙ verum est, quia etiam si homo post peccatū illud mansisset diu in paradiso, si nullum aliud peccatū committeret non pollueretur paradisus, quia non inficit locus ex culpa peccantis, nisi cum peccatum facit aliquem contactum, sicut dicimus pollui Ecclesiā effusione sanguinis aut seminis: peccatum aūt pure spirituale non dr inficere locum. sic fuit de peccato Adæ in paradiso: fuit. n. inobedientia ad Dei mandatum, sic non pollutus fuit locus ex illa neque ex hac parte indiget purgatione, & tñ indiget ea ad depurationem mixtionis cum ibi sint mixta. s. plantæ sicut alibi. Sic diceremus solum purgari locum ab infectione peccati, oporteret dici multas partes esse in terra & maris ad quas non peruenit ignis. neque purgarentur eo, ꝙ nunquam fuit homo in illis, sicut versus polum arcticum ad partes multum aquilonares quæ nō sunt habitabiles, & ad aliam extremitatem mundi, & multæ aliæ partes mediæ terræ non habitantur, & nunquam fuit in eis homo. De mari idem est, quia quædam partes eius sunt perpetuo gelidæ, & aliæ quas nunquam quis nauigauit, ideo ad istas non peruenit ignis, & consequenter manerent ibi fęces & mixta, quod est inconueniens: & ita dicendum ꝙ præcipua causa purgationis ignis est ad depurandum res & auferendum omne, quod est in rebus alienæ naturæ, & tamē istud inuenitur in paradiso terrestri, sicut i tota terra & mari, ideo vbique fiet purgatio.

An aquæ diluuij ad paradisum terrestrem peruenerint.
Quæst. CCCCXXXV.

CVM vero dr, ꝙ non peruenerunt aquæ diluuij ad paradisum terrestrem est dubium. nam vī repugnare litera. Gen.7.c.s. ꝙ aqua operuit omnes mōtes & eleuata fuit quindecim cubitis super montes altissimos. ergo necesse est super paradisum terrestrē fuisse aquam eleuatam. Dicendum ꝙ solent ponere doctores non peruenisse aquā diluuij ad paradisum terrestrem eo ꝙ ibi erat tunc Enoch. nondum. n. Elias illuc raptus erat, & tamen aqua illa occidit omnia viuentia in locis ad quæ peruenit, & Enoch erat tunc mortalis, sicut & nunc, quia adhuc moriturus est, iō aqua eum occideret si illuc pertingeret, pp quod dicūt non peruenisse illuc. Sed ne videatur falsā litera illa. Gen. 7.ca. potest dici tripliciter. vno modo ꝙ non peruenit aqua vsque ad illum mōtem paradisi quasi ille sit excelsior omnibus montibus terræ. Et cum dicitur, ꝙ operuit aqua omnes montes debet intelligi iste excaptus, eo ꝙ specialis ratio fuit de hoc mōte, cum Deus nolluit occidere Enoch qui ibi erat. Secundo pōt dici, ꝙ peruenit aqua super locum illum, sicut supra dictā, & operuit ipsum, & non perijt Enoch, quia Deus liberauit illū tenendo miraculose super aquas, quousque aquæ redirent in locū suū, & maneret sūpficies paradisi arida. Tertio pōt dici, ꝙ eleuata fuit aqua illis montes altissimos, & ēt super paradisum, & tamen non operuit, nec tetigit ipsum spatium interius paradisi, sed stetit aqua vtrinq; in circuitu sicut murus, & non se infudit intra paradisum, sicut fuit de Iordanis fluuio, qñ transierunt Iudæi, qa stetit aqua ex parte superiori eminens, sicut murus, & non fluxit quousque transierunt Iudæi Iosue 3. c. & mare rubrum ex vtraque parte stetit, sicut aqua gelida vel sicut murꝰ Exo. 14.c. & ita maneret Enoch in paradiso, & non nocerent ei aquę diluuij, quia non intrarent in paradisum, licet essent excelsiores etiam ipsis montibus paradisi.

Sed quid istorum verisimilius fuit. dicēdum ꝙ primum & tertium. nam secundum fuit quidem possibile, sed non est satis verisimile, quia Deus licet omnia possit tñ illa facit quæ verisimiliora sunt. erat aūt miraculum sine necessitate, ꝙ excederent aquæ paradisum, & intrarēt illuc, ipse autem Enoch eleuaretur super aquas, & tanto tempore viueret per miraculū. Secundo, quia non est verisimile, ꝙ intrauerint aquę in paradisum, quia multum læderent. nam ex aquis diluuij refusis super terram cum quibus salsedo maris terras infecit, deterioratæ sunt terræ, & facta est vita omnium aīalium breuior, & conditio victualium minus salubriter nutritiua, vnde statim mutata est prolixitas vitæ in hominibus, sed in paradiso non debuit aliquid lædi, quia dabatur paradisus ad mansionē duorum illorum sanctorum, idest Enoch & Eliæ, ideo non debuit illuc intrare aqua. de alijs autem duobus quid fuerit potest vtroque modo dici, quia nō est inconueniens, cum non ponatur ingressa aqua in paradisum. Sed vr distinguendum, ꝙ aut paradisus erat excelsior omnibus montibus mundi, aut non. Si ponaī omnibus montibus excelsior potest dici verisimilius ꝙ nō peruenerit illuc aqua quam usquequo excederet aqua oēs alios montes quindecim cubitis, & tunc steterit vsque ad quamcunque partem montis paradisi peruenerit, siue multum, siue parum manserit discoopertum de monte paradisi. Si autem alij montes erant excellentiores paradiso, vel saltem æquales ei, cum necesse fuerit, ꝙ aqua peruenerit vsque ad quindecim cubitos super omnes montes Gen.7 c. Est dicēdū, ꝙ operuerit aqua paradisum eleuata quindecim cubitis, vel forte plus super paradisum, licet nō introiret in paradisum, sed steterit aqua vtrinque sicut murus. Cum autem dicitur, ꝙ sicut liberatus fuerit paradisus terrestris ab aqua, ita liberabitur ab igne. Dicendum ꝙ non est simile, quia ꝙ liberaretur ab aquis diluuij proderat ad aliquid, s. quia manebat ibi Enoch, & aliquando futurus erat Elias, & sic non debeat esse idem quod de alia terra. Secus de igne, quia quando veniet ignis erit paradisus inutilis, & ideo non oportebit liberari ab igne, sicut ab aqua, sed potius erit cōueniens, quòd purgetur per ignem, sicut cæteræ partes terræ, vt dictum est præcedenti quæst.

Quis erit ignis qui purgabit, & vnde veniet, & vbi generabitur.
Quæst. CCCCXXXVI.

QVAERETVR nunc de modo generationis illius ignis, s. quis erit ignis, & vnde veniet, vel vbi generabitur.

Dicendum quòd circa hoc sunt multi modi. Aliqui enim dicunt, ꝙ iste ignis erit ille qui est in sphæra sua. Et rursus distinguuntur isti, quia quidam illorū dicunt, ꝙ ignis existens in sua sphęra descendet ad inferiora, vt purget elementa, & simile videtur factum. 4 Regum 1.ca. cum Elias dixit, si homo Dei sum descendat ignis de cœlo, & cōsumat te, & quinquagenta tuos, & factum est bis, ꝙ ignis descenderit.

Alij dicunt, ꝙ non descendet ignis, sed manens in sphæra sua exuret omnia, & hoc quia multiplicabit, sicut nunc multiplicatur ignis, & extēditur per appositionem combustibilium, ita tunc ignis sphæræ suæ multiplicabitur per omnia quæ coniuncta sunt cum

nihil sit vacuum, sed ex omni parte habeat ignis aliquid coniunctum, ꝙ tamen tunc multiplicetur ignis cum nunc non multiplicetur, erit causa quia tūc exaltabitur in virtute super omnia elementa, & sic poterit exurere omnia vicina quæ nunc non exurit.

Alij dicunt ꝙ iste ignis erit generatus circa terram, & non descendet de sphæra sua, & generabitur ex cōgregatione radiorum corporum cœlestium, sicut videmus, ꝙ congregantur radij solis in speculo comburente, & causatur ignis, & alibi non causatur. loco autem speculorum dicunt tūc futuras in aere circa terram nubes densas & concauas, vbi illisi radij congregabuntur, & generabunt ignem.

Alij autem sequentes August. dicunt, ꝙ sicut mūdanarum aquarum congregatione factū est diluuiū, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit, vt dicitur 20.lib. de ciuita. Dei. Ista autem conflagratio nihil aliud est quam cōgregatio omnium causarum superiorum & inferiorum, quæ ex natura sua habent vim igniendi, quæ quidem congregatio non naturali cursu rerum, sed virtute diuina fiet, & ex omnibꝰ istis causis simul generabitur ignis qui faciem mundi exuret.

Alij autem dicunt, quòd non erit ille ignis qui est in sphæra, nec erit generatus aliquo precedentiū modorum, sed erit de nouo creatus, & ita nullam materiam habebit præexistentem in rebus, quia non generabitur ex alia re.

Sed primus modus non videtur stare, idest, quòd descendat ignis qui est in sphæra sua, & hoc quia ponuntur multa inconuenientia. Primo quia ponitur, quòd ignis descendat, quod est contra conditionem ignis, & erit iste descensus directus. nam quòd ignis descendat per accidens. s. occasione materię in quam fit, vel gignitur non est inconueniens, quia illud non est, quòd ignis descendat, quia non descendit ignis p̄existens accipiens alium locum, vel aliud vbi quam prius, sed gignitur nouus ignis, vel pars noua ignis, & ille ignis est inferior loco quam ignis gignens, sed nō descendit, sed ibi esse cepit per generationem, & tamen per modum datum directe descendit accipiens nouum locum vel vbi. s. quòd ignis qui prius erat in sphæra sua, sit postea ī terra & aqua, quod est vere descendere. & hoc non competit igni.

Secundo, quia daretur ex hoc vacuitas. nam cum ignis qui supra in sphæra sua erat descenderet, necesse erat quòd totam sphæram, aut partem eius vacuā relinqueret, & hoc est magnum inconueniens.

Sed forte dicetur ex hoc vacuum non dari, quia rarefieret corpus illud, & ita occuparet maiorem locū, quam prius sine vacuitate aliqua. Dicendum ꝙ non stat, quia non rarefieret ignis. Est enim ignis corpus rarissimum, & si rarefieret plus exiret naturalem dispositionem: de alijs autem corporibus densioribus verisimilius poterat dici, quòd rarefierēt, sed de igne non.

Alij dicunt, quòd non rarefiat ignis, sed descendat in sua naturali dispositione, sed ad supplendum locū ignis ascendat tantundem de aere, & ita non maneat vacuitas.

Dicendum quòd non stat. primo quia daretur etiā contra naturam aeris, ideſt quòd ascenderet ad sphęram ignis. nam elementis competunt loca sursum & deorsum, secundum mensuram suorum ponderum & leuitatum, & ideo sicut terra non potest esse in loco aeris propter leuitatem aeris, & grauitatem terræ, ita aer nō potest stare in loco ignis propter maiorem leuitatem ignis quam aeris, & respectu ignis est aer quasi grauis. esset igitur aeri contra naturam manere in loco ignis.

Secundo quia etiam dãdo hoc, ꝙ moueatur ignis F ad deorsum, & aer ad sursum ad implendum locum ignis non videtur quõ excusetur vacuitas ex vtraque parte, nisi data rarefactione, quæ tamen in igne sphæræ non conuenit, & si datur non oportet poni, ꝙ ascẽdat aer ad supplendum. Tertio quia videtur esse difficile quomodo ignis sphæræ descendat inferius, quia videbitur penetratio corporum quæ non est possibilis, nisi dicatur ꝙ vnũ corpus cedit alteri, sicut fit quãdocunque nos mouemur per aerem. Sed istud non stat, quia corpus rarius cedit densiori, è contrario aũt impossibile est fieri: & tamen ignis descendens est rarior quam elementa inferiora, ideo illa non possunt ei cedere, sed potius è contrario, & ideo non poterit G descendere, vel erit in eodem loco cum alijs corporibus, quod videtur impossibile, ideo neque ista positio est conueniens.

Ad rationem in contrarium, s. quia tempore Eliæ descendit ignis de cælo poterat dici ꝙ illud fuerit per miraculum, cum ex illo probauerit Elias se esse hominem Dei. s. si homo Dei sum descẽdat ignis de cœlo, & in miraculo multa fiunt quæ secundum naturã iudicarentur inconuenientia.

Aliter potest dici & melius, ꝙ ille ignis non descendit de sphæra ignis, sed genitus fuit in aere non longe a terra, & inde descendit ad exurendum quinquagenarios, sed quia de sublimi veniebat dicebatur de cœlo descendere, & ad illud non erat inconueniens, qa sic flumina descendunt de supernis, & cedunt eis ista H inferiora, vel propter corpus, vel propter virtutem fluminis.

Secunda positio secundum quosdam non est incõuenies, quia fm eam ponitur ignis descendere de superioribus: & tñ non dicimus, ꝙ ignis descendet, sed ꝙ ascendet, s. ꝙ tantum ascendet quantum aqua diluuii ascendit, & ita isti volunt, ꝙ non ascendat, sed descendat, & ita generatio eius erit in inferioribus circa terram.

Dicendum ꝙ non est multum conueniens ista positio. Primo quia repugnat auctoritati, & cõi intẽtioni: volunt enim ꝙ ignis ascendat, & non descendat, & ideo oportet poni inferius generationem eius. Scdo, quia si sic ignis descenderet, necesse est ꝙ inflamma- I retur aer propinquus, & consequenter alius ꝓuenien do vsque ad terram. Sed istud non conuenit, quia iste ignis erit ad purgandum per quandam depurationẽ, ideo vbi non erit necessaria, neque conueniens depuratio, nõ erit ignis ille tangens, & tñ tertium interstitium aeris non purgabitur, quia non est ibi mixtio aliqua, sed aer purus, ideo nõ tanget ignis illam partem aeris, vt dictum est supra, nõ ergo descendet ignis sic In q.427. ex supernis, quia si nõ purgaret frustra inflammaret. oportet ergo poni, quod inferius generetur.

Tertia positio non vr esse vera quãtum ad totum, quia illa ponit modum generationis huius ignis naturalem, cum dicat ex radijs congregatis in nubibus fie K ri, & tñ generatio naturalis sciri potest, quia hoc fieret, qñ congregarentur radij omnium astrorũ igneorum in tali situ & loco, in quo maxime exercerent actum igniendi, sed qñ ad talem locum veniant sciri põt est consideratione astrologica, & ita finis mundi sciri posset. quod falsum est, quia hoc esset scire diem iudicij, quem nemo scit præced. ca. s. de die autem illa nemo scit. Secundo, quia licet posset gigni ignis per causam naturalẽ, tamen sicut non põt naturaliter fieri diluuium, quod omnia destruat, ita neq; potest gigni incendium, quod omnia exurat. diluuium quidẽ tempore Noe non venit ex causa naturali, sed ex supnaturali, quia dicitur Gen. 7. rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ & cataractæ cœli apertæ sunt, & tamen rumpi fontes nõ est naturale, sed Deus illud fecit, ita igitur de incendio erit. Tertio ga diluuia particularia possunt causari naturaliter. i. ꝙ aliqua pars terræ deleatur aquis, sicut fuit in diluuio Ogigi, & diluuium Deucalionis, vt ponit Paulus Orosius. 1. lib. de Ormesta mundi. & Isidor. Ety. lib. 13. ita & incendium aliqñ põt naturaliter causari, sed vniuersale incendium qñ oĩa elementa succendat non potest naturaliter gigni sicut neq; vniuersale diluuium, quod omnia operiat. Quarto quia si causaretur ignis, vt dictum est per cõgregationem oĩum astrorum igneorum. i. ꝙ radij eorum congregarẽtur in locum vnum, siue astra essent cõiuncta corporaliter, siue nõ, fieret ille ignis in quadam parte determinata mundi in quam concurrerẽt radij & non in alijs, & tñ iste ignis erit in oĩbus partibus terræ & aquarum, & vsq; ad duo interstitia aeris, non ergo gignetur modo præcedenti. Nisi forte dicatur quòd ignis ille causatus in vna parte extẽderet se ad alias sicut se extendit ignis per siluam.

Sed dicendum quòd non sufficit, quia tunc multum tps impenderetur ad hoc, ꝙ ille ignis oĩa deuoret, & hoc non est verisimile, quia qñ ille ignis venerit moriẽtur homines vbicunq; sint. vt ergo sit vnus dies iudicij in quo oẽs moriantur, & in quo iudicẽtur necesse est, ꝙ ille ignis sit simul in toto mundo, & tñ non posset per modum præcedentem, sed multis diebus indigeret. ergo non generabitur modo naturali, ideſt pure naturali. Quarta positio accedit magis ad veritatem. s. ꝙ concursus omnium causarum superiorum, & inferiorum ardẽtium generet illum ignem. Et ideo vocabitur conflagratio, ideſt concursus omnium ardentium. Sed dicunt ꝙ iste concursus nõ fiet naturaliter, sed supernaturaliter, inquantum vero nõ attribuit totaliter naturę istam causationem ignis, accedit aliquo modo ad veritatem.

Duplex origo ignis iudicij. *Quæst.* *CCCCXXXVII.*

SED dicendum, quòd hoc dato potest dupliciter poni origo huius ignis. Vno modo quòd fit per creationem, ideſt quòd a solo Deo fiat non præsuppo sita materia, neque de alia re generetur. Alio modo, quòd fiat per generationẽ ex alia re, licet opere Dei fiat, sicut Deus formauit hominem de luto, & non creauit eum de nihilo. quis autem istorum modorũ sit non apparet, quia vterque esse potest, licet alia & alia sequantur ad vnum & alterum. Si autem ponatur creatus ignis, necesse est poni vnum de tribus, scilicet, ꝙ corrumpatur tantum de substantia corpubili, & redeat in nihilum, ita vt desinat habere locum & occupetur per ignem creatum nouiter illud spatium. Vel ꝙ condensatio fiat in alijs corporibus ad tantum gradum, vt relinquatur locus pro igne creato. Vel quòd duo corpora sint simul, ideſt ignis creatus cum alijs corporibus.

Dicendum, quòd si poneremus ignem illum creatum, potius poneremus secundum modum quam alios duos. Et ratio est, quia primus non cõuenit rationi prouidentiæ Dei, scilicet, quòd aliquid creatũ penitꝰ annihiletur, maxime cũ nulla causa vrgeat ad hoc. Tertius modus non conuenit, quia ille nõ est sine magno miraculo: vnde philosophi nunquam potuerãt intelligere possibilitatem penetrationis, dimẽsionis, aut coexistentiam duarum dimensionum eidem loco. quòd autem cedat vnum corpus alteri naturale est, licet in hoc est aliquid super naturam, quia naturale est cedere rariora densioribus. è contrario autem non fit, sed minus est hoc quam ponere duo corpora simul, ideo istud magis ponendum esset. Si autem ponatur ignis ille generatus debet dici, quòd non est genitus naturaliter, & quòd causæ naturales parum A faciũt ad eius generationem. nam si multum tribueretur causis naturalibus in generatione illa, sequeretur inconuenientia posita præcedenti quæst. s. quòd non fieret in tota terra ille ignis, quia causæ ignientes non inuenirẽtur simul in tota terra. Etiam, quòd multi dies impenderentur ad exurendum, & purgandum omnia corpora purgabilia. si autem attribuatur tota operatio Deo, licet aliqualis dispositio sit ex parte materiæ, poterunt esse omnia simul, ideſt, quòd in toto orbe simul sit ignis purgatiuus. Sed dando ignẽ illum generari, oportet poni, quòd ex alio corpore, & tunc necesse est dari condẽsationem, quia ignis ille B non poterit generari, nisi ex corpore grossiori, eo ꝙ ignis est corpus rarius omnibus corporibus, ideo necesse est, quòd corporalia corruptibilia quę cedere debent igni, densentur secundum portionem excessus ignis geniti ad corpus de quo gignetur. si igitur generaretur ignis ille ex aere necesse erat conuerti aerẽ in aquam, vel aquam in terram in tanta proportione, vt correspondeat locationi istius ignis geniti. Sit exẽplum, diuidatur sphæra aeris in decem partes æquales. generetur ex vna istarũ ille ignis, & habebit ignis genitus tantam magnitudinem quantam omnes decem partes aeris, quia secundum Arist. ex vno pugillo aeris generarentur decem pugilli ignis, & talis est habitudo vnius elementi ad aliud. Et ideo occupabit ille ignis genitus tantum quantum totus aer. Et sic ne- C cesse est omnes partes nouem aeris residuas manere sine loco, quod est impossibile. Vel erunt simul cum alijs corporibus, quod non permittit natura, vel densabuntur corpora circunstantia ad hoc, quòd maneat locus illis, vel cõuertentur in aquam, & tunc erit maior locus aquę, & capietur ignis, & aqua, & nullus aer maneret, & repleretur tota vacuitas. Causa est, quia qualis est proportio ignis ad aerem, talis est aeris ad aquam, & aquæ ad terram, sicut ergo ex vno pugillo aetis gignuntur decem pugilli ignis, ita ex vno pugillo aquæ gignuntur decem pugilli aeris. & è contrario sicut ex decem pugillis ignis gignitur vnus pu- D gillus aeris, ita ex decem pugillis aeris gignitur pugillus aquæ. Et ideo manente sphęra ignis diuisa in decẽ partes æqualis quantitatis, & sphæra aeris in decem. s. ex vna illarum decem partium aeris gignatur ignis occupabit ille totum spatium aeris, & pro alijs partibus nulla pars loci manebit. Si vero conuertantur ille partes aeris in aquam, non facient adhuc vnam partẽ aquæ secundum proportionem, cum decem pugilli aeris efficiant vnum pugillum aquę, & ita erit aqua maior quam prius, & ignis implens locũ aeris, & hoc modo quæcunque corpora resoluantur in alia semp locus capit omnia propter habitudinem dẽsitatis, & raritatis, quia rara cedunt densis.

Sed quid est verisimilius, an quòd ignis ille fiat ꝓ corruptionem, an per generationem? Dicendũ quòd verisimilius est fieri per generationem ex præexisten- E ti: non est enim ponenda creatio sine necessitate: & tamen ponere creari aliquid cum sine creatione fieri potest, est addere miraculum, ideo melius est dicere, quòd generabitur.

Secundo quia data creatione sequitur maior difficultas circa penetrationem corporum aut coexistentiam, vt locetur corpus ignis. Nam data creatione additur aliquid de modo & quantitate ad vniuersum propter quam cõtingit repleri locum. Et ideo maior difficultas est, quomodo capietur illud corpus quam si de alio generetur.

An iudicij ignis sit in magna quantitate, & an per motum operetur, vt an manendo cum alijs corporibus simul.

Quæst. *CCCCXXXVIII.*

QVAERETVR nunc de mõ existendi istius ignis, & potest esse dubium, an sit in magna quantitate vel in parua, & an operetur per motum, vel manendo, & an manendo simul cum alijs corporibus respectu eiusdem loci, vel materiæ, vel secũdum diuersam locationem. Dicendum quantum ad primũ ꝙ vtroque modo esse potest. maxime quia nõ habemus aliquid vnde sciamus an erit magnus vel paruus ignis. videtur autem rationabilius dici, ꝙ ignis in magna qñ- B titate, & per modum sphæræ circunfusæ aquæ & terræ, sicut est circumfusa sphæra aeris, & est facilior iste modus, quia simul in toto orbe depurabit impura, & erit vnus dies consummationis mũdi vbique & innouationis, & non est aliquod inconueniens ad talẽ positionem ignis, quia cũ opere diuino generetur, vbiq; poterit simul, & æqualiter gigni. si autem poneretur generatio eius naturalis ex cõcursu radiorum corporum cœlestium, non posset gigni nisi in loco vno, & non simul in toto orbe, quia non concurrerent radij illi in omnem partem.

Qualem motum habebit ignis ille iudicij, & a quo.

Quæst. *CCCCXLIX.*

AD secundum cum quæritur de motu ignis. Dicendum ꝙ ista quæstio pendet ex præcedenti. si enim dicamus, ꝙ sit iste ignis circunfusus terræ, & aquæ per modum sphæræ, non oportet ponere motum aut operationem suã, sed stãs in loco suo igniet, & alterabit, atque depurabit omnia coniuncta quæ sunt depuranda. Si autem ponatur ignis in parua quã titate genitus in aliquo loco, & non circunfusus per modum sphęræ: necesse erit, quòd depuratio sua fit ꝓ motum, vt postquã depurauerit in vna parte transeat ad aliam. sed tunc dicendum, ꝙ iste transitus erit velox, vt omnia quasi simul depurentur. Dicendum tñ ꝙ verisimilius est esse ignem in modũ sphęræ circundantis aquam & terram. Primo quia erunt oĩa simul facta in toto orbe, & non ponetur successio cõflagrationis. si tñ poneretur in vna parte solũ ignis genitus, & oporteret fieri cõflagrationem successiuam, necesse est fieri opere diuino istam successionẽ, quia alias multi temporis opus esset omnia exurere, ita vt ꝓ singula discurratur nihil relinquendo impurum. Secundo ga dato ꝙ moueatur ignis ille in quacunque velocitate oportet dari cessionem. i. ꝙ corpora illa versus quæ mouetur cedant ei, & rursus ex alia parte de qua ignis recedit subintrent alia corpora, & hoc difficultatem hẽt, quia naturaliter cedit rarum denso, & nunquam econtrario, & tñ ignis est rarior omnibus corporibus, ideo nullum corpus cedet ei, sed ignis oĩbus, & tñ si mouetur ignis dimittendo locum, & accipiendo locum, oportet ꝙ corpora contra quæ mouet cedant ei, vel vertantur in ipsum, sed tunc nõ est modus ignis, sed generatio eius in materia propinqua, & hoc non ponitur, quia tunc oporteret omnia quæ depurãda erant verti in ignem, quod falsum est. Si autem ponatur corpus in modum sphæræ circũfusum non erit motus, & non sequitur aliquid istorum inconuenientium, ideo illud est melius dictum. Si tamen ponatur, quod mouebitur ignis ad inflammandum, & depurandum, dicendum quòd cederent sibi alia corpora, & tamen cessio ista non erit naturalis, sed Deo faciente.

An ille ignis sit per se, vel cum alijs corporibus. Quæst. CCCCL.

QVANTVM ad tertium de locatione huius ignis vel coexistentia eius ad alia corpora. Dicēdum ꝙ tripliciter potest poni. ſ. ꝙ vel ille ignis sit per se in loco in quo loco nullum aliud corpus sit. Alio modo ꝙ coexistat ignis alijs corporibus, quæ vrit vel inflammat in eodem loco, licet sint distincta corpora secundum materiam & dimensiones. Tertio modo ꝙ corpora quæ vruntur efficiantur materia ignis, & ita sint in eodem loco in quo ignis, quia non sunt iam diuersa corpora, sed idem corpus, quia eadem est materia formæ vtriusque, & eędem sunt dimensiones.

Aliqui dicunt ꝙ primo mō non potest poni ignis, quia tunc non vreret alia neque depuraret. maxime quia ignis debet depurare terram & aquā, & duo interstitia aeris prima: & non videtur quomodo istud possit fieri si ignis maneat in loco proprio, in quo nullum aliud corpus sit: & ideo videtur ꝙ sit aliqua de alijs duabus positionibus.

Sed dicendum ꝙ nulla aliarum duarum positionū est vera. De secunda patet, quia poni duo corpora in eodem loco est poni cōtra naturam, & dare penetrationem dimensionum, quod philosophi non potuerūt intelligere. poterit autem ille ignis exercere opera sua non data illa coexistentia contra naturam, vel miraculosa, iō non oportet poni: si enim nullus alius modus esset possibilis poneretur iste, licet sit miraculosus, sicut quando Christus intrauit per ianuā clausam, quia coexistebat corpus Christi corpori ianuarū, & sic etiam quando exiuit de sepulchro, & tamen hic potest fieri operatio, sine miraculo, ideo non oportet poni miraculum.

Secundo patet, quia si hoc daretur non posset poni actio ſm naturam, nam ad actionem naturalem requiritur contactus. vbi autem est coexistentia non est contactus, sed identitas, ideo non est actio. Et patet, quia ad actionem duo requiruntur. ſ. distinctio agentis & passi, & contactus eorundem, sed data coexistentia non tollitur vtrunq; : ideo non erit actio. Idem n. non tangit seipsum, ideo vbi est identitas non est cōtactus, etiam vbi est identitas non manet distinctio, sed in eis quæ sibi coexistunt loco fit eadem dimēsio, idest eadem longitudo, & latitudo, & profunditas sine separatione, ideo est quasi idētitas ſm materiam. tactus vero non est nisi duorum, quorum est vnum agens in alterum. ergo talia non se possunt tangere. & sic non erit actio ipsorum.

Tertio, quia ad hoc, ꝙ talia haberent aliquā actionem naturalem oporteret, ꝙ manerent modo naturali, sed non manent naturaliter immo supernaturaliter, quia non competit eis distinctus locus, & situs cū sint distincta, ideo ignis si taliter se haberet ad aliquod corpus, non posset agere in illud.

An sicut est lux in aere ferrum ignitum cum igne, & panis madidus cum vino, duo, scilicet corpora in eodem, ita ignis iudicij coexistet in rebus quas exuret. Quæst. CCCCLI.

SED aliqui obijciunt de luce, & ferro ignito, & pane madido, quia ibi sunt duo corpora in eodē, vel coexistunt, & non est miraculum.

Dicendum ꝙ non est verum: nūquam enim natura hoc potuit. De luce tñ dicēdum, ꝙ verum est illam esse in eodem loco cum aere, eo ꝙ illa nō est corpus, & ideo non competunt ei dimensiones aliquæ, sed perfunditur rei habenti dimensionem, ideo sicut idē locus est hominis, & albedinis eius, & omnium accidentium, ita aeris illuminati, & lucis existentis in aere est idem locus, & non sunt duo corpora simul.

De ferro ignito dicendum, ꝙ non sunt duo corpora simul, quia vbi est corpus ferri nō est corpus ignis, sed extra ferrum est ignis circunfusus. Sed argues, ꝙ ignitio facit videri ignem esse intra ferrum, & ꝙ ferrum est interius ignitum sicut foris. Item secundo pars interior ferri habet operationem quam ignis. L. quia calefacit, & ignit generando in alia re formam ignis, & tñ non faceret hoc, nisi ibi esset forma ignis, sed vbi est forma ignis est corpus ignis. ergo est simul corpus ignis cum corpore ferri, & consequenter coexistunt dimensiones amborum.

Ad primam dicendum, ꝙ in igne est substantia & accidens. ſ. qualitas, & ista duo sunt distincta realiter, & iō potest vnū causari sine altero, vnde calor & ignitio quę sunt accidentia ignis possunt causari in re nō causata forma ignis, & hoc est quod videmus. calor autem est aliquid minus propinquum ad ignem quā ignitio, i. dealbatio quædam ſm ignē, ideo calor causatur ab igne in multis in quibus manifestum est non esse ignem. ignitio autem est multum propinqua ad ignem, vel naturam ignis, i. formam, ideo quę ignitionem habent multum cōicant de natura ignis, & videtur habere formam substantialem ignis, cum habeāt lumen, quod ignis solus habet de se inter elemēta, & tñ nondum habent formam substantialem ignis, quā si illam haberent non essent ignita, sed ignis. vocam' tñ ferrum ignitum aut lapidem ignitum. ergo nō est ibi forma substantialis ignis, & ita licet in ferro appareat ignitio interius, sicut foris non arguit, ꝙ sit ignis intra corpus ferri, nisi forte ferrū haberet aliquas vacuitates, quia tunc planum est posse ibi esse ignem. foris autem est ignis. i. ignis flamma, sed ignitio illa quę est in superficie ferri non est ignis, neque est ibi ignis, nisi aliquod corpus sit aliud coniunctum ferro.

Ad secundum dicendum, ꝙ ignire nō ostendit formam substantialem, ideo non solum ignis ignit, sed quælibet res ignita licet non sit ignis. Et ratio est, quia operatio licet sit a forma substantiali velut a principio, tñ est per qualitates quæ sunt virtutes quædā velut instrumenta, & illa sunt principia immediata. vbi ergo inueniuntur illa inuenietur operatio ignis quæ ab illis qualitatibus denominatur, sed in rebus ignitis reperitur calor, & reperitur ignitio, i. qualitas quædā ſm quam res nominantur ignitæ: ergo res ignitæ possunt alias ignire, & ignem gignere. Neque istud est inconueniens, quia non solum res ignitæ quæ habent calorem & ignitionem in actu, sed etiam res solū in potentia calidæ ignem gignunt, sicut lapides allisi vel concussi, ideo non arguitur ex hoc, ꝙ in ferro ignito sit ignis. & ita apparet quod dicebatur. ſ. quòd ferro ignito, aut qualibet alia re ignita non est ignis simul cum corpore ferri, ita ꝙ eidem loco coexistant duo corpora. aliqui solent tenere contrarium, sed non dicunt rationabiliter.

De tertio, idest de pane madido, aut luto secus est, quia ibi potest esse aqua intra panem vel solum foris, neque est intelligendum, ꝙ aqua possit esse simul cum alio corpore, & non possit esse ignis, quia si duo corpora possent naturaliter coexistere eidem loco, nullū magis hoc posset cum quolibet altero quam ignis, quia est corpus rarius omnibus corporibus, & magis cedit, & minus potest occupare per cōdensationem, ideo si aqua posset, ignis posset, sed nullū corpus potest. Est autem considerandum, ꝙ res madida intendit habet aquam interius & interdum non. De primo, vt si lignum porosum & cauernosum, & panis mergatur in aquam. ista quidem interius aquam suscipiunt. De secundo, vt siquis intingat digitum, vel gladium in aqua, est quidem digitus madefactus, & gladius, sed neque intra digitum, neq; intra gladium est aliqua aqua, potest tamen esse in superficie effusa gutta aliqua quæ non facile tergatur, sed interius nō. quę autem in superficie digiti, vel gladij est, non est in eodem loco cum digito & gladio, sed foris & non coexistunt dimensiones, cum vero aqua intra panem madidum est nō sunt duo corpora in eodem loco, quia intra panem sunt concauitates, & ibi sunt partes subtiles quę cedunt, & illę implentur aqua. Et ideo vbi est aqua non est panis, neque aliqua pars panis, & sic nunquam duo corpora coexistunt. Quod vero intra rem madidam sit interdum aqua patet quia cōpressa illa fluit inde aqua, & ita apparet, ꝙ assumebatur. ſ. ꝙ non sint duo corpora simul in eodem loco. Et ideo ignis non potest coexistere alijs corporibus ad hoc, quòd ea exurat.

An corpora quæ vruntur efficientur materia ignis, & ita erunt in eodem loco in quo ignis. Quæst. CCCCLII.

TERTIA positio erat, ꝙ ignis esset simul cum alijs, quia in materia aliorum corporū esset forma ignis.

Dicendum autem ꝙ ista positio cum præcedēti in aliquo concordat. ambæ enim faciunt, ꝙ ignis nō sit in alio loco quā vbi sunt corpora ignita, sed differunt quia præcedens ponit ꝙ ignis per se sit corpus, & cōbustibilia sint corpora distincta: & ad hoc ꝙ sint simul oportet coexistere dimensiones, & sic ponitur aliqd miraculosum. ista autē positio non facit esse duo corpora sed vnum, quia in materia corporum ignitorū ponit formam substantialem ignis, idest ꝙ illa sit materia ignis: & hoc dato nullum inconueniens, neque miraculum est quantum ad locationem, quia cū sit eadem materia est idem corpus, & eędem dimensiones, quia dimensiones non sunt secundum formam, sed ſm materiam, & consequenter locatio erit, sicut vnius corporis. vnde ex hac parte nulla est difficultas.

Sed dicendum ꝙ non potest stare. Primo quia duæ formæ substantiales distinctæ numero non possunt pficere simul eandem materiam, & tamen iam corpus combustibile habet formam substantialem per quā est. ergo non potest in eius materia esse forma ignis. hoc enim maximum est etiam secundum eos qui ponunt pluritatem formarū eiusdē rei, nam non ponūt formas substantiales disparatas plures eiusdem rei, nec vltimo completiuas, & tales sunt istæ. Secundo, quia sequeretur, ꝙ duarum specierum disparatarum non subalternarum in genere substantiæ esset idē individuum numero. Et patet quia res dr talis a forma substātiali, sicut homo dicitur ab anima rationali, sed huius corporis sunt duæ formæ substantiales pertinētes ad duas species disparatas, idest ꝙ vna non est subalternata alteri. i. ad ferrum & ignē. ergo istud corpus erit ferrū, & erit ignis, vt si dicatur ꝙ aliquis vnus homo & lapis, quod est impossibile. Tertio, quia sequitur ꝙ vnum individuum numero sit duo individua numero, & patet quia individuum ignis est vnū quam, & individuum ferri est vnum individuum per formam, & materiam suam completū, & tñ ista duo individua sunt vnum individuum. Est enim eadē materia numero quæ est pars essentiæ. ergo erit idem individuum numero, vel eadem res habens essentiam.

Quarto, quia sequeretur, ꝙ non posset agere ignis in talia corpora, quia vt dicebatur prꝫced. q. distinctio & contactus requiritur ad actionem naturalem, & tñ hic non manet aliquid istorum, sed idem corpus numero est ignis, & rei combustibilis, quia est eadē materia. ergo impossibile est ignem agere in talia corpora. Quinto quia si forma ignis esset in materia rei cōbustibilis, aut erit ante actionem completam in corpus illud, aut completa actione, si completa actione, idest, postquam per actionē ignis transiuit corpus in alterā speciem, vt quia corruptū est, non est inconueniens, quia iā desijt illa materia esse sub priori forma corporis, & poterit esse sub qualibet alia: maxime ergo erit sub forma ignis, qa ad illam fuit disposita per ignis actionē, & iam non sunt duæ formæ simul, sed vnica in materia, si vero ante completam actionem, vel inchoationē actionis superuacua erit actio, quia agens agit ad similandum sibi passum, & tñ hic iā est perfecta assimilatio, immo identitas, cum eadem sit substantia agentis & patientis. ergo nulla erit actio ignis, immo nō poterit esse actio, vt dictum est ꝓpter identitatem. Sexto, quia si forma ignis est in materia corporis combustibilis, aut est verū de igne qui causatur per actionem ignis, aut de ipso igne primo ante quā fiat aliqua generatio eius. Si primo modo sequūtur oīa inconuenientia supra posita prouenientia ex eo, ꝙ sunt duæ formæ substantiales simul. Si secundo modo sequitur alterum de duobus, ſ. ꝙ aut eadē forma substantialis sit simul in duobus materijs, aut ꝙ transeat de materia in materiam. nam ignis antequā agat subsistit, ideo habet materiam & formā, vnde si forma illius debet effici in materia rei combustibilis, necesse est ꝙ eadem forma numero sit duarum materiarum, aut ꝙ transeat de materia in materiā, & vtrunq; est impossibile. nā formæ materiales educunt de potentia materiæ, & non hūt esse, nisi illud quod habuit in materia, ideo si desinat illud hr̄e nihil sunt. Dicendum ergo ꝙ ignis forma nō est in materia corporis combustibilis, sed est in materia propria. i. in materia quæ est pars essentię suę, ideo qñ aliquid ignitur necesse est ignem prꝫexistere in actu, & ille habet materiam quæ est pars ignis in qua est forma ignis, & ille ignis comburit combustibile, iuxta positionem, & contactum, & non per interius existere, i. nō per hoc, ꝙ ignis & combustibile sint in eodem loco per coexistentiam, neque per hoc ꝙ forma ignis sit in materia cōbustibilis corporis, sed sunt velut duo corpora iuxta posita, & per contactum vnum agit in alterū, & signum huius est, qa quanto magis aliqua res alteratur ab igne, tāto ignis magis diffunditur in circuitu eius. Si aūt coexisteret, aut forma ignis esset in cōbustibili non diffunderetur ignis, sed occuparet eundem locū quem res combustibilis, & nō prodiret foras, licet ipsa res ignirēt in superficie & luceret, sed modus agendi est ignis, ꝙ cum applicatur alicui rei alterat eā, donec corrumpat aliquas partes eius, & corrupta forma rei corruptibilis gignitur forma ignis in materia illa. & tunc illud compositum nō est corpus combustibile, sed ignis, & reliquum quod manet de ipso cōbustibili alteratur, & corrumpitur continue quousq; nihil de illo maneat, vel soli cineres qui igniri nō possunt, & totum quod de combustibili corrumpit transit successiue in ignem, & signum huius est, quia de parua re combustibili fit magnus ignis, ſ. quia cum ignis sit corpus rarissimum non potest forma eius gigni in materia aliqua, quousq; illa sit disposita secundum talem gradum raritatis, & tunc parum de materia occupat multum locum, & illud idem de materia erat prius in re combustibili ſm paruam extensionē. vnde quandiu combustibile manet ſm priorem figuram & quantitatem est quidem ignitum, sed non est cōuersum in ignem, neque est in eo forma ignis, sed forma alterius corporis, vnde ferrum quādiu manet in figura & quantitate ferri quantumlibet sit ignitū non est ignis, neque est aliquid de igne in eo.

An quando aliqua res efficitur ignita habeat in se formam ignis, ita vt statim perdat formam præcedentis corporis, vt dicunt multi. Quæst. CCCCLIII.

ALII autem dicunt, ꝙ cum aliqua res fit ignita efficitur in ea forma ignis, & desinit statim esse forma præcedentis corporis. Et sic ferrum qñ ignitur desinit esse ferrum, & incipit esse ignis per formam ignis quæ ibi est: & istud non videtur esse absurdum, sicut præcedentia, eo ꝙ non ponit duas formas substãtiales simul. Sed dicendum ꝙ nõ stat. Primo quia experientia hoc indicat. Nam ferrum ignitum si mittatur in aquam statim manet ferrum purum, sicut antequam mitteretur in ignem, sed istud erat impossibile si transijsset in ignem, & desijsset esse ferrum. ergo nũquam desijt esse ferrum, neque cepit esse ignis. Secũdo quia dato ꝙ de vna specie per corruptionem sit transitus in aliam: tamen de speciebus multum distantibus non fit transitus sine medio, sed ignis & ferrum multum distant, ideo non conuerteretur statim ignis in ferrum. Tertio quia hoc est contra conditionem transitus, quia quando vnum elementum trãsit in alterum multiplicatur proportio in quantitate, vt de vno pugillo terræ fiunt decem pugilli aquæ, & de vno pugillo aquę decem pugilli aeris, & de vno pugillo aeris decem pugilli ignis, & è cõtrario. de mille pugillis ignis fiunt centum pugilli aeris, & de his centũ fiunt decem pugilli aquæ, & de his decem vnus pugillus terræ. ergo si ignis transiret immediate in terram, de mille pugillis ignis fieret vnus pugillus terræ, & tamen ferrum est magis compactum quam terra. ideo de mille pugillis ignis non fiet vnus pugillus ferri, & forte non dimidius. & tamen videmus in transmutatione ista, ꝙ si mittatur ferrum ignitum in aquã manet ferrum eiusdem magnitudinis, quando non est ignitum, quantæ erat quando erat ignitum, ideo non erat prius ignis, sed ferrum.

Quarto patet, quia si ferrum transiret in ignem, & forma ignis inciperet esse in materia ferri, ad hoc ꝙ esset propria materia eius, necesse erat quòd disponeretur illa materia iuxta conditionem formę ignis. Est autem corpus ignis tarissimum, ideo non potest stare forma ignis, nisi in materia disposita secũdum maximam raritatẽ, & consequenter ignis est leuissimus inter omnia corpora, sed in ferro ignito videmus oppositum. non est enim habens raritatem, sed magnã densitatem, quod ex pondere colligitur. Etiam quia non cedit alijs corporibus, sicut ignis cedit omni corpori diuidenti ipsum. pondus quoque idem esse videtur, vel quasi ferri igniti & non igniti, & tamen ignis non potest habere talem densitatem, & põdus. ergo ferrum ignitum non est ignis.

Et istę rationes quæ probant non manere in ferro ignito solam formam ignis, probant non manere formam ignis cum forma ferri. Nam requirit quælibet forma substantialis dispositiones in materia iuxta cõditionem suam: & tamen manente forma ferri in ferro ignito non sunt, neque possunt ibi esse dispositiones quas exigit forma ignis: ideo non potest esse ibi forma ignis. Et sicut dicimus de ferro ignito, ita de omnibus alijs ignitis rebus. nulla enim earum transiuit in ignem, neque habet formam ignis simul cum sua forma quandiu figuram, & pondus retinent & colorem, vel aliquid dictorũ quæ igni non conueniunt. Nam necesse est præcedere omnia hæc accidentia in materia ad hoc, quòd sit ibi forma ignis, sed ignis qui hæc ignit est extra ea, & tangit illa, & sic disponuntur interius, & exterius per calorem & ignitionem, non tamen est ibi forma ignis.

An ignis in sphæra sua habeat propriam materiam, & extra illam habeat alienam, vt aliqui volunt. Quæst. CCCCLIIII.

CONSIDERANDVM autem quòd error accidit quibusdam ex eo ꝙ dicitur, ꝙ ignis extra sphęram suam semper est in materia aliena, & in sphæra sua in materia propria. Vnde aliqui putant ignem nostrum habere duas materias, quod est impossibile, quia vna forma non potest informare, nisi vnam materiam numero, sed est sensus ꝙ ignis in sua sphæra est in se, & non indiget, vt sit in alio, ignis vero inquantum est inter nos non est in se, sed alio indiget in quo sit.

Pro quo sciendum, quòd ignis est corpus, ideo est compositum, & materia & forma sunt sibi essentialia, quia sunt partes essentiæ eius, ideo vbicunque sit ignis, siue inter nos, siue in sphæra sua habet materiã & formam, sed in hoc differt, quia ignis in sphæra sua non habet, nisi materiam quæ est pars sua. ignis vero inter nos præter materiam quæ est pars sua habet materiam in quam agit, & vocatur materia hic corpus combustibile, quia in materiam solam nulla actio est nec illa est aliquid subsistens distinctum ad hoc, ꝙ in illam agere possit, & si non detur combustibile non poterit ignis manere, & huius signum est, quia deficientibus lignis deficit ignis, & tamen ignis qui erat in lignis iam habebat materiam & formam, & si sufficerent hæc ad hoc, quòd subsisteret ignis, maneret ignis consumptis lignis, & nunquam manet. & hoc est quod dicit Aristot. lib. de iuuentu. & senectu. scilicet, quòd ignis non potest inter nos manere, nisi in continua generatione. generatio autem fit ex alio, iõ nõ potest gigni ignis, nisi per actionem ignis in combustibili, & ideo quandiu manet aliquid de combustibili fit actio in ipsum, & continua generatio ignis, quia per actionem ignis disponitur materia combustibilis ad perdendum propriam formam, & accipiendo formam ignis, & cum continue fit alia, & alia pars materiæ dispositæ ad recipiendum formam ignis, recipit illam, & sic fit continua generatio ignis, & ignis qui gignitur statim perit, ideo non consistit ignis hic, nisi in generatione & corruptione quandiu gignitur, sicut existentia radiorum. nã radius solis non est nisi quandiu gignitur, & tamen per hoc quòd continue Sol gignit radios, semper manent radij, licet nullus eorum determinatus maneat, nisi quandiu gignitur, ita de igne inter nos, quæcũque pars ignis genita sit statim corrumpitur, sed quia succedit alia & alia, inquãtum continue est alia & alia pars combustibilis disposita ad suscipiendum formam ignis, manet ignis quandiu manet aliquid combustibile, & actu comburitur. cessante autem illo non potest manere ignis, & hoc ſ. quia cum ignis sit hic extra sphæram propriam, non habet vnde conseruetur, ideo statim perit, & sic non manet, nisi quandiu gignitur, & hoc est quod Aristo. dicit, quòd ignis extra sphæram suam non est, nisi in continua generatione. in sphæra autem sua habet vnde conseruetur, scilicet ex conditione loci, ideo simpliciter manet, & non solum dum gignitur, sed postquam genitus est semper manet quousque aliquid corruperit eum. non autem corrumpitur ab intrinseco, quia simplex est, ideo semper manebit, nisi ab extrinseco corrũpatur, & quia ad ignem in sphæra sua maxime ad interiora sphęræ ipsius nihil extraneum peruenit, manet ignis semper, qui semel ibi est in actu, & ob hoc ignis non indiget ibi generatione, cum generatio non sit, nisi ad conseruationem eorum quæ in seipsis manere non possunt, vt maneãt in suo simili, & quia combustibile nõ prodest, nisi ad generationem

rationem ignis per corruptionem combustibilis, nõ est aliquod in sphęra ignis. Et sic apparet, quòd ignis inter nos est in aliena materia, s. ipsius combustibilis. in sphæra autẽ sua est in materia propria, idest, quę est pars essentiæ suæ, & tamen non est hic in materia aliena per quam sit, sed de qua gignatur, & ideo non habet hic duas materias, sed vnam, s. quæ est pars essentiæ eius, & illa est materia propria, quia non potest esse alienum, vel impropriũ, quod est pars essentiæ rei. Et cum dicitur, ꝙ noster ignis est in materia aliena, & ille in propria, accipit materia æquiuoce, quia in sphęrico igne accipitur materia, vt est pars essentiæ, & iõ est propria. inter nos est ignis in materia aliena, idest alterius rei, & illa nõ est pars essentiæ, sed de qua ignis gignitur.

Et non est intelligendum, vt aliqui accipiũt, quòd ignis sphęricus sit in materia propria, idest, ꝙ illa materia fuit sibi data in qua esset, vel quæ esset pars essentiæ eius a principio. ignis autem noster accipit materiam quæ erat aliarum rerum, quia materia si accipiatur, vt materia, idest denudata ab omnibus dispositionibus saltem immediatis nullius entis est propria, quia ipsa secundum se est indeterminata, & non determinatur, nisi per dispositiones pertinentes ad formam, & cum illas acceperit est propria materia alicuius speciei ablatis illis nullius speciei. Ideo nulla materia vocatur propria respectu alicuius rei, nisi inquãtum tracta est ad dispositiones illius formæ. Quod vero illa materia fuerit prius sub alijs quibuscunque dispositionibus quantumlibet repugnantibus, dum tamen eas deposuerit, nõ differt potius quam si ista materia inciperet per creationem esse sub ista forma noua. Vnde si nunc corrumpatur lignum, & gignatur ignis, materia illa rarefacta corrupta forma ligni i qua incipit esse forma ignis, ita est formæ ignis ꝓpria, sicut illa quam Deus a principio fecit esse sub forma ignis, quia vtraque habet dispositiones per quas efficitur propria formæ illi, ideo quantum ad formam quæ est pars essentiæ non magis est ignis sphęræ in ꝓpria materia quam ignis noster: vnde si aliquis ignis noster idem numero ascendere posset ad sphęrã ignis maneret ibi semper incorruptus, & non indigeret alimento, & est in materia propria quæ est pars essentię, sed alienam materiam vocamus eam de qua gignitur ignis.

Qualis erit ille ignis iudicij omnia conflagrans, & quousque se extendet. Quæst. CCCCLV.

EX his autem apparere potest per quem modum ille ignis conflagrans erit. nam videtur modus aptior esse, vt sit ignis genitus de alio corpore corrupto, s. de aere, & non de quolibet, sed de illo aere qui est iuxta terram, & erit iste ignis circunfusus toti terræ, & aquæ in circuitu in modũ sphęræ, & tamen non erit magna ista sphęra secundũ grossiciem, idest non occupabit totam grossiciem sphęræ aeris, sed aliquã partẽ eius circa terrã, & ita erit operatio huius ignis. Quantum ad primum cum posuerimus istum ignem gigni ex alio corpore est facilior locatio, quia occupabit locum corporis cui succedit, & non oportebit dare locum nouum, vel magnam densationem, sicut si crearetur nouiter ignis, & daretur pars materiæ quæ nunquam extiterat.

Dico etiam, quòd non sit iste ignis de quolibet aere. Nam sicut esse ignem de aere conuenit quantum ad locationem, eo ꝙ sunt corpora propinqua in quali tate, ita esse de aere iuxta terram conuenit quantum ad operationem ignis. Nã iste ignis est ad exurendũ, & depurandum impura. nihil autem est, quod magis egeat depuratione quam ea quę sunt iuxta terram, eo ꝙ ibi est medium commixtionis in quo se contingũt tria elemẽta. nam in vltimo interstitio aeris solus aer est. circa centrum terræ sola terra est quæ pura est. Nã neque aqua, neq; mineralia, aut mixta aliqua ibi sunt, cum mixtio requirat actionem corporum cęlestium, quæ non peruenit vsque ad profundum terræ, & consequenter, neque aquæ ibi possunt gigni, neque esse propter conditionem loci, eo quòd non est aqua tanti ponderis, vt determinet sibi tam infimum locum. Ideo neque esse debet ignis in supremo interstitio aeris, neque circa centrum terræ, sed in superficie terræ contingunt se tria elementa, & fit maxima mixtio, iõ hic debet esse ignis, quia actio sua requiritur hic. Amplius, quia hic sunt maiora depurabilia quam alibi: nã sunt homines, & omnia animalia, & plantæ. omnes enim homines resoluendi sunt vsq; ad cineres, vt cuique maneat, quod suum est, & tollatur, quod est alienum, & sic resurgat in eo, quod est proprium ei. omnia autem, & plantæ, & metalla, & lapides, & mixta quælibet sunt exurenda, & resoluenda vsque ad pura elementa, cum nullum mixtum post diẽ iudicij manere debeat, nisi homo, in nulla autem alia parte sunt plura depurabilia. nam in parte superiori aeris nihil istorum est, ideo iste ignis succendetur in superficie terræ, & aquę, in loco in quo nos manemus. Tertium est, quòd ista sphęra ignis non erit magna secundum grossiciem, sed occupabit parum de isto aere inferiori. Et ratio est, quia vbi est ignis non est aliud corpus, cum duo corpora non possint simul esse. & non est conueniens, quòd magnam partem occupet regionis aereæ.

Primo, quia si multum occuparet esset hoc, vt ad multum se extenderet actio sua, & tamẽ actio sua potest peruenire vsque ad quemcunque locum infra, & supra quantumcunque sit parua in grossicie sphęra illa ignis, ideo non oportet ponere magnam sphęram, & apparet, sicut de ferro ignito, vel quolibet corpore ignito. nam non penetrat corpus ignis ad omnia loca in quibus est operatio, vsque ad interiora enim ferri, vel ligni peruenit calor, & ignitio, & tamen neque illuc pertingit corpus ignis, neq; forma eius est ibi, sed solum foris in circuitu corporis combustibilis, & per circũ existentiam extenditur actio vsque ad interiora, vt ostensum est supra. ita si iste ignis fuerit generatus circa terram inflammabit coniuncta, & illa inflãmabunt alia, & sic peruenietur vsque ad terminum omnium illorum quæ sunt exurenda, & depurãda, s. a parte superiori accedendo vsque ad extremum secundi interstitij aeris, & a parte interiori vsque ad profundũ aquæ, & illam partem terræ in qua sunt mixta, vt metalla, & lapides, & per hoc patet responsio ad argumentum factum supra in principio de locatione illius ignis. In q. 436.

Secundo patet, quia si extẽderet se iste ignis per totum illud spatium rerum quæ depurandę sunt, nõ esset aliqua operatio illius ignis geniti, sed in generatione eius compleretur tota operatio. nã operatio ignis non potest ad plus venire, quã quòd id in quod agit vertatur in ignem, & tamen si totum illud spatium in quo sunt purgabilia ab igne impleretur igne, idest, quòd simul corrumperet Deus corpora ibi existẽtia, & verteret ea in ignem, non supereſſet aliquid vltra, quod agi deberet, ideo ignis ille genitus nullam rem depuraret. ad hoc autem, quòd ignis aliquid depuret necesse est, quòd non vertantur in ignem omnia quę depuranda sunt, ideo parum grossiciei habebit sphęra illa ignis.

Tertio, quia locus ille in quo ignis iste gignẽ erit extraneus, & alienus igni, scilicet iuxta terram, & erit

tunc

tunc repletus alijs corporibus, & ille ignis non debet F
ſemper manere, ſed expleto officio redire in alia corpora, vnde multum ignem ponere eſt inconueniens, ideo videtur, quòd erit parua ſphæra.

Quarto ad hoc, quòd aliquod corpus vertatur in ignem neceſſe eſt, q̃ materia illius corporis rarefiat ad tantam raritatem, vt competat formæ ignis. parũ aũt de materia alteri⁹ corporis groſſi ſufficiet ad multum ignem generãdum ſi ſubito gignitur, ideo ſi totum, quod eſt inter ſuperficiem terræ vſque ad finẽ ſecundi interſtitij aeris verteretur in ignem, fieret tãtus ignis qui forte occuparet locum quatuor elemẽtorum, aut plus, ideo eſſet difficilis locatio. ponendo autem parum quid verti in ignem non fit tanta rarefactio materiæ, vt corpora exigant maiorem locum, G
ideo erit facilior locatio.

Quinto ponendo paucam materiam verti in ignẽ, & illum ignem agere in corpora coniũcta eſt facilior locatio. nam quando aliquis inflammatur, & tamen non vertitur in ignem, manet in re antiqua figura, & magnitudo, & pondus, & æqualitas loci, ſicut patet in ferro ignito, quod eſt eiuſdem magnitudinis quando eſt ignitum, & antequam igniatur. Si autem verteretur in ignem occuparet maiorem locum quã prius, cum autem parum de combuſtibili vertatur in ignẽ, & reliqua maneant inflammata, non occupabũt maiorem locum quam nunc occupant, & depurabuntur ſufficienter, ideo ille erit conuenientior modus. H

Sexto, quia erit modus facilior ad conuerſionem in priorem ſtatum. nam illa quæ depurabuntur non debent manere effecta ignis, ſed facta depuratione redibunt in elementa pura, ideſt ignem, aquam, aerem: præter corpora humana reſoluta quæ reſtaurabuntur rurſus in corpora humana, & tamẽ ſi omnia hęc verterentur in aerem purũ, & poſtea rediret in elementa alia, eſſet difficilius quam ſi inflammentur ſolum, ideo videtur, quòd inflãmabuntur vſque ad ſufficientem depurationem, & non vertentur in ignem, ſed manebũt ſingula in ſuis ſpeciebus, ideſt aqua in aqua, & terra in terra, & aer in aere, & ceſſante illa operatione ignis redibunt in priorem ſtatum, ſicut apparet in ferro ignito. nam mox, vt mittitur in aqua ſine ali- I
qua alia operatione maner ferrum, vt prius, & ſi non mittatur in aquam, poſt patum ceſſat illa ignitio, & manet ignis, ſicut prius.

Dicendum ergo, q̃ modus erit huius ignis, quòd pauca materia vaporum circa terram, & ſuperficiem aquæ in modum ſphæræ, vel quaſi vertetur in ignem, & ille ignis aget in omnia alia coniuncta ſuperius, & inferius inflãmando ea, & illa non verrentur in ignẽ, licet aliquid de illis vertatur in ignem, ſed manebunt in ſua magnitudine, & figura, & ſpecie, ſed ſolum depurabuntur, & illa quæ mixta fuerint corrumpentur, & reſoluentur in elementa pura ad quæ pertinent illa mixta.

Quomodo poterit tam paruus ignis agere in tanta cõbuſtibilia.
Quæſt. CCCCLVI.

Sed tunc quæretur, quomodo poterit tam paruus ignis agere in tanta cõbuſtibilia, & depurabilia.

Dicendum, quòd planum eſt, quia ignis nunquam poteſt eſſe, niſi in materia rara, ſed quãtumlibet ſit rarus exurit res denſas. nam ferrum ignitur ab igne qui eſt flamma, & eſt rarus, & dato, quòd ignis non perueniat ad totam extenſionem ipſorum combuſtibilium atque depurabilium depurabũtur omnia, quia ſi igne poteſt aliquid comburi ſi applicetur ſibi aliquid ignitum comburetur, ſicut cum ferrum eſt ignitum non eſt ibi ignis, vt dictum eſt ſupra, ſed ferrum ignitum, & tamen illud applicitum alteri rei exuret eam, ſicut ſi applicaretur ei ignis, immo fortius aget ferrũ ignitum quam ignis purus, quia flamma eſt ignis verus, & poteſt quis mittere manũ in flammam ſubito, ita quòd non lædatur, ſed non poteſt tangere ferrũ ignitum quantumcunque ſubito quin ſtatim lędatur. ſic autem cum ignis ille genitus circa terram calefecerit, & igniuerit eam, licet nullus ignis penetret illuc, modicum de ea ignitum igniet cęteras partes vſque ad locum vbi finiendà ſit depuratio, & ita verſus partem ſuperiorem, & aliqua pars iſtorum quę inflãmantur, vel igniũtur, vertetur in ignem, & illa etiam exuret partes coniunctas.

Quomodo poterit ille ignis genitus iuxta terram manere.
Quæſt. CCCCLVII.

Sed quæretur quomodo poterit ille ignis genitus iuxta terram manere, quia vt ait Ariſto. lib. de iuuent. & ſenec. ignis extra ſphæram ſuam non manet, niſi in continua generatione, ideſt dum gignitur. ergo non poterit manere, ſed ſtatim corrumpetur.

Dici poteſt vno modo, quòd manebit ille ignis cõtra conditionem noſtri ignis quouſque expleat officium ſuum, & ita dabitur ſibi aliquod eſſe permanẽs vltra eſſe in generatione, & hoc veriſimile eſt, quia cũ a Deo productus ſit ille ignis ad aliquem effectũ deducendum, faciet quòd maneat ignis quouſque compleatur effectus, quia alias non impleretur voluntas diuina.

Aliter poteſt dici, quòd iſta fient ſine miraculo, ſ. quòd ille ignis genitus ſtatim corrumpetur, ſed ſuccedit ei alia pars ignis, & continuo generabitur ignis quouſque deſinat tota ignitio, ſicut nunc cum exuritur lignum, apponitur ei ignis de nouo, & reſoluitur continue aliquid de ligno, quod in ignem vertit, & ſtatim ille ignis perit quouſque ſucceſſiue totum lignum ſit exuſtum reſoluẽndo illum in ignem, & tũc nullus ignis manet, ita ibi ſtatim, vt ex aliquo corpore corrupto genitus fuerit ignis, corrumpi & inflammari atque reſolui incipiẽt corpora propinqua, & ita quæcunque pars ignis fuerit, ſtatim defeiet, & alia ibi ſuccedet.

Sed adhuc ſciendum, quòq ipſa ſphæra ignis quantumcunque parua erit, non erit tota plena igne, ita quòd in illo ſpatio nullum corpus ſit, niſi ignis, quia tunc neceſſe eſſet, quòd naturaliter totus ille ignis ſubito periret, cum non ſit niſi in cõtinua generatione, & in inſtanti non poſſet igni aliqua pars ignis de alijs corporibus, eo quòd oportet precedere alterationes quæ non fiunt in inſtãti, ſed produceret Deus ignẽ in corporibus ignitis, ita quòd aliquam partem illius ſphærulæ occupabit ignis, & aliqua corpora ignita, & tunc, licet ille ignis quem Deus in corporibus ignitis produxerit ſtatim corrumpatur, ſuccedit alia, & alia pars ignis de ipſis corporibus quæ iam ſunt ignita, & K
ſunt in actuali generatione ignis, ſicut in lignis ardentibus fit, & ſic nullum miraculũ erit in conſeruatione illius ignis, ſed opere naturali manebit vſquequo omnia fuerint ſufficienter depurata. ſic enim fit quando-cunque ignis gignitur, vt cum excutitur de lapide, quia non excutitur ignis, ſed ignitum corpus, & de illo aliquid reſoluitur continuo in ignẽ, & aliquid reſoluitur gignit ignẽ in corporibus adiunctis, & ita poteſt continuari, quia ſi id quod excutit de lapide eſſet purus ignis, non duraret niſi per inſtans generationis ſui, & non poſſet igni in de ignis in alio corpore applicito cum in nullo tali poſſit fieri generatio in inſtãti cum præſupponat alterationes prævias quę habent ſuccedi-

ſionem.

An operatio illius ignis erit naturalis, vel ſupernaturalis, & erit eiuſdem ſpeciei cum iſto noſtro. Quæſt. CCCCLVII.

Nvnc vero quæretur de modo operationis illius ignis, an erit naturalis, vel ſupernaturalis.

Aliqui dicunt, quòd erit ſupernaturalis ſimpliciter, eo q̃ a Deo genitus eſt, & non naturaliter.

Sed dicẽdum, quòd nõ probatur ex hoc, quia multa ſunt ſupernaturaliter producta quæ habent totam operationem naturalem, ſicut Adam, & Eua, Sol, & Luna, & totus mundus qui a Deo ſolo creatus eſt, & tamen poſtquam eſt creatus habet operationem naturalem quælibet res ſecundum ſuam ſpeciem. ſic & animæ creantur quotidie a Deo, & poſtea habent operationem naturalem.

Sed dicendum, quòd ille ignis partim habebit operationem naturalem, & partim ſupernaturalem, ideſt B
ſupra virtutem ſuæ ſpeciei. Et hoc, quia duo competunt ei, ſ. eſſe ignem, & eſſe inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. Pro primo competit ei operatio naturalis. Pro ſecundo aliquis modus operationis ſupra vires naturæ. De primo patet, quia iſte ignis alterabit corpora coniuncta calefaciendo, & igniendo ea, & gignendo ignem ex eis, & hoc facit ignis naturalis. De ſecundo patet, quia ſi ponatur (vt aliqui ponunt) quòd non ſit ſphęra illa ignis completa, ſed ignis cauſatus ſuper aliquam partẽ terræ, & debeat moueri ad alias, dabitur, quòd corpora denſiora cedant rariori corpori. quod eſt contra conditionem naturæ. C

Secundo, quia datur, quòd per iſtum ignem purgetur tota ſphæra mixtorum ſupra eum, & infra eum, & nihil plus vltra, neque minus citra, & hoc mirandũ eſt, quia cum ſe extendat ignis iſte vſque ad finem ſecundi interſtitij, & ſit tertium coniunctum illi, & nõ exurat, neque calefaciat, aut alteret aliquid de illo mirandum eſt, quia videtur, quòd quaſi ſit ignis intelligens, ſed eſt, quia mouetur ab intelligente, & idẽ eſt in alteratione verſus viſcera terræ.

Tertio, quia dato, quòd tota hæc magnitudo ſphęræ depurabilium exuratur, ideſt per totam eam agat ignis, quòd tamẽ nihil maneat in ea non depuratum mirandum erit, ſicut cum aliqua magna ſylua exuritur aliquid inter cętera exuſta manet non exuſtũ, maxime vbi cremabilia, & depurabilia non ſunt æqualis reſiſtentiæ, & ideo ab eodem igne videtur, quòd aliquid prius ſit totaliter exuſtum quam alia vri incipiant. D

Quarto, quia ignis iſte nõ incinerabit res ſingulas, ſed depurabit eas, & relinquet in ſua ſpecie, & in hoc magis apparet operatio mirabilis eius. Nam ignis, & quodlibet agens ſecundum naturam intendit deducere ſuam ſimilitudinem in paſſum conuertendo illud in ſuam ſpeciem, & tamen cum ille ignis poſſit hoc facere, non aget illud.

In quo præſupponendum, quòd inter ea quæ depurabuntur per ignem quædã ſunt quæ totaliter peribunt, ideſt non manebunt in eadem ſpecie. Alia vero manebũt in eadem ſpecie eadem, ſed alterata, & depurata. De primo patet, vt de mixtis, ſ. animalibus, plantis, metallis, lapidibus, & cęteris mixtis. nam redibunt in ſimplicia, & illa non erit purgatio, ſed potius corruptio, cum non maneat id, quod purgatur. E

De ſecundo, vt de elemẽtis, ſ. aqua, vel aere ingroſſato, & alterato. nam depurantur hæc, ita vt redeãt ad naturalem puritatem, & tamen maneant intra ſuam ſpeciem. ſed manifeſtum eſt, quòd ſi idem ignis ſecundum eaſdem vires agat in lapidem vſquequo reſoluat illum in elementa pura, vel agat in ferrum, & ſimul agat in aerem groſſum prius depurabit, & conuertet aerem in ignem quam alteret ferrum ad medietatẽ ignitionis, & tamen iſte ignis ſimul aget vtrũque horum, & poſtquam hoc fecerit in aliqua re nihil plus in ea aget, velut ſi vellet ibi terminare actionem ſuam. ergo iſte ignis non aget modo naturali, ſed ſicut intelligens. A

Et ex hoc volunt aliqui, quòd ille ignis nõ ſit eiuſdem rationis cum iſto, quia iſte non ſic agit. etiam iſte non purgat vniuerſitatem rerum, ille vero purgabit omnia.

Sed dicendum, quòd non ſequitur ex hoc, quòd ſit alterius ſpeciei, quia ille ignis aget, vt inſtrumentum diuinæ prouidentiæ, ideo poterit habere alium modum quam ignis iſte qui ſolum naturaliter operatur, quia inſtrumentum nõ manifeſtat in operatione virtutem ſuam, ſed principalis agentis. nam ſicut operatio quæ procedit a virtute rei eſt virtutis indicium, & virtus eſt indicium eſſentiæ, vel naturę, quia procedit a principijs eſſentialibus rei, operatio autem quæ non procedit ex virtute rei operantis nõ indicat virtutem ipſius, ſicut patet in inſtrumentis. actus enim inſtrumenti magis manifeſtat virtutem mouentis quã virtutem inſtrumenti, quia virtutem agẽtis manifeſtat, vt primum principium operationis, virtutem autem inſtrumenti nõ manifeſtat, niſi quatenus eſt ſuſceptiuum influentię principalis agentis quod mouetur ab eo. ſimiliter etiam virtus quæ non procedit ex principijs eſſentialibus rei non manifeſtat naturã, niſi quantum ad ſuſceptibilitatẽ, ſicut virtus qua aqua calefacta poteſt aliud calefacere nõ manifeſtat naturã eius niſi quantum ad calefactibilitatem, & ideo nihil prohibet, quin aqua habens hanc virtutem ſit eiuſdẽ ſpeciei cum aqua non habente virtutem iſtam. ſic etiam non eſt incõueniens, quòd ignis ille qui habebit vim purgandi faciem mũdi ſit eiuſdem ſpeciei cum igne noſtro, cum vis calefactiua illo modo non oriatur in eo ex principijs eſſentialibus, ſed ex diuina operatione.

An ignis ille præcedet iudicium, vel ſequetur.
Quæſt. CCCCLIX.

Quæretvr de illo igne quantum ad tempus, ſcilicet, an præcedat iudicium, vel ſequetur.

Aliqui enim dicunt, quòd erit poſt iudicium. Auguſt namque 20. li de ciui. Dei. hunc ordinem ponit dicẽs. circa ea quæ futura ſunt, ſ. in illo iudicio, vel circa illud has res dicimus eſſe venturas. Eliam Thesbitem, fidem Iudæorum, Antichriſtum perſecuturum, Chriſtum iudicaturum, mortuorum reſurrectionẽ, bonorum malorumque diuiſionem, mundi conflagrationem, eiuſdemque innouationem. ergo conflagratio iudicium ſequitur.

Secundo patet, quia Auguſt. ibidem dicit iudicatis impijs, & in æternum ignem miſſis figura huius mundi mundanorum ignium cõflagratione peribit. ergo prius erit iudicium quam ignis.

Tertio, quia dominus ad iudicandum veniẽs quoſdam viuos inueniet, vt patet primo Theſſa. quarto ca. ſcilicet nos qui viuimus, & reſidui ſumus in aduentu Domini non præcedemus eos qui dormierunt. inquantũ enim dicit viuos, & reſiduos neceſſe eſt tunc aliquos inueniri qui viuentes ſint quãdo Chriſtus venerit. ſed hoc non poſſet eſſe ſi ignis præcederet aduentum Chriſti, quia ille omnia exureret, ergo poſterius erit.

Quarto, quia dicitur, quòd Deus iudicaturus eſt ſeculum per ignem. Iſtud autem iudicium per ignem videtur eſſe executio diuinæ ſententiæ, ſed executio iudicij eſt poſt iudicium. ergo videtur, quòd ignis ſequitur

quitur iudicium. Dicendum, quòd ignis ille præcedet F
aliquo modo iudicium, quia dicitur Psal. nono ignis
ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu ini-
micos eius. ergo veniet ignis ante iudicium.

Secundo, quia resurrectio præcedet iudiciũ. quod
patet, quia dicitur Apo. 1. cap. quòd videbit eum om-
nis oculus. & nõ poterat hoc fieri si veniret Christus
ante resurrectionem, quia plures essent mortui quã
viuentes qui non possent videre Christum. ergo tunc
veniet quando omnes simul erunt, & hoc est post re-
surrectionem, sed mũdi conflagratio præcedet resur-
rectionem. ergo & aduentum Christi. & patet, quia
Sancti qui resurgent habebunt corpora impassibilia,
& immortalia, & ita iam non poterunt purgari, quia
quod purgatur patitur, & resoluitur, & tamẽ per ignẽ G
conflagrationis, vt Aug. dicit purgabitur siquid man-
serit, vel inuenietur purgandum in corporibus bono-
rum. ergo necesse est, quòd ignis præcedat iudicium.

Considerandum tamen, quòd illa conflagratio ali-
quo modo pręcedet iudicium, & aliquo modo sequi-
tur, sed pro maiori parte præcedet, & inquantum cõ-
flagratio est, vel purgatio mundi præcedet. & ideo in-
cipiet ante iudicium, & finietur post iudicium. Et pa-
tet, quia sicut supra dicebatur resurrectio erit ante iu-
dicium. nam illi qui iam dormierant rapientur ob-
uiam Christo in aera venienti, vt ibi cum eo sint, &
sic prius quam ille veniat resurgent ipsi. erit autem si-
mul resurrectio communis omnium, & corporũ san- H
ctorum glorificatio. & patet, quia resurrectio omniũ
tam bonorum quam malorũ erit simul, s. in momen
to, & in ictu oculi, & in nouissima tuba 1. Corinth. 15.
cap. cum vero boni resurgent accipient corpora glo-
rificata, quia alias daretur, quòd aliquo tempore post
resurrectionem adhuc essent miseri cũ haberent im-
perfectiones corporis, quod est absurdum. Item quia
Apostolus hoc expresse dicit 1. Corinth. 15. c. s. semi-
natur in ignobilitate surget in gloria, idest corpora
sanctorum quando resurgent erunt glorioſa, & aliæ
dotes corporum ibi ponuntur. renouabuntur autem
simul omnes creaturæ cum resurrectione mortuorũ.
ad Ro. 8. ca. ipsa creatura liberabitur a seruitute corru-
ptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. sed ad istã I
innouationem præcedet conflagratio mũdi quasi di-
spositio quædam, quia cum omnia depurata fuerint
innouabuntur. ergo & ad resurrectionem præcedet
conflagratio, & consequenter ad iudicium, cum re-
surrectio præcedat iudicium, vt dictum est.

Et tamen dicendum, quòd non penitus præcedet
quasi prius desinat ignis ille cõflagrationis quam fiat
iudicium, immo adhuc completo iudicio manebit il-
le ignis, quia inuoluet malos ad puniendum eos, &
tamen inquantum ille ignis dicitur purgare mun-
dum totaliter, præcedet.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd Aug.
posuit omnia illa euentura, & quantum ad hoc certũ
est, quòd euenient, sed de ordine non asseruit. Sed di- K
cendum, q̃ de ordine opinatiue loquutus est. nam di-
xit ibidem, quæ omnia ventura quidem esse creden-
dum est, sed quibus modis, & quo ordine veniant ma
gis docebit tunc experientia quam ad perfectionem
nunc hominis capiat intelligentia. æstimo tamen eo
quo a me ordine commemorata sunt esse ventura.
Ad secundum idem dicendum est.

Ad tertium dicendum, quòd cum Christus ad iu-
dicandum veniet, omnes inueniet viuos, quia iã om
nes resurrexerint, & tamen nemo erit viuens priori vi
ta quæ fuit ante mortem. dicitur tamen ex modo scri-
pturæ, quòd aliqui erunt viui tempore iudicij, & alij
mortui, quia vocantur viui omnes illi qui superuiuẽt
vsque ad tempus conflagrationis, & in ipsa morien-
tur, eo q̃ illa erit in ipso die iudicij, & sic erunt quasi
simul.

Ad quartum dici potest, quòd iudicandus est mun
dus per ignem, ideſt sententia iudicis per ignem tra-
detur executioni, sed non erit hoc, nisi quantum ad
malos, & hoc post iudicium erit, scilicet, quando in-
uoluet ille ignis reprobos deducendos ad inferos.

Aliter potest accipi, quòd iudicium sit ipsa conflа-
gratio, & ita mũdus iudicabitur per ignem, quia om-
nia ista corruptibilia, & mixta soluẽtur per ignem il-
lum, & non manebunt, nisi simplicia, & istud nõ erit
executio iudicij Dei, ad quod Christus venturus est,
quia tunc esset conflagratio post iudicium, sed voca-
tur iudicium more scripturæ omnis punitio.

De ordine autem eorum quæ circa iudicium eue-
nient dicendum, sicut dicit Magister 4. Sen. dist. 47. c.
quòd veniet ignis qui mũdum purgabit, facta purga-
tione veniet vox qua resurgent mortui, quæ vocatur
vox tubę, & resurgent omnes, & congregabũtur om-
nes de quatuor partibus mundi, & iusti eleuabuntur
tunc obuiam Domino in aera, mali autem manebũt
in terra quam dilexerunt. & tunc feretur sentẽtia pro
bonis, & contra malos, & dicentur illa quæ habentur
supra in litera in laudem bonorum, & condemnatio-
nem malorum, s. esurrui &c. Et tradetur sentẽtia exe-
cutioni, quia boni ibunt in vitam æternam, mali au-
tem in supplicium æternum.

An ignis iudicij consumet malos, & non bonos, vt dixit Magi-
ster sententiarum. *Quæst.* CCCCLX.

QVAERETVR circa modum operationis, & effi-
caciam illius ignis, s. an talem effectum habe-
bit qualem Magister ponit 4. Sent. dist 47. s. quòd ille
ignis malis qui fuerint inuenti viui, erit consumptio,
bonis autem non. & Aug. dicit, quòd quoſdam pur-
gabit, alijs nullam molestiam ingeret.

Aliqui dicunt, quòd non sit iste effectus ignis, sed cõ-
sumptio quantum ad malos, quia illud, quod consu-
mitur in nihilum redit, sed corpora dãmnatorum in
æternum manebunt, vt in æternum puniantur. ergo
non consumentur.

Aliqui dicunt, q̃ consumentur per ignem inquan-
tum resoluentur in cinerem. Sed non stat, quia sicut
corpora malorum resoluentur in cinerem, ita & cor-
pora bonorum. hoc enim priuilegium corporis Chri
sti fuit, quòd non verteretur in cinerẽ iuxta illud Psal.
15. & Actu 3. ca. non dabit sanctum tuum videre cor-
ruptionem. ergo si malis erit ignis ille consumptio et
bonis hoc erit. Secundo patet, q̃ resoluantur corpora
bonorum, quia infectio peccati magis abũdat in ele-
mentis, vt veniunt ad compositionem corporis hu-
mani in quo est corruptio fomitis, etiam quantum
ad bonos, quàm in elemẽtis extra corpus humanum
existentibus. Sed elementa extra corpus humanũ ex-
istentia purgabuntur propter peccati infectionem, vt
dictum est supra: ergo multo fortius oportet purgari
per ignem elementa in corpore humano existentia,
siue bonorum, siue malorum, & ita oportet vtrosq;
que corpora resolui. Tertio, quia quãdiu durat status
viæ semper elementa agunt in bonos, & malos, sed in
illa conflagratione adhuc durabit status viæ, quia post
statum huius viæ non erit mors naturalis, quæ tamen
causabitur per illam conflagrationem. ergo ignis ille
æqualiter aget in bonos, & in malos, & ita nõ erit alia
qua differentia inter eos quantum ad actionem illius
ignis. Quarto videtur, quòd non sit verum, quod dici-
tur, s. quòd per illum ignem purgabuntur omnia quę
purganda erunt, quia conflagratio illa, vt dicitur quia
si in momento perficietur, sed multi inuenientur vi

ui in quibus inuenientur multa purgabilia, vt quia A
multum peccauerunt, & non fecerunt satisfactionẽ,
licet de peccato doluerint. ergo non sufficiet confla-
gratio illa ad purgationem omnium purgabilium.

Dicendum, quòd ille ignis conflagrationis purga-
bit omnia purganda, siue in elementis, siue in homi-
nibus, & non habebit omnino similem effectum in
hominibus bonis, & malis, vtrosque tamen incinera-
bit, licet non puniet, vel affliget omnes.

Circa quod considerandum, quòd ignis ille habe-
bit duo, s. quòd sit ignis verus, & quòd sit instrumen-
tum diuinæ iustitiæ. Propter primum habebit opera-
tionem naturalem, vt consumat omnia apposita re-
soluẽdo vsque ad cineres si opus est ea resolui, & hãc
virtutem exercebit in bonos, & malos, & ob hoc vtro
rumq; corpora incinerabit. & ista actio est naturalis,
tam ex parte agentis quam passi. Agentis quidẽ, quia B
in vtraque aget quantum potest, & vltra incineratio-
nem nihil potest ignis in corpora aliqua. patientis ve-
ro, quia tam bonorum quam malorum corpora non
sunt disposita naturaliter, vt plus agere possit ignis in
ea, quam vt incineret illa. Inquantum vero est instru-
mentum diuinæ iustitiæ ager, secundum quòd a Deo
regetur, & quantum Deus volet: sicut enim se habet
homo ad rem artificialem, ita Deus ad rem naturalẽ:
homo enim cum gladio qui est res artificialis scindit
parum, aut multum quantum potest, aut vult. cum re
autem naturali non, quia si applicat ignem alicui rei H
non est in potestate hominis quantum agat, sed tantũ C
exuret ad quantum est in potentia, vt exurat. Deus au
tẽm huius potestatis est, vt agat quantum voluerit cũ
igne applicito illo, ideſt, quòd etiam si magnũ ignem
apposuerit potest cum illo parum cõburere, aut mul-
tum, sicut ei placuerit: immo & Deus potest cum re
naturali magis ad placitum operari quam homo cũ
gladio parum, aut multum abscindere, & tamẽ si ab-
ciderit carnem alterius hominis non est in potestate
eius, quòd alius parum, aut multum doleat, sed Deus
cum apposuerit ignem alicui sentienti est in potesta-
te eius parum, aut multum vrere, & quòd ex illa vstio
ne parum, aut multum doleat qui vritur, & hoc, quia
est simpliciter dominus naturæ.

Ex hoc autem sequitur diuersus modus agendi il- D
lius ignis, & dicẽdum, quòd aut aget in res animatas,
vt homines, aut in alias. Si in alias, aut illæ erunt sim-
plices, sicut elementa, aut mixtę ex elementis, vt ar-
bor, metallum, & lapis.

Si primo modo dicendum, quòd aget in omnia vs-
que ad depurationem ipsorum, ideſt, quòd aer ma-
neat purus, & aqua pura, & terra pura, & hoc est par-
tim naturaliter, & partim supernaturaliter. naturali-
ter quidem inquantum ignis agendo sufficit ad depu
rationem istorum, s. vt relinquat aerem purum, & ter
ram puram, & aquã sequestrato omni eo, quod alie-
num est, & hoc est quantum ad quędam ipsorum sal-
tem, quòd aliquo modo aget supernaturaliter, scili- E
cet quantum ad quædam ad quæ penitus depuranda
non sufficeret naturalis virtus ignis, & tamen erit cõ-
mune in omnibus his supernaturaliter agere quantũ
ad cessandum ab actione. nam licet quælibet depuret
vsquequo reducat ea in puram simplicitatem, nullũ
ipsorum conuertit in propriam naturam, ideſt effi-
ciendo ignem, & tamen secundum actionem natura
lem ignis ea corpora quæ vrit vertit in ignem si per-
mittatur agere. Si vero sunt mixta ea in quæ agit, &
non sunt homines viuentes, agit in omnia vsq; ad in-
cinerationem. nam neque pecus, neque animal aliqđ
aut metalla, vel arbores, aut lapides manebunt, & in
ista agit naturaliter, & supernaturaliter. De primo, q̃
omnia hęc incinerabit, sicut naturaliter incinerare pos-
set. De secundo, quia ad quædam istorum resoluenda
nõ sufficit ignis, sicut in metallis. nam aurum purum
positum in igne non consumitur, & vitrum quoque
in igne manet, s. massa eius, & tamen ista non mane-
bunt post conflagrationem, sed redibunt in elemen-
ta pura, ideo necesse est maiorem virtutem esse ignis
ad ista agendum, & sic sufficiet ad hoc ignis ille, vt in-
strumentũ diuinæ iustitię adiutus ab agente principa-
li deriuata ab eo virtute. Aget etiam supernaturaliter
in his, quia nullum horum ad se conuertet ignis, licet
posset naturaliter conuertere.

Si autem agat in homines viuentes, quia inueniẽ-
tur multi viui quando ille ignis veniet, Dicendum q̃
aut quæritur de resolutione corporum, aut de pœna
eorum in exustione. De primo dicendum, q̃ aget in
omnibus naturaliter, & æqualiter, & omnia resoluet
incinerando ea. De secundo dicendũ, quòd non aget
æqualiter, neque vno modo, sed aut illi erũt mali, aut
boni. De malis dicendum, quòd omnes exurentur, &
grauissimum sensum doloris habebunt, sed nõ equa-
liter, quia magis mali magis dolebunt, sicut enim in
inferno, licet idem sit ignis nõ erit equalis cruciatus,
sed deteriores magis puniẽtur secundum proportio-
nem peccatorum, ita & tunc: & causa est, quia tũc in-
cipiet pœna inferni in malis, cum ille ignis sit a Deo
missus, vt tunc mali moriantur, in morte autem pœna
inferni incipit in damnatis. De bonis dicẽdum, quòd
aut erunt totaliter boni, sicut illi de quibus Apostо-
lus dicit 1. Cor. 3. c. quòd non ædificauerunt lignum,
fœnum, & stipulam, sed aurum, & argentum, & lapi-
des precioſos, ideſt qui, neque venialia habebunt, ne-
que manebit eis obligatio ad satisfaciendum pro ali-
quo mortali de quo iam doluerint, aut erũt boni me-
diocres qui venialia habent, & onus satisfactionis pro
aliquibus mortalibus de quibus iam doluerint, qui di
cuntur ædificare lignum, fœnum, stipulam eod. c. De
primis dicendum, q̃ insensibiliter exurẽtur, ideſt nul-
lam angustiam in hoc sustinebunt, sicut fuit de tribus
pueris in camino ignis laudantibus ibi Deum. Dan. 4.
c. sic dicit Aug. & Magister 4. Sen. dist. 47. s. hoc erit in-
cendium mũdi sanctis, quod fuit caminus tribus pue-
ris, & hoc diuina virtute fiet, quia alias cum ignis sit
afflictiuus non posset quis vri sine dolore. etiam quia
nemo occidi potest sine cruciatu, nisi penitus insensi-
bilis redditurus fuerit. Erit tamẽ differentia aliqua in-
ter sanctos illos, & pueros tres, quia pueri non dolue-
runt, neque ignis tetigit eos, neque vestes ipsorum.
Dan. 4. c. & tamen in conflagratione, licet boni non
dolebunt cum exurentur, resoluentur tamen corpo-
ra eorum vsque ad cinerem, & a fortiori vestes quæ
iam non erunt necessariæ.

De bonis autem mediocribus dicendum, q̃ susti-
nebunt dolorem in vstione, & hoc equaliter, quia qui
plura purgãda habuerint plus dolebũt, qui vero pau-
ciora minus dolebunt, & in hoc erit actio supernatu-
ralis illius ignis, quòd alios plus alios minus cruciet,
& hoc secundum exigentiam meritorum, quia erit
agens secundum rationem. non quidem, q̃ ignis in-
telligat, sed quòd ab intelligente moueatur cui tota-
liter obedit.

Ad primum dicendum, q̃ ille ignis nullam rẽ con-
sumet proprie loquendo, quia nullum ens conuerte-
tur penitus in nihilum per illum ignem, quia mane-
bit quantum ad materiam, sicut nũc fit per istum no-
strum ignem. sed vocatur consumptio, ideſt incinera-
tio. res enim consumitur quando ipsa non manet, qđ
vero incineratur non manet, ideo dicitur consumi.
Ad secundum dicendum, q̃ sicut corpora malorum
incinerabuntur, ita & corpora bonorum, & tamẽ nõ
dicuntur consumi vtraque, quia nõ est penitus in eis
simile.

Universidad de Sevilla

simile. Nam malorum corpora cum magno cruciatu resoluuntur, corpora vero bonorum non, vt dictū est, & tamē siquis dicat etiam corpora bonorum per illum ignem consumi, non negamus.

Ad tertium dicendum, ꝙ tam in elementis quam in corporibus humanis erit actio ignis depurantis, & vtrobique depurabitur tam peccati infectio quā naturæ corruptibilitas, licet in homine non tolletur tota infectio peccati, cum in malis manebūt post mortem peccata quæ nunquā poterunt abstergi, sed istud erit quantum ad animam, ad corpus vero nulla infectio manebit in eis, neque contagionis peccati, neq; corruptibilitas ex mixtione, quia licet postea redeat corpus mixtum, non manebit conditio corruptibilitatis quæ nunc manet, sed licet omnia hæc resoluantur, & depurentur, non erit idem modus, quia in bonis fiet sine dolore, in malis autem cum dolore magno. Ad quartum dicendum, ꝙ in conflagratione illius adhuc manebit status viæ, qui semper stat vsque ad resurrectionem, & ideo ignis ille habebit statum viæ quantum ad aliquid, s. quia tam in bonorum quā in malorum corpora aget vtraque resoluendo. habebit tamen aliquo modo statum alium inquātum erit instrumentum diuinæ iustitiæ: licet enim corpora ex seipsis tam bonorum quam malorum erunt susceptiua doloris, & æqualiter, tamen Deus volet, quòd non puniātur æqualiter, sed secundum exigentiam meritorum.

Ad quintum dicendum, quòd per illum ignē purgabuntur omnia quę purgāda fuerint in bonis, in malis vero non. quantum ad corpus quidem illi depurabuntur, vt maneāt corpora eorum incorruptibiliter, sed non quantum ad animam, quia tunc haberēt vitam æternam, quæ datur omnibus mundis corde supra 5. ca. beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. vnde nō solum non purgatur ab omnibus iniquitatibus, sed a nulla purgantur: immo in æternum manent infecti peccato, & debitores pœnæ, in bonis autem secus est. nam illi purgabuntur, & necesse est, ꝙ purgentur tūc ab omnibus peccatis, s. a venialibus, & satisfactionibus pro præteritis mortalibus. nam a mortalibus non purgabuntur, quia qui in mortali inuenientur non erunt boni, sed damnati. Est tamē verum, quòd poterunt aliqui purgari a mortalibus in illo igne, s. quia ille ignis non occidet in instanti, licet velociter, & cito agat, sed in parua morula, & interim poterit quis de peccato dolere, quia ad remissionem mortalium non requiritur, nisi motus liberi arbitrij qui est in instanti. hoc ergo modo potest deleri peccatum, sed nō est deleri per ignem, sed per actum liberi arbitrij, licet ignis sit occasio ad hoc. peccata autem venialia directe tollentur in bonis per pœnam illius vstionis, cum non requirant contritionem ad suā deletionem, sicut & in purgatorio delentur, etiam ꝙ mortalibus quæcūque satisfactio debita potest ibi expleri, sicut decedentes in charitate si magnam satisfactionis obligationem habeant puniuntur in purgatorio, & pœna illa est loco satisfactionis, sic ille ignis penam inferens erit loco omnis satisfactionis debitę. Et necesse est, quod de his omnibus satisfiat per pœnā illius ignis, quia ad vitam æternam, sicut nemo cum mortali admittitur, ita neque cum veniali, quia illud aliquod peccatum est, & oportet omne malum, aut immundum abesse eis qui ad beatitudinem recipiendi sunt, etiam necesse est præmitti satisfactionem debitam, quia alias maneret aliquid iniuste se habens in vita æterna, s. obligatus ad pœnam nullā sustinere, sed gaudio frueretur, quod contra iustitiam Dei est. tota ergo satisfactio expleta erit antequā recipiatur quis ad vitam æternam. Sed non potest aliqua pœna tolerari a bonis post resurrectionem, quia in resurrectione accipiunt dotes corporis & animæ illi, qui nō habuerunt prius eas. Nam boni qui ante iudicium moriuntur statim, vt transferūtur ad vitam æternam accipiūt dotes animæ. Etiam necesse est, quòd accipiant dotes corporis, vt patet 1. Corinth. 15. c. s. seminatur in corruptione surget in incorruptionē, seminatur in ignobilitate surget in gloria, seminatur in infirmitate surget in virtute, seminatur corpus animale surget spirituale. & per hoc signantur quatuor dotes corporis. Et sic tunc cum boni resurgent in ipsa resurrectione habebunt dotes istas. Sed habens dotes animę, & corporis est beatus. & stantibus dotibus nihil pati potest. ergo nullam pœnam patientur boni post resurrectionem. Secūdo, quia statim post resurrectionem est iudicium æternū. ergo non erit aliquod tempus in quo post resurrectionem patiantur boni aliquam pœnam. Et tamen necesse est eam sustinere antequā recipiantur ad vitam æternam. ergo non supereſt quando illā tolerent, nisi in pœna ignis cōflagrantis, & sic patientur ibi omnes boni in quibus aliqua purgāda fuerint pro illis purgandis. Sic dicit Aug. hoc erit incendium mūdi sanctis quod fuit caminus tribus pueris, in quibus aliquid purgandum fuerit per illum ignem purgabitur, alijs vero nullam ingeret molestiam, & idem Magister 4. Sen. dist. 45.

Quomodo magni peccatores poterunt in tam breui tempore de omnibus suis peccatis purgari. Quæst. CCCCLXI.

Sed quæretur cum aliqui habebunt multa tolerāda, vt quia multa venialia commiserunt, & multa mortalia, de quibus nondum satisfecerunt, quomodo poterunt in tam breui tempore purgari de omnibus illis.

Et confirmatur hoc, quia ignis purgatorius est acrior quam ignis huius vitę, & tamen defuncti puniūtur ibi longo tempore, s. aliqui eorum. ergo nō videtur quomodo omnes illi qui tunc inuenientur poterunt tam cito purgari. Secundo, quia qui inæqualiter peccauerunt inæquali tempore puniuntur, & ideo, ꝙ aliqui possent in tam breui tempore purgari nō erat mirum, quòd tamen omnes possent puniri est admirandum, cum aliqui plus quam millecuplo purgatione indigeant super alios, ideo videtur non credibile.

Dicendum, quòd necesse est, quòd in illo pauco tempore purgentur omnes boni qui aliquid purgandum habuerint, & puniātur sufficienter pro omnibus malis de quibus satisfaciendum sit, & non impedit brevitas huius temporis, quia ad hoc tria adiuuabunt. Primum est, ꝙ omnes boni qui in illo tempore inuenientur pauca habebunt purganda, ita vt possint in illo pauco tempore sufficienter purgari. Et ratio est, quia ante iudicium præcedent terrores multi, & signa admiranda Luc. 21. cap. s. erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quę superuenient vniuerso orbi: nam & virtutes cęlorum mouebūtur, & ideo cum tanta terribilia præcesserint, illi quibus Deus dederit aliquem spiritum compunctionis affligent seipsos, & dolebunt de præteritis, & cum in timore continuo perseuerauerint, aut vitijs saltem indulgere non ausi fuerint, cum superuenerit ille ignis, poterunt breuiter purgari, quia pauca habebunt purganda, ideo pauci temporis afflictio sufficiet ad eos purgandum.

Secunda causa est, quia hanc pœnam viui inuenientur ilti, & pœna voluntarie tolerata est magis satisfactoria, quam inuoluntarie tolerata. Et apparet, quia mala quæ quis sponte subeunt

sunt meritoria, & satisfactoria valde, cum vero è contrario parum satisfaciunt.

Si autem dicatur, quòd non tolerabitur spōte, quia ista pœna superueniet nescientibus hominibus, & nolentibus, ideo quòd non sit meritoria ex voluntate.

Dicendum, quòd licet non voluntarie subitur voluntarie tolerabitur, & hoc sufficit ad esse meritorium. Tres enim gradus sunt in toleratione pœnæ. Quidam enim tolerant, quia illam subeunt, vt qui ieiunāt, aut corpora sua qualibet alia duricie affligunt. Alij non subeunt, neque prouocant sibi dura, & tamē cum inflicta fuerint ab hominibus, vel a Deo, sustinēt illa voluntarie, ideſt non murmurant. & non refugiunt, licet possent. Alij autem cum puniuntur impatienter se habent, & murmurant. primi valde merentur, & satisfaciunt. secundi merentur, licet minus quam primi, & multum satisfaciunt. tertij neque merētur, neque satisfaciunt, sed ab eis pœna exigitur. in illo autem igne conflagrationis nemo subibit pœnam illā quasi ipse eam prouocans, quia non est in potestate hominis eam deducere, neque aliquis sciet diem, aut horā illius, sicut in litera dicitur præcedenti c. erit tamē secundus modus, s. ꝙ quando veniet ille ignis boni sciēt es illum a Deo missum ad purgationem suam sustinebunt illum patienter, & per hoc merebuntur, & satisfacient valde, sicut qui ægritudines, aut quaslibet alias tribulationes a Deo immissas patienter sustinet. nam in eis virtus perficitur 2. Corinth. 12. c. Sic etiam apparet de martyribus quantum ad vtrunque tam ad meritum quam satisfactionē. De primo apparet, quia martyres etiam si leuem pœnam tolerent, quia tamē eam voluntarie sustinent, non quidem se obijciendo sed cum deprehensi fuerint firmiter confitendo magnum præmium apud Deum habent, & Ecclesia eos magnis extollit laudibus. De satisfactione etiā apparet, quia quantacunque crimina commiserit ille qui pro Christi confessione moritur, non habet pœnam aliquam purgatoriam post hāc vitam, sed statim euolat. Sic dicit Aug. ꝙ in martyribus siquid purgandum inuenitur falce passionis relecatur. & tamen manifestum, quòd valde diuturniorem pœnam, & acriorem toleraret quis in purgatorio pro illis peccatis, ideo pœna sponte in vita tolerata est multum satisfactoria, licet quis nō procuret eam, & licet non sit æqualis ratio satisfaciendi in illis qui tunc inueniētur, & in martyribus, quia martyres pro Christo cū possent negando liberari moriuntur. illi vero qui tunc inueniuntur non pro Christo moriuntur, sed quia ille ignis immittitur, & non est in potestate eorum euadere cum necesse sit omnes vri. Erit tamen æqualis satisfactionis ratio in eis, & in illis qui ægritudinem a Deo immissam tolerant patiēter, quam tamen necesse est sustinere. ideo poterit per illum ignē in breui expiari quicquid satisfaciendum, & purgandum est.

Tertia ratio est propter intensionem pœnæ illius. nam licet afflictio illa parua sit in tempore, est longa in intensione. potest enim quis tantam pœnam pati in vna hora quantam alius in vno anno, & ideo licet ille ignis vnus, & idem sit, quia tamen qui puniuntur diuersimode peccauerunt, affligentur inęqualiter secūdum proportionem suorum criminum, siue obligationis ad satisfaciendum relictæ ex criminibus. & hoc planum est poni in illo igne, quia vt dictū est ille aget, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, ideo aget, vt ens rationale, aut ab intellectu motū intendens, aut remittens operationem suam, & pœna erit quanta voluerit qui infligit. Iste est Deus qui semper iuste agit, sed peccatores inæqualiter merebuntur inequalem pœnam, & omnibus debebit infligi in illo pauco tēpore, quia bonis ad pœnas nullum postea tempus supereſt. ideo in breui tempore omnibus dabitur pœna quantā merentur, & erit inæqualis, licet sit tempus æquale.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd omnia quæ purganda fuerint quātumlibet magna poterūt in illo pauco tempore purgari. Cum vero de purgatorio dicitur militant duæ primæ rationes in cōtrarium. Prima quia de omnibus bonis creditur, ꝙ pauca habebunt tunc purganda, eo quòd terroribus precedentibus, & persecutionibus purgati erūt. quod nō est de illis qui nunc moriūtur, & puniuntur igne purgatorio, ideo non est mirum si illi breuiter purgētur. Secunda etiam ratio, s. quia qui tunc exurentur viuentes erūt, & sponte tolerabunt, ideo breuis pœna equiparabit magnam, secus de existētibus in purgatorio. sunt enim mortui, & non spōte sustinēt, sed quia necesse est. & causa præcipua est, quia qui in purgatorio sunt non satisfaciunt, sed pœna ab eis exigitur. nam satisfacere non est, nisi per actionem meritoriam. non est autem meritum, nisi in via. in termino autem nō est mereri, aut demereri, sed præmium, & pœna. qui autem sunt in purgatorio sunt extra viam, cum non possint iam mereri, neque demereri, ideo neque satisfaciunt, sed pœnam sustinent, quæ eis taxata est, & ab eis exigitur. si autem ipsi viuentes sustinerēt, forte tertiam partem illius mererentur, & satisfacerent potius quam per totam illā in purgatorio. & ista est causa præcipua quare breuius, & per minorem pœnā purgamur in vita quam post mortem. nam viuentes satisfacimus, post mortem vero purgamur, sed non satisfacimus.

Ad secundum cum dicitur, quòd inæqualiter peccantes inæqualem pœnam tolerant. Dicendum, quòd verum est, & tamen inæqualitas pœnæ potest dupliciter considerari, quia aut secundum inęqualitatem tēporis, ideſt durationis aut secundum inæqualitatem acerbitatis. pœna vero magis respicit acerbitatem quā diuturnitatem, ideo aliqui in paruo tempore puniuntur plus quam alij in magno tempore, & non solum hic, sed in purgatorio. nam non punitur plus qui ibi diuturnius manent, sed diuturnitas, & acerbitas considerantur secundum conditiones peccatorum. nam qui diutius peccatis inhęserunt, licet minora sint, diuturnius manent, qui vero grauioribus se immiscuerunt, aut ardētius illis, puniūtur acerbius. vnde in purgatorio nunc aliquis plus punitur in vna die quam alius in vno mense, & in inferno similiter, licet ibi alia causa sit, quia duratio, vel diuturnitas est æqualis, s. æternitas. in purgatorio autem temporaliter manetur. Et sic ad argumentum dicendum, ꝙ si præsupponeretur pœnam omnium in illo igne futuram æqualem quantum ad acerbitatem, necesse esset, quòd maiori tempore puniretur qui plus peccauerat, & tamen nō erit in eodem tempore acerbitas æqualis, ideo qui inæqualiter peccauerunt poterunt ibi puniri in eodem tempore, & quilibet sufficienter cum sic in purgatorio fiat, & non solum faciet hoc ille ignis in hominibus ad distributionem pœnarum, sed etiam in elemētis, & rebus inanimatis. nā in tempore æquali purgabit omnia elementa, & mixta. sunt autem quædā quę indigent plus quam centuplo maioribus viribus quā alia, sicut ad resoluendum aurum in elementa pura plus quam centuplo erunt necessariæ maiores vires quam ad depurādum aerem nubilosum, vt purus efficiatur, & tamen idem ignis in tēpore æquali vtrunque efficiet, & non transcendet istud, quia postquam depurauerit aerem nō inflammabit illum, vt in ignē conuertat, & sic necesse est, quòd inæqualiter agat in hæc, licet in tempore æquali.

Vtrũ ignis post iudicium sit in quo crucientur mali in æternum, Quæst. CCCCLXII.

QVAERETVR circa istum ignem conflagrationis, an post iudiciũ ipse inuoluat, & exurat reprobos, & sit in quo crucientur mali in æternum.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Mala. 3. c. super illo verbo, purgabit filios Leui, dicit glo. duos ignes legimus futuros. vnũ quo purgabit Deus electos, & præcedet iudicium, alterũ qui reprobos cruciabit, & iste est ignis finalis. ergo non erit ignis cõflagrationis qui præcedet iudicium.

Secundo, quia ignis conflagrationis obsequit Deo in conflagratione mũdi. ergo debet remunerari alijs elementis remuneratis, & præcipue cum ignis sit nobilissimum elementorum. ergo nõ videtur, quòd debeat deijci in infernum ad punitionem damnatorũ.

Tertio, quia ignis qui malos inuoluet erit ignis inferni, & iste paratus est ab initio mundi, vt dicitur in litera, s. ite maledicti in ignem æternum qui præparatus est diabolo, & Angelis eius. & tamẽ ignis conflagrationis non est alius ab igne inferni qui cruciabit, & inuoluet malos.

Alij dicunt, quòd ille ignis inuoluet, & puniet reprobos, quia dicitur Psal. 96. ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. & dicitur illud de igne conflagrationis. sunt autem mali inimici Dei, ergo ignis ille puniet malos. Secundo, quia dicitur Dan. 7. c. fluuius igneus, & rapidus egrediebatur a facie eius dicit ibi glo. vt peccatores traheret in gehennam. & accipitur illa auctoritas de igne conflagrationis, vt patet ibi ex alia glo. quæ ibi dicit, vt bonos purget, & malos puniat. Sed q malos punit mergitur cum eis in infernum, ideo ignis cõflagrationis mergetur in infernum, vt ibi malos puniat.

Dicẽdũ, quòd ista dubitatio est de exitu illius ignis conflagrantis, idest in quo finietur, vel quid de eo fiet post conflagrationem. nam illa conflagratio cito trãsibit. & volunt aliqui, quòd maneat totus ille ignis, sed non vbi erit quando mundum exuret, neque vnitus existens, sicut prius, sed diuisus. Pro quo dicunt, q tota purgatio, & innouatio mundi ad purgationem, & innouationem hominis ordinabitur, & ideo oportet, vt mundi purgatio, & innouatio purgationi, & innouationi humani generis respondeat. humani autẽ generis quædam purgatio erit, quòd mali separabuntur a bonis vnde dicitur Luc. 3. ca. cuius ventilabrum in manu sua & purgabit aream suam, & congregabit triticum suum, idest electos in horreum suum. paleas autem, idest reprobos comburet igne inextinguibili. Vnde ita erit de purgatione mundi (vt dicunt) quòd quicquid erit turpe, & fœdum in infernũ cum reprobis detrudetur. quicquid autem erit pulchrum, & nobile in superioribus, idest supra terrã reseruabitur ad gloriam electorum, & ita etiã dicũt de illo igne cõflagrationis, sicut dicit Basilius super illud Psal. 28. vox Domini intercidentis flammam ignis, s. quòd quicquid calidum vtiuum, & grossum in igne reperietur descendet ad inferos ad pœnam damnatorum. quod verò est ibi subtile, & lucidum, remanebit superius ad gloriam electorum.

Sed ista positio aliquam calumniam sustinet dando istas partes in igne. Et primo quantum ad id, quod in infernum mittitur, nam ponitur esse aliquid grossum, & vtiuum, & aliquid subtile. ignis tamen est eius homogeneũ, & eiusdem naturæ in toto, & partibus, ideo cum ignis secũdum suam speciem requirat determinatam raritatem, videtur q in qualibet parte illam habeat, quia alias pars quæ minorem raritatem habuerit consistet citra naturalem dispositionẽ ignis, vnde non potest hoc stare. Nisi forte accipiatur ignis pro re ignita, quia res ignita habet grossiciem maiorem, & minorem, sicut ferrum ignitum est grossius quam aer inflammatus, & tamen nulla res ignita est ignis. Etiam concordat hoc ipsorum positioni. nam grossum, quod est ignitum, & non est ignis, est magis vtiuum quam ignis purus, sicut ferrum ignitum magis vrit quam flamma quæ est ignis. De partibus autẽ rerum ignitarum, an aliquæ mittantur in infernum, sicut quædam faces ardentes non est manifestum, neque istud inducit tam apertum inconueniens, sicut si verus ignis mitteretur illuc.

Secundo, quia cum iste ignis sit supra terram, si deberet aliquid eius mergi ad inferos oporteret moueri localiter, & de igne difficultas est quomodo moueatur localiter, cum nõ possit moueri, nisi in pleno, & sic oportet alia corpora ei cedere, sed illud est rarius corpus omnibus, & tunc manet difficultas.

Tertio, quia vt Arist. dicit ignis extra sphæram suã non potest esse, nisi in cõtinua generatione, vt declaratum fuit supra. & ideo quicunque ignis nisi fuerit necesse est, q illico pereat. nulla ergo pars ignis poterit moueri, vel deferri de superficie terræ, vt reconda-tur apud inferos. Nisi forte dicamus esse materiã ignitam, quia in illa perseuerauerat ignis non per hoc, q aliqua pars ignis eadem numero maneat, sed ex eo, q continue alteratur, & corrumpitur pars alia, & alia eius rei in qua est, & transit in ignem, & quandiu durat alteratio, & corruptio combustibilis perseuerat ignis per successionem generationis.

Quarto, quia nunc ante diem iudicij est ignis in inferno in quo torquentur damnatorum animæ, & ille sufficiens est ad puniendum omnes damnatos, maxime cum non agat actione reali, sed intentionali affigendo, & non exurendo, ideo non videt quare ignis alius postea illuc deducatur, sed pluritas ponenda non est sine necessitate.

Quinto quantum ad illã partem subtiliorem quæ dicitur manere quantum ad gloriam electorum, quia non videtur stare. nam aut ille ignis manebit in loco in quo fuit quando erat cõflagratio, aut ferentur in sphæram suam. Si primo modo non stat, quia ille locus non est naturalis ignis, vnde tunc fuit ibi genitus ad operationem aliquam diuinitus, completa autem operatione non videtur, quòd maneat, quia maneret contra naturam, & sic violenter, & hoc in perpetuum, quod est incõueniens. nam violentum non est perpetuum, & videtur esse praua dispositio, q aliquid naturale ponatur vbi in æternum maneat violenter, vel contra naturam, & tamẽ hoc necesse est, quia nunc est alteratio, & quotidiana generatio, & corruptio, tamẽ post diẽ iudicij nulla mutatio erit in rebus, sed qualiter aliqua res se habuerit, taliter manebit in æternum. ergo non manebit ibi. Sexto quia sequeretur etiam inconueniens, idest daretur miraculum sine necessitate. nam non potest manere ille ignis cum sit extra sphæram, nisi in continua generatione, ante conflagrationem autem poterat hoc dari, quia exurebantur impura ad depurandum, & ita aliqua inflammarentur, & per hanc inflammationem ignis successiue maneret genitus continue, & corruptus, sed post conflagrationem nihil inflammabitur, ideo ignis nõ poterat manere per generationem, sed necesse est, q aut totaliter pereat ille ignis, aut per miraculum conseruetur. causa autẽ miraculi huius nulla apparet, ideo videtur, quòd non dabitur ignis ille permanens in loco in quo prius fuit super terram. Septimo, quia hoc erit tam contra ordinem vniuersi quam diuinæ prouidentiæ: iuxta enim ordinem vniuersi, idest rerum ipsarum in se est, quòd totus ignis deberet poni super totam

totam machinam elementorum, & tamẽ iuxtã prouidentiam Dei ad conseruationẽ, & generationẽ animaliũ est aliquis ignis infra aerẽ, s. in superficie terræ: & ex ordine diuinæ iustitiæ est aliqs ignis infra terram apud inferos, sed q maneat in superficie terræ aliquis ignis post diem iudicij est cõtra ordinem vniuersi in se, est ẽt contra ordinem diuinæ prouidentiæ, quia ad nihil ibi prodest, ideo non erit ibi. Octauo, quia etiam non potest dici q feratur ad sphæram suam: nam non potest moueri sine miraculo, licet enim ferri ignem supra sit naturale, tamen cum moueatur per plenum, in quo sunt corpora densiora, q illa ei cedant supernaturale est, & hoc non dabitur, quia est superuacuũ. Nono, quia si feratur illuc oportet ampliari sphæram ignis ad infra, vel densari corpus totum ignis, vt ille ignis capiatur intra sphæram, quod non dicitur conuenienter. Decimo, quia videtur esse inordinatum quid, scilicet, quia subtrahitur aliquid ei cuius erat, & additur ei cuius non erat: nam ille ignis aliquid materiale est, & quia genitus fuit in superficie terræ, necesse est, quòd materia eius fuerit aliquando sub forma terræ, vel aeris, aut aquæ, & cum inde recedat ille ignis, deest illi elemento aliqua pars materialis, & additur elemento ignis aliqua pars materiæ, quæ nunquàm fuit eius. Vndecimo, quia videtur quòd ex hoc mutentur res a sua bona, & naturali dispositione: nam ignis conflagrationis manebit semper, quousque omnia sint depurata, post depurationem autem manebit quodlibet elementum in sua puritate, & dispositione naturali, idest, non competet ei maior raritas, neque densitas, si tamen daretur quòd iste ignis de superficie terræ, moueretur eundo ad sphæram suam, cum oporteret repleri locum in quo ille erat, necesse erat aerem rarefieri ad implendum illum, & tunc iam existeret aer a dispositione naturali, quam acquisierat per conflagrationem, quia magis rarefieret, & econtrario ignis superius densaretur.

Dicendum ergo videtur, quòd de illo igne erit, sicut de igne naturali, qui inter nos est. Ille quidem manet quandiu manet combustibile, & illo resoluto peribit ignis, ita tunc: nam quandiu durabit conflagratio erit ignis, & aliquid ignitum, omnia quidem quæ depurabuntur calefient, aut ignientur, & tandiu manebunt ignita quousque sufficienter fuerint depurata, & tunc redibunt in propriam naturam, & desinẽt esse ignita, ideo nulla pars ignita ascendet in sphæram ignis, aut descendet ad inferos, sed manebunt puræ effectæ in locis suis, idest, in terra, aqua, & aere. Finita autem ignitione, necesse est, quòd naturaliter ignis pereat, sicut inter nos consumpto corruptibili, non manet ignis. Et ideo tunc videtur, quòd conuertetur ille ignis in materiam, de qua genitus est, scilicet, de aere genitus est a principio, & in aerem conuertetur. & iste modus est multum conueniens, quia ad eum nullum inconueniens sequitur, & damus modũ communem, & naturalem: nam nunc quãdocunque corrumpitur ignis, vertitur in aerem, quia ista est facilli-ma conuersio tam propter similitudinem naturæ, q̃ propter occupationem loci. Ista ergo positio videtur esse verior, quàm præcedens, siquis tamen tenere velit præcedentem, non resistimus ei.

Ad argumenta in contrarium tenẽdo positionem communiorem quæ est prima, dicetur ad primum, quòd ignis qui purgabit electos ante iudicium, erit idem cum igne conflagrationis mundi, quamuis quidam contrarium dicunt. Conuenit enim, vt cum homo sit pars mundi, eodem igne purgetur quo mundus, & hoc verum est, quia ignis conflagrationis est in quo purgabuntur boni, qui viuentes fuerint inuenti. Sed an ignis purgans tunc bonos, & puniens malos in æternum sit idem, est præcedens controuersia, & tenetur supra quòd non, sed primi tenent quòd sic, & tunc dicunt quòd erit idem ignis, & quando dicitur quòd erunt duo ignes: respondent, quòd erit verum ad officium, sed nõ ad substantiam: nam aliud est officium punire, & aliud purgare. Etiam dicunt alio modo differre, quantum ad substantiam, scilicet, quia non totus ille ignis, qui fuit ad purgandum bonos, erit ad puniendum malos, sed pars eius, scilicet, subtilior manebit supra terram ad gloriam electorũ, & pars grossior erit ad pœnam damnatorum retrudenda in infernũ. Ad secundũ dicunt, quòd ille ignis remunerabitur, quia cum sit habẽs partem nobilem, & grossam, pars nobilis separabit vt maneat, & grossa retrudetur apud inferos, & tamen quòd commixtio illa faciẽs imperfectionem remoueatur, est quædam gloria, & remuneratio ignis. Ad tertium dicunt verum esse, quòd ab initio sit ignis inferni, & tamen ei addetur pars grossa ignis conflagrationis, quia sicut gloria electorum erit maior post iudicium, quàm ante, ita & pœna reproborum, ideo sicut claritas superiori creaturæ additur, ad augmentandam gloriam electorum, ita & quicquid est turpe in creaturis retrudetur in infernum ad augmentandum miseriam dãnatorum, & sic igni a principio præparato non est inconueniens postea addi partem grossam ignis cõflagrationis. Tenendo autem aliam positionem, non oportet respondere ad primum argumentum, sed potius illud probat positionem, scilicet, quòd ignis conflagrationis non mergatur in infernum, cum ponantur duo ignes, scilicet, qui electos purgabit, & qui puniet malos, & tamen purgans electos est ignis conflagrationis, quia in illa peribunt, idest, morientur, & resoluentur in cineres omnes boni, & mali viuentes, ideo ignis conflagrationis, & inferni non sunt idem ignis. Ad secundum etiam, & tertium non oportet respondere, quia ista probant nõ esse eundem ignem quod nos concedimus. Si tamen arguatur ex eodem fundamento, quòd cum nos dicamus desinere esse illum ignem, quòd non ponimus eum præmiari. Dicendum, quòd rebus irrationabilibus non datur directe præmium, cum eis non competat meritum, sed vocatur præmium, inquantum transeunt in meliorem statum, & ita competet illi igni, quia cum esset ignis habens statum viæ, scilicet, corruptionis, & actionis, atque passionis, per contrarietatem transibit in elementum purum aeris, habentis perpetuitatem incorruptionis, ideo sic præmiabitur. Sed ad duo alia in contrarium est dicendum ad primum, scilicet, q ignis inflammabit in circuitu inimicos eius, & erit ignis conflagrationis, & ille tam amicos, quàm inimicos Dei inflammabit, sed de inimicis, idest, malis dictum est, quia aliter boni, & aliter mali in illo igne ardebũt: nam omnes mali ardebunt cum grauissimo dolore, boni autem in quibus nihil purgandum inuenietur, nullam molestiã ab illo igne sentient, sicut de tribus pueris fuit, Daniel. 3. & dicit illud August. & Magister 4. Sentent. dist. 47. ẽt qa mali inflammabuntur ab illo igne per modum vindictæ, sed erit ignis cõferens eis per modum medicamẽti ad purgationem, vt efficiantur apti ad vitam æternam. Ad secundum dicendum, quòd ille ignis puniet malos non quidem in inferno, sed dum fuerint viuentes, quousque moriantur. Etiam post mortem, & resurrectionem quandiu manent in iudicio, puniet eos ille ignis. cum vero finito iudicio retrudendi fuerint in infernum, non sequitur eos ille ignis, sed extinguetur, & redibit in elementa pura, & ipsi mittentur in ignem æternum, qui a principio sub terra est. Cum vero dicit alia Glo. quòd ille ignis trahet malos in gehennam, potest intelligi,

intelligi, ideſt, ſequetur eos quouſque trahantur in gehennam, ſed non ibit illuc. Si autem teneat quis opinionem aliorum, dicet quòd ignis ille, quantum ad aliquam partem, ſcilicet, groſſam inuoluet reprobos, & trahet eos in infernum.

An aliqua mundi innouatio ſit futura.
Quæſt. CCCCLXIII.

CVM enim dictum fuerit de purgatione mundi per ignem conflagrantem, qui aliquo modo præcedet iudicium, dicendum eſt iam de ipſa mũdi innouatione, quæ erit ſimul cum iudicio, & ad purgationem ſequitur, & eſt primo dubium an aliqua mundi innouatio ſit futura? Aliqui dicunt, ꝙ non, quia nihil eſt futurum. niſi quod aliquãdo fuit Eccleſiaſtes. 1. cap. 1. quid eſt quod fuit ipſum, quod futurum eſt, ſed nunquàm mundus habuit aliã diſpoſitionem, quàm nunc habet, quantum ad partes eſſentiales, & ad genera, & ſpecies: ergo nunquàm innouabitur. Secũdo, quia innouatio, alteratio quædam eſt, ſed impoſſibile eſt vniuerſum alterari, quia omne alteratum reducitur ad aliquod alterans non alteratum, quod tamen mouetur ſecundum locum, ſed nõ poteſt aliquid motum poni extra vniuerſum: ergo neque poteſt mundus totus alterari, aut innouari. Tertio, quia dicitur Geneſ. 1. cap. Requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat: & exponunt Sancti, quòd requieuit a nouis creaturis condendis, ſed in illa prima conditione non fuit alius modus rebus impoſitus, q̃ iſte quem nunc habent naturali ordine: ergo nunq̃ alium habebunt. Quarto, quia iſta diſpoſitio quæ nũc eſt in rebus, eſt eis naturalis. ſi ergo in aliam diſpoſitionem immutentur, illa diſpoſitio erit eis innaturalis. Sed illud, quod eſt innaturale, & per accidens non poteſt eſſe perpetuum. 1. de Cœlo, & Mundo: ergo ſi inducatur diſpoſitio nouitatis, remouebitur aliquando ab eis, & redibit tunc in vetuſtatem, & ſic erit ponere circulationem in mundo, ſicut Empedocles, & Origenes poſuerunt, ideſt, vt poſt hunc mundum ſit alius mundus, & poſt illum alius, & ſic in infinitum innouabitur, quod eſt abſurdum, & cõtra poſitionem fidei. Quinto, quia nouitas datur in præmium creaturæ rationali: ergo vbi non poterit eſſe, vt præmium nõ dabitur, ſed rebus irrationalibus non poteſt dari præmium, quia præmium reſpondet merito, vbi autem non poteſt eſſe meritum, neque præmium erit: cõſtat autem quòd irrationalia non merentur, quia neque cognoſcunt finem ſimpliciter, neque habent actum liberum: ergo non innouabuntur irrationalia. Dicendum, quòd futura eſt innouatio omnium rerũ, quia Iſa. 66. c. dr, Ecce ego creo cęlos nouos, & terrã nouã: primũ cęlum, & prima terra abijt, & Apoc. 21. c. Vidi cęlũ nouum, & terram nouã. Secundo, quia habitatio debet congruere habitatori, ſed mundus factus eſt, vt ſit habitatio hominis, homo aũt innouabitur: ergo & mundus innouabitur. Tertio, quia omne animal diligit ſibi ſimile, Eccleſiaſtici 13. ca. Et ſimilitudo cauſa amoris eſt. 8. Ethic. ſed homo quandam hẽt ſimilitudinẽ cum vniuerſo, cũ ipſe minor mundus dicatur: ergo homo vniuerſum diligit naturaliter, & eius bonũ concupiſcit, vt ergo ſatisfiat deſiderio hominis, debet vniuerſum meliorari, & innouari. Circa hoc aũt ſciẽdũ, ꝙ ratio exigit, vt omnia entia corporalia propter hominem facta credantur, ſicut Ariſtot. dicit oĩa eſſe propter nos: vnde & oĩa dicuntur ſubiecta homini, Pſal. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & inquantũ ſubiecta ſeruiunt ei. Dupliciter autẽ ſeruiunt corporalia homini: vno modo ad ſuſtentationẽ corporalis vitę: inquantũ de terrenis, & corporalibus nobis eſt cibus, & licet cœlum, & alia elementa non ſint cibus noſter, agunt ad generationem cibi, & ad ſalubritatẽ vitæ, & cæteras indigentias, vnde nihil eſt quod ad vitam corporalẽ hoĩs prodeſſe non poſſit. Alio modo proſunt ad profectũ cognitionis diuinæ, inquantũ p creaturas Deum cognoſcimus, ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſed primo miniſterio creaturarum non indigebit homo, poſtq̃ glorificatus fuerit, quia erit corpus hominis tũc incorruptibile per virtutem animæ glorificatæ, iõ illa conſeruabit corpus, & nõ indigebit alimentis, neque alijs exterioribus, quibus nunc indiget propter continuam reſolutionem corruptibilitatis: ergo non poterunt prodeſſe creaturę, niſi quantũ ad ſecundũ, ſed ad hoc non proſunt, quantũ ad cognitionẽ intellectiuã, quia tali cognitione Sancti, videbunt Deum immediate per eſſentiã, & ideo non indigebunt aliqua creatura manuducente. ad hanc tamen cognitionem non poterit accedere ſenſus viſus, neque alij ſenſus, quia Deus eſt purus ſpiritus ſola ſpirituali actione percptibilis, oportebit igitur quòd detur aliquid, in quo excellenter delectetur viſus, & per quod deueniat in cognitionem Dei eo modo quo poteſt. Et hoc eſt ꝙ cum non poſſit deitatem in ſeipſa inſpicere, inſpiciat eam in ſuis effectibus corporalibus, in quibus manifeſta iudicia diuinæ maieſtatis apparebunt, & hoc præcipue in carne Chriſti, quæ erit corpus excellentiſſimum, & poſtea in corporibus Beatorũ, & deinceps in omnibus alijs corporibus ſm gradum ſuum, & iõ apparebit vt cætera corpora maiorem influentiã a diuina bonitate accipiãt, & iſta erit innouatio quædam omnium rerum, inquantum ſingulæ res, quæ manebunt poſt purgationem mundi, incipiẽt habere ſtatũ meliorẽ, q̃ prius habuerant, & tñ extendetur in tantũ iſta innouatio, vt ſpeciẽ non excedat. Nã licet q̃libet ſpẽs, ſm varietatem ſuæ formæ ſubſtãtialis exigat deterioratiõnẽ accidentiũ in materia facientiũ maiorẽ, aut minorẽ perfectionẽ, tũ non conſiſtit ille ſtatus accidentiũ in indiuiſibili, ideo põt addi maior, & maior perfectio intra ſpeciẽ: tanta aũt perfectio poterat alicui dari, ꝙ non maneret gradus ſpeciei, & iõ tunc q̃libet res innouabitur citra perfectionis vltimũ in ſua ſpecie, inõ excedendo, ſed peruenietur ad finem, in quẽ ſit quęlibet res tam perfecta, quantum ſua ſpecies capiat, & iſtã perfectionẽ tunc dandam quam nunq̃ res habuerunt ante iudicium, vocamus innouationẽ: vere quidẽ innouatio eſt, qa nouitas datur, i. talis ſtatus qualis nunq̃ fuit. Ad primũ dicendum, ꝙ ibi loquitur Salomon ſm curſum rerũ naturaliũ, i. ꝙ nihil eſt nouum, i. quantũ ad ſpeciẽ, licet bene quantũ ad individuũ, immo quantũ ad individuũ oĩa ſunt noua, quia natura non capit vt idem numero redeat, iuxta illud 2. de Generatione, & Corruptione. quorũ ſubſtantia perit in idẽ numero redire non põt, i. non ſufficit ad hoc vis naturę, ſed quantũ ad ſpeciẽ nihil eſt nouum, ſed quale aliqd nunc eſt tale aliqñ aliud fuit. Et hõ eſt qa oĩa iſta ſunt cãta a naturalibus cauſis, & radix omnis motus cęli, vt dr 1. de Generatione, & Corruptione. Sed motus ille eſt circularis, & redit talis aliqñ poſt hoc, qualis nunc eſt, iõ neceſſe eſt, ꝙ talia cauſentur aliqñ poſt hoc, qualia nunc cauſantur. Et iõ cũ nulla habitudo corporũ cęleſtiũ detur nũc, quæ aliqñ non fuerit, nihil nũc põt eſſe ſm ſpeciẽ, quod aliquando non fuerit. Et de tali loquitur Salomon: nam cum dixiſſet, qd eſt quod fuit? ipſum quod futurũ eſt, addidit, nihil ſub Sole nouũ, i. de eis, quæ ſunt ſubiecta Soli, i. ex cauſalitate corporum cęleſtium, ſed innouatio mundi non erit per cauſalitatem Solis, ſed operationem Dei, ideo eſſe poterit.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ loquẽdo de alteratione

ne large, i. aliter ſe habere, omnis innouatio eſt alteratio, ſed tunc dicendum, ꝙ illa innouatio non erit alteratio, prout eſt motus quidam, ſed aliquid operatum a Deo, ſicut de creatione dicitur. & cum dicitur de alteratione, ꝙ reducit ad alteras nõ alteratũ, eſt verũ de alteratione, pprie dicta, quæ eſt motus naturalis, & iõ habet cauſam naturalem, quia licet aliquid alteratum poſſit alterare aliud, tamen principium ſimpliciter alterationis eſt alterans, non alteratum motum localiter, & hoc modo verum eſt, ꝙ non poſſunt omnia alterari, & tamen iſta innouatio non fiet per cauſam naturalem, ideo reducitur ad non alteratum, neque motum, neque per motum operans. Ad tertium dicendum, ꝙ die ſeptimo quieuit a conditione nouarum creaturarum Deus, & tamen innouatio mundi futura eſt, quia ibi non eſt noua creatura, quæ non præceſſerit, ſed innouatio eius, quæ iam fuerat, & actu exiſtebat, nihil quidem poſt diem ſeptimum fecit Deus, qđ non præceſſerit in aliqua ſui ſimilitudine, ſecundum genus, vel ſpeciem, vel ad minus, ſicut in principio ſeminali, vel etiam ſicut in potentia obedientiali. Dicẽdum ergo, ꝙ nouitas, quæ fiet mundi, præceſſit in operibus ſex dierum, quia nihil aliud ſecundum ſpeciem, & genus accipient creaturæ, per illam innouationem quam acceperint in illis ſex diebus, ſed illud eẽ quod tunc acceperunt, meliorabit in eadem ſpecie, & illud etiam præceſſit non quidem actualiter, ſed in potentia obedientiali: nam quando creata ſunt talia, facta ſunt, vt recipere poſſent hanc innouationem, quę poſtea eis addetur, vel in eis cauſabitur. Ad quartum dicendum, ꝙ illa diſpoſitio innouationis, quæ inducetur in rebus, non erit naturalis, neque cõtra naturam, ſed præter naturam: nam res non poſſunt ad eam pertingere naturaliter, ideſt, ex principio intrinſeco, & p agens naturale, neque eſt contra naturam, quia in illa innouatione perficientur res vltra id, quod nunc hñt, nulla autem perfectio eſt contra inclinationem naturæ, cum potius omne ens inclinetur ad perfectionem, eſt ideo ſupra naturam, quia ab agente naturali, & iõ non erit violenta diſpoſitio cum non ſit contra inclinationem rerum, ſed potius eis conformis, & manebit in perpetuum, quia conſeruabitur a ſupernaturali agente, qui illam præſtitit. Ad quintum dicendum, ꝙ rerum irrationabilium non eſt proprie mereri, aut demereri, neque præmium accipere, aut pœnã. Et ideo mundus non meruit, vt aliqua innouatio in eo fieret, ſed Sancti meruerunt, vt fieret, inquantum illa innouatio in eorum gloriam cedit, ſicut homo meretur, vt pulchriorem domum inhabitet, vel vt veſtibus decentioribus induatur, & ſic domus melior efficitur, & veſtis ornatur, inquantum iſta in honorem, & gloriam hominis cedunt, ſic de mundo fiet, licet mundus nihil meruerit.

An elementa recipient aliquam claritatem, quam prius non habebant.
Quæſt. CCCCLXIIII.

QVAERETVR circa elementorum habitudinem in illa innouatione, ſcilicet, an recipient aliquam claritatem, quam prius non habuerint? Aliqui dicunt, quòd non, quia ſicut claritas, ſiue lux eſt propria qualitas corporum cœleſtium, ita calidum, ſiccum, humidum, & frigidũ, ſunt proprię qualitates elementorum: ſicut ergo corpora cœleſtia innouabuntur per augmentum claritatis, vt infra dicetur: ita etiam elementa immutabuntur per augmentum propriarum qualitatum, ideſt, calidi, humidi, &c. & ſic non per augmentum lucis. Secundo, quia rarum, & denſum ſunt proprię qualitates elementorum, quas elementa in illa innouatione ne non amittent, ſed raritas, & denſitas videntur reſiſtere claritati: nam corpus clarum oportet aliquo modo eſſe denſatum, vnde raritas aeris non videtur poſſe claritatem pati: ſimiliter etiam denſitas terræ, quæ peruietatem, & opacitatem inducit: ergo videtur ꝙ non renouabuntur elementa per claritatis additionẽ. Tertio, quia conſtat, ꝙ in iudicio, & maxime poſt iudicium, damnati erunt in terra. Sed ipſi erunt in tenebris exterioribus, & interioribus: ergo terra non dotabitur aliqua claritate in illa innouatione, & conſequẽter neque alia elementa. Quarto, quia multiplicatio claritatis in elementis multiplicabit calorem: ſi ergo in illa innouatione erit maior claritas elementorum, quàm modo ſit, erit & maior caliditas, & ſic mutabuntur a ſuis naturalibus caliditatibus, quæ ſunt in eis ſecundum certam menſuram, & hoc eſt abſurdum: ergo non augebitur in eis claritas. Quinto, quia bonum vniuerſi, quod conſiſtit in ordine, & harmonia, dignius eſt, quàm bonum alicuius naturæ ſingularis, ſed ſi aliqua creatura efficiatur melior, quàm eſt, tolletur bonum vniuerſi, quia nõ remanebit eadem harmonia: ergo ſi corpora elementorum, quæ ſecundũ gradum naturæ ſuæ, quem in vniuerſo tenent, debent claritatem habere maiorem, magis ex hoc peribit de perfectione vniuerſi, quam addatur, ſicut ſi vel let quis talem efficere oculum, vt melior eſſet, quàm eſt ipſe homo, qui eſt quoddam totum, haberet minus de perfectione, quam exiſtente pede, ſicut eſt citra perfectionem oculi. Aliqui autem dicunt, quòd innouabuntur per receptionem claritatis, quia Apocal. 21. cap. dicitur, Vidi cœlum nouum, & terram nouam, ſed cœlum innouabitur per maiorem claritatẽ: ergo & terra in claritate augebitur. Secundo, quia corpora inferiora ſeruiunt in miniſterio hominis, ſicut corpora ſuperiora, ſed creatura corporalis remunerabitur propter miniſterium quod Deo exhibuit, vt videtur dicere Glo. ad Rom. 8. cap. Ergo elementa glorificabuntur, ſicut corpora cœleſtia, & ſic accipiẽt claritatem. Tertio, quia corpus hominis eſt ex elementis compoſitum: ergo partes elementorum, quæ ſunt in corpore humano, glorificabuntur glorificato homine, ſed homo accipiet claritatem, quæ eſt vna de doribus: ergo & partes elementorum quæ in eo ſunt, ſed eandem conuenit eſſe diſpoſitionem totius, & partis: ergo tota ipſa elementa quadam gloria claritatis dotabuntur. Dicendum, quòd circa innouationem elementorum, & omnium rerum planum eſt, ꝙ neceſſe ſit illam cõcedere, cum tam ſcriptura veteris, q̃ noui Teſtamenti illam ponat, & iſta innouatio dicit gradum perfectionis ſuper oẽm perfectionem, quã aliqñ habuerunt, ſed quãra erit iſta perfectio, vel qualis non conſtat: ẽt an claritas inducetur in elementis, non poſſumus neceſſario conuincere, ſed ratio hoc aliqualiter ſuadet, & ſic ẽt eſt cõis poſitio, ideo vr dicendum, ꝙ elementa in illa innouatione accipient claritatem. Circa quod conſiderandum, ꝙ ſicut eſt ordo ſpirituum cœleſtium ad ſpiritus terrenos, i. humanos, ita eſt etiam ordo cœleſtium corporum ad corpora terreſtria, cũ autem creatura corporalis ſit facta propter ſpiritualem, & per eam regatur, oportet diſponi corporalia, ſicut ſpiritualia diſponuntur, in illa aut vltima rerum conſummatione ſpiritus inferiores accipient proprietates ſpirituum ſuperiorum, quia homines erunt ſicut Angeli Dei, ſupra 22. cap. vel æquales Angelis Dei, Lucę 20. & in hoc deueniẽt ad maximã ſuam perfectionem, quia maxima perfectio hominis eſt in eo in quo conuenit cum Angelis, ſic de corporibus inferioribus, & cœleſtibus. Non enim communicant inferiora corpora cum cœleſtibus, niſi in natura lucis, & diaphani, vt dr 2. de Anima: iõ oportet vt

inferiora concordent cum superioribus perfici, maxime secundum claritatem. Et ideo elementa omnia vestientur quadam claritate, sed non æqualiter, immo secundum proportionem suarum capacitatum: terra aũt vt dr̃ erit in superficie exteriori peruia, sicut vitrũ, aqua sicut crystallus, aer sicut cęlũ. ignis sicut luminaria cœli, sed an talis gradus lucis futurus sit nobis est incertum, quia nulla scriptura sacra hoc asserit.

Ad primum dicendum, ꝙ innouabuntur elementa per receptionem lucis, quia vt dictum est præcedenti quæst. ad hoc fiet innouatio mundi, vt homo etiam sensitiue Deum videat, quantum ad manifesta indicia in corporibus. inter sensus autem nostros spiritualior, & subtilior est visus, ideo quantum ad qualitates visuas, quarum principium est lux, oportet omnia corpora inferiora maxime meliorare: qualitates autem elementares pertinent ad tactum, qui est maxime materialis, & eorum excessus in contrarietate maxime est contristatiuus, quàm delectatiuus; excessus autem lucis non est tristabilis, sed potius delectabilis, cum contrarium non habeat nisi per accidens propter organi debilitatem, quæ tunc non erit, ideo in luce debent augeri omnia corpora ad hoc quòd illi glorificationi conueniant. Ad secundum dicẽdum, ꝙ rarum, & densum manebunt in elementis, quantum competit naturę ipsorum, & tamen erit lux in eis: videntur autem maxime repugnare ad hoc aer, & terra si non repugnant, quia aer manens in propria raritate habebit claritatem: non tamen habebit eam, sicut radios proijciens, quia ad hoc requireretur magna aggregatio lucis, quæ in elementis non potest esse nisi in denso, sed erit lux sicut in diaphano illuminato: terra autẽ naturaliter habet opacitatem propter defectum lucis, & tñ tunc habebit claritatem, non quidem per totũ corpus, sed in superficie, & hoc supernaturaliter ablata illa opacitate quæ est luci opposita, & in hoc non pręiudicabitur densitati terrę, quia cũ tanta densitate quanta requirit terra, stat aliqua lux. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ cum terra accipiat statũ gloriosum propter beatos, & illis prosit ad visum, vt dictum est, sufficiet superficiem terræ habere claritatem: profundum autẽ terræ non erit diaphanum, neque habebit claritatem, & sic manebunt damnati in tenebris, qui erunt in corde terræ, vnde conuenienter disponetur terra, vt sit in gloriam electorum, & in pœnam damnatorum. verum tamen dicunt aliqui totam terram tũc reddendam gloriosam, non quasi per totum eius profundum sit lux quod nullus ponit, sed quia recludẽtur spiritus hominum, & dęmonum in corde terræ quilibet, quantũ ad culpam sunt infimi, tamen quãtum ad naturæ dignitatem omnibus substantijs corporalibus sunt excellẽtiores, & magis ornabunt terram, q̃ quælibet qualitas ei inducta, vel quæ induci posset. Sed obijcietur, ꝙ adhuc non erunt in tenebris damnati, quia erũt in igne inferni, qui quantum ad aliquid eis lucebit, & quantũ aliquid non. Ad quartum dicendum, ꝙ omnia elemẽta recipient lucem, neque tamen ex hoc exibunt dispositiones naturales: in cœlo quidem nunc magna claritas est, & tamen non alterantur corpora cœlestia ad calorem, eo ꝙ illa non sunt alterabilia, & ita erunt elementorum corpora post diem iudicij, vt alterari nõ possint, sicut nunc corpora cœlestia, & tamen illa non immutantur a sua dispositione naturali, ita vt calefiant propter lucem: ergo neque elementa recipiendo claritatem calefient vltra cõditionem naturalem. Ad quintum dicendum, quòd si aliqua pars vniuersi meliorataretur alia manente in statu priori, periret proportio, & harmonia præcedens, & tamen omnia meliorabuntur non æqualiter, sed proportionaliter: vnde corpora cœlestia magis meliorabuntur, quàm elementa, quia aliàs non maneret præcedens harmonia, sicut apparet in numeris, scilicet, quatuor & sexdecim sunt in proportione quadrupla, si addantur duo ad quatuor, oportet addi ad sexdecim non solum duo, quia non manet prior proportio, sed tripla, idest, decem & octo ad sex, sed oportet addi octo, vt sint viginti quatuor, & sic manebit proportio prior, idest, quadrupla. sic autem erit melioratio, quia totum vniuersum meliorabitur, & singulæ partes secundum proportionem priorem, ideo manebit harmonia præcedens, in qua stat bonum vniuersi.

An in immutatione mundi accipient corpora cœlestia augmentum lucis. *Quæst. CCCCLXV.*

QVAERETVR an in illa immutatione mundi accipient corpora cœlestia augmentum lucis?

Aliqui dicunt, quòd non, quia illa immutatio in corporibus fiet per ignem, vt supra dictum est: ille quidem purgabit corpora, sed ignis purgans non pertinget ad corpora cœlestia, sed solum vsque ad tertium interstitium aeris, vt ostensum est supra, immo & corpora cœlestia non indigebunt purgatione ignis, licet fiat in eis purgatio per cessationem motus: ergo corpora cœlestia non innouabuntur per claritatis susceptionem. Secundo, quia sicut corpora cœlestia sunt generationis causa in istis inferioribus, per motum, ita sunt causa per lucem, sed cessante motu cessabit generatio, sed generatio nulla iam erit, ideo neque lux manebit quæ ad generationem facit, & sic non augebitur. Tertio, quia si homine innouatore innouantur corpora cœlestia, oportet quòd eo deteriorato deteriorentur illa. Et quia aliquando homo deterioratus est, fuerunt illa deteriorata, sed hoc non videtur probabile, quia corpora cœlestia sunt inuariabilia, quantum ad id, quod est in substantia eorum: ergo homine innouato non innouabuntur. Quarto, quia si deteriorata fuerint corpora cęlestia homine deteriorato, hoc videtur fuisse, quando primo homine cadente a statu originalis iustitiæ, in peccatum totum genus humanum in eo lapsum est, & ideo illa deteriorarentur tunc, & si tunc fuerint deteriorata, oportet quòd tantum deteriorata fuerint, quantum dicuntur esse melioranda in hominis innouatione, sed dr̃ Isaiæ 30. ꝙ erit tunc lux Lunæ, sicut lux Solis, ergo oportet ꝙ in primo statu a die quarto conditionis Solis, & Lunæ luceret tantum Luna, quantũ nunc lucet Sol, sed quandocunq; Sol est super terram, est dies ꝙ magnitudinẽ illuminationis eius, ergo q̃cunq; esset Luna sup terrã, ẽt esset dies, & hoc falsum est, ga tunc non esset nox a principio mũdi vsq; ad peccatũ Ada. & tñ erat dies, & nox, vt scriptura ponit, & ẽt terra sup quam erat Luna habebat noctẽ: cũ dicatur Genes. ꝙ facta est Luna, vt præesset nocti: ergo hoie peccãte non fuerunt corpora cęlestia diminuta in lumine, & consequenter neque eo glorificato, augebuntur in lumine. Quinto, quia claritas corporum cęlestium ordinatur ad hominum vsum, sicut & aliæ creaturæ: sed post diem iudicij claritas nõ cedet in vsum hominis, dicitur enim Isaiæ 60. c. non erit tibi Sol ad lucendum per diem, neque splendor Lunæ illuminabit tẽ, & Apocal. 21. cap. dicitur, quòd ciuitas illa Beatorũ non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea: ergo eorũ claritas non augebitur. Sexto, quia vr̃ ꝙ non esset sapiens artifex qui maxima, & pretiosissima instruendum, sed ret ad aliquod paruum ædificium construendum, sed homo est quoddam minimũ comparatione cęlestium corporũ, quæ sua ingenti magnitudine, quasi incõparabiliter hoĩs quantitatẽ excedunt, immo ẽt quãtum totius terræ, quæ se habet, vt punctus ad magnitudinẽ cęli, vt ostendit Astrologus: ergo cum Deus sit sapientissimus artifex, videtur ꝙ non fuerit homo finis creationis cœli, & tunc si cœli non fuerunt creati propter hominem, neque glorificabuntur glorificato homine, & sic non recipient luminis augmentum. Dicendum, ꝙ in illa innouatione mundi augmentum lucis accipient corpora cœlestia, quia Isaiæ 30. cap. dr̃, Erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter, sicut lux septem dierum. ista autem magna augmentatio est. Secundo, quia totus mundus immutabitur in melius, vt dictum est, & tamen cœlum est maior, & melior pars vniuersitatis inter creaturas pure corporales: ergo innouabitur, sed hoc non potest esse nisi maiori luce resplendeat, quia lux est propria qualitas corporum cęlestium: ergo augebuntur lumine. Tertio, quia omnis creatura, quę ingemiscit, & parturit, expectat reuelationem filiorum Dei, ad Rom. 8. c. Sed corpora cęlestia sunt huiusmodi, vt dicit ibidem Glo. Ergo expectant gloriam Sanctorum, sed non expectarent, nisi ex hoc eis aliquid accresceret: igitur eis claritas accrescet, quia per eam maxime decorantur. Circa hoc considerandum, quòd innouatio mundi ad hoc ordinatur, vt in mundo innouato, manifestis indicijs quasi sensibiliter Deus ab homine videatur. ducit autem creatura in Dei cognitionem per suam speciem, & decorem, quæ manifestant sapientiam facientis, & gubernantis, vnde dicitur Sapientiæ 13. ca. Augmentatione speciei creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. pulchritudo autem cœlestium corporum, præcipue consistit in luce, & sic Ecclesiastici 43. cap. dicitur: Species cœli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus. & ideo præcipue quantum ad claritatem corpora cœlestia innouabuntur: quantitas autem, & modus illuminationis, quantum ad singula corpora cœlestia non sunt nobis nota, cum neque scriptura de his expresserit, sed Deo soli qui hæc faciet nota, sunt. de Sole autem, & Luna dictum est, scilicet, quòd erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter: an vero hæc sic accipiantur ad literam, aut alius sensus accipiendus sit, de hoc dicetur Isaiæ 30. cap. Ad primum dicendum, quòd corpora cœlestia innouabuntur, & purgabuntur, sed non per ignem: purgatio quidem erit in omnibus, sed non depuratio. ignis quippe purgat depurando, idest, tollendo infectionem fœditatis contractæ in corporibus ex peccato, & maxime tollet impuritatem permixtionis, quæ est in corporibus ex mutua actione elementorum, in quibus vero nihil horum erit, non habebit locum ignis, ideo ille non purgabit cœlos, quia neque posset aliquid agere in illos. cœli tamen purgabuntur per cessationem, a quibusdam dispositionibus inexistentibus, idest, a motu, & ista purgatio erit dispositio ad nouitatem gloriæ. & illa nouitas erit in augmento luminis.

Ad secundum dicendum, quòd generatio cessabit post iudicium, quia non erit status qui nunc est, & cum corpus cœleste sit causa generationis, & corruptionis huius, cessabit a tota ista causalitate in actu. est autem causa per motum, ideo a motu cessabit, sed lux non cessabit. causa est, quia motus non est perfectio aliqua corporis cœlestis. Nam nullius rei motæ, inquantum mota est motus perfectio in seipsa, licet bene sit medium acquirendi perfectionem, cum sit actus entis in potentia, vel imperfecti. potest tamen pertinere ad perfectionem corporis, inquantum est causa alicuius. cum igitur motus nullius rei sit perfectio intrinseca, nec etiam erit perfectio cœli, rursus, quia per motum non acquiritur cœlo aliquid intrinsecum, sed respectus, vel vbi secundum partem,

non est aliqua imperfectio, quòd cesset cœlum a motu, quòd autem cessaret claritas, esset inconueniens, quia claritas est perfectio simpliciter secundum intrinsecum, & ablata quacunque perfectione rei, secũdum substantiam inexistẽtem est res minus perfecta, ideo non tolletur lux cœlestium corporum, licet tollatur, aut cesset motus, maxime quia tollere motum cœlorum, nihil est tollere de illis, sed solum cessare a motu, & nulla mutatio est, secundum extrinsecum cessare ab illo. perdere autem claritatem est tolli naturam propriam corporibus cœlestibus, in eo enim quòd talia sunt, competit eis lucem emittere, & nisi tolleretur eis natura non perderent lucem, ideo non perderent illam, sed augebuntur in ea.

Quomodo manebit lux, & generatio post iudicium, & an ex motu corporum cœlestium fiat generatio? *Quæst. CCCCLXVI.*

SED dicetur quomodo manebit lux in corporibus cœlestibus, quia tunc manebit generatio? nam per lucem sunt illa causa generationis, & corruptionis, sed generatio, & corruptio non manebũt, ergo neq; lux. Dicendũ, ꝙ manebit lux, sicut asserit scriptura. Isa. 30. ca. sed non manebit generatio, & corruptio, & ratio est vt aliqui dicũt, ga lux non est causa generationis, sed motus, ideo cessante motu, cessabit generatio, & corruptio, etiam si maneat lux. Sed dicendum, ꝙ non stat primo, ga operatio in natura non fit sine contactu, & tñ corpora cęlestia secundum motum non contingunt ista inferiora: contingunt aũt p̃ lucem: ergo non fit generatio propter motũ. Sed ad hoc aliqui dicunt, ꝙ fit contactus: nam corpora cęlestia mota, mouẽt elementum ignis propinquum, & illud rapit aerem coniunctum, & aer motus in circuitu calefacit ista inferiora, & sic fit generatio, & corruptio. Dicendum, quòd non stat, quia generatio, & corruptio si fierent ex motu isto, magis esset generatio, & corruptio in elementis coniunctis cęlo, idest, in aere, & igne, quàm in terra: cum illa superiora immediatius moueantur a cęlo, & hoc modo magis calefierent, sed falsum est, quia magis fiet generatio, & corruptio in terra: ergo non fit propter motum. Secundo, quia hoc videtur esse contra naturam: omnis enim operatio determinata, sicut est a substantia determinata, ita est per virtutem determinatã. oĩs aũt talis virtus est qualitas: motus autẽ non est qualitas, immo neq; ens alicuius prædicamenti, sed actus imperfectus, & mediũ ad formã acquirendã, ideo impossibile est, ꝙ motus sit principiũ actiuũ, sed corpora cęlestia sunt generatiua horũ iuxta illud: Sol & homo generant hominẽ, ergo non per motũ, sed per aliqd aliud sunt generatiua. Tertio, ga si motus esset causa horũ, cũ in motu consideretur tardũ, & velox, p̃m differentias horũ esset differẽtia retũ genitarũ, sed cęlũ semp mouetur p̃m eandẽ velocitatẽ, ga est motus suus regularis: ergo semp causaret eadẽ, quod falsum est. Quarto, ga si solus motus, aut ipse pręcipue esset causa generationis, & corruptionis, necesse esset idẽ generari, & corrũpi in oĩ parte terrę, cũ motus sit idẽ, & corpora sint eadẽ mota sup oẽs partes terrę, & tñ non generantur eadem, sed alia ad Austrũ, alia ad Aquilonẽ, alia in medio terræ: ergo non est motus causa generationis. Quinto, ga in oĩ tẽpore generarẽtur eadẽ, ga oĩ tẽpore est motus corporum cęlestiũ ęque velox, & tñ alia generantur in vere, alia in hyeme, alia in æstate, ideo non est motus causa. Sexto, quia si motus esset causa generationis, non essent necessaria astra, sufficerẽt enim corpora cęlestia, orbes, ga eundem, & ęquiuelocem motum facerẽt,

non existentibus astris, & tamen non esset eadem ope F
ratio non existentibus astris: ergo non est a motu. Se-
ptimo, quia dato, ꝙ mouerentur orbes, & astra simul,
& ab eorum motu simul dicerētur hæc causari, vt ali-
qui volunt, nō videtur esse verum, quia omni die mo-
uentur astra cum orbibus, sed non sunt semper ijdem
effectus. Dicendum ergo, quòd operatio corporum
cœlestium est per lucem, & tunc omnia præcedentia
habebunt locum. Nā secundum lucem tangunt cor-
pora cœlestia ista inferiora, cum radij perueniant vs-
que ad terram, & etiam ad intima eius, & ideo potest
esse actio. Secundo, quia lux est qualitas, & virtus ope-
ratiua, & sic potest esse principium operatiuum. Di-
cendum autem, ꝙ lux est illuminatiua, & alteratiua,
secundum ꝙ est illuminatiua, competit sibi hoc no-
men lux, inquantum vero est alteratiua est innomina- G
ta, simul autem agit vtrūque, sicut & ignis simul im-
mutat illuminando, & realiter calefacit, & corrumpit.
Tertio, quia data luce, vt causa apparet manifeste ra-
tio diuersitatis harum rerum. Ad omnia enim loca ad
quæ lux, ideſt, radij corporum cęlestiū perueniunt, eo
dem modo est eadem causalitas: est aūt differentia lu-
cis secundum ꝙ radij perueniunt ad aliquem locum
magis, aut minus perpēdiculariter, quia ex hoc causa-
tur diuersa reflexio, & fractio radiorum, & consequē-
ter diuersus gradus caloris, & ideo diuersimodę fiet
generatio. Ex hoc autem apparet diuersitas generatio
nis in locis, s. quia alia generantur ad Aquilonem, alia
ad Austrū, alia sub æquinoctiali, alia sub quolibet tro- H
picorum, & ita secundū alias partes latitudinis, & de-
clinationis Solis. Ex hoc ēt sequitur diuersitas secun-
dū tempora in eodem loco, quia super eundem locū
magis eleuatur Sol in æstate, q̄ in hyeme. Et ideo radij
accedūt magis ad perpendicularem, & sunt efficacio-
res q̄ in hyeme: eodem modo in eodem tempore, &
loco, tm quo est æqualis eleuatio Solis, fit alia, & alia
generatio, quia recipiuntur varie ipsi radij, scilicet, ali-
ter in plano, aliter in concauo, aliter in prærupto, &
excelso, sicut in collibus. Quarto apparet, qa licet pla-
netæ moueantur eodem modo, & super eadem loca,
alia & alia operatio, & effectus, sentitur manifeste in
rebus istis, quando coniungitur Sol, & Luna, quàm
cum sunt in oppositione, quàm cum sunt in quadra- I
turis, & ita de varijs coniunctionibus, & aspectibus
astrorum, quod ideo fit, quia aliter recipiuntur radij
istorum vno tempore, quàm alio, & aliud efficiunt ra
dij vnius planetæ, quàm alterius: ergo lucis est opera-
tio. Quinto, quia experimur hoc ex dominio planeta-
rum, quia vnus dominatur vno tempore, & alius alio,
& sunt diuersi effectus in inferioribus tęporibus his,
non tamen differunt planetæ in efficacia, nisi quantū
ad radios: ergo lucis est operatio, & non potest ad hoc
facere motus ipsorum. Sexto, quia si lux non esset
operatiua, sed motus, superuacuum esset poni mul-
tos cœlos, & multas stellas, quia motus ille non pro-
desset, nisi inquantum moto cœlo mouentur elemē-
ta per contactum, sed contingens elementa est vnicū
cœlum, scilicet, Lunæ, ideo alij cœli essent superua- K
cui. Sed falsum est, quia nihil est frustra a Deo, aut na-
tura, primo Politicorum, cap. primo: Ergo non est
operatio ex motu, sed ex luce, & ideo prodest multos
cœlos esse, vt multa astra sint, quorum radij recipian-
tur de distantia determinata: lucis ergo est operatio, &
non motus.

Sed tunc manet idem dubium, quod prius, scilicet,
quomodo cessante motu, cessabit generatio cum nō
cesset lux? Dicendum, quòd lux est operatiua, & ta-
men per motum, non quidem quasi motus conferat
directe aliquid in operatione, sed quia lux, vel corpus
lucidum non potest operari nisi motum, & hoc quia
si non moueretur, semper respiceret ea, quæ respice-
ret secundum eandem habitudinem, & ideo nulla fie
ret alteratio, neque generatio, quia ad generationem
alteratio præcedit, & alteratio non fit, nisi aliter, &
aliter se habeant res ipsæ alteratæ ad causam operan-
tem, ideo ambo sunt necessaria ad operationem, su-
per hæc inferiora, scilicet, motus, & lux, & cessante
altero nulla fit generatio, vt colligit ex intētione Ari-
stot. primo de Generatione, & Corruptione, scilicet,
propter accessum, & recessum Solis, in circulo obli-
quo fiunt generationes, & corruptiones in terra, &
ita motum dixit, inquantum accessum, & recessum
posuit, & lucem inquantum dixit Solis. An vero mo-
tus aliquid faciat directe ad operationem cœli super
hæc inferiora, & an cessatio motus cœli sit causa ge-
nerationum omnium, & corruptionum, dicetur infra
apparet ergo ad argumentum, quòd motus cessabit
in corporibus cœlestibus, sed non lux, & tamen ex
hoc non sequitur aliquod inconueniens.

An corpora cœlestia peccante homine fuerint deteriorata, & quomodo hoc esse potuerit. Quæst. CCCCLXVII.

AD tertium principale dicendum, quòd ma-
net dubium de deterioratione corporum
cœlestium peccante homine, an fuerit &
quomodo esse potuerit? Aliqui dicunt, ꝙ
fuit facta deterioratio, quia super illud Isaiæ 30. cap.
Erit lux Lunæ, sicut lux Solis, dicit Glo. Omnia pro-
pter hominem facta in eius lapsu deteriorata sunt, &
Sol, & Luna in suo lumine peiorata.

Sed tunc stat dubium, quomodo accederit deterio
ratio. Aliqui dicunt, quòd erat prius lux Lunæ, sicut
nunc lux Solis, & lux Solis erat septempliciter, sicut
dicit Isaias futurum esse aliquādo, & ideo dicunt ista
esse causam illius innouationis, scilicet, quia lumina-
ria homine peccante, tantum perdiderunt, ideo eo
glorificato, & restituto, reponentur in eundem gra-
dum gloriæ, & lucis. Sed dicendum, quòd non stat
primo, quia hoc dato nunquàm esset nox, quando
Luna esset supra terram, sicut supra dicebatur, & ta-
men Luna facta erat, vt præesset nocti, Genes. 1. cap.
Secundo, quia tanta lux non conueniret ad influen-
tiam, quæ fit super terram, & elementa, quia multum
de luce calefacit multum: vnde Luna calefaceret, si-
cut Sol, & Sol valde magis, & consequenter omnia
astra, cum omnia haberent proportionaliter plus de
lumine, quàm nunc habeant, sed nunc existente hac
quantitate, & proportione lucis, est cōueniens influē-
tia super terram ad generationem, & corruptionem:
ergo data maiori luce, non fieret influentia conueniē
ter. Tertio, quia si tanta lucis excellentia esset, nemo
posset eam tolerare, & sicut non possent homines,
neque pecora, sicut enim nunc nullum animal regu-
lariter potest diu intueri directe radios Solis, vel cor-
pus eius, ita & nullum posset tunc intueri ex obliquo
reflexionem tantæ lucis super terram, sed omnia ani-
malia excæcarentur, quia fieret eis improportiona-
lis illa lux, & ideo corrumperet sensum, secundo de
Anima, ideſt, sensationem tolleret, & corrumperet,
vel læderet organum sensationis, & destrueret poten-
tiam, sicut nunc noctuæ non possunt lumen diei su-
stinere, etiam si Solem non respiciant.

Sed dicetur, quòd homo posset istud tolerare, quia
homo beatificandus erat statim, aut post paululum si
non peccasset, & tunc non læderet visum eius quæ-
cunque intensa lux, sicut erit post iudicium: nam di-
citur quòd erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis
septempliciter, & tamen non offendentur oculi ho-
minum, quia beati erunt, & corpora glorificata.

Dicen-

Dicendum, quòd non stat primo, quia nō erat ho- A
mo creandus beatus, sed aliquandiu maneret potens
pati, & mori quousque saltem tentaretur, & in bono
confirmaretur, & interim oculi sui non possent susti-
nere lumen cœli. Secundo, & præcipue, quia dato, ꝙ
homo posset hoc sustinere iam beatificatus, tamē ani
malia tunc mansura erant in statu in quo nunc sunt,
& certum est, quòd illa non possent sustinere tantam
lucem, ideo non fuit tanta. Quarto, quantum ad prin-
cipale, quia non est verisimile, quòd Deus tantam ex-
cellentiam creaturæ faceret, quam statim homine
peccante destrueret: sciebat quidem Deus hominem
peccaturum, licet enim in libertate hominis esset pec
care, & non peccare, sciebat Deus, quòd homo se de- B
terminaturus esset ad peccandum, & in hunc statum
incideret vniuersum, ideo non faceret tantam pul-
chritudinem, quam statim destruere deberet. Quin-
to, quia non videtur quomodo istud fieret: cum cor-
pora cœlestia sint immutabilia: & tollere eis lucem, vel
gradum aliquem lucis sit tollere naturam, quod diffi-
cile est. Sexto, quia dato, quòd posset tolli, non vide-
tur quòd Deus auferret, quia non lædebat per hoc ho
mines. Si enim tolleret lucem in pœnam fieret, sicut
terra maledicta fuit in labore hominis, Genes. 3. cap.
& tamen illa diminutio non videtur, quòd fiat in pę-
nam, cum existentibus luminaribus in hac quantita-
te, & proportione lucis sufficienter generentur om-
nia necessaria, & conuenientia ad hominis statum.
Septimo, quia dato, quòd in pœnam cederet illa dimi- C
nutio, nō videtur quòd Deus illam daret propter pec-
catum, quia Deus non consueuit mutare naturalia
propter peccata hominum, sed pluit super bonos, &
malos, & Solem suum oriri facit super iustos, & pec-
catores, supra 5. cap. ideo non videtur quod talem di-
minutionem lucis faceret, homine peccante. Alij
autem dicunt, quòd vere fuit facta illa diminutio, &
quòd potuit fieri non quidem naturali operatione,
sed diuina. Sed dicendum, quòd non est negandum
Deum posse facere, potest quidem facere omnia, quę
non implicant contradictionem, & tamen non est di
cendum factum esse. primo, quia irrationabile est ali-
quid tale ponere, nō data causa, & tamen nec scriptu-
ra sacra, nec ratio aliqua suadet, quòd talis lux fuerit
luminarium a principio. Secundo, quia non solū non
apparet factam fuisse tantam diminutionem in lumi-
ne, sed neque apparet aliquam fuisse, cum nulla ratio,
aut scriptura hoc conuincat, & pluralitas nunquàm
est ponenda sine necessitate.

Alij autem dicunt, quòd corpora cœlestia deterio-
rata fuerunt in lumine, vt assentiant illi gloſæ, & tamē
dicunt non fuisse aliquam minorationem realem in
luminis defectu, sed minoratio fuit quātum ad vsum
hominis, scilicet, quòd homo post peccatum, non cō
secutus est tantum beneficium ex lumine corporum
cœlestium, quantū perciperet si non peccaret: simili
modo dicitur Genes. 3. cap. Maledicta terra in opere
tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi. & tamen ma-
nifestum est, quòd etiam si homo non peccasset, ger-
minaret terra spinas, & tribulos, quia ista sunt quædā
plantæ pertinentes ad determinatam speciem, & gra-
dum perfectionis, & Deus creauerat ista, sicut & cæ-
tera creauit, & dedit terræ vim germinatiuam horū,
ideo non auferret ista de mūdo homine non peccan-
te, sed germinaret terra omnia hæc, sicut nunc. Sed
hoc factum est, quia si homo non peccasset non no-
cerent ei hæc, neque essent in pœnam eius: nunc ve-
ro postquàm peccauit, cedunt in pœnam, quia in illa
terra in qua ipse seminat frumentum, nascuntur tri-
buli cum frumento, & impediunt, & affligunt ho-
minem. Sic enim de serpentibus, & omnibus ve-

nenatis erat: nam erant ante peccatum hominis, cum A
dicatur, quòd serpens erat callidior, ideſt, prudentior
cunctis animantibus terræ, Genes. 3. cap. & per illa ten
tatus est Adam, & Eua. & futura erant omnia hæc
etiam si homo non peccaret, cum pertineant ad per-
fectionem vniuersi, sicut quædam species, & gradus
perfectionis substantialis, sed non noceren homini,
si non peccaret, nunc vero quia peccauit, in pœnam
eius sunt omnia hæc, licet in pœnā facta non fuerint,
ita ergo corpora cœlestia, si non præstant homini tan
tum beneficium per suam operationem, quantū prę-
starent ei ante peccatū, dicuntur deteriorata respectu
hominis, licet absolute in nullo sint minorata. Dicen
dum autē ꝙ iste modus loquendi est satis conueniēs, B
& tamen si velimus dicere, ꝙ corpora cęlestia, neque
simpliciter, neque respectu hominis fuerunt deterio-
rata, non erit inconueniens, immo fortassis nunc ma-
ius beneficium percipit a corporibus cœlestibus, qa
si non peccaret homo, efficeretur immortalis, & im-
passibilis, & ideo minus indigens influxu cœli, cū vi-
ueret iam quasi supernaturaliter, & totam vegetatio-
nem suam recipiat ex operatione, & influxu cœli. Ad
rationem autem tunc dicendum, quòd licet non fue-
rint deteriorata corpora cęlestia per peccatum homi
nis, meliorabuntur quando ille innouabitur. Primo,
quia homo per peccatum corruit a sua dignitate, sed
minus corruit peccando, q̄ eleuabitur in resurrectio-
ne, & glorificatione: nam an e peccatum erat potens
mori, & per peccatum effectus est mortalis, non qui-
dem apponendo ei aliquid mali, quod prius non ha-
beret, sed non dando ei gratiam, vel statum quē alias
haberet: in glorificatione autem totaliter eleuabitur
secundum animam, & corpus, vt dotes habeat, ideo
licet illo cadente non corruerit vniuersum, eo eleua-
to ad tantam celsitudinem cōueniens est eleuari vni-
uersum. Secundo, & præcipue, quia homine peccan-
te non fuit mutatus status vniuersi, cum post peccatū
habuerit corpus animale, sicut prius cibis indigens, &
non conseruatur talis vita sine generatione, & corru-
ptione facta in creatura, iō debuit manere status vni-
uersi, sicut prius ad faciendum diem, & noctem per D
motum luminarium, & generationem, & corruptio-
nem in creatura ad cibationem viuentium: talis autē
fuit status vniuersi ante peccatum, quia secundū hāc
conditionē omnia creata sunt, Genes. 1. Ideo propter
peccatū hominis nō debuit minui aliquid de lumine
cęlestiū corporū, cū non mutatus fuerit status vniuer
si. Secus aūt erit de innouatione hominis, qa tūc mu-
tabitur status vniuersi, eo ꝙ nihil erit indigens opera-
tione cęlesti, quę fit secundum istam influentiam, &
proportionem lucis, quę nunc est: nam nulla alia, nec
plantę manebunt, q̄ egeant vegetatione, homo ēt trā
sibit ad statū spirituale ī corruptibilitatis cessante isto
statu aīali, & non indigebit vegetatione aliqua, quę fit
ꝑ motū, & operationē cęli, ideo cum operatio cęli sit E
propter hominē cessabit status cęli, qui nunc est mu-
tato iā hoīe, & sicut homo trāsit ad excellentiorē sta-
tū, ita & cęlū vt ministret homini eo modo quo pos-
sit, transibit ad meliorē conditionē, & hoc erit quātū
ad lucē, q̄ est qualitas corporū cęlestiū, iō augebuntur
valde in claritate, licet non fuerint diminuta, quando
homo peccauit. Ad quartū cū dr̄, ꝙ si fuerunt deterio
rata, tantum dicuntur deteriorata, quantum erunt in-
nouanda. dicūt aūt sequentes intentionem illius glo.
ꝙ fuerunt deteriorata, non quantum ad realem defe-
ctum luminis, sed quantum ad subtractionem bene-
ficij. dicunt enim ꝙ licet ante peccatum Adæ nō erat
lux Lunæ, sicut nunc est lux Solis, tñ tantā vtilitatem
præstaret quantam nūc præstat lux Solis, & lux Solis
præstaret septemplicem vtilitatē, sed nūc ꝓp peccatū

præstat Luna minorem vtilitatem,& Sol etiã: dicunt tamen ꝙ etiam in illo statu non faceret Luna esse diẽ quando ipsa esset super horizontem,quia lux eius nõ esset maior,quam nũc est: & tamen ex magnitudine lucis fit dies essent ergo dies,& nox,etiam si non peccaret Adam,sicut nunc: secus aũt de statu istorũ post iudicium, quia tunc Luna faciet non esse noctem vbi ipsa fuerit. Sed dicendum,ꝙ non videtur satis rationabiliter dictum. ꝙ Luna ante peccatum præstaret tantam vtilitatem ex luce sua,quantam nunc præstat Sol, & Sol præstaret septemplicem. & ratio est, quia operatio corporum cœlestium est ex virtute ipsorũ activa,& transmutatiua, quæ est realiter ipsa lux, vel non sine ea,& ideo existente æquali illa operatio erit æqualis, & tamen dicunt non diminutam esse lucem corporum cœlestium.ergo neque virtutem,neque operationem, nisi forte dicatur, ꝙ venit iste defectus ex conditione terræ susceptiuæ, quasi ante melius reciperet influẽtiam astrorum, quàm post peccatum, sed non videtur verum, quia non fuit aliqua qualitas bona absoluta ablata, aut diminuta, neque aliqua mala realiter inducta,quia sicut Deus non deterioravit corpora cœlestia propter peccatum hominis, ita neque deterioravit terram,quia peccatum non mutauit naturam, ideo sequitur quòd ante peccatum Adæ non præstabat Luna maiorem vtilitatem,quàm nunc,nec Sol maiorem quàm nunc. Secundo, quia aut illa maior vtilitas præstaretur ante peccatum ex aliqua naturali virtute Solis, & Lunæ sufficiente ad hoc præstandum,aut supernaturaliter. Si primo modo non stat, quia cum non ponatur maior lux, neque maior virtus esset, etiam quia si maior virtus esset, necesse est vt dicamus eam nunc ablatam, cum nunc non operentur secundum eam Sol, & Luna, & hoc falsum est, quia sic esset simpliciter deteriorata natura cœlestis, quod falsum est: nam sic possemus dicere lucem diminutam fuisse. Secundum autem non stat, quia operatio naturalis non fit miraculose, fieret tamen sic si ad illam vtilitatem influentiæ nõ esset principium intrinsecum sufficiens in Sole, & Luna, sed Deus istud ageret, ideo videtur quòd sicut non erat tunc maior lux, quàm nunc, ita neque erat realiter maior vtilitas.

Item dicendum, quòd non arguunt conuenienter, quia dato quòd diminuta fuissent corpora cœlestia realiter in lumine, aut efficacia operandi, non sequitur quòd in innouatione æqualiter solum reciperent de luce; nam si corpora cœlestia caderent aliqualiter a sua perfectione, vel statu, solum fieret hoc propter hominem peccantem,sicut innouantur propter hominem innouatum. Sed homo peccans,minus corruit a sua dignitate, vel perfectione naturali, quàm accipiat in innouatione: nam quando peccauit non erat immortalis, neque habebat aliquam dotem animæ,aut corporis,sed erat potens mori, & potens non mori. per peccatum autem factus,est determinatus ad moriendum.Sed in innouatione accipiet dotes animæ, & corporis: ergo maiorem perfectionem accipiet, quam perdidit. sic ergo corpora cœlestia maiorem lucẽ, & perfectionem accipient, quàm perdidissent,licet aliquam perdidissent. Et ideo tunc non erit nox propter magnitudinem lucis, sed ante peccatum hominis, nox, & dies erant, & mansissent etiam si non peccasset homo: erit autem lux Lunæ, vt dicitur sicut lux Solis, ideo non erit nox vbicunque apparuerit Luna super terram: lux autem Solis dicitur futura septupliciter.de corporibus autem Beatorum dicunt,quòd fulgebũt septupliciter, q̃ Sol, sed istud non habet auctoritatem,sicut habet,ꝙ Luna lucebit sicut Sol. Ad quintum dicendum,ꝙ Sol,& Luna, & omnia astra lucebunt post iudicium etiam magis,q̃ nunc lucent. Cum vero dr̃,ꝙ non erunt ad ministerium humanum,potest dupliciter dici. Vno modo ꝙ cedere aliquid in vsum, vel ministerium humanũ, dupliciter fit, quia aut propter necessitatem, aut propter aliquam perfectionem.Si primo modo dicendũ, ꝙ corpora cœlestia prosunt nũc ad vsum humanum, quia sine illorum luce, & operatione nullum animal viueret in hac vita animali secundum generationem, & corruptionem: post resurrectionem vero hoc modo non cedunt corpora cœlestia in vsum humanum, neq; aliqua creatura,quia nulla indigentia erit in corpore glorificato,& incorruptibili. Et sic etiam nõ est necessaria lux corporum cœlestiũ homini post resurrectionẽ. sic dr̃ Apocal. 21. ꝙ ciuitas illa non eget Sole, neq; Luna,vt luceat in ea, quia claritas Dei illuminabit illam,& lucerna eius est agnus. Accipiendo tamen quantum ad perfectionem quandam proderũt luminaria cœli,sicut est de scientia,vel habitu speculatiuo; nam ad vita necessaria est cognitio artis, & operationis, quæ est cognitio practica, & pertinet ad prudentiam,vel astutiam,quia sine his non viuitur,aut male, & cum difficultate viuitur: speculatiua autẽ cognitio nõ est necessaria ad vitam, & tamen multum perficit hominem,ita & de illuminatione, & luce corporum cœlestiũ erit post iudiciũ. Non enim erit necessaria ad viuendũ,sed erit vtilis, vel conferens ad perfectionem speculatiuo modo,i.ad cognitionem sensitiuam, non inquantum illa prodest,sed inquantum est gradus cognitionis: nam per sensum visus cognoscemus deitatem, quasi sensibiliter, idest, per manifesta iudicia, & ad hoc proderit excellentia luminis in corporibus cœlestibus. Aliter potest dici,quòd corpora cœlestia fuerunt hic ad vsum hominis,quãtum ad lucem, & operationem suam, dato tamen quòd post resurrectionẽ non cedant in vsum hominis,idest,de nullo ei seruiãt non ideo peribunt, quia corpora cœlestia sunt in se aliquid perfectum: dato ergo, quòd non prodessent alicui, manerent:erunt tamen aliquid perfectius post diem iudicij,quàm nunc:ergo non peribit eorum claritas. Ad sextum dicendum,quòd illa ratio est Rab. Moysi, qui vult mundum non esse factum propter hominem,& consequenter negat innouationẽ mundi innouato homine: nam nos dicimus ideo mundũ innouari, quia homo innouabitur, quasi mundus sit propter hominem, si autem mundus non fit propter hominem, etiam si homo innouetur non innouabitur mundus. Et ideo illa,quæ in Veteri Testamento de innouatione mundi dicuntur, dicit esse metapho. Et sicut illud Isaiæ: de Sole, & Luna dicit esse non secundum rem,sed sicut dicitur Sol obtenebrari homini, quando est in magna tristitia, ita vt nesciat quid faciat,ita econtrario Sol dicitur magis lucere, vel mundus innouari, quando ex statu tristitiæ in maximam exultationem homo conuertitur. de hoc tamen an erit Solis, & Lunæ augmentatio in lumine realiter, qualis ponitur Isaiæ 30. cap. vel est metapho. dicetur magis eodem cap. Et tamen pro nunc tenendo,sicut communiter tenetur,ꝙ sicut erit vera innouatio mũdi, ita erit vera Solis, & Lunæ in lumine augmentatio. Dicendum,ꝙ ratio illa non tenet,quia licet corpora cœlestia excedant hominem secundum quantitatem, non est inconueniens ꝙ sint facta propter hominẽ, cũ homo sit excellentior corporibus cœlestibus, non tamen sicut propter principalem finẽ,aut totaliẽ, quia propter Deum sunt,sicut & omnia, & tamẽ immediate sunt ꝓp hoiem,cum ipse sit excellentior eis, manifestũ est ẽt ꝙ aĩalia cætera plura, & maiora sunt, q̃ homo,& ĩn ꝓp hoiem facta sunt, Psal.8.Oĩa subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi, & Deus dixit,quòd homo præesset, & dominaretur piscibus,& animalibus,& volatilibus Genes.1.cap.ita igitur,& cœlum,licet maius sit potest esse propter hominem.

An motus corporum cælestium cessabit post iudicium innouato mundo. Quæst. CCCCLXVIII.

QVAERETVR an motus corporum cœlestium cessabit post diem iudicij innouato mundo.

Aliqui dicunt,quòd non,quia Genes.8.ca.dicitur, cunctis diebus terræ frigus, & æstas: & hyems, & æstas efficiũtur per motum solis, ergo tam sol quã cætera corpora cœlestia mouebũtur post iudicium, & sic nunquàm cessabit motus cœli.

Secundo quia Iere.31. dicitur hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei,& ordinem lunæ,& stellarũ in lumine noctis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius,si defecerint leges istę coram me, & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus.semẽ autem Israel nunquam deficiet,sed in sempiternum erit,ergo leges diei,& noctis,& hyemis,& æstatis,& motus fluctuum maris,quæ omnia veniunt ex motu cœli, nunquam deficient,& sic in æternũ erit motus cœli. Tertio quia substantia corporum cœlestiũ semper est, sed frustra est ponere aliquid nisi ponatur id, propter quod est factum corpora autẽ cœlestia ad hoc sunt facta,vt diuidant diẽ a nocte,& sint in signa, & tempora,dies,& annos,ergo istud erit semper, sed istud non fit nisi per motum,ergo motus cœli nunquã cessabit,quia alias frustra manerent corpora. Quarto quia in illa innouatione totus mundus meliorabitur, ideo nulli corpori remanẽti auferetur id,quod est de sua perfectione, sed motus est de perfectione corporis cœlestis, quia vt dicitur ibi 2. cœli, & mundi, illa corpora participant diuinam bonitatem per motũ, ergo motus cœli non cessabit.Quinto quia sol illuminat successiue diuersas partes mundi, secũdum quòd circulariter mouetur, si ergo motus circularis cœli cessaret, sequitur quòd in aliqua superficie terræ esset perpetua obscuritas, & nox, quod est inconueniens data tanta perfectione rerũ in illa innouatione mundi.Sexto quia si motus cœli cessaret hoc non esset nisi inquantum ille motus aliquam imperfectionem in cœlo ponit vtpote lassitudinis,vel laboris, & hoc esse non potest cum ille motus sit naturalis, & cœlestia corpora sint impassibilia, vnde non possunt fatigari in suo motu,vt dicitur 2.de cœlo,& mundo. Septimo quia frustra est potentia,quę non reducitur ad actum, sed in quocunque situ est corpus cœli aut ponatur,est in potẽtia ad aliũ.Si aũt non reduceretur esset frustra, & ẽt imperfecta potentia, ergo reducetur,sed nõ põt reduci nisi per motum, ergo semper mouebitur. Octauo quia illud, quod indifferẽter se habet ad plura,aut vtrunque siue omnia attribuuntur ei, aut nullum, sed sol indifferenter se habet ad hoc, quod sit in Oriente,& in Occidente,quia alias motus eius nõ esset vniformis per totum:nam ad locum vbi esset naturalius,moueretur velocius, ergo neuter situs attribuetur soli, vel vterque, sed neque vterque nec neuter potest attribui ei nisi successiue, & per motum, oportet enim,quòd si quiescit in aliquo situ quiescat, & sic non hẽbit vtrunque neque neutrum,sed alterũ, ergo necesse est,quòd corpora cœlestia nõ quiescant, & ita Sol,& Luna,& astra semper mouebuntur. Nono quia motus cœli est causa temporis,si ergo motus deficeret,etiam tempus deficeret. Sed si tempus deficit oportet,quòd in instanti deficiat,quia non potest deficere, vel desinere in tempore, quia iam tempus non desijsset, sed diffinitio instantis 8. Phy. est, quòd instans est initium futuri, & finis præteriti, & sic post vltimum instans temporis esset tempus,quod est impossibile,ergo motus cœli nunquam cessabit.

Decimo quia gloria non tollit naturam, sed motus cœli est naturalis,ergo per gloriam superuenientẽ non tolletur,patet antecedens,quia nõ est motus violentus. Dicendum, quòd post diem iudicij innouato mundo nõ erit vltra motus corporum cœlestium. Et apparet primo,quia Apo.10.cap.dicitur,quòd Angelus iurauit per viuentem in secula seculorum, ꝙ amplius non erit tempus,sed postquam septimus Angelus tuba cecinerit qua canẽte mortui resurgent,vt dicitur 1.Cor.15.c.sed quandocunque motus est,tẽpus est,cum sit tempus mensura motus,& nõ cuiuslibet, sed primi sub quo omnes motus sunt, & iste est motus cœli,ergo quando cessauerit tempus necesse est ꝙ nullus motus sit,& sic nõ mouebit cœlũ. Secundo qa Isa.6.c.dicitur non occidet vltra Sol tuus,& Luna tua non minuetur, sed occasus solis, & diminutio Lunæ causantur ex motu cœli,ergo non erit tunc motus cœli. Tertio quia vt ostenditur 2.de Gene.motus cœli est propter cõtinuam generationem in istis inferioribus, sed generatio cessabit cessante,& completo numero electorum,ergo & tunc motus cœli cessabit. Quarto quia vt dicitur 2. Metaphy. omnis motus est propter aliquem finem, sed omnis motus, qui est propter finẽ aliquem habito fine illo cessat,ergo vel motus cœli nunquam consequitur finem suum,quod absurdũ videtur, quia tunc frustra esset,vel aliquãdo quiescet. Quinto quia quies est nobilior quàm motus, quia secundum, quòd res sunt immobiles, similantur Deo in quo est summa immobilitas, sed corporũ inferiorum motus terminatur naturaliter ad quietem, sed corpora cœlestia multũ nobiliora sunt, ergo a fortiori terminabuntur ad quietem, & sic cessabit aliquando motus cœli. Considerandũ, quòd circa hoc est triplex opinio. Vna est Philosophorum,qui dicũt, ꝙ motus cœli semper durabit.Sic enim tenet Arist.8. Phys.vbi probat æternitatem motus,& motoris.Sed hoc repugnat positioni fidei, quia mundus iste est propter homines, & status iste mutabilitatis est propter generationem,vt dicitur 2.de Generatione,& hęc generatio est hominis præcipue, cum & cætera propter hominem generentur, ideo tandiu durabit iste status quãdiu homines generari debuerint. Deus autem nõ intendit generationem hominum nisi propter electos. illi vero sunt in numero certo a Deo præfinito, ideo quando ille impletus fuerit,implebitur & cessabit generatio omnium hominum, & consequenter cessabit totus iste status mutabilitatis, sed principium horum est motus cœli,ergo motus cœli cessabit.

Secunda positio est, quòd motus cœli cessabit, & hoc naturaliter. Sed falsum est, quia omne corpus quod naturaliter mouetur,& naturaliter quiescit,habet locum ad quem naturaliter mouetur, & in quo naturaliter quiescit,& ab illo non recedit nisi per violentiam,nullus autem talis locus potest assignari corpori cœlesti,quia non est magis naturalis soli accessus ad punctum Orientis quàm recessus ab eo,motus ergo cœli, quia non est totaliter naturalis, non poterit totaliter terminari ad quietem licet terminetur.

An motus cæli cessabit post resurrectionem in innouatione mundi ex sola diuina voluntate. Quæst. CCCCLXIX.

TERTIA positio est aliorum, quæ vera est, scilicet,quòd motus cœli cessabit post resurrectionẽ in illa mundi innouatione,non quidem ex aliqua causa naturali, sed diuina voluntate

luntate hoc faciente. Et ratio est, quia sicut corpora F
cęlestia non mouentur ex aliqua necessitate naturali
quasi a principio extrinseco hoc exigente, sed ex Dei
voluntate ad horum inferiorum conseruationem, &
generationem, ita ex Dei voluntate sine vlla naturali
exigentia cessabunt moueri qñ motus eorũ nõ fuerit
vtilis. Patet primum, quia (vt dictum est) nõ est aliqua
naturalis necessitas ad motum cęli ex parte corporis
cęli, vnde non mouetur, nisi quia intelligentiæ mo-
uent corpora ipsa Deo volente, & causa motus est ad
generationem, & corruptionem in his inferioribus
2. de Gene. & Corrup. Sed Deus vult nunc manere
generationem, & corruptionem quandiu hominis
conseruatio in isto statu ei placet, sed aliquãdo com-
plebitur ista, s. impleto numero electorũ, ideo Deus
tunc volet, ꝙ cesset generatio, & corruptio in his re-
bus, & consequenter, quòd cesset motus cœli, & sic
cessabit motus non tamen naturaliter neque contra
naturam, sed Deo volente.

Ad primum dicendum, quòd non durabit motus
cęli in ęternum, sed solum quandiu res manserint in
isto statu corruptibili. Cum vero dicitur, cunctis die-
bus terrę posset dici, quòd planum est, certũ est enim,
ꝙ omnibus diebus durabit motus cęli: impossibile
enim est diem aliquem esse in quo non sit motus cę-
li, cũ dies, & nox causentur ex motu cęli, sed non est
iste sensus, quia tunc nõ diceretur cunctis diebus ter-
rę, sed cunctis diebus simpliciter. Aliter potest dici,
quòd dicitur omnibus diebus terrę, i. quãdiu erit ter- H
ra, voluit enim dare Deus securitatem de permansio-
ne temporum, & quòd nõ delerentur vltra homines
diluuio, neque mutaretur ordo mundi ex aliquo ac-
cidenti, sicut in diluuio videbatur esse factum, & ad
hoc Deus dedit securitatẽ hanc per id, quod firmius
videbatur, nihil autem videtur esse firmius, & per-
manentius quàm terra Ecclesiastes 1. ca. generatio tran-
sit terra autem in ęternum manet: ideo nominauit
terram in hac securitate dicens omnibus diebus ter-
rę, idest, quandiu fuerit terra. Sed terra dupliciter esse,
vel manere, aut dies habere intelligitur. Vno modo,
vt principium generationis, & mater, nam omnium
mater est Ecclesiastici 44. Alio modo, vt ens quoddã. I
Primo modo non manet terra in sempiternum, sed
tandiu quandiu durat generatio, & corruptio vsque
ad impletionem numeri electorum. Secundo manet
terra in ęternum. Accipiendo primo modo quandiu
est terra semper est motus cęli, quia aliter non sit ge-
neratio. Accipiendo secundo modo cessabit motus
cęli ẽt terra manẽte, sed ibi accipiuntur dies terrę pri-
mo modo. Et patet, quia dicitur cunctis diebus terræ
sementis, & messis frigus, & ęstus, & ęstas, & hyems
non requiescent, idest, omnibus diebus in quibus ter-
ra fuerit principium sementis, & messis: nam tunc est
generatio, & corruptio, & ideo est motus cęli, sed tẽ-
pus sementis, & messis cessabit resurgente homine,
ideo vltra non erit dies, & nox, & motus cęli.

Ad secundum dicẽdum eodem modo, quòd quã-
diu fuerint leges seculi, idest, dies, & nox, & fluctus
maris erit semen Israel, & tamen non sequitur, quòd
quandocunque sint filij Israel sint istę leges, vnde ali-
quando deficient. Alio modo potest dici, quòd tam
filij Israel quàm istę leges ęculi deficient aliquando.
Nã in fine ęculi deficient filij Israel, vt non sint gens,
quia aliquando erit quando omnes mortui erũt. ma-
xime quia non dixit, quòd filij Israel deficerent, sed ꝙ
semen Israel deficeret, vt non esset gens coram eo
cunctis diebus, & est sensus sicut non possunt defice-
re istę leges coram me, s. quandiu fuerit status huma-
nę generationis, & corruptionis, ita non deficere po-
terit semen Israel, ita vt desinat esse gens, sed omni-
bus diebus erit gens eorum, & verum est, quia vsque
ad diem iudicij durabunt, sed non sequitur ex hoc, ꝙ
leges ęculi semper durent.

Ad tertium dicendum, quòd nunquam manet ali-
qua res spoliata penitus operatione sua, vel fine ad
quem est, & ideo corpora cęlestia, quia in ęternũ ma-
nebunt, habebunt semper operationem aliquã, ita vt
non sint frustra. Cũ vero dicitur, ꝙ actus illorum, aut
finis proprius est, vt sint in signa, & tempora, dies, &
annos. dicẽdũ, ꝙ iste erit finis ĩmediatus, & ꝓximus,
& est proprius actus ipsorum corporum cęlestiũ, sed
iste actus rursus ordinatur ad alium actum, vel finẽ, s.
ad ministerium humanum, vt patet Deuter. 4. cap. ne
forte eleuatis oculis in cęlum videatis Solem, & Lu-
nam, & omnia astra cęli, & errore deceptus adores, G
quę creauit Dominus Deus tuus in ministerium cun
ctis gentibus, quæ sub cęlo sunt, & ideo magis debet
sumi iudicium de corporibus cęlestibus secundum
humanum ministerium quàm secundum immedia-
tum finem eorum, sed possunt corpora cęlestia per
alium modum manere in ministerio hominis, s. in-
quantum ex pulchritudine eorum quasi per manife-
sta indicia Deus cognoscetur sensibiliter, ideo etiã
motu cessante manebit eorum ministerium, & sicip-
sa manebunt.

Aliter potest dici, quòd corpora cęlestia licet crea-
ta sint propter hominem, idest, vt per operationem
suam influẽdo conseruarent vitam humanam, tamẽ
non fuit totaliter iste finis, sed fecit ea Deus propter
vniuersi perfectionem principaliter: nam licet Deus
produxit hominem velut pręcipuam creaturam in-
ter corporales, non fecit cętera propter ipsum, quasi
ita essent propter eum, quòd non essent propter ali-
quid aliud, sunt enim ad ostendendum diuinam boni-
tatem. Nam Deus, quia bonus erat omnia bona crea-
uit, vt bonitatem suam extra se communicando bo-
nitatem, quæ ipse est, ostenderet, & ideo non solum
creauit singula, quæ in se bona sunt, sed etiam vniuer-
sitatem rerum, quę valde bona est Genes. 1. cap. Sed
istę res quandiu tenent speciem suam, & ordinẽ ostẽ-
dunt bonitatem Dei a qua prodierunt: ideo nunquã
frustra sunt, sed pręcipuum finem tenent, & sic licet
esset motus adhuc conueniens est manere corpora
cęlestia propter prædictam causam.

Ad quartum dicendum, quod corpora cęlestia
meliorabũtur in illa innouatione, sicut & cętera ma-
nentia erunt meliora, & ideo si motus esset de perfe-
ctione ipsorum corporum cęlestium nunquam tol-
leretur, aut cessaret, sed quia nullam perfectionem in
eis dicit, cessabit. Et patet, quia aut motus esset perfe-
ctio secundum seipsum, aut via perfectionis, neutrum
autem est. De primo patet, quia motus non est forma
simpliciter, quæ sit inexistens, sed actus entis in poté-
tia, i. entis imperfecti, secundum quod imperfectum,
& sic motus nulla perfectio est, sed medium veniẽ-
di ad perfectionem: ideo non manebit in corporibus K
cęlestibus velut aliquid perficiens ipsa formaliter. De
secundo patet, quia non est via ad perfectionem in-
trinsece: nam alteratio, & augmentatio sunt motus
ad formam, quæ intrinsece acquiritur, ideo sunt via
ad perfectionem intrinsecam, sed motus localis cum
non terminetur nisi ad vbi quod est aliquid extrinse-
cum, ideo licet motus cęli cesset non cessat aliqua
eius perfectio, secus si vis actiua eius, aut lux cessaret,
quia istę sunt prrfectiones simpliciter, cũ sint aliquid
intrinsecum, & ideo lux non cessabit, sed potius auge-
bitur. Cum vero dr, ꝙ motus cęli est perfectio eius,
quia per hoc cęlum participat diuinam bonitatẽ. Di-
cendum, ꝙ nõ participat aliquid intrinsece, quod in-
maneat ei, sed participat quãdam similitudinem bo-

nitatis diuinę, s. ꝙ sicut Deus per intrinsecam bonita- A
tẽ agens est causa omniũ, ita cęlũ per motũ suũ deri-
uat virtutẽ luminis, alterat & perficit inferiora, & ab
ista causalitate actuali cessat, cum motus eius cessaue-
rit, sed virtutem illam intrinsecam per quam agit, i.
lucem, vel virtutem alteratiuam non perdit.

An cessante motu Solis fiet aliqua obscuritas super terram.
Quæst. CCCCLXX.

AD quintum dicendum, quòd non fiet aliqua
obscuritas super terram cessante motu Solis, &
hoc, quia omnia elementa habebunt claritatem datã
sibi in illa innouatione, vt dictũ est supra q. 465. s. terrę
superficies erit clara, vt vitrum, aqua vt crystallus, aer B
vt cęlum, ignis vt corpora radiantia, & ideo etiam si
non mitterentur radij solis super terrę superficiem
non esset obscura.

Aliter potest dici, quòd tota terra erit illustrata ra-
diis corporum cęlestium, ita vt nulla obscuritas in ea
esse possit, nam licet sol non moueatur, & ideo sit ali-
qua superficies terrę ad quam non se extendat, aut nõ
perueniant radij Solis, tamen ibi erunt radij aliorum
astrorum, quia dicitur, quòd Sol, & Luna erũt ex op-
posito, & consequẽter illuminabitur tota terra radijs
ambotũ simul, sed tunc lux Lunę erit sicut nunc lux
Solis Isa. 30. cap. s. erit lux Lunę sicut lux Solis, ergo
nulla terræ superficies erit, quæ non sit tam illumina-
ta quantum nunc est superficies super quam sol appa- C
ret, sed illa non potest dici obscura, ergo nulla pars
terrę erit obscura in superficie, sed tota obscuritas erit
in inferno vbi sunt damnati.

Ad sextum dicẽdum, quòd motus cessabit in cor-
poribus cęlestibus, non quasi ex eo accidat cęlo aliqd
mali, vt fatigatio, vel passio, quia nihil istorum potest
accidere cęlo, sed quia motus ille non est in cęlo qua-
si per eũ acquirat cęlum aliquam perfectionem, sed
influat eam, & quia completa erunt in die iudicij om-
nia illa, propter quę corpora cęlestia agebant, cessabit
motus ipsorum corporum cęlestium, quia habito fi-
ne motus cessat motus.

Et tamen aliqui dicunt, quòd in corporibus cęle-
stibus est quędam fatigatio, & pęna, & ideo cessabit
aliquando motus, vt liberentur ad hac pęna, & sic di- D
cit Glo. Ambro. super illo verbo ad Ro. 8. cap. omnis
creatura ingemiscit, scilicet, omnia elementa cum la-
bore sua explent officia, sicut Sol, & Luna non sine
labore statuta sibi implẽt spatia, quod est causa meri-
ti, vnde quiescunt nobis assumptis ad vitam ęternam.

Sed dicendum, quòd in corporibus cęlestibus nul-
lus potest esse labor, aut fatigatio: nam ista accidunt
rebus animatis, sed corpora cęlestia non sunt anima-
ta, ideo non fatigantur.

Secundo quia fatigatio accidit ex eo, quod motus,
vel operatio est aliquo modo contra naturam, & ta-
men motus cęli non est contra naturam, idest, non
contra inclinationem corporum ipsorum,

Tertio quia difficultas, aut fatigatio in operatione, E
vel motu solet accidere propter cõditionem organi
quod est corruptibile, sicut licet intelligere sit natu-
rale intellectui tamẽ ex multum speculari fatigatur,
& hoc propter organi conditionẽ, sicut dicitur Sapi.
9. cap. corpus quod corrumpitur aggrauat animam,
& terrena habitatio deprimit sensum multa cogitã-
tem, & Aristo. 1. de anima dicit ex multum speculari
marcescit animal corrupto quodam interius, & ta-
men corpora cęlestia non sunt in se aliquid corrupti-
bile, aut frangibile, sicut dicitur Iob 37. ca. tu forsitan
cum eo fabricatus es cęlos, qui solidissimi quasi ære
fundati sunt, & sic nulla causa fatigationis, aut laboris

inuenitur in cęlis. Dicẽdum, ergo quòd accipitur ibi
labor secundum metapho. s. ꝙ sicut in rebus anima-
tis est quidam labor moueri, ita & in corporibus cę-
lestibus putatum est, aut a simplicibus cogitatur, sed
nullus labor est. Vel potest vocari labor defectus ab
eo in quod aliquid tẽdit, vnde quia motus cęlestis ex
diuina prouidentia ordinatur ad complendũ nume-
rum electorum, illo nondum impleto nõ assequitur
adhuc ad quod motus ille ordinatus est, ideo dicitur
similitudinarie laborare, sicut homo, qui non haber,
quod cupit, & prosequitur, & istę defectus tolletur a
cęlo impleto numero electorum. Vel potest vocari
labor desiderium futuræ innouationis, quam cęlum,
& omnia elementa expectant ex diuina prouidentia,
& habendo illud desiderium dicuntur per metapho-
ram ingemiscere, & laborare.

Ad septimum dicendum, quòd corpus cęleste ha-
bens vnum vbi est in potentia ad quodlibet aliud, nõ
tamen sequitur, quòd etiam si non acquirat illud sit
imperfectum. Nam alias semper esset cęlum imper-
fectum, idest, quęlibet pars cęli, & quodlibet astrum
siue moueatur siue stet, & patet, quia pro quolibet in-
stanti est verum, quòd corpus cęleste est in potentia
ad quodlibet vbi, quia alias aduenire sibi potentia de
nouo, & tamen in quolibet instanti non est in omni
vbi, sed in vno tantum, ergo esset imperfectum, quia
nondum habet alia vbi, & non excusat, quòd moueatur
cęlum ad acquirenda illa vbi, quia motus est actus
entis imperfecti, ideo si per illa vbi perficitur, nondũ
est perfectum quandiu illa non habet. Sed non habet
illa quandiu mouetur ad ea, ergo non est perfectum,
& sic non tenet argumentum istud, quia corpus cę-
leste, quod est in potentia ad ista vbi, aut putatur perfi-
ciendum per ea, aut non, si non perficitur per ea non
oportet moueri ad illa, & nõ moueri nullam imper-
fectionem facit, si autem perficiatur per ea frustra est
moueri, quia nunquam erit perfectum, quia nunquã
potest habere actum nisi vnum vbi, & illud habet ẽt
si stet, ideo non oportet, ꝙ cęlum moueatur propter
aliquam suiipsius perfectionem. Cum vero dr, ꝙ nõ
est potentia perfecta, quę non reducitur ad actum. Di-
cendum, ꝙ illud est qñ est aliquid in potentia ad aliud
per quod naturaliter perficitur: nam tunc quousque
adueniat illud non erit res completa cum intrinsece
perficiãt, sed non est sic de cęlo, nulla enim pars cœli
perficitur per aliquod vbi, ęqualiter enim perfectus
est Sol in Oriente, & in Occidente, & in quolibet pũ-
cto cęli, ideo ẽt si sit in potẽtia ad quodlibet aliud vbi,
non est imperfectus quousque cõsequatur illud vbi,
dicitur enim corpus cęli esse in potentia ad aliquod
vbi, i. ꝙ non repugnat ei illud, & hoc modo ad omne
vbi est in potentia, sed talia sicut non perficiunt si in-
sint, ita neque defectum faciunt si desint. Ratio autẽ
prędictorum est, quia omne vbi in cęlo est vnius mo
di, & non plus perficit vnum quàm aliud, immo neq;
omnia vbi simul perficiunt plusquàm vnum, ideo ha-
bito vno illorum habet perfectio omnium, & nullũ
deest, sicut est de potentia artificis, nam est in potẽtia
ad faciendum multas domos, vel artificiata vnius mo-
di, & si faciat vnam nihil deest ei de perfectione ad fa-
ciendum alias, vel quæ esset per hoc, quòd alias face-
ret, ostenditur quippe perfectio artis in operato, & tñ
decem operata vnius modi non magis de perfectio-
ne artis ostendunt quàm vnum operatum, cũ illa nõ
differant nisi per naturam, forma autem eadem est,
secus si facit, operatũ vnius modi est adhuc in potẽtia
ad operatum alterius modi, quia ista differũt per for-
mã, & vnũ addit ad alterũ aliquid de perfectione ar-
tis. Cum ergo omnia vbi sint æqualia respectu cœli,
quia vnũ non magis perficit quàm aliud, cum cęlũ sit

in

in vno vbi, licet sit in potẽtia ad alia non est imperfectum, quia in vno habet perfectionem omnium. F

Ad Octauum dicendum, quòd cessabit motus cœli, & omnia corpora cœlestia manebunt in aliquo vbi determinato. Et cum dicitur, quòd cum omnia indifferenter competãt, vel attribuentur omnia, vel nullũ. Dicendum, quòd verum est, quòd omne vbi in cœlo æqualiter cõpetit corporibus cœlestibus. Et ratio est primo, quia corpora cœlestia sunt vniformia, id est, circularia, & in circulo omnis pars est principium medium; & finis: ideo non potest assignare vbi quare alia qua pars sit excellentior alia.

Secundo quia si vnum vbi magis competeret quã G aliud, moueretur naturalius corpus cœleste ad illud, & consequenter moueretur velocius, sicut apparet in motu lapidis quando mittitur sursum, aut deorsum, & tunc tolleretur regularitas motus cœli, sed suus est motus regularis, ergo nõ competit magis vnum vbi quàm aliud.

Tertio quòd non magis perficitur corpus cœleste in vno vbi quàm in alio, cum vbi dicat aliquid extrinsecum, & non potest perficere intrinsece, non ergo magis competit vnum quàm aliud. Cũ ergo dicitur, quod aut omnia vbi simul competent, aut nullũ. Dicipotest, ꝙ falsum est, quia omnia nõ possunt simul cõpetere, ẽt non potest esse, quòd nullum competat, ga omne corpus siue moueatur siue quiescat semper est H in aliquo vbi, ideo ita est de cœlo, ꝙ habebit aliquod, & non omnia. potest tamen dici, ꝙ quando indifferẽter plura alicui conueniunt, aut attribuentur omnia ei, aut nullum, si illa attributio fiat quasi ex debito rei, sed ab aliquo agente extrinseco mouente rem prẽter naturam, dabitur rei vnũ de illis, licet non competat illud plusquam cętera, & non erit inconueniens, quia non est contra inclinationem rei. dicendum, ergo ꝙ in quocunque vbi terminetur motus cœli, & maneãt ibi corpora, est conuenienter disposítum, cũ non plus comperat aliquod aliud quàm illud.

Ad nonum dicendum, quod motus cœli finietur, & tunc tempus finietur, & finietur in nunc, vel instãti, quia non potest esse finis temporis nisi sicut finis motus nisi mutatum esse. Et cũ dicitur, ꝙ instans est I principium futuri, & terminus, vel finis prẽteriti. Dicendum, ꝙ ab Arist. diffinitur ibi nunc, vel instans, vt est copulans partes temporis, & non vt terminans, & non curauit ipse diffinire nunc terminans, eò ꝙ non credidit terminandum tempus, sed dixit esse in ętternum 8. Phy. hic autem dicimus de nunc terminante, & illud est finis prẽteriti, sed non est principium futuri, ideo poterit terminari tempus illud ad nunc, vel instans.

Ad decimum dicẽdum, quòd in illa innouatione sęculi non tolletur aliquid naturale cœlo, quia naturalia rei ad perfectionem eius pertinent, motus autem non est aliquid naturale cœlo, quia natura dicitur de materia, & forma, & composito, & de principio motus rei. Primo modo vocatur naturale, quod est pars naturæ, i. ad materiam, vel formam pertinens, & sic motus non est naturalis cœlo, quia motus nullius rei pars est. Etiam non secundo modo, quia tunc ipsum totum vocatur naturale, id est, quia partes habet, quæ sunt naturæ. sed motus non est ipsum compositum, ideo non est naturalis sic. Tertio modo vocatur naturale, quod est a principio intrinseco rei, & forsassis posset motus cœli videri naturalis, sed non est, quia nõ est principium aliquod intrinsecũ cœlo inclinans ad motum, est quidem corpus illud aptum ad motum, & ad perpetuitatem motus, & tamen in se non habet aliquam dispositionem, aut virtutem mouentem, vel inclinantem ad motum, principiũ autẽ motus a substantia spirituali est, vt ẽt Philosophi volunt, sic enim ponit Commentator in principio lib. de Cœlo, & Mũdo, & tamen spiritualis substantia mouet libere, ideo aliqñ poterit cessare qñ volet, & sic vere cessabit, & cum cessauerit nihil fit contra naturam cœli, cum ipsum non sit de se inclinatum ad motum, sed solum est susceptiuum motus.

An rationes quibus supra probatum est motum cœli aliquando cessaturum sint concedendæ. & quæ calumniam patiantur. Quæst. CCCCLXXI.

RATIONES autẽ per quas probauimus, quòd motus cœli cessaret aliquando concedũtur, ga faciunt ad propositum, & tamẽ aliquibus videtur, ꝙ concludant inconuenienter, licet verum concludant, ideo dicendum, ꝙ duę primę ipsarũ, quæ ex auctoritatibus procedunt sine calumnia sunt, & vere ostendunt, quòd cessabit aliquando motus cœli.

De tertio dicendum, ꝙ verum est, ꝙ motus instãtutus ad continuam generationem, & corruptionem in his inferioribus debet cessare cessante generatione, & corruptione, si ad hoc solum institutus sit: nam si ad aliquid aliud vltra institutus esset nõ cessaret cõpleta generatione, sicut est de luce corporũ cœlestiũ, quæ est principium omniũ, quæ gignuntur, & corrũpuntur potius quàm motus. vt ostensum est supra, & tamẽ completa generatione, & corruptione omnũ rerum nõ tollitur lux a corporibus cœlestibus, sed potius augebitur, eo ꝙ illa proderit ad aliquid aliud, s. ad ministerium hominum, vt ostendat Deũ sensibiliter & ad pulchritudinem vniuersi: de motu secus est, ga ille solum prodest ad generationem, & corruptionẽ, ideo completa illa cessabit. De quarta ratione cũ dr, ꝙ motus cesset habito eo, quod intenditur per motũ, si illud consequetur motum, i. sit post motum, non autem si comitetur motum, quia tunc potius est motus quando illud est & tamen illud, propter quod est motus cœli, s. participatio diuinæ bonitatis, vel assimilatio ad illã, ideo licet semper illa habeatur nõ semper cessãt motus, immo propter hoc semper continuatur, vt semper cœlum participet illam assimilationem, & ideo licet dum Philosophos non cessat motus, quia non apparet aliqua causa naturalis cessationis, voluntariã autẽ nullam sciunt, nos vero dicimus cessaturum aliquando motum cœli non quidem naturaliter, sed ex sola Dei voluntate, nec tamen contra naturam. De quinta ratione dicendum, ꝙ ista ratio non simpliciter concludit, quia tunc cum terra sit immobilis, & cęli moueatur, esset terra nobilior quàm cœlum, quod est K absurdum.

Sed dicendum, quòd accipiendo simpliciter mobile, vt immobile, perfectior est immobilitas quàm motus, & tamen in quibusdam rebus perfectior est motus quàm immobilitas, s. quia per motum habẽt pertectiones quasdam quas non habẽt per immobilitatem, sicut melius est habere sanitatẽ quàm acquirere illam per motum alterationis, & tamen melius est mouere ad illam, & posse per motum acquirere si nõ posse acquirere per motum, sicut in eo, qui ęgrotat ad mortẽ, & melius est per addiscere posse scire si neque scire neque posse addiscere, quod est mouere quodda. sic est de cœlo. Nam Deus per suã immobilitatem habet omnem perfectionem, quia cum sibi omnia habeat, nõ oportet ad aliquid mouen, res aũt quę nullæ habent omnem perfectionem, sunt aũt quędã

quæ per motũ acquirunt perfectiones quas aliàs non A acquirerẽt, vnde cœlum per hoc, quod mouetur causat aliquid in inferioribus, quod non causaret si non moueretur, & sic participat diuinam assimilationem in causalitate per motum, & sine motu non haberet eam, terra vero non mouetur, neque potest illã assimilationem participare diuinę bonitatis, ideo melius est moueri quàm non moueri, & hoc modo possent corpora cælestia manere semper in motu suo, cũ per motum participent istam similitudinem, sed nõ manent, quia aliud obstat, s. diuina voluntas, quæ magis ea perficit per innouationem in qua facit ea quiescere quàm nunc cũ mouentur. Simile aũt est de alijs assimilationibus ad Deum, Deus enim simplex est, & B ideo magis videntur imitari eum simplicia quã composita, vel mixta, & tamẽ falsum est, quia multa mixta sunt meliora quàm simplicia, sicut arbores, & metalla sunt perfectiora quã elementa, quę sunt nõ mixta, & composita sunt meliora quã simplicia, i. non cõposita, meliora quippe sunt elemẽta quã materia prima, quę non est cõposita. Et ratio est, quia ista mixta plures diuinas bonitates participant, & plenius quã simplicia, eo aũt modo res magis Deo similatur quo magis illius bonitatem participat, aliqua autem participant illa magis per simplicitatem, aliqua magis per compositionem. nam Angeli, qui simplices sunt magis participant diuinam perfectionẽ quàm cętera tã C cõposita quàm simplicia, ideo non est, aduertendum ꝙ res sint simplices, vel cõpositæ, mobiles, vel immobiles, sed ille modus est maioris imitationis ad Deum quo magis eius bonitas participatur in re, & quia sm illũ statũ magis participat cœlũ diuinã assimilationẽ per motum quã per quietem mouetur, innouato autem mundo magis participabit diuinam similitudinem per quietem quàm nunc participet per motũ, ideo quiescet tunc.

In quo situ quiescent corpora cælestia. Quæst. CCCCLXXII.

QVAERETVR cum cœlum quiescere debeat in sęculi innouatione in quo situ quiescent corpora cœlestia. Aliqui dicunt, ꝙ quiescent D in illo situ in quo creata sunt, sic videtur dicere Isidorus, & recitat Magister 4. Sen. dist. 48. l. post iudicium sol laboris sui mercedem recipiet, & lucebit septẽpliciter, & nõ veniet ad occasum neque Sol nec Luna, sed in ordine in quo creati sunt stabunt, ne impij in tormentis sub terra positi fruantur luce eorum.

Secundo quia conueniens est corpora cœlestia stare in optimo ordine quem possibile est ea habere, sed credibile est, quod in tali situ creata sunt, ergo in tali situ stabunt. Patet primum, quia in sęculi innouatione omnia meliorabuntur, & consequenter corpora cœlestia, sed ipsa tunc stabũt, ergo verisimile est, ꝙ stabunt in optimo situ quem habere potuerint. Etiã secundum patet, quia credibile est, ꝙ res in sua creatione fuerint optimę. Nam dicitur Gene. 1. in creatione E rerum, ꝙ vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, ergo optimus situs fuit in quo creata sunt, & sic erit idem situs in cessatione motus, qui fuit in creatione.

Dicendum, quòd Sol, & Luna erunt in optima habitudine quando quiescent mundo innouato quàm nunquam habere potuerunt, cum ille sit futurus status gloriæ, & tamen dicẽdum, quòd ad illum optimũ statum non differt in quo situ ponantur. Et ratio est, quia nõ est in cœlo aliquis locus, vel situs melior alio, vt ostensum est prięce. q. si enim aliquis esset melior quàm alius, semper tenerent illum situm corpora cœlestia, quia naturaliter inclinarentur ad illum, & non irent extra illum nisi violenter, & tamen motus cœli non est violentus. Etiam si extra ipsum aliquando essent moueretur velocius accedendo ad ipsum quã recedendo ab eo, sicut apparet in motu naturali, & violento, & sic non saluaretur regularitas motus cœli, quæ tamen semper est, propter quod quando cœlum quieuerit non differt in quo situ ponantur corpora cœlestia, i. Sol, & astra, quia in quocunque ponantur sunt in optimo situ, cum non possit esse alius melior situs. Sed obijcietur, ꝙ vnus est melior alio, sic. n. dicunt astrologi fortiores domos esse angulos quam alias, & fortiores esse succedentes angulis quàm cadentes ab angulis, & inter angulos non est æqualitas, quia ascendens, & angulus cœli sunt fortiores quã septima domus, id est, occidens, & angulus terræ, ita ergo erunt aliæ differentię fortitudinis, & debilitatis, & maioris, & minoris dispositionis in bono.

Dicendum, quòd absolute, & simpliciter non est vnus locus cœli melior alio pro aliquo planeta, vel corpore cœlesti, sed secundum respectum ad nos siue ad ista inferiora est vnus locus melior alio, & sic dicimus vnam domum, vel vnum angulum esse meliorẽ alio, s. quia radij solis, vel planetę alterius in vno loco sunt fortiores quàm in alio ad bonum, vel ad malũ, & quia omnia iudicia, & considerationes secundum astrologiam, sunt respectu nostri, dicuntur quædam loca cœli meliora alijs, & tamen absolute non sunt aliqua meliora alijs, neq; planeta se habet melius in vno quàm in alio, & hoc apparet, quia dicimus, ꝙ domus ascendentis est fortior alijs angulis, quæ est angulus Orientis, vel angulus medij cœli, & tamen nullus pũctus põt in toto cœlo cõsiderari, qui nõ sit simul omnia, i. angulus Orientis, & medij cœli, & angulus terrę, & Occidentis, & q̃libet domus, quia ille punctus, qui est mihi angulus Orientis est alteri punctus meridiani, & sic est angulus cœli, & alteri est angulus Occidẽtis, & sic de variatione omnium domorum, iõ omnis punctus habet oẽm virtutẽ si qua est ex talibus aspectibus. Ex hoc ergo dicunt aliqui, ꝙ licet sm se nõ sit vnus situs melior alio in corporibus cœlestibus, tamẽ ad efficiẽdum aliquid melior est vnus quàm alius, sicut ad generãdum calorẽ melior est coniunctio Solis, & Martis in corde Leonis, quàm coniunctio Iouis & Saturni in Piscibus, vel in Cancro, & ad gignendũ humiditatem melior est ista coniunctio quàm præcedens, & ita dicunt, ꝙ ad regendũ mũdum per motum habitudo corporum cœlestium fuit conueniens a principio, & nunc quotidie est talis habitudo qualis est conueniens mundo, in fine aũt mundi erit talis habitudo cõueniens qualis faciat ad statũ incorruptionis, qui tunc erit. Cũ ergo quęritur ab eis an sit eadẽ habitudo tunc, quę fuit in principio mundi, dicunt ꝙ non, quia tunc fuerunt corpora cœlestia in tali dispositione qualis conueniebat ad agendum, & patiendũ in elemẽtis, & rebus istis inferioribus, in fine aũt mũdi nõ debet esse ista habitudo, sed cessationis ab actione ad incorruptibilitatẽ, ergo alia dispositio erit corporũ cœlestium tunc, & ideo volunt, ꝙ non erit idẽ situs in eis, immo ꝙ non conuenit idem, sed alius, & alius.

Sed dicendum, ꝙ istud non stat, si enim accipiatur large habitudo, vel dispositio corporum cœlestium, dicendum quòd alia fuit in principio mundi, & alia erit in fine, quia in principio fuit dispositio motus: nã mox, vt corpora cœlestia creata sunt cęperunt moueri, quia motus conueniebat ad actionem, & passionẽ, generationem, & corruptionem, qualis est nunc status, in fine autem mundi erit alia dispositio, s. quies, quia iam non est futura actio, & passio aliqua ad generationem, & corruptionem, & illa non est nunc, accipiendo tamen dispositionẽ specialiter pro situ, id est,

quod

quòd Sol,& Luna sint in Oriente,vel Occidente, aut F
specialiter in aliquo puncto cęli, vel sit in vno signo,
vel in alio, & ipsa quoq; signa sint in angulis cęli, vel
locis.dicendum,quòd non est certum, quę dispositio
vel situs erit, quia quęcunque sit conueniens erit. Et
ratio est, quia iam corpora cęlestia nō disponentur in
habitudine ad influendum aliquid super inferiora, cū
tunc cessabit tota influentia, sed habitudo considera-
bitur quantum ad bonum,vel malum esse ipsorum,
& tamen quantum ad ea omnis situs cęli est ęqualis,
quia nullus est melior altero,ideo in quocunque sint
erunt in optimo situ, & consequenter non potest di-
ci,quòd erunt in eodem in quo creata sunt, neque in
alio determinate. De primo patet,quia si dicatur, ꝙ
erunt in illo in quo creata sunt, hoc esset, quia ille si-
tus poneretur optimus, & tamen vnus situs cęli non
est melior alio considerata habitudine ipsorum quan-
tum ad se, ideo non infertur, quòd ibi debeant esse.
De secūdo patet,quia si deberent esse in alio situ,hoc
esset,quia situs prior conueniebat ad agendum, & pa-
tiendum generationem,& corruptionem, situs autē
in fine mundi competeret ad incorruptibilitatem, &
cessationem ab actione,& tamē non est hoc verum,
quia neque actio ad corruptionem, neque status ad
incorruptibilitatem competit ex situ,sed ex motu, &
quiete, nam in quocunque situ crearētur corpora cę-
lestia cum statim mouerentur non differebat,quia il-
le situs non manebat nisi per instans,situs etiam, qui
in fine mundi erit non conferret ex hoc,quòd talis si-
tus est,sed ex hoc,quòd corpora cęlestia talem situm
habentia quiescunt, vnde in quocunque alio situ qę-
scerent idem fieret, ideo non differt in quo situ quie-
scant.Sed aliqui dicunt,quòd oportet cęlum quiesce-
re existente eadem habitudine quam habuerunt cor-
pora cęlestia in creatione, quia aliàs daremus aliquā
reuolutionem completam, quod putant esse incon-
ueniens.

Sed dicendū,quòd non est positio ista conueniens.
Primo quia compleri reuolutiones omnes, vel non
compleri nihil facit ad statum corporum cęlestium,
quia ipsa secundum se ęqualiter bene se habēt in vno
puncto cęli,& in alio, & ideo siue sit completa reuo-
lutio siue non,nihil facit simpliciter quantum ad ipsa
corpora. Secundo quia non videtur hoc verisimile:
nam aliqua reuolutio est in cęlo, quæ non fit nisi in
triginta sex millibus annorum,sicut est motus octauę
sphęrę in cētum annis gradu vno, & cum sint gradus
totius circuli trecenti sexaginta, necesse est, quòd in
triginta sex millibus annorum, & non in minori spa-
tio consumetur, & tamen nemo credit tādiu duratu-
rum mundum, cum quotidie oriatur nobis suspitio
de determinatione illius: superessent namque modo
quasi triginta millia annorum, ergo non videtur esse
verum.Tertio quia hoc modo posset nobis certus es-
se finis mundi,nam si deberent omnes planetę redire
ad puncta in quibus erant,& dispositionibus,ideſt, in
eisdem signis, & gradibus, & completis reuolutioni-
bus omnibus, & existentibus eisdem in eodem situ
cęli,aut hęc non esset possibile accidere,aut posset sci-
ri quando hęc acciderent,vtrunque autem inconue-
niens est. Primum patet, quia forte non est possibile
omnia hęc concurrere pro eodem instanti,quòd sint
in eisdem gradibus in quibus creata fuerunt,& quòd
omnes reuolutiones sint finitę, & quòd sint in eisdē
sitibus,i.in Oriente,vel Occidente, vel alijs locis in q-
bus fuerunt creata, nam diuersa habitudo motus est
planetarum,& stellarum,& omnium orbium.

Secundo quia dato,quòd possibile sit hoc,poterit
colligi ratione,& numero apud astrologos,& poterit
sciri determinate vsque ad quot annos & quot dies &
qua hora hęc omnia fient, vel singulæ habitudines,
quæ petantur, & tamen hoc est inconueniens, quia
de die iudicij,& hora nemo pōt scire nisi Pater prece.
ca. sed innouatio ista fiet die iudicij, ergo nescitur, ꝙ
erit status corporum cęlestium in tali situ.

Dicendum, ergo quòd si quæratur an status cœli
erit in eodem situ in quo fuerunt creata corpora, &
hoc quæratur de Sole,& Luna, solis poterit esse verū
licet nesciatur an sic erit.Si autem queratur de omni-
bus planetis, & stellis, & corporibus cęlestibus, scili-
cet,quòd omnia teneāt situs suos quos ibi habuerūt.

Dicendum,quòd non est verisimile, quòd fiat, &
tamen dato, quòd accidat non est notum, quòd sic
fiat,ne detur certitudo diei iudicij.

G Ad primum dici potest vno modo, quòd certum
est,quòd Sol,& Luna stabūt cum cęlum totum stet,
sed quæ sit habitudo standi, i. an in coniunctione, vel
oppositione,an in quadratura,vel alio aspectu mane-
re debeant,nō apparet ex loco alio necessario, sed ve-
risimilius est,quòd sint in oppositione quā in alia ha-
bitudine, quia ista magis conuenit ad illuminandum
terram,an vero in tali habitudine creata sint non ap-
paret, si tamen certi sint nobis dies ęculi, apparere
hoc potest faciliter.

Aliter potest dici,quòd sicut vult Isidorus fuerunt
creati Sol, & Luna in eadem habitudine in qua ma-
nebunt,& tamen nō erit eadem habitudo ad alia cor-
pora, scilicet, quòd Sol, & Luna si creata fuerunt in
H oppositione, & vnum in Oriente aliud in Occidente
sic erunt in fine mundi,& forte in illis signis,& gradi-
bus in quibus creari sunt,quia hoc facile est,& tamen
non erunt Sol,& Luna in eadem habitudine ad cęte-
ros planetas, & partes aliorum circulorum, & orbiū
in qua creati sunt. Et etiam ipsi planetę inter se non
habebunt eandem habitudinem quam tunc habue-
runt,quia manere omnia corpora in eadē habitudine
quam possibile est ea habere, ideo si habitudo illa in
qua creata sunt esset optima,ideſt,melior cęteris,ma-
nerent in illa,sed(vt dictum est) non est aliqua habitu-
do melior alia absolute,omnis enim pars, & situs cęli
I est ęqualis,vt ostensum est,ideo in quocunque situ ie
habeant corpora cęlestia optime se habent, & non
oportet quęrere potius vnum quàm alium.

Aliqui autem dicunt, quòd possibile est poni om-
nia corpora cęlestia in illa habitudine in qua creata
sunt, & quòd sint omnes reuolutiones perfectę. Et
cum dicitur, quòd quædam reuolutio est, quę non
completur nisi in triginta sex millibus annorum, di-
cunt quòd Deus poterit subito dare quamcunq; ha-
bitudinem,vel dispositionem cęlo.

Dicēdum,quòd verum est,quòd hoc potest,& fa-
ceret quidem si necessitas vlla vrgeret, sed quia neq;
necessitas neque vtilitas inducet ad hoc, non est po-
nendum, sic enim Deus infinita facere potest, quorū
K nullum vnquam faciet,patet quia(vt dictum est)om-
nis situs cęli est ęqualiter bonus.

An cessatio motus cœli sufficiet ad cessandum omnem actionem ac passionem in elementis. Quæst. CCCCLXXIII.

QVAERETVR an cessatio motus cęli erit
sufficiens causa ad cessandum omnē actio-
nem,& passionem in elementis.

Aliqui dicūt,quòd sic,quia Arist.8.Physi.
conatur probare, quòd ita motus cęli sit prior alijs
motibus, quòd eo non existente non essent alij mo-
tus,sed actio, & passio elementorum est per modum
alterationis, ergo cessante motu cęli cessabit om-
nis actio.

Secūdo quia mensura est causa mēsurati, sicut vnię-
tas numeri,vt colligitur 4. Physic. sicut vnitate men- A
suramus numeros ita motu cęli mensuramus alios
motus,& sic motus cęli est causa aliorum motuum,
& consequenter ablato eo cessabit oīs actio,& passio.

Tertio quia causa cessationis actionum elemento-
rum non est ab intrinseco,ergo videtur,quòd non sit
ab alio nisi a cessatione motus cęli, & patet,quia si ab
intrinseco fieret, aut esset cessante natura ipsorū, aut
qualitatibus actiuis,& passiuis.Primū non potest ces-
sare,quia natura sic & essentia idem sunt, & ita cessa-
ret natura elementorum,& consequenter non essent
elementa,cum natura dicatur de materia, & forma,
& composito 2. Physicorum, neque cessabunt quali- B
tates, quia manebunt elementa in suo esse perfectis-
simo, ergo nō proueniet ab intrinseco cessatio actio-
num. Alij dicunt, quòd cessatio motus cęli non est
causa cessationis omnium motuū inferioribus, quia
dicit Augu.11.lib. confessionum vltra mediū, quòd
si staret cęlum adhuc posset moueri rota figuli,ergo
sicut ille motus esse potest,ita & quilibet alius.

Item dicunt aliqui hunc articulum esse condem-
natum,scilicet, quòd si cęlum staret ignis stuppā non
combureret, quia neque ignis esset, & sicut de stup-
pa est,ita & de quolibet alio elemento in alterum.

Alij dicunt, quòd motus cœli est causa sufficiens
cessationis actionis, & passionis elementorū, possent
tamen adhuc manere motus quorum anima princi-
pium est, eo quòd illa non dependet a corpore cęle-
sti.Sed contra hoc obijciunt,quia motus cęli cessauit C
sub Iosue,stetit namque sol Iosue 10.cap. & videtur,
quòd omnia corpora cęlestia stetissent, quia aliàs to-
tus ordo cęli tunc turbaretur, quibusdam stantibus
alijs motis, & maxime colligitur, quia etiā Luna tūc
stetit,cum dixit Iosue,Sol contra Gabaon ne moueа-
ris,& Luna contra vallem Hyalon,eo.ca.& sic etiam
ibi declaratum est, & tamen stante tunc toto cęlo nō
cessauerūt omnes motus,& actiones, sed potius ideo
cęlum stetit,vt interim Iosue pugnaret contra hostes,
& consummaretur victoria,& erat ibi omnis modus
motus,scilicet, actionis, & passionis, & localis, atque
alterationis, generationis, & corruptionis: ideo non
cessant hęc cessante motu cęli. Secundo quia (vt di-
ctum est supra)hoc asserunt esse articulum excom-
municatum.Tertio quia corpora cęlestia non agunt
solum per motum, sed etiam per virtutē formę luę, D
sicut patet per diuersos effectus naturales, qui per di-
uersas constellationes causantur,ideo cessante motu
cęli per suas virtutes possent agere in elementa nec
cessaret eorū motus,licet ergo cessatio motus cęli sit
causa,vt idem elementum non ageret in alterum de-
formiter,eo quòd per motum est renouatio influen-
tiarum, quarum vna magis confortat virtutē elemē-
ti vnius in sua actione quam alterius,tamen non esset
causa sufficiens ad hoc,quòd vnum elemētum aliud
nullo modo alteraret.

Alij dicunt, quòd & si quies cęli non sit causa suf-
ficiens cessationis motus elementorum per se,erit ta-
men causa sufficiens per accidens,i.inquantum quie- E
scent corpora cęlestia in illo puncto, in quo habebūt
talem virtutem,quæ confortabit virtutem passibilio-
ris elementi secundum illam proportionem qua ex-
ceditur a virtute elementi magis agentis in illud.

Sed obijciunt,quòd non stet hęc opinio.primo qa
non videtur,quòd corpora cęlestia tunc habeant talē
habitudinem inter se quando cęlum quiescet, vt cō-
fortent virtutem passiuorum elementorum, immo
dicunt verisimile esse, ꝙ stabunt in illa habitudine in
qua magis concordabunt virtuti elementorū magis
actiuorū, quia pauloante hoc causatus est ignis cōfla-
grationis, ꝙ partim naturaliter causatus est ex magna

superantia actiuorum super passiua,vt asserunt plurimi,& dato,quòd nō fuerit naturaliter generatio,erat aliqua dispositio ex parte actiuorum, & passiuorū ad hoc,nō ergo videtur, quòd statim transeat cęlum ad dispositionem totaliter oppositam.

Secundo quia si essent in tali habitudine sicut dicit opinio, adhuc non sequitur, ꝙ vnum elementum non posset alterare aliud.Cum enim videamus elementū minus actiuum agere in elementum magis actiuum, quia nullum elementum agit in aliud quin patiatur ab eo,quia omne agens agendo patitur, multo magis posset agere in ipsum si virtus eius ęquaretur illi, magis enim potest æquale in aliud æquale quàm debile in forte.Dicunt ergo aliqui,quòd causa quare nō fieret aliqua alteratio in elementis post iudicium manē- B
tibus eis in suaessentia,& qualitatibus in esse perfectissimo est, quia Deus supernaturaliter a materia eorū remouebit priuationem,quę est necessaria ad naturalem transmutationem, cum sit vnū de principijs naturæ 1.Physicorum.dicunt enim quòd si potentia illa realiter differt a materia poterit Deus auferre illam nihil ponendo in materia,si autem differat solum secundum rationem dicunt, quòd imprimet Deus in materiam virtutem prohibentem ipsam posse transmutari naturaliter ad aliam formā, & sic non manebit in materia priuatio, quæ est necessaria ad naturalē transmutationem.

Dicendum, quòd vera, & totalis causa huius est cessatio influentię primę cause sine qua nulla creatu- D
ra potest in suam actionem, planum est, enim quòd causa prima plus influit in effectū quàm causa secundaria,vt dicit in lib.de causis,sed cessantibus omnibus causis inferioribus,& particularibus manifestum est, ꝙ naturaliter non sequeretur aliquis effectus particularis,sicut nullo homine,vel equo gignēte nullus homo,aut equus gigneretur, etiam si omnes superiores cause influerent ad hoc:a fortiori ergo si cesset prima causa ab influentia circa aliquam rem cessabit illa: nō etiam si carnaliter misceantur animalia,si Deus cessat influere ad generationem animalium, impossibile est animalia gigni,sic si Deus cessauerit influere ad actionem,& passionem mutuam elementorum,& alterationem eorum, etiam si applicentur elementa habē- D
tia contrarietatem non agent, sed potius esset miraculum,& contra natūra,quòd agerent,sed Deus cessabit ab hac influentia, quia iam non erit necessaria, ideo non erit alteratio, non cessabit tamen a conseruatione elementorum in suo esse,& perfectionibus, atque qualitatibus naturalibus,ad vtrunque enim requiritur influentia actualis: nā neque essentia rei maneret nisi Deus per actualem influxum conseruaret, sed quia esse rei,& operatio eius,& virtus,vel qualitas sunt distincta,potest Deus conseruare vnum non cōseruando alterum,ideſt, priora sine posterioribus seruare,& sic influet ad conseruanda elementa in suis essentijs,& qualitatibus, & non influet ad operationem alteratiuam secundum qualitates,ideo non poterunt aliquid agere corrumpendo,& ista positio nullam calumniam habet, etiam si nulla alia causa adiuuet ad prædictam cessationem.

Sed an solius motus cęlestis cessatio sit sufficiens causa cessationis alterationis elementorum est magis dubiū. Dicūt tñ aliqui,ꝙ sic,& satis istud consonat rationi,cū motus cęli sit motus primus simpliciter, & oīs alius motus est in virtute eius.Sed obstat nimium quod dicitur de Iosue quando stetit cœlū,& non cessauerunt entia a sua operatione naturali, erant quidē motus locales in hominibus, & alterationes in corporibus eorum, sine quibus non viuitur etiam ad paruum tempus.

Aliqui

Aliqui dicunt, ꝙ cęli motus nō ceſſauit tunc, ſtetit quidem ſol, ſed non omnia corpora cęleſtia quieſcebant, quia aliàs ſequeretur deordinatio in motibus, vt dictum eſt Ioſue 10. ca.

Dici poterat, quòd primum mobile, i. nonum cęlū nunquam ceſſauit moueri, & tamen omnes inferiores cęli quieuerunt, & hoc videtur conueniens eſſe, quia illud cęlum eſt ſubiectū primi motus, & illo motu exiſtente videtur, ꝙ poterant naturaliter eſſe motus elementorum, & mixtorum, licet cęli medij non mouerẽtur, & rurſus non erat inconueniens in deordinatione motus cęlorum, quia deordinatio eſt quātum ad cœlos habentes aſtra, ſcilicet, ad planetas, & octauum cęlum, ſed in nono cęlo nullum aſtrum eſt, ſed ſolum mouet inferiores cęlos motu raptus, ideo quantumcūque tranſierit alijs ſtantibus non facit aliquam varietatem. Sed obijcietur, ꝙ neceſſe erat poni tunc aliud miraculum, ſ. primum mobile ſuo motu rapit omnes inferiores cęlos, & tunc eo moto nō raperentur. Dicendum, ꝙ verum eſt, ideo planius videtur, ꝙ ponatur totum cęlum quieuiſſe, & diceretur tunc, ꝙ naturaliter ceſſare debebat omnis motus in inferioribus, verumtñ Deus ſuppleuit per influentiā ſuā id, quod deerat ceſſante motu cęli, ad hoc, ꝙ poſſent eſſe motus omniū rerū ſicut prius, & tñ qñ quieuerint cęli in iudicio non ſupplebit Deus per ſuam influentiam locum illius motus, ideo non erit actio, & paſſio in elementis. iſta poſitio tolerabilis eſt, ſed magis ſine calumnia eſt prędicendus, ſ. ꝙ Deus ceſſabit tūc ab influentia ad agendum in ipſis elementis. Ad tria prima argumenta non eſt aliquid dicendum, ſed concedenda ſunt, tenendo quòd motus cęleſtis ceſſatio ſit cauſa ſufficiens iſtorum inferiorum ceſſationis in agendo, ſi tamen teneatur, quòd illa ceſſatio non eſt cauſa ſufficiens huius ceſſationis, dicendū quòd verbum Philoſophi debet intelligi de deformitate in agendo: nam hęc deformitas cauſatur per motum cœli, ſtante autem cęlo eſſet actio, & paſſio, ſed ſecūdum vniformitatem. Ad ſecundum dicēdum, quòd menſura non eſt ſimpliciter cauſa menſurati, ſed ex ratione menſuræ eſt cauſa eius in notificando, & diffiniendo, & ideo interdum aliqua conuertuntur in ratione menſuræ, ſicut dicitur 4. Phyſico. quòd menſuramus tempus per motum, & motum per tempus. Etiam patet, quia motus voluntarios, qui non dependent a motu cęli menſuramus per motum cęli; nam omnis motus, & actio, ꝓprie humana eſt a voluntate velut a principio, & non dependet a cęlo, ſed menſuramus operationes humanas motu cęli, & tempore, quod eſt a motu cęli, ſcilicet, locutionem, & cogitationem, & ſimilia, & cęlum non eſt cauſa horum, ſed motus cęli diffinit iſtorum durationem, & notificat illam, & pannus menſuratur per vlnam, tamen vlna non eſt cauſa panni, ſed notificat illius quantitatem, vnde in notificando ſunt iſta, vt aliquid prius, & cauſa ſed non in eſſendo.

Ad tertium dici poteſt, quòd non eſt ſufficiens diuiſio: nam licet non ceſſet natura elementorum nec qualitates, non ſequitur, quod ceſſatio motus cęli ſit cauſa ceſſationis actionis eorum, quia poteſt dari mediū, ſcilicet, quod ceſſet, eo quòd ceſſat influętia Dei ad illam actionem, qua ceſſante neceſſe eſt omne illud cuius ipſa eſt cauſa, ceſſare.

An animalia, & plantæ manebunt poſt innouationem mundi, Quæſt. CCCCLXXIIII.

QVAERETVR an animalia, & plantę manebūt poſt innouationem mundi.

Aliqui dicunt, quòd manebūt, quia elementis non debet aliquid ſubtrahi poſt eorum innouationem, quod ad ipſorum pertineat ornatum, ſed elementa ornantur animalibus, & plantis, ergo manebunt elementa, & plantę.

Secundo quia ſicut elementa homini ſeruierunt, ita animalia, & plantę, & mineralia, ſed elementa propter prædictum miniſterū glorificabuntur, ergo & aīalia, & plantę, & mineralia corpora, & ſic manebūt.

Tertio quia vniuerſum remanebit imperfectum ſi aliqd quod eſt de eius perfectione auferatur, ſed ſpecies animalium, plantarū, & mineralium ſunt de perfectione vniuerſi, ergo manebunt, cum non debeat dici, quod mundus innouatus maneat imperfectus.

Quarto quia animalia, & plantę habent nobiliorē formam quā elementa, ſed in illa finali innouatione mundus in melius mutabit, ergo potius debent manere aīalia, & plantę quā elemēta, cū meliora illa ſint.

Quinto quia inconueniens eſt dicere, ꝙ naturalis appetitus fruſtretur, ſed animalia, & plantę habēt naturalem appetitum ad manendum in perpetuum, & ſi non ſm indiuiduum, ſaltem ſm ſpeciem, & ad hoc ordinatur eorum generatio continua, vt dicitur ſecundo de generatione, ergo inconueniens eſt dicere, ꝙ ſpecies iſtorum aliquando deficiant. Dicēdum, ꝙ neque manebunt animalia, nec plantę, nec mineralia poſt illā innouationē, qa ſi plantę, & aīalia manebūt, aut manebunt oīa, aut quędā, ſi omnia oportet, ꝙ aīalia bruta, quæ prius fuerūt reſurgāt ſicut oēs hoīes reſurgent, quod non pōt ſtare, quia cum forma eorum in nihilum ſemel cedat, non poteſt eadem reſumi, ꝙ quorum ſubſtantia perit in eadem numero redire nō poſſunt, ſi aūt dicatur, ꝙ non manebūt omnia animalia, & plantę, quę prius fuerunt, ſed quędam, cum nō ſit maior ratio de quibuſdam quā de alijs, videtur ꝙ nullū animal, neq; planta maneat. Secundo quia animalia, & plantę nō poſſunt manere in perpetuum in ſeipſis, ſed in ſuis ſpeciebus per ſucceſſionem individuorum, & iſtud fit per generationem, ſed poſt mundi innouationem nō erit generatio, & corruptio, ſed quidquid manebit perpetuū erit: ergo plantę, & animalia non manebunt. Tertio quia ſecundum Ariſ. de Gene. & Cor. in animalibus, & plātis, & huiuſmodi corporibus ſpeciei perpetuitas nō cōſeruatur niſi ex continuatione motus cęleſtis, ſed tunc motus cęleſtis deficiet, ergo non poterit perpetuitas in illis ſpeciebus conſeruari. Quarto quia ceſſante fine debent ceſſare ea, quæ ad finem, ſed animalia, & plantę facta ſunt ad animalem vitam hominis ſuſtentādam ſicut dicitur Geneſ. 9. cap. ſicut olera virentia tradidi vobis cuncta, i. omnia animalia ſicut ibi dicitur, ſed poſt innouationem illam non erit animalis vita in homine, ſed incorruptibilis non indigens cibo, ergo neq; animalia, & plantę manebūt. Quinto quia cum innouatio mundi fiat propter hominem, oportet ꝙ innouationi hominis conformetur mundus innouatus, homo aūt innouatus de ſtatu corruptionis in incorruptionem tranſibit, & perpetuę quietis, vnde dicitur. 1. Corin. 15. c. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ideo mundus hoc modo innouabitur, vt abiecta omni corruptione, & tā ſmutatione maneat perpetuo in quiete, vnde ad illam innouationē nihil ordinari poterit niſi quod habet ordinem ad incorruptionem, huiuſmodi ſunt corpora cęleſtia, & elementa, & homines, ideo hęc ſola manebunt in illa innouatione. Patet de corporibus cęleſtibus, quia illa ſunt ſecundum naturam ſuam incorruptibilia ſecundum totum, & ſecundum partes, & ideo aptitudinem habent ad ſemper manendum, etiam ſi nihil aliud eis addatur. De elementis patet, quia illa ſunt corruptibilia ſecūdum partes, incorruptibilia autem ſecundum totum: de corruptione partis patet, quia quotidiana actio, & pugna elementorum facit corruptionē aliquam in eis, & adimitur ſemper aliquid, ſed ſecundum totum ſunt incorruptibilia, quia vnū elementum, nunquam poteſt alterum corrumpere ſecundum totum, iam enim corrupiſſet, ſi poſſet, ſed non poteſt, non quidem, quaſi repugnet ex conditione ſpeciei, vel ex aliqua conditione innata, quia cum elemēta ſint homogenea, qualitas eadē, & natura eſt in toto, & partibus, ideo ſi res eſt corruptibilis ſecundum partem, eſt etiam corruptibilis ſecundum totum, & econtrario, ſed ſecundum partem corrumpuntur elementa, quia non repugnat conditioni eorum, ſecundum totum vero non corrumpuntur, nō quaſi repugnet, ſed quia non ſe poſſunt attingere ad agendum ſecundum omnes partes, vt oſtenſum eſt ſupra, nam ab intrinſeco non poſſunt corrumpi, quia ſunt ſimplicia, ab extrinſeco vero non poſſunt, quia in extremitatibus ſuis agere poſſunt, ſed non in profundum. De hominibus autem dicendum, quòd corrumpuntur ſecundum totum, & ſecundum partes, ſed hoc ex parte materię, non autem ex parte formę, ſcilicet animæ rationalis, q̄ poſt hominis corruptionem remanet incorrupta, materia autem non corrumpitur, ideſt quòd eſſe deſinat, licet homo quantum ad materiam corrumpatur, ideo manentibus materia, & forma eiſdem poterit homo redire idem, & manere incorruptibilis. De animalibus vero brutis, & plantis dicendum, quòd omnia animalia, & plantę, & mineralia, & corpora mixta corrumpuntur ſecundum totum, & ſecundum partes, ſcilicet ex parte materiæ, quę amittit formam, & ex parte formæ, quæ non manet actu, & ideo iſta nullum ordinem habent ad incorruptibilitatem, quia ex nulla parte ſunt incorruptibilia, nec ad corruptionem apta, ideo iſta non manebunt in mundi innouatione, ſed ſolum corpora cęleſtia elemēta pura, & homines, nulla alia creatura corporea erit.

Ad primum dicendum, quòd manebit quidquid eſt de ornatu elementorum, ſed ſolum ſecundum præſentem ſtatum, quandiu nos manemus in vita animali, ideo non manebunt, niſi quandiu manet ſtatus iſte noſter animalis, nam ad ornatum elementorum prædicta ſunt, inquantum virtutes, & actiuæ, & paſſiuæ generationes, quæ ſunt in elemētis ad ſpeciales actiones contrahuntur, & ideo ſunt ad ornatum elementorum in ſtatu actionis, & paſſionis, ſed ceſſabit iſte ſtatus in elementis, ideo etiam prædicta ornamenta, qualitates autem tales elementorum ſunt ornamenta naturalia, & ſimpliciter, ideo illę manebunt in ęternum poſt innouationem.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnia corporalia tam cęleſtia, quā elemēta, & mixta ſeruiunt homini in ſtatu hoc mortali, cum omnia proſint ad vitam humanam, & tamen ſeruiendo non merentur, quia nihil voluntarie agunt, quod requiritur ad mereri, & quia meritum prę ſupponitur ad pręmium, vel ad remunerationem, nō poſſunt res inanimatę pręmiari, ſed hoc ideo dicitur, quia quędam corpora tranſeunt in meliorem ſtatum, & manent poſt innouationem, non quidē per aliquid, quod illa meruerint, ſed quia homo meruerit, vt innouarent, & hoc ſunt elementa, quæ habent ordinem ad incorruptionem, plantæ vero, & animalia non habēt ordinē ad incorruptionem, vt dictū eſt, ió hō nō meruit eis innouationem, nihil. n. pōt quis alteri mereri cuius capax nō ſit, ió licet ſeruierint homini nō immutabunt. Ad tertium dicendū, ꝙ manebit in vniuerſo quidquid de eius perfectione fuerit. Sed accipit dupliciter perfectio vniuerſi, ſicut & in homine, nam alia perfectio eſt hominis quātū ad eſſe naturę conditę, alia quātū ad cōditionē naturę glorificatę. Vniuerſi ergo eſt alia perfectio ſm ſtatū huius mutabilitatis, & alia ſm ſtatum futuræ innouationis, plārę aūt, & animalia, atque mixta dicunt de pfectione vniuerſi quātū ad ſtatū huius mutabilitatis, ſed nō quātū futurę incorruptionis, ió tūc nō manebūt. Ad quartū dicēdū, ꝙ mūdus manebit melioratus, & ió id, quod melius eſt ſimpliciter manebit in eo, & quia licet plātę, & animalia, & generaliter omnia mixta ſm rōnē ſpeciei ſint nobiliora elemētis, nō tñ habēt ordinē ad incorruptionē, vt dictū eſt, elemēta aūt ſunt capacia incorruptionis, & ſunt quātū ad hoc meliora elemēta, q̄ mixta, cū magis conueniant huic ſtatui optimo innouationis. Ad quintū dicēdū, ꝙ appetitus naturalis nō fruſtrat, & ió eo quo animalia, & plātę hñt appetitū ad perpetuitatem conſequuntur illam, non. n. habent ſimpliciter appetitum iſtum, ſed ſm ordinem ad motum cęli, ſ. vt tantum in eſſe permaneant quandiu durauerit cęli motus, & ſi ille efficeretur ęternus manerent in ęternum hæc quātum ad ſpeciem, & non poteſt eſſe appetitus alius naturalis in his rebus ad plus manendum, vel aliter manendum, quia in effectu nō poteſt eſſe appetitus ad manendum extra ſuam cauſam, ſed a motu cęli ſunt iſta cauſata, ió non appetunt manere, niſi inquantum ille eſt, & quia ſpecies non manet actu, niſi ſm ſucceſſionem indiuiduorum, ceſſantibus omnibus indiuiduis ſpeciei non manet ſpecies, nam deſtructis primis ſubſtātijs impoſſibile eſt aliquid alio rum remanere, ió ceſſante motu cęli non manebūt ſpecies plātarum, & animalium, & mixtorum in eſſe actuali, neque in potentia naturali, & tamen non ſequitur, ꝙ fruſtratur naturale deſiderium, cum non ſit deſiderium harum rerum ad manendum ſimpliciter, ſed quandiu fuerit motus cęli.

An Deus poſſet aliquid addere ad bonitatem mundi facta innouatione in iudicio, & an aliquando ceſſabit motus. Quæſt. CCCCLXXV.

QVAERETVR an mundo innouato, & facta diſtinctione, ſiue ſeparatione bonorum, & malorum Deus poſſet aliquid addere ad bonitatem vniuerſi.

Aliqui dicunt, quòd non, quia non eſt perfectum ad cuius complementum aliquid poteſt addi, ſed vniuerſum tunc erit perfectum, ergo non poterit aliquid de bonitate addi.

Secundo, quia dicit Dionyſius lib. de di. no. c. 2. creaturę procedunt a Deo, ſicut numerus ab vnitate, ſed eſt aliquis numerus, ideſt binarius inter quem, & vnitatem nullus poteſt eſſe numerus, ergo ſimiliter inter Deum ad aliquam creaturam erit talis habitudo, quòd non poſſit aliquid eſſe medium, ſed in creaturis nihil eſt melius vniuerſo, cum comprehendat omnes creaturas, ergo inter vniuerſum innouatum, & Deum nulla poterit eſſe creatura media, & ſic nihil de bonitate poterit addi vniuerſo innouato. Tertio, quia ſi Deus poſſet addere tunc ad bonum vniuerſi, & non adderet, eſſet inuidus, quod abſurdum eſt. Alij dicunt, quòd poſſet Deus addere, nam mundo innouato poſſet omnes damnatos adnihilare, & creare totidem Angelos ſanctos, & ſi ſic faceret melius eſſet vniuerſum, quam prius, quia nihil haberet de malo, & haberet plus de bono, quam prius.

Secundo, quia in omni effectu non ęquante potē tiam agentis poteſt agens nobilius agere, ſed vniuerſum etiam innouatum non adęquabit potentiā Dei, ergo poteſt facere vniuerſum nobilius illo, & ſic poterit addere ad bonitatem vniuerſi.

Dicendum,

Dicendum ꝙ Deum posse aliquid addere ad bonitatem vniuersi innouati potest tripliciter accipi. ſ. quia aut de ipso eodem vniuerso, aut de alio vniuerso totaliter distincto, aut partim de isto & partim de alio. Si accipiatur primo modo. i. quod nomine vniuersi intelligatur vniuersitas omnium creaturarum tam substātiarum quam accidētium quam relationum, sic Deū posse aliquid addere ad bonitatem vniuersi includit conditionem: quia illa bonitas addita aut esset substantia, aut accidens. & quicquid poneretur necesse erat, quòd vniuersitas creaturarum considerata ante additionem illius bonitatis esset vt pars respectu vniuersitatis rerum includentis illam superadditam bonitatē, quæ esset vt totum, & idem non maneret eadem vniuersitas: quia pars & totum licet non sint penitus diuersa numero nō sunt penitus idem numero, sed partim idem & partim diuersa, vt potest trahi ex sententia Aristo. Si autē nomine vniuersi intelligatur solum vniuersitas substantiarum, sic dicendum ꝙ illud idem vniuersum quod tunc erit meliorari non potest, quia finis eius meliorari non potest, finis enim ille Deus est qui melior esse nō potest, etiam vniuersitas omnium illarum substantiarum simul non potest melius ordinari ad suum finem quā tunc erit ordinata. Illæ etiam substantiæ consideratis omnib. non poterunt esse melius ordinatæ inter se per comparationem ad suū totum quod est vniuersum. Etiam ista uniuersitas non poterit meliorari per melioratione quarundā creaturarum inter se alijs non melioratis, neque deterioratis: quia licet pars creaturarum secundū se esset meliorata, ex hoc tamen vniuersum non esset melius: qa per hoc non melioraretur proportio partiū inter se, & etiam ordo qui maxime attēditur in bonitate vniuersi, sicut in psalterio chorda sonans obscure fieret ita sonans clare sicut illa quæ sonat clarius, & sicut si Luna fieret ita bona sicut Sol non meliorato sole esset psalterium illud peius, & totus mundus peior. nihil enim posset meliorari siue per melioratione substantialem siue accidentalem omnium substantiarum, quia substantia humana naturæ Christi meliorari non potest, & si omnes aliæ substantię meliorarentur substantialiter, vniuersum non maneret idem penitus numero, & si meliorarentur accidētaliter adhuc vniuersum omnibus pensatis non melioraretur, quia tunc erit bonitas in creaturis, quam requirit optimus vniuersi ordo per comparationem ad manifestationem iustitiæ, & sapientię, & misericordię, qui ordo maxime attenditur in bonitate vniuersi.

Si aūt accipiatur q̄stio scdo modo. ſ. de alio vniuerso distincto. tunc dicēdum ꝙ Deus posset facere aliud vniuersum melius isto etiam post sui innouationem, licet. n. Deus possit aliquam creaturam facere, ita bonam ꝙ eadem numero non possit esse melior, neque etiam eadem in specie possit effici melior, sicut natura humana Christi, quæ summum tenet, & cui nihil addi potest de bonitate substantiali neq; accidentali, tamē qualibet creatura potest Deus facere aliam meliorem in alia specie vel alio genere, Deus enim potest facere quamlibet bonitatem creatā quæ rationi creaturę non repugnat, sed quantumcunque bonitas creata non repugnat rationi creaturę, quia quantacunque esset adhuc distaret a bonitate increata in infinitum.

Si autem quæstio accipiatur tertio modo. ſ. de vniuerso partim eodem & partim diuerso, dicunt quidam ꝙ posset Deus addere ad bonitatem vniuersi nō solum ad materialem sed etiam ad formalem etiam innouato vniuerso, quia posset de nouo creare multa milia sanctorum Angelorum, quibus creatis vniuersitas ex illis creaturis, & alijs præexistentibus constituta esset melior non solum materialiter, sed etiam formaliter quātum etiam ad ordinem ad finem & inter se quam esset vniuersitas sine his existens, nā esset plus de materia & de forma quam in alia, & illud additum esset ordinatum siue quantum ad finem siue inter se.

Alij autem breuius de quæstione se expedientes dicunt, ꝙ tanta erit bonitas creaturarum uniuersi innouati, ꝙ nullo modo creatura siue eadem siue diuersa posset de bonitate plus capere quam tunc erit. vnde licet tunc erit tota bonitas quæ possibile est creari. vnde licet inter vniuersum innouatum & Deum sint infiniti gradus pfectionis, non tamen sunt illi possibiles participari. Sed ista positio non est multū certa, quia non vr esse causa quare Deus non possit efficere aliquam creaturarum meliorem omnib. creaturis quas condidit, siue in eisdem specieb. & generibus siue in alijs, & ideo magis tenendum est ſm præcedentes distinctiones. Ad argumenta pro prima non oporteret respondere, tenendo ꝙ posset Deus meliorare uniuersū, sed quia illud non conceditur neque negatur simpliciter sed cū distinctionibus suprapositis, oportet respondere ad illa.

Ad primum dicendum ꝙ illud procedit de vniuerso eodem penitus numero, & illud non potest meliorari ut dictum est.

Ad secundum dicēdum ꝙ id quod ponitur de vnitate & numero aliquo modo est simile ad cōparationem Dei, & creaturam, & aliquo modo nō, sed potius est dissimile quam simile, est. n. in hoc simile, ꝙ sicut vnitas simplicior est numeris progredientib. ab ea, & ꝙ omnes participant vnitatem, dicimus. n. ꝙ binarius est vnus numerus, & ternarius est unus numerus, & sic de alijs, neq; duo numeri sunt equaliter propinqui ad unitatem, sic Deus simplicior est qualibet creatura & omnib. creaturis, & quælibet creatura aliquid participat de diuina bonitate, neq; sunt duæ species per naturam equaliter Deo propinquæ: in multis tamen est dissimilitudo, quia ab vnitate non procedit immediate nisi unus numerus scilicet binarius, ternarius vero procedit ab unitate mediante binario, & sic deinceps binarius etiam, ita est unitate propinquus quòd non potest aliquis numerus, ita esse propinquus, sed omnes Angeli, tota machina mundi, & omnes animæ rationales sunt Deo ita mediate, ꝙ quamlibet illarum Deus potest facere aliam propinquiorem sibi, saltem loquendo de propinquitate quę considerat in creatura per suam naturam, unde & si Deus non posset facere aliam propinquiorem sibi, quam humana natura Christi quantum ad modum essendi, quia est eiusdem suppositi, potest tamen facere aliam magis sibi quantum ad naturam. ſ. in ignē vel speciem nobiliorem cui posset dare maiorem gratiam perfectionę quam posset capere anima Christi si non esset dictę perſonę unita.

Ad tertium dicendum, quòd licet Deus innouato mundo posset addere aliquam bonitatem, & si nō addideret non esset inuidus, nam idem argueretur numquam posset enim Deus nunc plura aut maiora bona facere in vniuerso quam facit, cum non sit istud uniuersum adequans potestatem eius, nam posset facere mille mundos equales huic, uel maiores hoc, & non facere, tamen non dicimus eum inuidum esse, ideo nequę tunc inuidus esset.

Et ratio huius est quia in factione bonitatis creaturę attenditur bonitas per comparationem ad bonitatem diuinam, unde non ideo Deus voluit creare mundum quia bonum erat creare mundum, sed ideo bonū fuit creari mundum, quia ille voluit eum creare, & ideo eo ipso quòd post mundi innouationem Deus nō vellet addere aliquid ad bonitatem creatam, bonum erat ꝙ non addatur.

Argu-

Argumenta autem partis oppositæ ostendunt, ꝙ possit addi mundo innouato, & quia hoc etiam non negatur neque conceditur absolute, sed cum distinctione, dicendum est ad primum ꝙ illud procedit de vniuerso ꝙ partim est idem & partim diuersum cum vniuerso innouato. Vel potest dici, ꝙ hoc facto esset melior mundus materialiter sed non formaliter, quia plus de materia esset, & de natura quæ dicit perfectionem materialem respectu mundi, inquantum est vt pars materialis eius, formale autem in mundo est pulchritudo resultans ex ordine, sed non esset ita pulcher ordo vniuersi sicut prius: ideo nō esset bonū illa addi.

Ad secundum dicēdum ꝙ procedit de vniuerso ꝙ esset totaliter distinctum ab isto vniuerso, & certū est ꝙ Deus potest facere aliud vniuersum vel mundū, immo mille mundos neque esset inconueniens.

Nunc vero occasione præcedentium dicendū erat de terminatione motus, nam asseruimus motum terminandum quando mundus quiesset, & corpora cęlestia stabunt, & hoc est contra intētionē philosophorum & maxime Arist. 8. Physi. vbi probat ęternitatem motus, & motoris, & mundi, & ꝙ sicut motus non incępit ita nec potest terminari, sed de motu & mundo falsum est, quia nō est ęternitas horum, cępit quidem motus & mundus, & si incepit mobile incępit motus & si incępit finiri potest. rationes tamen suæ quātum ad æternitatē motus redeunt ad hoc in virtute ꝙ non fit dare aliquam factionem, quæ non sit terminus alicuius motus, & hoc supposito impossibile est respondere ad rationes Aristo. & tamen falsum prę supponit: quia potest dari factio quę non sit terminus motus, vt circa primum agentem, qui potest producere res sine motu, & hęc est creatio, & sic potest fieri mobile non pręcedente motu, & erit ibi factio quæ non est terminus motus, & illud mobile factum poterit habere nouum motum.

An corpora damnatorum erunt corruptibilia. Quæst. CCCCLXXVI.

Supra actum est de innouatione vniuersi inquantum præcedit ad generalem malorū damnationem. nunc est & consequenter dicēdum de ipsis damnatis, & quia post iudiciū omnes damnati erunt in corporib. quæ resumpserūt, est quędam dubitatio quantum ad deformitates, & defectus quę fuerunt in corporibus ipsorum, an erunt in resurrectione, & de hoc dictum est supra 22. c. q. 20.

Est autem nunc dubium an corpora damnatorum erunt incorruptibilia. Aliqui dicunt ꝙ sic: quia omne compositum ex contrarijs necesse est corrumpi, sed corpora damnatorum erunt ex contrarijs composita ex quibus nunc componuntur, alias non essent eiusdē speciei nunc & tunc, & per consequens neque eadem numero. ergo videtur ꝙ erunt corruptibilia.

Secūdo quia si corpora damnatorum futura essent incorruptibilia, hoc esset aut per naturam, aut per gratiam, vel gloriam, sed neutro modo. ergo non erunt incorruptibilia. Primum patet, futura sunt eiusdem naturæ cuius nunc sunt, quia eadem numero ut dictum est, & nunc non sunt incorruptibilia. ergo neque tūc erunt per naturam incorruptibilia. secundum patet, quia gratiam & gloriam non habebunt damnati, sed penitus ab eis erunt elongata. ergo non erunt corpora incorruptibilia. Tertio quia existere debentib. in summa miseria subtrahere maximam pœnarum vī inconueniens, sed maxima pęnarum est mors, vt colligitur tertio Ethic. c. de fortitudine. ergo damnatis qui sunt in summa miseria non dēt negari mors, & sic eorum corpora erunt corruptibilia. Dicendum ꝙ necesse est poni corpora damnatorum incorruptibilia esse, quia si essent corruptibilia corrumperentur aliquando, & morerentur ipsi damnati, sed nunquam morientur iuxta illud Apoc. 9. c. in diebus illis quærent homines mortem & mors elongabitur ad eis.

Secundo quia pœna damnatorum erit perpetua vt dicitur in littera, scilicet ibunt in supplicium ęternum & tamen si essent corpora eorum corruptibilia non possent sustinere supplicium perpetuum. ergo erunt incorruptibilia.

Ad argumenta in oppositum dicetur sequenti. q.

Vnde proueniet corporibus damnatorum quod sint incorruptibilia. Quæst. CCCCLXXVII.

Quaeretur nunc, cum sint futura incorruptibilia corpora damnatorum vnde proueniet eis, maxime cum maneant in magnis afflictionibus, scilicet ignis ęterni, & aliarum pœnarum.

Dicēdum ꝙ circa hoc multum negociantur antiqui & maxime Aug. 21. lib. de ciui. Dei & conatur ipse inducere simile aliquid esse in natura, ut quod Salamandra in ignibus viuat, & multa alia naturalia, quæ admiranda videntur, ideo ꝙ istud sit sicut vnum ex illis, & tamen cum omnia hęc dixerit ad reddendam rem verisimiliorem infidelibus, qui nolunt suaderi, nisi ex rebus sensibilibus concludit tandem 21. lib. de ciui. Dei. c. 9. quod istud fit per miraculum cum ait. iam satis disputaui superius posse animalia etiam in ignib. viuere, in vstione sine consumptione, in dolore sine morte per miraculum omnipotentissimi creatoris, cui hoc possibile esse qui negat, a quo sit quicquid in naturis omnibus miratur, ignorat.

Sed dicendum, quod incorruptibilitas accidit corporibus damnatorum non ex miraculo aliquo sed naturaliter, immo potius erit contra naturam quod corrumperentur, & sicut nunc supra naturam est quòd corpora mixta, & maxime animalium in igne existentia non exurātur aut calefiant, ita erit contra naturam supraque eam, quòd tunc animalia existentia in igne crementur.

Et considerandum quòd cum in omni motu oporteat esse aliquod principium motus, dupliciter remouetur motus aliquis vel mutatio a mobili. Vno modo per hoc quòd deest principium motus, alio modo per hoc, quòd principium motus impeditur, corruptio autem est quędam mutatio. Dupliciter ergo contingere potest quòd corpus quod ex conditione suorum principiorum corruptibilitatem habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc quòd principium ad corruptionem mouens totaliter tollitur, alio modo per hoc quòd principium corruptionis impeditur.

Primo modo corpora damnatorum erunt incorruptibilia, cum enim cęlum sit primum alterans per motum suum localem, & omnia agentia secunda in virtute ipsius agant, & quasi ab ipso mota, oportet, quòd cessante motu cœli nihil sit agens, quod possit corpus per alterationem aliquam transmutare a sua naturali proprietate, & ideo post resurrectionem cessante motu cœli nulla qualitas erit sufficiens, vt corpus humanum alterare possit a sua naturali qualitate. Corruptio autem non est nisi per alterationem quandam, quia est terminus alterationis cuiusdam, sicut generatio, corpora igitur damnatorum corrumpi non poterunt, licet in igne semper sint, & illa incorruptibilitas deseruit diuinæ prouidentiæ, scilicet quòd in æternum sic damnati, puniantur qualiter, non poterant puniri, nisi ad tempus, sicut

nunc corruptibilitas ſeruit diuinæ prouidentiæ, ſcilicet inquantum ex quibuſdam corruptis alia generantur. F

Secundo modo redditur aliquid incorruptibile ex hoc quod principium corruptionis agere impeditur; & hoc modo corpus Adę in ſtatu innocentiæ incorruptibile erat, i. potens non mori: quia contrarię qualitates in corpore hominis exiſtentes continebantur per gratiam innocentiæ, ideſt ſtatus illius ne ad diſſolutionem corporis agere poſſent, ſic etiã corpora beatorum erunt incorruptibilia: quia per virtutem gloriæ, & ſpiritualitatis erũt ſubdita ſpiritui, & cõtinebũtur in eis qualitates contrariæ actiuæ ne agere poſſint.

Tertius modus poteſt addi incorruptibilitatis. ſ. per ablationem principiorũ corruptionis tam actiuorum quam paſſiuorum, & ſic corpora cęleſtia ſunt incorruptibilia, & anima, & Angeli, quia non ſunt in eis principia actiua & paſſiua corruptionis. ſ. contrarietas. G

De primo modo apparet quod competat corporibus damnatorum. nam tunc ceſſabit motus cęli vt dictum eſt, & conſequenter omnis actio inferiorũ niſi in virtute primi motus. ſicut ergo eſt contra naturam ꝙ aliquid calefiat nullo calefaciente illud, ita cum tũc calidum non poterit habere actionem vllam propter non adiuuari a primo motu, erit contra naturam ꝙ calefactibile poſitum iuxta calidum calefiat ab illo. licet igitur damnati ſemper ſint in igne inferni, nunquam ab illo exurentur, & conſequenter neque corrumpẽtur, & ſic ſine miraculo erunt incorruptibilia, nõ quaſi aliqua virtus ſupernaturalis imponatur eis, ſed quia ceſſabit actio deficiente primo principio alterationis. Et hoc verum eſt ponendo, ꝙ ceſſatio motus cœli ſit cauſa ſufficiens omnis motus in inferioribus ſicut dicebatur ſupra. ſi autem illa non ſit cauſa ſufficiens dicetur ꝙ ceſſatio influentiæ diuinę ad actionem iſtorũ particularium agentium per contrarietatem erit cauſa ſufficiens incorruptis, & de hac nullum eſt dubium quia ſi Deus ceſſet a generali influẽtia qua omnia cõſeruat, omnia cedent in nihil vt Gregorius ait. a fortiori ſi ceſſet ab influentia qua coagit ad agere, nihil poterit exire in actum licet fit vt habeat principium operatiuum, ſed tunc Deus ceſſabit ab illa influentia qua influit ſuper agentia per cõtrarietatem, ideo illa non poterunt agere, & conſequenter impoſsibile erit tũc aliquid agere & pati per cõtrarietatem. & per hęc eſt corruptio, ideo impoſsibile erit tunc aliquid corrumpi naturaliter, ſed potius contra naturam erit corrumpi. H

Secundus etiam modus poterat in præſenti applicari. ſ. ꝙ ſit aliqua virtus impediens actionẽ & paſsionem per contrarietatem, & ſic tollat corruptionem, & tamen non eſt veriſimilis. Primo quia iſte modus ponit miraculum. ſ. quod ponatur aliquid quod impediat actionem naturalem, & ponit aliquid vltra principia naturæ, & tamen propter damnatos nõ fit aliquod miraculum, quia non habent virtutem gratiæ neque gloriæ. Secundo, quia illa qualitas impediens corruptionem, i. actionem & paſsionem ſecundum contrarietatem dicit aliquam magnam perfectionem, quæ realiter inexiſteret, ſed non eſt conuenienter dictum ꝙ damnatis augeatur perfectio, cũ potius mala & imperfectiones aduenire debeãt illis. cum ergo poſsit in eis eſſe æternitas pœnarum non data aliqua qualitate perficiente eos, & cohibente actionem, non oportet dari talem qualitatem, immo eſt inconueniens dari illam, quia non debet poni pluralitas ſine neceſsitate, etiam quia non debet dari in damnatis aliqua perfectio vltra eam quam naturaliter habẽt: quia pertineret ad modum beatitudinis. I

Secus autem eſt de hominibus in ſtatu innocentię: quia in his ponebatur incorruptibilitas quædam; quia erat homo potens non mori, & conueniens erat ita virtus vel gratia innocentiæ ad cohibendũ actionem. Primo quia cum homo eſſet tunc innocens, iuſtum erat vt quamcunq; perfectionem haberet etiam vltra conditionem naturalem.

Secundo quia erat neceſſarium tunc poni talẽ virtutem vel qualitatem ad dandum incorruptibilitatẽ, nam non poterat tunc poni ſicut poſt iudiciũ in damnatis. nã ceſſabit tunc motus cœli: ideo non poterunt alterari inferiora ceſſante primo motu, & non eſt neceſſaria ibi aliqua qualitas prohibens actionem corruptionis: ſed in ſtatu innocentiæ erat motus cœli: ideo non poterat ceſſare actio corrumpẽs ex illa parte, ſed oportebat poni qualitatem reſiſtentem. K

De beatis quoque ſic erit ꝙ corpora eorum incorruptibilia erunt vtroque modo, ideſt per ceſſationem motus cœleſtis, & per qualitatem prohibentem corruptionem. Et ſi dicatur ad quid ponitur vtrumque, quia primum ſufficiebat, dicẽdum ꝙ verum eſt. nam ſicut corpora damnatorum per primũ ſunt ſufficienter incorruptibilia, ita & corpora beatorum per illud eſſent incorruptibilia, ſed adderetur ſecundum propter duo.

Primo non quidem ad faciẽdam incorruptionem, ſed ad perfectionem, nam beati glorificabuntur tam ſecundum animam quam ſecundum corpus, & ideo in corporibus eorum recipietur omnis perfectio, quę recipi poteſt ad hoc ꝙ ſimpliciter dicantur eſſe perfecta, & ideo dabuntur eis quatuor dotes, quę ſunt qualitates perficientes cauſatę ex refluxu animæ beatę in corpus. de quibus dictum eſt ſupra 17. c. & una iſtarum tollet imperfectionem quæ eſt corruptibilitas, & licet extrinſecus ceſſante motu cœli ſufficienter eſſent incorruptibilia corporum beatorum, quia tamẽ perfectius eſt ꝙ hoc inſit eis ab extrinſeco. i. ꝙ ſint ſufficientia repugnare omni corruptiuo quam ꝙ ab extrinſeco. i. ꝙ non corrumpantur; quia nihil eſt corrumpens cum alias corrumpi poſſent, dabitur eis talis qualitas per quam ſint incorruptibilia.

Secundo quia in beatis erit aliquid neceſſarium contra incorruptibilitatem, non enim erunt ſolũ incorruptibilia eorum corpora ſed etiam impaſsibilia. ſed impaſsibilitas nõ cauſatur ex ceſſatione motus cœli, ſed ſolum incorruptibilitas. nam corpora damnatorum erunt incorruptibilia, quia nũquam moriẽtur nec exurentur, tamen erunt paſsibilia quia acerbos dolores ſtinebunt, nam alias non irẽt in ſupplicium ętternum ſicut Chriſtus dixit. beatorum autem corpora nec corruptibilia neque paſsibilia erunt. nulla enim paſsio erit in eis cum beati ſint, ſed ad hoc nõ ſufficit ceſſatio motus cœli, quia tunc ẽt corpora damnatorum eſſent impaſsibilia, ꝙ falſum eſt. ergo oportet poni aliquam qualitatem exiſtentẽ in ipſis corporib. beatorũ, & illa faciet eſſe corpora impaſsibilia & incorruptibilia.

Tertius modus incorruptibilitatis non cõuenit hominib. pro aliquo ſtatu, nã neceſſe erat tunc tolli qualitates actiuas & paſsiuas, quæ ſunt principiũ alterationis & paſsibilitatis, quę eſt quædã qualitas & pertinet ad cõditionem materię rerum naturalium, & eſt talis incorruptibilitas ſpirituum, qui non cõicant nobiscum in materia, talis ẽt eſt incorruptibilitas corporũ cœleſtium quę materiam habẽt carentem tamen contrarietate quæ non eſt huius conditionis, & nõ conuenit hominib. iſta incorruptibilitas, quia repugnat naturę eius. nã de eſſentia hoĩs ſunt materia & forma, & hoc quęlibet materia, ſed hęc materia quæ eſt pars mixtorum & rerum naturalium, & diſpoſita talibus diſpoſitionibus, ad quam diſpoſitionẽ neceſſaria eſt mixtio qualitatũ. nam alias corpus humanũ nõ eſſet mixtum ſed ſimplex, ſicut corpus cęli, ſicut ergo homo non poteſt perdere ea, quæ ſunt de neceſſitate ſpeciei, ita non poteſt habere incorruptibilitatem huiuſmodi, vnde nec damnati, neque beati habebunt talem incorruptibilitatem, ſed ſicut dictum eſt, & iſta eſt cauſa quare corruptibile, & incorruptibile ponuntur ſecũdum Ariſ. differre pluſquam genere, quia ipſe accipit incorruptibile tertio modo, ſicut eſt ſpecies, & corpora cęleſtia, quæ naturaliter ſunt incorruptibilia, & hoc mõ neceſſe eſt, ꝙ corruptibile, & incorruptibile non communicent in materia, vel ſaltem, non in materia eiuſdem conditionis, aut generis, ſed materiale, & immateriale plus differunt, quam genere proximo, quia differunt, vt corporeum, & incorporeum, quæ autem non habent materiam eiuſdẽ modi plus, quam genere differũt proximo, ſicut cęlum, & lapis. A B

Eſt autem differentia inter incorruptibilia his tribus modis, quia tertio modo dicitur aliquid proprie incorruptibile, alijs duobus primis modis large, & ſunt gradus inter iſta, quia incorruptibile primo modo dicitur, quod nũquam corrumpetur, poſſet tamẽ corrumpi, quia ſi ageret in ipſum aliquod corruptiuũ corrumpetur, vnde ſi rediret motus cęli ſtatim corrumpi poſſet, & corrumperetur incorruptibile. Secũdo modo dicitur, quòd nunquam corrumpetur, neque corrumpi poteſt, non repugneret tamen ei corrumpi. Patet primum, quia corpora beatorum nunquam corrumpentur in quo communicant cũ primo, etiam non poterunt corrumpi dato, quòd agere vellet in ea quodcunque corruptiuum, vnde etiam exiſtente motu cęli non exurerẽtur corpus alicuius beati exiſtens in igne, vreretur tamen cuiusliber damnati, & hoc ſit, quia eſt ibi qualitas repugnans actioni per contrarietatem. Tertium patet, quia non repugnaret corporibus beatorum corrumpi, cum potius habeant aliquid intrinſece, per quod corrũpi poſſunt, & corrumperẽtur, niſi eſſet aliquid prohibens actionem, incorruptibile autem tertio modo, neque corrumpetur vnquam, neque corrumpi poterit, & repugnat ei corrumpi, quia neque habet in ſe principium luiipſius corruptiuum, ſicut eſt in mixtis, neque habet vnde ab alio corrumpi poſſit, ſicut in ſimplicibus, ſcilicet in elementis in quibus eſt contrarietas adinuicem. Nunc vero reſpondendum eſt ad argumenta facta ſupra q. præcedenti. Ad primum dicendum, ꝙ neceſſe eſt omne compoſitum ex contrarijs ſaltem ex ſeipſo corruptibile eſſe, & tamen non eſt neceſſe, quòd omne compoſitum ex cõtrarijs corrumpatur. Et ratio eſt, quia poteſt aliqua cauſa impedire corruptionem, apud Philoſophos tamen concedebatur, quòd neceſſe erat omne compoſitum ex contrarijs corrumpi, quia non videbant aliquam cauſam, quæ poſſet in perpetuum impedire actionem cõtrarietatis, cauſa prædictorum eſt, quia ad corruptionem nõ agunt ſola principia contrarietatis, ſed etiam motus cęli, agunt quidem contraria velut principia ſecunda corruptionis, ſed motus cęli agit, vt primum principium generationis, & corruptionis, & alterationis, ſuppoſito, ergo motu cęli neceſſe eſt, quòd omne cõpoſitum ex contrarijs corrumpatur, niſi ſit aliqua cauſa maior cęlo impediens, & ſic erat in homine in ſtatu innocentiæ, erat. n. compoſitus ex contrarijs, ſicut nunc, & cęlo moto non corrumpebatur, & idem de beatis, nam etiam ſi moueretur cęlum, & ſit omnis actio corruptiua contra ea nunquam corrumpẽtur, ceſſante aũt motu cęli, contraria ex quibus corpus cõponẽt non ſufficiũt ad corruptionem faciendã ſm naturã, iõ etiam ſi non ſit aliqua cauſa impediẽs ceſſationẽ aũt motus cęleſtis nõ cognouerũt Philoſophi, iõ habebant pro infallibili, ꝙ omne cõpoſitũ ex contrarijs aliqñ corrũperetẽ, ſed non erat verũ, cũ duo iſta poterãt obſtare, ſ. cauſa impediens, & ceſſatio motus cęli. Ad ſecundum dicendũ, ꝙ incorruptibilitas damnatorũ non eueniet eis ex virtute gratiæ, aut gloriæ, ſed per naturam, & cum dr, ꝙ illa corpora erunt eiuſdem conditionis cuius ſunt iſta, & cuius primo fuerant, dicendũ, ꝙ verum eſt, & tñ per naturã aliquid fieri dr dupliciter. vno mõ, i. per principium intrinſecum, ſiue ex neceſſitate, ſiue per accidẽs, vt hominẽ eſurire, & ſitire eſt naturale, ſ. ab intrinſeco, & neceſſario, & hominem dealbari eſt naturaliter, quia eſt receptiuus albedinis, licet non ſit neceſſariũ, ꝙ illam recipiat. Alio mõ dr per naturã negatiuam, i. quod non eſt per miraculũ, ſicut hominẽ effici ſapiẽtẽ, vel inuenire theſaurum abſconditũ, ẽt ſi nullũ ſit principiũ p naturã ad hoc, & maxime apparet in eis, quæ ſunt a caſu, vt duos homines obuiare ſibi in foro cũ hoc non intenderent, natura. n. non eſt directe principiũ horum, quia tñ non fiunt per miraculum dicũtur per naturam. ſic ad incorruptibilitatẽ damnatorum nullum miraculum fiet, ſed ſolũ erit ceſſatio motus cęli, qui ſine miraculo fiet per ſolam voluntatem motoris ſine aliqua operatione reali, ideo per naturam erit illa incorruptibilitas, licet non ex principijs intrinſecis, quia nõ fiet ab aliquo poſitiuo. C

Ad tertium dicendum, ꝙ damnati non morientur, vt magis, & diutius pariantur, & ita incorruptibilitas eſt eius potius pęna, quam mors, licet enim mors ſit ſimpliciter maxima pęnarum, quia admit eſſe, quod eſt maximum bonum, & ſimpliciter bonum, tamen nihil impedit ſecundum quid eſſe mortem in remedium pęnarum, & per conſequens remotionẽ mortis eſſe ad augmentum pęnarum: viuere autem, vt dicitur 6. Ethico. videtur eſſe omnibus delectabile, eo ꝙ omnia eſſe appetunt, non oportet autem, vt ibidẽ dicitur accipere malam vitam, neque corruptam, neque q̃ eſt in triſtitijs, ſicut ergo viuere eſt ſimpliciter delectabile, non autem vita, quæ eſt in triſtitijs, ita & mors, quæ eſt priuatio vitæ ſimpliciter eſt ſimpliciter pęnalis, & maxime pęnalis inquantum ſubtrahit primum bonum, ſ. eſſe, cum quo omnia bona alia ſubtrahuntur, ſed inquantum priuat vitam malam, & quæ eſt in triſtitijs non videtur eſſe mala ſimpliciter, ſed potius in remedium bonorum, ideſt pęnarum quas terminet, & conſequẽrer talis mortis ſubtractio eſt in augmentum pęnarum quas perpetuas facit, hoc autem eſt accipere mortem proprie, quia non eſt illa vltimum malorum, niſi quia tollit omnia bona, quę non ſunt ſine vita, & per accidens tollit omnia mala, quæ ſunt cum miſera vita. ſi vero accipiatur mors pro dolore, quem ſuſtinent morientes non ſubtrahitur iſta pęna damnatis, quia maiorem dolorem illi quotidie ſuſtinent, quam morientes, & ideo moriuntur quidem, & nunquam emoriuntur, nam tantum, & grauiorem dolorem ſuſtinent quotidie, quam morientes, ſed tam acerbus dolor ſemper exiſtens nunquam eis vitam adimit, & hoc dicitur Pſalmo 48. ſicut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos, ideſt dolor magnus vexabit eos qualis eſt dolor mortis. D E

Alph. Toſt. In Math. Pars VII.

An corpora damnatorum erunt impaſſibilia.
Quæſt. CCCCLXXVIII.

QVAERETVR an corpora damnatorũ erũt impaſſibilia.

Aliqui dicunt, quòd ſic, quia iuxta Ariſto. 9. Topicorum, omnis paſſio magis facta abijcit a ſubſtantia, ideſt paſſio iterata, vel continua-

ta, sed si a finito semper abijciatur necesse est tandem illud finiri & consumi ut dr primo Physi. si ergo corpora damnatorum erunt passibilia & semper patientur, necesse est ꝙ tandem consumantur & deficiant, & sic corrumpentur, sed falsum est.

Secundo quia animalia, quæ in igne viuere dicuntur sine corruptione, sicut dicit de Salamandra 21. li. de ciui. Dei, non affliguntur ab igne, quia animal non affligitur dolore corporis, nisi corpus aliquo modo lædatur, si ergo corpora damnatorū in igne sine consumptione manere possunt sicut animalia prędicta vt dicit Aug ibidem, videtur ꝙ nullam afflictionem sustinebunt, & consequenter erunt impassibilia.

Tertio quia si corpora damnatorum essent passibilia, dolor qui ex eorum passione proueniet superare deberet omnem presentem corporum dolorē, sicut & sanctorum iocunditas superabit omnē presentem iocunditatem, sed propter immensitatē doloris contingit in presenti statu ꝙ anima a corpore separetur, ergo multo fortius si corpora illa futura sint passibilia ex immensitate doloris separabitur anima a corpore, & ita corpora corrumpentur, quod falsum est. ergo impassibilia erunt.

Dicendum ꝙ corpora damnatorum erunt passibilia: quia frustra essent damnati si nō essent eorum corpora passibilia. nam ad hoc damnantur vt pœnam patiantur, sed non possent pati si corpora haberent impassibilia. ergo erunt passibilia.

Secundo quia Christus dicit hic de damnatis post resurrectionem resumptis corporibus, quod ibunt in supplicium æternum: sed non haberent supplicium neque vnius horæ si eorum essent corpora impassibilia, ergo erunt passibilia.

Tertio patet quia dicitur 1. Cor. 15. c. omnes resurgemus sed non omnes immutabimur, vbi dicit gloss. boni tantum immutabimur in gloriam immutabilitatis & impassibilitatis, ergo corpora damnatorum erunt passibilia.

Quarto quia sicut corpus cooperatur animę ad meritum, ita cooperatur ei ad peccatū, sed propter cooperationem ad meritum non solum anima sed etiā corpus præmiabitur, ergo & ratione simili damnatorum corpora participabunt pœnam cum anima, sed non fieret hoc si essent corpora impassibilia, ergo erunt passibilia.

Quinto quia impassibilitas ponitur inter dotes corporum beatorum, & dotes pertinēt ad beatitudinem quia sunt de præmio essentiali. ergo cum damnati nō habeant aliquid beatitudinis non habebunt impassibilitatem, sed passibilia erunt corpora eorum.

Ad argumenta respōdetur inf. q. sequenti, quia declaratio eorum pendet ex ibi dicendis.

Quomodo corpora damnatorum sunt passibilia.
Quæst. CCCCLXXIX.

QVAERITVR de modo quo corpora damnatorum sunt passibilia, cū sint incorruptibilia ut dictum est, quia ista videntur sibi aduersari.

Dicendum ꝙ corpora damnatorum erūt passibilia incorruptibilia tamen. Et huius erit causa principalis diuina iustitia. Secūda vel immediata erit naturalis dispositio. nam cum ponantur prædicta corpora incorruptibilia, vt dictum est in quadam præcedent. q. poterant poni impassibilia sine vllo miraculo, vel saltem satis conuenienter, & tamen diuina iustitia exigit, vt sint incorruptibilia & simul passibilia, ut pœnas tolerare possint quas meruerunt.

Circa secūdum ꝙ est naturalis dispositio est considerandum ꝙ duplex est modus passionis. Est. n. passio receptio quędam, & recipere accipitur dupliciter. pōt. n. aliqua forma recipi in aliquo subiecto secundū esse naturale vel materiale, sicut calor recipitur ab igne, in aere, vel lapide, aut terra, & dicitur receptio ista naturalis vel materialis, quia forma recepta manet in recipiente secundum cōditiones materiales & naturales. nam cum ignis calefacit aerem, uel terram inuenitur dispositio eadem in materia aeris, vel terræ ad calorē tenendum quæ est in igne calefaciente, & iste est modus existendi naturalis secundum conditiones materiales, & cum talis recipitur forma est receptio vniuoca, & denominatur recipiēs a forma recepta. s. ꝙ sicut dicimus ignem calidum, ita & aer calidus, & terra calida, quia ab igne recipiunt calorem secūdum esse naturale, & ad hunc modum receptionis sequitur unus modus passionis, quæ uocatur passio naturalis uel materialis: quia est passio secundum conditionem naturę & non potest aliquid sic pati nisi quod materiam habet. nam immaterialia non recipiunt huiusmodi formas. Alio modo recipitur aliquid in altero spiritualiter. i. non per modum materię, vel secundum conditiones naturales, aut materiales, sed modo spirituali secundum modum intentionis, sicut recipitur similitudo albedinis in aere, & pupilla: nam necesse est recipi speciem albedinis quę est eius similitudo in aere ꝙ est medium, & in pupilla quæ est organum visionis: quia alias non fieret visio nisi reciperetur forma rei visæ aut eius similitudo, sed ista receptio non est secundum conditionem materialem, quia tūc esset albedo secundum eadem conditiones in oculo, & lapide, vel pariete, & esset receptio uniuoca. s. ꝙ aer recipiens formam illam esset realiter albus, sicut obiectum est albū, & oculus fieret realiter albus sicut & obiectum quod falsum est, nam si aer esset realiter albus immutaret sicut obiectum album, & non esset aer medium per quod fit immutatio, sed ipsum obiectum immutans, & non est verum.

Secundo, quia requiretur condensatio quædam in aere ad recipiendum albedinē, quia color est in extremitate perspicui, & tamen aer est rarus, & non recipit colores, per quod differt aer a nube, ꝙa nubes recipit colorem multiplicē, & ideo obstat uisui, aer uero non recipit colorem quando manet in sua puritate.

Tertio quia quodlibet coloratum ita est obiectum & terminus ꝙ non potest esse medium, & hoc quia interposito uno colorato, aliud non potest videri, cum quodlibet sit terminatum, & obstet visui. sicut patet in nube quę impedit uideri cœlum. sed aer nihil impedit videri, ideo non est terminatus neque colorem habet, sed per illum species caloris multiplicatur.

Quarto quia cum obiectis nobis quibusdam rebus videamus illas subito quas prius non uidebamus, necesse est quod si color efficiatur realiter in aere, ꝙ subito efficiatur, hoc falsum est, quia nulla talis qualitas materialis subito gignitur, sed successione magna indiget, sicut uidemus in cuiuslibet rei naturalis generatione. ergo nō producitur realiter albedo in medio.

Quinto, quia cum simul videamus plura diuersis coloribus colorata, cum species eorum sint simul in medio vsque ad pupillam, si reciperetur realiter vel materialiter species coloris, oporteret cādem partem aeris esse albam, & integram, & multipliciter coloratam. quod est impossibile, ideo necesse, est colorem recipi ibi non quantum ad esse materiale, uel naturale, sed quantum ad esse spirituale, uel intentionale.

De oculo idem est. non est. n. color qui videtur ibi realiter, quia sequerentur inconueniētia supra posita, nam quicunque respiceret oculum alterius. i. pupillā videret ibi omnes colores quos ille videt, sicut aspiciens videt parietem album, & tamen nullū colorem videmus in pupilla alterius, nisi eum qui naturaliter ineſt a quo nō patitur pupilla. ergo non est ibi aliquis color realiter eorum quę videntur.

Secundo quia tunc non posset aliquis videre multos colores simul, non. n. potest aliquis simul esse alb. & niger, & tamen si realiter fierent colores in pupilla esset aliquis simul albus & niger, quod esse non potest. ergo non videret, quis simul nisi vnum colorem, & hoc falsum, quia omnia obiecta sensibus simul videmus.

Tertio quia si realiter susciperentur colores isti in pupilla nullum videremus, immo nihil videretur ac si cęci essemus, nam oculus noster colorem quendam habet, quod patet si aspiciat quis pupillam alterius videbit quodam determinato colore coloratam. nemo autem suæ colorem pupillę videt, quia est ibi realiter: ideo si cęteri colores rerum materialium efficerentur in pupilla secundum esse naturale, non videret quisquam aliquem illorum, & tamen omnes videt. ergo nullus est ibi secundum esse materiale sed secundum esse intentionale. hęc igitur receptio spiritualis est, & similatur receptioni qua anima recipit similitudines rerum, quia non recipit hominem realiter, & lapidē, & lignum, sed intentiones horum quę sunt in anima modo spirituali. nam aliter esse in ea non possent, neque putari esse, cum anima sit immaterialis & indiuidualis, ideo dissimilia non potest nisi indiuisibiliter & materialiter recipere, & secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis qui vocatur passio animæ. Sed quia post resurrectionem & iudicium cessante motu cœli non poterit corpus aliquod alterari a sua naturali qualitate vt dictum est, eo ꝙ cessabit omnis actio corruptiua, quæ est per contrarietatem, non poterit pati aliquod corpus passione naturali, ꝙa omnis passio naturalis est alteratiua, eo ꝙ fit per qualitates contrarias, & imprimitur realiter & vniuoce forma agentis in passum. existente autem tali actione necesse est fieri corruptionem, & tamen non erit corruptio aliqua post iudicium, sed omnia erunt incorruptibilia vt dictum est. ergo nō poterit esse aliqua actio naturæ neque passio, secundum quam recipiatur forma materialiter vel naturaliter in aliquo. hoc modo impassibilitatis conuertuntur impassibile & incorruptibile, & ideo cum corpora damnatorum sint incorruptibilia vt dictum est, etiam sunt impassibilia.

Alia passio est per modum receptionis spiritualis, & per modum animæ, & ista cessante motu cœli adhuc manebit: quia nihil ad hanc facit cessatio motus illius. Et apparet quia adhuc illuminabitur aer per radios solis. & ibi est quędam receptio spiritualis, etiam medium, & pupilla recipient species visibiles, & fiet auditio uocum, quę omnes sunt receptiones spirituales, cum recipiatur intentio formæ & non ipsa forma secundum esse naturale.

Et ratio huius est quia receptio formæ secundum esse naturale fit per motum præcedentem, ideſt alterationem, & omnis motus inferiorum dependet a superiori motu, scilicet cœli. quo cessante non fit motus inferiorum, neque receptio per modum naturalem, sed receptio per modum animæ fit sine motu, ideo etiam si cesset motus cœli non cessabit illa receptio. hęc autem receptio est passio quędā, & hoc modo corpora damnatorum erunt passibilia, licet non erunt corruptibilia, quia fit sic passio sine corruptione vlla, & sicut dictum est de visione & auditu ita dicitur de singulis aliis sensibus, quia in omnibus sensibus fit quędam receptio intentionalis sine materia, ideo in

odoratu & tactu receptio fit, quę quidē perficiet sensum inquantum immutat eum intentionaliter, & tamen erit aut esse poterit pœnalis inquantum quędam species secundum esse etiam intentionale sunt valde afflictiuæ, sed quia fit illa immutatio spiritualis sine motu cœli poterit esse passio ualde fortis, & dolorosa, sine hoc quod aliquid resoluatur aut corrumpatur de subiecto, immo impossibile erit hoc modo corrumpi, cum non sit ibi motus & passio naturalis, & sic ignis, & quęcunque afflictiua poterunt agere in corpora damnatorum affligendo, & tamen nihil illa lædendo, neque corrumpendo, aut resoluendo, & ideo in pœnis perpetuis erit conseruatio corporis sine miraculo.

Sed obijcietur de beatorum corporibus, quia hoc modo beati habent corpora passibilia, quia manifestum est quod vident, & audiunt, & odorant, & secundum omnem sensum recipiunt, & tamen non est ista receptio nisi quędam passio. ergo corpora beatorum passibilia sunt.

Dicendum, quòd verum est quod corpora beatorum recipient modo spirituali secundum intentionem, quia nulla perfectio adimetur corporibus eorū sed potius augebitur, & tamen sentire perfectionem quandam dicit, cum ad hanc immutationem ponantur vires sensitiuę in corpore. ergo non deficiet sentire illis, cum vires sensitiuas perfectiores habeant quā nunc, uidebunt quidem, & audient, & quod materialius est rāgent, & istud sentire pati quoddam est, cum sentire non sit agere, & vocemus potentias sensitiuas passiuas, etiam quia omne recipere pati quoddam est sed manifestum est omnem sensationem fieri per receptionem specierum ab extra, s. ab obiecto. erunt ergo corpora beatorum passibilia.

Sed hoc dato dicetur quid differret inter corpora damnatorum & beatorum. nam aut vtraq; erunt passibilia, aut vtraque impassibilia. patet quia si accipiatur passio secundum receptionem formę modo naturali, neque damnatorum, neque beatorum corpora passibilia sunt, quia alias corrumperentur, vt dictum est prędcedenti. q. si accipiatur passio secūdum esse intentionale utraque videntur passibilia, quia vtraque recipiunt species intentionaliter, & sunt sentientia actu, & tunc est difficultas, quia corpora beatorum dicimus impassibilia, & quod habent dotem impassibilitatis, corpora autem damnatorum non dicimus habere dotem aliquam, ideo videtur incōuenienter stare quod dictum est.

Dicendum ꝙ sicut dictum est tam beati quā damnati sentient, quod est quoddam pati uel recipere spiritualiter, & damnati non recipiunt alio modo, & tamen in hac spirituali receptione dicuntur damnati pati, quia affliguntur valde. nam licet non recipiant damnati formas modo naturali ita quod fit ibi corruptio, recipiunt tamen eas modo spirituali ita ꝙ fit afflictio, formę quidē spirituales quę sunt intentiones materialium vel naturalium formarū non corrūpunt aliquid, quia non imprimuntur cum motu neq; cum contrarietate aliqua materiali, & tamē manet eis vis afflictiua, ēt si multū spirituales sint, sicut nihil est spiritualius specieb. fm intellectum, & tñ illę affligunt, quia quædam earū acceptæ a nobis valde contristant, & maior pœna sentitur in eis quam in alteratione fm naturā. de specieb. sensibilib. idem est ꝙ quædā existētes in sensu ualde affligūt, immo omnis pœna ad sensū pertinet. s. quia in re non sentiēte nulla est pœna, cū dolor sit sensus nocumenti, ea uero quę nocumentū non sentiunt licet lędātur, nō habēt dolorē neq; pœnā, sicut lapis & arbor uritur, & soluitur in cineres, sed nō affligitur qa nō sentit. Oīs tū sensatio fit fm speciē intentionalē &

non ſecundum ſpeciem in eſſe materiali, quia forma F
in eſſe naturali informat & corrumpit ex ratione con
trarietatis cū qua imprimitur, ſed ſenſatio, & gaudiū,
& afflictio quæ ſunt cum ſenſatione non ſunt ſecun
dum formam in eſſe naturali, ſed per modum inten
tionis, ideo omnis pœna, & dolor eſt ſm immutatio
nem ſpiritualem: propter quod ceſſante motu cœli &
actione ex contrarietate nihil prohibet eſſe receptio
nem afflictuam. immo videtur neceſſariū eſſe ꝙ ſit,
niſi miraculoſe tollatur, & quia circa damnatos nullū
miraculum fiet, cum indigni ſint, videtur ꝙ manebit
afflictio nimia & paſſio ſecundum paſſionem inten
tionalem.

In beatis autem erit receptio ſpiritualis quæ paſſio
eſt, ſed ſecundum illam non erit aliqua pœna vel affli G
ctio: ideo non dicuntur corpora eorum paſſibilia acci
pēdo paſſionem pro afflictione: erit tamē vere ibi paſ
ſio. i. receptio. vnde poſt iudicium ſi tam corpora dā
natorum, quām beatorum eſſent iuxta ignem, vtraq;
ſentirēt calorem, & neutra calefierent. ſed ſentiendo
calorem affligerentur damnati, beati autem non.
Primū patet: quia nulla perfectio naturalis deerit bea
torum corporibus, ideo neque ſentire. & ſic calorem
ſentient, & frigus. i. immutabuntur potentiæ ſenſiti
uæ tactus ab his ſicut potentia viſiua a ſpecie coloris,
de qua non eſt dubium quin immutetur in beatis. Se
cundum patet quia tam corpora beatorum quam dā
natorum erunt incorruptibilia, & tamen nō corrum
perentur ſi calefierent, vt dictum eſt. Tertium patet H
quia afflictio tollit beatitudinem: ideo non poterit eſ
ſe in beatis, in damnatis autem quæcūque afflictio eſt
conueniens. Ex hoc autem fuit neceſſe poni dotem
impaſſibilitatis: quia poſt reſurrectionem ceſſante mo
tu cœli non tollitur naturaliter ſenſatio, & dolor, &
afflictio, ſed ſolum corruptio: ideo vt ſpecies receptæ
intentionaliter non cauſarent afflictionem quæ tolle
ret beatitudinem debuit dari dos impaſſibilitatis bea
tis, quæ eſt quædam qualitas prohibēs paſſionē cum
afflictione, quæ ſequeretur naturaliter ad ſuſceptionē
quarundam ſpecierum: & quia hanc dotem non ha
bent damnati affliguntur ad receptionem omnium il
larum ſpecierum ad quas manentibus in hoc ſtatu ſe I
quitur afflictio.

Ad argumenta facta. ſup. q. præced. reſpondendum
eſt. & primo ad primum dicēdum ꝙ accipitur verbū
Ariſto. de paſſione naturali ſm quam recipitur forma
ſecundum eſſe materiale vel naturale, & iſta ſemper
abijcit aliquid de ſubſtantia, eo ꝙ talis impreſſio for
mæ fit ſemper per motum. & hoc mō dicimus actio
nem, & paſſionem eſſe vnum motum quaſi fit actio
materialiter motus: & tunc cum quelibet paſſio abij
ciat aliquid de ſubſtantia, eo ꝙ fit a contrarietate, ne
ceſſe eſt vt ſæpius facta magis abijciat: & ſic tādem ip
ſum quod patitur corrumpetur cum ſit virtutis finitę
ad reſiſtēdum. ſecus autem de paſſione modo ſpiritua K
li: quia cum fiat ſine motu nihil abijcitur de ſubſtātia:
ideo talis etiam ſi infinitum fiat non eſt corruptiua, &
huiuſmodi eſt paſſio in damnatis.

Ad ſecundum dicēdum ꝙ ignis aſſimilabit ſibi cor
pora damnatorum, & tamen nō conſumet ea, immo
& corpora beatorum aſſimilabit. nā in omni paſſione
vel receptione eſt aſſimilatio, ſed corpora beatorum
recipiunt ab igne vt dictum eſt prędcedenti. q. cum ſen
tiant calorem eius, & hoc non fit niſi recipiendo ſpe
ciem caloris, & in hoc aſſimilatur corpus igni.

Sed aſſimilatio patientis ad agens, eſt dupliciter.
Vno modo vt forma ſecundum quam, eſt ſimilitudo
fit per modum eundem in agente & patiente. ſicut eſt
in omnibus agentib. vniuocis, vt calidū facit calidum,
& ignis generat ignem.

Alio modo per modū diuerſum a modo quo eſt in
agente, & ſic eſt in omnibus agentibus æquiuocis, in
quibus contingit ꝙ non eſt forma in agente ſpiritua
liter & in recipiente materialiter, aliquando eſt mate
rialiter in agente & ſpiritualiter in recipiente.

De primo patet vt in artifice & re facta. nam eandē
formam ſecundum ſpeciem producit ædificator fo
ris quam habet in mente: ſed in mente eſt illa ſpiritua
liter, quia non eſt extenſa ſecundum latitudinē & lon
gitudinem, neque trigona aut exagona, & ſic de cæte
ris conditionibus formę in materia, in re autem extra
eſt materialiter. i. in ipſa materia & ſecundum condi
tiones eius ſupradictas.

De ſecundo ſicut paries albus cauſat ſpeciem ſuam
in oculo, ſed in pariete eſt albedo materialiter. i. ſecun
dum omnes conditiones materiæ. ſ. eſt in ſuperficie,
& extenditur & eſt ibi materialiter. i. habet virtutem
materiæ. ſ. immutandi & ſe diffundendi. in patiēte au
tem. i. in medio & oculo eſt ſpiritualiter, quia non eſt
ſpecies extenſa: ſed in eodem puncto ſunt ſimul mul
tæ ſpecies, ꝙ eſt contra modum exiſtendi formarum
naturalium. Etiam non habent illæ ſpecies virtutem
naturalē. ſ. immutandi, generandi, & diſgregandi, quā
virtutem habet ipſa albedo, quæ eſt forma naturalis,
& tamen omnib. his modis aſſimilatur recipiens agē
ti. minus tamen in receptione æquiuoca. ſic aūt eſt de
igne. quia ille agens in corpora damnatorū aſſimilat
illa ſibi ſed æquiuoce; qa ſpecies quæ eſt materialiter
& naturaliter in igne recipitur ſpiritualiter ſolum in
corporibus damnatorum, & ideo cum tali aſſimila
to non ſtat conſumptio, hoc autem ignis agit in cor
pora noſtra vniuoce gignendo calorem, & tandem
ipſa corpora igniendo, ideo hic aſſimilando conſumit
ſed ibi non.

Ad tertium dicendū ꝙ præſupponitur aliquid pro
vero quod non eſt verum. nam dī ꝙ Salamandra in
igne viuat, ſed non eſt verum, licet ad modicum tem
pus poteſt in igne viuere, dicit enim Ariſt. lib. de pro
prietatibus elementorum, ꝙ nullum animal in igne
viuere poteſt. & Galenus lib. de ſimplici medicina di
cit ꝙ nullum corpus eſt quod tandē ab igne non con
ſumatur, quamuis quædam ſunt corpora quæ ad ho
ram ſiue paucum tempus in igne manere poſſunt ſi
ne lęſione, vt patet de hebeno ligno. Et dicendum de
rebus non ſenſitiuis, ꝙ non poſſunt in igne perieue
rare diu incorrupta. vnde etiam quæcūque mineralia
per longam exiſtentiam in igne minuuntur licet quę
dam parum alia multum, ſed quicquid parum minui
tur & alteratur aliquando licet tarde erit totum con
ſumptum.

De ſentientibus autem vt de Salamandra dicēdum
quod non poteſt diu viuere in igne, neceſſe enim erit
tandem vri & ſolui, ſed ſpeciale hoc, quia cætera ani
malia ſtatim læduntur ab ignibus, Salamandra autem
non ſtatim, ideo dictum eſt Salamandram in igne vi
uere, non quaſi ſit ei locus naturalis vitæ ignis, vel
ibi ſemper viuere poſſit, ſed quia aliquandiu viuit,
& non offenditur, quod non inuenitur in alijs ani
malibus.

Cum vero dicitur quod animalia quæ in igne non
læduntur non affligantur recte dictum eſt ſaltem ge
neraliter, licet per accidens non affligantur & lædan
tur, vt ſi quando aliqua membra obſtupuerunt, vel
cum vehementiſſimo ſopore, quis tenetur, ſed alias
ſimul fit in nunc ſenſus doloris, & nocumentum.
quandiu igitur non læditur Salamandra in igne, ne
que affligitur, cum vero incipit lædi affligitur, ſed in
hoc differt ab alijs animalibus, quia illa mox ut igne
poſita fuerint læduntur, & affliguntur. De damnatis
autē ſecus eſt, quia illi ab igne non læduntur, & tamen

nimis affligūtur, & hoc ſit qa iſta duo poſſunt apud A
eos diuidi quæ apud nos non diuiduntur, realiter qui
dem differunt iſta, ſcilicet, lędere, & affligere: quia lę
dere pertinet ad actionem naturalem, quæ eſt cum
motu, & eſt per contrarietatem, ideo eſt corruptiua:
abijcit enim aliquid de ſubſtantia, ſed affligere perti
net ad immutationem vitalem per modum intentio
nis: quia dum ignis natus eſt iſta duo ſimul efficere i
deſt immutare naturaliter, & ſpiritualiter, efficit ea ſi
mul ſecūdum calorem ſi patiens ſuſceptiuum ſit vtri
uſque tranſmutationis ſimpliciter, vel ſecundum ſta
tum, & quia omnia ſenſitiua in hoc ſtatu ſunt paſſibi
lia ab igne per calorem quantum ad vtranque immu
tationem, nullum eſt animal, quod ſentiat calorem, B
quod ſimul non vratur. Secus de damnatis: nam ſecū
dum ſtatum cōpetit ei immutari ſpiritualiter, & non
naturaliter: ceſſante enim motu cęli non poteſt ignis
agere naturali actione quę eſt per motum, & contra
rietatem; reſtat ergo immutatio ſpiritualis, & per iſtā
affligentur damnati.

Niſi quis dicat, quòd non poterit affligi cum nō lę
datur corpus. Sed non ſtat quia ſenſibile non ſolum
eſt natum delectare, vel affligere ſenſum ſecundum,
ꝙ agit actione naturæ confortando vel corrumpen
do organum, ſed etiam ſecundum, ꝙ agit actione ſpi C
rituali, & hoc conſurgit ex proportione debita vel in
debita ſenſibilis ad ſenſum: nam cū fuerit proportio
debita ſequitur delectatio, ex indebita vero cauſatur
afflictio, vt quando ſe habet in ſuperabundantia, & de
fectu, & apparet hoc in coloribus, & vocibus, nam iſta
non habent actionem naturalem corruptiuā corrūpē
do organum; & tamen affligunt: quia conſonantia vo
cum delectat, diſcordantia vero contriſtat: & in colo
ribus, quidam nos delectant; alij faſtidiunt. apparet er
go, ꝙ ſine actione naturali eſt actio afflictiua.

Circa beatos vero erit aliud, quia ipſi iuxta ignem
immutabuntur ab igne ſentiendo calorem, ſed non af
fligentur. Et hoc accidit propter duo primo propter
ſtatum: nam cum beati reſumpſerint corpora in re
ſurrectione ceſſabit motus cęli, & illo ceſſante nulla
actio eſt aut motus naturalis, & iſta cauſa extenditur D
etiam ad damnatos.

Secundo, quia beati habebunt dotem impaſſibili
tatis, qua reſiſtent omni volenti agere, vnde neque
actione corruptiua neque afflictiua aget aliquid in il
lud. Et ratio huius eſt, quia cum tam damnati quā bea
ti ſentiant calorem ignis, & immutentur ab eo ſpiri
tualiter damnati affligentur, & nō beati, quia afflictio
prouenit ex proportione indebita ſenſibilis ad potētiā
vel organum, vt cum ſenſibile excedit organum; nam
tunc affligit, & corrumpit, vel affligit ſaltem, ſed cir
ca beatos non poterit eſſe aliquis exceſſus ſenſibilis
obiecti ad potentiam ſenſitiuam, quia virtus gloriæ
quæ eſt impaſſibilitas quędam, efficiet ſenſum beati E
maiorem omni ſenſibili qualitate, & ideo à nulla po
terit affligi, ſed manebit ſola immutatio vitalis, quę
pertinet ad cognitionem, ſcilicet, quòd recipiatur ſpe
cies in ſenſu ad hoc, quòd faciat de ſeipſo cognitio
nem.

Ad quartum dicendum, quòd erit dolor immen
ſus in dānatis ideſt multo maior, quolibet dolore vi
tæ huius; & iſte ꝙ manebit: neque tamē vnquā aufert
vitam. Et ratio eſt quia nullus dolor quātuſcunque ſit
& quātumcunque duret pōt directe auferre vitā, ſed
per accidēs aufert. Et patet, dolor eſt ſenſus nocumē
ti ſed ſenſatio eſt potentię ſenſitiuæ, ipſa autē poten
tia non recipit mō naturali ſed ſpirituali, & intētiona
li, & iñ ſecundū hanc receptionem non eſt corruptio
aliqua. vitā autem auferre corruptio eſt: ideo ſecundū
ſenſum doloris nunquam contingit auferri vitā quā
tuſcunque ſit ſenſus doloris, ſed per accidens ad dolo
rē aufertur vita, vt quia ſimul cum dolore fit aliquod
nocumentum in corpore ſcilicet, quòd cum dolore,
qui eſt in anima, mutatur corpus a ſua naturali diſpoſi
tione, & in illa mutatione fit corruptio, & hoc ſæpe vi
demus, quòd ex animæ paſſionibus vel cum illis im
mutatur corpus: vt ex ira calefit corpus, ex timore au
tem frigeſcit, ſed vt dictum eſt corpus non poterit
mutari a ſua naturali diſpoſitione poſt reſurctionem,
quia non erit aliquid tranſmutans ceſſante motu cœ
li, ergo quantacunque ſit animæ paſſio non poterit
eſſe aliqua tranſmutatio naturalis in corpore, & ideo
ad quantumcunque dolorem nō poterit ſequi mors
in damnatis.

*An in animabus damnatorum, & beatorum maneant poten
tiæ ſenſitiuæ. Quæſt. CCCCLXXX.*

SED quia in damnatis pœna quędam eſt, & do
lor, cum Chriſtus dicat, quòd ibunt in ſuppli
cium ęternum; & pœna non eſt ſine ſenſatio
ne, & ſenſatio videtur eſſe potentiæ ſenſitiuæ,
eſt dubium de potentijs ſenſitiuis, quomodo ſe ha
beant ad animas ſeparatas ſcilicet, an in animabus
ſeparatis damnatorum, & beatorum maneant poten
tiæ ſenſitiuæ.

Aliqui dīt ꝙ ſic, quia dicit Aug. li. de ſpiritu, & ani
ma recedit aīa a corpore ſecum trahens ſenſum; ima
ginationem; rationem, intellectum; inteligentiam,
& concupiſcibilitatem; & iraſcibilitatem, ſed ſenſus,
& vis iraſcibilis, & concupiſcibilis ſunt vires ſenſiti
uę, ergo in anima ſeparata manebunt vires vel poten
tiæ ſenſitiuę.

Secundo patet, quia dicit Aug. lib. de eccleſiaſticis
dogma. ſolum hominem credimus habere animam
ſubſtātiuam quę exuta corpore viuit, & ſenſus ſuos
atque ingenia viuaciter tenet, ergo anima exuta a cor
pore habet potentias ſenſitiuas.

Tertio, quia potētiæ animę vel eſſentialiter inſunt
vt quidam dicunt; vel ad minus ſunt naturales pro
prietates ipſius, ſed illud quod eſſentialiter ineſt alicui
non poteſt ab eo ſeparari, neque ſubiectum aliquod
deſeritura naturalibus proprietatibus, quia alias non
ſunt naturales. Ergo anima ſeparata non poteſt amit
tere aliquas potentias ſuas, ſed ſenſitiuæ ſunt poten
tię animæ, ergo non amittet eas anima ſeparata ſed
ſeruabit. Quarto, quia totum ex partibus conſtat, & i
deo non manet totum integrū cui deeſt aliqua pars
ſua, ſed anima eſt totum potentiale, ideo non eſt inte
gra ſi non habeat omnes potentias ſuas, ſed ipſa ſepa
rata manet tota integra, ergo habebit omnes potēn
tias ſuas, ſed illarum quędam ſunt ſenſitiuę: ergo, &
ſenſitiuæ manebunt in anima ſeparata.

Quinto ſi non manerent potentiæ ſenſitiuæ ſeque
retur inconueniens ſcilicet, quia aliquid eſſet coope
rans ad meritum vel demeritum, quod non eſſet par
ticeps gloriæ neque pœnæ, & eſt inconueniens, quia
propter hoc corpus videtur reſurgere, vt ſi fuit in
ſtrumentum animæ operantis bonum recipiat partē
beatitudinis, e contrario autem ſi fuerit inſtrumen
tum malæ operationis recipiat partem pœnæ, & ta
men magis pertinet potentia ſenſitiua ad actum bo
num vel malum quam corpus, quia corpus ſolum eſt
vt inſtrumentum actus, potentiæ vero ſunt principia
agendi, ideo potius deberent eædem potentiæ reſur
gere cum idem corpus reſurgat, ergo manebunt in
anima ſeparata.

Sexto, quia ſi anima ſeparata non retineat ſecum
potentias ſenſitiuas peribunt illę, & cū pereunt opor
tet, ꝙ conuertantur in aliquid vel in nihilum cedāt,

non

non potest dici, quòd conuertantur in aliquid, quia F
non habent materiam tãquam partem sui, sola enim
materialia conuertuntur in aliquid, ergo si perit cedit
in nihil, sed quod in nihil cedit non potest redire in
idem numero, ideo in resurrectione necesse est, ꝙ
homo, aut non habeat potentias sensitiuas, aut non
easdem, si nullas dicatur habere non erit animal, nul-
lum enim animal est sine sensu tactus, & tamen erit
homo, ideo habebit potentias sensitiuas, erunt ergo
alię, & tunc est inconueniens, quia non redibit idem
homo numero, qui prius fuit, quia secundum Phi-
losophum, sicut se habet anima ad corpus, ita se ha-
bent potentiæ ad partes corporis, sicut visiua ad ocu-
lum, & ita de alijs, sed si non rediret eadem anima ad
corpus non esset idem corpus, & consequẽter, neque
idem homo: ergo si non redeat eadem potentia visi- G
ua non redibit idem oculus, & ita de aure, & naso, &
cęteris partibus organicis, & sic non erit idem cor-
pus, sed non existente eodem corpore non est idem
homo, cum sit corpus pars essentialis, & valet ratio,
quia nulla pars corporis esse videtur, quæ non sit or-
ganum alicuius potentię sensitiuę saltem quantum
ad organum tactus, quod toti corpori coextenditur,
ergo cum idem homo resurgere debeat, necesse est,
quòd maneant eędem potentię sensitiuę, sed non re
surgerent eędem nisi manerent in anima separata, er-
go manent in ea, quando separatur.

Septimo, quia si potentię sensitiuę perirent, & nõ H
manerent in anima separata corrumperentur cor-
rupto corpore, & consequenter debilitarentur debi-
litato corpore, quia vt dicitur 1. de Anima si senex
accipiat oculum iuuenis videbit vtique, sicut iu-
uenis, ergo neque corrupto corpore corrumpen-
tur potentię sensitiuę, & sic manebunt in anima se-
parata.

Dicendum, quòd potentię sensitiuę non manent
in anima separata, quia non possunt manere in ea nisi
ipsa sit subiectum earum, quia subiectum est ipsum
compositum. Quod patet, quia si in anima essent, vt
in subiecto, esset anima potens exire in actum sentiẽ-
di sine corpore, aut vsu organi corporei, quod patet,
quia de intelligere, & velle, quorum vsus non fit per
aliquod organum, licet præsupponantur phantasma-
ta susceptа organice, tamen nunquam sit sensatio si-
ne organo, & fit per ipsum organum, ergo potentiæ
sensitiuę sunt ipsius compositi tanquam subiecti, &
quia corrupto subiecto necesse est perire accidens
eius, corrupto animali peribunt omnes potentię sen-
sitiuę, & ita non manebunt in anima separata.

An corrupto corpore maneant in anima separata potentiæ sen-sitiuæ Quæst. CCCCLXXXI.

ALIQVI dicunt, quòd maneant in anima sepa-
rata, quia ponunt, quòd anima sit subiectum
earum, & ita tenet Radulphus 4. Senten. dis.
44. Et arguit primo contra positionem, quæ K
tenet eas esse potentias compositi, quia qualitas com-
positi est materialis, sed potentia sensitiua non est
qualitas materialis, ergo non consequuntur compo-
situm, sed animam. maiorem probat in subiectis
materialibus, minor colligitur ex toto secundo de
Anima, quòd sensationes sint spirituales, & immate
riales, & indiuiduales. Secundo dicit sic, quòd potẽ-
tię sensitiuę sunt idem cum subiectia animę, ergo
non sunt consequentes compositum. patet antece-
dens, quia si non essent eędem, intentio in actu sen-
tiendi non remitteret actum intelligendi, quia hoc
non fit in actibus potentiarum, quæ per se præcise
consequuntur compositum, & tñ sensatio remittit

actum intelligendi, immo interdum tollit, vt in vene-
reis, vt dicitur 7. Ethico. cap. 15. & tamen si sunt idem
cum subiectia animę necesse est, ꝙ maneant separa-
ta anima. Tertio dicit sic, ꝙ separata intellectiua ani-
ma Deus potest conseruare in composito omne ab-
solutum distinctum realiter ab ipsa anima, & ideo si
distinctę essent potentię istę ab anima intellectiua, il-
la ablata posset homo manere negatiuus, & sensiti-
uus, quod dicit esse quandã truffam. Quarto dicit sic,
& ꝙ hoc est ponderandum, quia genus in homine
sumitur a forma subiectiali secundum Commen. 2.
Meta. & tñ sumitur a parte sensitiua, quia animal est
subiectia animata sensibilis, & tñ differentia generis
subalterni non sumitur ab aliqua qualitate cõsequẽ-
te compositum, quia nulla qualitas est subiectia, er-
go potentię sensitiuę sunt ipsa subiectia animę, &
sic manent in anima. Quinto dicit, ꝙ in bruto sensiti-
uum est forma subiectialis, ergo etiam in homine,
consequentia patet, quia sensitiuum in homine est
nobilius, quam in bruto, ideo si in bruto est subiec-
tia non poterit esse in homine accidens, antecedens
patet, quia in bruto non est aliqua forma perfectior, ꝙ
sensitiuum. Sexto, quia species animę non est quali-
tas, quia tunc anima esset qualitas, sed sensitiuum est
species animę 2. de Anima, vbi distinguitur anima ꝙ
sensitiuum, vegetatiuum, & rõnale, vel vita per istos
modos, & tamen vita est ibi forma subiectialis, ergo
sensitiuum, & vegetatiuum non erunt qualitates.

Septimo, & vltimo, quia corrupto subiecto cor-
rumpitur qualitas subiecti, & sic lęso organo visus
periret potentia visiua, quod habet pro inconuenien-
ti. Ideo ipse Radulphus ponit circa hoc tres propo-
sitiones. Prima est, ꝙ potentię sensitiuę sunt realiter
idem cum subiectia animę, & tamen differunt for-
maliter inter se, primum supponit probatũ ex dictis,
secundum probat, quia impossibile est vnum, & idẽ
esse formaliter principium actus, & non esse, sed po-
tentia visiua est formaliter principium actus videndi,
& non auditiua, ergo impossibile est, ꝙ sint idem for-
maliter. Secunda propositio sua est, ꝙ potentiæ sensiti-
uę manent cum anima separata, quia quando aliqua
duo sunt idem realiter manente vno manet aliud, sed I
potentiæ sensitiuæ sunt idem, quod subiectia animę
ergo manent cum separata anima. Tertia propositio
sua est, quòd possibile est animam saparatam habere
actum sentiendi, de ista tamen propositione dicetur.

An verum sit, quod supra secundum Radulphum est affirma-tum, quod potentiæ sensitiuæ sint idem realiter cum sub-stantia animę. Quæst. CCCCLXXXII.

DICENDVM circa hæc, quòd falsa sunt, con-
tra tertiam propositionem non dicetur
statim, sed postea, secunda autem propo-
sitio sua bene sequitur ex prima, & si prima
esset vera secunda esset vera, ideo contra secundam
non est simpliciter instandum, prima autem habet
duas partes, prima est, ꝙ sunt idem realiter potentiæ
sensitiuæ cum potentia animæ, secunda est, ꝙ inter se
differunt formaliter, & dependet secunda pars a pri-
ma, & si prima esset vera secunda esset vera, scilicet,
quòd inter se formaliter differrent, nam & nunc for-
maliter differũt, & realiter, prima tamẽ pars est falsa,
scilicet, quòd sint idem cum subiectia animę.

Ad argumenta eius septem quibus prædicta vide-
batur probare est respondendum.

Ad primum dicendum, vno modo, quòd non est
verum, quòd potentiæ sensitiuæ sunt pure spiritua-
les, & sensationes sunt pure spirituales, si enim essent
pure spirituales possent esse in spiritu puro, sicut in-

telligere, & velle sunt in subiectis separatis, & tamẽ,
neque est in eis vnquam sentire nec potentia sensitiua, est autem in eis quidquid eas naturaliter perficere
potest cum sint perfectiores, quam entia corporalia,
ergo non possunt in eis esse potentię sensitiuæ cum
non sint deficeret eis aliqua perfectio naturalis, ergo
nõ sunt potentiæ sensitiuæ pure spirituales, quia alias
possent esse in subiectis separatis.

Quid requiratur ad sensationem

Item sensatio non est pure spiritualis, neque potẽ-
tia sensitiua, quia immutatur materialiter, non enim
immutatur potentia sensitiua, nisi immediate ab
obiecto materiali, & cũ quadã determinatione loci,
& spatij, quia non possumus sentire ex omni distan-
tia, sed ex quadã determinate. Item ad sensationem B
sequitur quędam immutatio realis dolorosa, dicit
enim. Aristote. 7. Ethico. c. vltimo, ꝙ videndo, & au-
diendo dolorem sustinemus, sed non sentimus, quia
assueti sumus, & tamen ab assuetis non fit passio, idest
non fit sensatio doloris, & tamen immutatio pure
spiritualis, quæ fit ab obiecto in intellectũ, aut volun-
tatem nullum causat dolorem, sed perfectionem, er-
go non est sensatio immutatio pure spiritualis, & tñ
si potentiæ sensitiuæ haberent animam pro subiecto,
sicut intellectus, & voluntas, qualis est actus intelli-
gendi, & volendi, tales essent sensationes.

Confirmatur, quia dicitur secundo de Anima, ꝙ
excellens sensibile corrumpit sensum, & sic non so-
lum alterat materialiter, sed etiam corrumpit, sicut C
est in sensu tactus in passione facta a duris, dicit tamẽ
Aristo. ibidem, quòd excellens intelligibile non cor-
rumpit intellectum, sed potius confortat, quia quan-
to intelligibile habet magis de intelligibilitate tanto
magis confortat intellectum, & luce sua perficit, &
actuat illum, ergo non est sensatio pure spiritualis
actus, & consequenter potentia sensitiua non est
pure spiritualis, sed est aliquo modo materialis.

Aliter etiam potest dici, & valde bene, quòd acci-
dẽtium quædam sunt actiones, & passiones, alia sunt
aliquid permanens, prima accidentia semper sunt
cõpositi ipsius, quia actio, & passio semper sunt sup-
positi, & ideo quibuscunque principijs, vel potentijs
competant semper dicuntur compositi. De secundis ac- D
cidentibus differt, quia quædam sunt partium, alia
compositi, & ideo in homine quædam sunt accidẽ-
tia, quæ habent pro subiecto animam hominis, sicut
est de potẽtia intellectiua, & volitiua, non enim sunt
ista accidentia hominis, sed animæ, nam si essent ac-
cidentia hominis corrupto homine perirent, & tñ
mortuo homine manet intellectus, & voluntas, quia
manet anima, ergo homo, qui est ipsum compositũ
non est subiectum intellectus, & voluntatis.

Et si dicatur, quòd intelligere, & velle sunt cõpo-
siti. Dicendum, quòd hoc est, quia nominant actus, &
omnis actus est suppositi tanquam agentis, & deno-
minati, pars autem non est suppositum, ideo melius
dicitur, quòd homo intelligat, quã quòd intellectus
intelligat, vel, anima intelligat, & tamen non est ho- E
mo subiectum huius accidẽtis, quod est intellectus,
& voluntas, sed ipsa anima rationalis. Alia autẽ sunt
accidentia partis, quæ est materia, vt esse album, ni-
grum, figuratum, durum, molle, rarum, & densum.
Et patet ex ratione supra posita, s. quia illa, quę sunt
accidentia hominis, non manent corrupto homine,
& tñ omnia hęc manent in cadauere, ergo non sunt
in composito tanquam in subiecto, sed in parte idest
corpore, & ita est de omnibus symbolis, quę manent
in genito, & corrupto 2. de Gene. & Cor. quod enim
in trãl mutatione manet, necesse est esse in illo, quod
est subiectum transmutationis, hoc autem est mate-
ria, ideo illius sunt hæc accidentia, denominant tamẽ

A mediate compositum, quia dicimus hominem esse
album, nigrum, magnum, figuratum, & crispum, &
non est mirum, quòd denominetur compositum ex
his, quia ita etiam sunt alia accidentia partium mate-
rię, quæ tamen nominant totum compositum inter-
dũ, sicut si mitas, & aquilinitas sunt accidentia nasi,
& non totius corporis, neque hominis, & tamen vo-
catur homo simus, vel aquilus, ita etiam de acciden-
tibus, quæ nominant rectitudinem, & curuitatem ti-
biæ, quia illa sunt in tibia, vt in subiecto, & tamen de-
nominant etiam compositum, non tamen sunt in
composito, vt in subiecto proprio cum maneant cor-
rupto homine. Alia autem sunt accidentia composi-
ti, & non partium eius, vt masculinitas, & fęminitas, B
nam solum compositum denominant, non enim est
anima masculus, aut fęmina, neque corpus sed ho-
mo. Etiam, quia corrupto composito non manet
masculinitas, & fęminitas, manerent tamen si essent
accidentia partium, & ita est de potentijs sensitiuis,
illæ enim sunt in composito tanquam in subiecto, &
ideo non manet resoluto illo. Sed dicendum, ꝙ licet
aliqua sint accidentia compositi, quæ non sunt par-
tium, idest sunt in composito, vt in subiecto, & non
in partibus, quia tamen compositum non habet ali-
quod esse nisi a partibus, omnę accidens suum pro-
uenit ex conditione partium, & sunt illę tanquam
principia horum accidentium, & quorundam acci- C
dentium in homine est principium anima, aliorum
est principium corpus, aliorum autem vtrunque. De
primis patet, vt in potentijs omnibus sensitiuis, quia
sunt in homine, vt animatus est, & fluunt omnes istę
potentię ab anima. De secundo, vt masculinitas, &
fęminitas, nam ista consequuntur materiam, nulla. n.
proprietas animæ simpliciter est, quæ determinet
magis ad masculinum, quam ad fęmininum, vt cõ-
muniter dicitur, licet de hoc alia est difficultas, quæ
nunc non expedietur. De tertio, vt risibilitas, est enim
solius compositi passio, idest hominis, & consequi-
tur eum tam ex parte animę, quam ex parte figura-
tionis organorum, nam in corpore pecoris non est
aptitudo organica ad ridendum. His suppositis di-
cendum, quod illa accidentia compositi quorum est
principium sola materia habent setoraliter materia- D
liter, vel corporaliter, & ideo potẽtiæ sensitiuæ, licet
sint accidentia compositi, & non animæ, quia tñ ab
anima sunt tanquã a principio, habẽt modũ spiritua-
lem in actione, siue passione sua.

Cum autem dicebat Radulphus quòd qualitates
consequentes cõpositum materiale non possunt esse
spirituales, dicendum, quòd si essent istę qualitates in
subiecto materiali, & emanarent a principio materia-
li, neque essent spirituales, neque tenerent aliquam
conditionem spiritualitatis, essent materiales, & ta-
mẽ licet sint in subiecto materiali emanãt a subiecto
pure immateriali, idest ab anima, vt ostensum est, iõ
consequuntur quandam spiritualitatem in operatio-
nem sua non quidem plenam, vel totalem sicut est
in potentijs illis, quæ sunt in subiecto spirituali, & a E
principio spirituali, sicut sunt intellectus, & voluntas,
hæ ergo potẽtiæ sensitiuæ inquantum sunt a princi-
pio spirituali consequuntur multum de conditione
spiritualitatis, inquantum autem sunt in subiecto
materiali retinent etiam aliquas conditiones mate-
riales, vt supra ostensum est. Et ista est ratio naturalis
horum, & si aliud fingere velis, ipsa natura clamat ve-
lut eam inuitam, & renitentem trahas. Cum vero di-
cebat Radulphus, ꝙ qualitates compositi materialis
emanant a principijs materialibus, & recipiuntur in
subiectis materialibus &c. Dicẽdũ, ꝙ non est verum
semper saltem quantum ad sensitiuas potentias, nam

subiectum

ſubiectum earum eſt materiale, ſed principium eſt ſpirituale. Ipſe tamen vult aliud, ſcilicet quòd compoſitum, ſicut eſt ſubiectum ſuarum paſſionum, vel qualitatum, ita ſit principium earum, ſicut eſt de intellectu, & voluntate in anima. Nam anima eſt ſubiectū illarum, & ipſa eſt principium, quia intellectus, & voluntas fluunt ab eſſentia animę.

Sed nō ſtat, quia compoſitum poteſt eſſe ſubiectū alicuius qualitatis, vel paſſionis cuiuslibet, ſed non poteſt eſſe principium alicuius, quia hoc repugnat, nam totum eſſe compoſiti eſt principiatum, quia cōpoſitum ab altero eſt quantum ad totum, quod eſt, ergo accidentia ſua principiata ſunt, nam ab eo a quo eſt compoſitum ſunt accidentia compoſiti, ſecus de anima, quia ipſa non eſt ab alio tanquam a principio ex parte ſui, etiam, quia eſt ſimplex, & forma, ideo neceſſe eſt, ℘ ſicut eſt ipſa ſubiectum ſuorum accidētium propriorum, ita ſit principium eorum, ideſt ab ea fluant, & non ab aliquo alio.

An ſenſitiuæ potentiæ ſunt idem cum anima ſubſtantia. Quæſt. CCCCLXXXIII.

AD ſecundum, quando probat eſſe potētias ſenſitiuas, idem cum ſubſtantia animę, eo ℘ immutatio intenſionis ſenſitiuæ impedit remittendo, vel tollendo actum intellectus. Dicēdum, ℘ non ſequitur hinc, ℘ intellectus, & potentiæ ſenſitiuæ ſint eiuſdem ſubiecti, ſed eiuſdē principij, eſt enim forma principium omnium operationum compoſiti, ideo licet actus compoſiti quātum ad principia immediata habeant diuerſitatem, & multitudinem, tñ quantum ad principium mediatum habent vnitatem, ideo contingit vnam operationem impediri per alteram, & hoc prouenit, quia virtus compoſiti eſt finita, & dum in plura diuiditur minor fit ad ſingula, vnde ſi circa aliquid valde intendere velit, cum non poſſit circa multa ſimul valde intendere, quia hoc eſſet maioris potētiæ, neceſſe eſt, ℘ ceſſet ab alijs, quando ad vnum valde intendit, & iſtud prouenit, tam in intēſione actionum, q̄ delectationum. De primo patet in potentia motiua localiter, nam ſiquis valde, & ex toto conatu intendit ad motum localem aliquem, ceſſant in eo operationes cęteręneque enim ſecundum intellectum, tunc conſiderare poteſt. De ſecundo, ideſt de delectatione patet, quia regula eſt, ℘ quando quis experitur aliquam magnam delectationem ceſſata cęteris delectationibus, vt dicitur 10. Ethicor. ℘ mali agonizantes ſunt quando aſpiciens poteſt comedere legumina q. d. ad delectationem paruam, quæ eſt in comedendo legumina non poſſet attendere videns ſi eſſet magna delectatio reſpiciendo agoniſtas. Et patet falſum eſſe, quod dicebat Radulphus, nō. n. ceſſat operatio vnius potentię intenſa operatione alterius, quia ſunt eiuſdē ſubiecti, nam de virtute motiua localiter manifeſtū eſt, ℘ non eſt in anima tanquam in ſubiecto, ſed eſt in partibus corporis muſculoſis, & tñ ſiquis nimis nitatur intēdere motui locali ceſſat ab alijs operibus, ita vt non ſolum remittatur opus intellectus, ſed etiā omnino ceſſet, ergo operatio vnius potentię remittit aliam, quādo ſunt ab eodem principio, licet non ſint eiuſdem ſubiecti, & ita eſt quantum ad potentias ſenſitiuas reſpectu intellectus, & voluntatis. Ad tertium dicendum, ℘ nō eſt vera propoſitio, ſ. ℘ ſeparata anima intellectiua poſſit manere in compoſito omne abſolutum diſtinctum ab anima, ſed debet addi, ℘ nō ſit poſterius in ordine eſſentiali, nam nō poſſunt manere poſteriora ſine prioribus, etiam in realiter diſtinctis, cum poſteriora ſint principiata a prioribus, nam maſculinitas, & fęminitas manifeſtum eſt, quòd non ſunt accidentia animæ, ſed compoſiti, & tamē ablata anima rationali manifeſtum eſt, quòd non poſſunt manere maſculinum, neque fęmininum, & ratio eſt, quia iſta ſunt accidentia compoſiti, & non manente compoſito non poſſunt manere, & tamen non manente anima non manet compoſitum, ergo non eſt poſſibile iſta manere, ita igitur ſunt potentię ſenſitiuę qualitates proprię compoſiti, & non exiſtente illo non exiſtunt, & tamē compoſitum eſt per formam ſuam, quæ eſt anima, ergo non manente anima non manēt potentię ſenſitiuę, licet non ſint in ipſa tanquā in ſubiecto. Ad quartum dicendum, quòd ratio generis accipitur ab eo, quod eſt ſubſtantiale, & ratio differentię conſtitutiuę ſpeciei eodem modo. Et cū dicitur, quod ſenſibile ſit differentia, concedendum eſt, & quòd accipitur a forma ſubſtantiali, & tamē nō nominatur a potentia ſenſitiua, ſed ab anima ſenſitiua, quæ eſt forma. Circa quod, ſciendum, quòd nomina ponuntur ad notificationem rerum, & iō ponuntur ſecundum ea, quæ nota ſunt de ipſis rebus. Et quoniam differentię ſunt ad diſtinguēdum, oportet, quòd accipiantur a forma quantum ad id, quod de forma notum eſt, anima autem vnitur corpori, vt forma, & vt motor iuxta Ariſto. & tamē, vt eſt forma non competit ei aliqua operatio, niſi ſubſtantifica, & formalis, & iſta eſt indiſtincta, ſ. dare eſſe humanum, quia toti corpori dat hoc eſſe, & omnibus partibus, & quantum ad hoc non habet anima aliquas potentias, quia potentię diſtinctę ad operationes diſtinctas cōpetunt, & tamē operatio illa eſt diſtincta in toto, & in partibus.

Secundo, & precipue, quia potentię ſunt ad operationes, quę diſtinguuntur ab eſſe operantis, operatio autem formę non eſt operatio proprie dicta, ſed dare eſſe, ideo non habet forma potentias pro eſſe formali, & ſubſtantifico, anima autem, vt vnitur corpori, vt motor habet varias potentias, quia exercet vtrasque operationes, & quoniam operatio dat cognoſci formam, ſicut tranſmutatio materiam. 3. Phyſi. & non apparent operationes aliquæ ipſius animę, vt eſt forma, & apparent multę operationes eius, vt eſt motor, ideo nō cognoſcimus animam, vt eſt forma corporis, ſed vt eſt motor, vnde & omnia nomina poſita ad notificationem animæ aſſumūtur ex actibus quos exercet, vt motor. Et ita nomina ſignificantia differētias aſſumuntur ab anima, vt eſt motor, & non, vt eſt forma, qa ratiocinari eſt actus intellectus, qui eſt potentia animę, & ita competit animę per rationem ſuam, & non per eſſentiam ſuam, licet non exerceatur per organa corporis, & ſic ſenſibile, & rationale aſſumuntur ab anima, vt eſt motor non eſt forma, neque eſt de intrinſeca ratione compoſiti, quia non ſe habet, ſicut motor ad mobile, ideo differentię illæ non ſunt conuenienter ſumptę, quia non ſumuntur a forma, nec a ratione ſubſtantiali, ſed deberent accipi ab anima, vt eſt forma, anima tamen illo modo eſt ignota, quia non habet operationes aliquas per quas notificetur, differentię autem debent eſſe notę, quia notificant diſtinctionem, ideo neceſſe eſt ex hoc, ℘ omnes verę differentię ſubſtantiales ſint ignotę, & formę quantum ad actus formales ſunt ignotę, & neceſſe eſt, ℘ omnes differentię quas nos aſſignamus rebus ſint circumlocutę, & ſic ſenſibile dicit rationē quandam ſumptam ab actu animę, vt eſt motor, & per hanc volumus circumloqui quandam rationem ſumptam ab anima, vt eſt forma, quam rationem nō poſſumus ſcire, & ideo argumentum Radulphi non valet, quia idem inconueniens manet in rationali, nā non ſumitur ab anima, vt eſt forma, ſed vt motor, & operans, & tñ hanc putat ipſe eſſe propriā differētiā.

Ad quintum dicendum, ℘ ſolutū eſt per prędicta, nam ſicut ſenſibile dicit rationem ſubſtantialem in bruto, ita etiam in homine dicet rationem ſubſtantialem, & tñ in neutro proprie dicit rationem ſubſtātialem, quia non dicit rationem ſumptam a forma, ſed a motore, & tñ ratio circūlocuta eſt, vt diximus.

Ad ſextum dicendum, ℘ vegetatiuum, ſenſitiuū, & rationale non accipiunt ab Ariſto. pro qualitatibus compoſiti, neque etiam pro potentijs animæ, ſed pro ipſa anima, quæ in triplici gradu ſubſtantiali ſe habet, & tamen nihil eſt, per quod illas animas diſtinctas cognoſcamus, niſi per operationes animæ, quæ ſunt eius, vt motor, & quia operationes cuiuslibet ſunt hæ nominantur iſti gradus animæ taliter, & tamen non dicunt iſta nomina eſſentiam animæ, ſed actus, & potentias eius, vt eſt motor.

Ad ſeptimum concedendum, ℘ ſi corrumpatur organum peribit omnino potētia ſenſitiua, ita quòd vere iam homo non habebit potētiam ſenſitiuam, vt ſi amputetur organum, vel omnino decidat a ſua ꝓportione, ſi autem lædatur organum, deteriorantur quidem operationes organicæ, ſed non omnino perit potentia ſenſitiua.

An conuenienter ſit poſita reſponſio aliquorum ad ſuprapoſitam difficultatem. Quæſt. CCCCLXXXIIII.

ALII autem dixerunt ad principalem queſtionem, quòd potentię ſenſitiuę ſunt duplices, quædam ſunt actus, ideſt formæ organorum, & has dicunt deriuatas ab anima, & hæ diſtinguuntur realiter ab anima, neque manent in ea, tanquā in ſubiecto, ſed in compoſito, ideo compoſito corrupto corrumpuntur, aliàs autem dicunt potentias eſſe ſenſitiuas in anima, quæ ſunt originatiuæ illarum, quæ effluxerunt in corpus, & per has dicunt, quòd anima ſenſificat corpus ad viuendum, & audiēdum, & iſtas originales potentias ſenſitiuas manere ſemper in anima, quia ſunt in ea, vt in ſubiecto.

Sed dicendum, quòd hoc eſt inconueni enter poſitum, quia ſuperuacuum eſt poni tales potētias originales in anima, quia anima per ſuam eſſentiam, nō mediantibus aliquibus alijs potentijs eſt origo illarū potentiarum, quæ ſunt actus organorum, ſicut enim forma per eſſentiam ſuam informat corpus, & non per aliquas potentias, ita per eſſentiam ſuam eſt immediata origo omnium proprietatum, quæ conſequuntur compoſitum ex parte eius, & ideo poſita anima in corpore organizato ad recipiendum virtutem animę conſequūtur naturaliter immediate omnes vires organicę in organis ſuis. Si autem ponerēmus aliquas vires ſenſitiuas in anima quibus ſenſificaret corpus effluendo alias vires ſenſitiuas in organa, neceſſe eſſet alias etiā poni quibus prædictas effluēret, quia eadem ratione qua anima indiget potentijs ad effluendum aliquas, indigebit alijs ad effluendū illas, & ita ibitur in infinitum, quod eſt euitandum: ſi igitur oportet poni aliquando ſtatum, melius eſt poni immediate, quam dari aliquid ſuperuacuū, & hoc eſt, ℘ anima per eſſentiam ſuam effluat vires ſenſitiuas in organa, & non ſint alię ſenſitiuę. Alij dicunt, ℘ potentię ſenſitiuę ſint qualitates conſequentes mixtum, & ſint in eo tanquam in ſubiecto, & tñ eſt quędam perfectio ex parte animę, quæ eſt completiua illarum in ratione ſenſitiuarum, ita ℘ potentię organicę, licet per ſe haberent, ℘ eſſent potentię, & qualitates quædā mixti, tñ ℘ ſint ſenſitiuę dñt, ℘ non habēt ex ſeipſis, ſed ex quadā perfectione animę, & illa eſt eadē cū eſſentia animę intellectiuę. Sic dicit Scotus 4. Sen. di. 44. ſ. paſſiones appetitus ſenſitiui ſunt totius coniuncti paſſiones. Neque tñ nego in anima ſenſitiua eſſe illam perfectionem, quæ eſt completiua in ratione potentię ſenſitiuę, nam illa non eſt alia ab ipſa eſſentia animę, cum non ſit accidens animæ, ſed illa perfectio, quæ manet in anima, immo eſt realiter ipſa natura animę, & non eſt potentia auditiua, vel viſiua, niſi partialiter, ſed ipſa potentia viſiua eſt aliquid includens eſſentialiter iſtam perfectionem animę, & aliam perfectionem corporis mixti correſpondentem illi ad operationem communem, & eodem modo ipſa ſenſatio eſt primo totius coniūcti ex his duobus, ita ℘ proximum receptiuum, & ratio recipiendi non eſt anima, nec aliquid, quod præciſe eſt in anima, nec forma mixtionis in organo, ſed forma totius compoſiti ex corpore mixto, & anima, & talis perfectio eſt ratio proxima recipiendi ſenſationem, & iō illa forma totalis eſt potētia ſenſitiua, nec vna pars eius, ſ. forma mixti, nec alia, ſ. forma animæ intellectiuę. Sed dicēdū, ℘ iſta poſitio non multum ſtat. Primo, quia potentias ſenſitiuas cōcedimus eſſe accidentia, iſta autem poſito non concedit, cum etiā ponat, ℘ iſta potētia includat aliquid, quod eſt ſubſtātia, ſ. eſſentiam animæ. Dicit. n. ℘ principia operandi ex parte animæ, nō ſunt accidentia animæ, ſed ipſa natura animę. Secundo, quia potentias ſenſitiuas cōcedimus eſſe aliquid ſimplex, & eſt naturalis potentia, vel impotentia, quod ad qualitatem pertinet, & iſta ſimplicia eſſe aſſerimus, iſta tamen poſitio aſſerit potentias ſenſitiuas eſſe aliquid non ſimplex, quia potentia quælibet talis includit duo, quæ ſunt omnino realiter diſtincta, quorum vnum eſt ſubſtantia, & aliud accidens, & vnum non ineſt alteri, nec accidit ei, ſ. formam mixtionis quantum ad oculū, & ipſam eſſentiam animæ. Tertio, quia potentia quælibet ſenſitiua eſt aliquid vnum, talia vero non ſunt aliquid vnum, ſed plura, & non vnius generis, & multa alia inconuenientia patitur, & tñ quantumcunque non ſit vera poſitio ſaltem quantum ad hoc conſonat veritati, quia ponit non manere potentias ſenſitiuas in anima ſeparata, nam (vt dicit prædicta poſito) potentia viſiua, nō eſt aliqua perfectio ſola ex parte animę, ſed eſt aliquid includens eſſentialiter, id quod eſt ipſa eſſentia animæ, & aliam perfectionē corporis mixti correſpondentem illi ad actum cōmunem, & tamē forma mixtionis, vel perfectio corporis mixti non manet in anima ſeparata, cum forma mixtionis non ſit niſi in mixto, ergo non manet aliqua potentia ſenſitiua in anima ſeparata iuxta iſtam poſitionem.

Vera Doctoris reſponſio ad quæſitum principale quæſtionis, ſcilicet an potentiæ ſenſitiuæ maneant in anima ſeparata. Quæſt. CCCCLXXXV.

DICENDVM ſecundum veritatem, ℘ potētię ſenſitiuæ non manent formaliter, nec realiter in anima ſeparata quantū ad eſſe ſuum, ſed ſolum manent ſm aliquid, & vt in radice per modum, quo principiata manent in ſuis principijs, & hoc eſt, ℘ quando anima eſt coniūcta corpori ſunt potētię ſenſitiuę in organis, quę ſunt actus perficientes ipſa organa quantum ad operationem, & ſunt diſtincti realiter ab anima, ſunt tamē per hoc, ℘ anima influxit actus illos, i. perfectiones formales in organa, in anima autem ſeparata non manent illę potentię, quia non poſſunt eſſe, niſi in organis, ſed manet efficacia illa qua anima poteſt influere poſitiones illas in organa, vnde ſi iterum vniatur corpori influet in illud illas potentias, quæ perficiant organa, ſi tñ periret efficacia illa, non poſſet rurſus

anima

anima influere illas perfectiones, & ita in resurgentibus non essent potentię sensitiuę, quod falsum apparet in omnibus, qui iam surrexerunt, & tamen ista efficacia non est aliquid superadditum ipsi essentiæ animæ, quod ab ea realiter distinguatur.

Hæc autem dicta sunt de anima separata. De resurgentibus iam beatis, & damnatis non videtur esse dubium quin habeant potentias sensitiuas, quia sunt homines, & animalia, & ideo habebunt perfectiones necessarias secundum naturam, quæ sunt potentiæ sensitiuæ, & secundum has beati poterunt habere actualem sensationem doloris, & nō est aliqua causa dubitandi hic, eo quòd in resurgente manet coniūctum, quod est immediatum subiectum passionum G harum, ideſt potentiarum sensitiuarum.

Responsio ad argumenta supra in quæstio 480. facta quibus probabatur, quòd in animabus separatis maneant potentiæ sensitiuæ. Quæst. CCCCLXXXVI.

AD primum in contrarium dicendum ꝙ anima recedens a corpore trahit secum secundum Augu. illas vires, vel potentias omnes, sed nō trahit eas omnes vno modo, sed singulas trahit eo modo quo in illa erant dum esset coniuncta, nam, vt dictum est dupliciter sunt vires in anima, quædā sunt in ea formaliter, ſ. illæ quarū est subiectū, & radix, & illa vocantur accidentia eius, vt intellectus voluntas, & memoria. Alię sunt in ea radicaliter, vel quantum ad originem solam, scilicet illę quarum est principium, & non est subiectum, sicut sunt omnes vires sensitiuæ, & appetitiuæ, nutritiuæ, & generatiuę atque motiuę, & ita quando separatur anima manēt actu in ea omnes, quæ erant prius in actu in illa, & q̄ erant solum radicaliter manent solum radicaliter: vnde quando dicit Augusti. ꝙ recedit anima a corpore trahens secum sensum, & imaginationem intelligit radicaliter, quia per sensum nominat omnes sensus exteriores, & particulares, per imaginationem autē omnes sensus interiores, & addit rationē intellectū, & intelligentiam, & hæc omnia manent in anima, I quia sunt accidentia eius, & pertinēt ad intellectum, vt est potentia, sed secundum diuersos modos illius accipitur ratio, intellectus, & intelligentia, addit autē irascibilitatem, & concupiscibilitatem, quæ manent in anima separata radicaliter, sed nō formaliter, sicut manent potentiæ sensitiuę. Ad secūdū dicēdū, ꝙ anima trahit secū sensus, & ingenia, quia sensus non accipitur ibi pro potentia sensitiua interiori, vel exteriori, sed pro intellectu, sicut vulgariter sensum hominis vocamus intellectum eius, & ꝙ aliquis magnū, aut paruum sensum habet, & ita accipit sacra Scriptura Sapi. 4. c. cani sunt sensus hominū, & ętas senectutis vita immaculata, & ita insensatus vocatur, qui paruū intellectum habet Sapi. 5. c. pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos, & sic accipitur 6. Ethico. &, ideo doctores sic accipiunt, vt Basilius super Prouerbia, sic Augu. accepit in præsenti, & tunc planū est, ꝙ manet sensus in anima separata, qa manet intellectus. Alio mō accipitur sensus proprie pro potētia sensitiua, & tunc dicendū, ꝙ anima retinet sensus suos, ideſt potentias sensitiuas, non quidem formaliter, sed radicaliter, vel in efficacia ad influendum eos in organa corporis coniuncti.

Ad tertium dicendū, ꝙ potentiæ sensitiuæ possunt poni idem cum essentia animę, siue ꝙ sint naturales proprietates eius, vel ꝙ sint distincte ab ea realiter, nā (vt dictum est) possunt accipi pro ipsis actibus organorum perficientibus formaliter, & immediate organa, aut pro ipsa efficacia animæ ad influendum F istos actus formales in organa. Accipiēdo primo mō potentię illę eædem sunt cum essentia animę, & nō oportet poni aliquid distinctum ab ea, minus nāque ab ea distinguuntur, quam intellectus, & voluntas, nā illæ sunt quidē in essentia animæ velut in subiecto, quia tñ sunt potentiæ quibus anima operatur, distinguuntur realiter ab essentia animę, & sunt accidentia eius. secus de potentijs sensitiuis radicaliter existentib. in aīa, quia nō sunt aliquid quo aīa operatur, quia illud quo operatur sunt ipsi actus formales organorum, & ideo nō oportet poni esse prædictas proprietates aliquod accidēs, vel proprietatē formalē an mæ, sed virtualem, vel radicalem', & iō non distinguuntur realiter ab anima, sed sunt ipsa, & non possunt vocari naturaliter proprietates eius proprię, quia hoc magis conuenit volūtati, & intellectui, quæ sunt formales proprietates, & accidentia animæ distincta ab ipsa, & de his potentijs sensitiuis est verū, ꝙ manēt in anima separata. Accipiendo aūt secūdo mō, i. pro formalibus perfectionibus organorū, dicēdū, ꝙ non sunt idem cū essentia animæ, neque eius naturales proprietates nisi originaliter, i. inquātū ab ea originantur, sed formaliter sunt proprietates coniuncti, & perficiunt organa, iō in anima separata non manent potentię sensitiuę nisi originaliter, & sic non deserunt eam, sed quia H nunquam fuerunt eis proprietates formales, nec in ea manere possunt.

Ad quartū dicendū, ꝙ anima est quoddam totū, & non integrale quidem, quia quantitatem non habet, neque est totū essentiale, quia non est aliquid cōpositum ex materia, & forma, sed est totū potētiale, quia plures habet potētias. Cum aūt dr, ꝙ totū non manet integrum deficiente aliqua eius parte, dicēdū est, ꝙ est verū de toto integrali, & toto essentiali, de toto autem potentiali secus est, quia ablatis multis partibus, ēt non manēte nisi vna, si illa est principalis dicit totū esse perfectū, ista est. n. conditio totorū potētialiū, ꝙ tota virtus, & perfectio totius consistit in vna partium perfecte, in alijs autem partialiter, sicut in anima humana virtus animę perfecte cōsistit in parte intellectiua, in alijs autem viribus partialiter. vnde cum in anima separata maneant vires intellectiuæ partis, integra manebit, & non diminuta, quamuis potentiæ sensitiuæ non maneant actu in ea. Et patet, quia omnes potentię sensitiuæ habent vnum de duobus, scilicet quia, aut cognoscunt, aut rerum cognitarum formas retinent, hoc autem pars intellectiua perfectius facit, quam pars sensitiua, & quidquid vires intellectiuę cognoscunt, & retinent, & perfectius quidem, quam sensitiuę illud agant, ideo vires intellectiuæ continent perfectionem propriam, & perfectionem virium sensitiuarum, & generaliter perfectionem quarumcunque virium corporis, ideo licet non maneant vires sensitiuę in anima separata, manet tota, & perfecta secundum rationem totalitatis. Alio modo potest dici, quòd in anima omnes potentię manent, quando est separata, sed hoc differt, quia quando est coniuncta manent in ea potentiæ, quæ sunt accidentia eius, scilicet omnes vires intellectiuæ, & cęterę manent in organis, vel in toto corpore, aut in partibus determinatis corporis quibus affixę sunt, & manent quidem actu, quando vero anima separata est manent in ea actualiter illæ potentię, quæ sunt in ea, vt in subiecto, illę vero, quæ sunt potentię animę, ideſt effluxę ab anima manent in anima non actualiter, sed quantum ad efficaciam, quia ita anima est nunc potens effluere illas, sicut quando erat in corpore, & hoc sufficit ad perfectam totalitatem, cū ipsa nihil plus haberet dum maneret in corpore, quam sic separata existens.

Ad

Ad quintam rationem in diuersum positam in principali quæstione. Quæst. CCCCLXXXVII.

AD quintum dicēdum, ꝙ separata anima a corpore illę potentiæ sensitiuæ, quæ fuerunt in organis pereunt, & non conuertuntur in aliquid, sed cedūt in nihilum, ideſt esse desinūt, & ideo non resurgunt in resurgente, sed nouę potētiæ sensitiuæ dantur resurgenti. Cum autem dicitur esse inconueniens, scilicet, ꝙ nō remunerantur potētię, quæ cooperatę ad meritum, nec puniuntur si ad demeritum cooperatę sunt cum ponantur non redire, & tñ corpora redeunt eadem, vt participent pœnā, vel gloriam. Dicendum, ꝙ non est simile de corpo- B re, & de potentijs sensitiuis, nam licet quantum ad operationem, quæ est meritoria, vel demeritoria magis se habeant potentiæ sensitiuæ, quā corpus, & magis assimilentur animæ, tñ corpus resumitur, & illæ non. Et ratio diuersitatis est, quia corpus non resumitur in resurrectione ad hoc, ꝙ sit particeps pœnę, vel gloriæ, sicut fuit particeps meriti, vel demeriti, sed resumitur, quia indirecte, scilicet ad hoc, ꝙ ille q meruit, vel demeruit possit habere pœnā, vel gloriā, nam per operationes meremur, & demeremur: operationes aūt non sunt animæ, vel partium eius, sed hominis, iō hō est, q debet præmiari, vel condēnari, sed homo essentialiter constat ex corpore, & anima, & C non existit sine illis, iō ad hoc, ꝙ hō recipiat gloriā, vel pœnam, oportet, ꝙ corpus resumatur, & non ad hoc, quòd corpus participet in pœna illa, vel gloria, quia licet participet est tamem hoc per accidens, potentiæ autem sensitiuæ non sunt pars aliqua essentialis hominis, cum sint accidentia quædam, ideo non est necesse illas resurgere, vnde etiā si eędem numero redire possent non erat necesse, quòd redirent, sed sufficiebat, quòd alię potentię acciperentur de nouo.

Ad sextum dicendum, quòd in nihilum cedunt potentię, vt dictum est, & cū infertur, ꝙ non manebūt eadem organa neque idem corpus. dicēdum quod si non esset idem corpus neque idem homo maneret, etiam si non essent eadem organa nō esset idem corpus neque idem homo maneret, & tamen dicēdum D ꝙ licet non maneant eædem potētię sensitiuæ numero manebunt eadem organa aduenientibus alijs potentijs sensitiuis, & hoc quia potentiæ organicæ non dicūtur esse actus organorum quasi sint formæ essentiales eorum nisi ratione animæ cuius sunt, quę anima est forma essentialis totius corporis, & omnium partium eius, cum non dentur plures formę essentiales in eodem, sed potentiæ organicę sunt actus organorū velut perficientes ipsa organa ad actus suos siue operationes proprias, sicut calor est actus ignis perficiens ipsum, non quidem ad essendum sed ad calefaciendum, quia sine calore non calefaceret, & tamen calor non est ipsa forma essentialis ignis; vnde sicut idem ignis numero maneret etiā si alius calor numero esset pereunte primo calore, sic & idem esset oculus pereunte priori potentia visiua & adueniente alia, sic etiam patet de frigore aquæ, quia non manet eadē frigiditas numero postquam fuerit aqua calefacta & iterū frigebit, ita omnia organa poterunt esse eadem numero, licet non redeant potentiæ sensitiuę, quę prius erant in eis.

Ad septimum dicendum quod potentiæ sensitiuæ pereunt pereunte corpore & corrupto, & debilitantur debilitato corpore. Accipiūtur tamen dupliciter potentiæ sensitiuæ.

Vno modo prout se tenent ex parte animæ, quia manent in ea sicut in radice & non formaliter. Alio modo quantum ad suum esse reale prout sunt actus A organorum, i. perfectiones ipsorum. Accipiendo primo modo, cum potentiæ nihil aliud sint quam ipsa animæ substantia inquantū ipsa habet vim ad influendum illas potentias organis, & anima in seipsa, quia est spiritus non potest senescere, neque debilitari, neque corrumpi, non poterunt potentiæ istę debilitari, senescere, aut corrumpi. Accipiendo secundo modo quia sunt accidentia quædam, quę perficiunt organa quantum ad operationes, & nō habent esse nisi in organis, corrumpuntur, & alterantur ad corruptionem & alterationem organorum; & ita debilitatis organis debilitantur potentiæ organicę, & quodam modo senescunt, & tunc bene applicatur litera Arist. de oculo senis & iuuenis, ideſt si oculus iuuenis daretur seni. nam potentię organicę primo modo æquales manēt in iuuene & sene, quia anima in se non senescit neq; alteratur, & ita principium operationis est æquale, solum autem deficit instrumentum ad æqualitatē operationis, & illud est duplex, ſ. organum corporeum, & ipsa perfectio organi defluxa ab anima, & quia illa perfectio non consistit in effluere ab anima, sed actu est ex eo quod semel fluxit, & ideo manet in organo disponitur ad modum organi, vnde licet anima a qua effluxit illa perfectio sit nūc equalis in vigore ad tempus in quo perfectionem effluxit, non manet tamen perfectio æqualis, quia necessario sortitur conditionē C organi in quo habet esse, & ita sicut oculus senis est debilitatus & proximior corruptioni quam oculus iuuenis, sic & potentia visiua, quę est actus oculi senis, est magis debilitata, quam potentia visiua quæ est in oculo iuuenis, & ideo si oculus iuuenis daretur seni, scilicet cum potentia visiua quæ est perfectio organi videret vtique sicut iuuenis vt dicit Aristot. & consonat ista sententia alteri literæ suæ, dixit enim ibidem quod senium non est in patiendo ad animam, sed ad id in quo est, ideſt corpus, scilicet quòd anima secundum se non senescit nec debilitatur, sed solum corpus, & virtutes corporis quæ sunt in organis vel partibus corporis affixę.

An actus potentiarum sensitiuarum maneant in anima separata. Quæst. CCCCLXXXVIII. D

SED adhuc inquirendum est nobis an actus potentiarum sensitiuarum maneant aliquo modo in anima separata. nam licet non maneant potentię sensitiuę in actu manent radicaliter, ex quibus dubitatur an prouenire possit aliquis actus sentiendi. Ratio speculationis huius est quia inuestigare intendimus de pœna animarum separatarum, quę pœna ab igne esse dicitur, sed pœna quę dicitur esse ab igne fit per hoc quod ignis sentitur, quia licet alteret si non sentitur non affligit, sicut fit in lapidibus exustis, ideo de sensatione quęritur an maneat in anima separata, quę si manserit nulla difficultas esse videbitur circa positionem pœnarum animarum separatarum. E

Aliqui dicunt ꝙ manēt sensationes, quia dicit Augusti. lib. de spiritu & anima, anima recedens a corpore ex his. ſ. imaginatione, concupiscibilitate, & irascibilitate secundum merita afficitur ad delectationem siue ad dolorem, sed imaginatio cōcupiscibilis & irascibilis sunt potentiæ sensitiuę, ergo secundū potentias sensitiuas anima separata afficietur, & consequenter habebit aliquem actum illarum.

Secundo quia dicit August. 12. lib. super Gen. ad literam, ꝙ corpus non sentit sed anima per corpus. Et postea dicit, anima autem sentit quędam nō per corpus, sed sine corpore, vt est timor & huiusmodi, sed ea quę sunt in anima & non per corpus vel sine cor-

pore

pore possunt esse in anima separata. ergo sentire manet in anima separata.

Tertio quia inspicere similitudines corporum sicut accidit in somno pertinet ad vim imaginatiuam, sed inspicere tales similitudines quales in somnio inspicimus pertinet etiam ad animas separatas, ergo in anima separata possunt esse actus potentiarum sensitiuarum. nam imaginatiua sensitiua est, dicit.n. de his Aug.12.super Gen.ad literam,neque enim video cur habet anima similitudinem corporis sui, cũ iacente sine sensu corpore nondum tamen penitus mortuo videt talia,qualia multi ex illa subductione nobis redditi narrauerunt,& non hanc cum perfecta morte penitus de corpore exierit, non.n.hoc potest intelligi ꝙ anima similitudines corporis habeat nisi secundum ꝙ eas inspicit, vnde & præmisit de iacentibus sine sensu ꝙ gerũt quandam similitudinem corporis sui, per quam possunt ad loca temporalia ferri,& talia qualia vident similitudinibus sensuum experiri.ergo anima separata potest habere actum potentiarũ sensitiuarũ.

Quarto quia memoria est potentia partis sensitiuę vt patet ex sententia Arist.lib.de memoria & reminiscentia,sed animę separatę memorantur eorum quę dum viuerent fecerunt. nam Luc. 16. diuiti epuloni existenti apud inferos dicitur,recordare fili quia recepisti bona in vita tua.ergo animæ separatę actum potentiarum sensitiuarum habent.

Quinto quia irascibilis & concupiscibilis iuxta Aristo.lib.de animalibus sunt in parte sensitiua,& tamen amor,& gaudium,tristitia & dolor,spes,& timor,& odium sunt affectiones partis irascibilis, & concupiscibilis,& secundum fidem nostram ponuntur in animab.separatis,ergo ponentur in eis concupiscibilis& irascibilis,& consequẽter alię sensationes erũt in eis.

Dicendum circa hoc ꝙ aliqui tenentes ꝙ maneãt sensationes aliquę in anima separata dicunt ꝙ duplices sunt actus potentiarum sensitiuarum,quidam exteriores alij interiores.primi sunt quos anima per corpus exercet,i.per ipsa organa,& de istis dicunt quòd non manent in anima separata,quia non manent organa, secundi sunt quos anima per seipsam, & in se exercet,& de istis dicunt ꝙ manẽt in anima separata.

Sed hęc positio non est vera,descendit enim de positione Platonis circa animam.dicebat quippe ille animam non esse velut formam quæ sit pars compositi, sed coniungi corpori, vel aduenire ei velut substantiam perfectam in nullo a corpore dependentem sed solum sicut vntur motor mobili, vel nauta naui, & hoc ostendebant illi ex transcorporatione quam supponebant.i. ꝙ transiret de vno corpore in aliud, sed non poterat transire nisi ipsa esset per se ens perfectũ cui corpus accideret, & non facerent ambo vnũ per se. Et occasio huius positionis fuit quia secundũ Aristo.non mouet nisi motum vt non sit abire in infinitum dixit ꝙ primum mouens mouet seipsum, & ita asseruit ꝙ anima erat seipsam mouens, & secundum hoc erat duplex motus animæ.vnus quo mouebatur a seipsa, & alius quo mouebatur corpus ab ea. Et sic quẽlibet actum ponebat actum duplicatum.s. quod habebat anima duos actus videndi. primus est quo videt in seipsa.i.seipsam mouet, secũdus quo videt per corpus inquantum corpus videtur ab ea, & iste secundus actus est per organum.

Sed nanc positionẽ destruit Arist.1.de anima ostendens ꝙ anima non mouet seipsam.i. quod nullo modo mouetur secundum istas operationes quę sunt audire,& videre,sed ꝙ istę operationes sunt motus coniuncti solum, & ita non manent operationes istæ nisi quando per organum exercentur, & sic in anima separata cum non maneant organa non manent aliquę operationes sensitiuę. Item satis colligitur per Arist. 1.de Anima.s.corrupto corpore anima, neque amat nec reminiscitur,amare autẽ pertinet ad affectiones, reminisci vero ad sensationes. ergo videtur ꝙ in anima separata non manet pars affectiua in qua sunt irascibilis & concupiscibilis,neque maneãt sensationes, quia reminisci est sensatio cum sit actus potentię sensitiuę,& tamen si actus alicuius potẽtię sensitiuę maneret, a fortiori maneret reminisci,quia iste est magis accedens ad naturam spiritualitatis quam cæterę sensationes,& ita nulla sẽsatio manet in anima separata.

Ad primum in oppositum dicẽdum ꝙ illa auctoritas est negãda,eo ꝙ liber de spiritu & anima dr a multis non esse Augu.sed cuiusdam Cistercien.qui ex dictis Aug.illum compilauit,& quædã de suo addidit, ideo non habent firmitatem dicta eius, ideo non est verum ꝙ anima separata per irascibilitatem & concupiscibilitatem afficiatur gaudio & dolore.

Alio modo potest dici sustinendo prędictã auctoritatem ꝙ exponatur sic,non ꝙ per imaginationẽ, & irascibilitatem, & concupiscibilitatẽ afficiatur ibi anima gaudio & tristitia quasi ibi sit concupiscibilis, & irascibilis,& gaudium,& tristitia, quia non manẽt potentię sensitiuę neq; vires affectiuæ in anima separata vt sup.dictum est.ideo consequenter ſm eas impossibile est affici ad aliquid,sed est sensus ꝙ ex his quę anima per imaginationem,& concupiscibilitatem,& irascibilitatem,& quascunq; vires corporis commisit in corpore afficietur in futurum in bonum vel malum, quã gaudium vel tristitiam vocamus,non erit allicita ab imaginatione vel concupiscibilitate, quæ ibi non erunt, sed dum fuerunt in corpore elicuerunt meritum, vel demeritum ex quo sequatur in anima separata affectio illa gaudij, vel tristitię, quę non erit alicuius potentię sensitiuę, vel affectiuę, sed partis rationalis.

Ad secundum dicendum, quod non est verum ꝙ anima sentiat aliquid per se,idest sine corpore, aut ꝙ sentiat ipsa aliquid per corpus:quia sentire est immutatio coniuncti & non animę. nam siue diceretur anima sentire per se siue per corpus esset operatio animę sentire & non coniuncti,& eadẽ ratione gignere, & singula huiusmodi essent operationes animę, & non coniuncti,quod falsum est.

Sed dicitur large, quòd anima sentit per corpus.i. sentire, est actus adiuncti qui competit ei per principium quod est anima, sicut per radicem & per virtutem organicam ab eo defluxam tanquam per instrumentũ formale,& dicitur sentire per corpus inquantum virtus illa quę est immediatum principium non est nisi in organo corporali. Cum autẽ dicitur ꝙ anima sentit quędam sine corpore sicut est timere,dicẽdum quòd intelligitur ꝙ timere sit passio compositi & non animę:quia eiusdem est timere & tristari,ambę enim sunt passiones affectiuę partis, & tamen tristari non est animę sed coniuncti.2.de Anima. qui dicit animam tristari &c.ergo & timere non est animę sed coniuncti, dicitur autem fieri timor sine corpore,quia fit sine exteriori & determinato corporis motu, qualis accidit circa proprias sensationes in actibus propriorum sensuum, quę per determinata organa exercentur & nõ aliter. nam totaliter sine motu non accidunt istæ affectiones,& tamen non,est motus determinatus per aliquam particulam exteriorem sicut in sensationibus exteriorum sensuum, licet Augusti. in modo loquendi sequitur Platonem,qui ponit sensationes & omnes alios actus esse animę & non coniuncti,cum ponat animam per se esse substantiã perfectam,cuius sunt omnes actus,& non esse ipsam partem alicuius coniuncti.

Ad

Ad tertium potest dici vno modo,quòd Aug. non loquitur ibi diffiniendo,sed inquirendo, sicut per totum illum librum fuit magis, quàm alibi. Aliter potest dici, quòd tam anima coniuncta in somnijs inspicit similitudines rerũ,quàm anima separata, sed multum differt,quia anima coniuncta quæ est anima dormientis, vtitur in somno organo imaginationis, in qua sunt corporales similitudines impressæ, quod de anima separata esse non potest, eo quòd illa non est alligata corpori,& ideo non est verum, quòd taliter sunt similitudines retum in anima separata, sicut in somniante. Circa quod sciendum,quòd similitudines rerum sunt in anima,quantum ad potentiam sensitiuã, imaginatiuam,intellectiuam,secundum maiorem,& minorem abstractionem a materia, & a materialibus cõditionibus, & secundum quemcunque gradũ sint, dicuntur esse in anima. Sed in anima coniuncta sunt similitudines rerum sensibiliter,quando sunt in organo, & actualiter sentiuntur, sunt in anima coniuncta imaginabiliter, quando quis est dormiens, vel excessum mentis patiens, quia tunc vtitur anima organo imaginationis,& non organo sensus, scilicet, exteriorisnam licet sensus exteriores sint ligati, non sunt ligati interiores,sicut nec ligatur intellectus directe. in intellectu autem sunt similitudines rerũ intellectualiter, & ita sunt in anima separata, & ideo secundum tres gradus sunt similitudines in anima,scilicet,sensitiue in vigilante, & sentiente, imaginabiliter in dormiente, & somniante, intellectualiter in anima separata,& ideo licet accidãt aliqua in anima separata,quę accidunt in dormiente, non sequitur quòd maneant sensationes in anima separata, quia non accidunt secundum eundem modum,& gradum in dormiente, & in anima separata. Ad quartum dicendum,quòd ratio illa procedit ex æquiuocatione, accipitur enim memoria dupliciter. Vno modo prout est potentia partis sensitiuæ,& tũc concernit præteritum tempus, & tunc nihil aliud est reminisci,nisi circa rem,vt præterita est cognitionem sensitiue habere, & hoc modo actus memorię non erit in anima separata, scilicet, specialiter concernẽdo habitudinem præteriti, & sic accipitur primo de Anima, quòd corrupto corpore anima non amat,nec reminiscitur. Alio modo accipitur memoria,prout est pars imaginis, & tunc pertinet ad partem intellectiuam, quia imago Trinitatis, tota inuenitur in parte intellectiua,& hoc modo memoria abstrahit a præterito,& futuro, & qualibet differentia temporis,quia tenet speciem rei absolute,secundum quam est consideratio de re tam secundum rationem præsentis, quàm præteriti, quàm futuri, vt ait Aug. & ita in anima separata inuenitur memoria, cum inueniatur imago Trinitatis perfecta,& ista memoria non est potentia sensitiua, & ita recordari non est sentire,sed actus partis intellectiuæ. Ad quintũ dicendũ de amore,gaudio,tristitia,& cęteris,ꝙ accipiũtur dupliciter. vno modo vt sunt passiones, vel affectiones appetitus sensitiui. Alio modo vt sunt actus voluntatis,quæ est appetitus intellectiuus.Primo modo non erunt in aĩa separata, qa vt sic nõ explentur sine quodam determinato motu corporis,& alteratione,sed iste motus,vel alteratio non percipitur manifeste ab oĩbus,eo ꝙ non fit per aliquam partem exteriorem corporis, sicut sensus proprij habent organa exteriora determinata, per quæ est operatio, siue receptio, & tamẽ sicut exterius immutatur aliqd ad hoc, ꝙ fiat visio,& auditio,ita interius vere immutatur aliqd ad hoc ꝙ fiat amor,timor, spes, gaudium, & tristitia: in anima autem separata, sicut neque manẽt organa, ita neque aliqua pars corporis manet, & ideo non possunt ibi recipi predicto modo istæ affectiones.Secundo modo accipiendo manẽt omnia hæc in anima separata,vt sunt simplices volitiones,secundum differẽtias rerum volitarum, & ita etiam in Deo dicimus esse gaudium,& delectationem,& amorem,sic concedit Aristotel 2. Ethicorum,cap.vltimo, ſ ꝙ Deus gaudet vnica, & simplici delectatione, & tamẽ magis est Deus elongatus a conditione materiæ, quàm anima separata,ideo cum in Deo inueniatur amor, delectatio,& gaudiũ, a fortiori inuenient hęc in aĩa separata.

An sit aliquis ignis qui affligat animas post mortem,& qualis erit. Quæst. CCCCLXXXIX.

CONSIDERATIS his dicendum erat de modo quo anima separata pati potest, cũ in ea non maneant potentiæ sensitiuæ,neque sensationes, & quia passio, vel supplicium præcipuum inferni dicitur esse ignis, videndum erat quomodo ab igne patiatur,& quia quantum ad hoc multum facit scire conditionem illius ignis,a quo patiuntur animæ est prius de illo videndum, & primo an aliquis ignis sit,qui affligat animas. Dicẽdum,ꝙ sic,quia supra 13.c.dr, Mittet filius hoĩs Angelos suos,& colligent de regno eius oĩa scandala,& eos qui facinnt iniquitatem,& mittent eos in caminum ignis. & loquit ibi Christus de iudicio,& eius executione:ergo damnatorũ animæ in igne ponentur.Secundo,quia Christus hic in litera expresse posuit dicẽs, ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius.Tertio,quia minor est pęna purgatoria,quàm inferni, quia vna est filios emendans, & emundans, alia vero hostes exterminans, & tamen pœna purgatoria erit in igne. 1.Corinth.3. cap. ergo & pœna inferni. Quarto, quia minor est culpa venialis, quàm mortalis, & tamen pro veniali, quæ designatur per lignum, fœnum, & stipulam, vt vult Augustin, (super Epistolam ad Corin. & Magister 4. Sentent. dist. 4.datur pœna ignis. 1.Corinth.3. cap. vbi ista tria ponuntur cremanda per ignem purgatorium, ergo pro peccato mortali,quale est peccatum omnium, qui in inferno erunt, & sunt, dabitur pœna ignis, vnde animabus separatis tam in inferno, quàm purgatorio competit pœna ignis.

An ignis inferni sit verus, realis, & materialis. Quæst. CCCCXC.

QVAERITVR circa illum ignem qualis sit, scilicet,an sit verus,& materialis,vel qualis est. Aliqui dicunt,quòd non erit ille ignis materialis, vel corporeus, sicut iste noster, sed aliquid spirituale. Dicit enim Damascenus 4. libro in fine, tradetur diabolus, & dæmones eius, & homo eius, scilicet, Antichristus, & impij, & peccatores in ignem æternum, non materialem, qualis est qui apud nos est, sed qualem vtique nouit Deus, sed omne materiale est corporeum, ergo ignis inferni non est corporeus,neque talis,qualis videtur. Secũdo,ga Augustt.12.super Gen.ad literam dicit spiritualem arbitror locum illum ad quem aĩa defertur post mortem, & non corporalem, sed animæ damnatorum feruntur ad ignem inferni post separationem: ergo ignis ille non est corporeus, quia in loco spirituali non est res corporea.

Tertio, quia ignis corporeus, scilicet, noster agit in omnia quæ approximantur secundum dispositionis suæ proportionem,s.humidi,& sicci: nam siccitas est dispositio ad facilius ardendum,humiditas autem & fomentum ad ignem nutriẽdum, ignis aũt inferni non respicit istã proportionẽ,sed proportionẽ culpę,

quia cuius maior fuerit reatus, erit grauior cruciatus, sicut dicit Gregor. 4. Dialog. ſ. Vnus quidem est ignis gehennę, sed non vno modo omnes cruciat peccatores, vniuſcuiuſque enim quantum exigit culpa, tantum ſentitur pœna: ergo non erit ille ignis corporeus sicut noſter. Dicendum, ꝙ circa hoc fuerunt quidam Philoſophi theologizantes, vt Auicenna, & ſimiles in fine ſuæ Metaphyſicæ, qui reſurrectionē quidem negauerūt, animas tamen poſt mortem puniri, aut gaudere aſtruebant, & quia videbatur eis inconueniens, ꝙ ignis ageret in animam ſeparatam, dixerunt ignē qui torqueret animas non eſſe corporeum: voluerūt igitur ꝙ quæcunque pœna animarum dicatur poſt mortem in rebus corporalibus accipiatur ſecundum metaphoram: dixerunt enim, ꝙ ſicut gaudium, & bonum animarum ſeparatarum non erit in aliquo corporali, ſed in conſecutione ſui finis, ita pœna animarum iniquarum, non erit in paſſione facta ab aliquo corporali agente, ſed in diſtractione a ſuo fine, quem attingere impoſſibile eſſe iam vident, & de hac diſtractione ſumme triſtantur, & hæc eſt tota pœna ipſarū, vnde ſicut omnia quæ de animarū delectatione poſt mortem dicūtur, quæ videntur ad delectationem corporalem pertinere, vt ꝙ reficiantur cibis, & potibus, & ꝙ rideant debent metaphorice accipi, ita quicquid de ipſarum afflictione dicitur, ꝙ ardeant, & in locis fętidis detineantur debet metaphorice accipi, vt ipſi aſſerunt. Dicit tamen Auicenna, ꝙ cum tam delectatio hæc, quàm triſtitia ſint ignotæ populo, oportuit eas figurari per delectationes, & triſtitias, quæ ſunt in ſenſu, quia nullas alias multitudo eē exiſtimat, vt dicitur 7. Ethicorum, circa finem. Hæc enim dicit Auicenna quaſi quodam modo excuſans impium, atque turpiſſimum dogma Machometicum: tales enim delectationes, & quędam alia infanda ipſe poſuit in Alchorano, quem illi ſacram legem vocant. Sed iſte modus puniendi animas ſeparatas non ſufficit, quia pœna inferni datur pro peccato mortali, in quo eſt auerſio, & conuerſio: auerſioni enim, quæ priuatio eſt competit pœna damni, conuerſioni vero, quæ eſt poſitiua reſpōdet pœna ſenſus: ponere autem ſolam diſtractionem a fine eſſe pœnam animarum corporibus ſolutarum eſt ponere ſolam pœnam damni, ideo non ſtat. Et ob hoc ipſe Auicenna ſentiens inconueniēs ſequi ex hac poſitione addit alium modum poſitionis ibi, ſ. quod animæ malorum poſt mortem non puniantur ab aliquibus corporibus, ſed per quaſdam ſimilitudines corporum, ſicut in ſomnijs propter ſimilitudines rerum, quæ ſunt in imagine videtur homini, quòd puniatur varijs pœnis, iſtum etiam modum pœnæ tangit Auguſtinus 12. ſuper Geneſ. ad literam. Sed etiam iſte modus eſt inconueniens. primo, quia pœna animarum non eſſet, niſi ex quodam errore ipſarum, ſicut in ſomnijs eſt error, & hoc non bene ſtat. Secundo, quia tunc oportebat animas ſolutas corporibus retinere vim imaginatiuam, & vbi manerent iſtæ imagines, vt organum quoddam, & tamen in anima ſeparata nullum organum manet, quia illud eſt pars corporis, etiam vis ſenſitiua non manet in anima ſeparata, vt dictum eſt ſupra, ideo non poterit anima ſeparata habere huiuſmodi imagines, per quas fallatur, & puniatur. Sed hoc inconueniens ſentiens Auicenna, dixit quòd anima vtetur tunc pro organo aliqua parte cœleſtis corporis, cui corpus humanum dicit eſſe conforme, aſſerit enim corpus humanum non poſſe informari anima rationali, niſi eſſet conformē corpori cœleſti, quod mouetur a ſpiritibus motoribus, & in hoc imitatur poſitionem Platonicorum, & aliorū antiquorum Philoſophorum, qui animas corporibus ſolutas poſuerunt redire ad compares ſtellas, quam Boetius platonizando tangit. 3. de Conſolat. metro. 9. Sed iſta poſitio eſt abſurda iuxta doctrinam Ariſtot. quia neceſſe eſt animam vti determinatis organis, ſicut ars vtitur determinatis inſtrumentis, & non quibuslibet, vnde non poteſt accipere corpus cuiuſcunque conditionis, ſed determinate, quia aliàs contingeret fieri tranſitum animarum per corpora, quod voluit Pythagoras, & improbat illud Ariſtoteles primo de Anima. Sed omiſſis prædictis erroribus dicendum quòd ille ignis, qui in inferno eſt, corporeus eſt: nam ignis non corporeus non eſt ignis, ſicut homo incorporeus non eſt homo, niſi ſecundum metaphoram: ſcriptura tamen ſacra aſſerit futurum ignem in inferno: erit ergo ignis ille corporeus, alioquin ſi non exiſtente cauſa neceſſaria, & manifeſta, liceat nobis dicere, quòd aliquid quod ſacra ſcriptura aſſerit, debeat intelligi per metaphoram, idem dicēdum de omnibus aliis, quæ ſcriptura refert, & ita poſſet dici quòd Chriſtus non vere mortuus eſt, neque vere reſurrexit, ſed per metaphoram dicta ſint hæc, quo nihil periculoſius eſt, & tamen dato vno, dabuntur omnia, ſicut dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Hieron. & in Decret. diſtinct. 9. cap. ſi ad ſacras, ſcilicet, ſi ad ſacras ſcripturas recipitur ali quod mędacium officioſum, nulla in eis prorſus manebit auctoritas. Cum igitur ſcriptura dicat futurum ignem in inferno, dicendum quòd erit verus ignis, & non ſecundum metaphoram.

Item conſtat puniri in inferno damnatos, qui coram illum inferni eſſe ſpiritualem, non quidem ſecundum ſubſtātiam, ſed quoniam ſpiritualiter locat. Primum patet, quia cum ibi dicat futura eſſe corpora, non poterit eſſe locus ille ſpiritualis, quia impoſſibile eſt corpora locari. Secundo, quia implicat cōtradictionem, ꝙ ſit locus, & ꝙ ſit ſpiritualis, cum locus ſit ſuperficies corporis ambientis. Secundum patet, quia ſpiritualiter locat ille locus animas, cū enim aīæ erunt ſolutæ corporibus, non poterūt eē in loco illo corporaliter. erunt ergo ibi ſpūaliter, ideo modo quo ſpiritus poteſt eſſe in aliquo loco. Aliter poteſt dici, quòd Auguſtinus dixit iſta non aſſerendo, ſed dubitando, quod ſæpius facit in lib. illo, quàm in alijs, ideo caute legendus eſt.

Ad tertium dicendum, quòd igni inferni ſecundū naturam ſuam, competit æqualiter cremare omnes damnatos, in quibus æqualis diſpoſitio humidi, & ſicci inuenitur, & tamen inquantum eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ competit ei inæqualiter agere ſecundum proportionem culpæ damnatorum, quia inſtrumentum quodlibet ēt in naturalibus prēter operationem, q̄ cōperit ei a ſpecie ſua, & a figura ſortitur quandam aliā operationē, inquantū eſt directū ab agente principali, ſicut apparet in operationibus animæ circà corpus, ſ. conuertendo cibum in carnem, & oſſa, & ſanguinem, & alias partes corporis ratione, & natura, & noīe differentes, in oībus tñ his vritur aīa calore, vt inſtrumento, quia frigiditas iuxta ſapientes non ponit pedem in operatione naturæ, niſi per accidens: operatio tamen propria caloris eſt ſolum reſoluere ſubtiliando, & digerendo, ꝙ tamen cibus digeſtus conuertatur in carnem non prouenit a proprietate caloris, ſed a proprietate animæ vtentis calore, tanquā inſtrumento, & dirigentis illum: nam non eſt concedendū, ꝙ anima hoc per ſe faciat ſine inſtrumentis: formæ enim ſubſtantiali nulla operatio competit per ſe, niſi ſubſtantifica, & formalis, cæteras vero mediātibus potentijs, & organis exercet. Vnitur enim tripliciter iuxta Ariſtotelem anima corpori, ſcilicet, vt forma, & vt motor, & vt finis, vt autem eſt finis non competit ei aliqua operatio determinata in corpore diſtincta ab alijs operationibus, quia eſt vt perficiens ad perfectibile, & ideo neque requiritur organum, nec potentia, neque aliquid huiuſmodi. Vt autem vnitur vt forma competit animæ operatio formalis, & ſubſtantificā, ſcilicet, dare eſſe hominem, & hoc eſſe dat forma per ſubſtantiam ſuam, & non per potentiam aliquam, aut organum: homo enim non accipit eſſe per intellectiuam potentiam, aut voluntatem, ſicut neque per viſum, & auditum, ſed per ſolam animam, & ideo quantum ad hāc vnionem anima vnitur corpori per ſe, & immediate, & æqualiter, & non magis cordi, quàm pedi, quia omnes partes facit eſſe æqualiter humanas. vt autem vnitur anima corpori, vt motor non vnitur per ſe, ſed per determinatas potentias, & operationes: nā anima dicitur mouere corpus ſecundum determinatas operationes quas per illud, vel in illo facit, vt audire, videre, gignere, hæ enim licet ſint operationes compoſiti, vt ſuppoſiti denominati, ſecundo de Anima: quia tamen ſunt omnes ab anima, tanquàm a principio, voco eas operationes animæ, & ſunt operationes quibus anima mouet corpus, vt iam perfectum: aliæ autem ſunt operationes animæ in corpore, non tanquàm perfecti, ſed vt perficiatur, ſicut digerere, & conuertere, & ſecundū oēs has anima eſt motor, & ideo requirit duo determinata ad hoc, ſ. potentiam, & organum. Non enim cauſat anima in homine auditionem, & viſionem per idem principium immediatū, ſed per duas potentias, quod oſtēdit diuerſitas organorum: nam ſi eadem eſſet potentia auditiua, & viſiua, eſſet idem organum viſus, & auditus, cum organa ſint propter vires organicas: ergo ſunt diuerſæ potentiæ, & diuerſa organa, & ſic anima cum vnitur corpori, vt motor non vnitur per ſe, ſed per ſuas potentias, & ita non vnitur tōti corpori indifferenter, ſed determinatis organis: nam anima vt forma dat tōti corpori æqualiter eſſe humanum, & tamen non facit hominem videntem eſſe per totum corpus, ſed per oculum ſolum, & ita de cæteris. Ita ergo quantum ad digeſtionem, & conuerſionem aſſimilationis anima vnitur, vt motor corpori, cum digerere, & conuertere non ſit operatio formalis, & ſubſtantifica animæ: ideo neceſſe eſt, quòd anima non agat hoc per ſe, & immediate, ſed per potentiam aliquam, & inſtrumentum, vnde ponetur vis digeſtiua, & aſſimilatiua conuerſiua. ſed in hoc differt ab alijs actibus animæ, ſcilicet, videre, & cæteris ſenſitiuis, quia illi actus non ſunt agere, ſed paſſio quædam, & immutatio ſpiritualis, ideo ad illos ſufficit potentia paſſiua, & organum, in quo ſit illa potentia, & non requiritur aliqua qualitas actiua. digerere autem conuertere, & aſſimilare ſunt veri actus, ideſt, actiones, ideo vltra virtutem actiuam, ideſt, digeſtiuam, & conuerſiuam requiritur aliqua qualitas actiua, quæ ſit inſtrumentum immediatum, & quoniam digerere, & conuertere nō ſunt actiones ſpirituales, ſicut videre, & audire, ſunt paſſiones aliqualiter ſpirituales, ſed ſunt actiones materiales, requiritur qualitas actiua materialis, & nulla eſt, niſi caliditas, & frigiditas, ſed frigiditas (vt dictum eſt) non ponit pedem in operatione naturæ, niſi per accidens, ideo oportet dari calorem eſſe inſtrumentum animæ in conuertendo, digerendo, & aſſimilando, ſicut igitur calor, quia aliàs non poteſt, niſi reſoluere, & incinerare nunc, vt motus ab anima, & inſtrumentum eius, eſt conuertens in carnem, & ſanguinē ipſum alimentum, a fortiori ignis inferni, qui naturaliter ad faciendam iſtam diſtinctionem non ſufficit, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, & a Deo motus ſufficiet ad puniendum inæqualiter damnatos, qui inæqualiter peccauerunt, & quemlibet pro magnitudine, aut paruitate culpæ ſine aliquo errore, & ſic licet ſit ignis verus corporeus, ſufficiet ad hoc vt dictū eſt.

An ille ignis inferni ſit eiuſdem ſpeciei cum noſtro.
Quæſt. CCCCXCI.

QVAERETVR adhuc circa prædictum ignē ſuppoſito, quòd ſit verus, & corporeus, an ſit eiuſdem ſpeciei, cuius eſt noſter. Videtur enim ſtare poſſe, quòd ſit ignis verus, ideſt, non per metaphoram, vt aliqui putauerunt, ſed ſit aliquid corporeum affligens, & tamen non ſit eiuſdem ſpeciei. Dicit enim Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei, & 4. Sentent. diſtin. 44. Ignis æternus cuiuſmodi ſit arbitror ſcire neminē, niſi forte cui ſpiritus diuinus oſtenderit, ſed naturam ignis noſtri omnes ſciunt, quia experiuntur: ergo ille ignis non eſt eiuſdem ſpeciei, cuius eſt noſter, quia aliàs ſciremus cuiuſmodi eſſet.

Secundo, quia ſi ille ignis eſſet eiuſdem ſpeciei cuius noſter, conſequerentur eum omnia, quæ conſequuntur ignem noſtrum ex cōditione ſpeciei, ſed noſter ignis lucet, & ille non, & noſter indiget fomentis, & non manet niſi cōtinua generatione, & corruptione: ille aūt non habet aliqd iſtorum: ergo non eſt eiuſdem ſpeciei cū noſtro. Patet, quia Gregorius in Moralibus lib. 15. exponens illud Iob 20. cap. 1. Deuorabit eos ignis, qui non ſuccēditur. dicit ignis corporeus, vt eſſe valeat corporeis indiget fomētis, neque valet, niſi ſuccenſus eſſe, & niſi refotus ſubſiſtere: at contra gehennæ ignis, cum ſit corporeus, vt in ſemetipſo reprobos exurat corporaliter, neque ſtudio humano ſuccenditur, neque ignis nutritur, ſed datus ſemel durat inextinguibilis, & ſuccenſione non indiget, & ardore non caret.

Tertio, quia corruptibile, & incorruptibile nō ſunt eiuſdem ſpeciei, nec generis. 9. Metaphyſicæ. ſed ignis inferni eſt æternus ignis, vt dicitur in litera, ſcilicet, Ite maledicti in ignem æternum. Ignis autem noſter temporalis, & corruptibilis, ideo non erunt eiuſdem ſpeciei.

Quarto, quia de natura ignis apud nos est, vt luceat, sed ignis inferni non lucet, vt dicitur Iob 18. cap. scilicet, Nonne lux impij extinguetur? ergo non est eiusdem naturæ cum nostro igne.

Quinto, quia Aristoteles quinto Topicorum dicit, non est tantum vna species ignis, diuersum est enim flamma, lux, & carbo specie, sed ignis elementalis est ignis lux, ignis autem inferni videtur potius esse ignis carbo: ergo non sunt eiusdem speciei.

Sexto, quia si esset eiusdem speciei ille ignis, & iste esset idem locus naturalis vtriusque, & tamen ignis elementalis locus naturalis est concaua circunferentia cœli Lunæ: ergo & illius, scilicet, infernalis: vnde apud inferos maneret violenter, cum esset extra locū naturalē, sed nullum violentum est perpetuum, primo de Cœlo, & Mundo: ergo non maneret ille ignis in perpetuum ibi, manebit tamen quia vocatur ignis æternus, idest, durans in æternum: ergo non est eiusdem speciei cum isto. Dicendum, quòd aliqui voluerunt ignem inferni non esse eiusdem speciei cū igne nostro, vel elementali, quia ignis inferni est ignis carbo, & ignem carbonem non dicunt esse ignem, quia duo corpora non possunt esse simul, & tamen ignis corpus est, quia est elementum: carbo etiam corpus est terreum, vel ligneum, aut alterius speciei.

Secundo, quia non possunt esse duæ formæ substātiales in eadem parte materiæ, quod fieret si carbo esset ignis, ideo dicunt quòd non est ignis, sed induit quandam qualitatem, quæ est forma accidentalis, & est multum similis formæ ignis in virtute, ita dicunt esse de igne inferni, quòd non sit ibi ignis, qui est elementum, sed sit ibi materia aliqua, habens illam qualitatem similē igni. Sed ad hoc alij dicunt quòd non, quia (vt dictum est præced. quæstio.) in inferno datur ignis verus: non tamen est verus ignis, si nō est ignis: ergo non sufficit materia illa ignita, sed oportebit poni ignem. Secundo, quia dicunt præcedentes falsum præsupponere, scilicet, quòd carbo non sit ignis, est enim vere ignis. Et dicunt in hoc specialius esse circa ignem, quàm circa omnia alia corpora: est enim corpus maxime actiuum, ideo propter suam actiuitatem accipit omnia elementa pro materia: non quidem ꝙ materia alicuius alterius elementi manēs sub forma illius elementi, possit esse sub forma substantiali ignis, quia esset contradictio manifesta, sed quòd propter maximam actiuitatem, alterando corrumpit formas aliorum elementorum, & incipit omne esse in materia illa in qua erant cætera elementa, quod alia elemēta difficulter faciunt, quia sunt modicum actiua, ideo ignis facit se in materia aerea, & aquea, idest, in grossis fumositatibus, quæ sunt de natura aquæ, & aeris, & ita est ignis flamma, facit se etiam in materia terrestri igniēdo materiam, vt ignis carbo: videtur enim ignis flamma esse fumus ardens, vt dicitur secundo de Generatione, & Corruptione: & non differt ignis carbo ab igne flamma, nisi per materiam: nam ambo sunt ignis eiusdem speciei substantialis, sed differunt per materiam, non quidem per materiam, quæ nunc est, sed per materiam, quæ præexistebat: nam materia nō est alicuius speciei cum nō sit in re actuata, neque est actus, sed est in eadē specie, in qua est forma sub qua est, & per quam actuatur, & quoniam carbo est ignis, & flamma est ignis, necesse est materiam vtrobique esse materiam ignis, & tamen quia prius erant materiæ diuersarum specierum, retentis prioribus nominibus dicimus ignem carbonem, & ignem flammam differre secundum materiam, & motiuum huius rei est, quia manent conditiones in materijs istis, quę erāt in eis dum essent materiæ aliarum specierum, & hoc, quia symbola manent in genito, & in corrupto, 2. de Generatione, & Corruptione: Carbo ergo ignis est sicut ignis qui est in sphæra sua, & eiusdem speciei, sic dicit Aug. in lib. de quæstionibus ad Orosium. q. 27. ꝙ ignis qui est quartum elementum, est in terra inter nos, & tamen iste est ignis carbo. Et patet hoc, quia dubitatio horum consurgit ex ignorantia quadam, quia si carbonem non putant ignem, sed aliquod corpus ignitum, eadem ratione flamma non est ignis, quia est fumus ardens, 2. de Generatione, & Corruptione: & tamen hanc flammam esse concedunt.

An verum sit quod ignis carbo non sit ignis. Quæst. CCCCXCII.

AD duo inconuenientia in contrarium allegata respondent. Ad primum quando dr, ꝙ ignis inferni est ignis carbo, & c. dicunt ꝙ in carbone nō sunt duo corpora simul, sed vnicum, quia carbo non est terra, neque lignum, licet fuerit lignum, sed est ignis, & ita est ibi solum corpus ignis: nam si ignis agendo gignat se, i. alium ignem in aliquo corpore in partibus illis, quas transmutando ignierit, non manet iam corpus, quod prius erat cum perierit forma, sed est corpus ignis, & est materia illa sub forma ignis, licet aliæ partes eiusdem cōtinui maneant sub priori forma, quia nondum totum in ea sit ignis. Et sic etiam in ferro ignito aliquid eius est ignis quousque fiat alteratio ab extrinseco, & desinat esse forma ignis corpto igne, & tūc redit materia ignis præcedentis ad aliquid aliud, & ideo quandocunque ferrum ignitur, necesse est aliquid perire de quantitate, & pondere eius, sed interdum nō est sensibile propter raritatem materiæ.

An duæ formæ substantiales possint esse in eadem parte materiæ. Quæst. CCCCXCIII.

AD secundum inconueniens dicunt, ꝙ non sunt duæ formę substātiales, sed vnica eiusdem corporis: nam carbo vnicam formam habet, s. ignis, & flamma eodem modo: nā nunq̄ est ignis carbo quousque desinat forma, quæ præcedebat in illa materia. Dicunt etiam, ꝙ ignis inferni qualiscunque sit, & in qualicunque materia eiusdem speciei totus est, & est ignis elementalis, quia nullus ignis potest esse præter elementalē: nam sicut omnis aqua omni aquæ est eadem specie. 1. Topicorum, ita oīs ignis oī igni est idē specie: tota aūt differentia, q̄ est in igne provenit a materia: nā vt ostēsum est supra, ꝙ in ignem suā maximā actiuitatē gignit se in materia cuiuslibet elementi. & ita manet in materia, q̄ fuit prius sub forma illius elementi, nunc aūt est sub forma ignis, & ab hoc accipitur illa differentia, s. ignis carbo, flamma, & lux vocatur. ignis carbo in materia terrea, ignis flāma in materia aerea, ignis lux in materia sua determinata secundū ꝙ est in sphæra sua: nā ibi neque est ignis carbo, nec flamma. supponēdū aūt dicūt, ꝙ ignis vbicūque sit habet materiam partē sui cum sit elementum, vel corpus, & ideo ignis lux materiā habet, sed illa materia est communis, quæ est pars oium cōpositorū elementaliū, & illa vocatur materia ꝓpria ignis: vnde dicimus ignē in sphęra sua esse in materia ꝓpria ignis flāma est in materia aerea, ignis carbo est in materia terrea, non quidem ꝙ sint illæ materiæ terrea, & aerea, quia sunt igneæ, & cōsequenter sunt ꝓpria materia, quia sunt materia speciei ignis, sed materia ignis lucis dr materia ꝓpria ignis, qa cōuenit igni s̄m suā puritatem: ꝙ ignis est simplicius omnibus elementis magis accedens ad naturam spiritus, ideo in materia sua est magna raritas: materia autem terrestris, & aquea sunt dēsiores, & habent permixtionem multarum impuritatum, ideo materia ignis flammæ, & ignis carbonis non sunt proprię materię ignis, secundum omnes conditiones puritatis, & simplicitatis ignis, sunt tamē materiæ propriæ, inquantum sufficientem dispositionem habent, vt in eis esse possit forma ignis, ita ergo omnis ignis, licet habeat magnam diuersitatem in dispositionibus materiæ, est eiusdem speciei. Ex quo apparet, quòd ignis inferni, cum sit ignis verus est eiusdem speciei cum nostro, & cum illo, qui est in sphæra propria iuxta circulum Lunæ.

Dicendum autem nunc, quòd tota differentia positionum circa ignem est in hoc, scilicet, an res ignitæ, vt ferrum, & lignum sint ignis, aut solum res ignitæ, præcedens autem positio tenuit rem ignitam esse ignem, vnde dicebat quòd ferrum ignitum non erat ferrum, sed desierat esse ferrum, & iam erat ignis, & ita de cæteris.

Sed dicendum, quòd non est verum, sed ignis est per se corpus habens materiam, & formam partes sui, & materia sua est necessario maioris raritatis, q̄ cuiuslibet alterius elementi materia: nam raritas, & densitas determinatæ sunt dispositiones necessario comitantes formam cuiuslibet elementi, sicut caliditas, & frigiditas, & ideo aer nunquàm poterit esse densior aqua, neque ignis aere, sed si res ignita esset ignis, daretur ignis densior, quàm terra, & ponderosior, sicut cum ferrum est ignitum, ideo impossibile est, quòd res ignita sit ignis, sed quandiu est res ignita non est ignis, & quādiu est ignis desijt esse res ignita, ad hoc late dictum est supra, ideo ad quædam dicta huius positionis est respondendum.

Cum enim dicunt, quòd ignis inter omnia corpora est maxime actiuum, & propter suam actiuitatem accipit omnia elementa pro materia, verum est, sed non est intelligendum, quòd materiæ aliorum elementorum efficiantur materiæ ignis, vt sint partes eius, sed vt de illis gignatur ignis, de quolibet enim elemento gignitur ignis. Et est intelligendum, quòd materia ignis accipitur dupliciter. Vno modo materia, quæ est pars eius, sicut quodlibet elementum est compositum, & materiam habet. Alio modo est materia de qua gignitur, idest, per cuius corruptionem ignis gignitur, & ista non est pars ignis, & est per se ens actu, & est elementum distinctum, quod alteratur ab igne, vel ab igniente, & isto modo debet intelligi ista propositio, scilicet, quòd ignis propter suam maximam actiuitatem habet omnia elementa pro materia, scilicet, quòd illa in actu manentia sub suis formis elementalibus sunt materia ignis: nam si primo modo accipitur nihil plus est de igne, quàm de alijs elementis.

Et patet hoc, quia de qualibet materia potest gigni quodlibet elementum, idest, potest illud corrumpi, & materia quæ sub illo est, potest esse sub quolibet alio elemento, & erit illa pars eius, & tamen quorundam aliorum elementorum quasi nulla est actiuitas, aut parua. Sed cum dicitur, quòd ignis propter suam actiuitatem habet omnia elemēta pro materia, est sensus quòd in quolibet elemento actu manens agit alterando, & igniendo illud, & inde ignem gignit, & sunt omnia elementa materia ignis quandiu ignis agit in illa, vt inde alius ignis gignatur, & hoc modo non sunt omnia elementa cuiuslibet alterius elementi materia, quia non agit quodlibet in omnia, cum vero facta generatione ignis habet ignis genitus pro materia id, quod aliquando fuit realiter pars alterius elementi, non dicitur ignis alia elementa habere pro materia, sed propriam materiam habet, quæ non est aliquod elementum, sed fuit aliquando pars alicuius elementi, nunc vero nullius est pars, nisi ignis.

Duarum proxime dictarum quæstionum determinatio ex propria sententia. Quæst. CCCCXCIIII.

CIRCA inconuenientia duo, quæ ostendebāt ignem inferni nō esse eiusdem speciei cum nostro, quia est ignis carbo volunt prædicti, quòd sit ignis, & non differat nisi denominatione materiæ ab alio igne: est autem dicendum, quòd res ignita non est ignis, & quia carbo est res ignita, non erit ignis, & tamen licet apud inferos sit ignis, tamen vbi est res ignita, est ignis aliquis, qui non est res ipsa, neque pars eius, sed de illa gignitur, vel in illa seruatur, & ille ignis est elementalis, sicut noster, & eiusdem speciei. Quòd vero illi respondebant carbonem esse vere ignem, & ferrum ignitum esse ignem, ita quod iam non esset ferrum, & quòd materia eius sit sub forma ignis, non potest dici nisi absurde, quòd ostenditur ex densitate materiæ, & ex ponderę: nam tunc ignis naturaliter peteret cērrum, & esset diuersus motus secundum speciem illorum simplicium, quæ sunt vnum specie, quod est absurdum. Etiam quia statim superiecta aqua ferro ignito rediret veritas speciei, & naturæ ferri, quod esset impossibile, si transisset ferrum in ignem: nam non poterat fieri conuersio ignis in ferrum, nisi per multa media, ideo planum est illud esse falsum, non est igitur ignis ipsa res ignita. De secundo inconuenienti cum dicebatur, ꝙ duo corpora essent in eodem loco, vel duæ formæ substantiales in eadem materia. dicendum, ꝙ non sequitur posito igne apud inferos: nam licet res ignita non sit ignis, non est forma ignis in partibus rei ignitæ, sed solum in materia ignis, & sic intra ignitam rem non est aliquis ignis, sed qualitas ignitionis, nisi forte sint aliquæ concauitates, in quibus vere poterit esse corpus ignis, de quo magis dictum est supra: modus autem soluendi horum non tenet, cum ipsi supponant falsum, scilicet, rem ignitam esse ignem, & ideo manere vnam tantum formam in materia, scilicet, formam ignis, & non rei ignitæ.

Est ergo dicēdum, quòd in inferno est verus ignis, & est eiusdem speciei cum nostro igne, quia quilibet ignis est eiusdem speciei cum quolibet alio, sicut omnis a qua alteri aquæ est eadem specie, & non est ignis qui non est idem specie cuilibet alteri igni: differētia autem nulla est in igne, nisi per materiam, & non per materiam, quæ est pars ignis, quæ est intrinseca, sed per materiam quæ est de qua ignis gignitur, & est res ignita, & secundum hoc distinguimus ignē, lucem, carbonem, & flammam, de quo magis dicetur in solutione quinti argumenti: & ideo quicunque modus ignis ponatur apud inferos, erit verus ignis, & speciei eiusdem cum elementali, sed dicitur esse in materia terrea, vel picea, aut sulphurea, vnde est ignis, & ob hoc differt ille in multis a nostro igne. quia illæ sunt conditiones tenentes se ex parte materiæ, vel quia ille est instrumentum diuinæ iustitiæ: noster autem ignis solum est naturaliter operans, & sic noster licet non manet in perpetuum, cum sit extra locum proprium, sed est solum in continua generatione, & corruptione, ille autem licet sit extra locum proprium manet in perpetuum, etiam noster non est, nisi succendatur, ille vero nullo succēdēte manet: nostro quoq; igni cōtinue apponūtur fomēta, illi aūt igni nemo est q̄ fomenta apponat: ēt quod maius est, qa noster ignis æqualiter cremat æqualiter dispo-

Universidad de Deusto

siros secundum siccum, & humidum æqualiter ap- F
proximatos, ille vero non respicit hãc dispositionem,
sed magis cruciat eos, qui magis peccauerunt.

Responsio ad auctoritatem Augustini supra in principio quæst. 491. positam. Quæst. CCCCXCV.

AD rationem primam in contrarium dicendum, quòd Augustinus non locutus est quantum ad speciem illius ignis inferni, sed quantum ad materiam, in qua manet, vel fouetur, quia nullus illam scit, quæ sit determinate, aut qualis, quia neque scriptura sacra, neque ratio aliqua sufficienter G
hoc ostendit, etiam cæteras conditiones illius ignis nemo cognoscit, nisi Deus reuelauerit ei, sed speciem eius nullus habet ignotam, cum dicatur esse ignis.

Responsio ad secundam rationem vbi supra adductam. Quæst. CCCCXCVI.

AD secundum dicendum, quòd ignis noster non est sine succensione, & nutrimento, siue appositione lignorum. Et ratio huius est, quia non potest consistere in materia propria, ideo exigit alienam, & apud inferos est alia causa huius, ideo aliter manet. Pro quo dicendum, quòd quodlibet elementum habet materiam, quæ est pars eius, & mate- H
ria, & forma, sunt ei sufficiens ad existendum, & non exigit aliam materiam in qua sit: nam aqua in sua materia est, & postquàm semel genita est, non indiget aliquo in quo subsistat. idem de terra, & aere est, sed ignis sic se habet in sphæra sua: nam habet materiam & formam partes sui, & in illis subsistit, & non indiget nutrimento aliquo, neque generatione, ideo perpetuus est ibi, inter nos vero est ignis extra locum suum, & ideo non sufficit ei materia sua, & forma ad subsistendum, quia tunc cum semel genitus esset semper manere posset, nisi aliquid illum extingueret, sed falsum est, cum per seipsum deficiat, nisi fomentis sustineatur. Et ratio est, quia nulla pars ignis geniti habet durationem aliquam in essendo, sed solum est quandiu gignitur, sicut vult Aristoteles, & experientia manifestat, & ideo quandiu continuata fuerit ge- I
neratio ignis, tandiu poterit manere ignis, & non amplius, & quia generatio ignis non fit, nisi in re combustibili, quæ alteratur, resoluitur, & ignitur, & per ignitionem desinit esse, non poterit manere ignis, nisi quandiu durauerit appositio fomentorũ, quæ continue resoluantur in ignem, qui statim pereat, & continue alia, & alia pars eius gignatur, & istud est ignem non manere nisi in aliena materia, scilicet, de qua gignatur, quod non accidit ei solum, inquantum est ignis, quia tunc etiam in sphæra sua his fomentis egeret, sed quia hic est extra locum suum, sed de igne in inferno constat, quòd est extra sphæram suam, ideo ibi talibus indigebit fomentis, & succensione. K

Aliqui dicunt, quod manet ibi eo quòd ibi est in materia propria, & inter nos non. Sed istud nihil valet, quia materia propria non est, nisi ipsa, quæ est pars, & tamen illam habet inter nos, & in illa non potest subsistere.

Error nonnullorum de materia propria ignis. Quæst. CCCCXCVII.

SED aliqui circa istam materiam propriam ignis errant, dicunt enim esse propriam materiam, quæ conuenit igni ex specie, & talem volunt esse materiam, quam habet ignis in sua sphæra, & ideo dicunt illam semper ibi posse manere, interdum

ter nos vero gignitur ignis in materia alterius corporis, vel elementi, ideo dicunt quòd non potest manere, & sic accipiunt materiam propriam, vel alienam.

Sed istud non stat, quia materia non potest differre ab alia materia ex conditione sua, quia secundum se indistincta est, sed solum ex conditionibus formæ additis, secundum quas efficitur propria formæ alicuius speciei, aliàs autem tota materia omnium generabilium, & corruptibilium est eiusdem modi, quia nulla pars eius est, quæ non possit esse sub forma cuiuslibet elementi, & corporis mixti, & quando fuerit sub illo, erit propria materia illius formæ, vel speciei, vnde materia quæ est nunc sub forma terræ, vel aquæ, est propria speciei terræ, vel aquæ, quia habet omnes illas cõditiones quas requirit forma terræ, vel aquæ in materia ad hoc q̃ sit in ea, & per quas efficitur ipsa materia propria ad formam terræ, vel aquæ, & ista eadem poterit esse post paululum sub forma ignis, vel aeris, & habebit omnes dispositiones tam densitatis, & raritatis, q̃ grauitatis, & leuitatis, quas exigit forma ignis, vel aeris in materia, & sic illa eadem erit nunc materia propria ignis, quæ erat prius materia propria terræ, vel aquæ, quia si hoc non esset verum, non possent elementa mutuo se corrumpere, quantum ad aliquam partem, & impossibile est q̃ forma alicuius elementi sit in aliqua materia, quæ non sit propria illius elementi, non enim potest gigni, vel deduci forma elementi, vel mixti, nisi in materia præcesserunt qẽs dispõnes præcedentes ad illam, & q̃ sunt de natura eius. & ita ignis nunq̃ potest esse, nisi in materia propria, i. q̃ materia quæ est pars eius, est propria formæ ignis, quia aliter non potuisset gigni in materia, nec esse in illa, & ob hoc ignis, qui est in sphæra, & qui est inter nos habent materiam eiusdem conditionis, quia easdem dispositiones exigunt in materia, quę est pars ignis, in qua est forma ignis, ideo non est verum q̃ ibi sit in materia propria, & hic non. Sed isti imaginantur quoddam fatum, scilicet, quòd sicut forma quælibet est determinata naturæ, vel speciei de se, & impossibile est in alia specie esse, ita materia secundum se habeat conditionem vnam, secundum quam sit vnius speciei, & alia in quã sit alterius speciei, vel formæ speciei. Sed hoc est impossibile. primo, quia tunc sequeretur, q̃ sicut forma est determinatiua speciei, ita & materia, cũ illa determinate habeat conditionem huius, vel illius speciei, sed falsum est, quia materia ponitur pura potentia, & indistinctum quid: forma autem ponitur actus, & distinguens, & tamen posito præcedenti fundamẽto, ita materia determinaret ad speciem, sicut forma. Secundo, quia tunc nõ possent poni hæc duo, vt principia rei, s. materia, & forma, sed sufficeret alterum eorum, immo non possent ambo poni, vt pertinentia ad speciem: nam duas formas vltimas, ideſt, completiuas, & determinatiuas ad speciem nõ possumus ponere eiusdem speciei, neque in eodem in diuiduo, sed si materia ponatur huiusmodi ipsa determinabit ad speciem, sicut forma, cum ponatur habere conditiones determinatiuas speciei ex se, & quasi non posset esse alicuius speciei, nisi illius cuius conditiones ex se habet, ideo sufficit in entibus materialibus ponere materiam, vt principium determinatiuum, cum ipsa sufficienter determinet ad speciem, & superabundabit principium determinatiuum, quod est forma, sed non superabundat, ergo necesse est poni solam formam determinatiuam, & materiam non habere ex se aliquid secundum quod determinetur ad formam huius speciei potius quam illius.

Tertio patet, quia si poneretur materia talis conditionis, non possent elementa mutuo in se agere ad ipsorum corruptionem, & generationem mutuam, quia cum materia, quæ est sub forma vnius A
elementi, secundum doctrinam istam non possit esse sub forma alterius, eo quòd determinat sibi formam illius, non posset in materia, quæ semel est sub forma vnius elementi, esse forma alterius, & tamen corruptio non est sine generatione: ergo cum non possit forma vnius elementi gignin materia alterius, nec poterit vnum elemẽtum corrumpere alterum, quod falsum est.

Quarto patet, quia tunc sequeretur, quòd quælibet res incorruptibilis esset, quia non esset aliquid in ea, secundum quod posset desinere esse: nam existente forma humanæ speciei in aliquo impossibile est desinere illum esse hominem: nam si concedatur oppositum, dabitur quòd aliquid habens animam rationa- B
lem actu non sit homo, & hoc includit contradictionem, scilicet, quia posita diffinitione tollitur diffinitum, hoc autem est, quia forma est determinatiua speciei, scilicet, quòd ita pertinet ad humanam, quòd nõ potest pertinere ad alteram, sed si anima ex se haberet conditiones determinatas speciei, existente materia aliqua, illa materia non posset esse sub alia specie, & tamen materia nunquam corrumpitur: ergo cum ex conditionibus suis ex doctrina ista determinaret ad speciem, nunquam posset existente materia illa esse ibi forma alia, nisi illius speciei, & ideo esset induiduum incorruptibile, quia nihil esset in eo, ex quo posset corrumpi, sed potius vtrunque principium limitaret illud ad semper essendum, & tamen manente materia illa, quæ fuit sub indiuiduo alicuius formæ, C
perijt indiuiduum, & non desinit esse materia: ergo videtur quòd materia non determinabat sibi formã illius speciei ex se potius quàm aliam, quia si ex se illam determinaret, non posset per agens extrinsecum perdere illam conditionem determinatiuam quandiu maneret, & tamen manet, & perdit illam, ergo materia non habet ex se aliquas conditiones limitantes eam ad speciem, ita quòd materia hæc sic sit vnius speciei, quod non possit esse alterius, ideo nulla ponitur materia propria alicuius elementi, vnde non bene dicitur, quòd ignis sphæræ est in materia propria, & ignis inter nos non est materia propria, cum quælibet materia ex se sit indeterminata, & potest esse cuiuslibet speciei. D

Item falsum præsupponitur, quia certum est, quòd ignis, qui est in sphæra sua agit in aerem, qui conuinctus est ei in extremitate, & corrumpendo conuertit illum in se, & ita incipit esse sub alterius elementi materia ipsa forma ignis: ergo non determinabat sibi materia certam speciem.

Item non est verum, quòd propter hoc ignis non posset durare, nisi per appositionem fomentorum, & in continua generatione, scilicet, quia est in materia aliena: nam etiam in extremitate sphæræ suæ, quando agendo in aerem, conuerti illum in se, manet ille ignis genitus, & non indiget appositione nutrimẽtorum, & hoc est, quia est in loco naturali, ideo sufficit manere per materiam, & formam, quæ sunt partes suæ, & non indiget fomentorum appositione, inter nos autem est extra locum naturalem, ideo manere non potest, nisi datis fomentis. E

Alij autem vocant materiam alienam ipsam, de qua gignitur ignis, & tunc dicunt esse ignem in materia propria, quæ non est in fomentis, cum vero qui fouetur, esse in materia aliena.

Sed tunc non dant causam quare ignis inferni possit esse sine succensione, & fomentis, sed idem dicunt per idem, scilicet, est sine fomentis, quia est sine illis. Est ergo verum, quòd ignis vbicunque sit, habet materiam propriam, quæ est pars sua, sed ista non sufficit ad manendum, nisi sit in loco naturali, ideſt, in sphæra: foris autem non manet, nisi in continua generatione, & sic necesse est, quòd sit in materia aliena, ideſt, de qua gignitur.

Quomodo in Inferno possit esse semper ignis, cum sit extra suam sphæram. Quæst CCCCXCVII.

SED tunc apud inferos manet dubium quomodo possit esse ignis semper manens, cum sit extra sphæram suam.

Dici potest vno modo, quòd manet ibi fomento proprio, & gignitur ibi de fomentis, sicut hic, sed differt in fomentis, quia illa quæ ibi sunt, durant semper, ideo potest ignis continuari ibi, apud nos autem non sunt talia fomenta, ideo non potest ignis sic durare, posse autem talia fomenta esse, quæ semel accensa non extinguantur, videtur facile Deo, cum & inter nos sunt quædam, quę semel accensa nunquam extinguuntur, nec etiam per aquam extinguitur ille ignis. Secundo modo potest dici, quòd licet illa fomenta deficiant, Deus continue creat alia in eodem loco, vt non desint, & hoc est apponere fomentum, sicut si homo apponeret, & forte ista fomenta sunt de natura illa, quæ ignem naturaliter concipit, sicut est sulphur, & tunc est facilius succendi hæc, & succensa manere. Tertio poterat dici, quòd siue esset ignis inferni in fomẽtis aliquibus, siue absque illis poterat Deus conseruare illum, semper manentem contra conditionem ignis, qui est inter nos, & hoc non per miraculum continuum, quod forte aliquis iudicaret inconuenies, sed dando illi loco conditionem naturalem sphæræ ignis: nam ex eo quòd sphæra ignis est naturalis locus ignis, manet ibi ignis sine fomentis, & inter nos non, sed illa proprietas loci secundum quam conseruatur in eo ignis, & non alibi est qualitas absoluta, & potest eam Deus dare alteri loco, ideo poterit dare loco inferni, & si dederit manebit ibi ignis non corruptus, neque egens fomentis, sicut in sphæra: volunt tamen communiter Doctores, quòd ille ignis sit in fomentis, & succendatur a Deo, & sic dicitur maneat, vt dicitur Isaiæ 30 ca. Flatus Domini torrens sulphuris succendens eam.

Responsio ad tertiam rationem positam in principio 491. quæstionis. Quæst. CCCCXCVIII.

AD tertium dicendum, quòd ignis inferni est incorruptibilis, ideſt, nunquam corrumpetur, neque desinet esse, & ignis noster desinit esse, non tamẽ sequitur, q̃ non sit eiusdem speciei, quia eodem modo sequeretur, q̃ ignis sphæræ esset alterius speciei, q̃ ignis, qui est inter nos, cum quilibet ignis noster aliquãdo esse desinat, ignis autem sphæræ nunq̃ esse desinet, & tamen non habet aliam incorruptibilitatem ignis inferni. q̃ ignis sphæræ, s. q̃ non desinit esse, sed ignis sphæræ non differt specie, ergo neque ignis inferni differret specie a nostro. Cum autem dr̃, q̃ corruptibile, & incorruptibile differunt plus q̃ genere. dicendum, quòd quãdo esse corruptibile, aut incorruptibile, aduenit rei ex natura sua differunt corruptibile, & incorruptibile plus q̃ genere, si tamen aduenit rei per accidens, non est inconueniens in eadem specie manere corruptibile, & incorruptibile, sic patet de corporibus damnatorum, quæ erunt eadem specie cum nostris, immo erunt eadem numero ibi quæ hic, & tamen nunc sunt corruptibilia, tunc vero erunt incorruptibilia.

Sed obijcietur, q̃ hoc non stat, qa forma facit differre, & cõstituit, & nõ differt quomodo forma incepit

perit esse in re, dum tamē fit, sicut si aliquid est per se calidum, & aliud per accidens calidum, vtriusque est eadem operatio, s. calefacere, ita si corruptibile, & incorruptibile differūt plusq̄ genere, siue aliquid sit incorruptibile per se, siue per accidens factum fuerit incorruptibile, differret a quocunque corruptibili, plusquàm genere.

Dicendum, quòd cum genus, & species dicant cōceptum substantialem de re, quia prædicantur in qd, non potest accipi differentia in genere, aut specie, nisi a forma substantiali, quæ est pars essentiæ, & differre facit: corruptibile autem, & incorruptibile licet differant plusquàm genere non sumitur ista differētia per corruptibilitatem, & incorruptibilitatem, cum neutra sit forma substantialis, sed incorruptibilitas dicit priuationem, vel negationem corruptionis, corruptibilitas autem dicit quendam defectum, sed sumitur differentia ista ex formis quibusdam substantialibus rerum, quas consequuntur corruptibilitas, & incorruptibilitas, tanquàm proprietates quædā, vel conditiones speciei, quæ accidunt, vel insurgunt ex conditione principiorum speciei, ideo si corruptibilitas, & incorruptibilitas sint proprietates aliquorum subiectorum consequentes conditionem formæ subiecti, vel materiæ eius, necesse est, quòd talia corruptibilia, & incorruptibilia semper differant, plusquàm genere proximo. si tamen incorruptibilitas fuerit interdū in aliqua re non consequens formam, neque conditionem materiæ, neque aliquid quod est in re, sed ab extrinseco, non est necesse, quòd taliter incorruptibile differat a corruptibili genere, vel specie, & hoc est esse incorruptibile per accidens, & ita manet id quod prius. Et vt planius dicatur, aliquid est incorruptibile per se, ideſt, propter conditionem materiæ, vel formę suæ, aliquid autem per accidens, ideſt, quia nihil est, quod illud corrumpat, licet in se nihil sit quod resistat corruptioni, immo corrumperetur si eēt aliquid agens in illud actione corruptiua. Primo modo corruptibile, & incorruptibile differunt plusquàm genere. Secundo modo non differunt, nec etiam numero, sed idem aliquando est corruptibile, & postea incorruptibile, & tamen si velimus proprie, & stricte loqui, semper est propositio vera, quòd corruptibile, & incorruptibile differūt plusquàm genere, ideſt, id quod est corruptibile, & incorruptibile, & tamen incorruptibile per accidens non est incorruptibile, nisi denominatione extrinseca, ideſt, non corrumpetur, quia nullum corruptiuum aget in ipsum, & tamen non habet in se aliquid secundum quod fit incorruptibile. Et hoc modo post diem iudicij omnia erunt incorruptibilia, non quidem quòd eis addatur incorruptibilitas, sed quia omnia corruptiua agere cessant, ideſt, corruptiua intrinseca, & extrinseca. Ad quartum dicendum, quòd ignis inferni non lucebit, sed istud non impedit illum esse eiusdem speciei, cuius noster ignis est qui lucet, si enim lucere esset conditio substantialis ignis, vel aliquid necessario consequens ignem, non esset ignis qui non luceret, & tamen lucere non consequitur ignem, secundum omnem modum existendi in materia. Et apparet, quòd non sit substantiale igni, neque conditio necessario ipsum consequens, quia tunc vbi ignis magis proprie inueniretur magis luceret, & tamen ignis magis proprie inuenitur in sphæra sua, quàm alibi, cū ille sit locus naturalis eius, sed ignis in sphæra sua non lucet, vt dicunt Philosophi, & experientia ostendit, quia si luceret cum sit tam magnum corpus semper a nobis videretur, maxime per noctem, sicut videmus lumen candelæ, sed non videtur vnquàm, ergo est sine luce, & sic lucere accidet igni ex conditione materiæ, & nō necessario.

Duo autem sunt, quæ lucem tollunt rei, scilicet, raritas materiæ, & obfuscatio, & inuolutio in fumis grossis.

Propter primum ignis non lucet in sphæra sua, quia materia eius est valde rara: nam aer propter raritatem non videtur, materia tamen propria ignis est rarior, quàm materia aeris. Propter secundum autem ignis non lucet in sulphure, quia est materia omnino terrea, & opaca, & quando superuenit fumus grossus quo obfuscatur, sic enim interdum ignis flamma inuoluitur a fumo grosso, & non videtur. sic putatur esse in inferno, scilicet, quia vel materia est terrea, vel sulphurea, vel pura, vel inuoluitur aliquo fumo grosso semper manente: non ergo probat illa obscuritas ignis inferni eum non esse in specie ignis elementalis, vel nostri.

Responsio ad quintam rationem in principio 491. quæstionis positam. Quæst. CCCCXCIX.

AD quintum dicendum, quòd hic est difficultas circa ignem, carbonem, lucem, & flammam, an sint eiusdem speciei, & quomodo, & an sint ignes, vel res ignitæ, quæ non sint ignes, sed habentes ignem.

Aliqui dicunt, quòd ignis, carbo, flamma, & lux non differunt specie, cum quilibet sit ignis verus, sed differunt quantum ad materiam, & isti dicunt de alijs quòd asserāt materiam ignis differre specie, sed quòd ignes inter se non differunt specie, & exponunt prædicti primi intelligendum, quantum ad materiam, non quantum ad esse, quod habent in actu, quia cum materia actuetur per formam, omnes materiæ, quæ sunt sub forma eiusdem speciei, sunt eiusdem speciei, quia aliàs materia haberet rationem speciei, & esset actus, vel naturaliter actuata, & tamen carbo, flamma, & lux sunt ignes eiusdem speciei, vt isti dicunt, cum omnis ignis sit eiusdem speciei, cum quolibet altero igne, ergo materiæ horum trium ignium erunt eiusdem speciei actualiter, sed differrent quantum ad esse, quod habuerunt, quia carbo habet materiam, quæ fuit terrea, & flamma materiam, quæ fuit aerea, vel dicunt differre materias istas, quando ignium tur, non autem quando ignitæ sunt. Dicunt etiam, quòd in actu differunt, quantum ad dispositiones manentes, quia in igne, carbone manet dispositio materiæ ignea, vel terreæ, in igne flamma conditio materiæ aereæ, in igne luce dicunt, quòd ignis lux nusquàm est, nisi in sphæra sua.

Sed aliqui obijciunt contra istos, quòd carbo, flamma, & lux non sunt in eadem specie. Nam quælibet forma vnius speciei, determinat sibi certas dispositiones in materia, & non potest esse sub alijs, & hoc maxime quantum ad densitatem, & raritatem, grauitatem, & leuitatem, ita enim terra est in materia densa, quòd impossibile est formam eius esse in materia tam rara, sicut aqua, & aer, quia iam desineret esse species terræ. Etiam non potest esse forma terræ in materia tam leui, sicut est materia aeris, vel ignis, & ita est de aere, & aqua, quia determinant sibi certas raritates, & densitates, grauitates, & leuitates. In igne autem carbone, flamma, & luce sunt penitus oppositæ, quia in igne carbone est densitas terræ in materia eius, est etiam grauitas terræ, in igne flamma est raritas aeris, aut paulo minor, & est leuitas aerea, non ergo sunt eiusdem speciei carbo, & flamma, sed tantum differunt, quantum terra, & aer.

Et quando obijcitur contra eos, q̄ symbola manēt in genito, & corrupto, dicūt non esse ad propositum, quia

quia asserunt illud esse quantum ad accidentia communia rebus diuersarū specierum, dispōnes tamē raritatis, & dēsitatis, grauitatis, & leuitatis pertinent ad determinationem formarum in materia secundum certas species. Dicunt ergo prædicti rursus, q̄ carbo, flamma, lux sunt ignis eiusdem speciei, vt dictum est, & tamen addunt, q̄ in igne est, quod non est in alijs elementis, s. q̄ minores dispositiones requirit forma sua in materia quàm requirat quælibet alia forma elementalis in materia sua, & tamen requirit aliquas. Et ostendunt hoc, quia non est forma aquę, aut terrę nisi in materia certarum dispositionum, & illę non reperiuntur sub forma alterius elementi, & hoc saltem de his quatuor, ideſt, densitate, raritate, leuitate, & grauitate, nō enim habet terra aliquando prædicta quatuor talia sicut aqua, nec aqua sicut aer, aut terra, & e contrario. Ignis tamen est aliquando in materia talis dēsitatis, & raritatis sicut terra, & interdum sicut aer. Et dicunt rationem diuersitatis esse conditio formę, scilicet, quia forma ignis est simplicior omnibus formis elementorum, quanto autem forma materialis est simplicior dicunt, quòd tanto exigit pauciores dispositiones in materia, hoc enim ostendit (vt dicunt) facilitas generationis: nam nullum elementum facilius gignitur quàm ignis, ex qualibet enim re facile est p motum, & confricationem gigni ignem, vnde tam ex terra quàm ex aere per motum, & confricationē calefactis facile est ignem gigni, & potest ignis ex quolibet elemento immediate gigni, ideſt, non transeundo prius per formam alterius, quod non fit in alijs: nā ex igne non potest immediate terra fieri, sed necesse est prius condensari paulisper in aerem, & ex aere nō fit immediate terra, ignis tamē fit immediate ex quolibet: nam nullum magis distat ab igne in densitate quàm terra, & tamen ex terra, & lapidibus concussis immediate ignis gignitur, & nullum elemētum magis distat secundum frigiditatem quàm aqua, & tamen ex aqua gignitur ignis, vt in aqua multum distillata alchimice, quando tamen ex vno elemento immediate gignitur alterum parum differt inter dispositiones vnius, & alterius: nam si multum distaret saltem interciderent dispositiones alterius elemēti, quia dispositiones elementorum in densitate, & raritate, leuitate, & grauitate distant generaliter, ideo si vnum elemētum immediate gignitur ex altero necesse est, dispositiones illorum duorum parum distare, & quia ignis gignitur immediate ex quolibet elemento, necesse est parū distare dispositiones ignis a dispositionibus materię cuiuslibet elementi: nā si materia ignis modicum distaret in dispositionibus a materia vnius elementi, & distaret multum ab alijs, posset gigni immediate ex illo, & non ex alijs, sed ex omnibus gignitur, ergo a dispositionibus omnium parum distat, & tamen dispositiones materię ipsorum elementorum inter se multum distant, ergo necesse est, quòd ignis (vt isti volunt) non habeat in materia dispositiones multum determinatas, sed aliquando istas, & aliquando illas, & ita ignis carbo hēt in materia dispōnes terrę, ignis flāma dispōnes materię aeris, ignis lux dispōnes proprias secundum naturam ignis, ideſt, secundū gradum suę puritatis. Hoc autem (vt illi dicunt) facit simplicitas formę ignis. nā quanto aliqua forma materialis exigit de conditione materię est simplicior, & hoc apparet, quia formę mixtorum plures dispositiones exigunt in materia quàm formę elementorū, quia sunt simpliciores. Et dixerūt de forma materiali ad excludendum animam rationalem, quæ plures dispositiones exigit quàm cęterę formę mixtorum, & tamen est simplicior, sed non est materialis, licet posset dici, quòd non est simplicior, immo nulla est forma magis accedens ad naturam compositionis, qui cęteræ formæ sunt solum quo res est, anima aut. rationalis composita est ex esse, & ex eo, quod est, vel ex esse, & essentia, quia illa per se subsistit, quod non faciunt aliæ, & sic esse susceptum in ea, quod non est in alijs, & dico esse susceptum, quia est, & non est a seipsa, quia non est ens increatum: ideo est esse suum receptum ab alio, & sic necessario dantur duo, scilicet, esse receptum, & id in quo recipitur, cum non sit purus actus, vel simpliciter simplex. Forma ergo ignis est materialis, & est simplicior formis cęterorum elementorum, & propter hoc habet minus de determinatis conditionibus materiæ. Ad hoc etiam dicunt, quòd adiuuat actiuitas ignis: nam ignis, quia est actiuior cęteris elementis, gignit se in materia cuiuslibet elemēti 4. Metheororum, & propter magnā actiuitatem cito gignitur, sed in veloci generatione non possunt fieri multæ alterationes: ideo habebit ignis genitus quasi tales dispositiones quales id ex quo gignitur. dicunt tamen, quòd aliquas dispositiones quantum ad raritatem, & grauitatem, densitatē, & leuitatē sibi determinat, quia determinat sibi quādam leuitatem, & raritatem, quod dicunt apparere, quia quando aliquid terreum ignitur, vt in igne carbone est plus quàm duplo leuior res cōbusta quam antequam exureretur, etiam fit substantię rarioris, quod apparet in porositate, & discontinuitate, testem etiam dicunt leuitatem, quia leuitas semper consequitur raritatem, & tamen istę dispositiones causantur ab igne in re quando ignit eam, & idem est de igne flamma, licet in materia eius, quia est minus sensibilis non iudicamus tam aperte differentiam dispositionum, & ita dicunt, quòd carbo flamma, & lux in eadē specie sunt ignis, & tamen habent dispositiones multum distantes, quia forma ignis minorem determinationem exigit in materia quàm cęterę formæ elemētales, & ita videntur secundum eos ista tria differre in specie, & hoc modo dicunt loqui Aristotelem, quia satis probabile videbatur, quòd differrent specie, sed tamen non intēdit vere dicere, quòd sint tres species ignis, ita quòd sit in eis equiuoce species ignis, vel analogice. Sed dicendum, quòd tota ista difficultas pēdet in eo, quod supra tactum, & diffinitum est, scilicet, an res ignita sit ignis, & dictum est, quòd nō, si enim res ignita esset ignis, esset tunc carbo ignis, & flamma, & lux, & tūc maneret difficultas quomodo eadem species inueniretur in rebus tam distantium dispositionum, & ad hoc nituntur respondere, qui tenent rem ignitam esse ignem, vt dictum est immediate. Sed quia ostendimus in præcedentibus ipsam rem ignitā non esse ignem, dicendum est carbonem non esse ignem cum sit res ignita, & tunc dicendum est, quòd ignis dicit rem vnius determinatę naturę, & speciei, & ideo sicut omnis aqua omni aquæ est eadem specie, quia aqua dicit determinatam naturam, ita omnis ignis alteri igni est idem specie, & quia quamlibet formā substātialē materialē p̄cedunt, & cōsequūtur dispositiones in ipsa materia, necesse est, quòd cum omnis ignis sit eadem forma, & species, quòd omnis ignis sint eędem dispositiones materiales, sed intelligitur de dispositionibus materię, quę est pars substantię ignis, non autem de dispositionibus materiæ de qua gignitur ignis, quia illa non est pars individui ignis, sed rei alterius speciei, ideſt, ferri, vel ligni, & ideo retinet conditiones suę speciei.

Est ergo duplex dubitatio hic, vna an carbo flamma, & lux sint ignes, aut ignis, secunda an sint eiusdē speciei.

Ad

An carbo, flamma, & lux sint ignes, aut ignis. Quæst. D.

AD primum respondēdo præsupponendum est, quòd omnis ignis est eiusdem speciei cum alio igne, & rursus quia (vt dictum est) res ignita non est ignis, sed ab igne alterata, & in continua resolutione, vt transeat in naturam ignis. Cum carbo sit res ignita dicendum carbonem non esse ignem, & vocatur carbo quęlibet res terrea, & densa ignita, sicut ferrum, lignum, lapis, & similia. De flamma videtur esse maius dubium an sit ignis, vel res ignita, & hic nō possumus ita faciliter diffinire: nam in carbone manifestum est, quòd non sit ignis, vt in ferro ignito patet tam ex dēsitate, & figura quàm ex poudere, & motu deorsum quàm ex tacili, immo momentanea reditione ad esse ferri extincto igne, sed in flamma nihil horum apparet: nam non est densitas talis materię. Secundo ga non est ibi grauitas, sed lenitas. Tertio quia non est ibi figura prior, quæ erat rei ignitę. Quarto quia motus est ibi secundum conditionem ignis, s. mouetur ad sursum, quod non facit res ignita, ergo videtur, quòd sit flamma verus ignis.

Dicendum videtur, quòd neque flamma sit ignis, & primo quia si esset ignis non videretur, sed videtur, ergo non est ignis. Et patet, quia ignis est corpus rarius omnibus elementis, & minus de materia habens secundum ęqualem quantitatem, & tamen quanto aliquid est rarius tanto est minus visibile, & ideo aerem non videmus, quia est rarior quàm aqua, & ignē in sphæra sua, qui est secundum conditionem suę naturæ non videmus, & non est alia causa nisi raritas, sed necesse est omnem ignem habere in materia, quę est pars eius tantam raritatem quantam exigit forma sua substantialis, ergo cum illud, quod videtur nō habeat tantam raritatem non poterit esse ignis, sic autem est flamma, ergo illa non est ignis. Secundo patet, quia Arist. 2. de Gene. & Cor. dicit flammam esse fumum ardentem, vel ignitum, ergo secundum substantiam fumus est, & non ignis.

Ad motiuum primum in contrarium dicendum, quòd licet non sit densitas tanta quanta est ferri ignīti, aut ligni est maior densitas quàm competat naturę ignis, cum maneat visibilis flamma, vnde cum ignis quilibet requirat necessario maiorem raritatem in materia quàm aer, & flamma habeat minorem raritatem quàm aer, quia aer non est visibilis, & videtur flamma, necesse est flammam non esse ignem, sed corpus ignitum. Item hoc apparet ex inequali densitate flammarum, quia quędam flammę sunt multo densiores, & obscuriores alijs. Et hoc non prouenit nisi ex differentia fumorum, qui sunt grossiores, aut rariores iuxta conditionem rei de qua exhalant, & cum inflammetur manent in illa conditione densitatis quam habebant prius. Item apparet ex differentia eiusdem flammę: nam quelibet flamma a principio est grossior, & obscurior, postea efficitur rarior, & lucidior, & non prouenit ex alio nisi, quia consumitur, & cōuertitur in ignem, & per resolutionem attenuatur, & efficitur rarior, & lucidior, si tamen esset ignis non perderet densitatem quam semel haberet, sed quandiu maneret staret in illa, aut totaliter periret, ga non habet ignis aliquid rarius, & simplicius. Et istud est argumentum multum efficax: nam constat, quòd flamma resoluitur, & conuertitur in aliud per attenuationem, ergo ipsa non est ignis, sed in ignem conuertitur agēte igne in eam. Nam si in aerem deberet conuerti, non conuerteretur per attenuationem, sed per ingrossationem, ergo flamma non est ignis.

Ad secundum motiuum quando dicebatur, quòd non est ibi grauitas, sed lenitas, dicendum quòd verū est, sed nō sequitur ex hoc, quod sit ignis, quia aliquid est leue, quod non est ignis, scilicet, aer.

Ad tertium motiuum dicendum, quòd non probat, quia etiam si non sit figura præcedens non tamē erit ignis: nam perditio figurę arguit mutatam speciem, sed non probat deductam speciem ignis, ideō, flamma nō est eiusdem speciei cuius est corpus, quod exuritur, sed sunt aliæ species medię, & potest manere in illis.

Item apparet, quia eiusdem figuræ est fumus, qui quando nondum est inflammatus non tenet figurā quam habet corpus de quo exhalat, & tamen fumus quandiu est obscurus neque est ignis nec inflammatus. Et ista est etiam alia probatio, quòd flamma non sit ignis, sed fumus, quia retinet eandem figuram quā fumus. Si tamen differret a fumo sortiretur aliam figuram, vel saltem non necessario teneret illam. Etiā apparet, quòd fumus existens subito inflammatur, vt apparet extincta candela, & manente fumo recenter apposita alia candela ad summitatem fumi, vel medium eius, statim totus fumus inflammatur etiam vsque ad inferiora, & consequenter candela extincta ardet, & manet figura illa, quæ prius erat in fumo, ergo flamma ista non est nisi fumus præcedens, qui nunc inflammatus est, & ideo dicendum, quòd sicut carbo, vel ferrum ignitum non est ignis, sed res ignita, ita & flamma non est ignis, sed fumus ignitus, vnde sicut se habet ignis ad carbonem ignitum, ita ignis ad flammam: nam res ignita non est ignis, sed manet in aliqua alia specie, ita & flamma non est ignis, sed est fumus cui accidit ignitio.

Ad quartum motiuum cū dicitur de motu, quòd mouetur flamma sursum, quod igni competit, & nō fiat hoc res ignita sicut ferrum, vel lignum, dicendum, quòd nihil probat nisi, quòd flamma non est in illa specie in qua est corpus quod vritur cuius motus est ad infra, vnde flamma non est ferrum ignitum, aut lignum, est tamen corpus ignitum alterius speciei, & naturæ, scilicet, fumus. Et patet, quòd non valet argumentum. Nam non mouetur solus ignis sursum, sed etiam aer, cum habeat propriam regionem, quæ est ei locus naturalis, ideo si quis poneret aerem iuxta centrum terræ, & permitteret ei spiraculum, vel exitum liberum, ascenderet vsque ad spheram propriam nisi forte maneret ibi ex desiderio replendi vacuum.

Item patet planius, quia fumus antequam sit flamma mouetur sursum, & habet eundem motum quē habet postquā ardet, vel inflammatur, ergo flamma nō mouetur ad sursum, quia est ignis, sed quia est fumus, cum etiam antequam inflammetur moueatur sursum.

Dubium pulchrum unde prouenit igni moueri sursum. Quæst. D I.

SED dicetur vnde prouenit fumo moueri sursum.

Dicendum, quòd prouenit ex propria leuitate, & raritate, est enim corpus paucę materiæ, & ideo leue, cum igitur adæquetur aereę leuitati, vel quasi, petit locum aeris.

Secundo sit hoc ex incorporatione virtutis ignęę, vel ignis, necesse est, ergo quòd quandiu durauerit ibi virtus illa ignea, vel ignis ipse sit motus ad sursum ad locum naturalem ignis, cum vero fumus alteratus a circunstante antequam inflammetur, infrigidatus fuerit, extinguitur virtus ignea, quæ est in eo, & cessat motus ille, & ingrossatur, vel euanescit attenuatus in aereas: nam vtrunque fieri potest secundū conditionem corporum circunstātium, ideō, quòd densetur, vel attenuetur.

Dicendum tamen, quòd non sufficit virtus ignis incorporata ad mouendum sursum nisi ipsum corpus effectum esset tam leue, & rarum, vt ei posset cōpetere ascendere. Et apparet hoc de ferro ignito, vel ligno, cui efficacius, & intensius est impressa virtus ignis, sed non possunt moueri sursum, eo quòd corpus illud adhuc graue est, ita vt non possit ei competere sursum moueri.

Amplius videmus aliud in fumo, scilicet, quòd a principio exustionis rei multus fumus exhalat, & nō potest inflammari, deinde inflammatur pars eius, & non totus, randem totus inflammatur, ita vt nullus fumus videatur exhalare de re, quæ vritur. Et causa huius, quia a principio parua est vis ignis exterius agentis, & magna est resistentia materiæ, & ipse fumus est grossus, & aquosus, vt cum vruntur ligna viridia, vel madentia, cum vero paulisper processerit, attenuatur magis materia fumi, & desiccat, & fit aptior ad igniri, ideo quędam pars eius inflammatur, sed nō totus fumus, quia non sunt omnes partes fumi ęquaaliter dispositę: cum autem amplius processerit, nulla pars est, quæ non sit disposita, & ideo totus fumus inflammatur, & desinit paulisper fumus esse, & flamma, & talis est habitudo ignis ad fumum ad inflammandum eum qualis est habitudo ad corpus, quod vritur, & hoc, quia flamma non est ignis, sed res ignita.

An lux sit ignis. Quæst. D II.

CVM vero quæritur an lux sit ignis. Dici potest, quòd sit ignis, & non accipitur lux prout defluxus a corpore luminoso, quia tunc lux non est corpus, sed accidens, & qualitas quædam, sed vt distinguitur contra carbonem, & flāmam. Et primo, patet quia ignis est aliquid cum sit vnum elementum, & tamen non est carbo, neque flamma, vt dictum est, ergo erit lux, quia nihil aliud circa ignem nominamus, & si lucem non diceremus ignem, non videretur quid esset ignis.

Secundo quia hoc videtur competere conditioni ignis, quia ignis est corpus rarius omnibus elementalibus, & simplicius, & ideo videri non potest, cū corpora minoris simplicitatis non videantur, ideō, aer, ignis, lux est huiusmodi, quia nō videmus illum: ideo ipse est, qui est ignis proprie.

Tertio quia nos scimus esse ignem in sphęra sua, & ille est in sua naturali conditione, eo quòd est elongatus ab omni permixtione, & est in loco naturali, & tamen ille non videtur neque videri potest, ideo conditio ignis secundum proprietatem suæ naturę est, vt videri non possit, & tamen talis est ignis lux, qui videri non potest, ergo lux est proprie ignis. Et oportet poni hunc ignem apud nos: nā vbi est res ignita oportet dari ignem, quia ignis est igniens, & a quo vniuersę operationes istę proueniunt, & tamē inter nos inuenimus proprias operationes ignis, ideō oportet ponī ignem, & tamē non est carbo ignis neque flamma est ignis, ergo oportet dari aliquid alterum, quod sit ignis, & illud vocamus ignem lucem.

Et rursus non apparet aliquid in igne luce, propter quod moueamur ad dicendum non esse ignem: nam neque densitas, neque grauitas, neque figura, neque motus, neque color, aut aliquid aliorum impediunt esse ignem sicut erat in carbone, & flamma: nā densitas non est ibi sicut in carbone, quia istud est vbi multū de materia est, & omnia talia visibilia sunt, & multum terminata, sed lux non videtur, ideō, ignis lux, ideo non potest habere densitatem.

Item neque grauitatem habet, quia illa est in corporibus multum de materia habentibus, sicut est terra, & aqua, & hæc palpantur, & videntur, sed ignis flāma, neque palpatur, neque videtur, ergo non habet grauitatem.

Item non habet figuram, quia ista est corporum determinatorum, & bene terminatorum, & ad hoc requiruntur duo, scilicet, multum de materia, & soliditas quædam, vel siccitas, & ideo licet aqua habeat multum de materia in comparatione ad aerem, & ignem, nō habet determinationem figurę, quia non est corpus terminatum, cum non sit solidum, neque durum, cū vero solidatur in gelu figuram recipit, & retinet quandiu gelu manet, cum vero soluitur cessat figura. Item neque motus, neque calor, non motus, quia non videmus moueri deorsum sicut mouetur carbo, neque motus aliquis percipitur in igne luce cū nō videatur, sed certum est, quòd si mouetur mouebitur sursum, quia tendit in locum naturalem, etiam accipitur hoc ex motu flammę, quæ nō est ignis, sed mouetur sursum, quia habet vim ignis, a fortiori, ergo ipse ignis flamma mouebitur sursum si aliquem motum habet.

Color quoque non obstat, quia ignis lux nullum colorem habet: nam si colorē haberet videri posset, sed non potest videri, neque ab aliquo videtur, & ratio est, quia color est corporum terminatorum, cum dicamus colorem esse extremitatē perspicui in corpore terminato, ignis autem, & aer non sunt corpora terminata, ideo non habent colorem, neque videtur, nulla igitur res videtur in igne luce, quę eū impędiat esse ignem, ideo ipse est vere ignis.

Quare vocatur ignis lux cum non luceat. Quæst. D III.

SED quæretur quare vocetur ignis cum nō luceat. Dicendum, quòd ignis vocatur proprie lux, qa rē lucere facit, & hoc habet inter omnia elemēta ignis, quia nullum elemētum est lux, neque lucens nisi ignis, & istud accidit igni ex perfectione corporis, vel naturę, corpora enim simpliciter nobiliora, vel perfectiora in toto vniuerso sunt corpora cęlestia, & ab illis deriuatur perfectio in inferiora, & quanto aliquod corpus elementale est perfectius, tanto magis participat perfectionem, vel nobilitatem corporum cęlestium, sunt autem omnia corpora cęlestia luminosa, ideo perfectiora inter elementa participant aliquid luc s: ignis est simplicius, & perfectius inter omnia elementa minus habens de materia, ideo participat quendam gradum lucis, ideo ipse ignis, qui vere est ignis vbicūq; sit vocatur lux, vnde quia in sphęra sua est proprius ignis vocatur ille lux, & apud nos est aliquis verus ignis, vt ostensum est, licet ille nō videatur, ideo ille vocabitur lux, carbo & flamma non vocantur lux, quia non sunt ignis, vt dictum est, sed res ignitę.

Sed tunc manet dubium, quare ergo ipse verus ignis non lucet? Dicendum, quòd videtur inueniri ex oppositō: nam verus ignis nō lucet, id vero quod participat ignem lucet, sicut carbo, & flamma. Et ratio est, quia duo impediunt lucere, s. raritas, & opacitas, rarum enim non est terminatum, ideo nō potest terminare visum, & ideo licet lux, vel luminosum illud sit non poterit videri, quia propter raritatem materiæ non figitur ibi natura lucis ad hoc, quod videri possit. Et ob hanc causam, licet omnes partes corporum cęlestium sint luminosę, non videntur nisi partes densę, sicut astra, quæ volunt Aristo. esse aggregationem luminis.

minis in suo orbe. Propter secundum in materia terrea,& picea,sicut est sulphur,& resina, vel pix nō fulget ignis,licet aliàs reddat rem luminosam, aut lucētem,In proposito autem inuenitur primum,scilicet, raritas materię:nam inter omnia corpora elementalia nullum est rarius igne,& tamen aer,qui est minus ratus propter raritatem suam videri non potest, ergo a fortiori ignis nō poterit videri,sed ignis in sua sphęra est in sua dispositione naturali,ergo talis ibi erit, vt videri non possit,& sic licet lux sit propter raritatem materiæ,non figetur ibi natura lucis, vt visum possit immutare, eodem autem modo se habet ignis lux apud nos,quia est in materia rariori quàm sit aer,ideo non poterit videri. Sed de carbone, & flamma patet, quòd luceant: flamma quidem lucet, quia est fumus inflammatus,& participat naturam ignis,& carbo idest, fertum ignitum lucet, sed manifestum est, quod non accidit eis hoc nisi inquantum ignem participant,ergo ignis de se lux est.

Et patet,quia res ignita,vt ferrum,& lignum antequam igniatur non lucet,cum autem ignita est lucet, ergo de natura ignis est lucere,flamma quoque antequam ardeat nō lucet,immo est materia opaca, quia est fumus niger, & cum ardet lucet valde, eo quòd tunc incorporata est, & participata flammę, idest, fumo natura ignis, ergo naturale est igni lucem esse. Quod autem ignis in se non luceat, qui magis lucere deberet per accidēs est,vnde si ignis esset habens materiam densam puram, quæ esset pars sua luceret incorporabiliter plusquàm flamma, & carbo, sed non potest habere talem materiam, quia est corpus rarissimum, ideo in se lucere non potest, & facit alia lucere,

Dicendum etiam, quòd magis lucet flamma quā carbo, quia participatur natura lucis ab igne in qualibet re secundum conditionem rei ignitę,& quia materia flammę est minus terrestris magis incorporatur ei,& participatur natura lucis, carbo autem est materia terrea,ideo modicum lucet,& tamen aliquantulū lucet,quia adhuc manēt ibi aliquę partes minus grossę, & terreę, quæ possunt participare naturam lucis; cum autem perueniatur ad partes multum terreas, vel pure terreas,licet participent aliquam qualitatem ignis,ideſt,calorem,tamen non participabunt lucem, neque poterunt igniri, sic est de cineribus solutis ex re combusta, quia licet illi ponantur in igne nunquā ignientur,licet calefiant, quia nullam partem habent subtilem cui possit incorporari lux, hoc ergo modo omnis ignis est lux,licet nō luceat, & omnis res ignita luce participat,& lucet magis, aut minus secūdum conditionem materiæ.

Considerandum etiam circa ignem, & rem ignitam eodem modo, quòd licet nihil vrat nisi ex conditione ignis, tamen ignis minus vrit quàm res ignita, ideſt, si accipiatur ignis purus, qui est lux minus vret quàm res ignitę,quę etiam secum ignem habēt, & per vim ignis impressam vrunt, & est similis modus, vt de hoc, quod est lucere: nam ignis est lux, & nihil lucet hic, nisi quod participat ignem, & tamen minus lucet ignis,immo non lucet, res autem ignitæ lucent ex sola virtute ignis,

Ratio autem præcedentium est,quia sicut ad lucēdum requiritur quędā densitas in materia,vt fit congregatio lucis,& ob hoc cum in igne vero,qui est lux non sit talis densitas, quia est corpus summę rarum nō potest lucere, ignis autem,carbo,& flammę,ideſt, res illę ignitę habent densitatem materiæ sufficienter, ideo inuenitur in eis lucere in actu, ita quantum ad exurere, quia calefaciēdi, & vrēdi in igne idem est principium, scilicet, calor, & vrit ille,vt est intensus, ideo cum magis intendi possit vbi est materia densior,& compactior vret magis res ignita quàm ignis, necesse est, enim quòd quælibet res ignita sit dēsior quàm ignis, quia ignis est corpus rarissimum, quælibet autem res ignita est corpus alicuius alterius elementi, omnia tamen elementa sunt densiora igne, ergo quælibet res ignita est densior,sed in re densiori intenditur magis virtus, ideo inuenietur calor intensior, & magis fixus in re ignita quàm in igne, & ita magis vret quàm ignis, vnde siquis manum apponeret intra sphęram ignis non tam grauiter vreretur quantum si applicaret eam alicui rei ignitæ. Et apparent prædicta ex differentia rerum ignitarum: nam magis vrit carbo quàm flamma, licet vtraque sit res ignita,carbo tamē est res densa, & terrea, flamma est subtilis substantia,i.vaporis,ideo minus vret,& valde minus,& hoc solum iuxta differētiam densitatis materię ignitæ, sed manifestum est, ꝙ ignis verus, ideſt, ignis lux est rarius corpus quàm flamma quęlibet,ergo minus adhuc vret quàm illa, & quā quælibet res ignita. Et rursus in carbone quolibet non est eadem vis ardoris,sed quanto est materia solidior,& densior tanto est fortior actio vrendi, multo enim acrius vrit ferrum ignitum quàm lignum, & multo acerbius lignum quàm stipula, & ita Apostolus dicit tres gradus pęnalitatis purgatorię per istos tres gradus caloris,scilicet,quia quidam ędificant lignum,alij fęnum, alij stipulam 1. Corin.3.c. neque omne lignum ęqualiter ardet, & vrit, in flamma idem est, quia quędam flamma magis vrit quàm alia,quia quanto fumus est grossior,qui inflammatus est, tāto vis ardoris est maior,eo quòd quidam fumus est densior altero,& magis potest ei incorporari vis ignis,& magis intenditur ibi calor. Neque tamen aliquis putet ignem lucem non esse actu calidum,& non calefacere, & vrere: nā aliàs ignis, qui est in sphęra sua nunquam ageret in aerem proximum conuertendo illum in ignem, sic etiam in alias res poterit agere ignis lux calefaciendo, & vrendo quousque se gignat in illis,quia non requiritur tanta densitas materiæ ad hoc, quòd calor maneat ibi sufficiens ad agendum,quanta ad hoc, quòd lux figura,& corpus luceat.

Et ita apparet ex præcedentibus, quòd carbo non est ignis, & flamma non est ignis, sed sunt res ignitę, lux autem est ignis,vt distinguitur contra flammam, & carbonem.

Sed tunc manet respondendum ad Aristotelem, qui distinguit ignem carbonem, ignem flammam, ignem lucem, & dicit non esse tantum vnam speciem ignis.

Dicendum, quòd vocat ignem materialiter, vel denominatiue, & non substantialiter, scilicet, materiam ignitam, & ideo non secundum eandem rationem dicitur ignis de eis, quia de luce dicitur substantialiter,de carbone autem,& flamma materialiter,vel denominatiue, ideſt, carbo est res ignita, & flamma est res ignita.

An omnis ignis sit eiusdem speciei. Quæst. IIII.

AD tertium quando quæritur an sint eiusdem speciei.

Aliqui dicunt planum esse, quòd non, quia Aristoteles dicit diuersum est carbo, & lux, & flamma specie.

Dicendum, quòd aut accipitur ignis secundū substantiam,aut materialiter. Si primo modo vna tantū est species ignis, & vbicunque inueniatur, quia sicut est omnis aqua alteri aquę cadē specie,ita omnis ignis alteri igni est idē specie,siue sit in sphęra,siue sit apud inferos,

inferos,siue alibi,& ille est ignis lux,& hoc modo nulla differentia inuenitur in igne. Et satis apparet,quòd ignis sit vnus specie,quia quodlibet aliorum elementorum est vnius speciei tantum, vt terra,aqua, aer, nā sicut omnis aqua omni aquæ, ita & omnis terra omni terræ est eadem specie,de igne igitur nō erit diuersum cum ponatur vnum elementum. Secundo quia operatio consequitur formam,vbi ergo est vnus modus operationis est vnus modus formæ substantialis, sed carbo, lux, flamma habent vnius modi operationem,sed differt per intensum,& remissum, ergo erit in eis vnus modus formę, vel naturę, sed operatio illa est de natura ignis, ergo ignis totus vnius speciei est.

Si autem consideremus ignem materialiter pro re ignita inquantum illa participat virtutem ignis, non est eadem species ignis, ideſt, rerum ignitarum, quia res ignitę non sunt ignis,sed adhuc manent in speciebus corporum suorum, sicut ferrum ignitum manet in specie ferri, & lapis ignitus in specie lapi , & fumus inflammatus in specie fumi, & ideo ista species differūt, & nō solū sunt tres species, sed plurimę iuxta differentiam rerum ignitarum.

Sed forte dicetur,quòd istud non tenet,quia si differentiam faceret Arist. de igne per rem ignitam nō solum essent tria differētia specie, sed tot quot essent species rerum ignitarum,& tamē manifestum,quòd non voluit illud,sed tres modos distinxit,qui non differunt per solam speciem rei ignitę, sed potius p gradum participationis ignis,vel ignitionis. Dicendū ergo magis videtur,ꝙ Arist. voluerit ponere aliquorum intentionem,vel opinionem famosam de igne, q̄ putauerint tres esse species ignis,& motuum eorū erat, quia non videbantur eędem conditiones horum: nā lux est inuisibilis,ignis flamma visibilis,sed materiam habens densam, carbo autem visibilis, & materiam habens densam, & has putauerunt esse differētias ignis, per rem autē ignitam solum nemo distinguit igne, ad saluandum tamen literam Aristo.est dicendum,ꝙ non sunt idem specie carbo,flamma,lux,scilicet,quātum ad materiam,ideſt, non solum sunt res distinctæ specie inquantum sunt res ignitę,sed etiam quantum ad modū participationis ignis videntur differre specie,quia alius modus participationis inuenitur in carbone,alius in flamma,alius in luce, licet ignis participatus vbicunque est eiusdem speciei,modi autem isti participationis diuersi tenēt se ex parte materię:ideo differunt specie quātum ad materiam non quantum ad essentiam ignis.

Circa quędam autem dicta supra posita eorum, qui tenent rem ignitam esse ignem, & distinguunt ignem,carbonem,flammā,& lucem est attendendū, dicunt, enim quòd non differunt specie nisi quantū ad materiam, & recte dicunt, quia etiam si res ignita eēt ignis, poneremus quodlibet horum ignem esse, sed non differrent specie, quia species ignis vna est, per solam ergo materiam differrent,sed dicunt,quòd per materiam non prout est actu,sed prout præcessit: nam cum dicant rem ignitam esse ignem necesse est materiam rei ignitę esse partem ignis, & sic iam necessario pertinere ad speciem ad quàm ptinet ignis, qa materia secundum se nō determinat speciem, sed quantum ad esse quod præcessit in materia antequā ignitetur dicunt differre ignes illos. Sed hoc falsum asserunt,eo quòd dicūt rem ignitam esse ignē, quod falsum est,& ideo non possunt ponere differentiā per materiam in actu.

Dicunt etiam,quòd ignis habet materiam paucio rum dispositionum quàm alia elementa, & ideo inuenitur talis densitas in materia eius sicut in materia terræ,vel lapidis,aut ferri, & ostendunt istud ex facilitate generationis, quę non cito fieret si multæ dispositiones deberent præcedere ad introducendum formam ignis in materiam.

Sed dicendum,quòd non est hoc verum: nam nemo potest dicere ferrum ignitum esse ignem quasi desierit esse ferrum,sed quia putant esse ignem,& nō potest simul esse ignis, & ferrum,dicunt materiam illam esse iam ignis, & non ferri, manere tamen cum talibus dispositionibus,sed quia istud impossibile est dicendum est nō esse ignem,sed rem ignitam,& manere dispositiones ferri,quia vere est ferrum, & non ignis.

Cum vero dicitur de facilitate generationis,dicendum quòd faciliter generatur ignis ex alijs rebus, & tamen ista velocitas non tollit quin in materiam introducantur prius omnes dispositiones requisitæ ad formam ignis quàm gignatur ignis, & apparet hoc ex diuersitate rerū,quæ igniuntur,vel ex quibus ignis gignitur: nam quędam tarde igniuntur, alia vero cito, & hoc non fit nisi ex differentia causandi dispositiones in materia antequam introducatur forma.

Sed in hoc est magna differentia, quia aliud est rē aliquam igniri, aliud est ignem ex ea gigni, ad hoc enim,quòd res igniatur non oportet,quòd perdat dispositiones densitatis, & grauitatis, eo quòd res manet adhuc in specie priori, & non transit in formam ignis,sicut in ferro ignito,& ideo manet densitas, & grauitas,& motus,& figura ferri,& cętera accidentia eius.cum autem de aliqua re gignitur ignis, pars materiæ desinit esse sub re ignita per resolutionem, & corruptionem eius,& incipit esse sub forma ignis generati,& illa materia omnino habet dispositiones ignis, & desinit esse sub prioribus dispositionibus, ideo ad igniendum rem aliquam non est necesse, quòd totaliter perdat dispositiones suas, sed ad gignēdum ignē est necesse perdi dispositiones, non quantum ad totā rem, sed quantum ad partem illam materiæ, quæ incipit esse sub forma ignis, & tunc nullum argumentum stat de igne ignito, quia nullus ignis est genitus cuius sint aliæ dispositiones, quàm quæ pertinent ad ignem in densitate,raritate,& leuitate,& grauitate,& siquis contrarium videat non erit illud in igne,sed in re ignita,nam ignis genitus non est visibilis, vt ostensum est supra.

Sed obijcietur,quòd ignis gignitur,cum non sit res ignita sine igne, quia alias daremus, quòd non esset inter nos aliquis ignis,sed solę res ignitę,quod est absurdum, & tamē quęcunque generatio ignis videtur esse facilis, vt cum de lapidibus percussis ignis nascitur, ergo nascetur ignis facta pauca dispositionum mutatione.

Dicendum, quòd fit faciliter illa generatio, & tamen omnes dispositiones sequuntur in materia quas requirit forma ignis, sed non impeditur facilitas generationis. Et ratio est,quia in rebus non sunt omnes partes eiusdem dispositionis, vt in re terrea non sunt omnes partes terręæ, sed aliquę sunt de conditione ignis, quę faciliter transmutantur in ignē, & manent sub dispositionibus pertinentibus ad ignem,& hoc ēt manifestatur amplius, quia aliqua res ignitur, & solutur in ignem,quędā partes eius igniuntur, & tandē efficiuntur ignis, quędam vero sunt, quę nulla actione ignis vertuntur in ignem, sicut cineres cuiuslibet rei:nam illi,licet igne calefiant non igniuntur,neque in ignem soluuntur,& hoc non est nisi propter diuersitatem partū, ergo potest fieri quantumcunque facilis generatio de quibusdam partibus rerum,quę facillime disponuntur ad conditionem ignis,& de quibusdam alijs nunquam fit generatio ignis.

An

An locus naturalis ignis inferni sit iuxta Lunam.
Quæst. DV.

AD sextum dicunt quidam, quòd ignis inferni est naturaliter eiusdem speciei cum igne nostro, & locus suus est naturaliter sphæra ignis iuxta Lunam, & in inferno manet violenter, & tamen manebit in perpetuum, quia nihil est, quod illum corrumpat: nam pro tanto id, quod est violentum non est perpetuum, quia res violenta est extra conditionem naturę suę, & ibi vbi violenta est non habet aliquid conferens ad permaniendum, & habet multa obstantia ad destruendum, fit autem destructio per actionem contrarietatis, sed post iudicium cessabit omnis actio corruptibilis, & generatiua; ideo vbicunque sit manebit res in ęternũ cum nihil illam corrumpat, & tunc habitabit lupus cum agno, & bos, & leo pascebunt simul iuxta vaticinium Isa. 11. cap. ignis, & aqua simul manentia non se corrumpent in alterutrum, aliàs autem necessario periret, aut perire posset ignis positus extra sphæram, & ita quilibet ignis apud nos positus aliquando perit, quia est extra locum suum manente adhuc actione contrarietatis.

Sed obijcietur, quòd tenet hoc de statu post iudicium quando cessabit omnis status cõtrarietatis, siue contrarię actionis, nunc autem adhuc durat iste status actionis ex contrarietate, ideo est mirum quomodo potest conseruari ignis inferni.

Dicunt aliqui, quòd ideo accidit, quia ignis ille inferni est in propria materia, ideo manere potest in perpetuum, licet extra locum suum.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia (vt supra dictum est) omnis ignis est in propria materia quantum ad materiam, quæ est pars sui, secus de illa de qua gignitur, quia hęc cum non sit pars individui ignis nihil videtur facere ad cõsistentiam eius. Si vero accipiatur esse in materia propria, idest, habere materiam, quæ est pars sua, & non habere materiam de qua gignatur non videtur sic esse apud inferos, quia ibi videtur esse in materia sulphurea, vel terrea.

Item quia ignis in materia propria sic est corruptibilior, quã qui in aliena materia est, quia materia propria, idest, quæ est pars est rarior omni alia materia elementali, idest, faciliter corruptibilis est, & apparet hoc ex conditione rerum ignitarum: nam quãto res ignita est habens densiorem materiam, tanto magis perseuerat ignis in ea, & tardius extinguitur, vt ferũ ignitum tardius extinguitur quàm lignum ardens.

Item quia qui ponunt ignẽ inferni incorruptibilẽ, ideo faciunt, quia volunt facere eum incorruptibilẽ, vident enim quòd ignis in sphęra sua non corrumpitur, & ibi dicunt esse in materia propria.

Sed isti errant in duobus. Primo quia ignis in sphęra sua corrumpitur: nam iuxta Aristotelem, licet elementa non corrumpantur secundum se tota, tamen in extremis sphęrarum suarum habent actionem, & reactionem, & corrumpunt se. Secundo quia quòd ibi ignis non corrumpatur secundum totum nõ prouenit ex actione materiæ, sed ex conditione loci, scilicet, quia in propria sphęra non habet aliquid corrũpens ipsum ignis, sed solum in extremo vbi pertingit ad sphęram aeris, & tamen nihil corrumpitur a ferpio, neque per se debent esse substantia aliqua, ideo necesse est, quòd si aliquid est vbi nulla cõtrarietas sit illud nunquam corrumpitur, ideo ignis inferni cum sit extra propriam materiam in quacũque materia sit erit faciliter corruptibilis, & ita non habet incorruptibilitatem ex eo, quod dicitur esse in materia propria.

Dicendum ergo putant, quòd licet ille ignis nõ sit perpetuus manente statu, qui est ante iudicium, tamẽ non corrumpitur, quia est aliquid illud conseruans. Quando enim dicitur, quòd nihil violentum est perpetuum, non est verum, quòd si violentum est necesse sit corrumpi, sed quòd non habet aliquid ex se per quod semper maneat, & tamen ab aliquo extrinseco adiuuari poterit ad semper manẽdum, sicut quilibet ignis inter nos est corruptibilis, & tamen perpetuari põt p continuam appositionem materię, sicut fiebat in veteri testamento inbente Deo Leui. 6. ca. scilicet, ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna per singulos dies mane. Et idem faciebant Gentiles in igne consecrato deę Vestæ: nam ille ęternus erat, idest, nunquam deficiens, ideo non est aliqua difficultas cõtinuari ignem inferni per continuam appositionem materiæ.

Sed quia non constat de veritate huius positionis, licet ipla sit satis possibilis, dicunt aliqui, quòd ignis inferni durat indeficienter propter materiam in qua est, quæ semper ardens est, & tamen nunquam ardendo exuritur, neque est hoc valde admirandum, cum & nos similia videamus in lucernis quibusdam metallinis, ferreis, aut æneis quas artificialiter faciũt, & tingẽdo illas quodam genere liquoris manebit massa illa semper ardens, & lucens, & non consumitur, & quod plus est etiam posita in medio fluminis semper ardebit, neque est aliquid quod eam extinguere valeat nisi filtrum (vt dicunt) aceto madefactum, & hoc quidem non nigromantice, sed pure naturaliter fit. Testatur enim se Cassiodorus fecisse vnam, & dedisse quibusdam Monachis in monasterio quodã quod ipse cõstruxerat ad perpetuum vsum monasterij, vt ipse refert in quodam libro de institutione illorum Monachorum.

Alij dicunt aliter, quòd manet ignis ille semper nõ naturaliter, sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ: nam mali semper cruciandi sunt in igne, quod fieri non posset nisi fiat ignis perpetuus, ergo necesse est, quòd Deus faciat ignem semper manentem: de hoc etiam supra in solutione secundi argumenti diximus.

An ignis inferni puniet animas separatas, & quomodo.
Quæst. DVI.

CVM autem determinatum sit de conditione ignis inferni quantum ad se, & quantum ad habitudinem ad nostrum ignem, manet dubium quomodo se habeat ad animas separatas a corporibus puniendo eas, & an puniat.

Aliqui dicunt, quòd non possit agere in eas. Primo quia vt dicit August. 12. libro super Genes. ad literam, nõ sunt corporalia, sed corporibus similia quibus animę exuiæ corporibus afficiuntur siue bene siue male, ergo cum ignis inferni sit corporeus (vt dictum est) non patietur anima ab illo.

Secundo quia vt dicit Augusti. eodem libro semper est patiente nobilius ipsum agens, sed anima est nobilior quocunque corpore, neque est possibile aliquod corpus quantumcũque exaltetur ad perfectionem esse ęquale animę, ideo non poterit agere in eã, & sic non aget ignis inferni.

Tertio quia vt dicit Arist. primo de Gener. & Corruptio. tota ea agunt, & patiuntur admiscem, quę cõmunicant in materia, & tamen ignis non communicat in materia cũ anima, quia spiritualium, & corporalium non est communis materia, ergo nõ potest pati anima ab igne inferni.

Quarto quia quod patitur recipit ab agente, omne quod recipitur ad modum recipientis imprimitur, & non ad modum influentis, & ita quòd ab igne reciperetur in anima reciperetur spiritualiter ad modum formarum existentium in anima, sed formę existentes in anima sunt perfectiones eius, ergo si anima patitur ab igne, illa passio non erit læsio, sed perfectio eius.

Quinto quia omne agens corporeum agit per cõtactum, sed non potest esse aliquis contactus ignis, & animę, cũ non habeant vltima in quibus se tangant, ergo anima non patitur ab igne.

Sexto quia omne agens corporeum non agit in remota nisi per propinqua, vnde non agit ad quamcunque distantiam, sed ad illam, quæ est proportionata suæ virtuti, & tamen dæmones, de quibus certũ est, quòd puniuntur in inferno, quãdo veniunt ad nos puniuntur, & etiam animę damnatorum, quia dicitur, quòd dæmones quocunque vadant infernum suum secum portant, ergo apparet, quòd non patiũtur ab igne, quia tunc essent duo inconuenientia.

Primum quia non videtur quomodo ignis verus elementalis qualis est ignis inferni possit per tantam distantiam extendere actionem suam, vt ab inferno vsque ad nos pertingat.

Secundũ quia dato, quòd illam extenderet, oporteret per totum medium, & continuum extenderet, & ita etiam nos exureret viuentes, & omnia viuentia, & quidquid viuens est absumeret.

Dicendum, quòd necesse est poni animas solutas corporibus pati ab igne inferni, quia Christus dixit in litera, ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, & ita dęmones patiuntur ab illo igne ęterno, & tamen ignis, qui punit dęmones potest punire animas, cum dęmon sit spiritualior quã anima, quia ille neque habet materiam, vt partem sui, neque est materię vnibilis, aut vnitur, ideo difficilius est dæmonem posse pati ab igne inferni quàm animam, sed patitur dæmon ab igne, ergo & anima.

Secundo quia hoc Christus asserit cum post resurrectionem mittit damnatos ad ignẽ in quo dæmones puniuntur, & tamen idem locus pęnę est damnatorum ante iudicium, & post, ergo animæ ab igne inferni patiuntur.

Et de hoc non est dubium, sed de modo patiendi est difficultas.

Aliqui dicunt, quòd animę non patiuntur in inferno aliquam pœnam ab igne potius quàm a lapidibus, sed pœna illa quam patiuntur animę damnatorum quęcunque sit, ignis nomine designatur propter suam magnitudinem, eo quòd ignis est valde afflictiuus, & ista fuit positio Origenis.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia (vt supra ostensum est) apud inferos est ignis corporeus verus talis qualis noster in specie in quo patiuntur animæ, ideo cum non sit ibi ignis superuacuo, oportet quòd pœnam inferat ille ignis animabus damnatorum.

Secunda positio est quorundam, quòd anima separata non punitur immediate ab igne, sed ab eius similitudine imaginaria visione, sicut accidit dormientibus ad visionem aliquorum terribilium, quæ se perpeti putant veraciter affliguntur, immo vt dicit Auicenna 9. Metaphysi. quòd ex apprehensione phantastica magis cruciatur aliquis quàm ex apprehensione in vigilia.

Sed dicendum, quòd non stat, quia similitudo, aut imaginaria visio qualis est in dormientibus somnianibus est actus potentię imaginatiuę, quę est sensitiua, sed in anima separata nõ manent potentiæ sensitiuæ, neque etiã manent aliquę sensationes, vt supra ostensum est, ideo non potest in animabus esse pęna per visionem imaginariam.

Tertia positio est aliorũ, scilicet, quòd anima patitur ab igne inferni inquantum videt ipsum, sic dicit Gregor. 4. libro dialogo. igne eo patitur anima quo videt.

Sed non stat, quia aut accipitur videre pro visione sensitiua, aut imaginaria, vel intellectuali, non videt autem sensitiue, neque imaginarie, quia non manet in ea, aliquod organum corporeum, neque potentia sensitiua, neque sensatio, si autem accipiatur pro visione intellectuali, non potest anima per hoc puniri, sed potius perficitur, quia in considerando est delectatio, & non est tristitia opposita illi delectationi, & ita omnia intelligibilia perficiunt nos.

Quarta positio est, quòd anima non patitur solum videndo intellectualiter ignem inferni, sed apprehendendo illum, vt disconuenientem, & nociuum, & licet ille ignis non vrat animam inquantum apprehenditur ab ea, vt nociuus, affligitur tamen anima in illa apprehensione timore, & dolore iuxta illud Psal. 13. trepidauerunt timore vbi non erat timor, vnde dicit Greg. 4. dialogo. anima inquantum se cremari conspicit crematur.

Sed dicendum, quòd iste modus non stat. Primo quia passio animæ ab igne non esse secundum rem, sed secundum æstimationem, vel apparentiam: nam licet vt ait Auicenna 9. Metaphysicę. & Augusti. 12. super Genes. ad literam, possit esse vera passio tristitię, vel doloris ex aliqua falsa imaginatione, tamen ex illa vel secundum illam passionem non potest dici, quòd homo, vel anima vere patiatur a re, sed a similitudine rei quàm concipit, & tamen in inferno damus fieri ab igne passionem, ergo non est iste modus.

Secundo quia adhuc iste modus pœnæ magis recedit a conditione realitatis, & veritatis quàm ille, qui est per imaginationem in somniante, quia licet afflictio somniantis non fiat ab ipsa re immediate, sed ab imagine, fit tamen per veras imagines, quas anima secum habet manentes in organo, modus autem iste punitionis animæ separatæ fit per falsas imaginationes, vel conceptiones, quas anima errans sibiipsi fingit, cum nullæ tales imagines in ea manere possint, cum non habeat organum in quo maneant quando est separata.

Tertio quia aut ille ignis est vere nociuus dęmoni, & animæ, aut non: non potest dici, quòd sit vere nociuus, vt isti confitentur, quia neque potest calefacere, aut vrere illos.

Si autem dicatur, quòd non est vere nociuus, sequitur quòd tam dęmon quàm anima decipiuntur in pœna, & non habent pœnam aliquam, nisi quia decipiuntur, scilicet, quia putant se puniri cum non puniantur, quod non est satis verisimile, idest, quòd dæmones, qui tam excellenti pollent ingenio in tanto tempore non deprehenderint se decipi si decipiuntur, & si hoc inuenirent non punirentur, & ita gauderent, quod falsum est. Nisi forte dicas, quòd Deus causat in eis immediate istam deceptionem, vt nunquam possint veritatem intelligere, & ita puniantur.

Sed non stat, quia tunc Deus esset immediata causa deceptionis, quod non est conuenienter dictum.

Quarto quia diceremus, quòd dæmones, & animæ damnatorum non sunt vere miseri, sed falsę, idest, per deceptionem, sed hoc multum distrahit de ratione damnationis: nam non esset miser si nunc aliquis viuens putaret se cruciari ignibus inferni, cum tamen non cruciaretur, & tamen sicut beati vere sunt beati, ita damnatos vere concedimus miseros, ergo non est talis modus pœnæ per deceptionem:

nem: ideo dicendum, quòd ignis inferni est vere F
nocens animę, & dæmoni, sed quomodo noceat est
dubium.

Quinta positio est quorundam, quòd anima vere patiatur ab igne corporeo, sicut dicit Grego. 4. Dialo. colligere ex dictis euangelicis, quòd incendium anima non videndo, sed etiam experiendo patiatur, & ponunt isti modum, dicunt enim, quòd ignis ille corporeus potest dupliciter considerari. Vno modo vt est res quædam corporea, & sic non habet, quòd in animam agere possit.

Alio modo secundum, quòd est instrumentum diuinę iustitię, hoc enim exigit diuina iustitia, vt anima quæ peccando se rebus corporalibus totaliter subdidit, etiam eis in pęna subdatur. Instrumentum autem non solum agit in virtute proprię naturę, sed etiã G
in virtute principalis agentis, & ita non est inconueniens si ignis ille agat in spiritum hominis, vel dęmonis, cum agat in virtute agentis spiritualis, idest, Dei sicut in sacramentis dicitur, quòd instrumentaliter iustificant animam, cum tamen partes ipsotum sint entia corporalia, idest, res & verbum.

Sed istud nõ potest stare, primo quia omne instrumentum circa id, in quod operatur instrumentaliter habet propriam actionem naturalem sibi, vltra illam quam habet secundum, quòd mouetur, & agit in virtute principalis agẽtis, immo iste est ordo, quòd exercendo actionem sibi naturalem efficit secũdam quã habet in virtute principalis agentis, sicut in sacramẽto baptismi naturalis operatio aquæ est abluere, illa H
vero quam in virtute diuina agentis exercet est, quòd animam sanctificet, & tamen non sanctificat animã nisi lauando corpus, & ferra habet secũdum se actionem diuidendi, vt vero mouetur ab agente principali habet, quòd perducat ad formam domus, sed nunquam deducet ad illam nisi diuidẽdo, ita ergo si ignis, vt instrumentum diuinæ iustitiæ habet agere in animam, oportet quòd detur sibi aliqua actio quàm naturaliter habeat in illam quàm exercendo puniat animam, vt instrumentum diuinę iustitię, istam tamen actionem non dat hęc positio, ideo non est sufficiens.

Secundo quia si ageret, vt instrumentum diuinæ iustitiæ esset sibi data aliqua virtus per quàm ageret, & tunc illa virtus, aut esset aliquid naturale, aut aliqd I
spirituale, & diuinum, non primo modo, quia quodcunque naturale esset de conditione corporis, & maneret eadem difficultas, scilicet, quòd sicut ignis per virtutem suam naturalem, eo quòd est de conditione corporis, non potest agere in animam, ita & per quãcunque aliam virtutem naturalem, cum non transcendat conditionem corporis, non poterit in illam agere, si autem sit virtus diuina, vel specialis impossibile est, quòd sit in igne tanquam in subiecto, quia accidens excederet conditionem sui subiecti, vnde sicut impossibile est albedinẽ esse formaliter in Angelo, aut scientiam in lapide, ita est impossibile virtutem aliquam spiritualem inueniri in igne, aut imprimi ei, & ideo non stat ista positio. K

Sexta est positio, quòd animabus damnatorum, & dæmonibus datur quidam habitus, secundum quem possunt pati ab igne a quo aliter non paterentur.

Sed non stat, quia aut iste habitus est corporalis, idest, de conditione corporis, aut est spiritualis, non primo modo, quia tunc impossibile esset dari talem habitum animię, vel dęmoni, sicut neque Deus potest facere animam albam, vel Angelũ nigrum, sicut neque econtrario potest facere lapidem geometram, aut oratorem. Si detur, quòd sit spiritualis non stat.

Primo quia eadem manet repugnantia, quæ prius, quia sicut anima manens purus spiritus nõ potest pati ab igne, qui est purũ corpus, ita neque dato animæ habitu pute spirituali poterit per eum pati ex conditione sua, quia tantum repugnat ille habitus, cum sit spiritualis passioni ex cõditione sua, quantum anima, vel dæmon, qui sunt puri spiritus.

Secundo quia quicunque ille habitus esset nõ sufficeret ad hoc, quia habitus non est quo aliquid possumus facere, sed quo tahter possumus.

Hęc enim differentia est habitus, & potentię, quia potentia est, qua simpliciter potentes sumus aliquid facere, habitus est quo possumus aliquid bene facere taliter, vel taliter, sicut apparet in intellectu, & scientia: nam intellectus est per quem possumus intelligere vere, vel falsę. Scientia autem est habitus secũdum quem determinate possumus vere intelligere circa aliquod genus rei, & tamen potentia est sine habitu aliquando, habitus vero nunquam est sine potentia, sicut in paruulo, vel in indocto est intellectus, sed non est scientia, ideo est aliquod intelligere in anima imperfectum, & etroneum, in lapide autem in quo nõ est intellectus non potest poni habitus per quem intelligat vere. Ideo quòd ponatur habitus aliquis in anima, vel dæmone non sufficit ad hoc, quòd per illum pati possit ab aliquo, non solum ab agente corporeo, immo neque spirituali, quia habitus non est potentia, ideo non est id, per quod aliquid possumus, & ita manifestum est, quòd habitus nihil ad hoc prodest qualiscunque ille sit. Nisi aliquis diceret, quòd non ponatur habitus in anima, vel dæmone ad hoc, sed potentia.

Sed dicendum, quòd etiam non stat, quia aut erit corporalis, aut spiritualis, & maner tunc idem inconueniens, quod prius de habitu, quia neutra potentia, idest, neque spiritualis neque corporalis proderit, quia, neque animæ dari, alia, idest, spiritualis non potest esse causa patiendi.

Tertio quantum ad principale, quia aut pœna illa reciperetur in illo habitu, vel potentia tanquam in proximo recipiuo, & mediate in natura Angel, aut immediate in Angelo, aut totaliter in illo habitu. Si primo modo dabitur, quòd ille habitus separatus ab Angelo poterit puniri illa pœna, quod est absurdum. Secundum non potest stare, quia tunc non oporteret poni habitum, vel potentiam ad hoc. Tertium est absurdum, quia tunc anima non pateretur, nèque dæmon, sed habitus ille, siue esset in anima, siue in dæmone, siue separatus.

Septima & vltima positio est, quòd ignis inferni aliquid agit in spiritum naturaliter, & aliquid agit, vt instrumẽtum diuinę iustitię, agere autem aliquid naturaliter non potest corporale in spiritum, neque aliquo modo ei obesse, aut grauare ipsum, aut affligere, nisi vniatur aliquo modo corporale spiritui, & ita dicitur Sapien. 9. cap. corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vnde per hoc, quòd vnitur anima corpori aggrauatur ab eo, anima autem vnitur corpori multiplicitèr. Vno modo, vt forma materiæ, vt ex eis fiat vnum simpliciter. Sic autẽ spiritus vnitus corpori vnificat corpus, & grauatur ab eo, & hoc modo nõ vnitur anima igni, cum nunquam efficiatur forma illius. Alio modo vnitur spiritus corpori, vt motor mobili, vel locatũ loco, eo modo quo incorporalia possunt dici esse in loco, & hoc modo spiritus diffiniuntur in loco, ita quòd in vno loco existentes non sint in alio, & adhuc secundum hęc ignis non nocet spiritui, licet res corporea ex natura sua habeat, q̃ spiritum in corporeum loco diffiniat, non tamen habet ex natura sua, quòd spiritum diffinitum loco detineat, sed ligetur illi loco, quòd ad alia diuertere non possit, cum

cum spiritus non sit, ita naturaliter in loco, quòd subdatur loco, sed hoc additur igni infernali, inquãtum A
est instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis, & sic detinet ipsum, & ita efficitur ei pœnalis, & retardans eum ab executione proprię voluntatis, scilicet ne possit operari, vbi vult & quomodo vult. Et istum modum ponit Gregor. quarto Dialogorum: exponens enim quomodo anima incendium experiendo patitur dicit. dum veritas peccatorem diuitem damnatũ in igne perhibet, quis nam sapiens animas reproborum teneri ignibus neget? & idem Iulianus sequens Augustin. vt patet 4. Sentent. distinctione quadragesimaquarta. dicit, si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non etiam post mortem corporeo igne teneatur? & ita Augustin. 21. libro de ciuitate Dei, dicit quòd sicut anima in hominis conditione iungitur corpori, vt dans ei vitam, quamuis B
hoc sit corporale, & illud spirituale, & ex illa coniunctione vehementer cõcipit amorem, sic ligatur igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctione cõcipit horrorem: oportet ergo omnes prædictos modos coniungere, vt perfecte videamus quomodo anima patiatur ab igne corporeo, scilicet, vt dicamus, q̃ habet ignis secundum naturam suam, quòd spiritus incorporeus ei coniungi possit, vt locatum loco: sed inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ habet, quòd ipsum retineat alligatum, & in hoc veraciter ille ignis est spirituum noxius, & sic anima videns ignẽ vt sibi noxium cruciatur ab igne, & hęc omnia tangit C
Gregor. 4. Dialogorum per ordinem. & ita conclusio doctorũ est, quòd ignis vere affligit animas, quia nocet eis, & dęmonibus per hoc, quòd alligat eas, & nõ permittit ire alibi, & quia omnis spiritus est naturaliter liber, videns se subiectum esse huic rei corporali, & non potentem agere quod vult, & esse vbi vult, affligitur nimis, & ita a re est vere pœna secundum cõditionem spiritus: & tamen non sustineret pœnam aliquam spiritus si ista non cogitaret, sed necesse est ista cogitare, ideo patietur realiter spiritus ab igne inferni, licet eum non vrat.

Responsio ad quinque principales rationes positas in principio superioris quæst. Quæst. DVII.

AD primum in contrarium dicendum, quòd vere affligitur anima ab igne corporeo, & cum dicit Augustin. quòd non sunt corporalia, sed spiritualia a quib⁹ anima patitur. potest dici vno modo quòd Augustin. in illo libro procedit magis inquirendo quã diffiniendo, sicut ibi sępe solitus est facere. Vel potest dici, quòd spiritualia sunt, & non corporalia ea quibus immediate afficitur ad tristitiam & dolorem, qa ignis respectu animæ dupliciter considerat̃, scilicet vel vt foris existens, vel vt ab anima apprehensus. Accipiendo vt est apprehensus affligit immediate animam: nam si non apprehenderetur ab anima non noceret etiam si foris existeret, sed ignis apprehensus non est ignis corporeus, ergo nõ affligitur anima immediate a rebus corporeis: est tamen vere affligens anima, idest mouet eam ad apprehendendum, & sic est ignis affligens remotum. E

Ad secundum dicendum, quòd agens semper est nobilius patiente, quia aliter non ageret: & cum dicitur quòd ignis agit, dicendum quòd est excellentior anima non simpliciter, sed quantum ad aliquid, sicut nullum accidens est simpliciter melius substantia: & tamen omne quod accidit inquantum perficit subiectum est nobilius illo, sicut sapientia est nobilior intellectu, & color superficie, vel re colorata: ita & ignis minus excellens est quam anima simpliciter, & tamẽ quantum ad aliquid ignis est melior anima. sic vt est apprehensus ab ea per modum afflictiui. & tunc dicendum q̃ habet illud anima, vt instrumẽtum diuinæ iustitiæ, & non per se: & tamen inquantum ad Deum pertinet est excellentior ignis quam anima. Ideo potest in illam, sed naturaliter nobilior est anima quam ignis, ideo non potest in ipsam, nisi vt instrumentum diuinæ iustitiæ. etiam nõ potest ignis immediate agere in animam etiam, vt instrumẽtum diuinæ iustitię: quia nulla qualitas datur ignis absolute per quam ipse possit agere in animam immediate, sed agit solum vt apprehensus: & ideo quod immediate affligit est apprehensio, idest forma apprehẽsa, vt nociua cognita, & quia omne apprehensum ab intellectu est, vt sic excellentius eo inquantum est quædam forma in ipso, & forma vt sic perficit id in quo est, ideo potest esse nobilius.

Ad tertium dicendum, q̃ Aristoteles cum dixit cõmunicare agens, & patiẽs in materia, accepit de actione pure naturali per quam passim transmutatur in similitudinem agentis. Cum enim tunc similis forma debeat introduci in patiens sicut erat in agẽte, necesse est communicare in materia. Et hoc primo, quia nõ potest aliquid acquirere formam naturalem, & perdere eam, nisi materiã habeat: immateriale enim non est susceptiuum formæ substantialis, & maxime per actionem contrarietatis. Secundo quia vbi ponit similitudo formæ oportet poni similitudinem dispositionum in materia, quia alias forma non introduciturin materiam: & tñ agens naturali actione trãsmutatiua nõ potest esse, nisi materiale, ergo ipsum quod patietur in tali actione erit etiã materiale, in quo possint esse similes dispõnes accidentales, & eadem forma substantialis specie: & tamen hic in actione ignis in animam non est actio transmutatiua ad similitudinem formæ, cum non agat ignis vniuoce i. nõ per aliquam qualitatem suam, sed solum vt apprehensus: ideo non requiritur communicatio in materia.

Ad quartum dicendum q̃ ignis non potest affligere animam directe, vt influens in eam, sed solũ vt detinens. Et patet, quia si influeret in animã, aut esset hoc quantum ad aliquam suam qualitatem, vt caliditatẽ, vel siccitatem, aut lucem vel ignitionem, aut quantũ ad faciendum seipsum in anima per modum formæ apprehensæ & cognitæ, vterque modus est influxus, quia aliquid pertinens ad ignem incidit in animam. Sed non stat primus modus cum non fiat illud, nisi in eis quæ communicant in materia, & possunt verti in ignem, & anima est immaterialis. Secundũ non stat, quia forma quælibet intelligibilis recepta in intellectu, vt sic perficit intellectum, quia mouet ad intelligendum, & de hoc modo procedit argumentatio, & est verũ, q̃ sic non potest affligere, sed pficere: sed modus affligendi est per detentionem, qa vt ignis est instrm diuinæ iustitiæ potest detinere aiam inuitam, & vt sic vere nocet ei, quia ipsa vt videt se teneri, & impediri ab executione operationis sue & volũtatis affligitur, vnde nocumentum verum est in eo quod detinet: sed ex hoc non affligeret, nisi iudicaret malũ esse sibi ab illo igne detineri, sed detinere non est aliquid influere in animam, ideo põt ignis affligere eam. Ad quintum dici potest, q̃ est verũ de actione inter corporalia, quia vnum corpus in alterum agere non potest nisi contingendo: secus de spiritu ad spiritum, inter quos nullus est tactus, & de spiritu ad corpus, vel de corpore ad spiritum sicut hic: ideo non oportet esse tactum ad hoc, quòd ignis agat in animam.

Aliter potest dici, q̃ in omni actione corporis ad corpus, & spiritus ad corpus, vel econtrario, oportet esse conta-

contactum, sed in duobus corporibus est contactus realis secundum extrema corporum ipsorum, in spiritu autem ad spiritum, vel corpore ad spiritum, aut spiritu ad corpus est contactus spiritualis, quia non potest esse corporalis, & ille sufficit ad actionem. De primo, vt si Deus agat in animam nostram est ibi contactus realis spiritualis, & est secundum virtutem, idest inquantum diuinæ virtutis operatio peruenit vsque ad substantiam animæ. De spiritu ad corpus patet, sicut in motore cœli, qui est substantia spiritualis, & non habet extrema secundum quæ contingat: sed cõtingit secundum virtutem inquantum deriuatur virtus sua in corpus cœli, ita vt ab illo realiter moueatur, & iste contactus sufficit ad actionem. De corpore ad spiritum vt hic de igne ad animam, nam tangere nõ potest ignis animam, quia illa non habet in quo tangatur: sed est contactus spiritualis, s. quòd realiter virtus ignis deriuatur vsque ad animã, sic vt ipsam realiter detineat ne moueri possit, sed hoc non posset esse, neque intelligi esse, nisi sicut duo corpora realiter se contingunt, ita quòd extremum vnius applicatur extremo alterius, sic virtus corporis detinentis realiter peueniret vsque ad substantiam spiritus qui detinetur, quia alias non detineret eum, & iste est realis cõtactus, licet non corporalis, neque quantitatiuus: ergo vere ignis contingit animam.

Responsio ad sextam rationem positam in quæstion. 506.
An ignis affligat animas extra infernum.
Quæst. DVIII.

AD sextum dicẽdum, quòd ignis inferni affligit damnatos, & non agit in remotos, sed in ꝓpinquos: quia etiam si extra locum inferni sit damnatus postquam iam damnatus est habet secum ignem qui affligit.

Pro quo sciendum, quòd damnati tam dæmones quam homines manent intra infernum, & foras non exeunt, nisi ex aliqua dispensatione Dei, in dæmonibus ratio dispensationis est ad tentandum, cum in tẽtatores & exercitatores nobis dati sint. Etiam ad puniendum, sunt enim executores iræ Dei in multis circa genus humanum. iuxta illud Psal. 77. misit in eos iram indignationis suæ, immissiones per angelos malos. de animabus causa est, vt nos instruant, vnde si aliquæ animæ damnatorũ extra inferos ad tempus manent, necesse est quòd aliquibus appareant, & finitis apparitionibus redibunt in gehẽnam: nam nullo modo instruere nos possunt, nisi apparendo, siue loquantur, siue non.

Sed dicendum quòd siue damnati sint aliquando extra infernum, siue beati extra cœlum empyreum, nunquam damnati sunt sine proprijs tormentis, & beati nunquam sunt sine beatitudine. Et ratio est, quia si beati ponantur aliquando sine beatitudine desinẽt esse beati, & hoc est inconueniens, quia beatitudo est semper durans. De damnatis eadem ratio est, nam si tormentis ad tempus careant damnati pro tunc non erunt damnati. Neque aduertendum est ad inanes fabulas quibus aliqui per imperitiam mentiũtur damnatos certis diebus a pœnis quiescere ob reuerentiam dierum illorum: nam neque etiam in igne Purgatorio istud inuenitur vbi sunt futuri beati, sed est pœna sine interpollatione vsquequo finiatur, ideo a fortiori apud damnatos nulla erit quies a pœnis.

Sed quomodo beati existentes extra cœlum empyreum beatitudinem habeant planum est videre, eo ꝙ illorũ beatitudo consistit in sola Dei visione, Deus autem vbique totus præsens est: ideo vbiq; videri potest ab eo cuius intellectus illustratus est lumine gloriæ, & vocamus illud lumen habitum gloriæ quo efficitur essentia diuina obiectum proportionatum potẽtiæ nostræ, cui aliter non poterat proportionari, ideo nulla maior aptitudo est ad actualem beatitudinem in cœlo empyreo quam foris, & ita Christus qui nũquam fuit in cœlo empyreo quandiu vixit habuit animam beatam, quia videbat Deum: ita & animæ Sanctorum patrum in Lymbo fuerũt beatæ, qñ Christus illuc mortuus descendit, quia ibi deitas videbatur. Et patet ex verbo Christi ad Latronem Luc. 23. c. hodie mecum eris in paradiso. idest in beatitudine quã vocamus paradisum, sed nõ fuit anima latronis ipsa die nisi cum Christo apud inferos, quia non ascendit ad cœlos statim, ergo fuit tunc paradisus, & beatitudo non solum in terra, sed etiam in sinu Abrahæ, qui est apud inferos.

De cœlo autem empyreo dicẽdum, ꝙ est locus beatorum, non tamen confert aliquo modo ad beatitudinem directe, cum beatitudo consistat in actu intellectus, & corporalia ad hoc non conferant, sed est cœlum empyreum ad beatitudinem ſm congruentiam loci, quia corpora beatorum erũt nobiliora omnibus corporibus totius vniuersi, ideo debẽt esse in optimo loco, nullus autem locus conuenientior est quam cœlum empyreum: est enim locus supremus & optim⁹, ideo ibi erunt, tamen locus non confert ad beatitudinem simpliciter quæ est in anima, neque ad beatitudinem corporis quæ est in parte dotium.

Quomodo animæ damnatæ extra infernum patiuntur.
Quæst. DIX.

DE damnatis autem nõ videtur esse eadem causa, s. ꝙ extra infernum habeant pœnas: nam pœnæ eorum sunt ab igne: ita enim Dñs mittit eos ad ignem æternum, sed extra infernum nõ habent ignẽ, ideo non videtur quomodo patiantur. Aliqui putant ꝙ damnati s. tam spiritus hominum quam dæmones, quando sunt extra infernum portant secum ignem, & in eo torquẽtur, & ad hoc adiuuat manifestatio quædam damnatorũ quando viuentibus apparent, nam in igne videntur. Etiam fertur, ꝙ interdum viuentes applicuerint manus ad damnatos sic visos, & acriter vsti fuerint, velut siquis tangeret ferrum ignitum. Item quia de dæmonibus dicitur ꝙ vbicunque dæmon sit infernum suũ secum portat, sed infernus est ipse ignis, & hoc dicit Ioac. 3. cap. in glo. super illo verbo. s. inflammat rotam natiuitatis suæ, diabolus vbicunque sit, siue sub aere, siue sub terra secum fert tormẽta suarum flammarũ. Dicendum ꝙ non stat, non enim est aliquando ignis inferni extra infernum. Primo quia nõ videtur quomodo possit portari, quia ille ignis est corpus, & non apparet modus conueniens ad circumferẽdum eum hinc inde.

Secundo, quia si ferretur apud nos vreret cuncta vicina per quæ moueretur, cum sit verus ignis sicut noster, nisi ponatur miraculum, sicut de igne fornacis trium puerorum Dan. 3. cap. sed oportet vitare miracula quantum potuerimus. ergo non est ponendus ignis motus cum damnatis.

Tertio quia superuacue ponitur moueri illũ ignẽ sic: nam qui hoc dicunt ideo ferunt, quia putant alicui nõ posse damnatos extra Infernum puniri, nisi infernum suum secum portent, sed falsum est, quia alius est modus punitionis, vt dicetur.

Quarto, quia non videtur possibile, ꝙ ille ignis extra inferos deducatur, cum deberent moueri per terram solidam, quia non sunt spiracula prouenientia ab inferis vsque ad nos, sed per solidum non cedens non potest

potest moueri corpus: ideo non poterit moueri ignis de inferis vsque ad nos. secus de animabus & dæmonibus: sunt enim puri spiritus, & non impediũtur obstaculis corporum quin ad nos veniant, siue per solidum, siue inane: non ergo venit ignis inferni cum damnatis.

Sed modus pœnæ eorum est, quòd puniuntur ipsi ab igne, vt alligante & tenente eos, vt est instrumentum diuinæ iustitiæ: non enim vrit ille ignis animas, neque calefacit, aut alterat, vt ostensum est, quia ista passio solum recipitur in re materiali: si enim sic ageret ignis in animam aut dæmonem, necesse erat semper esse præsentem ignem damnatis, quia ignis non alterat, nisi rem præsentem, & tunc verum est, quòd ferrent damnati secum ignem suum, & sic putant illi qui pauca sapiunt. Sed nõ est iste modus, immo ignis affligit, vt apprehensus ab anima: ad hoc autem quòd sit apprehensus non est necesse, quòd sit præsens, sicut est de omnibus formis existentibus in intellectu nostro: sunt enim ibi per apprehẽsionem, & ideo absentibus rebus sunt formę earum in intellectu, ita & in igne absente igne materiali inferni poterit esse apprehẽsus, & ita puniet, propter quod verum est, quòd ignis puniens præsens est, quia est, vt forma quædam in anima, vnde non potest punire, quod omnino absens est: si enim absens esset totaliter, idest, tam realiter quam secundum apprehensionem non posset affligere. Et etiam necesse est, quòd illo modo quo affligit præsens sit: si enim realiter affligeret secundum se oportet, quòd secundum se esset prius, & non secundum apprehensionem solam, sed affligit secundum apprehensionem nociui, ideo satis est secundum apprehensionem esse ignem præsentem, & ita tam in inferno quam foris habent damnati ignem præsentem, sed in inferno secundum rem & secundum apprehensionem, foris autem secundum solam apprehensionem. ergo vtrobique potest puniri, & punitur damnatus.

Sed obijcietur, ꝙ non possit affligere ignis, nisi vt præsens, quia vt supra ostensum est, ignis vere nocet animæ non vt influens in eam, sed vt detinens ipsam realiter, vt intra ipsum sit, sed non foris: & tamen detinere non potest ignis nisi præsentem, maxime quia illud detinere est tenere intra se ne foris exeat. ergo cũ foris est non detinet, & sic non punit.

Dicendum quòd vere punitur anima ab igne detinente eam, sed ista pœna non esset pœna, nisi æstimaretur, idest, apprehenderet anima nociuum esse sibi ignem inquantum detinet, & tamen ista apprehẽsio semper manet in anima, ideo semper affligere põt.

Si dicatur quòd non poterit tunc anima apprehẽdere ignem, vt nociuum, quia est nociuus, vt detinẽs, sed tunc non detinet, ergo non potest iudicari nocere, nisi per errorem, & ideo saltem pro tunc nõ potest affligere ignis.

Est dicendum, ꝙ tũc ignis quodam modo detinet, quia licet non sit realiter anima intra ignem, manet eadem vis igni, vt est instrumentum Dei, vt detinere possit statim eam. Accedit autem ad hoc, ꝙ quando anima est extra ignem inferni scit se necessario reducendam ad ignem illum, & nũquam inde exituram, etiam scit se nõ exiuisse inde libere, neque nũc libere manere, sed vbicũque sit violenter tenetur, & ideo q̃ libet locus ingerit eandem tristitiam animæ q̃ ignis, quia in nullo loco habet executionem propriæ volũtatis, cum ibi teneatur ex arbitrio alieno, & nõ liceat ei alibi esse, licet illud cupiat, & cum istam cogitationem habeat anima, manet afflictio ei ab igne vt detinente, quia licet realiter tunc non detineat, scit ꝙ statim ineuasibiliter retinebit. Sicut est de illis qui damnati sunt ad perpetuum carcerem, licet interdũ educantur, manet eis afflictio implacabilis, quia scit se statim reducendos illuc, & ibi semper mansuros. Iste est igitur modus punitionis damnatorum ab igne, siue in inferno maneant, siue aliquando foras eant, & non portant secum ignem inferni, quia non est ad aliquid conueniens, & ita apparet ad rationem illam in contrarium. nam illa procedit de actione ignis per alterationem, quæ non potest esse nisi in prẽsentia, & tamẽ hic non alterantur animæ ab igne: ideo non oportet, quòd portent secum ignem. Etiam ignis inferni non agit in eas, quando sunt extra infernum, quasi actio illius ignis per omnia media pueniat vsque ad animas foris existentes, quia tũc oporteret dari, quòd omnia media elementa cremarentur, & nihil viuens maneret in terra. Sed non extenditur actio realis alteratiua ignis inferni nisi intra infernum, ideo animæ foris patiuntur ab igne quem non portant secum, & nõ alterantur neque corrumpuntur media inter nos & infernum.

Responsio ad primam rationem factam in principio præceden. quæst ſ 509. *Quæst. DX.*

ET per hoc respõderi potest ad ea quæ ostẽdebãt in contrarium, ꝙ animæ damnatorum portarẽt secum ignem. Ad primum dicẽdum ꝙ illa manifestatio ignis nihil probat, ꝙ animæ secum ignem portẽt: nam si portarẽt ignem esset ignis ille inferni, & ille dicitur esse piceus, vel sulphureus, & nõ lucet, sed ignis qui tũc videtur lucet: ergo nõ est ignis inferni, sed est quædam ostẽsio ignis quæ interdum nõ est ignis, neque infernalis, neq; naturalis. Et ratio est, quia simile fiebat in columna ignis quæ præcedebat Iudæos per noctem, vel apparebat super tabernaculum nam vocabatur columna ignis Num. 14. & Exod. 14. & 40. & tamẽ non erat ignis, sed similitudo ignis, vt colligitur Num. 9. c. vbi vocatur species ignis: & hoc quia quantum ad manifestationem sufficit illa ostensio corporis lucidi sine hoc, quòd sit ibi ignis.

Ad secundum dicẽdum ꝙ etiam tactus ille vtriuus non probat esse ignem inferni, generaliter aũt vbi est aliqua talis manifestatio, nisi sentiatur calefactio est dicendum, ꝙ est similitudo ignis in lumine, sed non est ignis: eo ꝙ manifestum est animas damnatorum, vel dæmones apparentes simulare aliquid quod non est. nam animæ & omnes spiritus naturaliter sunt inuisibiles: & tñ ostendunt se tũc in similitudinibus corporum, immo in quibusdam veris corporibus q̃ formant de aere, & loquuntur per corpora illa, & nõ cõuenit naturaliter puro spũ locutio: ita ergo & ignem non verum formabũt, vt appareant, sicut corpora nõ vera formant humana, vt videantur homines. Si autẽ sequatur ibi aliqua operatio ignis, vt calefacere, & vrere, aut fit illa in vigilia, aut in somno. Si in somno dicendum, quòd licet videatur alicui calefieri apparente ei anima, vel dæmone, non calefiet, ideo dicetur, ꝙ est sola similitudo, & non res. sicut est de omnibus aliis quæ fiunt in somno. si vero est in vigilia, & maxime si ostenditur signum visionis: oportet dici, quòd fuit ibi verus ignis, vel res aliqua ignita: sed non erit ob hoc ignis inferni, sed aliquis ignis ibi genitus. sicut enim spiritibus per naturalem industriam facile est formare corpora ad humanam effigiem, quibus se coaptando possint loqui, & motus humanos exprimere: ita erit facile ignem de alio elemento gignere, vel aliquam rem ignire quæ sit acriter vstiua, & illa statim desinet completo isto actu manifestationis: quia illo igne non affligitur anima, cum non sit ignis inferni, sed ad solam manifestationem

A Æ sunt inuisibiles naturaliter.

tionem est, vt videant, & credant viuentes affligi in F
igne spiritus damnatorum. Et dato isto igne non se-
quuntur aliqua inconuenientia, sicut si ponantur ani
mæ portare secum ignem infernalem, quia non pos-
set ignis ille exire, vel efferri de inferis. Etiam vreret
loca media quæ contingeret: maxime quia portatus
ab anima non prodesset, quia non portatus sufficien-
ter affligit, vt offensum est.

Ad tertium cum dicitur, quòd dæmones portant
secum infernum suum verum est, & cum dicitur, ꝙ
infernus est ignis est verum quantum ad apprehen-
sionem, & vim detinendi inuoluntarie, sed nō est ne-
cesse quòd actualiter semper sint in igne, vt ostēsum
est. & sic est verum, quòd ignis inferni, nunquam est G
extra infernum, licet damnati aliquando sint extra lo
cum inferni, & puniantur semper ab igne.

Sed rursus in principalibus argumentis de modo
quo ignis agit in animā obijciebatur, quòd ignis non
agit, nisi secundum quòd recipitur in ea per apprehē
sionem, sed sic non lædit immo perficit. Sed videtur
quòd etiam ex hoc lædat, quia sicut intellectus est vis
cognitiua, ita & visus, sed visus circa quædam viden-
do patitur, idest sentit realem afflictionem.

Dicendum quòd non est simile de intellectu & vi-
su. nam in intelligendo non potest esse tristitia, eo ꝙ
intellectui nihil potest esse contrarium, & intellectio
non est contraria intellectioni, in videndo secus quia
in ipsa actione rei visibilis quasi immutat organum, H
vt videatur: potest esse quædam operatio corruptiua
per accidēs, s. inquantum corrumpit harmoniam or-
gani, quod ex habentibus contrarietatem consistit,
& agēdo in organum soluitur illa harmonia, & læditur, aut corrumpitur organum, vnde ex actione obiecti in organum, inquantum est ad cognitionem, licet
nulla sequatur neque sequi posset afflictio, inquantū
tamen est organum corporeū, sequitur læsio vel cor-
ruptio, & ita tristitia est in videndo, & in quolibet sen
su, quæ non potest esse in intelligendo, nisi inquantū
apprehenditur, vt nociua res illa, & non est nociua,
quia apprehenditur, sed etiam si non apprehende-
retur: tamen non sciretur nociua, nisi apprehende-
retur. I

Quomodo ignis inferni aget in corpora damnatorum post iudicium. *Quæst. DXI.*

Sed manet dubiū de igne inferni, quomodo agat
in corpora damnatorum post resurrectionem,
quia prius non habebunt ibi corpora.

Aliquis dicet, quòd circa hoc non est ratio dubitā-
di, nam circa animam magna causa dubitādi erat, eo
quòd cum ignis sit corporeus non videbatur, quomo
do esset in incorporea agens, vt est anima soluta a cor
pore, sed corpora damnatorum sunt vera corpora na
turalia qualia sunt nostra, immo erunt eadem nume-
ro quæ hic fuerunt, ergo ille ignis verus aget in illa, si- K
cut agit in ista materialia.

Dicendum quòd ratio dubitandi est, quia si tali ac-
tione ageret ignis in illa quali nunc agit, necessario
corrumperentur, & incinerarentur corpora damna-
torum, & tamen manebunt in æternum in pœnis, er-
go non patientur sic.

Circa quod considerandum, quòd ignis dupliciter
potest agere in corpus humanum, scilicet realiter, &
intentionaliter, vel virtualiter.

Prima est actio alteratiua, & ad imprimēdum for-
mam propriam in corpus, & hanc actionem non po-
test recipere corpus humanum, vel aliud corpus sine
sua corruptione.

Secunda est intentionalis, scilicet qua recipitur in-
tentio rei in organum sensus non materialiter, sicut
species albedinis in oculum: aliter enim recipitur al-
bedo in re quæ dealbatur, sicut in carne vel lapide, ali
ter in oculo, nam in carne recipitur per transmutatio
nem naturalem, & vere est albedo in illa, & ipsa effici-
tur alba, in oculo autem non recipitur albedo, sed in-
tētio albedinis, nam per hoc, quòd respicit speciem
albedinis non efficitur albus, quia sic simul esset al-
bus, niger, & rubeus, cum simul videat: ergo in sen-
su non recipit albedo, sed albedinis species, & ad hoc
nulla transmutatio est necessaria, neque fit, cum nul-
la forma naturalis recipiatur, cum igitur in nobis cō-
tingat istas duas actiones separari, scilicet naturalem,
& intentionalem, poterit esse eodem modo apud dā
natos quantum ad ignem, nam ignis dupliciter agit,
scilicet naturaliter calefaciendo, & tandem formam
ignis gignendo. alio mō immutando virtualiter, sci-
licet, vt species, vel intentio caloris recipiatur in sen-
su, separabitur autem ibi vna operatio ab alia, scilicet,
recipietur species ignis in sensum, vt sentiatur, & do-
lorem causet, tamen realiter non alterabit, scilicet, vt
carnem ipsam calefaciat, & tamen dolor, & afflictio
non est ex eo, quòd ignis agit in aliquid, nam etiam
in lapidem & lignum agit quæ non dolent, sed ex eo,
quòd sentitur, & tamen per receptionem speciei sī-
ne transmutatione, & calefactione sensatio fit, ergo
poterit dolor magnus causari ab igne in damnatorū
corporibus, & tamen illa nunquam calefiant, neque
alterentur, & illud faciet quòd pœna semper duret:
& tamen corpora nunquam corrumpantur vt ostēn-
sum est supra.

An damnati post iudicium patientur ab igne eodem modo quo animæ separatæ.
Quæst. DXII.

Sed quæretur post iudicium, quando damnati
simul erunt cum corpore & anima in infer-
no, an patientur ab igne eo modo quo patiun
tur animæ separatæ, vel eo modo quo recipi-
tur species in organum, vel vtroque modo.

Dicendum quòd non erit primus modus solus:
nam illa est passio animarum separatarum quæ ali-
ter ab igne pati non possunt, & tamen post iudicium
erit homo totus, & non anima separata, ergo nō erit
ille solus modus.

De secundo modo potest dici, quòd ille sit solus,
quia ille est modus totius compositi, nam sentire nō
est animæ per se, neque corporis per se, cuius nulla ac-
ctio est, sed est compositi. Et tamen vltra actionem
compositi, vel passionem nō est alia actio vel passio,
quia non est cui competat, cum partibus non compe-
tat actio aut passio. ergo satis erit dare in damnatis, ꝙ
patiantur ab igne solum, vt recipitur species eius in
sensu, & affligit sine transmutatione naturali.

Si tamen voluerit quis ponere modum passionis
animarum separatarum non erit inconueniens, & ra-
tio est, quia ille non ponetur tunc, vt modus passio-
nis animarum separatarum, sed vt modus passionis,
qui etiam competit composito, & patet quia anima
separata patitur ab igne, inquantum apprehendit ea
nociuum sibi, est autem nociuus inquantum ipse, vt
instrumentum diuinæ iustitiæ potest detinere ani-
mam intra se, ita vt foris non eat, & hoc malum
est animæ, quia per hoc impeditur ab operatione
sua, & executione suæ voluntatis: sed eandem vim
habebit ignis inferni circa damnatos, scilicet, vt
alliget eos, & foras ire non possint: hoc autem est
maximum nocumentum, & est præter recepto-
nem intentionis in organo quæ est afflictiua, ideo

duo isti modi pœnæ inferētur damnatis ab igne post A
iudicium, & ambo erunt modi competentes compo
sito, & non damus parti in toto per se actionem, aut
passionem, quod esset inconueniens.

An damnati post iudicium si aliquando fuerint extra infernum ignem secum portabunt.
Quæst. DXIII.

Sed quęretur de damnatis si aliquando fuerint ex-
tra infernum, an ignem secum portabunt, vel pa
tientur si non portauerint ignem.

Aliqui dicunt, ꝙ non portabunt ignem, & tamen
patientur, quia ita fuit declaratū de animabus, & dæ-
monibus quæ nunc apud inferos torquentur, nam so
ras exeuntes non trahunt secum ignem, & tamen pa
tiuntur ab igne. B

Dicendum quòd non est simile de anima & de dā-
nato, quia anima non patitur recipiēdo speciem, sed
inquantum detinetur, & tamē ista ratio detentionis
manēt egressa anima de inferis ad paruum tempus.
ergo punitur etiam foris manens, secus de damnato
qui patitur ab igne per receptionem speciei ignis nō
naturaliter, & tamen afflictiue secundum sensum, &
tamen talis receptio non fit distante obiecto, nam si-
cut ab igne valde distante nemo calefit, ita neque sen
tit calorem, neque affligitur secundum tactum licet
illum videat, & tamen ille modus afflictionis est reci- C
piendo speciem in sensu tactus, ergo quando damna
tus fuerit extra inferos nō poterit pati ab igne si ignē
secum non portauerit.

Est ergo dicendum, quòd non est idem modus, &
tamen quæstio sublata est, quia post iudicium claude
tur Sathanas in abyssō cum omnibus damnatis Apo.
19. & 20. & 21. & postea nunquam inde exibunt, sed
manebunt ibi in secula seculorum. Et ratio huius est,
quia ante iudicium quandiu hic viuimus ad execu-
tionem diuinæ gubernationis expedit, vt dæmones
aliquando exeant de inferis. s. ad tentādum nos, cum
eorum tentatio sit nobis sæpe vtilis, iuxta illud Iaco.
2. fidelis est Deus qui non permittet vos tentari vltra D
id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouen-
tum. ad exequendum quoque vindictam contra ma-
los quam Deus decreuit vtiles sunt dæmones iuxta il
lud Psalm. 77. misit in eos iram indignationis suæ im
missiones per Angelos malos, idest dæmones, & sic
Saul arripiebatur a spiritu Domini malo. 1. Regum
16. & 18. cap. post diem autem iudicij nullus manebit
extra inferos qui tentari debeat, aut in quem exerce-
ri vindicta, quia omnes mali erunt in inferis, ideo nul
la causa exeundi erit dæmonibus, neque exibunt vn-
quam.

De animabus damnatorum est aliquādo causa ex-
eundi non vt nos puniant, quia hoc non eis, sed dæ-
monibus committitur, sed vt nos instruant apparen-
do, & loquendo, vt abstineamus a vitijs per quę ad in-
feros deuenitur, vel propter alia bona spiritualia, quæ
ex his apparitionibus sequi possunt, sed post iudicium E
nullus erit quē instruant, quia omnes damnati erunt
apud inferos, & omnes beati in cœlo, ideo nunquam
de inferis exibunt damnati, propter quod non opor-
tet quęri, an damnati exeuntes de inferis secum ignē
trahant.

Est tamen dicendum, quòd si damnati aliquando
post iudicium exirent de inferis, sicut nunc exeunt a-
nimæ, & dęmones, non ferrent secum ignem inferni, quia neque ille ignis extra inferos portari potest.
sequerentur enim multa inconuenientia, vt ostēn-
sum est supra.

An damnatus ab igne inferni puniretur si ab inferno exiret.
Quæst. DXIIII.

Sed tunc quæretur, an puniret damnatus ab igne.
Aliqui dicunt quòd sic, vt dictum est de anima
existente.

Dicendum, quòd puniretur, sed est duplex mō-
dus afflictionis. vnus est per receptionem speciei
intentionaliter in organo, alius est inquantum appre
henditur vt nociuus.

De primo dicendum, quòd nō posset ibi esse, nam
licet non sit ibi naturalis transmutatio & alteratio, q̄
fiunt de propinquo, tamen ipsa receptio speciei in or
gano tactus non potest fieri, nisi de propinquo, quam
uis non est eadem propinquitas: nam ad hoc, quòd ca
ro nostra realiter calefiat requiritur maior appropin-
quatio & continuatio in actione quam ad hoc, quòd
sentiamus calorem, cum igitur requiratur appropin-
quatio, & existentibus extra inferos nulla appropin-
quatio est proportionata ad ignē inferni, non poterit
fieri sensatio vel receptio speciei, & ideo non caus-
bitur dolor secundum sensum. Erit autem secundus
modus afflictionis, scilicet, inquantum apprehendi-
tur ignis, vt nociuus: manebit enim semper ista cogi
tatio in anima damnati, & in veritate ipse ignis habe
bit vim semper retinendi, & retineri est nocumētum
ipsi damnato, & tamen cum foris manserit erit ista
cogitatio in eo, & sciet, quòd reducendus est ad illum
ignem, ideo nunquam posset ei deesse afflictio, & ta-
men aliquid de pœna damnati tūc minueretur, cum
cessaret primus modus, scilicet per receptionem spe-
ciei, & ideo esset aliquantulum inconueniens minui
pœnam damnati, propter quod neque vnquam fiet,
quia damnati post diem iudicij nunquam exibūt de
inferis.

Vbi sit locus inferni.
Quæst. DXV.

Expeditis autem prædictis dubium est de loco
inferorum, siue illius ignis in quo affligētur cor
pora damnatorum cum animabus, vbi sit.

Aliqui dicunt, quòd sit extra mūdum, & ideo ne-
que in terra sit, neque in aliqua parte terrę, aut elemē
torum, quia Iob decimo octauo cap. dicitur de homi-
ne damnato, ꝙ de orbe transferet eum Deus. ergo ex
tra orbem erit ille ignis in quō certum est puniri dam
natos.

Secundo dicunt, quòd non sit sub terra, quia nul-
lum violentum potest esse perpetuum, sed ignis infer
ni erit ibi in sempiternum, ergo non erit ibi per vio-
lentiam, sed naturaliter, sed sub terra non potest esse
ignis inferni, nisi per violentiam, quia non est ille lo-
cus naturalis ignis. ergo ignis inferni non est sub
terra.

Tertio, quia in igne inferni cruciabuntur post iu-
dicium omnia corpora damnatorum, nam dicitur
Apo. vigesimo, & vigesimoprimo cap. quòd omnes
qui non fuerint inuenti scripti in libro vitæ mitten-
tur in stagnum sulphuris, & supra decimotertio cap.
dicit, quòd Angeli Dei colligent omnes qui faciunt
iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, sed
corpora illa replebunt locum, cum sint futura corpo
ra materialia nihil spiritualitatis habentia.

Est autem maxima multitudo damnatorum, quia
stultorum infinitus est numerus Ecclesiast. 1. c. ergo
oportet locum inferni esse spatium maximum, sed
intra terram esse tantum spacium vacuitatis est incō
ueniens, cum partes rei grauis se cōprimant, & natu-

raliter ferantur ad centrum. Etiam quia considerata tota multitudine damnatorum à principio seculi, & damnandorum vsque ad finem mundi forte requireretur, quòd tertia pars terræ interius esset concaua, quod ratio non permittit, & sic non erit sub terra ille ignis, sed alibi in maiori capacitate.

Quarto quia dicũt aliqui esse illum super terram: nam Sap. 11. cap. dicitur, quòd per ea quæ quis peccat punitur. ergo & in eis in quibus peccat, sed mali peccauerunt super terram, ergo super terram puniẽtur, & erit ibi ignis ille.

Aliqui autem voluerunt, quòd infernus esset sub terra: & primo ostendunt, quia dicitur Esa. 14. capitu. infernus subtus conturbatus est in occursum tui. ergo sub nobis est.

Secundo quia Grego. dicit 4. Dialogo. quid obstat non video, vt infernus sub terra esse credatur.

Tertio quia Ione 2. capi. super illo verbo proiecisti me in corde maris, dicit glo. interlinearis, idest in inferno pro quo dicitur supra duodecimo cap. in corde terræ, quia sicut cor est in medio animalis, ita est infernus in medio terræ.

Dicendum quòd licet positio ista forte sit vera, vt infra dicetur, tamen istæ rationes non vrgent ad ponendum infernum in corde terræ, vel sub terra.

Ad primam harum dici potest, quòd accipitur ibi infernus pro sepulchro, sicut est consuetudo accipiẽdi in sacra scriptura veteris testamenti.

Ad secundum dicendum, quòd licet nulla ratio efficax contradiceret ad hoc, quòd infernus ponat sub terra, non constat tamen ibi esse, quia poterat poni alibi sine inconuenienti.

Ad tertium dicendum, quòd accepit ibi glo. interlinearis infernum, sicut accepit litera Ionę: ipse enim dixit eodem ca. clamaui ad Dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me, de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. sed ibi manifestum est, quòd ventrem inferi vocauit ventrẽ piscis in quo erat tunc cum orabat. ergo glo. ita accipere debuit. Quod vero dicitur, quòd supra duodecimo cap. accipitur cor terræ pro inferno, quia est in medio terræ. dicendũ non esse verum, quia accipitur pro sepulchro intra quod dum esset corpus Domini dicebatur esse in corde terræ per triduum.

An determinatus, & vnus locus sit infernus.
Quæst. CCCCCXVI.

CIRCA quod vt abundantius veritas videatur considerãdum est, quòd de loco inferorum est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd nõ est vnus locus determinatus inferni, sed vbicunque homines peccauerũt ibi post mortem puniuntur, & quicũque locus illorum infernus dicitur.

Sed hoc non stat. primo quia tangit aliquos in diuersis locis peccare. ergo in diuersis locis simul puniri̇̃tur, sed impossibile est in multis locis simul aliquẽ puniri. ergo non punitur quilibet in locis in quibus peccauit.

Sed forte aliquis dicet, quòd anima non punitur simul pro omnib⁹ peccatis quę commisit in omnibus locis in quibus commisit illa, sed pro peccatis quæ cõmisit in vno loco punitur sufficiẽter, deinde punitur pro peccatis quæ commisit in alio loco in loco ipso, & ita in quolibet loco punitur pro peccatis quæ ibi commisit, sed nõn simul.

Sed hoc stare non potest, quia pro quolibet peccato debetur pœna æterna si est mortale, ergo cum in aliquo loco incœperit puniri pro peccato mortali ibi commisso punietur ibi in æternum, quia alias non esset pœna æterna cuiuslibet peccati. & ita non transibit de loco illo ad alia loca, vnde non est possibile in diuersis locis sic animam puniri.

Item si daretur, quòd damnatus aliquis puniretur in quolibet loco in quo deliquit sufficienter pro peccatis illis quousque peruenirẽtur ad vltimum peccatum, cũ peccata cuiuslibet hominis, licet multa sint tamen finita secundum numerum sint, quæretur tũc an pro peccato vltimo illorum puniatur æternaliter, aut non: si demus quòd puniatur æternaliter erit incõueniens, quia pro quolibet illorum fuit punitus homo vsque ad perfectam pœnarum solutionem, & tamen pro nullo eorũ, neque pro omnibus simul sumptis fuit punitus æternaliter. ergo neque pro isto vltimo punietur æternaliter, cum istud non in infinitũ sit maius omnibus alijs, quia forte est min⁹ quolibet illorum. Si autem dicat, quòd pro isto vltimo puniet, sicut pro quolibet aliorum, sicut pœna cuiuslibet aliorum & omnium simul sumptorum est pœna temporis finiti, ita huius vltimi erit pœna finiti temporis, & sic dabitur quòd illi qui in inferno cruciantur nõ puniẽtur in æternum, sed aliquando finietur eorũ pœna, quod est omnino absurdum, & contra fidem catholicam.

Si autem obijciatur, q̃ animas damnatorum post mortem inuenimus in diuersis locis puniri, siue i terra, siue aere, siue aqua. Dicendum q̃ hoc rarum est & speciale, & propter aliquam causam instructionis nostræ, vt ostendit Gregor. 4. Dialogo. sed regulare est, q̃ locus in quo puniũtur animæ damnatorum vnus est vbicunque ille sit, idest, in quacunque parte mundi ponatur.

An inferni locus specialis sit in aere caliginoso, vel (prout ex Platonis fundamentis videtur extrahi) in coniunctione aeris & ignis. Quæst. CCCCCXVII.

SVPPOSITO autẽ q̃ vnus locus specialis esse debeat in quo animæ damnatorum puniantur post mortem quem infernũ vocamus. dicunt aliqui hunc locum esse in aere caliginoso, quorum ratio est, quia infernus est locus pœnalitatum, & tamen caliginosus aer est aptus ad has pœnalitates. ergo ibi erit infernus. Et patet hoc, quia qualitates actiuæ sunt caliditas, & frigiditas, aliæ duæ minus actiuę sunt, & potius passiuæ quam actiuæ. sed caliditas intensissima est in elemento ignis, quia ignis est per se calidus, cætera vero elementa per accidens calefiunt, frigiditas maxima actualis videtur esse in aere, quod multis experientijs ostenditur, licet elementum aquæ non sit de se frigidum, ideo in coniunctione aeris, & ignis videbitur esse infernus.

Est autem prædicta positio habẽs originem ex fundamento Platonis: ipse enim & sequẽtes eum voluerunt præter quatuor elementa, & composita ex eis nihil esse in vniuersitate rerum, & ideo cum certum sit aliquid de rebus vniuersi vocauerunt ipsum ignem, & hoc ostendit nomẽ cœli apud poetas, & antiquos: ætherem enim illum vocant, & tamen æther dicitur ignis, ideo cum nullus locus aptior ad inferos sit quã ignis, & ignis iuxta positionem horum sic cœlum, voluerunt infernum esse in cœlo.

Et addunt infernum esse in cœlo Martis, ad quod facit, quia constat secundum astrologos Martem distemperatum esse in calore, & ab eo influitur distemperata caliditas plusquam ab alio planeta: ideo ibi infernum constituerunt quasi ibi sit ignis viuacissimus, & videtur esse conueniens, quia circulus Martis

Martis fit quasi ad medium totius globi cęlestis iuxta Solem.

Addunt etiam phlegetontem fluuiũ, qui ab omnibus poetis apud inferos esse asseritur, in cœlo Martis esse, & ille ardens, & vrens ex Græca origine interpretatur, vnde concludunt in cœlo Martis esse locum illum pœnalem, & animarum damnatarum receptaculum quasi in igne viuaciori.

Hanc positionem tangit Martianus Fęlix Capella libro de nuptijs Mercurij, & Philiologię 1. Prosa 1. distinctione secũda, eius quæ incipit verum eosdem annos diuersi color fluẽtorum vnda raptabat, vbi de planetarum conditione agitur.

Sed hæc Martiani intentio non est, q̃ potius phlegetontem quem poetica obliquatione ad opertum esse dicit iuxta terræ circulum in ipsa prima regionis aereæ particula ponit, dicens iuxta terram ex calore superiori aereæ calefieri quodam quoque eleuato a terra madore obnubilari, ita vt humori calor mixtus fluctu quodam sit. Cum aut animæ corpora egressæ superiores partes ætheris petere enitantur, nubiloso quodam atque madido æstu fluctuantes feruntur ne transeant, ibique eis tamdiu pœna est quamdiu Pluto Deus animarum adiudicarit. de hoc libr. secundo de nuptijs Mercurij & Philiologię Prosa secunda ait. circa ipsum veræ terræ circulũ aer ex calore superiori atque halatu madoreque infero turbidatus egredientes a corporibus animas quodã fluenti æstu collidens non facile patitur euolare, hinc tractũ per phlegeton ta solertia poeticæ adumbrationis alluſit, atque in eo perenni strepitu volutata colliditur animarum quas Bædius adiudicarit impietas, ideſt Pluto quem etiam Ditem Iouemque dixere.

Item non conuenit illa præcedẽs positio. s. vt in cęlo dicamus animarum damnandarum receptaculũ, quia illæ sunt in pœnis & transmutationibus, & tamẽ supra cœlum non est passio vlla, sicut dicit Aristot. 1. de Cœlo & Mundo, q̃ entia supra cœlum non senescunt, neque patiuntur passione vlla, sed sunt æterna optimam habentia vitam. sed in inferno est summa passio, ergo non est in cœlo locus inferorum.

Item non conuenit locus optimus pessimis rebus, sed damnati sunt pessimi de omnibus rebus, ergo in loco imperfectiori ponentur, cœlum autem est optimus locus. vnde & Aristo. dicit, quòd ea quę ibi sunt habent optimam vitam, ergo non est ibi locus inferorum.

Alij autem dixerunt infernum esse in aere caliginoso de quo etiam præcedẽ. q. tangebatur, nam sicut in cœlo (quod secundum positionem platonicam ignis est) ponebant aliqui infernum quasi ibi sit qualitas valde afflictiua, s. caliditas, ita & in aere caliginoso dicũt alij infernum esse, quia ibi est frigiditas summa, quæ est qualitas valde afflictiua, non est dubium ibi esse summam frigiditatem, licet non sit elementum aeris per se frigidum, sed per accidens infrigidatur ad summam frigiditatẽ, quod apparet ex eis quæ gignuntur in aere, ideſt ex niuibus, & pruinis, & alijs: nam & glacies, & gelu a parte superiori prouenit, & non a terra, quia alias inciperet aqua rigescere a profundo, quod falsum est: ob maximam ergo frigiditatem quam in aere constituunt, & non in qualibet parte, quam in aere solo caliginoso posuerunt ibi inferorum locum.

Secundo hoc putant ex eo, quod habetur ad Eph. 6. capi. scilicet induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum, & spiritalia nequitię in cœlestibus.

Innuit autem nobis Apostolus manifeste pugnam esse contra dæmones qui habitant in cœlestibus, ideſt in parte aeris, nam non possunt vocari cœlestia loca ipsi cœli, quia ad illos non ascendunt dæmones: & apparet, quòd intelligatur de dæmonibus, quia dicitur ibidem, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

Item patet quia nobis non est colluctatio, ideſt pugna, nisi aut contra carnem, & sanguinem, ideſt contra ea quæ sunt in nobis, aut contra id quod in mundo est, aut contra dæmones, qui sunt generis humani capitales hostes. hæc autem pugna quam hic Apostolus tradit non est contra carnem & sanguinem, quæ sunt aliquid in nobis cum hoc expresse Apostolus dicat. ergo aut est contra dæmones, aut contra ea quæ in mundo sunt. non stat secundum, quia ea quæ in mundo sunt, & concupiscuntur nõ sunt principes & potestates tenebrarum.

Item non sunt spirituales nequitiæ, quia spirituales nequitiæ tempus sunt, ea vero quæ in mundo concupiscuntur sunt res corporales, aut de cõditione corporum, etiam non sunt nequitiæ, quia res istæ non sunt secundum se malæ, ideſt non habent in natura sua aliquam malitiam, sicut Manichæi putauerunt, nisi nos illis male vtamur. Etiam non sunt in cœlestibus, ideſt in cœlo vel aere, sed potius inter nos sunt, & a nobis possidentur. ergo non loquitur de tentatione quæ est ab eis quę sunt de mundo, & concupiscuntur a nobis. *Quæ in mundo concupiscuntur.*

Necesse est igitur, quòd accipiatur de tentatione dæmonum: nam his conuenerunt hæc, scilicet ipsi sunt principes & rectores tenebrarum harum. nam principes vocantur, scilicet mundi, sic Christus vocat eos Ioan. 12. capit. scilicet, nunc iudicium mundi est, & princeps mundi huius eijcietur foras, ideſt diabolus, & Ioan. decimoquarto cap. dicitur venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, etiam vocantur principes, vel potestates tenebrarũ, sic Christus eos vocat Luc. vigesimosecundo capitu. scilicet, nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum, ideſt dęmonum.

Hos autem vocat dæmones Apostolus nequitias spiritales, ideſt spiritus nequam, & dicit eos in cęlestibus, ideſt habitantes in aere, qui vocatur cœlum secundum consuetudinem scripturæ Psal. 8. & Luc. 8. scilicet volucres cœli, ideſt aeris, & tamen constat, q̃ dæmones sunt in loco pœnarum, ergo vbi ipsi sunt infernus est, & sic erit infernus in aere caliginoso in quo dæmones habitant.

An vera sit positio supradicta aliquorum dicentium infernum esse in aere caliginoso. Quæst. CCCCCXVIII.

SED dicendum quòd non stat. nam si poneretur infernus in loco aeris caliginosi non posset stare conditio inferorum. Primo, quia in inferno ponimus ignem, immo ista est pœna totalis inferni. vnde Christus dixit, ite maledicti in ignem ęternum supra in litera, & supra decimotertio cap. vocauit infernum caminum ignis, scilicet mittent eos in caminũ ignis. sed in aere caliginoso non est ignis, cum ibi sit summa frigiditas, vt ostensum est. ergo non est ibi locus inferni.

Secundo, quia damnati ad pœnam constituentur in loco obscurissimo, vt saltem lumine cęli non fruãtur, & tamen in aere caliginoso non est talis obscuritas, nam licet dicatur locus caliginosus, aliquando est purus sine caligine, sicut quando cęlum serenum est: non enim possemus videre cęlum clare si semper caligo in loco medio esset, ergo non erit locus inferorum in aliqua regione aeris.

Tertio, quia supponitur, quòd in mũdi innouatione oĩa elementa depurabuntur, & manebũt munda, & simplicia atque lucentia, fœces autem omnium rerum includentur in corde terræ, & tamen locus inferorum erit immundus multas impuritates habẽs, cũ in eo sit ignis piceus vel sulphureus, ergo non erit locus inferni in aere caliginoso.

Quarto, quia in inferno manebũt damnati post resurrectionem & punientur, sed non possunt poni manere in aere caliginoso, quia ille est locus corporum leuium, damnati autem graues erunt, quia habebunt corpora talia qualia nunc, ergo non poterunt ibi manere sine miraculo, & tamen ponere miraculum cõtinuum manens in æternum cum sine miraculo resistere possit est inconueniens: ergo non erit infernus in aere caliginoso.

Ad rationem autem primam qua ostẽdebatur infernum esse in aere caliginoso, quia ibi erat intensa frigiditas, dicendum q̃ non tenet, quia non ponitur ibi, nisi frigiditas, & tamen pœna inferni, aut tota, aut præcipua ponitur in igne, vt dictum est. ideo non erit in aere caliginoso vbi ignis non est.

Ad secundam rationem de dicto Apostoli dicendum, q̃ nõ probatur inde infernum esse in aere: sunt enim dæmones in aere inter nos, sed non sunt hic ad manendum, quasi iste sit locus eis assignatus ad manendum, sed est locus datus aliquibus eorum ad nostrum exercitium: ipsi enim sunt spiritus nequam, q̃ pro delicto suo condemnati sunt ad pœnam æternam in igne, sicut & spiritus humani, ideo locus assignat' eis generaliter ad manendum est infernus, in quo est ignis, & est occultus atque separatus a nobis, sed dati sunt nobis aliqui dæmones ad exercitium. s. vt nos tẽtent, & vt exequantur vltionem, quam Deus contra aliquos viuentes decreuerit, & isti manent inter nos, & ponuntur in aere, sed expleto isto officio tentationis non manebunt inter nos, immo & nunc mittuntur aliquando in abyssum excluſi de isto loco in quo nos tentant. Sic apparet de legione dęmonum quam Christus eiecit de homine supra 8. ca. nam rogabant dęmones illi Christum ne mitteret eos in abyssum, Luc. capit. 8. sed permitteret manere in regione illa, Mar. 5. ca. ergo iste locus in quo nunc manebant non erat locus eorum, sed abyssus, & tamen abyssus est infra nos, ergo infernus non erat in aere vbi dæmones tunc manebant, sed ibi ponuntur ad exercitium nostrum.

Cum vero obijcitur, q̃ dęmones nunquam sunt sine pœna, & sic vbi ipsi sunt infernus est, & ita in isto aere caliginoso sit infernus. Dicendum q̃ verum est, quòd dęmones semper sunt in inferno, quia dæmones quocunque iuerint infernum suum secum portant, idest pœnas quas habent, quando manent in loco inferorum, licet nõ semper sint ipsi apud inferos, nec portent secum ignem inferni, sicut ostensum est supra. ergo non est infernus in loco caliginosi aeris.

An infernus sit in profunditate terræ, & quid infernus significet secundum omnem linguam.

Quæst. CCCCCXIX.

DICENDVM ergo q̃ infernus non potest poni nisi in terra, nam neque in cœlo, nec in alio elemento cõuenienter ponitur, & apparet primo ex nomine inferni, quia secũdum omnem linguam significat, quòd est infra nos, & dico omnem linguã has tres præcipuas, idest Græcam, Latinam, & Hebræã in quibus solis titulus crucis Christi scriptus fuit Ioan. 19. cap. nam latine infernus dicitur quasi infra nos, sed infra nos nihil est, nisi terra, ergo infernus in terra est. græce autem infernus gehenna dicitur, & interpretatur terra profunda, ergo in profunditate terræ est: hebraice vocatur scol, quod significat sepulchrum pariter & infernum, & vtroque modo dicit aliquid infra nos. ergo secũdum omnem linguã nomẽ inferni signat aliquid in terra. Secundo quia de Dathan & Abyron dicitur Numer. 16. cap. q̃ descenderunt in infernum viuentes, & hoc quia terra aperta absorbuit eos, & non poterant dici descendere, nisi esset infra nos locus ille, ergo infernus est in terra infra nos.

Tertio quia dicitur Psal. 85. Domine liberasti animam meam ab inferno inferiori. vbi si accipiatur cõparatiuus comparate, siue absolute, necesse est quòd infernus sit infra nos. Nam si ponatur comparate necesse est saltem duos infernos esse, & alterum esse altero inferiorem, & vtrunque infra nos, si accipiatur absolute, nihil dicit inferior nisi infra, quod est suus positiuus, & ideo infra est infernus, sed nõ dicitur infra nisi respectu nostri, ergo est in terra.

Quarto quia dicitur Esa. 7. capitu. pete tibi signum a Domino Deo tuo siue in profundum inferni, siue in excelsum supra, & ita posuit duas distinctiones locorum, scilicet supra nos, & vocauit excelsum, & infra nos, & vocauit infernum. ergo infernus infra nos est.

Quinto patet, quia Luc. 8. cap. vbi Christus dæmones eijciebat de homine, introducũtur dæmones rogantes eum ne mittat eos in abyssum, sed permittat eos manere in regione illa Mar. 5. cap. sed abyssus dicit profunditatem infra nos, ergo ibi est infernus, nã alias non mitterentur illuc demones. & satis colligitur ex verbis & intentione illorum, quòd ibi sit infernus, nam infernus est proprius locus dæmonũ. 2. Petr. 2. capit. scilicet Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reseruari. & ipsi timuerunt mitti in abyssum, cum rogauerint Christum, q̃ non mitteret eos illuc. ergo sciebant illum esse locũ sibi proprium, quia alias non magis de illo cogitarẽt quam de aliquo alio. illuc igitur mittendi erant aliquando, & sic ille erat locus inferni. Item istud apparet quia ille erat locus pœnalis, nã propter hoc timuerunt dæmones illuc mitti ne ibi grauius punirentur, & apparet quia dæmones, vt viderunt Christum statim conquesti sunt dicentes, quid tibi & nobis Iesu fili Dei, venisti ante tempus torquere nos? supra 8. cap. & Marc. 5. & istud torquere erat quia putabant, quòd statim eos mitteret in abyssum Luc. 8. c. ergo abyssus erat locus maximarum pœnarum, & sic est infernus in abysso. sed abyssus dicit profunditatem magnam, ergo ibi est infernus, & hoc est quòd sit infra nos.

Sexto apparet, quia Apo. decimonono, & vigesimo, & vigesimoprimo capit. dicitur de omnibus malis, idest damnatis, quòd missi sunt in stagnum ignis ardentis sulphure. & manifestum est, quòd illud stagnum est infernus, quia signantur ibi in litera expresse pœnæ perpetuæ, & vocatur mors secunda, sed stagnum sulphuris, & ignis non est nisi in terra, ergo est infernus in terra.

Septimo patet, quia hoc Gregorius asserit. 4. Dialog. asserens probabiliorem esse positionem eorum qui dicunt infernum esse in terra duplici ratione. Primo ex nominis ratione sic dicẽs, si idcirco infernum dicimus, quia infra nos iacet, quod terra ad cœlum est hoc infernus ad terram est. Secundo idem probat, quia Apocaly. 5 capitu. dicitur, quòd nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, hoc quod dicitur in cœlo refertur ad Angelos, quod autem super terram refertur ad homines viuẽtes, quod autem dicitur subtus terram refertur ad aliquos spiritus rationales qui sub terra sint. Ibi autem nulli homines viuentes sunt, ergo vel erũt animæ, vel dæmones, vel Angeli boni, non boni Angeli, quia illi sunt in cœlo, ergo animæ damnatorum, & ipsi dęmones. Sed isti in inferno sunt, quia damnati sunt. ergo est infernus in terra.

Octauo apparet, quia Augustin. idem tenet 12. libro super Genes. ad literam allegans duas rationes, vt congruum sit poni infernũ sub terra. Prima est, quia defunctorum animæ carnis amore peccauerunt, hoc eis iustũ est exhibeatur quod carni mortuæ solet exhiberi, s. vt sub terra recondatur. Secunda ratio est, quia sicut est grauitas in corporibus, ita est tristitia in spiritibus: vnde secundum corpus si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt omnia grauia, ita secundum spiritum interiora sunt omnia tristiora. & sic, sicut conueniens locus tristitiæ est damnatorum ipse inferior locus terræ, & illum infernum vocabimus.

Aliqui autem tam philosophi quam catholici ex parte sequentes istam positionem dixerunt esse infernum in terra, & in loco tristi, sed non infra terram, sicut in corde eius, sed in superficie terræ oppositа. Hoc videtur tenere Isidorus cum dicit, quòd Sol, & Luna in ordine quo creati sunt stabunt, ne impij in tormẽtis positi fruantur luce eorum. quæ ratio nulla esset si infernus intra terram esse diceretur: nam vbicunque ponantur Sol, & Luna non lucebunt eis qui in corde terræ sunt, non tamen lucebunt eis qui sunt in superficie terræ in parte determinata mũdi, cum ab illa superficie elongati fuerint, sed veritas est, quòd infernus sit in terra, & intra terram.

Responsio ad rationes supra in quæst. 515. factas probantes infernum non esse in terra. *Quæst. CCCCCXX.*

NVNC vero respondendũ est ad argumenta facta supra in princ. q. prin. s. 515. quibus ostendebatur infernum non esse in terra.

Ad primum dicendũ, quòd locus ille de quo transferuntur mali est mundus iste in quo viuimus, & locus ad quem transferũtur est infernus. dicitur autem iniquus transferri de orbe, idest de orbe terrarum, quia malos occidit Deus ne glorientur hic, & claudit eos in tartaris, & ita exponit Gregor. ibidem, scilicet de orbe quippe trãsfertur cum supero apparente iudice in hoc mundo tollitur qui peruerse gloriatur. & ideo licet transferatur quis de orbe non est extra mundum.

Sed obijcietur, quòd hoc dato saltem non erit infernus in terra, sed in alio elemento, quia de orbe terrarum transferuntur mali.

Dicendum, quòd non vocatur orbis terrarum tota ipsa terra, sed sola superficies eius in qua nos habitamus. Et patet, quia morientes dicuntur tolli de orbe terrarum, & tamen in terra manent, quia in ea sepeliuntur, sed quia super terram non manent nõ sunt in orbe terrarum. Sic infernus, licet sit in terra, idest in corde terræ, quia tamen non est in superficie terræ non est in orbe terrarum.

Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens dici illum ignem manere ibi in æternum, & naturaliter tam in tempore isto quam post iudicium, quia ignis dicitur alicubi esse naturaliter, vel violenter, idest, quòd locus sit naturalis, vel non, & tamẽ locum esse naturalem nihil aliud est quam esse in loco quandam qualitatem conseruatiuam rei locatæ, qualitas autem talis absoluta est, ideo licet naturalis locus ignis, & conseruatiuus eius sit cõcauum sphæræ Lunæ, & ibi maneat naturaliter ignis, poterit dari qualitas eadem specie in loco inferni in concauo illo in quo est ignis, & manebit ibi naturaliter, & non corrumpetur. Et ideo, siue ante iudicium, siue post manebit. de permanentia post iudicium non videtur esse tam admirabile, quia tunc cessabit omnis actio corruptiua, s. actio per cõtrarietatem, & nulla res corrumpetur, sed ante iudicium manet status corruptionis, ideo tunc videtur admirandum quomodo id, quod est incorruptibile non corrũpatur, sed manebit ignis corruptus etiam ante iudicium, quia est ibi, sicut in loco naturali conseruatiuo ac si maneret in sphæra ignis.

Aliter potest dici, quòd manet ibi violenter, & nõ manet in perpetuum, quia licet violentum non habeat ex se vnde maneat in æternum, tamen non est necesse, quòd corrumpatur, quia videtur, quòd per accidens possit cõseruari, sicut apud nos manet ignis violenter, & tamen nõ est aliquid quod repugnet ad hoc, quòd semper conseruetur iste ignis: nam per cõtinuam appositionem materię continuatur per multos annos, ita poterit conseruari in æternum, maxime autem cum materia ad hoc fuerit conueniens. Est enim pix, vel sulphur cum vocetur stagnum sulphuris locus inferni Apoca. 19. & 20. & 21. ca. sulphur autem naturaliter concipit, & fouet ignem, & poterit fieri continua appositio materiæ per Deum qui succendit ignem, ideo poterit manere ille ignis in perpetuum.

Aliter potest dici, quòd licet ignis maneat violenter ex conditione loci illius, & ideo non deberet manere in perpetuum, tamen quia est ille ignis diuinæ iustitiæ instrumentum, ex voluntate Dei manebit ipso seruante in æternum. De his magis dictum est supra. hoc tamen est, quòd ille ignis erit violentior, & fortior apud inferos etiam naturaliter quam alibi. In q. 506.

Nam ignis fortificatur ex conditione rei ignitæ: nam quanto res ignita est solidior, & compactior, tanto est actio fortior, & intensior caliditas. Alia etiam intensionis causa est, scilicet per antiparistasim qualis ibi erit. Nam erit illa concauitas inferni in corde terræ, & quia ibi est locus valde frigidus, cũ terra sit nimis frigida, & ibi sit elongata ab omni calore, frigiditas totius terræ circunstantis faciet congregari virtutem ignis, & erit ignis efficacior in actione, & intensior in calore: vnde magis affliget damnatos quã alius quicunque ignis. & etiam per accidens ad conseruationẽ proderit, quia quanto fuerit efficacior virtus, tanto erit aptior ad diu manendum. Concauitas inferni erit in corde terræ.

Ad tertium dicendum, quòd locus inferorum habet magnam capacitatem, & tamen, an tanta sit quãtam requirit omnium damnatorum, & damnandorum si figillatim, & distincte ponerentur, locabilitas non constat, quia potest esse, quòd in paruo loco multi ponantur, & quòd intra solidum sit aliud solidum per dimensionum penetrationem, & tunc quantumcunque paruum spatium pro omnibus illis sufficiet, si tamen detur, quòd sit tantum spatium quãtum pro omnibus requiritur, non videtur impossibile, quia diuina virtus in his operatur, etiam non videtur repugnare naturæ, quòd tanta maneat vacuitas quæ a principio esset plena igne crasso, tunc vero, & igne, & corporibus damnatorum implebitur.

Ad quartum dicendum, quòd non punientur vbi peccauerunt, sed in loco qui conuenit eorum peccato, & quia conuenit illis peccantibus puniri in corde terræ vbi est infernus, ibi punientur. Nam spiritus dãnatorum erunt in maxima tristitia, & tristibus (vt supradictum est) cõpetũt loca inferiora, ideo, in corde

terræ

terræ vbi est locus inferior,& pessimus erunt damnati. Quod vero dicitur Sap.11.ca. dicendum non intelligi de loco peccati, sed de materia in qua quis peccat:nã non dicitur ibi in quo quis peccat ibi torquetur,sed per quæ quis peccat per hæc torquetur. Et apparet ex exemplo posito in litera. dicitur enim ibi, ꝙ habitatores terræ Chanaan colebant mutos serpentes, & bestias supervacuas, ideo Deus misit tales bestias,vt eos occiderent,locus autem ad hoc parum fastias, vt eos occiderent,locus autem ad hoc parum facit. Ratio autem esse videtur,quòd animus peccantis afficitur ad rem in qua peccat, quæ est, vt obiectum, nam finitur ea, ideo vt sciamus nõ esse finibilem, sed detestabilem datur quasi in medicinam illius prævaricationis emendanda, reducens ad rectitudinem per pœnam inflictam ab illa re, ad locum autem non afficitur animus peccantis, quia est circunstantia extranea, ideo non est necesse, quòd in loco puniatur in quo peccauit.

Aliter potest dici,quòd tenet verum de punitionibus factis in via,quia iuxta Arist.2. Ethico.pœnæ peccatorum sunt medicinę eorum,& fiunt per opposita, ideo siquis in aliqua re delectatus est qualiter non debebat,oppositum est, vt in eadem cogatur tristari, & ista est recta punitio emendatiua, emendanda autem est in via,idest quandiu viuimus,post mortem autem est terminus,ideo non oportet, quòd tunc fiant punitiones etiam in eadem materia in qua fuit peccatũ,& multominus in locis eisdem in quibus peccata commissa fuerunt:nam si ad legem loci teneremur, sicut puniretur quis in loco in quo peccauit, ita præmium acciperet in quo bona fecit, & quia omnes beatibona sua fecerunt hic acciperent totum præmium hic, quod falsum est, quia præmium erit in vita æterna in cęlo empyreo.

Cõsiderandum vlterius circa locum inferni, quòd non solum est in terra,sed etiam in profundo terrę in centro vbi sit locus ille profundior, & est concauitas illa plena tenebris crassis, ita quòd in toto vniuerso nõ est aliquis locus obscurior,aut tenebrosior. & hoc quia ad illam partem terræ nullius astri radij penetrare possunt, vt illustrent illam horrẽdam tenebram atque æternam noctem. I

An infernus habeat portas per quas intratur,& vias per quas descenditur. Quæst. CCCCCXXI.

SED rursus dubitatio occurrit de portis inferni quas aliqui ponunt. Dicunt enim esse portas per quas intratur, & vias per quas descenditur ad inferos. sic ponit Ouidius 4. Meta. scilicet.

Est via decliuis funesta nubila taxo
Ducit ad infernas per muta silentia sedes,

& multa alia ibi.& multo plura Virgi. in 6. Aeneidos cum deducit Aeneam ad inferos.

Amplius videtur hoc,quia sacra scriptura hoc asserit Psal.23.scilicet attollite portas principes vestras,& eleuamini portæ æternales. & accipitur ibi de portis inferni, cum dicatur statim, & introibit rex gloriæ, sed solet exponi de Christi descensu ad inferos. K

Tertio, quia ẽt Christus portas inferi posuit sup.16. c.s.super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eã. ergo portas habet,& consequenter viam, & erunt multę portæ istæ.sic dicit Ouidius 4.Meta.

Mille capax aditus,& aptas vndique portas
Vrbs habet.

Quarto quia dicũt expresse hoc videri,s.quòd quædam sint portæ inferorũ per quas exhalent ipsi ignes inferni, s. æthnei montis Siciliæ voraginem volunt esse portam inferorum, sic & Vesuuium, siue Vesuuium,& Tenaron,& multa alia. F

Dicẽdum autem,quòd infernus, neque portas habet,neque vias,quibus illuc eatur:nihil enim istorum ponendum est sine necessitate,sed nõ est vlla necessitas,neque vtilitas ponẽdi portas inferorum, aut vias, ergo non sunt hæc ponenda. Apparet autem, quia si ponerentur portæ ad intrandum ad inferos, aut ponerentur pro statu isto,aut pro statu post iudicium. Si primo modo non sunt necessariæ,neque vtiles portę, quia porta est patens spatium,vt sit locus intrãdi corporibus solidis,& tamen nunc non intrãt ad inferos, nisi animæ,quarum magnitudo molis nulla est. ergo non sunt pro nunc vtiles portæ: nam anima non magis intrat per patẽs quam per solidum, cum neque sit eius motus per continuum, quia non est corpus, neque tenetur legibus loci,& corporis,& continui. Si autem accipiatur de statu post iudicium verum est, ꝙ omnes damnati qui resurgent super terram, & iudicabuntur super eam recludentur postea in inferno,vt dicitur supra 13.cap.mittent eos in caminum ignis,& supra in litera mittit Christus istos in ignem æternũ, & quia tunc corpora habebunt occupabunt locum, & poterunt intrare ad inferos per portas, & tamẽ nõ videtur danda porta, quia tunc solum semel intrabitur:nam post diem illum nullus vnquam intrabit,neque egredietur, in illa autem vice potest dici, quòd Deus faciet mirabiliter aliquam terrę apertionẽ quę statim claudatur,& per illam introeant,sicut fit in terremotibus,quia quantumcunque terra mota scindatur statim valide concluditur, & quod magis est,quia sic fecit Deus quantum ad Dathan,& Abyron, & cõplices eorum quos viuentes terra absorbuit, nam dicitur, quòd descenderunt in infernum viuentes Nume.16.c. sed tunc cum terra aperta fuerit statim concluſa est. H

Alius videtur esse modus sine apertione, s. ꝙ non aperiatur terra, sed tota illa multitudo damnatorum introeat per terræ soliditatem:nam potest Deus facere duo corpora in eodem loco,vel existentiam dimẽsionum,aut penetrationem, sicut cum Christus exijt de vtero Matris manente integritate genitalis vasis. cum enim non apertum fuerit necesse erat,vt corpus Domini per solidas partes corporis Virginis trãsiret, & sic fuit cum ītroiuit ad discipulos ianuis clausis: vbi enim fuerunt portæ ibi erat substantia,& magnitudo corporis Christi non ruptis,neque diuisis portis,& talis est conditio beatorum corporum, vt transire possint per quæcunque solida corpora obiecta, tunc igitur concederetur omnibus damnatis, vt trãsire possint per terrę soliditatem,sicut beati facere possent quandocunque vellent, & nõ erit hoc ad gratiam ipsis dãnatis, sed ad conseruandum statum rerum renouatarum:nam erit mundus innouatus, & terra depurata, & superficies eius glorificata nitore quodam, & lumine, manente ei soliditate quadam, & tamen nunquam receder,vt ergo non diuidatur post nouitatem illam inductam dabitur damnatis,ꝙ transeant illa vice per eã sine ruptione, vel apertione eius. Sicut autem de portis dictum est, ita & vijs dicendum erit: nam si in terra non erit porta necessaria qua introeatur ad inferos, neque etiam via per terræ soliditatem dabitur qua illuc transeatur,quia non competit nunc animabus,neque post iudicium damnatis, sed cũ portamus concauitatem illam magnam circa centrum terræ in qua manent nunc,& manebunt damnati, & est ignis obscurus, non damus aliquam viam per terræ grossitiem ad illam, sed tota terra vndique clausa est transitus animabus ad illum infelicem locum.

Responsio

Responsio ad duas primas rationes in princ. quæstionis positas. Quæst. CCCCCXXII.

AD primum in contrarium dicendum,quòd illa positio Ouidij, & Virgilij de portis inferorum, & vijs procedit supposita dispositione interioris partis inferni,sicut ipsi dicũt,sed necesse est illud, aut falsum esse, aut occultarum rerum significatiuum: nemo enim qui sapit ponit viam inferorum plenam arboribus taxi, quasi ad aliquid prodessent arbores in via illa,neque apud inferos stygias vndas, & Acherõtem atque Cocitum flumina quædam, & inferorum barcham qua Charõ infernalis portitor animas vltra amnem ad loca inferorum transuehat, & furias tres colubris crinitas,& Ixionis rotam, atque Tantali vndam,& Sisyphi saxum,& semper lacerum Titij iecur. & multa huiusmodi, quæ apud poetas vulgata sunt, sed necesse est ista falsa eẽ,vt iacent.sic enim ipse Ouidius 15. Meta. vbi veras transmutationes enarrabat ex intẽtione sua,& Pythagoræ philosophi asseruit dicens. B

O genus attonitum gelidæ formidine mortis
Quid styga, quid amnes, quid numina vana timetis
Materiæ vatum,falsique pericula mundi?

Et ita falsum illum mundum esse voluit, idest fictum a poetis,cum iure non esset, & idem Iuuenalis ait Satyra.2.quæ incipit,Vltra Sauromatas,scilicet.

Esse aliquos manes,& subterranea regna
Et contum,& Stygio ranas in gurgite nigras
Atque vna transire vadum tot millia cymba
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur. C

Sed putauerunt sapientes apud poetas, & philosophos quosdam manere animas in transitu, vel transcorporatione,sicut voluit Pythagoras, quod Ouidius vbi supra posuit. nam cum dixisset falsum esse mundum qui ponitur infra terram, & animam gaudia, & tormenta pati,ibi addidit veram sententiam, vt ei videbatur ibi dicens.

Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede,nonis habitant domibus,manentque receptæ. D

Et ideo cum sit continuus transitus animarũ per corpora,nulla mors est,neque descensus ad inferos.

Alij autem alium mãsionis modum animabus solutis dederunt, s.in cęlo, & nullam ire ad inferos,neque inferos esse, sed quia nullus veritatem futuri status sine Christi veritate agnoscere potuit, omnes varie errauerunt.

Sed apud poetas hoc de animarum statu, & pœnis apud inferos scriptum est, vt materiam haberent placendi atque dicẽdi, & quia pluribus popularium hæc verisimilia esse putabantur, tum quia per ista voluerunt alia significare: nam quicquid apud Virgilium, & Ouidium, cęterosque poetas de locis inferorum, & conditionibus pœnarum dictum est aliquid significat, quod in nobis viuẽtibus quantum ad affectiones animi inuenitur,sed nunc non est propositum nostrũ poetarum materiam exponere,sed hęc leuiter tangere quantum ad propositum nostrum faciunt,& ideo, sicut cætera quæ de inferis dixerunt falsa sunt, ita & quod de portis, & vijs dicitur, sed cum aliquid narrare instituissent,necesse erat, vt narrationem verisimilem facerent,non erat autem verisimile, aut credibile,maxime apud vulgares, quòd animæ quas ipsi vmbras vocant intrare possint ad concaua terræ, vbi potuerunt sedes istas inferorum,potissime cum, & illuc viuentes aliquos introduxerunt,vt Herculem,& Theseum, & Pirithoum,vt ponit Ouid.7.lib. Meta. & Seneca in tragedia prima,& Aeneam,& Sybillã,vt Virgilius ponit 6.Aeneidos, & Orpheum, vt ponit Ouidius 10. Meta. nisi darent vias, & portas quibus illuc intraretur. & ob hoc vtrunque constituerunt: vnde vbi inueniebant aliquod spiraculum profundum terræ dicebant esse portam inferorũ.sic Ouid. 10.li. Meta.posuit portam inferorũ in Laconica regione, quæ vocatur porta Tenaria,dicens de Orpheo descendente ad inferos. E

Ad styga Tenaria ausus est descendere porta.

Dicitur enim Tenaria porta a Tenaro, quia Solinus in Polistor.dicit in Laconica spiraculum est Tenarõ, & est Tenaron promõtorium aduersum Aphricæ: illud enim spiraculum est apertio terræ,quo de visceribus terræ exhalantur tetri vapores,neque illius extremum inuenitur, ideo putauerunt vulgares homines esse descensum ad inferos, & quia nullus hiatus propinquior erat terræ Thraciæ, in qua erat Orpheus,dictum est, quòd per portam Tenariam descẽdit ad inferos,& huiusmodi ratio est, vt similes inferorũ portas ponant,hoc est igitur quod poetæ de portis,& vijs inferorum dicunt.

Ad secundum dicendum, quòd licet de portis illis nunc non sit planum quid sint, tamen potest accipi, sicut communiter accipitur pro portis inferorum, & vocantur portæ secundum metaphoram, & translationem, quia animabus datur id quod est de cõditione corporum. Vnde licet non sint portæ aliquæ, neq; viæ ad inferos, quia tamen vulgus putat loca illa adiri non posse,nisi sint viæ mediæ, per quas introeatur, dixit scriptura consentiendo modo loquendi horum esse portas, & vias, sicut dicimus, a porta inferi libera Domine animas eorum, idest,vt non introeant in inferos. De via quoque dicimus. Libera me Domine de vijs inferni. & sicut hoc modo damus introitũ ad inferos, ita damus valuas quibus introitus clauditur, & hoc ponitur ad signandum, quòd non est possibile animabus exire de locis pœnalibus quãdo voluerint, & de hoc dicitur Psal.23. Attollite portas principes vestras,idest aperite eas,& quoniam qui semel intrat in inferno nunquam inde liberatur, cum apud inferos non sit redemptio, & hoc videtur accidere eo, ꝙ animæ non possunt exire propter difficultatem clausuræ,vocantur portæ æternales,idest duræ, quæ semper manent,& nunquam aperientur,aut confringentur, sed in æternum manebunt, & propter hoc ad signandam eandem firmitatem illarum vocamus eas portas æneas,vt cũ dicitur. libera me Domine de vijs inferni,qui portas æreas confregisti.& hoc, quia nihil videtur esse firmius quam quod æreum est in metallis. & tamen in veritate nullæ portæ sunt, sed sic vocantur secundum metaphoram, vel parabolice dicuntur.

Quare aliquando in sacra scriptura inueniatur dictum portæ Inferi, & similia. Quæst. CCCCCXXIII.

AD tertium dicendum, quòd licet aliquãdo in scriptura vocentur portæ inferi secundũ metaphoram,sicut in solutione præcedentis expressum est, tamen Christus non vocauit hic portas inferi ipsum introitum ad inferos, aut valuas eorum,vel aliquam vim quę apud inferos animas retineat,& prohibeat exire,sed vocauit portas ipsos hæreticos,aut principes seculares impugnãtes Ecclesiam,quæ est congregatio fidelium, & generaliter omnis qui contra fidem,& cultum Christi,quẽ profitemur,& obseruamus,aliquid molitur, vt euertat, & destruat,aut aliquos a fide distrahere nititur,porta inferi appellatur, eo quòd tales trahunt homines ad inferos,& per eos velut per portas, s.eorum dogmata sequendo ad inferos intratur. Et apparet,quòd nõ possit accipi pro portis (etiã si infernus haberet portas)

quia

quia dicitur, portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & ita innuitur, quòd portæ inferi aliquid agere possint, quia si nihil possent agere superuacue diceretur, quòd non prævalerent aduersus aliquid, & nō solum est hic operatio, sed etiam talis quę competit soli intelligenti, scilicet agere contra fidem, vel distrahere a fide. & ista operatio nō est portarum quæ sunt entia irrationalia, sed hominum, vel dæmonum, ideo necesse est, quòd dæmones, vel homines mali signentur hic nomine portarum. & est sensus, quia portæ inferi non prævalebunt aduersus eā, ideſt Christus fundauit Ecclesiam suam supra petram confessionis Petri, ideſt super cōfessionem illam quam fecit Petrus, scilicet tu es Christus filius Dei viui. nā istud est fundamentum fidei, super quem fides Ecclesiæ fundata est. & dicit Christus, quòd cōtra istam Ecclesiam, vel fidem non prævalebunt portæ inferi, ideſt licet tyranni, gentiles, vel quicunque infideles, aut hęretici nitātur subuertere fidem Christi, & auertere homines ab ista professione, nunquam poterunt, sicut neque vnquam potuerunt quando sęuiebat totus mundus cōtra paruum gregem Christi, & istam securitatē Christus dedit credentibus in eum, ne timerent, quòd aliquando præ multitudine, & violentia aduersariorum aboleretur professio ista, occisis omnibus qui eā tenerent, vel timore coactis in contrarium. sicut dixit, nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum Luc. 12. c. & sic apparet, quòd Christus non posuit per hoc aliquas portas inferni, sed homines vocauit portas inferni.

Ad quartum dicendum q̄ apud vulgus creduntur talia loca esse ostia quędam inferorum propter ignes qui inde exhalant, & tamen non sunt, sed quædam voragines terræ habētes materiam sulphuream, quæ naturaliter ignem concipit, & inflammatur, & foris apparēt flammæ. sic enim in Ethna Siciliæ monte, sic & in alijs locis vulgariter cognitum est, nam neque poetæ posuerunt talia loca esse apertiones inferorū, sed dixerunt flammas eructari a Typheo gigante, cui tota insula trinacriæ, ideſt Siciliæ superiniecta est, & quia os eius respondet ad partē montis Ethnæ, quando flat emittit inde flammas. sic dicit Ouid. quinto, & decimoquarto libro Meta. & de alijs spiraculis, vel locis ignitis idem est dicendum, quòd non sunt voragines inferorum, sed loca sulphurea, quæ aliquando igniuntur. de quo latius dictum est in libro nostro de quinque figuratis paradoxis. apparet igitur, quòd infernus, neque vias habet, neque portas.

An infernus habeat quatuor partes, seu receptacula.

Quæst. DXXIIII.

SED cum de loco inferni quęratur, dicendum adhuc, quòd illa capacitas quæ est in concauitate terræ, & vocatur generali nomine infernus non est vnius status locus, sed omnium animarū quę solutæ corporibus non sunt in cœlo empyreo, & capiet locus ille post iudicium omnes damnatos cuiuscunque modi sint.

Est igitur sciendum, quòd infernus quatuor sinus, vel distinctiones habere dicitur. Vna pars est quæ vocatur sinus damnatorum, Alia pars est quæ vocatur Lymbus puerorum. Alia est quæ vocatur Purgatorium. Alia est quæ vocatur Sinus Abrahæ.

Prima pars vocatur infernus absolutæ, & in hac est duplex pęna, s. sensus, & damni, sensus quidem, quia manentes ibi affligūtur ab igne, pęna damni est, quia priuantur bono, quod habituri erant si nō peccassent, scilicet visione Dei, & de isto inferno nemo liberatur, quia illuc nemo descendebat, nisi pro peccato mortali actuali.

Secunda vocatur Lymbus puerorum, ideſt regio, vel extremitas quædam in qua manent animæ puerorum, quæ in solo peccato originali hinc decesserūt, & quia illud est peccatum mortale, manent animæ illæ in æternum ibi, & post resurrectionem redibūt ad locum ipsum damnati existentes illi quorum animæ ibi prius erant, sed ibi non est pœna sensus, sed damni, ideo ibi neque ignis cruciat, neque aliquod afflictiuum est. Ratio est, quia pœna sensus quæ est pœna actualis datur pro peccato actuali, quod est peccatum commissionis, isti autem nihil fecerunt committendo, nec omittendo, sed contraxerunt maculam originalem, ideo non dabitur eis pęna sensus, sed priuabūtur illo bono, quod alias habituri erant, s. vita æterna, & ita in æternum manebunt.

Tertia pars vocatur Purgatorius locus, vel ignis, & ibi sunt animę illæ quæ hinc sine peccato mortali decesserunt, sed solum grauatæ erant quibusdam venialibus, vel onere incompletę satisfactionis pro mortalibus, de quibus iam doluerant. & manent ibi quousque satisfecerint, & tunc transeunt ad cęlum empyreum, & ideo ante diem iudicij erunt ibi solum animæ, postea autem nullæ, quia ante illum diem satisfactio completa erit, vel in ipso die cōplebitur, & post resurrectionem omnes beati transferentur in vitam æternam ad cęlum empyreum.

Quarta pars est Sinus Abrahæ in qua parte fuerūt Sancti Patres vsque ad Christi mortem cum eos inde eduxit, & iam nullus ibi manebit vnquam, quia cœlum empyreum succedet huic loco, de quo infra dicetur, & de omnibus tribus partibus alijs successiue per ordinem.

An quatuor partes inferni, scilicet Lymbus, Purgatorium, Sinus Abrahæ, & Infernus sint in varijs partibus mundi, vel in vna simul. Quæst. DXXV.

QVAERETVR de quatuor partibus supra positis, an sint simul, ideſt sint vnus locus per continuitatem, vel contiguitatem, vel sint in diuersis partibus mundi.

Aliqui dicunt, quòd sint in diuersis partibus mundi, quia pœna damnatorum est æterna, cum dicatur supra in litera. ibunt hi in supplicium æternum, illi in vitam æternam. ignis autem Purgatorius est temporalis, cum in die iudicij finietur quantum ad omnes, & quotidie quantum ad aliquos, ideo non poterit esse idem locus, quia temporale, & æternum non sunt idem.

Secundo, quia pœna inferni pluribus dicitur nominibus, vt Psal. 10. scilicet sulphur, spiritus procellarū, & ignis pars calicis eorum. pœna autem purgatorij vno tantum nomine, scilicet ignis, vt innuitur primo Cor. 3. cap. vbi ponuntur lignum, fœnum, stipula transire per ignem, & dicitur de igne Purgatorio. ergo non est idem locus.

Tertio, quia Infernus damnatorum est certus locus in quo puniuntur damnati: Purgatorium autem non est locus vnus, sed ibi puniūtur, & purgantur animæ vbi peccata commiserunt. vt dicit Vgo de Sācto Victore. probabile est, quòd in his locis puniuntur in quibus commiserunt culpam. Et Grego quarto Dialogorum. de Germano episcopo Capuano narrat, quòd ille inuenerit Paschasium qui in balneis purgabatur post mortem. ergo non est idem locus Inferni, & Purgatorij.

Quarto, quia non videtur, quòd sit idē locus Lymbi puerorum, & Inferni damnatorum: nam damnati patiuntur in igne, pueri autem nullam afflictionem sustinent, ideo non poterit esse idem locus.

Quinto, quia pueri pro solo originali tenentur, dānati vero pro actuali. ergo non est idem locus carceris.

Sexto, quia non poterit esse Lymbus idem cū Purgatorio, quia in Lymbo sunt damnati, in Purgatorio autem qui beati erunt, & sunt in spe beati, licet non in re.

Septimo, quia status puerorum in Lymbo nunquā finitur, status autem Purgatorius cessat. ergo non est idem locus.

Octauo, quia Sinus Abrahæ non potest esse idem cum aliquo de locis tribus dictis, eo quòd in omnibus illis erat pœna sensus, vel damni, in Sinu autem Abrahæ nulla pœna erat. ergo non est idem locus.

Nono, quia in tribus primis locis tenebātur homines pro peccato aliquo, sed ī Sinu Abrahæ pro nullo peccato tenebantur, sed erant ibi homines sancti, ergo non erat idem locus.

Decimo, quia personæ diuersi status, & honoris nō ponuntur in eodem loco, quia locus locat illos, & indignum est, vt inæquales æquentur, & tamen in Sinu Abrahæ erant viri sancti, in alijs tribus locis erant viri peccatores maxime in inferno damnatorum, ergo non est idem locus omnium, sed erunt diuersa loca.

Dicendum, quòd multi voluerunt non esse eundē locum ista quatuor dicta. nam voluerunt aliqui Purgatorium non esse vnum locū, sed vbicunque peccatum commissum fuerit ibi purgetur, vt dictum est.

Alij voluerunt Purgatorium esse locum determinatum, sed esse nō sub terra, sed supra nos in aere, scilicet caliginoso, & tamen infernus non est ibi, & ratio horū est, quia in Purgatorio sunt illi quibus post vitam istam manent aliqua purganda, & expletis illis habituri sunt vitam æternam, illi autem propinquiores sunt vitæ æternæ quam nos, quia de nobis incertum est quid fiet, de illis autem certum est, quòd habebūt vitam æternam, ideo debent poni in loco propinquiori ad cęlum, scilicet in aere medio inter nos, & cœlum.

De alijs duobus, ideſt Lymbo puerorum, & Sinu Abrahæ dicunt esse simile, ideſt, quòd non sint idem locus, sed in diuersis partibus terrarum, vel mundi. & apparet de Sinu Abrahæ, quòd multum distet ab inferno, quia Luc. 16. cap. introduxit Christus Abrahā loquentem, & diuitem, & dives petebat, vt mitteretur Lazarus qui erāt in Sinu Abrahæ ad refrigerandū linguam eius, dixit autem Abraham, chaos magnum firmatum est inter nos, & vos. & sic ostēdit magnam esse distantiam inter Sinum Abrahæ, & infernum damnatorum in quo erat dives.

Responsio ad supradictam quæst. ex propria sententia.

Quæst. DXXVI.

DICENDVM, quòd de his locis quatuor quantū ad habitudinem suam idētitatis, vel distinctionis propinquitatis, vel elongationis nō possumus aliquid determinate quasi necessariū asserere, eo quòd de hoc non inuenimus testimonia sacrę scripturę, neque rationem sufficienter conuincentem, videtur tamen dicendum, quòd sint idem locus per continuitatem quandam, vel saltem contiguitatem. & totus iste locus generaliter infernus appellatur.

Et apparet primo, q̄ scriptura voluit vocare omnia ista eundem locum, quia dixit inferos pluraliter, vt cum de Christo dicitur descendit ad inferos: vnā autem partem istam si dicere tantum voluisset diceret, descendit ad infernum. Et ex hoc apparet, quòd omnes istæ partes sint sub terra: nam nulla est de qua minus videatur, quòd sit sub terra quam Sinus Abrahę, eo quòd ille erat nobiliorum personarum locus, s. eorum qui in nullo peccato decesserant, qui autem ad alias partes ibant decesserant in aliquibus peccatis, & tamen Sinus Abrahæ erat sub terra, ergo & aliæ partes a fortiori. Istud patet primo, quia dicitur descēdit ad inferos. Constat autem, quòd Christus moriēs iuit ad Sinum Abrahæ, vt inde liberaret animas sanctorū, sed ad hoc ostendendum dicitur, descendit, ergo locus ille infra nos est, scilicet in corde terræ. Oēs inferni partes sunt sub terra

Secundo, quia ad Ephe. 4. capit. de Christo dicitur, quòd qui ascendit ipse est qui descendit ad inferiores partes terræ. sed iuit ad Sinum Abrahæ. ergo ille est in inferioribus partibus terræ circa centrum.

Tertio patet, quia dicitur descendit ad inferos: cōstat autem, quòd Christus de solo Sinu Abrahæ educturus erat sanctos, & illuc iuit, & tamen eundo illuc dicitur descendisse ad inferos quasi ad omnes illas partes descenderit, sed hoc non poterat esse, nisi propter identitatem, vel contiguitatem, quia sic descendendo ad vnam partem ipsarum videbatur descendere ad omnes. ergo simul sunt omnes, vel vnum sunt.

Quarto ex allegata auctoritate Apostoli, scilicet, quòd Christus descendit ad inferiores partes terrę apparet, quòd sit Sinus Abrahæ iuxta infernum damnatorum: nam inferiores partes terræ sunt partes cētrales, quia infrā illas nihil est, & tamen de inferno damnatorum constat, quòd est apud centrum, vel in centro terræ, vt patet ex dictis. ergo Sinus Abrahæ qui est in partibus inferioribus terrę erit necessario iuxta infernum damnatorum, ideſt non poterit inde multum distare, quia si distaret iam alterum ipsorū esset distans a partibus inferioribus terræ. & tunc apparet, quòd omnes aliæ partes, ideſt Purgatorium, & Lymbus puerorum erunt iuxta infernum damnatorum, quia magis videbatur de Sinu Abrahæ, quòd distaret a loco damnatorum quam de alijs, sed non distat, vt dictum est, ergo neque distabunt alia duo loca.

Quinto apparet, quòd Christus voluerit Sinum Abrahæ esse propinquum ad infernum damnatorum, quia Abraham existentem in sinu ipso, & diuitē existentem in sinu damnatorum introduxit loquētes ad inuicem, & tamen si innueret eos distare valde, ideſt inter quos non posset audiri verbum nō poneret eos loquentes. erant ergo loca propinqua, & ita aliæ duæ partes essent iuxta infernum damnatorum. hæc est enim positio multum rationabilis.

Responsio ad tres rationes positas supra in quæst. 525. quibus probabatur quatuor partes inferni esse in diuersis locis.

Quæst. DXXVII.

EX hoc potest ad argumenta in contrarium respōderi. ad primum cum dicitur, quòd ignis inferni est æternus.

Dicendum, quòd idem est ignis inferni, & purgatorij, & cum sit idem secundum substātiam est dicendum, quòd ignis inferni est æternus, etiam ignis purgatorij æternus erit.

Sed dicendum, quòd aut cōsideratur ille ignis quātum ad durationem, aut quantum ad punitionem. Si primo modo tam ignis inferni quam purgatorij est æternus, quia idem est, & cum semper duret in inferno durabit semper simpliciter. Si secundo modo, dicendum quòd quantum ad damnatos habet operationem

tionem æternam puniendi, quia in æternum ibi manent, qui autem purgantur non manent ibi semper, ideo non affligit ille ignis eos in perpetuum. & tamen si in perpetuum maneret, in perpetuum eos afligeret.

Item apparet hoc, quia dicit Greg. sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, & ita sub eodem igne peccator cruciatur, & electus purgatur, sed peccatores sunt in igne inferni, ergo idem est ignis inferni, & purgatorij.

Ad secundum dicendum, quòd idem ignis est purgatorij, & inferni, & idem locus per continuitatem, vel contiguitatem, & tamen idem ignis, vt est pertinens ad damnatos, vocatur multis nominibus, vt autem pertinet ad purgandos vno tantum nomine appellatur. Et ratio differentiæ videtur esse, quia ignis inferni est ad puniendum, & ibi nō attenditur aliqua clementia, sed puniēdi seueritas, ideo omnia illa quæ affligere possunt, dicuntur esse apud inferos, scilicet ignis, sulphur, spiritus procellarum, aquę niuium, vermes, & huiusmodi. ista enim nobis videntur terribilia, & afflictiua. in Purgatorio autem non attenditur puniendi seueritas, sed purgatoria clementia, ideo nominatur illud quod est purgatiuum, scilicet ignis, & non oportet alia nominare, & tamen quicquid pęnale est apud inferos est in purgatorio si aliquid aliud præter ignem sit.

Ad tertium dicendum, quòd locus purgatorius considerat̃ dupliciter, quia aut de lege communi, aut de speciali dispensatione. Si de lege cōmuni vnus locus omnium purgandorum est continuus inferno damnatorum, vel continuus ei. Si de speciali dispensatione inueniuntur diuersa loca purgatoria, scilicet vbi peccauit quis, vel in alijs locis, vt infra dicetur.

Responsio ad quartam rationem vbi supra positam.
Quæst. DXXVIII.

AD quartum dicendum, quòd sicut dictum est omnes istæ quatuor partes, vel sinus sunt vnus locus per continuitatem, quia sunt intra eandem terræ concauitatem in qua est ignis inferni. Et cum dicitur de Lympho puerorum dicendum, quòd animæ existentes ibi non patiuntur ab igne, sed hoc potest dupliciter stare.

Vno modo, quòd intra ignem sit locus puerorum, & tota illa magnitudo spatij occupetur, & repleatur ab igne.

Alio modo, quòd licet sit idem locus non occupetur totus ab igne, & in aliquo latere loci illius ad quod non accedat ignis, maneant pueri.

Si accipiatur primo modo erit ordo rectus quantū ad situm, vt aliqui distinguunt. Et tamen tunc manet inconueniens, scilicet quomodo in igne existentes non patiantur ab igne.

Dici poterat, quòd animæ non patiuntur ab igne naturaliter quasi alteret eas, vel vrat, sed quia cum sit instrumentum diuinæ iustitiæ habet vim continendi eas inuitas, & cum anima videt se teneri, & impediri effectum voluntatis suæ affligitur, sed ignis nō est instrumentum diuinæ iustitiæ, nisi inquantum Deus vult, & ita solum erit quantum ad illos ad quos Deus voluerit, sed non vult affligi animas puerorum, quia non peccauerunt. ergo non nocebit eis ignis, licet in medio ignis sint.

Sed obijcietur, quòd istud poterat stare ante diem iudicij, sed postea non: nam ante iudicium animæ solutæ sunt corporibus, & in illas non agit ignis naturaliter, post iudicium vero erit homo totus, & in homi-

nem agit ille ignis naturaliter, ideo si paruuli post resurrectionem fuerint in igne damnatorum, non videtur quomodo non patiantur ab igne.

Dici potest, quòd non patiēntur ab igne, licet in igne sint, quia ignis quāuis naturaliter habeat, quòd affligere possit, non operabitur ibi, nisi vt instrumentum diuinæ iustitiæ. Et apparet, quia idem ignis afliget magis quosdam damnatos quam alios, non secundum dispositionem ipsorum, sed secundum peccatorum differentiam, quia alias redderetur iniusta vindicta, & tamen pueri nihil peccauerunt. ergo cum nihil puniendum in eis inueniat ille ignis inferni, etiā si in medio ignis ponātur, nullo modo affligentur, id-est non vrentur, neque alterabuntur, quod omnibus competet in illo statu, quia nihil erit corruptibile tūc, vt supra ostensum est. neque etiam patiētur spiritualiter, idest intentionaliter recipiendo speciem caloris in sensu tactus, quia ista receptio est afflictiua, cum iste erit modus quo punientur damnati causando dolorem in sensu sine alteratione naturali. vnde sine vlla passione poterunt manere pueri illi in igne.

Alius tamen modus est quo nō oporteat poni istas difficultares, scilicet, quòd Lymbus sit quædam pars magna illius concauitatis inferni plena tenebris, ad quam tamen ignis non pertingit, ideo ibi manentes non poterunt pati ab igne.

Sed obijcietur, quòd semper manet difficultas, qa si non sint in igne erunt circa soliditatem terræ, immo in ipsa terra, sed terra est ibi summæ frigiditatis, cum non peruenient illuc radij astrorū ad calefaciendum. vnde dicitur, quòd prę magnitudine frigoris terræ circunstantis ipse ignis inferni confortabitur congregata virtute eius, ideo si pueri non fuerint in igne erūt in summa frigiditate, sed illa afflictiua valde est, & mortificat. ergo manebit idem inconueniens, scilicet quomodo pueri non patiantur a frigore terræ.

Dicendum, quòd verum est illam frigiditatem tātam esse, vt quicunque ibi maneret statim morerentur, & tamen tunc non morientur, quia non poterit esse aliqua actio corruptiua, cum generaliter cessauerit status corruptionis: vnde & quicquid viuens poneretur tūc in igne, vel frigore, nō lęderetur ab igne, quia non esset caliditas illa, vel frigiditas corruptiua harmoniæ in qua consistit vita.

Sed obijcietur, quòd licet frigiditas non occideret, affligeret tamen, quia ageret intentionaliter, licet nō naturaliter, sicut damnati affliguntur ab igne, vt dictum est.

Dicunt aliqui, quòd sicut calor agit, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, ita & frigiditas, sed ignis inæqualiter punit eos qui inæqualiter peccauerūt, ergo si esset ibi aliquis qui nihil peccassēt non puniretur per illum ignem, ita de frigiditate cū non peccauerint pueri illi In aliquo, vt puniri debeant sensitiue, non ager frigiditas illa in eos.

Aliter autem, & melius dici debet, quòd frigiditas nullo modo poterit agere in corpora puerorum, & ideo non oportet esse miraculū aliquod, neque quòd frigiditas agat, vt instrnmentum diuinæ iustitiæ, quia etiam si agat quantum potuerit non poterit affligere pueros. & ratio est, quia ad hoc, quòd damnati, qui non possunt pati ab igne naturaliter corruptionē propter conditionem illius status, possint pati sensitiue est operatio quędam Dei, cū alias non posset ille ignis operari, sed hic non erit necessāria, neque conueniēs operatio Dei contra pueros per frigiditatem, ideo nō vtetur ea, vt instrumento suo, & sic illa non poterit agere aliquid contra pueros. Patet antecedens, quia istæ operationes duæ sunt simul secundum naturam in re

in re illa quæ susceptiua est ambarum, scilicet alterari naturaliter, & sensitiue, quando res quæ sentitur potest naturaliter alterare. cum ergo ex conditione status illius tollatur alteratio quæ est corruptiua, tollet̃ur etiam immutatio sensitiua afflictiua, licet nō tollatur immutatio sensitiua simplex quæ est sine afflictione, vt videre, & audire solum, quæcunque tamen istorum duorum modorum assignatio Lymbi puerorum est satis conueniens: Lymbus autem ex nomine suo extremitatem signat. sicut Lymbū vestis vocamus oram eius, ideſt extremitatem, quasi sit pars illa puerorum locus quidam ad quandam extremitatem illius capacitatis inferni.

Responsio ad quintam rationem positam vbi supra.
Quæst. DXXIX.

AD quintum dicendum, quòd licet pueri teneantur pro solo originali, qui autem sunt in Purgatorio teneantur pro actuali, non sequitur, quòd sit alius locus, quod videtur niti argumentum, quasi sit grauior actus eorum qui actualiter peccauerunt, sed non est verum, quia licet peccatum actuale mortale sit peius quam originale, tamen in existētibus in Purgatorio non est peccatum mortale, sed obligatio ad quandam partem satisfactionis, vel pęnæ pro peccato mortali, quod in viuente per pęnitentiam deletum est quantum ad maculam. Vel potest dici, quòd non est simpliciter peius actuale quam originale, quia originale semper est mortale, actuale vero aliquando est non mortale, sicut venialia.

Aliter potest dici, q̃ licet essent inæquales in peccato pueri existentes in Lymbo, & existentes in Purgatorio, non est inconueniens manere in eodem loco, sicut in eodem carcere tenentur homines diuersis, & inæqualibus peccatis grauati, sed differt in cruciatu, vel catenis, quia grauiora sustinet vincula qui grauius peccauit, ita poterit esse, quòd pueri, & existētes in Purgatorio sint in eodem loco, & tamē sint diuersæ pęnæ eorum, ideſt pueri solum in damno, ideſt priuatione gloriæ, qui autem in Purgatorio ab igne puniuntur, & etiam in damno priuationis gloriæ. Damnatis respectu puerorum qui in Lymbo sunt potest dici idem, scilicet, quòd sit idem locus, licet sint inæqualium demeritorum, cum in eodem loco possint inferri pęnæ inæquales, & dissimiles.

Aliter etiam potest dici, quòd Infernus damnatorum, & Lymbus puerorum sunt contigua, vel continua, non tamen sunt idem locus totaliter, vt ostēsum est præcedenti quęst. maxime si ponatur ignis non esse in Lymbo, sed quòd sit ad quandam extremitatem Inferni.

Ad sextum dicendum, quòd Lymbus, & purgatorium sunt idem locus. & non obstat, quòd in Lymbo sunt damnati, & in Purgatorio beati, quia in eodem loco possunt esse boni, & mali, sicut hic sunt mixti boni, & mali.

Aliter, & melius qui in Purgatorio manent non sunt beati, sed erunt, ideo quandiu nō sunt beati possunt manere cum eis qui in Lymbo sunt, cū vero effecti fuerint beati non erunt cum eis, sed erunt in cęlo empyreo, licet non est inconueniens beatos actualiter manere in inferno, quia sic factum est in morte Christi quando ipse descendit ad inferos: nam anima sua beata erat, & omnes qui erāt in Sinu Abrahę fuerunt beati videntes clare diuinam essentiam ex tunc quando Christus descendit ad inferos, & mansit ibi cum eis, & infœlicitas inferorum non turbabat istorum gloriam perfectam.

Aliter etiam potest dici, sicut supra, quòd coniuncta sunt hæc loca, ideſt Lymbus, & Purgatorium, sed non sunt vnus locus.

Ad septimum dicendum, quòd non obstat, quia licet quidam maneant in loco semper, & alij ad tempus non mutatur conditio loci. potest tamen esse idē locus in quo aliqui maneant, & alij recedāt, locus tamen continere semper poterat si illi semper ibi manerent, quia non desinit esse locus, sed qui in Purgatorio sunt cessant ibi esse, qui autem in Lymbo sunt nunquam inde recedunt, sed nihilominus potest esse idem locus numero. & tamen dicendum (sicut supra) quòd non sunt idem locus omnino, sed per continuitatem, vel contiguitatem.

Ad octauum dicēdum, quòd Sinus Abrahæ est eodem modo idem cum alijs tribus, sicut de aliorū identitate inter se dictum est, scilicet per continuitatem, vel contiguitatem.

Cum autem dicitur, quòd in alijs erat pœna sensus, vel damni, & in illo non. dicendum, quòd isto modo planum est non esse inconueniens, cū non sit idē locus, sed sit quędam contiguitas, & cuilibet loco potest competere suus status.

Aliter potest dici, quòd etiam si esset idem locus cum alijs non esset inconueniens: nam pœna damni non est respectu loci, sed personarum, cum non sit illa pœna ab aliquo positiuo quod est in loco, & ideo in eodē loco erit aliquis priuatus aliqua re, & aliquis eam habens. pęna autem sensus magis respicit locū, quia non potest esse, nisi ab aliquo quod habet vim lędendi, & est in loco, ideo affligit existentes in loco. Et tūc videbatur difficultas quomodo idem locus sit in quo aliqui habeant pęnam sensus, & alij non.

Sed dicendum, quòd hoc satis conuenienter stat, quia pęna illa sensus est ab igne, ignis autem non potest agere naturaliter in animam, sed solum, vt instrumentum diuinæ iustitiæ detinendo eam inuitam, cū ergo animæ sanctorū quæ erant in Lymbo nihil mali meruissent, non faceret Deus eas pati ab igne tanquam a suo instrumento, dādo ei vim contra animas, ipse autem ignis naturaliter non posset contra illas, ideo animæ sanctorum etiam si in igne existerent nō paterētur aliquid ab eo: corpora autem non erant in igne illo, quia status Sinus Abrahæ non durauit, nisi vsque ad mortem Christi, qui fuit ante resurrectionē generalem quæ nondum est, in qua resumentur corpora, ideo solæ animæ fuerunt ibi, sed in animas non poterat facere ignis aliquid, ideo etiam si esset idem locus cum inferno non esset inconueniens. & tamen dicendum est, quòd licet coniunctus locus esset inferno, non tamen erat idem.

Ad nonum dicēdum, quòd possunt esse in eodem loco sancti, & peccatores, neque istud repugnabit cū interdum sic accidat. Repugnaret autem si esset aliqua qualitas in loco, quæ bonitati, aut malitiæ morali obuiaret, sed nulla talis est.

Sed dicetur, quòd repugnat ex parte diuinæ prouidentiæ, vel rectæ ordinationis, quòd in eodem loco ponantur boni, & mali, quia non competunt eis eadem.

Dicendum, quòd si existētibus in eodem loco necessario accideret eadem qualitas, non deberent esse boni, & mali in eodem loco, cū mali pœna digni sint, & boni nulla pœna, & locus in quo mali ponūtur debeat esse pœnalis. & sequeretur hoc dato pœna in bonis, sed non debet dari pœna bonis, ergo non deberēt esse tunc in loco vno, sed possunt simul in eodem loco manere homines diuersarum qualitatum, & statuum, ita vt quidam in pęna sint, & alij in iocū ditate,

ideo

ideo non repugnat secundum prouidentiam Dei ad tempus saltem bonos, & malos in eodem loco esse.

Ad decimum dicendum, quòd quantum ad vltimam dispositionem de re non ponuntur boni, & mali in eodem loco, & tamen ad tempus nondum completa dispositione de eis possunt simul poni, sicut & nunc secundum diuinam prouideutiam manent boni, & mali mixti in hoc seculo, non facta differentia inter eos in honore, & statu: immo aliquando Deus malis tribuit hęc maiora, ideſt statũ, & honorem, sed in fine non erit sic. nunc tamen nondum est completa dispositio de eis, ideo non est inconueniens sic manere: ita boni, & mali poterant apud inferos manere in eodem loco, dum tamen non paterentur eadem pœnas, & hoc per aliquod tempus, sed tandem non erant ibi mansuri, sed illi qui erant in Sinu Abrahæ transferendi erant ad cęlum empyreum, & etiam illi qui in Purgatorio.

An purgatorium sit vnus locus specialis, vel purgetur vnusquisque in loco in quo peccauit.

Quæst. DXXX.

CIRCA purgatorium autem dicebant aliqui non esse vnum locum, sed quòd puniretur quilibet vbi peccauerat.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia purgatio fit per ignem, vt patet primo Corinth. tertio capitulo, scilicet, quale opus fuerit cuiusque ignis probabit. & tamen non est ignis in quocunque loco in quo possit anima purgari, ergo non purgantur animę vbi peccauerunt.

Sed forte aliquis dicet, quòd anima purgãda quocunque vadat portat secum ignem quo torquetur, sicut dictum est supra de animabus damnatorum, & de dæmonibus.

Dicendum, quòd non stat. primo, quia falsum est, quòd anima aliquem ignem secum portet, quia neque dæmones, neque animæ quando sunt extra inferos, ferunt secum aliquem ignem, vt quæstione 463. dictum est, ergo multominus animæ purgandæ.

Secundo, quia animæ extra infernum torquentur ab igne inquantum sunt ei alligatæ, scilicet teneri se sciunt, & statim ad illum reducentur ad quod oportet dari determinatum ignem, ad quem habeant talem alligationem, quia ignis in vniuersali nõ torquet neque detinet aliquem. ille autem ignis erit animas purgandas affligens, & erit determinatus, ergo a determinato igne torquentur animæ purgandæ,

Tertio quia si aliquis talis ignis detur, ille erit locus regularis purgationis, & locus in quo fuerit ignis ille erit locus purgatorij, sicut cum animæ damnatorum exeunt aliquando de inferno puniuntur ab igne inferni, vt apprehenso, & manet eis infernus, vt locus determinatus pœnæ, ita & ille ignis a quo purgabuntur animæ tanquam apprehenso faciet eas determinari ad certum locum purgationis.

Secundo quantum ad principale, quia non videtur, quòd possit quis puniri vbicunque peccauit, quia peccauit quis in multis locis, ideo deberet simul in omnibus puniri. quod non est possibile. si autem successiue debeat puniri in omnibus non conuenit, quia tunc pœna illorum qui in purgatorio sunt aliquando efficeretur minor, & rursus maior, & iterum minor secundum conditionem peccatorum illorum quę in varijs locis commiserunt, & tamen pœna purgatoria videtur esse regularis respectu vnius, & eiusdem ad seipsum, ideo non punitur in varijs locis, ideſt in quolibet in quo peccauit.

Tertio, quia nõ videtur hoc possibile, quia qui punitur purgatorie doluit viuens de omnibus peccatis, & aliq̃ partem satisfactionis egit pro illis, & cum quis viuens satisfacit per opera bona non satisfacit specialiter pro vno peccato, aut pro alio, sed pro omnibus peccatis debetur quædam mensura satisfactionis quę sit velut quędam massa, & de tota illa detrahitur quędam quãtitas satisfactionis competens cuilibet operi satisfactorio, ita animabus purgandis respondet determinata quantitas pœnæ pro omnibus peccatis, cũ non fuerit a viuente tota mensura satisfactionis impleta, & in illa mensura pœnæ non distinguitur quid pro vno peccato, & quid pro alio respondeat, ideo consequenter, nec debet tolerari pars pœnæ illius in vno loco, & pars in alio.

Quarto, quia ponentes purgationem fieri vbicunque peccatum commissum fuit, ponunt rem sine causa: nam locus parum facit ad peccatum, cum sit circunstantia extrinseca, & raro aggrauat, ideo non est causa sufficiens, vt determinate in ipso loco delicti fiat punitio: nam neque leges humanæ hoc faciunt, quia non puniunt hominem determinate in loco in quo deliquit, sicut fur occiditur in loco patibuli, licet in patibulo, vel patibuli loco furtum non commiserit, sed alibi.

Quinto, quia si purgarentur animæ saluandorum in locis in quibus peccauerunt, eadem ratione punirentur animæ damnatorum in locis in quibus peccauerunt, sed non puniuntur cum sit determinatus locus inferni, ergo neque purgabuntur animæ in locis in quibus peccauerunt, sed erit locus aliquis determinatus punitionis.

An purgatorium sit supra nos in aere caliginoso.

Quæst. DXXXI.

CVM vero dicebatur, quod erat locus purgatorius supra nos in aere caliginoso.

Dicendum, quòd non stat. Primo, quia (vt dictum fuit) purgatio fit in igne, sed in aere caliginoso non est ignis, sed frigus. ergo non fit ibi purgatio animarum.

Secundo, quia dignior locus erat Sinus Abrahæ quam Purgatorium, cum in Purgatorio esset pœna damni, & sensus. Sinus autem Abrahæ non dabatur, vt locus alicuius pœnę. Etiam quia in Sinu Abrahę erant viri sancti, qui neque peccatum aliquod veniale habebant, neque alicuius satisfactionis onere pro mortali tenebantur, in Purgatorio autem vtrunque erat, & tamen Sinus Abrahæ est in partibus inferioribus terræ, cum Christus descendens illuc dicatur descẽdisse ad inferos, vt patet in symbolo. ergo a fortiori purgatorius locus erit sub terra, & non in aere qui est locus excellentior.

Tertio, quia Gregorius dicit esse eundem ignem infernalem, & purgatorij, scilicet, sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ita in eodem igne peccator cruciatur, & electus purgatur, sed ignis inferni est sub terra, ergo necesse est purgatorium sub terra esse.

Quarto, quia nulla ratio mouet ad hoc, quòd ponatur in aere caliginoso, ideo ponendus est locus ille vbi ponuntur alia loca animarum nondum beatarum.

Quinto, quia locus purgatorius est ad pœnam pro peccato

peccato sustinendam, & est locus tristis, sed inferiora loca & obscura sunt tristia, & hoc facit obscuritas & inferioritas in locis quod tristitia in spiritib. ideo cum spiritus qui purgantur adhuc in tristitia sint, debet esse locus purgatorius obscurus & inferior. non est autem talis aer caliginosus, quia locus superior est. Etiam nõ est obscurus, quia licet aliquando sit nubilosus interdum serenus est, ideo conuenit locus ille sub terra qui æternas habet tenebras.

Ad rationem autem cum isti dicebant, quod qui purgantur medij sunt inter nos & beatos in statu, & cętera.

Dicendum, quod quãtum ad statum viatores sunt cum nondũ sint in suo vltimo, appropinquant tamen ad terminum magis quam nos propter suam certitudinem. verum tamen in eo q̃ purgantur inferiores nobis sunt. nam non sunt in Purgatorio pro conditione status, sed pro peccati reliquijs, pro quibus non satisfecerunt, sed quãtum ad hoc nos sumus superiores qui possumus esse sine onere satisfactionis, aut saltem possumus satisfacere sine pœna inflicta ab extra per propriam operationem, ideo cum nobis sint inferiores quantum ad id de quo purgantur, debent esse in loco inferiori quam nos simus. Item quia propinquiores sunt ad beatitudinẽ qui erant in Sinu Abrahę, quam qui in Purgatorio, cum illi essent certi de beatitudine & nullam pœnam haberent, & tamen illi non erant in aere sed sub terra vt ostensum est. ergo purgatorius locus sub terra erit.

Dicendum igitur q̃ aut Purgatorius locus consideratur de lege communi, vel de dispensatione speciali Dei. Accipiendo primo modo est locus in concauitate terræ iuxta centrum, & est circa loeum damnatorum, ita vt idem ignis vrrosque cruciet. i. damnatos & purgãdos, & vocatur generali nomine infernus. sicut omnes prędictę quatuor partes vocantur inferi, & hoc modo Christus dicitur descendisse ad inferos, quasi dicat non ad vnam tantum partem illarum sed ad omnes, scilicet quod per hoc q̃ coniunctę erant descendendo ad vnam censebatur descendere ad omnes, & vocantur omnes illæ inferi, quia infra nos sunt in profundo terrę.

Si autem accipiatur ex speciali Dei dispensatione. Dicendũ q̃ non est vnicus locus Purgatorius sed multa loca, cum inueniamus in diuersis puniri animas, & fit hoc ad eruditionem nostram. s. vt nos videntes earum pœnas arceamur a peccatis, & satisfaciamus hic de illis quæ commiserimus.

Etiam fit ad vtilitatem ipsarum animarum quæ puniuntur, & hoc præcipue si enarrant pœnas suas, & dicunt, quę suffragia nostra sint eis vtilia, & sic adiuuantur a nobis ad hoc quòd citius liberentur de pœnis.

Sciẽdum etiam quòd animę quę ex dispensatione puniuntur extra locum Purgatorium non purgantur determinate in locis in quibus peccauerunt, quasi vbicunque peccauerint puniantur, sed accidit puniri eas interdũ in loco aliquo in quo peccauerint, interdum autem foris, sicut magis opportunum est ad manifestationem ipsarum.

Et patet hoc, quia ista dispensatio punitionis extra locum purgatorium fit ad vtilitatem ipsarum animarum & ad nostram eruditionem, ideo fiet punitio in illis locis quę magis cõueniunt ad istam eruditionem & vtilitatem, sed interdum quis peccauit in tali loco in quo si puniatur nulli apparebit, neque eruditur quis ex illo, neque ipse vtilitatem suffragiorum consequitur, ideo oportet, quòd puniatur in alio loco in quo possit apertius se manifestare ad prædicta. ideo interdum in locis in quibus peccauerunt puniuntur, interdum non, & cum in loco ipso peccati puniuntur hoc ideo fit, vt cum apparuerint reuelent peccatum, quod ibi commiserunt, & ex illo sit fortassis abundantior eruditio, si tamen peccatum, quod quis commisit in loco non sit reuelandum, non oportet, quòd anima potius patiatur in loco peccati, quam alibi.

De loco vbi Abrahæ Sinus situs sit.

Quæst. DXXXII.

CIRCA Sinum Abrahę aliqui dicebãt supra quęstione 521. quòd non esset circa infernũ damnatorum, quia Christus dixit chaos magnum firmatum esse. dicendum, quòd iuxta infernum damnatorum est Sinus Abrahæ, quia omnes prædictę quatuor partes sunt intra illam magnam concauitatem terræ, quæ est circa centrum, & sunt omnes illæ vnus locus per contiguitatem, vel continuitatem.

De chaos autem firmato dicendum, quòd non est distantia inter loca illa, sed obstaculum prohibens transitum, sicut inter domos coniunctas sunt fortes materię, quæ vetant mutuum transitum, licet contigua sint ędificia.

Et apparet ex modo loquendi, quòd non signetur ibi distantia aliqua, sed obstaculum medium, nam dicitur Lucæ 16. ex verbis Abrahæ, & in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, vt hi, qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare. istud autem chaos prohibens non erat aliquid corporale, quia corporalia non possunt impedire transitum animarum, sed erat spirituale aliquid, scilicet Dei dispositio, & diuersitas status, erat enim lex ęterna Dei, vt damnatus non possit saluari, & saluus non possit dãnari, sed transire de Sinu Abrahę in locum tormentorum erat transire de beatitudine in damnationem, & e contrario, ideo neque erat possibile ire, neque redire.

Etiam ad consolandum diuitem non erat possibile, quòd transiret Lazarus, sicut diues petebat, quia sicut lege æterna vetitum est damnatos saluari, & iam saluos damnari, ita & damnatis determinate manentibus apud inferos interdicta est omnis consolatio a spiritibus beatorum, & hoc erat magnum chaos, quod firmatum erat in medio, vt non posset Lazarus transire ad refrigerandum linguam diuitis, & non significabatur distantia magna localis.

Sed obijcietur, quòd Christus ostenderit multum distare loca ista, quia Lucæ 16. capitulo dixit diues sepultus est in inferno, eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham de longe & Lazarum in Sinu eius, & ipse clamans dixit, pater Abraham, &cęt. ergo longe erat Sinus Abrahæ a loco inferni.

Dici potest vno modo, quòd ista longinquitas vel distantia non tantum refertur ad locum quantum ad statum, quia in Sinu Abrahæ erat consolatio, in inferno autem erãt tormenta, vt patet eodem capitulo, scilicet eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, & rursus, recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem similiter mala: nunc autem iste consolatur, tu vero cruciaris, & tamen ista maxime distant, scilicet, consolatio, & cruciatus.

Secundo potest dici, quòd etiam si non solum parum distarent, sed etiam si essent idem locus infernus damnatorum, & Sinus Abrahę, poterat vnus, ideſt diues longe esse a Lazaro, sicut una ciuitas, est vnus locus communis omnium habitantium in ea, & tamen intra illam distat, vnus ciuis ab alio. Ita cum ibi essent multi in inferno damnatorum,

& multi in Sinu Abrahæ poterat valde distare Lazarus a diuite.

Tertio potest dici quod ista quidem erat aliqua distantia inter Lazarum & diuitem, sed non magna. nã diues poterat loqui ad Abraham, & Abraham ad Lazarum, sed si significaretur inter eos valde magna distantia non introducerentur loquentes, erat ergo parua. non tamen erant coniuncti, quia tunc non diceretur diues clamans sed loquens, & tamen clamans dicitur. vt cum dicitur quod vidit Abraham de longe.

Dicendum ꝙ longe & prope respectiue dicuntur, & quod ad vnam rem est prope, ad aliam est longe. vnde aliquãdo spatium decem pedum vocabitur longe, & interdum distantia duarum leucarum dicetur prope, & ita quantumcunque paruum spatium poterat dici longe.

Quarto potest dici, quòd vere erat longe, quia aliquanta distantia erat non solum inter Lazarum & diuitem, sed etiam inter infernum & Sinum Abrahæ. Et ratio est quia licet omnes istæ quatuor partes vel sinus sint quidam locus continuus, tamen accipiendo vnam partem respectu alterius est distantia inter illas. nam infernus damnatorum, est inferior, & Sinus Abrahæ non est coniunctus illi, sed mediat locus purgatorius, ideo extremitas inferni & Sinus Abrahę inter se distant. vnde conuenienter potuit dicere Christus ꝙ diues vidit longe Lazarum in Sinu Abrahæ.

Quomodo hæ quatuor partes, seu loca inferni ordinantur inter se quoad Situm. Quæst. DXXXIII.

CVM vero dictum sit de his quatuor locis, vel partibus eiusdem loci continui, videndum est nunc de habitudinem istorum quantum ad Situm.

Dicendum, ꝙ aliqui ordinant ista loca secundum sub & supra. & dicunt quòd infernus damnatorũ est locus infimus omniũ, & supra hunc est Lymbus puerorum, & supra illum est purgatorius locus, & supra illum Sinus Abrahæ. Sic dicit Beatus Thomas de Aquino. 3. sent. d. 21. q. quadruplex est infernus. Vnus est damnatorum in quo sunt tenebræ quantum ad carentiam gratiæ, & est ibi pœna sensibilis. & iste est locus damnatorum. Alius est infernus supra istũ in quo sũt tenebrę quantum ad carentiã diuinæ visionis, & quantum ad carentiam gratiæ, sicut in precedenti inferno, sed non est ibi pœna sensibilis, & dicitur Lymbus puerorum. Alius est supra hunc in quo sunt tenebrę quãtum ad carentiam diuinæ visionis, sed non quantum ad carentiam gratiæ, & non est ibi pœna sensus, & dicitur purgatorium.

Alius est supra hunc in quo est tenebra quantũ ad carentiam diuinæ visionis, sed non quantum ad carentiam gratiæ, & non est ibi pœna sensibilis, & iste est infernus Sanctorum Patrum.

Est autem dicendum quòd ista assignatio locorum quantum ad sitũ non colligitur ex sacra scriptura, quę de eis non loquitur, sed ex ratione aliqualiter colligitur. nam constat ex supra positis omnia hæc loca poni infra terram in quadam eius concauitate iuxta centrum, & ideo ex ratione qua ponuntur hæc infra terram apparet ordo ipsorum. spiritus enim soluti corpore si sunt extra vitam ęternam sunt necessario tristes, ideo cõpetit eis locus tristis, ideo omnes spiritus qui non sunt in cęlo Empyreo debebant esse infra terram. Et hoc duabus rationibus.

Prima quia fere omnes spiritus soluti corporibus, qui non sunt in vita ętterna sunt in aliquo peccato, & pro peccato puniuntur, sed peccatum facit rem minimi valoris, ideo debet esse in loco minimi valoris. Iste autem est locus infimus, ideo omnes animæ quę sunt in pœna debent esse infra terram, cum in peccato vel obligatione pro peccato adhuc maneant, ideo infernus damnatorum, & Purgatorium & Lymbus puerorum debebant esse infra terram.

Secunda causa est tristitia, quia quod in corporibus est pondus hoc in spiritib. est tristitia, sed pondus constituit rem in loco inferiori, ideo & tristitia idem faciet, sed omnis spiritus solutus a corpore siue sit ī peccato siue non, dũtamen non sit in vita ęterna, est necessario tristis, ideo erit in loco inferiori, scilicet sub terra, & sic etiam spiritus sanctorum qui erant in sinu Abrahę necesse erat vt sub terra essent. nam cum non essent in vita ęterna necesse erat quod haberent quandam tristitiam, & talibus competit inferior locus, scilicet sub terra. generaliter ergo omnis anima quæ nõ est in vita ęterna post separationem a corpore est sub terra. Dato hoc apparet ratio ordinis inter loca ista, quia necesse est quod infernus damnatorum sit inferior omnibus his locis.

Et prima ratio est quia cum peccatum faciat rem esse infra, quanto peccatum maius fuerit tanto erit res inferior, sed nullum peccatum est maius quam damnatorum, qui sunt in peccato mortali actuali, ergo illi sunt inferiores. nam qui in Lymbo sunt solum habẽt Originale, ꝙ licet sit mortale, quia tamen, non est actuale minus est, qui autẽ in Purgatorio non sunt in peccato mortali, sed in solo actuali, vel in sola obligatione tolerandi pœnam pro satisfactione incompleta.

Secunda est quia quanto aliquis spiritus, est tristior tanto est in loco inferiori, quia vero nulla est maior tristitia quam illa quam habent damnati, cum habeãt pœnam duplicis carentię. s. gratiæ, & glorię, & pœnam sensus, cęteri autem minora mala habent vt patet ex dictis, ideo illi erunt in loco inferiori.

Supra hunc dicitur esse Lymbus puerorum iuxta præcedentem assignationem. Et ratio huius est quia post damnatos nullum est maius peccatum, quia eorum qui sunt in Purgatorio non est peccatum mortale actuale, sed vel nullum est, vel est solum veniale. eorum autem qui in Lymbo sanctorum nullum est peccatum, ideo erunt pueri in Lymbo & infra Purgatorium, & consequenter immediate supra infernum damnatorum.

Secundo quia pueri qui sunt in Lymbo sunt tristiores. nam tam qui in Purgatorio sunt quam qui in Sinu Abrahæ habent gratiam, & expectant, aut expectabant gloriam. qui vero in Lymbo in æternum damnati sunt, ideo tristiores sunt, & sic inferior locus eis competit.

Sed tunc obijcietur, cum ponatur Lymbus puerorum supra infernum damnatorum, & infra Purgatorium, necesse est ꝙ sit ignis in Lymbo. nam ipse ignis qui est in inferno est in Purgatorio, & ita continuatur de vno ad alterum, sed Lymbus puerorum est in medio amborũ, ergo ignis inferni erit in Lymbo, & tunc manebit difficultas quomodo non sit pœna sensus in Lymbo cum sit ibi ignis qui affligit sensiue.

Dicendum quod Lymbus puerorum potest dupliciter poni. Vno modo, vt sit secundum ordinem Situs supra infernum damnatorum inter eum, & purgatorium.

Alio modo vt sit ad latus inferni damnatorum, & quasi ęqualis ei in situ, sed aliquo modo superior erit, quia infernus damnatorum putatur esse in centro, vel centrum tenere, & ideo ad quamcunque partem sit Lymbus puerorũ erit superior inferno. Si aũt ponerimus Lymbum quasi ad latus, non erit ignis in eo, & tolletur hoc inconueniens. Si autem fuerit directe supra positus, erit ignis in eo sicut est in purgatorio. Sed dicetur

dicetur quod ignis non affligit ibi puerorum animas nunc, nec affliget ipsos pueros post resurrectionem ibi existẽtes. ratio autem & modus possibilitatis ostenditur sup.

De Purgatorio ratio est ꝙ sit statim supra Lymbũ puerorum & infra Sinum Abrahæ: quia peccatum eorum qui in Purgatorio sunt minus est peccato illorũ, qui in Lymbo, quia in Lymbo sunt pueri in peccato mortali, in Purgatorio autem nullus est in mortali, sed in veniali aut nullo. debent autem esse sub illis qui sunt in Sinu Abrahę: quia in nullo habent illi peccatum, ideo sub nullo esse debent, & tamen ad istos pertingit ignis inferni, quia isti habent pœnam sensus.

De Sinu Abrahę ex rationibus supra positis appareret quod sit in parte suprema istorum locorum, quia qui ibi sunt in nullo peccato sunt, neque in onere alicuius satisfactionis inexpletę. in alijs autem locis sunt in peccato, aut saltem in obligatione pœnę, ideo locus iste est sublimior, & ad locum illum non pertingit ignis, & tamen licet pertingeret in nullo noceret sicut dictum est supr. de Lymbo si ponatur ibi ignis. sunt tamen tenebræ corporales ibi, quia non peruenit illuc aliquod lumen.

Etiam quia sic conueniebat animabus ibi existentibus. s. esse in loco tristi, cum nondum habentes visionem Dei necesse erat vt tristitiam haberent, quia illa carebant, & istam habitudinem ostendit Christus aliquo modo. nam dicitur Luc. 16. ꝙ diues mortuus est & sepultus in infernum, Lazarus vero ab Angelis portatus est in Sinum Abrahæ, & dicitur ꝙ diues eleuans oculos suos cum esset in tormẽtis vidit Abraham de longe, & Lazarum in sinu eius. ergo cum ad videndũ Lazarum in Sinu Abrahæ debuerit eleuare oculos, oportebat ꝙ Sinus Abrahæ esset supra sinum damnatorum in quo erat diues.

An præcipua conditio ignis inferni est quod sit perpetuus, uel æternus. Quæst. DXXXIIII.

CVM autem dictum sit de his, quatuor partibus inferorum, est nunc redeundum ad singulas ipsarum. est autem prima infernus dãnatorum, & licet omnes istę partes vocẽtur inferi vel inferni, vel iuxta illud ad Phili. 2. c. cęlestiũ, terrestrium, & infernorum. & illud, descendit ad inferos. tamen absolute loquendo, & singulariter locus damnatorum vocatur infernus. vnde & interdum ipsum vocamus infernum quasi aliæ tres partes nõ sint inferni. sic dixit Christus Luc. 16. quod mortuus est diues & sepultus in infernum, Lazarus autem portatus, est ab Angelis in Sinum Abrahæ. & sic Sinũ Abrahæ non vocauit infernum, & locum damnatorum solum vocauit infernum.

De hac ergo parte præcipua considerandum est, quantum ad pœnas eius, & quia in inferno aut est sola pœna ignis, aut est præcipua. Dicendum est prius de igne inferni. Et est id dubium de conditione ignis inferni.

Dicendum primo quod conditio ignis inferni, est quòd sit perpetuus vel æternus. Sic enim Christus dixit supra in litera, ite maledicti in ignem ęternum. Et vocatur æternus, id est perpetuus, scilicet qui nũquam finietur, & ideo sicut nunquam finietur ignis, ita nunquam morientur damnati qui in eo sunt, & pœna nũquam cessabit. sic dī Psal. 80. inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in ęcula, i. semper. vocatur tempus eorum tempus durationis ad pœnam, & sunt inimici Dei ipsi damnati, quia si aliqui possunt dici inimici Dei, illi potius quã alij dicentur, quia sunt magis elongati ab eo.

Causa autem quare duret ignis ille semper, est vt semper puniantur damnati. modus autem quo durat est vel conditio materiæ, vel elongatio a contrarietate actionis quæ est corruptiua, vel voluntas Dei, cum sit instrumentum diuinę iustitię, vel quia locus ille effectus est naturalis ignis, scilicet data ei qualitate conseruatiua, quæ est in sphęra ignis, secundum quam est locus ille naturalis igni, de quibus modis supra dictũ est.

An ignis inferni sit unus uel multi. Quæst. DXXXV.

SED est dubiũ de illo igne an sit vnus vel multi. Aliqui putant, quod quilibet ardet in igne suo, cum non sit eadem pœna omnium sed inæqualis.

Dicendum, ꝙ vnus ignis est per continuitatem in tota regione damnatorum, immo etiam in Purgatorio est ipse idem ignis qui est in inferno damnatorũ, & vbique est æqualis vigoris, & ardoris, & materia eiusdem conditionis est, in qua est totus ignis, scilicet sulphur, & pix.

Sed dicetur, quomodo damnatorum sunt pœnæ ęquales, & inęquales cum ignis idem sit. Aliqui dicũt hoc prouenire ex eo, ꝙ illius ignis est actio spiritualis per intentionem speciei facientis sentiri dolorem, & non vrentis, neque calefacientis.

Dicendũ ꝙ non stat quia quęcunque sit actio ignis ꝙ illa sit inæqualis ad diuersos non inæqualiter dispositos naturaliter, cum ignis idem & æqualis semper sit admirandum est.

Est ergo dicendum quod prouenit hoc ex dirigente ignem in actione. operatur enim vt est instrumentum diuinę iustitiæ. Deus autem inæqualiter peccantibus inæquales pœnas tribuit, ideo sic dirigit ignem, vt ab eodem ęqualiter ardente patiatur plus qui magis peccauit, & minus qui minus peccauit, & secundum proportionem peccati sit proportio pœnarum. Et hoc apparet quia ignis non poterat aliquid agere in animam separatam, quæ non alteratur, neque in materia communicat, neque sentit, sed Deus facit, vt possit pati anima ab igne velut a detinente eam, & hoc solum potest inquantum, est instrumentum diuinæ iustitię.

Cum ergo detinere non posset ignis animam quocunque modo nisi Deo agente, ita quod ex detentione sequatur parua, aut magna afflictio, siue tanta, & tanta, non prouenit nisi ex Deo dirigente, & conferente hanc vim igni ut est instrumentum suæ operationis, & hoc est quantum ad pœnam animarum separatarum. quantum vero ad pœnam damnatorum post resurrectionem, quæ est per actionem intentionalem ignis affligentis inquantum sentitur & sine corruptione, debebat esse afflictio æqualis ad omnes, cũ ignis sit æqualiter disproportionatus omnibus, sed affliguntur quidam plus, alij minus, quia Deus varie vtitur igne vt instrumento suo ad punitionem damnatorum inęqualiter peccantium.

An pœna inflicta ab igne sit semper æqualis. Quæst. DXXXVI.

ET rursus quęretur de pœna inflicta ab igne an sit semper ęqualis, vel intendatur, & remittatur.

Dicendum ꝙ nunquam intenditur neq; remittitur sed est æqualis, & rõ est quia si remitteretur siue minueretur, aut fieret hoc ex conditione patientis, aut ex cõditione ignis, aut ex intentione Dei. Non primo modo, quia patiens semper est aptũ æqualiter pati,

pati,cum sit actio non corruptiua. in actione enim naturali qua aliquid alteratur licet sit æquale agens in tota actione continua poterit patiens inæqualiter pati, eo q̃ per continuam alterationem læditur virtus sensitiua, & non manet eadem aptitudo ad sentiendum malum quod infertur: sed hic est actio intentionalis solum,& non corrumpitur,nec alteratur organum licet fiat magna afflictio, ideo manet æqualis dispositio ex parte patientis ad sustinere posse æqualem pœnam. Etiam ex parte ignis est æqualis actio, quia ille nõ minuitur,sed manet vnus & æqualis, sicut ergo vt instrumentum diuinæ actionis potest semel inferre pœnam certam poterit semper illam infligere. Ex parte etiam Dei non remittitur actio,quia hoc fieret secundum rationem quasi iam minora mereretur qui punitur, sed non est verum. nam qui in inferno punitur secũdum certum gradum pœnæ, hoc ideo sustinet quia habet certum gradum culpæ, ideo quandiu perseueraverit idem gradus culpæ & debiti, manebit eadem pœna, sed damnati licet puniantur nunquam satisfaciunt in aliquo, quia non potest quis satisfacere qui est in peccato mortali. non ergo soluũt aliquid de debito,ideo quantumcunque puniantur,semper manet obligatio ad pœnam æqualis,quasi nunquam soluere inceperit, sed quãdiu est obligatio æqualis debet esse pœna æqualis,ergo semper erit pœna damnatorum æqualis.Item si pœna damnatorum diminueretur in aliquo, necesse erat tandem totam finiri, quod falsum est, quia est æterna. Et patet hoc qa licet in duratione sit pœna illa infinita est finita in acerbitate.& quorũdã maior aliorum minor. si ergo aliquid de ista acerbitate aliquando minueretur,sicut vna die aliquid tolleretur, ita alia die æquale, & per æqualia tẽpora tollerentur æquales portiones acerbitatis,& ideo necesse erat vt aliquãdo nulla acerbitas maneret, sed non existente aliquo gradu acerbitatis non potest esse pœna aliqua, ideo desineret esse pœna illa simpliciter, & non esset æterna, non ergo remittitur aliquid de illa acerbitate, quam semel habet ipsa pœna, sed semper æqualiter patiuntur damnati.

An iustum sit puniri peccatores in inferno pro peccato temporaliter commisso, & unde proueniat ista æternitas pœnæ in eis. Quæst. DXXXVII.

QVONIAM autem dictum est de ista pœna ignis q̃ est æterna,est dubium an iustum sit puniri peccatores æternaliter in inferno pro peccato quod temporaliter commiserunt.

Aliqui dicunt q̃ non est iustum, quia pœna vt iusta sit non debet excedere delictum Deut.25.c.secũdum mẽsuram delicti erit plagarum modus sed omne peccatum commissum ab homine fuit temporale. ergo nullum punietur in æternum.

Secundo quia duorum peccatorum mortaliũ vnũ est altero grauius, ergo vnum debet grauius puniri, quam alterum, sed nulla est maior pœna æterna cum sit infinita, ergo non debebitur cuilibet peccato, sed vel nulli vel maximo,q̃ vnum tantum est, immo nulli debebitur, quia si alteri peccato deberur minor pœna non erit æterna,sed nullum peccatum est quod tantum disset ab altero in grauitate quantum finitum ab infinito, ergo si alicui peccato debetur pœna minor æterna,nulli debebitur æterna.

Tertio quia a iusto iudice non infertur pœna nisi ad correctionẽ,vnde 2. Ethicorum dī q̃ pœnę sunt quędam medicinæ,sed q̃ impij puniantur in æternum nõ est ad eorum correctionem neque aliquorum aliorũ, cum tunc non sint futuri aliqui qui per talem pœnam corrigi possint,ergo nõ dabitur pœna æterna pro peccatis. Quarto omne quod non est per se volitum nullus vult nisi propter aliquam vtilitatem,sed pœnę non sunt a Deo per se volitæ, quia Deus nõ fecit mortem, neque delectatur in pœnis, aut perditione viuorum. Sap.1.c.sed ex pœna perpetua nulla vtilitas accidere potest.ergo Deus non infert pœnam æternam.

Quinto quia nihil eorum, quę sunt per accidẽs est perpetuum,vt ostenditur.1. de Cœlo & Mundo,sed pœna est eorum quę sunt per accidens,cum sit contra naturam.ergo non potest esse perpetua.

Sexto quia iustitia Dei videtur exigere hoc vt peccatores ad nihilum redigantur: quia per ingratitudinem meretur quis accepta beneficia perdere, inter cętera beneficia maximum est esse,ergo iustũ est q̃ omnis peccator qui per ingratitudinem Deum offendit, etiam esse amittat,sed si esse perditur neq; poterit manere pœna.ergo non erit pœna æterna.

Dicendum q̃ non est dubium quin pœna damnatorum pro peccatis eorum erit æterna, quia sic Christus dixit. Ite maledicti in ignem æternum, & dicitur eriam ibunt hi in supplicium æternum. Item sicut se habet præmium ad meritum,ita se habet pœna ad culpam,sed secundum diuinam iustitiam præmium æternum debetur pro merito temporali Io.6.c. omnis qui videt Filium & credit in eum habet vitam æternam, ergo culpæ temporali debebitur secundum diuinam iustitiam pœna æterna. Sed vnde proueniat ista æternitas pœnæ est dubium.

Dicendum quòd in pœna duo considerantur, scilicet quantitas acerbitatis, & quãtitas durationis.quãtum ad primum est differentia in pœnis omnium damnatorum, quia non est vna æqualis alteri, sed aliqua, est dupla vel tripla ad alteram.quantum ad secundum est æqualitas: quia pœna cuiuslibet damnati est æterna. primę enim quantitati pœnæ, idest acerbitati respondet quantitas peccati secundum se, idest quanto fuerit grauius peccatum tanto maior est pœna,& ideo ex quocunque accipiat peccatum grauitatem erit verum generaliter, quòd quanto aliquod peccatum est grauius tanto pœna eius est acerbior, & ideo quia quidam damnati multo plura commiserunt peccata, quam alij, & maiora, erit pœna eorum apud inferos multo maior.

Vnde accipiatur æternitas pure in damnatis an ex conditione Dei,uel ex dispositione peccantis uel alias. Quæst. DXXXVIII.

DE æternitate autem pœnæ vnde accipiatur dubium est, quia in hac sunt æquales omnes damnati, cum tamen eorum peccata non sint æqualia.

Aliqui autem dicunt, quod accipitur æternitas ista ex conditione Dei contra quem peccauerunt. ille est enim dignitatis infinitæ, ideo cum mensuretur iniuria ex quantitate dignitatis eius qui illam fuscepit, vt dicitur quinto, Ethicorum, & sic magis peccat qui principem alapa percutit, quam qui percutit alium, & forte quam qui occidit alium priuatum hominem Deus autem, est infinitæ dignitatis, erit ergo pœna peccati quodammodo infinita. non potest autem esse infinita in acerbitate, erit, ergo saltem in duratione.

Sed dicendum quod licet istud habeat aliquam apparentiam,non est ista causa totalis neque simpliciter vera. non est enim verum quod ex hoc, quòd peccat homo in Deum qui est infinitus sit peccatum infinitum,quia tunc sequeretur quòd nullum peccatũ esset maius alio.nam omne peccatum est contra Deũ,quia est

est contra legem eius, & nõ potest quis peccare quin Deum offendat, hoc autem falsum est. Et in hoc redarguitur illa propositio Tullij in Paradoxis, scilicet parua inquit culpa, vt magna est,i. vna culpa non est maior alia.etiam apparet quia sacra scriptura dicit vnũ peccatum esse maius alio Deut.25.secundum mensuram delicti erit plagarum modus.

Item omnes lęges humanę, & omnes gentes hoc semper crediderunt, q̃ pro vno delicto maior pœna dari debeat quam pro alio, & hoc non est nisi quia vnum putant esse maius alio, sed si quodlibet esset infinitum, nullum esset maius alio, ergo licet sit quodlibet peccatum in Deum nullum est infinitum.Item si peccatum esset infinitum, quia est in Deum, daretur pro illa pœna infinitę acerbitatis, sed non datur, ergo non est infinitum aliquod peccatum.

Sed dicetur q̃ nõ est infinitę acerbitatis pœna, quia nulla creatura posset illam sustinere,& quia nullũ infinitum secundum magnitudinem potest dari.

Dicendum q̃ non sufficit,quia si nõ potest quis sustinere pœnam infinitę acerbitatis, deberet ergo dari cuilibet tantę acerbitatis pœna quantum sustinere posset, sed falsum est, quia quilibet damnatorum quantumcunque grauem pœnam habeat potest sustinere acerbiorem. Item daretur omnibus pœna æqualis acerbitatis,cum possint sustinere æqualiter,sed non datur. Item cum in inferno dentur pœnę iustę datur cuilibet quantum meruit,sed nulli datur maioris acerbitatis pœna quam sit illa quam sustinet.ergo nullus maiorem meruit,& sic nullus meruit pœnam infinitã, non ergo fuit peccatum infinitum licet sit in Deum.

Et ideo dicendum est q̃ licet ex conditione obiecti accipiat actus in moralibus maioritatem & minoritatem, tamen non est necesse q̃ si obiectum est infinitũ sit peccatum infinitum. sic enim est in habitib.scientificis qui distinguuntur per obiecta.nam excedunt se secundum conditionem obiectorum, tamen non est necesse q̃ tantum se excedãt habitus quantum se excedunt obiecta,quia tunc essent æquales habitus obiectis sicut habitus scięntificus de lapide & de Deo. nam non excedit habitus scientificus de Deo habitum de lapide tantum quantum excedit Deus lapidem, quia alias esset habitus de Deo æqualis Deo,idest infinitus, & falsum est. ita ergo peccatum cõtra Deum accipit ex hoc quandam grauitatem,quam non haberet si esset aliquod peccatum quod non esset contra Deum, sed nõ est infinitum neque æternum, ideo non habet ex hoc peccatum, q̃ pœna duret pro eo in æternum,s. quia contra Deum est.

Secundo dicunt aliqui, q̃ accipitur æternitas pœnę pro peccato ex dispositione peccantis, quia vt ait Augustinus 21.lib.de ciui. Dei. non respondet duratio pœnæ durationi culpę. non enim adulterium quòd in momento temporis perpetratur momentanea pœna punitur,etiam secundum leges humanas,sed respicit duratio pœnæ dispositionẽ peccantis, quandoque enim ille qui peccat in aliqua ciuitate ex ipso facto efficitur dignus, vt totaliter a communione ciuitatis repelatur,vel per exilium perpetuum vel per mortem,quandoque vero non redditur dignus, ut a societate ciuũ totaliter excludatur, & ideo vt possit esse conueniens membrum ciuitatis,pœna ei prorogatur vel breuiatur secundum quòd expedit eius correctioni,vt in ciuitate conuenienter & pacifice viuere possit,ita secũdum iustitiam diuinam aliquis ex peccato dignus redditur penitus a ciuitatis Dei consortio separari,quod fit per omne peccatum quo quis contra charitatem peccat, quæ est vinculum vniẽs ciuitatem prędictam, & ideo pro peccato mortali quod est contrarium charitati aliquis in æternum a societate sanctorũ excluśus æternę pœnę subijcitur,quia vt ait August. 21. lib. de ciuit. Dei quòd est de ciuitate ista mortali homines supplicio primæ mortis, hoc est de ciuitate illa immortali homines supplicio secundæ mortis auferre. Quod veto pœna, quam ciuitas mundana infligit non reputatur perpetua hoc est per accidens propter duo,scilicet vel quia homo ipse qui punitur non perpetuo manet vel quia ipsa ciuitas aliquandn deficit,alias enim pœnę essent perpetuę,vnde si homo exul in perpetuum maneret,pœna exilij, & seruitutis, quæ secundum legem infliguntur, in æternum manerent in eo, qui autem ita peccauit, vt non reddantur digni excludi penitus a consortio ciuitatis Dei, sicut qui peccauerunt venialiter, habebunt pœnam breuiorem, aut diuturniorem secundum, quod peccata plus, aut minus eis inhæserunt.

Tertio dicunt aliqui fieri hoc quia peccantes mortaliter peccauerunt contra bonum æternum, dũ contempserunt vitam æternam. Et hoc est quod August. dicit 21. libr. de ciuit. Dei. factus malo dignus æterno: quia illud in se peremit bonum quod esse posset æternum.

Sed dicendum, q̃ aut istud æternum contra quod peccauit homo accipitur pro Deo quem offendit,aut pro charitate contra quam egit.

Si primo modo non est verum quòd ideo est infinita pœna peccati, sicut ostensum fuit in primo modo istorum.

Si vero accipiatur pro charitate redit in præcedentem modum.

Quarto dicunt hoc fieri alij quia peccauit homo in suo æterno,& intelligũt aliqui hoc idest,quod homo peccauit contra Deũ qui est suus æternus, idest Deus suus & æternus.Sed non est iste sensus,quia diceretur tunc quod peccauit homo contra suum æternum, vel in suum æternum,& non in suo æterno, sed est sensus q̃ peccauit homo in æternum, ideo debet puniri in æternum.non autem peccauit in æternum simpliciter, cum homo non viuat in æternum, sed peccauit in suo æterno,idest in sua æternitate. homo enim est in tempore, & tempus, est quędam participatio æternitatis, quia quęlibet mentura durationis participat æternitatem quę est mensura excedẽs omnium æternorum & temporalium,& est exemplar participatum ab his. si ergo homo peccat quandiu viuit,vel in peccato vsque ad mortem manet,dicitur peccare in suo æterno, idest quandiu durat sua æternitas,& dignum est vt qui peccauit in æterno suo, quod nunc ei datum est, puniatur in æterno simpliciter.i. quandiu Deus durabit, & sic dicit Greg.li.33. Mor. ad magnam Dei iudicantis iustitiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui nunquam carere voluerunt peccato.

Si autem obijciatur, q̃ quidam peccantes mortaliter proponunt vitam suam emendare aliquando, & ita secundum hoc non essent isti digni æterno supplicio. Dicunt aliqui q̃ intelliguntur verba Hilarii de voluntate quæ manifestatur per opus.qui enim in peccatum mortale propria voluntate labitur, ponit se in statu a quo erui non potest nisi diuinitus adiutus, vnde ex hoc ipso q̃ vult peccare vult consequenter perpetuo in peccato manere.Est enim homo spiritus vadẽs & non rediens, vt dicitur Psal. 102.i. per se vadens in peccatum,& non rediens per seipsum.sicut si aliquis se in foueam proijceret vnde exire nõ posset nisi adiutus,posset dici q̃ in æternum ibi manere voluit quantumcunque aliud cogitaret.

Quinto dicunt aliqui, quod ex hoc, quod aliquis peccat mortaliter, ponit, finem suum in creatura, & quia ad finem uitæ tota uita ordinatur, ideo ex hoc ipso totam, uitam suam ordinat ad illud

peccatũ, & vellet in perpetuo peccato manere si hoc sibi posset esse impune, & hoc est quod dicit Gregor. 29. li. Mora. super illo verbo Iob 41. c. ſ. æſtimabit abyſſum quasi seneſcentem. scilicet iniqui, ideo cum fine deliquerunt quia cum fine vixerunt, voluiſſent quippe sine fine viuere, vt potuiſſent sine fine in iniquitatibus permanere. nam magis appetunt peccare quam viuere.

Sexto dicunt aliqui quod ideo pœna est æterna non quasi sit futura æterna per se, sed per accidens. ſ. quòd ipsa per se erat temporalis: sed quia nunquam satisfacere incipit qui est in peccato, efficitur æterna per accidens. Et patet, quia aliquis peccat mortaliter dum viuit, & satisfacit plene ita vt moriens statim euolet. sicut apparet de viris sanctis. nam necesse est dici istos sufficienter toleraſſe pœnam quam meruerunt, quia alias non satisfeciſſent, & tamen tolerauerunt pœnam finitam. ergo non debetur pœna æterna directe pro aliquo peccato mortali, quia si deberet nemo posset pro illo satisfacere. Item apparet manifestius, quia siquis peccat mortaliter, & dolens de peccato statim moritur, non facit aliquam satisfactionem neque tolerat aliquam pœnam pro illo peccato in vita. in morte autem punitur pro illo in Purgatorio temporaliter & illa est tota pœna eius, quia sufficienter satisfactum est, aut toleratum pro illo, quia alias non transiretur de Purgatorio ad vitam æternam. ergo tota pœna debita pro peccato quolibet mortali est finita per se, sed per accidens fit æterna, vel infinita, scilicet quia nunquam moriens in peccato mortali incipit soluere partem pœnæ. nam illud soluere est quoddam satisfacere, sed satisfactio nõ potest fieri nisi accepta sit illi cui præstatur. Deo autem præstatur satisfactio, sed ipse nõ acceptat aliquid factum vel toleratum ab eo qui est in peccato mortali, ideo ille nunquam incipit satisfacere, & consequenter, licet quis maneat mille annis in inferno, non plus soluit in fine mille annorum quam prima die, sed semper æqualiter debet, ita igitur punietur in æternum qui solum vnum diem pœnæ deberet si illum nunquam inciperet soluere.

Septimo dicendum quòd pœna inferni est æterna per accidens: quia sicut gratiæ debetur gloria, ita peccato mortali debetur pœna, sed qui decedit in peccato mortali, semper est in peccato, quia post mortem non deletur peccatum quod in vita non fuit deletum, cum debeat per gratiã deleri, quæ nõ datur post mortem. ergo cum illi qui in inferno sunt semper sint in peccato, & in æternum sic maneant, debent semper esse in pœna, & hoc modo pœna sit æterna per accidens, quia peccatum factum est æternum, & istę duæ causę vltimę, vel modi tangunt proprie fundamentum, quare pœna inferni sit æterna magis, quam præcedentes.

Responsio ad argumenta facta in principio præteritæ, quæstionis. *Quæst.* DXXXIX.

AD primum in contrarium dicendum quòd vere commensuratur culpa vel peccatum, pœnæ, & tamen non ideo est necesse, q̃ pœna tandiu solum durabit quantum durauit peccatum in committendo. sicut Aug. dicit lib. 21. de ciu. Dei vt sup. ostensum est.

Aliter potest dici quantum ad præsens, quod vbi est pœna æterna, etiam est peccatum æternum, quia qui in inferno est semper manet in peccato mortali, scilicet in macula & reatu eius, & ideo quia non potest peccatum tolli post mortem, neque pœna finitur in damnatis, & eadem ratione qui in solo originali decesserunt manent in æternum in pœna damni in Lymbo puerorum, eo quòd originale est mortale, & nunquam potest tolli post mortem, ideo necesse est vt semper maneant in pœna, vel aliquando cũ peccato mortali trãsferantur ad gloriam, quod absurdum, & hæreticum est, vel tollat Deus peccatum post mortem, quod Deus non consuevit facere. semper ergo manebunt in pœnis suis.

Ad secundum dicendum, quòd manet proportio inter peccata secundum magnitudinem, & in pœnis ipsorum, idest quanto unum peccatum est maius altero, tanto pœna eius est maior pœna peccati alterius: sed in pœna peccati considerantur duo, scilicet magnitudo acerbitatis, & durationis. quantum ad acerbitatem semper stat comparatio, ideo tam hic quam in damnatis semper maiori peccato debetur maior acerbitas pœnæ. vnde damnati nõ puniuntur æqualiter omnes, sed quidam grauius alij remissius secundum magnitudinem & pluritatem peccatorum. sic Christus innuit sup. 11. & Luc. 10. c. ſ. terræ Sodomorum remissius erit quam tibi in die iudicij, idest minores pœnæ dabuntur in inferno Sodomitis, quam habitantibus in Capharnaum. Si accipitur magnitudo durationis dicendum, q̃ aut accipitur per se aut per accidens. Si per se dicendum quòd maior est duratio in pœna quanto est peccatum maius, nisi forte magnitudo acerbitatis suppleat defectum durationis, & ita apparet in satisfactionibus quæ injunguntur pro peccatis mortalibus, & maxime in illis quæ fiunt in Purgatorio, quia siquis peccat hic, & dolens de peccato nulla præmissa satisfactione moriatur, satisfacit in Purgatorio. & ibi alij tardius alij citius liberantur secundum q̃ peccata maiora fuerunt pro quibus fit purgatio, & tunc nunquam est magnitudo pœnæ æterna in duratione, sicut neque in acerbitate. si autem accipiatur quãtitas durationis per accidens efficitur pœna æterna, & nõ potius in magnis quam in parvis peccatis, sed in omnibus quę manent in decedentibus, & quia istud est per accidens non est de eo arguendum.

Ad tertium dicendum, q̃ omnis pœna data a Deo pro peccato prodest ad correctionem, sed istarũ quædam dantur eis qui non separantur a consortio ciuitatis Dei. alię dantur eis qui separantur.

De primis patet q̃ sint ad correctionem, quia si dãtur viuentibus corriguntur ne postea peccent, si mortuis dantur purgantur ab eo quod cõmiserunt, vt inueniantur aliquando puri pro ipso consortio vitæ æternæ cui aggregabuntur. Si autem separantur a ciuitate Dei nõ sunt pœnæ illę ad correctionem eorum qui separantur cum nihil eis prosint, sed ad correctionem eorum qui manent intra eandem ciuitatem, ne peccent, vt non mereantur excludi a societate sicut illi excluduntur, sicut in ciuitate humana quipro delictis occiduntur non emendantur per hoc, sed occisio illa est ad correctionem aliorum qui in ciuitate manent, vt metu pœnæ similia non faciant, & vt ille qui præcisus est per mortem eos non turbet delictis suis sicut prius turbabat.

Cum autem dicitur quòd pœna æterna quando dabitur damnatis nullus per eam corrigetur, quia neque ipsi neq; alij, quia beati omnes erunt iam in vita æterna, & correctione non indigebunt.

Dicendum quòd non corrigetur tunc aliquis per illam pœnam quando infligetur, sed corriguntur nunquam cum denunciantur. nam cum ex lege Christi pronunciatur, quod peccantibus mortaliter dabitur pœna æterna, multi diſtrahuntur a peccato, idest vt non peccent, & alij postquam peccauerunt cessant peccare, & hoc satis est sic, & in legib. humanis ipsa lex per hoc q̃ denunciatur, corrigit multos etiam antequam nullum puniat.

Ad

Ad quartum dicendum, q̃ pœnę non sunt a Deo volitæ per se, sed inquantum sunt vtiles, pœnę aũt æternę ad aliquid sunt vtiles, & est vtilitas in duobus.

Primo ad hoc, q̃ in eis diuina iustitia obseruetur, quæ secundum seipsam est Deo accepta & volita. vnde Gregorius. 4. Dialogorum dicit, omnipotens Deus quia pius, est miserorum cruciatu non pascitur, quia enim iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur.

Secundo sunt vtiles propter electos, vt de eis electi gaudeant, dum in illis Dei iustitiam contemplantur, & dum hæc se euasisse cognoscunt. vnde Psal. 54. lætabitur iustus cum viderit vindictam, & Esa. vlt. erunt impij vsq; ad saturitatem visionis. ſ. sanctis vt dicit ibi glo. Et hoc est quod dicit Greg. 30. Mora. iniqui omnes æterno supplicio deputati sua quidem iniquitate puniuntur, tamen ad aliquid ardebunt, scilicet vt iusti omnes, & ideo videant gaudia, quæ percipiunt quatenus tanto magis in æternum diuinæ gratię debitores se esse cognoscant, quanto in æternum mala puniri conspiciunt.

Ad quintum dicendum, q̃ per accidens non est petuum, & de pœna dicendum q̃ per accidens respondet animæ simpliciter sumptæ, animę tamen acceptę vt est infecta peccato non respondet per accidens sed per se, quia sicut animæ existẽti in gratia per se respondet præmiũ gloriæ, ita infectæ peccato respondet per se pœna, & quia manebit anima in æternum in peccatis in quibus decesserit erit in æternum in pœnis, in quas statim post mortem inciderit.

Ad sextum dicendum q̃ non debet peccator puniri in perditionem essendi siue adnihilationem propter peccatum.

Primo quia hoc per accidens videretur tollere pœnas: quia licet sicut nullum bonum est nisi præsupposito esse, ita nullum malum maius esse possit aut cogitari quam perditio ipsius esse, tamen multi vellẽt perdere potius esse quam manere in diuturnis pœnis. sicut Christus dixit de Iuda, bonum esset ei si natus nõ fuisset homo ille. i. melius fuisset ei nõ nasci quam sic futurum esse, & ita adnihilatio videretur quibusdam non esse pœna, sed pœnarum ablatio, & tamen pro peccato dandę sunt pœnę. ergo non est adnihilandus peccator.

Secundo quia si peccatores adnihilarentur magna pars de vniuersi decore ablata esset. nam elucet actualiter diuina iustitia in hoc q̃ punit iuste eos qui iniuste peccauerunt, & gloria sanctorum tanto videtur eligibilior quanto pœna damnatorum conspecta est terribilior. tollerentur autem hæc si adnihilarentur peccatores. ergo non expedit eos adnihilari.

Tertio quia per peccatũ meruerunt puniri sed non adnihilari. Et cum dicitur q̃ peccauerunt in Deũ per ingratitudinem, ideo digni sunt perdere esse quod ex Dei beneficio habuerunt.

Dicendum q̃ pœna respondet culpæ in commensu ratione secundum quantitatem deordinationis, quæ inuenitur in ipso peccato, & non secundum dignitatem eius in quem peccatur, quia licet dignitas eius in quem peccatur aliquid augeat in grauitate peccati, tamen est aliquid extra peccatum. deordinatio autẽ est aliquid in ipso peccato, & ad illam deordinationem facit aliquid dignitas eius quæ offenditur, sed non est illa intrinseca peccato sicut deordinatio, ideo absolute secundum deordinationem peccati est magnitudo pœnæ respondentis, quia alias si dignitas eius qui offenditur respiceretur, esset quodlibet peccatum realiter infinitum, cum dignitas Dei sit infinita, & tũc acerbitas pœnę debebat esse infinita, & falsum est, neque enim potest ex tota dignitate eius in quem peccatur accipi magnitudo peccati, cum illa dignitas non possit effici intrinseca peccato.

Sicut scientia quam habemus de Deo est excellentior, quam ea quam habemus de pecore inquantum Deus est melior pecore, sed non est ob hoc melior in infinitum scientia de Deo, quam scientia de pecore, eo quòd non potuit tota bonitas, vel excellentia Dei descendere & transire in habitum scientificum quem de eo habemus, quia est Deus aliquid extra substantiam illius habitus. ita de peccato est, ideo licet peccet quis in Deum, non est peccatum infinitum, & consequenter non debetur per se pœna infinita in acerbitate nec in duratione.

Et ex hoc deducitur quod non mereatur peccator adnihilari, quia licet ex hoc quod homo peccat contra Deum, qui est auctor essendi, videtur quòd mereatur perdere esse, considerata tamen actus ipsius deordinatione quę facit quantitatem peccati non debetur ei adnihilatio, quia esse præsupponitur ad meritum, ideo per inordinationem peccati non tollitur esse neque corrumpitur, sed tollitur quoddam esse, idest bene esse, sed esse simpliciter manet tanquam præsuppositum, ideo non debet respondere priuatio esse simpliciter alicui peccato tanquam pœna ex conditione peccati, sed sicut peccatum per deordinationem corrumpit quoddam bonum, & quoddam esse, & non omne bonum nec omne esse, ita debet respondere vt pœna priuatio cuiusdam esse & boni, sed nõ omnis boni & esse, & sic manebit commune subiectum vitij & virtutis pœnę & præmij.

An supplicia inferni sint æterna, vbi enumerantur multorum opiniones circa æternitatem supplicorum. *Quæst.* DXL.

SED considerandum, est circa istam æternitatem suppliciorum de qua dictum est. Putant enim aliqui quod non erunt supplicia æterna, sed ad aliquod tempus durãtia, & postea etiam damnati saluabuntur.

Cum vero Christus dixit, quòd mali ibunt in supplicium æternum, dicunt ad terrorem esse dictum, ut mali, non efficiamur, uel ut mali existentes corrigamur.

Secundo dicunt, quòd ratio non patitur, ut delictorum, quę in breui peraguntur pœna sit perpetuata, sed commensurata aliqualiter ad rationem temporis.

Tertio quia Deus misericors est, & non gaudet in pœnis aliquorum, ideo cum diu malos punierit, tunc saltem miserebitur & liberabit de pœnis.

Quarto quia Deus non extendit iram suam de generatione in generationem, neque in finem misericordiam suam abscidet, sed cum iratus fuerit misericordię recordabitur Psalm. 7. & tamen extenderet iram suam, & abscideret misericordiam, & nunquam recordaretur illius si in æternum puniret, ergo non erit pœna æterna.

Quinto quia dicunt q̃ Sancti orabunt pro damnatis, quia clementes sunt, & Deus nõ negabit eis quod petierint, & sic tandem liberabuntur.

Sexto quia dicunt quòd etiam si Deus vellet eos in æternum punire non possent illi puniri in æternum, quia nullum corpus est, quod tandiu in pœnis manere possit.

Dicendum quòd sine dubio erit pœna æterna illorum qui in mortali decesserint, cũ Christus dicat hic eos qui damnabuntur in generali iudicio, æterno supplicio tradendos.

Sciendum tamen, ꝙ circa hoc multi erranerunt innitentes proprio iudicio, & recedentes ab auctoritate ſcripturarum. & fuerũt quidam qui dixerunt nullam pœnam futuram eſſe æternam, neque hominum neque dæmonum, ſed tandem ipſos dæmones liberandos de Inferno, & adiungendos eſſe Angelis in vita ętterna, & tunc beatitudinem eſſe manſuram in ętternũ. Sed iſta poſitio eſt omnino erronea, cum ſit expreſſe contra verbum Chriſti, & ideo Origenes ab Eccleſia damnatus. ſic dicit Auguſt. 21. lib. de ciui. Dei, ſcilicet inter huius autem ętternitatem ſupplicii negantes miſericordior fuit Origenes, qui & ipſum diabolum, & Angelos eius poſt grauiora pro meritis, & diuturna ſupplicia ex illis cruciatibus eruendos & ſociãdos ſanctis Angelis credidit, ſed illum propter hoc & propter alia nonnulla nõ immerito reprobauit Eccleſia, quia ex hoc quod miſericors videbatur amiſit faciendo veras miſerias quibus pœnas luerent, & falſas beatitudines in quib. ſecurum, & ſempiternum boni gaudium non haberent.

Alij dixerunt, quod non erit æternitas pœnarum niſi quãtum ad dæmones, circa quos nulla miſericordia poſt hoc Deum flecti voluerunt. de omnibus autem hominibus dicunt ꝙ cum diuturna paſſi fuerint ſupplicia, liberabuntur.

Et videtur eſſe motiuum iſtorum tale quale fuit ad redemptionem. nam Angelus peccans nullum habuit redemptorem, quia habere non debuit. homo autem peccans, quia ex fragilitate quadam peccauit meruit habere redemptorem. ſic & aliquando liberatorem a pœnis volunt eſſe pro hominibus, ſed nunquam pro dęmonibus. Sic dicit Auguſt. 21. lib. de ciu. Dei, ſcilicet longe autem aliter aliorum miſericordia humana erat affectu qui hominum illo iudicio damnatorum temporales miſerias, omnium vero vel qui citius vel qui tardius liberantur æternam fælicitatem putant.

Sed dicendum ꝙ etiam iſta poſitio falſa eſt, quia expreſſe eſt contra verba Domini.

Primo quia iſti faciunt differẽtiam inter pœnas dęmonum & hominum quantum ad ęternitatem. & ita men Chriſtus æquales fecit dæmones in hoc. nam dixit, ite maledicti in ignem ęternũ qui paratus, eſt diabolo & Angelis eius. ergo illis omnibus fecit commu nem hunc ignem ęternum.

Secundo quia in iſto iudicio non iudicauit Deus dęmones ſed homines, quia dæmones iam iudicati fuerant a principio cum in infernum demerſi fuerant, & verbum illud Chriſti, ſcilicet ibunt hi in ſupplicium ęternum de hominibus damnatis accipitur, & nõ de dęmonibus, unde licet tam dæmones quam homines mali ęterno igne cruciabuntur & in ęternum, tamen apertius eſt contra Chriſti ſententiam dicere, quòd homines damnati non punientur in æternum, quam dicere liberandos eſſe dæmones, cum expreſſius loquatur Chriſtus de hominibus quam de dęmonibus.

Tertio non uidetur eſſe aliqua cauſa quare potius dicamus finiri ſupplicia damnatorum, quam dæmonum. nam ſi ex abundantia diuinę miſericordiæ pœnę tollendę eſſent, cum non ſit manus Domini abbreuiata, videtur quòd omnium pœnas tolleret. cum ergo hominum pœnas abſtulerit & non dęmonum, videtur irrationabiliter dixiſſe quali ſine cauſa, & ita Auguſt. eo. lib. vigeſimo ſecundo, dicit iſtam opinionem humano affectu fundatam, ideſt fauore humano. voluerunt enim iſti ſibiipſis fauere, quia ad ſe afficiebantur cum homines eſſent. de dęmonibus autem nihil ad eos attinebat, ideo non prenunciauerunt eis miſericordiam futuram, & ita dixerunt iſti non id quod erat ſed id quod cupiebant, & ob hoc Augu. ibidem irridet eos quaſi ſine cauſa locutos, cũ ex una parte extendant diuinam miſericordiam & ex alia non dicẽs. Cur autem hęc miſericordia ad vniuerſam naturam maneat humanam, ad Angelicam autem cum ventum fuerit mox areſcit?

Alij dixerunt quod cauſam habebant iſti vt dictum eſt ſupra. ſ. quia homo peccauit per fragilitatem quandam. dicendum quod quantum ad mediatorem iuſtum fuit vt homines mediatorem, & redemptorem haberent: quia etiam ſi cętera deeſſent uno homine peccante delcendit peccatum in totum genus humanum. ſ. Originale, quod mortale erat, & ſufficiens ad damnationem ęternam, & non poterat quiſquam ab hoc peccato per ſeipſum liberari, ideo per ſeipſum nõ peccauerat, ſed ab alio peccatum traduxerat, iuſte habere debebat ex alio liberationem. Dęmones autem quando peccauerunt erant omnes in actu, & quilibet peccauit peccato proprio, & perſonali, & non traxit peccatum ab alio, ideo non erat opus vt haberent reparatorem. poſtquam tamen homines reparati ſunt, vt poſſint liberari a peccato Originali per lauacrum baptiſmi, & olim per alios modos habentes vim & efficaciam a ſanguine Redemptoris effundendo, & cõtra peccata quæ ex fragilitate vel quomodolibet alias committunt, habent remedium ex Sacramentis, & iam nemo damnatur niſi ex peccato perſonali, non videtur ꝙ aliam reparationem habere debeãt ſed iam maneant ęquales dæmonibus, vt vtrorumque pœna ſit æterna.

Alij autem dixerunt ꝙ pœnæ dęmonum erunt ętęrnę, & omnium aliorum qui non fuerunt loti lauacro baptiſmatis. qui autem baptizati ſunt etiam ſi damnẽtur non habebunt pęnas perpetuas. Et ratio videtur eſſe quia dñ Marc. 16. qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur & addunt aliud ꝙ iſti etiam participauerint ſacramento corporis domini accipiendo illud aliquãdo, & hoc quia dicitur Ioan. 6. ſiquis manducauerit ex hoc pane non morietur in æternum. ſic dicit Aug. 21. lib. de ciu. Dei. ſ. Item ſunt alij ab ęterno ſupplicio liberationem non omnibus hominibus promittentes, ſed tantũmodo Chriſti baptiſmate ablutis, qui participes ſunt corporis eius quomodolibet vixerint propter illud quod dixit dominus. ſiquis manducauerit ex hoc pane non morietur in ęternum.

Sed iſtud non ſtat, quia conſtat multos baptizatos praua operari, & in eis vitam finire, ſed apud Deũ non ſolum reputatur peccatum ipſa infidelitas vel non baptizari, ſed etiam omne quod contra eius doctrinam fit, ſicut ergo infideles, quia non crediderunt damnabuntur ęternaliter, ita & credentes praua operati, quia contra doctrinam egerunt punientur in æternum. Cum vero dicitur, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, dicendum quòd nõ ponitur iſtud ad oſtendum quaſi ad ſalutem ſufficiat, ſed vt videatur ꝙ ſine hoc non ſit ſalus, & ita apparet quia inf. 28. c. cum dicatur euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c. & docentes eos ſeruare omnia, quę mandaui vobis. ſicut ergo de neceſſitate ſalutis dixerat eſſe fidem & baptiſmum, ita & obſeruationem omnium quę ipſe mandauerat. ſic etiam Iaco. 2. c. dicitur, fides ſine operibus mortua eſt. ergo rectitudo operationũ requiritur ad iuſtificationem, & euadendum ętęrnam damnationem.

Alij dixerunt quòd ſoli illi liberabuntur ab ęternitate pœnarum qui baptizati ſunt, & tenuerunt fidem Chriſti, ſicut tenet catholica Eccleſia, & receperunt corpus domini vere, licet male vixerint, & ad hæreſim, vel idolatriam tranſierint, & in ea perſeuerauerint. ſic dicit Auguſti. vigeſimoprimo, li. de ciu. Dei. ſ.

Item

Item ſunt qui non omnibus habentibus Chriſti ſacramentum, ſed ſolum catholicis quamuis male viuentibus hoc pollicentur, qui non ſolum ſacramento, ſed etiam re ipſa manducauerunt corpus Chriſti, & in corpore eius, quod eſt Eccleſia conſtituti ſunt, etiã ſi poſtea in aliquam hęreſim, vel in gentilium idolatriam fuerunt lapſi. differunt autem iſti a præcedentibus, quia præcedentes ponunt homines baptizatos & ſuſcepiſſe Euchariſtiam, etiam ſi de fide non conſtet an habeant, iſti autem dicunt, quòd etiam fidem catholicam habeant, & fuerint membra Eccleſię.

Sed dicendum, quòd non ſtat iſta poſitio eadem ratione qua præcedens, ſcilicet, quia ſi fides, & ſacramentum fidei non ſufficiunt, iſta enim ſufficiunt ad hoc, quòd efficiamur ſemel filij Dei Ioan. 1. ſcilicet dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, qui non ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, naſci ex Deo eſt naſci per batiſmum, quod dicitur regeneratio Ioan. 3. ſed ad manendũ in Chriſto non ſufficiunt iſta, ſed requiritur opus, nam qui non diligit proximum in morte manet 1. Io. 4. c. ergo ſola fides, & baptiſmus non dant vitam ſufficientem ad continuandum eam.

Item, & præcipue, quia dicunt iſti ſufficere hoc etiam ſi quis incidat in hęreſim, vel redeat ad idolatriam gentilium, & tamen fides quandiu non manet non poteſt adiuuare, ſed tam per hęreſim, quam per idolatriam perit fides, ergo non poſſunt iſti ſaluari, qa non credunt ac ſi nunquam credidiſſent.

Tertio quia tam in fide, quam in operibus, qui incipit, & poſtea retrocedit deterior iudicatur, quam qui non incipit, iuxta illud 2. Pe. 2. c. melius erat illis viam iuſtitię non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire. Alij autem dixerunt, quòd illi ſoli liberantur a pœnis ęternis, qui baptiſma ſuſcipientes, & fidem maneant in recta fide, vſque ad mortem, quia Chriſtus dixit, qui perſeuerauerit, vſque in finem ſaluus erit, præced. c. & ideo etiam ſi iſti peccauerint & moriantur in peccatis, dumtamen maneant vſque ad mortem in fide non punientur in æternum. Sed dicendum, quòd non ſtat; quia cum ad ſalutem requiratur rectitudo operum ſicut & fidei, qui opera recta non faciunt non poterunt ſaluari, & patet ex verbo Domini, præcedenti cap. ſcilicet, qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit: quia ibi magis de operibus & expreſſa profeſſione fidei agitur, quam de ſola fide, quæ poteſt ſeruari mente profitendo contrariũ, & recedẽdo à cultu Chriſti. Item, quia dicitur 2. Pe. 2. Melius erat illis viam iuſtitiæ, non agnoſcere, quam poſt agnitionem retro cõuerti ab eo, quod traditum eſt illis ſancto mandato: ergo de operibus loquitur, cum dicat ſanctum mandatum, quia mandatum nõ eſt ad credendum, ſed ad agendum; & ita dicit Auguſtin. 21. de Ciuit. Dei, ſcilicet, ſunt autem quidam, qui propter id quod ſcriptum eſt, qui perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit, non niſi in catholica Eccleſia perſeuerantibus hoc promittunt, quòd merito fundamenti, ideſt, fidei ſaluentur quaſi per ignem, quo igne in vltimo iudicio punientur malis, ſed omnibus his contradicit Apoſtolus dicens, manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt immundicia, fornicatio, & his ſimilia, quæ prædico vobis, quoniam, qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt: ſiquis autem temporalia in corde ſuo præponit Chriſto, & ſi videatur habere fidem Chriſti, non eſt in eo fundamentum Chriſti, cui alia præponuntur, quanto magis ſi committat illicita præpoſuiſſe, ſed poſtpoſuiſſe Chriſtum conuincitur.

Aliorum opinio pęnes æternitatem ſuppliciorum. Quæſt. CCCCCXLI.

ALii dicunt, ꝙ ęternam pœnã ſoli illi hẽbunt qui cum peccaſſent nõ fecerũt eleemoſynas in redemptionem peccatorum, & ad hoc videtur facere, quod Dani. 4. c. dicitur conſiliũ meum regi placeat, peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſerationibus pauperum, qui igitur hæc non redimit damnatur ęternaliter.

Secundo, & præcipue videtur hoc colligi ex litera iſta, quia Chriſtus quando ponit cauſam condemnationis nõ dat aliam niſi, quia iſti nõ fecerunt eleemoſynas, ſcilicet eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c. De hoc dicit Augu. 21. lib. de ciui. Dei, ſ. comperi etiam quoſdam putare eos ſolos arſuros illius ęternitate ſupplicij, qui pro peccatis dignas eleemoſynas facere negligunt, ideo iudicem ipſum exiſtmant noluiſſe aliud commemorare ſe eſſe dicturum niſi eleemoſynas, ſiue factas, ſiue non factas.

Sed dicendum, quòd non ſtat. Primo, quia ſunt multi infideles, qui veriores eleemoſynas faciunt, q̃ fideles, & tamen illi damnabuntur, quia qui non credit iam iudicatus eſt Ioan. 3. c. & aliqui fideles ſunt, q nullis factis eleemoſynis ſaluantur, vt qui in parua ętate decedunt, vel qui nunquam aliquid poſſederũt, quod largiri poſſent.

Secundo, quia multi faciunt eleemoſynas, qui ſunt in peccato mortali, tamen facta ſine charitate nihil valet eleemoſyna 1. Corin. 13. c. ſcilicet, & ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt, ergo eleemoſyna non liberat ab ęterna pęna.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd eleemoſynę redimunt peccata non quantum ad hoc, ꝙ non noceant, quæ in actu ſunt, ſed vt ſatisfiat pro eis, quæ fuerunt, & iam non ſunt, & hoc eſt, quando quis dolet de peccatis præteritis, manet enim adhuc ſatisfaciendum pro illis, licet ipſa quantum ad maculam deleta ſunt, quia manet quædam pęna toleranda, & pro illa pęna ſatisfacit eleemoſyna, ſed ſi peccatum in actu, aut in propoſito ſit, non redimit illud eleemoſyna, immo non poteſt prodeſſe eleemoſyna, quę fit ſimul cum mortali peccato 1. Corin. 13. c.

Ad ſecundum dicendum, quòd arguuntur damnandi, quia non fecerunt eleemoſynas, non quidem ad oſtendendum, quòd faciendo eleemoſynas licebat eis manere in peccato, & ſaluarentur, ſed vt viderent quantum bonum contempſerunt, quia per eleemoſynas poterant redimere omnia peccata dolendo de illis, ita vt non paterentur quicquam pro illis, ſic dicit Auguſti. 21. li. de ciui. Dei, ſcilicet ideo autem Dominus, & dextris eleemoſynas ab eis factas, & ſiniſtris non factas ſe imputaturum eſſe prædixit, vt hinc oſtenderet quantum valent eleemoſynæ ad priora delenda non ad perpetua impune committenda peccata.

Aliter poteſt dici, quòd Chriſtus de eleemoſynis dixit, quaſi pro non factis damnentur aliqui, & pro factis ſaluentur alij, quia accipiuntur eleemoſynæ recte factæ, & tunc ſufficit elemoſyna facta ad ſaluãdum, & non facta ad condemnandum, quia facere ſic eleemoſynam eſt a ſe incipere, vt prius ſibi quiſque elemoſynam faciat miſerendo animæ ſuæ, deinde proximis benefaciat, quod poterit, hæc eleemoſyna eſt neceſſaria ad ſalutem, & non facta eſt cauſa damnationis, ſic dicit Aug. 21. de ciui. Dei, ſcilicet ſed, qui digne pro peccatis ſuis eleemoſynas facit prius eas incipit facere a ſeipſo, indignum eſt enim, vt ipſe ſibi non faciat, qui facit in proximum, cum audiat dicẽtẽ

Deum

Deum, diliges proximum tuum tanquam teipsum. F Itemque audiat, miserere animæ tuæ placens Deo hanc eleemosynam, ideſt, vt Deo placeat non faciens animæ ſuæ quomodo dignas pro peccatis ſuis eleemoſynas facere dicendus eſt: propter hoc ergo eleemoſynæ faciendæ ſunt, vt cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, vt non in eis perſeuerantes licentiam malefaciendi nos per eleemoſynas comparare credamus. Aliter poteſt dici, quòd nomine eleemoſynę non ſola opera exterioris ſubuentionis accipiuntur, ſed quæcunque opera bona. quicquid ergo bonum faciamus eleemoſynas facimus, qui autem nullum opus bonum facit ab omni eleemoſyna ceſſat, & iſte damnatur: ſic accipit Origenes ſuper Matthęum, dicens, non unius tantùm iuſtitiæ ſpecies remuneratur ſicut ęſtimant multi: in qualibuſcunque G enim cauſis mandatum Chriſti, quis fecerit, Chriſtũ cibat, & potat, qui fidelium iuſtitiam manducat, & bibit. Item Chriſto algenti teximus veſtimus accipientes ſapientiæ texturam à Deo, vt per doctrinã aliquos doceamus, & induamus eos uiſcera miſericordiæ, quando etiam præparamus cor noſtrum diuerſis virtutibus ad receptaculum eius, vel ipſorum, qui ſunt ſui ipſum peregrinantem ſuſcipimus in domum pectoris noſtri. Item cum fratrem infirmum, ſiue in fide, ſiue in bono opere viſitauerimus, aut per doctrinam, aut per increpationem, aut per conſolationem ipſum Chriſtum uiſitamus: deinde autem, quod eſt H hic carcer Chriſti, & eorum qui ſunt eius, qui ſunt in hoc mundo degentes quaſi in carcere naturæ neceſſitate conſtrictæ: cum ergo bonum opus fecerimus in eis, viſitamus eos in carcere, & Chriſtum in eis.

Eleemoſynę non ſufficiunt ad ſalutem.

Sed dicendum, quod eleemoſynæ nõ ſufficiunt ad ſalutem; & Chriſtus non locutus eſt in litera de alio opere, niſi de eleemoſyna, & de corporali ſolum, ſed quare de hoc ſolo opere dixerit cum illud non ſit ſufficiens ad ſaluãdũ hominẽ, & omiſſio illius nõ eſt ſufficiẽs ad dãnãdũ, niſi ĩ aliquo caſu, vt oñſum eſt late ſ.

In q. 384. Dicendum ergo, quod vere dabitur pœna æterna, pro peccatis; & dabitur omnibus illis, qui in peccato inuenti fuerunt in die iudicij, quia illi vocantur ibi hœdi: & cum Chriſtus dicat ibi ęternũ futurum ſupplicium, nefas eſt aliquid aliud ſentire, ſed generaliter quantum ad omnes malos iſtud tenendum eſt.

Reſponſio ad argumenta facta in principio quæſt. 540.

Quæſt. DXLII.

AD primum in contrarium cum dicebatur, q iſta dicta ſunt ad terrorem: dicendum, falſum eſſe; & nefas eſſe talia cogitare. Primo, quia ſi aliquod mendacium damus in verbis Chriſti, propter quamcunque cauſam dicatur, peribit tota auctoritas verborum eius, quia ſic poſſumus cogitare de cæteris, quæ ab eo dicta ſunt, quod mẽdacia ſint, cum eadem ſit ratio, ſic dicit Auguſtin. in epiſtola ad Hieron. & in decre. diſtinct. 9. cap. ſi ad ſacras, ſcilicet, K ſi ad ſacras ſcripturas mendacia officioſa admittantur, nulla in eis manebit auctoritas. Item, quia tunc tolleretur tota ſpes noſtra. nam ſi dicamus, quod ad terrorem dictum eſt, quod erunt ſupplicia æterna, ita dicetur, quod ad alliciendum ad bonum dictum ſit, quod erit uita æterna bonorum, & ita de neutro erimus certi, & ſic tolletur omne bonum noſtrum propter, quod ſperamus, ſic dicit Gregorius ſuper Iob. 23. lib. Mora. ſcilicet at inquiunt, ideo peccantibus minatus eſt, vt eos a peccatis compeſceret, quibus reſpondemus, ſcilicet falſa minatus eſt, vt a peccatis compeſceret, & falſa promiſerat, vt ad iuſtitiam prouocaret, & ſic dum fatagunt Deum prohibere mi- ſericordem non verentur prædicare fallacem.

Ad ſecundum dicendum, quòd iam reſponſum eſt ſupra, & tamen dicendum, quòd non commenſurantur in duratione tempus peccandi, & tempus pœnę, neque aliqua lex iſtud conſiderat, quanto magis Deus, qui conſiderat non ſolum facta, ſed etiã corda, & quia mali, qui in peccato deceſſerũt habuerunt animum ſemper peccandi ſi temper viuerunt, debent in ęternum puniri, ſic dicit Grego. 33. li. Mora. ſcilicet at inquiunt ſine fine puniri non debet culpa cum fine, quibus reſpondemus, quòd recte diceret ſi iudex iuſtus non corda hominum, ſed facta penſaret, ad diſtricti, ergo iudicis iuſtitiam pertinet, vt nunquam careant ſupplicio quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato. Amplius, quia etiam leges humanę maioris durationis dant pœnas, quam fuerit duratio peccatorum, immo & dant pro quibuſdam peccatis ęterna ſupplicia, ſcilicet vt quãdo mortem infligunt, & perpetua exilia, ſic dicit Augu. lib. 21. de ciui. Dei, nullius etiam legis iuſtitia attẽdit, vt tanta mora temporis quislibet puniatur quanta mora temporis vnde puniretur admiſit, nullus extitit, qui cenſerat tam cito nocentum finienda eſſe tormenta, quam cito factum eſt homicidium, vel adulterium, qui vero pro aliquo grandi crimine morte multatur, nunquam moram qua occiditur eius ſupplicium leges exiſtimant, & non, quòd eum in ſempiternum auferant a ſocietate viuentium, iam vero damnum, ignominia, exilium, ſeruitus, cum plerumque ſit infliguntur, vt nulla venia relaxentur, nonne pro huius vitę immergibilia pœnis videntur ęternis, ideo quippe ęterna eſſe non poſſunt, quia neque ipſa vita, quæ his plectitur porrigitur in ęternũ, quomodo ergo verum eſt, quod ait Chriſtus, in qua mẽſura menſi fueritis rementur vobis, ſi temporale peccatum ſupplicio punitur ęterno; neque attenditur non propter æquale temporis ſpatium, ſed propter viciſſitudinẽ mali, vt qui mala fecerit mala patiatur eandem dictam menſuram fuiſſe, factus eſt autem homo malo dignus æterno, qui hoc in ſe peremit bonum, quod eſſe poſſet in æternum.

I Ad tertium dicendum, quòd Deus non gaudet in pœnis aliquorum, quia pœnę ſunt, ſed quia iuſtę ſunt, & quia malis dantur iuſtæ pœnę in ęternum gaudet Deus illis pœnis, & non auertitur ab eis, ſic dicit Greg. 30. li. Mora. nullus iuſtus crudelitatibus paſcitur, & delinquens ſeruus iccirco a iuſto domino cædi præcipitur, vt a nequitia corrigatur, iniqui autem gehennę ignibus tradi quo ſine fine ſemp ardebũt, quibus reſpondemus, quòd omnipotens Deus, quia pius eſt miſerorum cruciatu non paſcitur, quia autem iuſtus eſt ab iniquorum vltione non ſedatur, & tamen ad aliquid ſemper iniqui cruciantur, ſcilicet vt iuſti tanto in æternum magis diuinę gratiæ debitores ſe eſſe cognoſcant, quanto in æternum mala punim conſpiciunt, quæ eius adiutorio vitare potuerunt.

Ad quartum dicẽdum, quòd Deus non obliuiſcitur miſereri quando homo non obliuiſcitur conuerti, & tamen ſi homo obliuiſcitur cõuerti, etiam Deus obliuiſcitur miſereri, quãtocunque enim homo grauiter peccauerit, ſi conuerti vult, pœna, & indignatio Dei ceſſant iuxta illud Iere. 18. c. repente loquar de gente, & regno, vt eradicem, euellam, & diſperdã illud, ſi pœnitentiam egerit gens illa de malo, quod locutus ſum aduerſus eam, pœnitentiam ego agam de malo, quod cogitaui, vt facerem ei, ſed damnati, nunquam dolent de peccatis, quæ commiſerunt, iõ nunquam Deus recordatur miſereri eorum.

Amplius, quia id, quod dixit Dauid intelligitur de hac vita, hic enim non extendit Deus iram ſuam a generatione

generatione in generationem, ſed cum iratus fuerit miſericordię recordatur, eo quòd tempus miſerendi eſt. Pſal. 101. & ideo non ſolum Deus miſeretur eis, qui conuertuntur, ſed etiam dat aliquibus ſpiritum compunctionis, & precum Zacha. 14. vt ſic ad ſe conuerſis habeat occaſionem miſerendi, & cum ante tempora illa fortaſſis magnitudo delictorum exigeret diſperdi gẽtem illam, aut hominem, differt Deus tempora punitionis, vt interim det ſpiritum cõpunctionis, & miſereri poſſit iuxta illud Eſa. 30. c. ideo expectat nos Deus, vt miſereatur noſtri, ſed poſt hanc vitam non eſt tempus miſerendi, quia abijt tempus, ideo neque conuertendi ſpiritum tribuit, neque conuerſionem acceprat, quia nulla eſſe poteſt, cum ipſe non mouerit, ſi tamen eſſe poſſet conuerſio qua doleret quis vere apud inferos de peccatis remitteretur, ſed pro tanto eſſe non poteſt, quia Deus non prę- B uenit ad dolendum, & non ſubſequitur ad ipſum motum doloris formatum reddendum in quo eſt iam iuſtificatio, obliuiſcetur ergo Deus ibi miſereri, & extendetur pœna in ęternum, quia culpa, vel peccatum in æternum manet.

Ad quintum dicendum, quòd orationes Sanctorũ exaudiuntur, quia non ſtat cum beatitudine motus animi eorum eſſe inefficaces, ſed non orabunt Sancti pro damnatis, non enim petunt niſi, quod iuſtum eſt, & Deo placere nouerunt, & ſuis precibus impetrandum ſciunt. De damnatis autem ſciunt, quòd liberari non poterunt, quia neque de ſuis delictis conuertentur, ideo neque pro eis orant, ſic dicit Grego 32. li. Mora. at inquiũt vbi eſt, quòd ſancti ſunt ſi pro inimicis quos nunc ardere viderint non orabunt? orant quidem pro inimicis ſuis eo tempore quo poſſunt ad fructuoſam pœnitentiam eorũ corda conuerti, quomodo ergo tunc orabitur pro illis, qui iam nullatenus poſſunt ab iniquitate commutari?

Ad ſextum dicendum, quòd punientur in perpetuum, quia poterunt in perpetuum manere, qui puniantur, neque eſt verum, quòd dolor vitam aufert, ratio eſt, quia (vt ſupra oſtenſum eſt) non fiet apud Inferos aliqua alteratio realis, quia ignis non vret corpora, immo non calefaciet ea, quia omnis actio naturalis pẽdens ex motu ceſſabit, ſed manebit ſola actio intentio naturalis per ſpeciem acceptam in ſenſu ab D obiecto, quæ poteſt cauſare dolorem ſine naturali tranſmutatione, ſed vita non perit ſine alteratione naturali facta corruptione quadam in animali, ideo licet ſit dolor quantumcunque magnus, & perſeuerans, manebit vita cum illis doloribus, & tormentis, ſic dicit Auguſti. li. 21. de ciui. Dei, ſed nullum eſt inquiunt corpus, quod dolere poſſit, mori non poſſit neceſſe eſt autem viuat dolens, non eſt neceſſe, vt occidat dolor, quia nec corpora iſta mortalia omnis dolor occidit, & vt dolor aliquis poſſit occidere illa cauſa eſt quoniam ſic eſt anima connexa corpori, vt ſummis doloribus cedat atque diſcedat, tunc autem tali corpori anima eo connectitur modo, vt illud vinculum nullo dolore vincatur, non ergo tunc nulla, ſed ſempiterna mors erit, quando neque viuere anima poterit Deum non habendo, neque doloribus corporis carere moriendo, & ſic apparet, quòd manebit pœnarum ęternitas in damnatis.

An ſint aliæ pœnæ in inferno damnatorum præter ignem, & quæ illæ ſint. Quæſt. DXLIII.

NVNC vero cum de ęternitate pœnę Inferni dictum ſit, & hoc, quantum ad pœnam ignis, eſt dubium an ſint aliæ pœnę in inferno dãnatorum prętergnem.

A Aliqui dicunt, quòd non, quia ſi aliæ eſſent ponerent eas Chriſtus nunc expreſſe ad terrendum, & compeſcendum a vitijs, ipſe tamen ſolum ignem poſuit dicens, ite maledicti in ignem ęternum.

Secundo, quia cum rurſus poneret pœnam damnatorum ſolum ignem expreſſit ſupra 13. c. ſcilicet colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.

Tertio, quia cũ loqueretur de ſcãdalizatione puſillorum dixit pœnam eſſe gehennę, vel ignis ęterni, ergo in gehenna, ideſt inferno non ponit aliam pœnam niſi ignem, & tamen ſi alia eſſet aliquando illam exprimeret, cum ſępe de pœnis inferni loquatur, ergo non eſt alia pœna.

Dicendum, quòd præter pœnam ignis ponit ſacra Scriptura alias pœnas. Prima eſt vermis, iuxta illud, B vindicta carnis impij ignis, & vermis, & dicitur Eſa. 66. capi. de damnatis, vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, vermis autem pœna eſt. Etiam Chriſtus hoc aſſeruit dicens Mar. 9. c. bonum eſt tibi debilem intrare ad vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et loquitur de pœna Inferni cum dicat gehennam, & ignem inextinguibilem, & tamẽ ad maiorem confirmationem ter repetit ibi ſententiam illam, ſcilicet quòd vermis non moritur, ergo pœna inferni eſt vermis.

Secunda eſt fletus, & apparet, quia Chriſtus ſępe iſtam pœnam nominat, vt patet ſupra 8. c. ſcilicet ibi C erit fletus, & ſupra 13. capi. vbi bis eandem ponit ſententiam, & ſupra 22. & ſupra in litera, & quaſi nihil eſt, quòd tam crebro repetat, & apparet, quòd ponat eam apud Inferos, quia cum dicitur ſupra 13. c. colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminũ ignis, ſequitur ibi erit fletus, & ſtridor dentium, & ita apud Inferos ponit fletum.

Tertia eſt concuſſio dentium, quam vocamus ſtridorem, & iſtam pœnam Chriſtus ſępe ponit, quia vbicunque ponit fletum adiungit ſtridorem dentiũ.

Quarta eſt frigiditas nimia, quia dicitur Iob. 24. c. tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, eſt D autem calor nimius apud Inferos, ſcilicet ignis inextinguibilis, & ibi dicunt eſſe frigiditatem aquarum niuium.

Quinta pœna eſt tenebra magna, & vocat Chriſtus iſtam tenebram exteriorem ſupra 8. capi. ſcilicet filij autem regni mittentur in tenebras exteriores, & hoc dicitur Pſalmo 48. in ęternum non videbit lumen.

Sexta eſt fętor ſulphuris, nam apud Inferos dicuntur damnati mitti in ſtagnum ſulphuris Apoca. 19. & 21. omnes enim peccatores dicit ibi mitti, & præcipue eos, qui adorauerunt imaginem beſtię.

Septima pœna eſt impetus ventorum quos vocamus procellas, ſic dicitur Pſal. 10. pluet ſuper peccatores laqueos ignis ſpiritus procellarum pars calcis eorum, ideſt iſta ſunt partes tormentorum ſuorum, & E hoc eſt quantum ad pœnas corporales, nam aliæ ponuntur pœnę ſpirituales tam in affectu, quam in intellectu, de quibus infra dicetur.

An ſupradicta pœnæ dicantur eſſe apud Inferos ſecundum metaphoram, ita vt non ſit niſi vna tantum pœna. Quæſt. DXLIIII.

SED dicunt aliqui iſta eſſe ſecundum metaphoram, & tamen, quòd pœna apud Inferos non poſſit eſſe niſi vna, ſcilicet ignis tam propter rationes poſitas præcedenti quæſtione, quam etiam propter alias.

alias. Primo, quia talis est pęna Purgatorij qualis Inferni, & non differūt nisi per ęternum, & temporale, quia pęna purgatoria datur pro veniali, & pro mortali cuius satisfactio non fuit expleta, & in Inferno pro mortali, & veniali etiam punitur quis, sed in Purgatori sola pęna ignis est 1. Corin. 3. vbi ponuntur lignum, fęnum, & stipula transire per ignem, ergo in inferno hæc sola erit.

Secundo, quia pęnarum varietas refrigeriū pręstat sicut calido cum transfertur ad frigidum, sed nullum est refrigerium ponendum in damnatis, quia præter istam erunt pęnæ aliquę spirituales in voluntate, & intellectu, & etiam aliquæ erunt corporales, sed, quæ illæ erunt, & quomodo dicetur in sequentibus dubijs. Nunc tamen dicendum, quòd sunt multę. Ratio est, quòd multę sint, quia sicut ad perfectam beatorum felicitatem concurrit omne genus boni, quia nullum est genus consolationis, quod non habeant, ita ad perfectam damnatorum miseriam non est aliquod genus pęnarum, quod non sustineant.

Secunda ratio est, quia peccauerunt damnati contra Deum, cui obediūt omnes creaturę, & sic offendendo Deum offenderūt omnes creaturas, ideo iustū est, quòd contra eos agant omnes creaturæ, sed a multis creaturis inferuntur multa genera pęnarum, ergo apud Inferos non erit tantum vna pęna.

Tertio, quia damnati offendendo Deum abusi sunt omnibus creaturis, quia illis fruebantur cum deberent vti, vel taliter vsi sunt qualiter vti non debuerant, ideo ab ipsis pati debuerunt in quibus offenderunt, iuxta illud Sapi. 12. capitulo, per quæ quis peccat per hæc torquetur, & ideo iustitia exigente Deus debuit incitare in vltionē delictorum creaturas contra damnatos, quia in eis offenderunt, iuxta illud Sapi. 5. capitulo susci abit creaturam in vltionem inimicorum, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.

Quarto, quia ratio exigit, vt peccatores, qui recedentes ab vno peccando se rebus materialibus subdiderunt per res multas torqueantur, & ita multas pęnas sustineant, non ergo erit apud Inferos vnica pęna, scilicet ignis, sed multę.

Ad rationes in contrarium respondendum est, & ad primam cum dicebatur, quòd Christus dixit, ite in ignem ęternum, non accepit ignem pro igne, sed p loco ignis, & ille locus ignis est Infernus, in quo sunt multæ aliæ pęnę præter ignem, & apparet, quòd accipiatur pro loco inquantum dixit, ite in ignem.

Aliter potest dici, quòd accipitur ignis proprie pro igne, & tunc dicendum, quòd nominauit ignem, qa licet sint multę aliæ pęnę est præcipua pęna ignis, & ideo nominauit illam, quasi sola esset.

Ad secundum dicendum, quòd nihil inde probatur, quia oportet accipi ibi pro loco, & non p pœna, cum dicatur, & mittent eos in caminum ignis, caminus autem dicit ardoris locum, & nō prohibet, quòd in tali loco sint multa alia pęnarum genera.

Si autem dicatur, quòd accipitur pro pœna, & nō solum pro loco.

Dicendum, quòd additur ibi alia pęna, immo duę, quia dicitur, mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium.

Ad tertium dicendum, quòd ibi posuit solum ignē æternum, & cum dicitur, quòd si essent alię pœnæ aliquando faceret mentionem de illis, quia sæpe hoc dicit, Est dicedum vno modo quòd accipitur ignis æternus pro loco ignis ęterni. Vel si ponatur gehenna pro loco, & ignis pro pœna, dicendum quòd falsum supponitur in arguendo, nam Christus in alijs locis sępe dixit de alijs pœnis, vt de fletu, & stridore dentium, & de verme, & tenebris exterioribus, vt ostensum est præcedenti quæstione, & ita non posuit Christus vnicam pœnam ignis.

Responsio ad rationes duas positas in superiori quæstione.

Quæst. DXLV.

Ad primam rationem positam in contraria opin dicendum est vno modo, quòd in Purgatorio erit omnino talis pęna qualis in Inferno, nisi quòd vna erit ęterna alia temporalis, & ideo, sicut in Inferno erunt multæ pœnę, ita & in Purgatorio, sed vocatur ignis pęna Purgatorij, sicut, & aliquando pœna Inferni vocatur ignis, licet multę aliæ pœnæ sunt.

Secundo potest dici, qp est differentia inter pœnā Purgatorij, & Inferni, quia in Inferno est pœna in multis rebus, in Purgatorio autem in vna tantum, scilicet in igne, ideo Apostolus cū de purgatorio loqueretur vocauit ignem, scilicet quale vniuscuiusque opus fuerit ignis probabit, & rationē huius esse dicūt, quia pœna Purgatorij, sicut signat nomen suum, nō est ad puniendum, sed ad purgandum, & quia ignis est maxime purgatiuus sufficit ignis, & vocatur solū ignis, pœna autem Inferni non est ad purgandum, quia nunquam purgabuntur, qui ibi fuerunt, sed ad cruciandum, & ideo omnia nominari debent quæcunque cruciatum inferre possunt.

Sed cur ignis ponitur loco omnium pœnarum cum in inferno saltem constet esse multas pœnas?

Dicendum, quòd causa est, quia ignis est grauissima omnium pœnarum, sic enim videmus, quòd inter omnia elementa est ignis efficacius actiuum, & est velocior actio sua, & ita omnibus rebus materialibus videtur esse actiuior ignis, ideo quasi ipse sit omnis pœna, ponitur solus.

Secundo, quia ignis pęna stat cum omni pœna, nam tenebræ, & fletus, & stridor, & vermis, & quicquid aliud est, stat cum afflictione inflicta ab igne, vnde semper stat afflictio ignis, & nō est aliqua vicissitudo, quasi ab vna pœna transeatur ad alteram, nam si transiretur non esset ignis omnis pœna, quia tamē est semper manens cum omnibus, quia vna non impedit aliam, & rursus ipsa est actior qualibet alia, videtur esse ignis omnis pœna.

Ad secundum dicendum, quòd varietas pęnarum non præstat refrigerium, sed si aliquid in his præstaret refrigerium, esset contrarietas.

Pro quo sciendum, quòd pœnarum quædam sunt, quæ cum alijs simul stant, idest non habent oppositionem aliquam naturalem, aliæ autem non stant simul, quia ex natura oppositionis se excludunt, vt non possint eidem simul inesse.

De primis patet, quia vna non præstat refrigerium circa aliam, neque minuit eam, sed potius auget illam, vt percuti, & opprobria audire, & ita apud Inferos torqueri ab igne, & sustinere tristitiam tenebrarum, & fletum simul stant, ideo vna non minuit aliā, sed auget.

Aliæ videntur opponi, sicut torqueri ab igne, & ab aquis niuium: a frigore, & ab igne non contingit idē simul pati secundum eandem partem, & ideo de his duabus erat dubium an possent simul inesse.

An duæ pœnæ contrariæ simul insint apud Inferos.

Quæst. DXLVI.

Aliqui putant, quòd non inerunt, sed erit mutatio de vno in alterum.

Primo, quia ista duo habent oppositionem, & non videtur

videtur quomodo simul insint, vt dictum est. Secūdo, quia sacra Scriptura hoc videtur dicere cum ait, transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, ecce non dixit, quòd patientur ab his duobus simul, sed quòd patientur transeundo ab vno ad alterum, ideo non erit simultanea pœna.

Dicendum, quòd dubium est an apud Inferos sit aliqua pęna in aquis niuium, vel in aliquo simili, an dicatur solum per metaphoram, vel forte dicatur de aliqua re, quæ non est apud Inferos, de cuius veritate dicetur magis infra.

Sed supposito, quòd aliqua pęna talis sit apud Inferos potest dupliciter dici, scilicet quòd istę pęnę simul sint apud Inferos, & vna non succedat alteri, neque sit aliqua vicissitudo.

Alio modo, quòd sit transitus de vna in alteram, & neutro modo valet argumentum, nam si sint simul istę pęnę non fit aliquod refrigerium, quia istud præstatur ex mutatione secundum oppositam dispositionem, cum vero ambo simul esse possunt, non impedit vnum alterum, si ambo afflictiua sunt.

Si vero dicatur, quòd fit per transitum, non fit taliter transitus, vt possit refrigerare, vel consolationem præstare, ideo non impediet vna alteram, sed ambæ erunt pęnę apud Inferos.

Sed quid istorum erit? Dicēdum, quòd si ponatur vtrunque futurum apud Inferos, & quòd in veritate sint ibi aquæ niuium, vel aliquid simile pertinens ad frigiditatem, poterunt ambæ simul affligere, vel per vicissitudinem, sed magis videtur, quòd affligant secundum idem tempus. Et causa est prima, quia si ponatur transitus iste non augebitur pęna, sed minuetur, non quasi causent contrarias dispositiones in patiente, sed quia vna est minor pęna, quam altera, nam ignis est magis actiuus, quam aqua, vel aliquid frigidum, ideo etiam si ponatur vtrunque in maximo erit magis afflictuus ignis valde calidus, quam aqua valde frigida, & ideo cum transiret de igne ad aquam minueretur pęna, sed apud Inferos pęna vniformis est, ideo non fiet talis transitus.

Secundo, quia non videtur esse aliqua causa quare fiat transitus, nam si istę duę pęnę non possent simul inesse damnatis, fieret transitus ad hoc, quòd infligerentur, sed poterunt simul infligi, vt dicetur, ergo nō est causa, vt dicatur fieri transitus, sed potius erunt simul, vt sic damnati magis puniantur.

Tertio, quia si diceremus fieri transitum, videretur quòd deberet transire secundum locū de afflictiuo in afflictiuum ipse, qui damnatus est, idest quòd esset in igne, quando affligeretur ab igne, & quòd affligeretur ab aqua, quando esset in aqua, vel in re frigida extra ignem, quia aliàs si dum maneret in igne posset affligi ab aqua, nulla esset causa quando semper simul ab vtroque affligeretur, sed ponere, quòd transeant damnati de loco ignis desinendo esse ibi, & transeundo ad alium locum in quo non sit ignis, sed aqua, vel aliquod frigidum afflictiuum, non est satis securum, quia tunc pęna ignis non est perpetua, cum aliquando cesset per vicissitudines. Etiam, quia non videtur quomodo transeant damnati de vno loco ad alterum, nam aut Deus mutabit illos, aut dæmones, aut ipsimet. Non Deus, quia post iudicium non torquebunt dæmones ipsos damnatos, vt solet dici, sed Deus vtrisque dabit perpetuam pœnam. Neque etiā ipsi seipsos mouebunt, quia non ibunt sponte de vna pęna in aliam, maxime, quando transeundum fuerit de minore in maiorem. Item, quia non videtur satis conueniens ponere, intra voraginem Inferni ista duo afflictiua, scilicet ignē, & aquam, vel aliquid frigidum, quia tūc oportebit poni maiorē capacitatē loci illius, & tñ quotidie occurrit difficultas qūo intra terrā possit esse tanta capacitas, in qua omnes dānati in aliquo cōcauo capiant, a fortiori, ergo erit difficultas si ponantur duo afflictiua materialia distincta loco, & de vno sit transitus ad aliud. Maxime quia aliqui ponunt qp non sit danda sub terra tanta vacuitas in quanta capiantur omnes damnati, sed ponantur in ipso solido terræ per corporum penetrationem, & tunc non dabitur motus localis de vno afflictiuo materiali ad aliud, & si dare voluerimus multiplicabimus inconueniētia, ideo potius videtur qp sint istæ duę pęnę simul si apud inferos ponantur.

Responsio ad primam rationem dubij positam. q. 546.

Quæst. DXLVII.

Ad rationem primam in contrarium dicendum qp oppositio quantum ad calidum, & frigidum est quantum ad esse naturale, & ideo non contingit simul inesse secūdum esse naturale, secus autem est de esse intentionali. vocatur esse naturale secundum quod forma est in materia. vocatur esse intentionale secūdum quod formę intentionalis species est, non in materia sed vel in sensu, vel in aliquo quod non est subiectum materialiter & istud apparet in colore, est enim aliqua res colorata, & ibi est color secundum esse naturale, quia est causatus ex mixtione varia, & habet subiectum materiale & determinat sibi causam naturalem dissimilem nigredini & rubedini. Etiam habet esse color in medio, scilicet quando videmus rem coloratam necesse est qp multiplicetur species coloris a re colorata, quæ vere est in toto medio, & est in organo visus: qua aliter non videretur, & vtrobique vere est. Sed certum est quod non est taliter color in aere & oculo qualiter in re colorata.

Primo quia res ipsa materialis dicitur colorata, id-est alba vel nigra per illum colorem, sed aer, & oculus non dicuntur colorati; nec sunt ex illis speciebus coloris.

Secundo quia in re materiali, quę habet colorem secundum esse naturale, non possunt simul inesse duo colores ex eadem parte siue sint appositi siue non, & tamen in eodem loco sunt simul multæ species colorum, quia alias non videretur simul nisi vna res, & tamen simul videmus plures res diuersorum colorum, ergo oportet quod realiter sint in oculo species diuersorum colorum. de aere eadem ratio est, quia si non essent simul in aere species multorum colorum, oporteret fieri visionem sine medio, & esset coniuncta res visibilis oculo, quod falsum est. maxime quia in quocunque puncto aeris posuerit quis oculum, videbit rem obiectā. ergo multi colores sunt simul in medio.

Tertio quia color in re materiali, est diuisibiliter. s. pars in parte, & totus in tota re. in ipso autem oculo, & in medio est species coloris in indiuisibilitota, ideo non est idem modus essendi.

De re materiali manifestum est quod sit ibi color secundum extensionem. De oculo patet qp sit ibi species in indiuisibili. nam capit oculus rem totam, quia alias non possemus eam totam videre. Et tamen oculus non est tam latus sicut totum, quod videmus de cœlo. ergo necesse est qp non capiatur secundum extensionem, capitur ergo indiuisibiliter. Et hoc maxime probatū est apud perspectiuos, qui ostendunt omnem visionem fieri per pyramidem radiosam, cuius sit basis in re visa, & conus in centro oculi, vel saltem in oculo, & eadē ratione necesse est dici, quod in aere sint species colorum uel rerum visibilium in indiuisibili, & quod in quolibet puncto aeris medij inter rem visam

visam,& oculum terminetur pyramis, quia dato oppositio, si moueretur oculus ad illum punctum aeris in quo non essent species rerum visibilium in indiuisibili,nō posset ibi videre rem aliquam, sed punctum aliquem vnius rei,quod falsum est.

Quarto,quia intentio coloris in medio, & in oculo nō est subiectiue,in re autem colorata est subiectiue. De re colorata planum est,de oculo, & medio patet,quia si esset ibi,vt in subiecto denominaret,& nō denominat, etiam quia haberet causam aliquam determinatam in subiecto,& non habet.

Quinto,quia color in re colorata est,vt manens,& factus,in medio autem,& sensu est solum in fieri,scilicet in sensu exteriori.

Et patet hoc, quia non videmus rem, nisi in præsentia eius, & tamen si maneret species in oculo recedente visibili adhuc videretur, cū non fiat visio per ipsum obiectum, sed per speciem. Etiam apparet in speculis, quia obiecta re statim est imago in speculo, & illa ablata non manet species, ideo apparet, quòd non est species res manens, sed solum in generali.

Sexto, quia ad generationem coloris secundum naturam in re colorata requiritur successio, quia licet generatio proprie dicta sit in instanti, tamen alterationes præcedunt, quæ non sunt in instanti,acquisitio autē coloris in re colorata est alteratio quædam,ideo fit successiue, sed formæ,siue speciei visibilis acquisitio fit tota simul,nam obiecta re speculo,sine vlla successione est ipsius rei totius imago in speculo,& multæ huiusmodi differentiæ sunt,& sic non est idem esse coloris in re colorata,& in oculo,& medio.differt igitur esse naturaliter,& intentionaliter,& sicut est de qualitate materiali, ideſt colore respectu visus, est de qualitatibus omnibus alijs sensibilibus, nam quælibet est in subiecto suo materialiter, & in sensu est intentionaliter, & multum differunt ista esse. Accedendo ad propositum dicendum, quòd duæ qualitates oppositæ non possunt inesse eidem rei secundum esse naturale,vel materiale,sed bene secundum esse intentionale,& ob hoc, quia secūdum vtrunque esse competit aliqua actio qualitati, non erit idem modus actionis secundum vtrunque esse. I Apparet ex dictis, quia nulla res est simul alba, & nigra,quia hoc consideratur quantum ad esse materiale, & tamen in eodem oculo sunt simul species albi, & nigri,& in oculo non congregant, & disgregant, sed solum mouent sensitiue, ideſt faciunt in actu videre album, & nigrum, similiter accipiatur species calidi,& frigidi,sunt enim caliditas,& frigiditas qualitates materiales, & sunt in re extra secundum esse naturale, & secundum hoc competit eis actio alterandi materialiter,ideſt calidum secundum calorem alterat aliquid calefaciendo illud, calefieri autem motum naturalem nominat,quia gignitur ibi forma materialis,idem de frigiditate. Est autem species coloris in sensu tactus secundum esse intentionale, nam in sensu non ponitur species secundum esse materiale, sed intentionale, quia aliàs non posset immutari K sensus ab oppositis qualitatibus, sicut aliquid quandiu est calidum non potest esse frigidum, & ideo speciebus istis prout sunt in sensu non competit alterare, ideſt calefacere,vel frigefacere, sed immutare vitaliter, ideſt quòd secundum eas sit aliquis in actu sentiens, & percipiens calidum, & frigidum, hoc dato, sicut nulla res potest alterari simul a calido, & frigido, ideſt quòd simul calefiat, & frigefiat recipiendo gradus caliditatis,& frigiditatis, quia per hoc cum alteratio habeat terminum, & caliditas est terminus huius, quod est calefieri, si aliquid simul posset calefieri,& frigefieri, posset simul esse calidum, & frigi-

F gidum dato termino vtriusque alterationis, sed istud est impossibile, ideo non potest simul alterari secundum calidum,& frigidum,tamen non est aliqua contradictio,quòd species calidi, & frigidi sint simul in sensu tactus,cuius sunt obiecta, quia ibi sunt secundum esse intentionale, & in illo esse non est contrarietas,sicut album, & nigrum sunt tam contraria,sicut calidum,& frigidum, & tamen species albedinis. & nigredinis simul sunt in oculo,& in medio, vt dictum est, & tunc cum ambæ fuerint in sensu secundum esse intentionale immutabunt, & tamen quælibet earum existens in sensu causat dolorem si sit species excessiui sensibilis, & dolor non est secūdum G licet sensitiuum,ergo quando ambæ fuerint in sensu, esse materiales, sed secundum esse intentionale, scilicet quia vna non impediet actionem alterius, sicut se impediunt in esse naturali poterit simul aliquis dolere secundum immoderatum calidum, & frigidum, & sic a duobus simul cruciabitur, & ab vtroque secundum conditionem intensionis, vel remissionis suæ. Cum igitur in Inferno non sit passio ab igne secundum esse naturale, ideſt quòd quis calefiat, aut vratur,sed secundum esse intentionale, ideſt quòd H crucietur sentiens dolorem, poterit simul cruciari a calido,& frigido secundum,quòd vtriusque speciem habuerit,licet non possit calefieri, & frigefieri simul, immo nullum illorum fiat.

An immutatio sensitiua,siue dolor in damnatis, & Inferno fiet sine appropinquatione. Quæst. DXLVIII.

Sed obijcietur, quòd adhuc non stet,quia licet istæ sint actiones distinctæ, scilicet calefacere, & immutare virtualiter secundū actum calidi ad dolorem causandum sentiendo calorem, & in damnatis propter conditionem illius status,scilicet quia nullus erit tunc motus cęli, vel quia Deo placebit, poterit separari, & separabitur vna ab alia, scilicet quòd fiat sensatio calidi sine calefactione, & vstione, tamen non poterit fieri ista sensatio sine appropinquatione obiecti actiui, sicut si deberet calefacere,quia aliter non posset causari species caloris tantę intentionis, sicut in nobis apparet quando appli- camur ad ignem. nam in absistentia aliquanta species caloris genita in sensu non affligit, quando autē appropinquamus affligit nos species caloris, & vtraque est actio intentionalis secundum sensum. ita ergo in inferno non poterit esse ista immutatio sensitiua sine appropinquatione. nam si ponerentur corpora damnatorum in superficie terrę, nullū cruciatum sentirent ab igne inferni propter distātiam nisi secundum apprehensionem nociui,quod non est in sensu, sed in operatione solius animę,uel in sensu interiori, sed non pertinet ad sensum tactus,& tamen duo actiua,ideſt calidum & frigidum in inferno non possunt æqualiter appropinquare ita ut agant, quia vnum impediret alterius actionem,immo deſtrueretur minus a maiori.ergo non poterit simul pati a duobus, ideſt calido & frigido.

Dicendum ꝙ poterit ab utroque pati, & ratio est quia non patitur secundum esse naturale, sed secundum esse intentionale,& species potest causari in sensu antequam sequatur actio naturalis. nam ad actionem intentionalem requiritur minor appropinquatio quam ad actionem naturalem. sicut apparet in uisione,& auditione,& odoratu,quia potest fieri uisio, & odoratio a longinquissimis, a quibus nulla actio secundum esse naturale fit a rebus quę videntur, & odorantur. Similiter de calido & frigido dicendum, ideſt,quod a maiori distātia erit actio intentionalis, ideſt

vt recipiatur species calidi, & frigidi in sensu, quòd A possit ipsum calidum, aut frigidum calefacere, vel frigifacere rem sentientem.

Est tamen verum, quòd non fit intētionaliter immutatio ad quamcunque distantiam,sicut nemo audit ad quamcunque distantiam, licet perueniat intētionaliter vox ad aurem, & ita poterit in Inferno vnū esse propinquum, scilicet calidum, & aliud erit distans, scilicet frigidum, & ambo sufficient intentionaliter ageret, licet calidum posset etiā ageret materialiter alterando propter propinquitatem,frigidum autem non potest alterare propter distantiam, etiam si nihil aliud impediret.

Sed obijcietur quòd talis actio intentionalis non affligeret,quia ad hoc, quòd aliquis affligatur ex specie calidi recepta in sensu, requiritur, quòd illa sit vehemens, & non potest esse, nisi quando est magna propinquitas ad rem calidam, quia aliàs est species remisse recepta, & non affligit, vt apparet in nobis parum,aut multum accedentibus ad ignem, & ita cum species rei frigidæ recipiatur de longe non affliget. Dicendum,quòd ratio concludit verum, & tamen dicetur, quòd illa species affligit, & valde affligit,& potest fieri dupliciter.

Vno modo, quòd ista ambo sint propinqua valde, ideſt calidum, & frigidum,& tamen non se corrumpunt propter conditionem status illius, quia cessat omnis corruptio,& ideo cum maneat actio intentionalis sine naturali motu, & illa sit de propinquo,erit vtraque vehemens,ideo tam a calido,quam a frigido poterit esse vehemens afflictio, cum sint ambo propinqua.

Aliter potest dici, quòd alterum ipsorum sit elongatum,& ideo licet causare posset speciem,vel intentionē sui in sensu tactus, esset illa naturaliter remissa, & parum,aut nihil affligens,quia tamen agunt ista,vt instrumenta diuinæ iustitiæ, possunt affligere quantum Deus voluerit, licet de longe causetur species.

An species vel intentio calidi, & frigidi possint esse simul in sensu tactus, & quomodo hoc contingat. Quæst. DXLIX.

Sed quæretur quomodo possit hoc stare, præsupponebatur enim, quòd species, vel intentio calidi, & frigidi possunt esse simul in sensu tactus, sicut species albi, & nigri, & tamen nos nunquam hoc experimur,quia non solum non calefacimur, & frigefacimur simul, sed etiam non sentimus calorem, & frigus simul, quod tamen esset necesse si species calidi, & frigidi essent simul in sensu, sicut ex eo simul videmus album, & nigrum, quia species albi, & nigri sunt simul in oculo, apparet ergo,quòd nunquam erunt simul species caloris;& frigoris in tactu,cum nunquam simul sentiantur.

Dicendum, quòd vere sunt in sensu nostro simul species frigidi, & calidi simul, sed non sentimus secundum vtranque, stat enim speciem aliquam esse E in sensu, & non immutari secundum eam. Et patet in auditu,& visu, vt quando duo sunt simul,& aliquis audit vocem prolatam, & alius non, vel videt rem obiectam duobus, & alius non, nam non potest aliquis audire vocem nisi species, vel intentio eius fuerit multiplicata,& realiter perueniat vsque ad ipsum, sed talis multiplicatio fit per continuum quousque desinat omnino fieri, sicut de specie visibili dixi, ergo si vox peruenit vsque ad vnum, peruenit vsque alterum,& recipitur in sensu, sicut in medio,& tamen non alteratur, vel non mouetur sensus ab illa D species,quia est debiliter mouens. Idem de visu,quia si duo simul sunt ad oculum vtriusque peruenit species rei visibilis, sed mouetur vnus, & alius non,& maius signum est, quia si in casu dato non audiens ponat se in loco in quo est audiens,& ille econtrario, adhuc audiens prius audiet nunc, & non audiens prius audiet nunc,& tamen si non peruenirent species realiter ad vtrunque locum, mutato loco non audiret,qui prius audiebat,& alius inciperet audire,quod falsum est.

Et ideo hoc planum est, quia fit ex differentia organi, habent enim aliqui potentias organicas multum dispositas, sicut dicimus acutum visum, & acutum auditum,& ita de odoratu,& hoc nihil aliud est, B nisi,quòd a minoribus potest alterari, vel pati sensitiue, & tamen non est possibile immutari aliquem a specie, quæ non est in organo, ergo in sensu vtriusque est species sensibilis,sed non sentitur ab vtroque.

Et ita apparet, quòd in sensu nostro possunt esse multæ species,a quibus non immutemur, ideſt non sentiamus res illas quarum illæ sunt species, sic ergo in tactu nostro poterunt esse species calidi, & frigidi, & quòd non sentiamus calidum, & frigidum simul, sed alterum tantum,vel neutrum.

Circa,quod sciendum, quòd licet circa sensum tactus homo satis excellenter se habeat respectu aliorum animalium,cum tam homo, quam cætera animalia minus patiantur secūdum hunc sensum, quā C secundum alios, & causa est, quia non immutamur, nisi ab eo, quod respectu sensus nostri habet aliquantam vim,& excellentiam, & in alijs sensibus facilius est speciem sensibilem habere excellentiam ad sensum,quam in tactu,ratio est, quia omnia organa nostra sunt spoliata illis contrarietatibus quas percipiūt,& ideo percipiunt eas,sed non sunt spoliata contrarietate qualitatum tangibilium, ideo non percipiunt eas nisi in excessu, & quanto organum est magis spoliatum contrarietate qualitatum suarum sensibilium, tanto a minoribus sensibilibus potest immutari, & potest sentire magis contrarietatem,consistit enim corpus omnium animalium in habitudine,& harmonia certa calidi,& frigidi,& humidi,& sic ci, sine qua non viuit animal,& ista harmonia est per D totum corpus, licet non secundum eundem modū, sensus etiam tactus est per totum corpus, & rursus qualitas tangibilis est calidum, & frigidum, humidum,& siccum, ergo & ipsum organum tactus compositum est ex his contrarietatibus, ideſt ex partibus habentibus harmoniam istarum contrarietatum, & quia non fit motus,nisi a potentiori,siue naturali, siue intentionali,non poterit immutari tactus, nisi a specie rei calidioris, aut frigidioris, quam sit ipsum organum ex complexione, cum ipsum ex sua complexione habeat calorem aliquem, aut frigus, humidum,& siccum,& quia multa sunt æqualia calida,aut remissiora, non poterit tactus sentire talia calida,immo erit impossibile,vnde quando aliquantulum elōgati sumus ab igne, non immutamur ab eo secun- E dum tactum, licet ignis sit calidior, quam nos, quia non calefacit ignis,nisi calefaciens media, & ideo nisi immediata sensui tactus, per quæ sentit, scilicet aer,vel alia corpora calida, non fuerint calidioria in actu,quam organum tactus non sentiemus calorem, licet species caloris recipiatur in organo, & ita de frigido,& humido,non enim potest pati, ideſt sentire, nisi ab eo,quod est frigidius, & humidius actu. De sensu visus aliter est, quia organum eius est maxime elongatum a contrarietate, quam percipit,scilicet percipit album, & nigrum, & quemlibet colorem, & pupilla, quæ est organum, est spoliata omni colore,vel habet illum valde remissum, & ideo cum

quælibet

quælibet res colorata est intensius colorata, quam pupilla, poterit quælibet res colorata sentiri per visum.

Et ista est causa quare videamus simul album, & nigrum, & non sentimus simul calidum, & frigidũ, quia visus patitur a quolibet colore, quia quilibet est maior, quam color pupillę, & quia in esse intentionali non est contrarietas, habebit simul species duorum colorum contrariorum, & immutabunt ambæ, in sensu autem tactus non potest quis simul sentire calidum, & frigidum, & hoc non per se, quia neque species horum habent contrarietatem in esse intentionali ad essendum simul in organo tactus, sed per accidens, inquantum non potest organum sentire calorem nisi calefactum, nec frigiditatem nisi frigefactum, scilicet quia non potest pati, nisi ab excellentioribus, & tamen habet organum calorem in actu, vel frigiditatem in harmonia quadam ex complexione, ideo non poterit sentire, nisi quando ipsum fuerit perductum ad maiorem caliditatem realem, vel frigiditatem per ipsum sensibile, & tamen non potest organum simul esse frigefactum, & calefactum, quia posset esse simul calidum, & frigidum, & ideo possunt quidem species calidi, & frigidi esse simul in organo tactus, & erunt realiter, tamen non immutabunt ambæ, vel neutra ipsarum propter causam dictam, & ita apparet quare nullum animal possit nunc sentire simul calidum, & frigidum secundum tactum, possit tamen simul videre album, & nigrum, quæ sunt contraria.

Ex hoc sequitur, quòd poterit aliquando quis simul sentire calorem, & frigus, scilicet in statu illo in quo non erit actio naturalis alteratiua. Nam tunc si ponatur aliquid valde calidum iuxta tactum, vt est ignis, licet non calefiat corpus, erit species caloris in sensu tam intensa quantum esset, si organum esset calefactum, cum sensatio non fiat, nisi secundum esse intentionale, & ideo sentietur tunc calor, & affliget quantum nunc affligeret ignis appositus, sed ibi non vret, licet cruciet, nunc vero cruciabit, & vret, sic si ponatur tunc circa tactum aliquid tam frigidum, vt nix, vel gelidus lapis, non infrigidabit, quia non erit ibi actio naturalis, tamen erit in sensu species tam fortis quantum si realiter nunc frigefieret, sed talis species frigiditatis cruciaret nunc, ergo, & tunc cruciabit. Iste ergo est modus quo possit aliquis valde pati, & cruciari a frigore, & calore, si ignis, & res aliqua multum frigida applicentur corporibus damnatorum, nam ambo poterunt agere, cum vnum non destruat alterũ, quia cessat ibi actio corruptiua, & quodlibet aget intense, ac si solum esset, sed nunc non est talis actio simul, quia si duo talia agentia, applicarentur alicui patienti ipsa se corrumperent, ideſt fortius corrumperet debile.

Cum species calidi, & frigidi sint in sensu damnatorum tantum secundum esse intentionale, & nulla fiat alteratio realis quomodo affliguntur per hoc damnati.
Quæst. DL.

SED tunc dicetur, cum tales species sint in sensu solum secundum esse intentionale, & nulla alteratio realis fiat, quomodo affliguntur damnati per hoc.

Dicendum, quòd afflictio consistit in sensatione nocumenti, non autem in recipere nocumentum, quia lapis, & arbor nocumentum recipiunt cum soluuntur ab igne, sed non affliguntur, quia non sentiunt illud, sed nunc damnati sentiunt nocumentum, cum maneat in eis sensatio, quæ est secundum esse intentionale, licet non sit ibi alteratio realis, ergo erit ibi afflictio. Sed dicetur, quòd nõ possunt sentire nocumentum, quia ibi non est nocumentum, ergo nõ potest sentiri, nisi per deceptionem quandam, patet, quia nocumentum est, quòd vratur quis, vel alteretur a naturali dispositione, cum non calefiat corpus, neque frigefiat, ergo nullum nocumentum est.

Dicendum, quòd nocumentum est ibi, quia sicut ad manendum in esse naturali, & vita requiritur harmonia calidi, & frigidi, & magna caliditas, vel frigiditas in actu corrumpit animal, ita & ad immutationem in esse sensitiuo requiruntur species non excedentes proportionem sensus, & ideo excedentes species vere nocent, & quia sentitur nocumentum non tollit vitam, quia vita consistit in harmonia qualitatum in esse naturali, illæ autem non mutantur, ideo quantumcunque nocumentum fiat in sensatione, nunquam sequitur mors.

Et ista est causa quare possit esse dolor æternus, & acerrimus in Inferno, & quòd nunquam sit mors, scilicet quia ex dolore nõ sequitur mutatio aliqua dispositionis naturalis, in nobis autem dolor quicunque magnus necesse est, vt aliquando occidat animal, scilicet, quia non potest magnus dolor esse sine magna alteratione esse naturalis, ideſt qualitatum in quibus consistit harmonia, illis autem mutatis ad aliam dispositionem, perit animal.

An verum sit, q̃ damnati nõ possint pati simul ab igne & aquis niuium, vel ab aliquo alio frigido, vti supra in quæstione 546. probatum fuit. Quæst. DLI.

ET ita redeundo nunc vnde digressi fuerамus, scilicet ad illud argumentum factum supra quæstione 546. quòd non posset simul dãnatus pati ab igne, & aquis niuium, vel ab aliquo alio frigido.

Dicendũ, quòd potest, eo quòd non erit ista passio alteratio quædam secundum esse naturale, sed immutatio in esse intentionali, vel sensitiuo, & ista se compatiuntur modo supra assignato,

Ideo ad hoc, quòd damnatus vtrunque patiatur, non oportet fieri vicissitudinem aliquam, sed simul sustinebit.

Ad secundam rationem ibidem positam, scilicet, quia sacra Scriptura hoc exprimit, scilicet quòd trãsibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.

Dicendum, quòd non ponit hoc, quasi talis modus sit, sed quia aliter intelligi non potest, nam apud nos non potest aliquid calefieri, & frigefieri simul, sed cum calefacta fuerit poterit infrigidari, & desinet esse calefactio, & caliditas, & hoc est cum quodam transitu, nam oportet, quòd calefaciens desinat esse, vel remoueatur, & incipiat esse, vel applicetur aliquod infrigidans.

Et, quia sine isto transitu non fit apud nos, non esset facile intelligere, quòd aliter fieret apud Ineros, ideo scriptura dixit, quòd transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, & tamen in veritate non erit transitus, sed simul erit vtrunque.

Sed dicetur, quòd tunc non manebit veritas scripturæ huius, quæ dicit transibunt &c.

Dicendum, quòd scriptura accipitur vera, vel falsa pro eo, quod intendit exprimens illam, si enim ad significatur per scripturam, quod dicens intendebat significare est vera, si oppositio modo est falsa, nunc autem non intendit scriptura dicens aliquid significare nisi, quòd esset pœna caloris, & frigoris apud Inferos, & istæ sunt: ergo vera est scriptura, ad minus enim transumptas locutiones veras reddendas, latis est, quòd subijciatur aliquod verum illis verbis, quod ex

ex illis per modum loquendi accipi possit, licet non significetur illud in cortice verborum. Sicut cum dicimus oculi Domini cõtemplantur omnem terram, vel aures suæ exaudiunt orationes nostras: nam licet non sit aliquid tale, est propositio vera, eo quòd Deus scit, & intelligit omnia, quæ in terra sunt, & omnia quæ nos oramus, quasi audiret illa, & videret omnia, licet nihil audiat, aut videat.

Si autem circa id quod dictum fuit supra de transitu de aqs niuiũ, voluerimus tenere, q̃ erit verus trãsitus ille, ita quòd aliquãdo damnati sint in igne, & aliquando in re frigida. dicetur quòd erit transitus, & ideo quando senserint calorem, punientur in eo solo, & quando fuerint in frigida re, punientur solum a frigore. Cum autem dicebatur, quòd ista varietas, ideſt, contrarietas pœnarum præstaret oblectamentum, dicendum quòd non stat, quia non erit illa actio secundum transmutationem corporis a sua dispositione naturali, ad quam possit reduci per contrariam actionem, sed actio solum secundum intentionem per impressionem formarum in sensu: nam quando quis valde calefit, aut infrigidatur, gaudet in oppositio, eo quòd siue valde infrigidari, siue valde calefieri, est extra dispositionem naturalem, cum consistat harmonia vitæ nostræ in quadam proportione mixtionis qualitatum, & ideo in quacunque qualitate excedamus, eximus naturalem dispositionem, & ideo in illa reductione necesse est quòd delectemur, si tamen illud reducens nos ad medium, rursus retrahat ad aliud extremum est afflictio, sicut prius, sed quandiu redimus de extremo versus medium, gaudemus, & istud necesse est fieri in omni reductione, quia non possumus trãsire de extremo in extremum sine medio, sed apud inferos non est actio transmutatiua, ideo non exeunt ibi corpora damnatorum dispositionem naturalem per calidum, aut frigidum, ideo licet transeant de summe frigido ad summe calidum, quia per nullum illorum trahuntur extra positionem naturalem, neque reducuntur ad illam, non est refrigerium in transitu, sed vtrunque causat tristitiam, inquantum est species excessiua in sensu, quæ non conuenit secundum esse spirituale.

An vermis sit futurus in damnatis.
Quæst. DLII.

NVNC redeundum est ad singulas prædictarum pœnarum corporearum in inferno, vt videatur de qualibet quomodo ibi sit, & primo de verme, & est dubium an vermis futurus sit in damnatis.

Aliqui dicunt, quod non erit vermis apud inferos, quia non videtur quare ibi esse deberet. Sed ad hoc obijcitur quia Isaiæ 66. cap. dicitur, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: ergo manebit apud inferos vermis qui non moritur, sicut manet ignis qui non extinguitur.

Aliquis dicet, quòd forte non intelligitur de inferno, sed de aliquo bello, in quo cadauera quędam exurerentur, & alia putrefacta relicta consumerentur a vermibus.

Dicendum, quòd non stat. Primo, quia non potest accipi de bello, sed de inferno: nam in quocunque bello vrentur cadauera, erunt aliquando exusta, & cum completa fuerit vstio deficiet ignis, qui non manet inter nos, nisi in aliena materia, & in generari, & tamẽ dicitur ignis eorum non extinguetur.

Item quantumcunque putrefiant cadauera, & ignautur inde vermes, & ipsi deuorent carnes, de quibus nascuntur, deficientibus carnibus rursus extabescunt vermes, & deficiunt mutati in terram, & tamen dicitur, quòd vermis eorum non morietur: ergo non intelligitur de cadaueribus apud nos putrefactis, sed intelligetur de pœna inferni, vbi est pœna ignis inextinguibilis, & sunt ibi vermes qui non moriuntur.

Secundo patet hoc efficacius, quia Christus illud expresse posuit: nam Marci nono cap. dicens: Bonum est tibi debilem intrare in vitam, quàm duos pedes habentem mitti in gehẽnam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, & hanc sententiam ter posuit ibi Christus, & manifestum est, quod accipiatur de inferno, cum dixerit, mitti in gehennam in ignem inextinguibilem, & ibi dixit esse vermem qui non moritur: ergo apud inferos est vermis.

An vermis in damnatis erit corporalis, vel spiritualis.
Quæst. DLIII.

NVNC autem quæretur, an ille vermis erit corporalis, an spiritualis.

Aliqui dicunt, quòd vermis damnatorum erit corporalis, quia caro non potest affligi per vermem spiritualem, sed ille vermis, qui erit in damnatis, affliget carnem, ergo erit carnalis: patet, quia Iudith decimosexto capit. dicitur, Dabit ignem, & vermes in carnes eorum. Secundo, quia dicitur Ecclesiastici septimo cap. Vindicta carnis impij vermis, & ignis. Cum igitur dentur vermes in vindictam carnis erunt corporales. Tertio, quia idem videtur dicere August. 21. libro de Ciuitate Dei, scilicet, Vtrunque enim, ideſt, vermis, & ignis pœna erit carnis: ergo corporeus erit, quia aliàs non affligeret carnem.

Dicendum, quòd apud inferos in damnatis non erunt vermes corporales, sed id quod vermis dicitur, necesse est quòd sit aliquid spirituale. Et primo, quia idem tenet Augustin. 20. libro de Ciuitate Dei, scilicet, in pœnis malorum inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis ab aliis aliter, atque aliter expositus est.

Alij vtrunque ad corpus, alij vtrunque ad animam retulerunt, alij ad corpus ignem tropice, ad animam vermem, quod credibilius esse videtur, & ita ad animam solam vermem dicit pertinere, & sic non erit aliquid corporale. etiam quia dicit vermem tropice dici, & tamen si vermis esset ibi corporalis non diceretur tropice, sed vere.

Secundo, quia vermes non poterũt esse post diem iudicij: nam in mundi innouatione non manebit aliquod animal nisi homo, quia per ignis conflagrationem non euadet aliquid quin corrumpatur de mixtis: sola enim simplicia manebunt, & tunc ex voluntate Dei homo resurget, ideo non manebunt tunc vermes, neque esse poterunt, nisi postea gignantur, & tamen postea non poterunt gigni, quia nulla erit generatio cessantibus omnibus motibus, & præcipue motu corporum cœlestium: ergo non erunt vermes.

Tertio, quia vermes non solent gigni, nisi ex corporibus corruptis, ideſt, ex cadaueribus, & tamen tũc nullum cadauer erit, sed omnes homines viuentes: ergo nulli erunt vermes, cum homines qui resurrexerint, nunquàm moriantur.

Quarto, quia si post resurrectionem essent vermes in hominibus, esset in eis corruptio, & si aliquo modo corumpi possent, etiam mori possent, & consequẽter pęnę nõ essent æternę, sed nõ erũt pęnę tales immo æternæ, ió nõ erunt vermes, neq; generabitur

Universidad de Deusto Biblioteca

In eis aliquid, vnde neq; vermes, nec pediculi, nec pulices, neque fudor, neque aliquid aliarum rerum, quæ ex corruptione corporis humani, aut rerum quę circa hominem esse possunt, tunc generabitur: ergo impossibile erit vermes esse, Vnde necesse est, ꝙ vermes tũc accipiantur ex aliqua re, quæ sit circa animam, & solet dici ꝙ vermis erit remorsus quidam cõscientiæ, quia dicitur vermis, inquantum oritur ex putredine peccati, & affligit animam, sicut vermis ex putredine carnis ortus affligit corpus, & hoc est quod Augustinus dixit vermem dici in damnatis tropice.

Et sciendum, ꝙ non accipitur vermis in damnatis, nisi ex quadam similitudine mortuorum, & habetur ex auctoritate Isaiæ, 5. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. hoc autem est, quia in damnatis vult ostẽdere scriptura malum esse, quod potest in hominibus esse, & hoc iuxta conditionem eorum, qui pauca possunt intelligere, vulgares autem non intelligunt aliquod malum esse, nisi corporale, quia non sentiũt aliud, nisi res corporales, ideo has solas esse existimant, vt dicitur 7. Ethicorum, circa finem, & ideo malum damnatorum ostendit esse omnem malum, quod in hominibus esse potest. malum aũt vltimum est in homine, aut re viuente mors, sic dicitur 3. Ethicorum, quòd vltimum terribilium sit mors: & quia mors differt per malam, & bonam, vult damnatis dare id, quod ad malam mortem pertinet. Iudicant autem vulgares malam mortem esse eam, quæ in bello est, quando quis superatur ab hostibus, & tunc sunt duo accidentia, scilicet, quòd occisi in bello, aut permittuntur manere insepulti, aut exuruntur. qui autem manẽt insepulti, licet quantum ad magnam partem lacerentur ab auibus, tamen quando multi sunt, non possunt omnino lacerari, & etiam fętor intolerabilis abigit inde aues, & omnes feras, & ideo tunc resoluuntur in tabem fluentem, & vermes, hoc autem est maximum malum, quod circa moriẽtes in bello accidit: scriptura autem voluit ostendere malum damnatorum esse grauius, & ideo circa hæc duo, quæ occisis in bello solent accidere, ideſt, vstionem, & vermes fecit augmentationem mali dicens: vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. q.d. in his, quæ occiduntur in bello pereunt cadauera, aut igne vrente, aut verme ex resolutione nato, sed tam vermis, quàm ignis pereunt ibi, quia ignis aliquãdo extinguitur, scilicet, consumptis cadaueribus, etiam vermis aliquãdo moritur, scilicet, consumptis carnibus fluente sanie, & illa in auras resoluta, vel in terram mutata, & ideo totum illud malum finitur, sed apud malos istud malum non finitur, quia neque eorum ignis extinguetur, neque vermis morietur: ergo ostẽditur apud damnatos esse maximum malum, quod esse potest: nam cadauera subijci corrumpenti vermi, & igni vrenti, quandiu durant hæc valde magnum malũ est: si igitur effecta fuerint perpetua, non poterit esse aliquid peius. Ita autem innuitur cum dicitur, quòd ignis non extinguetur, & vermis non morietur: ergo maximum malum, quod apud vulgares, quantum ad damnatos signari poterat, signatum est per hæc, sed quia vtrunque iuxta vulgares est malum in corpore, & in damnatis non poterit esse vermis in corporibus, oportet quòd accipiatur aliquid in anima, & accipitur per similitudinem, scilicet, quòd vermis in corpore, est animal natum de corruptione carnis, ipsam carnem rursus lacerans pungens, ita vermis in anima est remorsus quidam natus de corruptione peccati, ipsam animam rursus stimulans, & pungens. ignis autem tam ad animam, quàm ad corpus pertinet, & de hoc dictum est, vermis eorum, &c. ideſt, nõ putetus, quòd mala damnatorum erunt talia, qualia mala aliorum mortuorum, quia in alijs ignis exurens cadauera aliquando extinguitur, & vermis ea corrodens aliquando moritur, scilicet, consumptis cadaueribus, sed in damnatis ignis semper vret, & vermis semper lacerabit: ergo nulla miseria maior cogitari potest.

Ad primum in contrarium dici poterat vno modo, quòd ibi accipiantur vermes, & ignis materialiter pro consumptione cadauerum, scilicet, quia ibi perierant Assyrij, venientes cum Holoferne gladio, & cadauera illorum consumpta sunt quædam igne, quædam vermibus natis ex corruptione, scilicet, illa quæ non vsta fuerunt ab igne.

Sed aliter dicendum melius, quia litera vult ibi pertinere ad pœnam damnatorum cum dicitur, Dominus enim vindicabit ĩ illos in die iudicij visitabit eos, dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrãtur, & sentiãt vsque in sempiternum: inquantũ enim dicitur in die iudicij visitabit eos, apparet quòd non accipiatur de igne appositio cadaueribus, sed de igne, & vermibus damnatorum. Etiam quia dicitur, vrantur, & sentiant, & tamen cadauera vsta non sentiunt. Etiam quia dicitur, vrantur vsque in sempiternum, & tamen sempiterna vstio non est, nisi in damnatis, vbi corpora non corrumpuntur. Dicendum igitur vno modo, quòd accipitur caro pro homine, ac si dicatur, dabit ignem, & vermes in eos, & ratio accipiendi est, vt ponatur pars pro toto, sicut cũ dicitur, anima quæ obtulerit sacrificium, ideſt, homo, Leuit. 2. Quia anima per se nihil facit, ita & caro cum sit pars potest poni pro toto homine, iuxta illud Psal. 61. Omnis caro ad te veniet, ideſt, omnis homo, & illud: Videbit omnis caro salutare Dei, & Iohel. 3. & Actuum 2. capitur: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ: & accipitur ibi de spiritu prophetico, sed ille non potest pertinere ad carnem cum sit pure spiritualis, ideo accipitur caro pro homine, sed istud stare poterat si poneretur caro non vt pars, vt si diceret, dabit ignem in carnes, sed dicitur in carnes eorum, ideo necesse est, quòd accipiatur pro parte corporali.

Alij ergo dicunt aliter, quòd caro non ponitur pro corpore, sed per carnem accipimus hominem animã quæ vocatur caro, quia animæ damnatorum totaliter se carni subdiderunt, & in hoc fuit eorum peccatum.

Aliter potest dici, quòd vermis licet non sit corporalis, dabitur tamen in corpus, vel carnem, quia affligetur caro ex afflictione animæ: nam si bonum animæ redundat in bonum beatorum corporum, ita & malum animæ in damnatis redundat in malum corporum. Aliter potest dici, quòd dicitur hoc per metaphoram, scilicet, quòd sicut in corpore malum, quo cruciatur, vel quo finitur est ignis, & vermis, ita & tũc dabuntur aliqua in damnatos, quæ erunt loco vermis, & ignis. Ad secundum dicendum, quòd potest accipi vno modo, quòd vindicta carnis impij est vermis, & ignis, ideſt, occisio per gladium, q.d. Deus destrui faciet malos in bello, & hoc est in vindictam suorum malorum, & tunc non sepelientur eorum cadauera, sed ad maiorem infœlicitatem relinquentur insepulta, & tradentur igni, aut corrupta in superficie terræ consummentur a vermibus, & omnia hæc mala erunt in vindicta peccatorum suorum. Aliter potest dici, quòd accipiatur de pœna æterna damnatorum, quæ erit in igne, & verme, & tunc exponendum est, sicut supra. Ad tertium dicẽdum, quòd Augustinus circa assertionem de igne, & verme multa dicit disputando non asserendo, non enim vult asserere, quòd ille ignis sit materialis vermis, sed quòd potius esset assẽdum ignẽ, & vermem materialiter intelligi, quàm quòd

quòd vtrunque spiritualiter accipiatur, quia sic damnati nullam pœnam sustinerent corporalem, quod est inconueniens, & tamen potest animæ dari vermis, & ignis vtrique, ideſt, corpori, & animæ, ideo non voluit accipi vermem, prout est in carne, sed in anima, & ibi non videmus aliud, quod possimus vocare vermem, nisi remorsum peccati, inquantum remorsus ille nascitur de putredine, & corruptione peccati.

An fletus de quo Christus loquitur, intelligatur de malo aliquo quod sit apud inferos, & an in veritate erit in damnatis fletus realis. Quæst. DLIIII.

QVAERITVR nunc de alia pœna damnatorũ, quæ dicitur fletus, an erit in eis fletus corporalis, ideſt, fluxus lachrymarum, vel signatur aliquid spirituale per hoc, & ante hoc est dubium, an in veritate erit in damnatis fletus, vel aliquid quod respondeat fletui, vel forte non dicitur de illis, sed de aliquo alio.

Aliqui dicunt, quòd non intelligitur de damnatis, sed de quadam pœna carceris, quæ dabatur in terra Chanaan, quia carcer erat locus malus, frigidus, & immundus. & ibi qui mittebantur flebant, & stridebant, præ dolore malorum, quę patiebantur: sic patet supra 22. cap. vbi dicitur de rege qui factis nuptijs, intrauit vt videret discumbentes, & cum vidisset hominẽ nõ habentem vestem nuptialem, iussit eum mitti in tenebras exteriores, & dicitur: ibi erit fletus, & stridor dentium, sed homo ille non poterat mitti, nisi in carcerem, & non in infernum, ergo ibi erat locus carceris, & fletus, accipitur ibi pro dolore quem incarcerati sustinent.

Item patet præcedenti cap. de illo domino, qui habuit seruum male dispensantem res suas, & male præsidentem familiæ: nam dicitur, quòd ponet partẽ eius cum hypocritis, & ibi erit fletus, & stridor dentium, & tamen domini temporales non possunt infligere, nisi malum temporale: ergo fletus ille malum temporale est, & non malum inferni.

Item supra in litera dicitur de domino, qui habuit seruos accipientes talenta, & lucrantes cum illis, & illum seruum qui piger fuit iussit ejici in tenebras exteriores, vbi est fletus, & stridor dẽtium: ergo ista sunt mala temporalia, & non inferni.

Dicendum, ꝙ fletus de quo Christus loquitur, est malum, & apud inferos, quidquid illud sit. Et patet quia supra 8. ca. dixit: Dico aũt vobis, ꝙ multi ab Oriẽte, & Occidente venient, & decumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cęlorum, filij autẽ regni huius ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium, & ita ponuntur ibi ista duo loca, vt contraria, s. tenebræ exteriores, & regnum cęlorum, & tamen ad regnũ cœlorũ non est aliquis locus contrarius, nisi infernus: ergo infernus est in quo ibi dicuntur futuri fletus, & stridor dentium. Et apparet, ꝙ iste sit sensus, quia Luc. 13. c. vbi ponitur eadem sententia, licet breuius dicitur, cum aũt videritis Abrahã, & Isaac, & Iacob, & Prophetas omnes in regno Dei: vos aũt expelli foras, & venient ab Oriente, & Occidẽte, & Aquilone, & Austro, & recumbent in regno Dei: & ita vocauit ibi foras, quod Matthæus dixerat tenebras exteriores, & ideo locus ille est infernus, cũ opponatur ad regnum Dei in quo erunt Sancti.

Item patet, quia supra 13. cap. dicitur: Sic erit in consummatione sæculi: mittet filius hominis Angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium, tunc iusti fulgebunt, sicut Sol in regno Patris eorum, & ita appa-

ret, quòd fletus accipiatur ibi pro quadam pœna inferni, & non pro aliqua pœna temporali. Primo, quia dicitur, sic erit in consummatione sæculi, & tamen in fine mundi non erit aliqua pœna temporalis, sed æterna. Secundo, quia dicitur: mittet filius hominis Angelos suos, & tamen Angeli non mittuntur tunc ad exe cutionem alicuius pœnæ temporalis, ergo pœna fletus erit pœna damnatorum. Tertio, & efficacius, quia dicitur: Colligent omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & isti sunt peccatores, qui erunt in fine sæculi. constat ergo quòd de damnatis intelligitur illa pœna fletus. Quarto, & adhuc principalius, quia dicitur, & mittent eos in caminum ignis, sed cõstat, quòd caminus ignis est infernus: ergo cũ dicatur quòd ibi erit fletus, constat quod quædam pœna inferni sit fletus. Quinto, quia dicitur, Tunc fulgebunt iusti, sicut Sol, sed manifestum est istud esse in resurrectione: ergo tunc erit fletus, & tamen tũc non manebit aliquis, nisi in inferno, aut cœlo empyreo: ergo fletus erit quędam pœna inferni. Sexto, patet quia eodem cap. repetit Christus eandem sententiam dicens, sic erit in cõsummatione sæculi, exibunt Angeli, & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium: ergo in consummatione sæculi mittẽtur mali in caminum ignis, sed hoc nihil aliud est, nisi quòd dicitur hic, quòd peracto iudicio, & segregatis bonis ad dexteram, & malis ad sinistram, ibũ mali, qui in sinistra sunt in ignem æternum, sed in camino illo ignis dicit futurum fletum: ergo est pœna inferni fletus.

Sed nunc dubium est, quis sit iste fletus qui dicitur esse apud inferos, & an sit fletus realis, ideſt, resolutio lachrymarum vel quid.

Aliqui dicunt, quòd sit fletus realis, quia Lucæ 13. cap. dicit quædam glo. ꝙ per fletum quem dicimus in reprobis potest probari vera corporũ resurrectio. Sed probatio ista non procederet si esset fletus solum spiritualis, ergo erit fletus realis, ideſt, lachrymæ. Secundo, quia tristitia, quæ est in pœna respondet delectationi, quæ fuit in culpa, Apoc. 18. c. Quantum glorificauit se in deliţijs suis tãtum date illi tormentum, & luctũ, & tamen in peccato fuit delectatio corporalis, ergo in pœna inferni fuit luctus corporalis.

Dicendum, ꝙ in damnatis erit fletus, sicut Christus dixit: non tamen signatur hic aliquid corporale, quod nos vocamus fletum, i. resolutionem lachrymarũ. Et patet, quia non põt esse lachrymarum fluxus sine alteratione reali, quæ est quædã calefactio interiorum, vt possit resolui, & distillare id, quod prius non erat fluidum. fit ẽt generatio lachrymarum, sed nihil istorum poterit esse post diem iudicij, cessante motu cœli, qui est principiũ oĩum motuum: ergo non poterũt lachrymæ fluere. Secundo, quia ad fluxum lachrymarum oportet esse generationem cuiusdam humoris, qui per lachrymas distillat, & tamen non poterit esse fluxus earum. Tertio, quia dato, ꝙ aliquando posset esse fletus, tñ non conuenit, ꝙ ponatur fletus apud inferos: nam si fletus esset cum ille ponatur vt pœna, oportet ꝙ esset perpetua, quia apud inferos nulla pœna est temporalis, aut cessans, & tñ fletus per resolutionem lachrymarum non potest ibi esse perpetuus, quia lachrymæ sunt quidam humor resolutus, & tamen in damnatis nulla fit restauratio, quia non est ibi cibus: ergo necesse est, ꝙ cito deficiant illæ lachrimæ, etiã si totum corpus resoluatur in humorem lachrymarũ, sic Ouidius dicit 9. Metam. Biblidem totam versam esse in lachrymas per resolutionem, & inde fontem factum, quia Naiades subiecerunt venam perennem lachrymis eius: ergo nullæ lachrymæ ibi erunt, cum perseuerare non possint.

Quarto, quia si daremus, ꝙ lachrymæ aliquæ ibi gigni possent, & fieret aliqua alteratio, posset quoque quælibet alteratio, & maxime fieret ab igne, & ita inflammarentur, & consumerẽtur corpora damnatorum, sed non fit: ergo neque resoluẽtur aliquæ lachrymæ. Sed dicendum, ꝙ erit fletus in damnatis, quantũ ad aliquid. quod est in fletu corporali, & illud est quę dã commotio, & turbatio capitis, & oculorũ, & quantum ad hoc non repugnat statui damnatorũ post resurrectionem. corpora enim damnatorũ non solũ ab exteriori affligentur, sed ẽt ab interiori ſm ꝙ corpus immutatur ad passionẽ animæ in bonũ, vel malum, & quantum ad hoc fletus ostendit resurrectionẽ carnis, & respondet delectationi carnis, quæ fuit in peccato, sed de fletu isto adhuc dicetur magis sequenti q. cum agetur de stridore dentium.

Ad primum in oppositum dicẽdum, ꝙ in damnatis erit fletus, qui possit iudicare verã corporis resurrectionem, vt dicunt Hierony. & Remigius, sed non erit resolutio lachrymarum: nam omnis motus corporalis signat veritatem corporis, sed commotio, & turbatio capitis, & oculorum, est verus motus corporis, & non potest esse nisi in illis, qui veram humanitatem habent: ergo illi qui flebunt post iudicium, & ira erunt veri homines in corpore, & anima, sed iam semel deposuerunt corpus per mortem, ergo oportet ꝙ resumant illud, & istud est resurgere: ergo vera erit resurrectio mortuorum.

Sed obijcietur, quòd non stet, quia cessante primo motu, qui est motus cœli post resurrectionem negamus omnes alios motus, & tamen commotio, & turbatio capitis, & oculorum, est quidam verus motus: ergo non erit in damnatis, vel si datur iste, etiam erũt veræ lachrymæ, quod negatum est.

Dicẽdum, ꝙ non erit resolutio lachrymarum, sed erit commotio capitis, & turbatio vultus, & oculorũ: & ratio est, quia cessante motu cœli, cessabit omnis motus naturalis, cuius principium est motus cœli, nõ tamen cessabit motus voluntarius, cuius est principiũ voluntas, sed motus localis in re animata principium est appetitus, ideo moueri potest homo localiter stãte cęlo, & a fortiori potent quis mouere membra sua non moto ipso localiter. Sic enim dicimus, quòd beati poterunt subito ire quo voluerint, & ad hoc datur eis agilitatis dos. Item in damnatis poterit esse motus secundum locum, vel complicatio, aut contorsio partium corporis, quia ista subsunt voluntario: alteratio autem aut generatio, corruptio, augmentatio, & diminutio sunt motus naturales, ideſt, qui non subijciũtur voluntati, non poterunt tunc esse, cessante motu cœli, qui est prima causa omnis naturalis motus. talis est autem resolutio lachrymarum: nam ibi est generatio humoris, qui distillat per lachrymas, est alteratio calefactionis cuiusdam ad hoc, quòd lachrymæ soluantur, & stillent. Est etiam augmentatio, & diminutio, quia emittitur aliquid de substantia, scilicet, humor per lachrymas, & ad rursus flendum oportet gigni alium humorem, restaurando prius deperdita. Ista autem non subsunt voluntati, sed naturæ, ideo non poterit esse fletus per resolutionem lachrymarum, sed solum per turbationem capitis, & vultus.

Ad secundum dicendum, quòd fit conueniens responsio ad ea, quæ in peccato fuerunt: nam sunt tunc quędam praua delectatio in anima, & in corpore cõmotio, vel irritamentum, aut illecebra. & his duobus respondet aliquid in pœna.

De anima patet, quia erit in ea summa tristitia, quæ erit maior, quam omnis voluptas, quę præcessit in peccato. in corpore autem erit dolor summus ab igne, & alijs tormentis, quæ vere, & realiter sentiuntur, & erit turbatio quędam vultus, & obfuscatio qualem solent facere qui flent, nisi quòd lachrymas non emittent, sed tristitia, & pœna secundum corpus, ita erit, ac si vere lachrymas funderent, quia ille lachrymarum fluxus non auget pœnam, cum sequatur ex motu præcedente in corpore.

An stridor dentium erit apud inferos, & an realiter. Quæst. DLV.

QVAERETVR de alia pœna, quæ vocatur stridor dentium, an erit apud inferos, & an realiter ibi erit, vel solum secũdum aliquã significationem, vel metaphoram.

Ad primum respõdendum, quòd necesse est ponere stridorẽ dentium, i. id quod vocatur stridor dentium quidquid illud sit, quia ostẽsum est supra, fletum esse pœnam quandam apud inferos, & tamen vbicunque ponitur fletus a Christo ponitur stridor dentium, vt patet supra 8. & 13. cap. ergo stridor dentium est aliqua pœna damnatorum.

Ad secũdum cum quæritur, an sit realiter apud inferos stridor dentium, vel quid sit. Dicendum, ꝙ esse potest, quia nihil illud prohibet: nam stridor nihil est aliud nisi quędam concussio dentium, & ista pertinet ad motum localem volũtarium, vel qui voluntati subijci potest, & non est aliquis motus naturalis, i. pendens ex agente pure naturali, ideſt, non voluntario, sicut est alteratio, generatio, augmentatio, diminutio, & sicut dictum est præcedenti quæst. fletus prout est resolutio lachrymarum, non potest esse in damnatis, sed prout est turbatio faciei, & capitis, & oculorum commotio manebit in damnatis, quia non est aliud hic, nisi motus localis, qui est voluntarius, vel esse potest. ita cum stridor dentium nihil dicat, nisi commotionem dentium ex allisione ad seipsos poterit esse in damnatis.

Sed dicetur vnde accidit ille stridor? Dici potest ꝙ ex indignatione magna, s. quia displicebit homini de seipso, & indignabitur quòd pro tam parua voluptate transitoria perdiderit æternam beatitudinem, & incurrerit in intolerabilem pœnam. accidet iste stridor, sicut & nobis valde indignatis accidit sæpe stridere.

Dicendum tamen, ꝙ fletus, & stridor dentium dupliciter accipi possunt. Vno modo, quòd sint ibi in veritate, i. turbatio capitis, & faciei, & oculorum, quã vocamus fletum, & concussio, atque allisio dentium, quam vocamus stridorem. Alio modo, ꝙ loco horũ accipiantur quædam passiones animæ, ex quibus solent oriri fletus, & stridor: nã ille quẽ pœnitet de rebus gestis flet, & qui rebus a se malefactis indignatur, stridet. In inferno autem damnati dolebunt de his, quę fecerunt, & indignabuntur sibi, quia talia fecerunt, ideo dicentur flere, & stridere, etiam si realiter non fleant, & strideant.

Accipiendo isto secundo modo dicit Rabanus, stridor dentium prodit indignãtis affectum, eo quòd vero vnumquemque pœniteat, sibi irascantur.

Accipiendo primo modo potest dici, quòd tam fletus, quàm stridor ibi erunt, quia sunt ibi causæ horum. scilicet, fumus est causa fletus, & frigus causa stridoris. ab vtroque autem fit passio in inferno, quia ibi ignis est, & ideo potest esse fumus, & frigus ibi est. Sic dicit Haimo per metaphoram enim membrorum pœnas describit tormentorum. solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere, dentes vero a nimio frigore stridere. Ostenditur ergo, quòd reprobi in inferno, & calorem intolerabilem, & frigus sustinebunt, secundum illud Iob: Transibunt ab aquis nimium.

Sed

Sed non est intelligendum, quòd ibi in damnatis realiter sint causatæ lachrymę ex fumo, neque stridor ex frigore. De fumo patet, quia ad hoc sequuntur inconuenientia. Primum, quia non est ibi fumus: nam fumus resoluitur ex materia, quæ vritur, & ita fit ibi generatio, & corruptio, sed post diem iudicij non erit generatio, & corruptio, eo quòd non erit motus aliquis naturalis, cessante motu primi mobilis, ergo nõ erit fumus. Ex hoc etiam sequitur, quòd ignis ibi non est per materiæ vstionem, quæ vertatur in ignem, sed quòd sit aliqua materia in perpetuum ignita, & non transmutetur, vel quòd sit ibi quasi locus naturalis ignis, sicut in sphæra propria, & possit manere ignis in perpetuum etiam sine materia, & istæ duæ sunt positiones verisimiliores, quàm quòd illic seruetur ignis per continuam materiæ appositionem factam a Deo, vt solet dici, ne ponatur generatio, vt dicatur ignis cõtinuari per continuam materiæ resolutionem.

Secundum inconueniens est, quia dato, quòd esset ibi fumus non esset fletus ex fumo: nam fumus cogit nos lachrymari, & tamen in damnatis non erit resolutio lachrymarum, vt dictum est præcedenti quæst. ergo non potest poni fumus ibi lachrymarum causa. De stridore autem quantum ad frigus non videtur esse tam manifestum, an causetur ex frigore, quia cum stridor dicat motum localem, qui potest esse sine aliqua alteratione naturali, poterit esse stridor causatus a frigore, vt videtur.

Dicendum est, quòd stridor potest accipi vno modo, vt sit voluntarius motus factus propter aliquam causam, licet inuoluntarie existentem, quia sic accidit sustinentibus magnum dolorem, qui sponte dentes allidunt, quasi illud sit aliquod remedium doloris. Alio modo potest accipi stridor, vt est necessario causatus propter aliquam qualitatem, quæ est in nobis, & est principium motus. Accipiendo primo modo potest esse stridor in inferno, & ita vult Origenes, quia non est ibi aliquis motus naturalis, sed voluntarius. Accipiendo secundo modo non potest esse stridor sine naturali alteratione, sicut quando membra sunt valde infrigidata alliduntur, & in reliquis membris fit quidam tremor, sed apud inferos non est aliqua transmutatio realis, ita quòd infrigidentur corpora damnatorum, sicut neque calefiunt: ergo non erit stridor ex frigore.

Est ergo dicendum, quòd fletus sic, & stridor vere erunt in damnatis, sed non ab igne, vel fumo, & frigore, a quibus in nobis solent causari, sed gignuntur a causa intrinseca, ideſt, a motu indignationis, vel displicentiæ. Vel potest dici, quòd sunt pœnæ datæ a Deo, non immediate per aliquam causam naturalem agentem, sed quia Deus ista infligit propter mala, quę opposito modo commisimus, scilicet, qui indebite ridendo peccauit in ore, puniatur stridendo, qui vero videndo lætatus est fleat. Vel quia ridere, & flere opposita sunt, qui indebite risit cogatur flere, qui ore cibos manducauit, indebite stridere cogatur. Sic dicit Hierony. super Matth. in fletu oculorum, & stridore dentium, per metaphoram membrorum corporalium magnitudo ostenditur tormentorum, manus quoque ligatas, & pedes, & fletum, & stridorem dentium ad comprobandum resurrectionis, intellige veritatem, vt illic dentes strideant, qui de edacitate gaudebant, illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur, quatenus singula membra supplicio subiaceant, quæ hic singulis quibusque vitijs subiecta seruiebant. Et Origen. super Matth. dicit, fletus erit eis qui male ridentes in hoc mundo fuerunt, & his qui requieuerunt rationabiliter, erit dentium stridor: volentes enim dolentes materialiter sufferre compulsi tormentis, dentibus stridebunt illi, scilicet, qui manducauerunt acerbitatem malitiæ.

An exteriores tenebræ sint apud inferos, & quæ sit ista pœna. Quæst. DLVI.

QVAERETVR de alia pœna, quæ dicitur esse tenebræ exteriores, an sit apud inferos ista pœna, & quid sit.

Aliqui dicunt, quòd non sit apud inferos tenebra corporalis, quia vt dicit Gregor. 9. lib. Moral. super illo verbo, Iob 10. cap. scilicet, Sempiternus horror inhabitat, scilicet, quamuis ignis ille ad consolationem non luceat, tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet: nam sequaces quos secum traxerunt de mundo, reprobi flamma illustrante visuri sunt: ergo non erunt ibi tenebræ corporales. Secundo, quia quòd damnati videant pœnam suam, ad augmentum pœnæ est, sed nihil videtur sine lumine: ergo non erunt ibi tenebræ corporales. Tertio, quia damnati habebunt apud inferos potentiam visiuam, post resurrectionem corporum, sed frustra in eis esset, nisi aliquid viderent, sed nihil videri potest in tenebris, ergo non erunt ibi tenebræ corporales, sed lumen aliquod.

Aliqui dicunt, quòd erunt tenebræ apud inferos, quia tenebræ faciunt ad tristitiam, cum lux sit delectabilis, Ecclesiastes 11. cap. Dulce lumen, & delectabile in oculis hominum est videre Solem, sed a damnatis oportet auferre omne gaudium, ergo non erit ibi lux. Secundo, quia a damnatis remouenda sunt bona consolatoria, & potissime illa, quæ sunt multum consolatoria, quia talia tollerent, vel minuerent valde miseriam dãnatorum, sed de luce ita est quòd est valde consolatiua, intantum quòd sine illa nulla est consolatio, Tobiæ quinto ca. Cum dixit Raphael ad Tobiam, gaudium tibi semper sit, & ille ait, Quale erit mihi gaudium, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video: ergo non debet dari damnatis lux, vt videre possint in ea. Tertio, quia Gregorius super illo verbo, supra vigesimo secundo cap. scilicet, Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores dicit, si ignis ille lucem haberet nequaquam in tenebras exteriores mitti dicerentur.

Dicendum, quòd cum infernus sit locus corporalis, oportet quòd ibi sit lumen, aut tenebræ corporales, ideſt, priuatio luminis, quod est perficiens diaphanum, quod est corporeum.

Est etiam dicendum, quòd si accipiatur infernus, quantum ad dispositionem materialem, potest poni, quòd sint tenebræ, aut quòd sit aliqua lux. Si consideretur locus in seipso, non est natus habere lumẽ, cum sit in centro terræ, & lumen est a cœlo. Si autem consideretur ignis, in quo torquentur damnati, potest dici, quòd erit ibi lumen aliquod cum ignis lucear.

Sed est dicendum, quòd cum infernus sit locus ad pœnam assignatus damnatorum, talis debet esse eius dispositio, qualiter magis ad pœnam facit. Si autem esse debet, vt neque sit omnimoda tenebra, neque magna lux, sed tenebra quidem sit cum luce parua, & vmbrosa, vel fusca: ambo enim ista magis faciunt ad pœnam, quàm si tenebra sola ponatur: manifestum est autem, quòd magna lux apud inferos poni non debet, quia lumen est valde delectabile, vt dictum est: & est istud, quia in lumine cognoscuntur omnia, & id quod est principium cognitionis, est valde delectabile. & ista est causa, quare valde diligimus oculos vltra alios sensus,

1. Metaphyſi. ſ. ſenſum viſus plus diligimus, quia plures nobis rerum differentias oſtendit, magna autem lux eſt multorum manifeſtatiua, ideo eſſet ad delectationem, vel ad magnam alleuiationem laborum, ideo non eſt ponenda lux magna apud inferos, tenebræ quoque omnimodæ non ſunt ponendæ, quia ſic damnati non viderent quædam, quæ viſa ad pœnam faciunt: nam licet viſio de ſe ſit delectabilis, vt dictum eſt, quia multa videndo cognoſcimus, tamen per accidens poteſt eſſe viſio triſtitiam cauſans, inquantum videmus quædam quæ de ſe triſtitiam ingerunt, ſcilicet, quia nociua nobis ſunt, aut voluntati noſtræ diſplicent, ſed quia tenebra de ſe triſtitiam facit, lux autem per accidens, oportet quòd ibi ſit multum de tenebra, parum vero de luce: nam non eſt plus neceſſarium de luce, niſi quantum ſufficit ad aliquid videndum, & ad hoc parua lux ſufficit, maxime in oculis damnatorum, qui non turbantur, neque lædunt aliquibus accidentibus, vel paſſionibus, ſicut noſtri, ideo illa ſola erit, & conſequenter erit multum de tenebra, forte erit ſicut per noctem in qua aliquid videtur, licet non multum diſtincte. Et ideo ſi quæratur de loco illo, an ſit lumen habens, vel tenebroſus, debet dici, quòd tenebroſus, & hoc etiam ex ſua conditione ei competit, ſed ex diuina diſpoſitione habebit aliquid luminis, ſcilicet, quantum ſufficit ad videndum ea, quæ animas, vel damnatos torquent, vel torquere poſſunt. Etiam ignis non repugnat ad hoc, quia licet ibi ponatur ignis, non erit ad lucendum, ſed ad torquendum, & iſtud facit conditio loci, quia cum ſit in centro terræ non poteſt eſſe niſi ignis fęculentus, & turbidus, & quaſi fumoſus, ideo parum lucebit.

Alij ponunt cauſam harum tenebrarum, vel parui luminis eſſe condenſationem, ſiue coniunctionem magnam corporum, quia propter multitudinem ipſa corpora damnatorum ita ſe compriment, & replebunt locum quaſi nihil omittendo vacuum ſolido corpore, vnde parum de aere ibi capi poterit, quod illuſtretur, & ſic neceſſe eſt magnas tenebras eſſe. Vel vt aliqui volunt tam compreſſa erunt corpora damnatorum, quòd nō manebit ibi aliquod ſpatium in quo ſit aliquid de aere, & ſic nihil omnino erit ſubiectum lucis, quia non eſt ibi diaphanum, niſi oculi damnatorum.

Sed iſtud non eſt ſatis veriſimile. Primo, quia non videtur quomodo poſſit eſſe tanta compreſſio conſiderata figura corporis humana, niſi ipſa corpora conterantur, & fiat in eis paſſio ſecundum alterationem, vel ſit penetratio dimenſionum, & tunc non oporteret dari talem cōpreſſionem, quia vbi eſſet vnus damnatus, poſſent eſſe decem millia, quia qua ratione dimenſiones vnius corporis penetrarent dimenſiones alterius, penetrarent mille corporum dimenſiones vnius corporis dimenſiones, & ita omnia eſſent ſimul, quod non eſt veriſimile. Secundo, quia ille modus non ſufficit ad aliquid videndum: nam ſi extra oculum omnia ſunt tenebroſa, non poterit quid videri, quia fieret tunc viſio per medium intrinſecum ſine extrinſeco, & non eſt poſſibile, quia medium videndi eſt aer, vel aqua.

Dicendum ergo videtur, quòd quantacūque compreſſio ſit apud inferos, manebit ibi aliquod medium, ideſt, aer, & illud medium illuſtratur paruo lumine, & ita ſufficit ad videndum ea, quæ animam affligunt. Si tamen aliquis dicat, quòd apud inferos ſint tenebræ, ita quòd nulla lux eſt parua, aut magna, ſicut in ſolido terreo, vel ligneo nullum lumen recipitur, non eſt inſtandum in contrarium, quia poterit ſtare. Et cum dicitur, quòd non videbuntur ea, quæ affligunt. Dicendum, quòd licet non videantur, cognoſcuntur intellectiua cognitione, vel ſenſitiua per experientiam, ſed melius videtur, quòd ſit aliqua parua lux, vt dictum eſt.

Et hoc modo poſſunt ſolui rationes vtriuſque partis. Ad primam dicendum, quòd lux quædam eſt ibi, vt Gregor. vult, ſed illa eſt parua, ſcilicet, tanta ſolum, vt ſufficiat ad hoc, quòd damnatus quilibet videat ea, quæ ipſum torquent, aut torquere poſſunt, quæ ſunt iuxta eum, & tamen cum tali luce ſtant tenebræ, ſicut tenebras vocamus noctem, licet in nocte aliqua lux ſit. Sic accipitur Geneſ. primo cap. Vbi Deus appellauit tenebras noctem, & tamen in nocte aliqua lux eſt. Si autem accipiat aliquis tenebras, ideſt, totam priuationem luminis, non eſt verum quòd apud inferos ſint tenebræ.

Ad ſecundum dicendum, quòd verum eſt, quòd pœnam ſuſtinere, & pœnalia videre maius eſt, quàm non videre pœnalia, cum quædam ſint, quæ ſolum affligunt vt viſa, & tamen ad talem viſionem ſufficit lux parua, quæ ſtat cum tenebris. Sed ſiquis teneat nullam lucem eſſe apud inferos, dicet videri iſta intellectiue, ſicut diues Abraham, & Lazarum in ſinu eius.

Ad tertium dicendum vno modo, quòd oculi proderunt ad aliquid, quia erunt inſtrumenta videndi, & tamen erit viſio cum tenebris, ideſt, cum parua luce tenebroſa, vt dictum eſt.

Aliter poteſt dici, quòd argumentum non valet: nam licet damnati non viderent aliquid, neque viuri eſſent, haberent oculos non quidem ad vſum, ſed ad integritatē naturæ. Sic enim tam in beatis, quàm in damnatis membra genitalia nullum habebūt actū, & tamen manebunt. Sic etiam de multis membris, vt de partibus aurium, ſcilicet, tympana aurium, & paſſi, & huiuſmodi, & tamen nihil deerit de integritate corporum ipſorum, etiam ſi non eſſent integra, quando viuerent. Et hoc eſt, quia integritas eſt quoddam bonum naturæ, quod Deus volet tam in beatis, quàm in damnatis.

Ad primam rationem pro oppoſito dicendum, q tenebræ per ſe ſunt triſtes, per accidens vero poſſunt cauſare quandam iocunditatem, aut diminutionem pœnæ, ſcilicet, inquantum homo non videt ea, quæ viſa affligerent ipſum, & ideo ad vtrunque prouidetur, ſcilicet, vt neque lux ſit magna, quæ lætificare poſſit, neque omnino deſit, ita vt non videant damnati mala ſua. argumentum autem procedit de luce magna, quæ abſolute vocatur lux, vel lumen, & apud inferos nihil tale eſt, quia ſi quæratur abſolute, an locus inferorum ſit habens lucem, vel tenebroſus, dicetur quòd eſt tenebroſus.

Ad ſecundum dicēdum, q Tobias loquebatur ibi de totali carentia lucis, ipſe enim cęcus erat, ideo neq; videbat, neque habebat potentiam viſiuam. apud inferos autem non eſt talis carentia, & non ſequitur, q apud inferos ſit totalis luminis priuatio, quia ſi ſicut homini eſt ſumma triſtitia carere viſu, ita eſſet apud inferos maximus modus pœnæ nihil videndo, nō eſſet lux vlla, & tamen maior pœna eſt poſita quadam luce parua cum tenebris, quàm totaliter datis tenebris: ergo non erit ibi totalis carentia lucis.

Ad tertium dicendum, quòd Gregor. voluit illum ignem non habere lucem, nō quòd nullam habeat, cum ipſe dixerit lib. 9. Moral. quòd damnati vident aliquid per illum ignem, ſcilicet, eos quos ſecum de mundo traxerunt, vt magis affligantur, ſed dicit non eſſe lucem, ideſt, non magnam qualis eſt illa, quæ facit diaphanum ſimpliciter dici illuminatum, & non tenebroſum.

An tenebræ exteriores ſint aliquid apud inferos, & quæ erant iſtæ tenebræ apud Chananæos apud quos Chriſtus loquebatur. Quæſt. DLVII.

QVAERETVR circa tenebras exteriores cū ſæpe nominentur, an ſint aliquid apud inferos. Aliqui dicunt, quòd ſic, quia ſupra 22. cap. ponuntur tenebræ exteriores, & accipiunt eas Doctores pro loco inferni.

Alij dicunt, quòd tenebræ exteriores non ſint aliquid apud inferos, ſed ſint locus aliquis apud homines, ſcilicet, locus carceris duri, & tenebroſi, & lutoſi, & omne malum habentis, & patet, quia ponitur ſupra 22. cap. quòd rex intrans nuptiarum locum, & videns hominem non veſtitum veſte nuptiali, iuſſit eū ligatis pedibus, & manibus mitti in tenebras exteriores: ſed manifeſtum eſt, quòd non poteſt ibi accipi pro loco inferni. Primo, quia dominus ille temporalis non poterat mittere aliquem in infernum, ſed ſolus Deus poteſt mittere in gehēnam: homo autem non poteſt, niſi occidere hominem, ſupra 10. cap.

Secundo, quia ſi in infernum mitteretur, non mitteretur pro cauſa tam leui, cū non videretur hoc peccatū mortale. Tertio, quia illud eſt parabola, & ideo neceſſe eſt, q quantū ad ſuperficiē literæ aliquam rē temporalē ſignet, quæ ad hoīes pertineat, non autem infernum, qui eſt ignis æternus, & non eſt in poteſtate humana, ſed eſt carcer reorum Dei. Quarto, quia dicitur, q ille miſſus eſt in tenebras exteriores, ligatis pedibus, & manibus, & tamen in infernum non mittitur aliquis ligatus: ergo non eſt infernus tenebra exterior. Quinto patet, quia ſupra in litera dī etiam de ſeruis accipiētibus talenta a Domino, & lucrantibus cum eis, & de ſeruo pigro, & q ſeruus ille increpitus eſt a Dño, quia lucrū non fecerat, & ait: Inutilem autē ſeruum proijcite in tenebras exteriores, ſed eodem modo apparet ibi, q ille Dominus non poterat mittere ſeruum in infernum, ergo tenebræ exteriores non vocantur ibi infernus. Dicendum, q in veritate tenebræ exteriores vocantur loca carceris ſm conſuetudinem terræ Chanaam, in qua Chriſtus erat, & loquebatur: & vocatur tenebræ ipſe carcer, quia erat locus profundus, & tenebroſus, ſicut multi carceres ſunt, & maxime erat conſuetudo horum carcerum in terra Chanaam inter Iudæos: ſic patet de Ieremia Propheta, qui in talem carcerem miſſus eſt, quia prophetabat contra Ieruſalem, Ierem. 37. cap. Miſerunt Ieremiam in carcerem in domo Ionathani Scribæ, & ingreſſus eſt Ieremias in domum laci in ergaſtulis: erat carcer tam aſper, vt timeret ibi mori Ieremias: vnde cum vocatus a rege de carcere eductus, loqueretur ait: Obſecro Domine rex ne remittas me in domum Ionathæ Scribæ ne moriar ibi, eodem cap. & poſitus fuit Ieremias in alio carcere, Ierem. 38. ſcilicet, Tulerunt Ieremiam, & poſuerunt in lacum Helchiæ filij Amalech, qui erat in veſtibulo carceris, & ſummiſerunt Ieremiam in funibus, & in lacu non erat aqua, ſed lutum: deſcenditq́ue Ieremias in cœnum. Erat autem tam periculoſus carcer ille, vt cito Ieremias moriturus eſſet fame, & frigore: vnde dicitur eodem cap. quòd dixit Abdemelech ad regem: Domine rex male fecerunt viri iſti mittētes Ieremiam in lacu, vt moriatur ibi fame, & ideo credidit rex, quòd poſſet ſtatim mori, & mandauit illum educi dicens, tolle triginta viros tecum hinc, & leua Ieremiam de lacu antequàm moriatur: tales carceres vocabantur tenebræ, quia erant loca tenebroſa, & hoc prouenīebat ex duobus: vnum erat profunditas ipſorum: erant enim loca ſubterranea. Aliud erat, q a ſuperiora carceris erant ſtricta, & clauſa, vt nō eſſet locus euadēdi, ideo oportebat eſſe totum locum tenebroſum, quaſi eſſet pura tenebra: & apparet primum de profunditate: nam p funes mittebātur homines in carcerem, ita enim miſſus eſt Ieremias, & poſtea eductus, Ierem. 38. cap. Vocantur autem tenebræ exteriores, ideſt extra domum.

Pro quo ſciendum, quòd carcer erat duplex in terra Chanaam, & vterque erat tenebroſus. vnus in domo, alius extra domum: qui enim erat in domo tenebroſus erat, & tamen non erat multum periculoſus, quia non erat ibi magnum frigus, neque aqua, aut lutum, aut alia incommoda: extra domum autem carceris erat alius carcer factus in modum putei profundi, & obſcuri, & interiora erant lata, ſuperiora vero ſtricta, & quia erat iſte carcer extra domum, pluuiæ cadebant in illum, & erat interdum aqua multa, interdum autem non erat aqua, ſed lutum, & propter hoc erat iſte peſſimus carcer, & vocabatur lacus, ſcilicet, quia ibi congregabantur aliquando aquæ. Patet talem carcerem eſſe, & talem differentiam duorum carcerum, Ierem. 37. & 38. & habētur verba ſupra poſita: nam dicitur, Tulerunt Ieremiam, & poſuerunt eum in lacum Helchiæ, qui erat in veſtibulo carceris: ecce carcerem illum vocauit lacum, ſcilicet, quia confluebant illuc aquę pluuiales. inquantum vero dicitur quòd erat extra domum carceris ante portam carceris dicitur exterior, quia veſtibulum dicitur pars aliqua, quæ eſt ante portam domus, & tegitur tecto ſupra pendente, licet nō claudatur parietibus, & ita erat quædam domus carceris, ideſt, in qua erat carcer, vt dicitur Ierem. 37. & 38. cap. & erat carcer, ſiue lacus in veſtibulo domus carceris, ideſt, extra carceris domum ad portam illius. Et apparet, quòd iſte exterior carcer aliquando habebat aliquam aquam, interdum ſolum lutum, quia dicitur, & ſummiſerūt Ieremiam in funibus, & in lacu non erat aqua, ſed lutum: deſcenditq́ue Ieremias in cœnum. Et ideo carcer ille, qui erat extra domum, vocabatur tenebræ exteriores, & carcer qui intra domum tenebræ interiores. vterque carcer vocabatur tenebræ, quia erat locus tenebroſus, ideo quando volebant quòd mitteretur aliquis in deteriorem, aut peſſimum carcerem, iubebāt eum mitti in tenebras exteriores, ideſt, in carcerem, qui erat foris in veſtibulo domus, ideſt, non ponerētur in carcere intra domum, quia ille minus pœnalis erat.

Et iſta concordant valde ad modū loquendi Chriſti. Primo, quia ipſe inducit exempla de terra Chanaā in qua ipſe manebat, & loquebatur, & ibi tales carceres erant, vt apparet ex eis, quæ dicta ſunt de carcere, Ierem. Secundo, quia vbicunque dicit de tenebris exterioribus addit, ibi erit fletus, & ſtridor dentium, vt patet ſupra 22. cap. & ſupra in litera, & iſtud accidebat ex incōmodis illius carceris: nam ſtridor ex magno frigore ſequitur. in tali autem carcere frigus magnū erat, eo quòd ibi erat ſemper aqua, vel ſaltem lutum, ſicut dicitur Ierem. 38. cap. De carcere in quo poſitus eſt Ieremias, quòd in lacu non erat aqua, ſed lutum, & deſcendit Ieremias in cœnum, erat autem ibi fletus ex anguſtia, & timore mortis, q q ibi ponebatur cito moriturus erat, ſicut apparet ſupra, & Ierem. 38. Iſtæ ergo ſunt tenebræ exteriores proprie, quantum ad literam, de quibus loquebatur Chriſtus, & ita accipitur quandocunque ipſe nominat tenebras exteriores ex nomine alterius.

Sed dicendum, quòd præter hæc Chriſtus accepit per metaphorā, vt tenebras exteriores vocaret infernū, & licet reſpectu proprię ſignificationis, & primarię ſit metaphora, tamen interdum Chriſtus in ſenſu literali vocat infernum tenebras exteriores, ita vt de nullo alio accipi poſſit, aut intelligi litera, ſic

patet supra 8.cap.cum dicitur, Multi venient ab Oriẽ te,& Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni huius eijcientur in tenebras exteriores, sed manifestum est, cp cum homines recumbent in regno cœlorum cum Abraham, erit post diem iudicij, sed tunc nullus carcer erit qui possit vocari tenebræ exteriores, nisi infernus, ergo de inferno intelligitur. Etiam quia hic opponuntur hæc duo loca, s. regnum cœlorum, & tenebræ exteriores, sed nullus locus est, qui opponatur regno cœlorum, quia sicut felicitas regni cœlorum est æterna, ita miseria, & pœna damnatorum erit æterna, cuiuslibet alterius loci malũ terminatur: ergo accipiuntur ibi tenebræ exteriores pro inferno. Istum etiam modum loquendi tenuit Propheta, Zachar. 9. c.s. Tu aũt in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua: lacum sine aqua vocat carcerem, & ita Ierem. 37.cap. Domum carceris vocat domum laci: & in tali lacu non est aqua, sic dicitur Ierem. 38.cap. In lacu autem nõ erat aqua, sed lutum, & descendit Ieremias in cœnum, & apparet quòd carcerem vocat lacum, quia dixit, eduxisti vinctos, ideſt, incarceratos, vel ligatos, & tamen non locutus est ibi Propheta de aliquo carcere mundano, sed de inferno: & volunt intelligi hoc de liberatione Sanctorum de sinu Abrahæ in passione sua: erat enim lacus, quia erat carcer, & inferni pars, & inde per sanguinem testamenti sui, Christus liberauit illos educens ad vitã.

Et ita apparet, quòd Christus vocet infernum tenebras exteriores, quando loquitur ex nomine suo, vt supra 8. cap. quando vero ex nomine aliorum refert tenebras exteriores, necesse est accipi pro carcere duro, sicut supra ostensum est.

Ad rationes in contrarium sumptas ex illo verbo, supra 22.cap.& supra in litera vbi de tenebris exterioribus dicitur, est dicendum quòd ibi Christus refert factum dominorum illorum temporalium, & ideo tenebræ illæ pro carcere accipiuntur ad literam, & sunt concedenda argumenta, & tunc non ad literam, sed secundum metaphoram accipiunt Doctores ibi tenebras exteriores ad significandum infernum, & Christus illum sensum intendebat latenter, quia de carcere humano nulla cura erat Christo significare.

Sed aliqui volunt accipere tenebras exteriores, ideſt, seclusionem quandam damnatorum a diuino lumine, ideſt, cognitione, vt tangit Magister 4. Sentent. distinctio. 50. sed Christus non intendit per has tenebras, nisi locum inferni, & tamen de modo illarum tenebrarum ab eis acceptarum dicetur infra, quando agetur de pœna damnatorum, quantum ad intellectum, & voluntatem.

An frigiditas aquæ sit aliqua pœna apud inferos.
Quæst. DLVIII.

QVAERETVR de alia pœna inferorum, quę dicitur esse in frigiditate aquarum, an sit aliqua talis pœna apud inferos.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicitur Iob 24. cap. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, & ita apud inferos, sicut est calor ignis, qui est calor nimius, ita est frigiditas nimis, vel aquarum niuium, quæ videtur esse maxima. Secundo, quia apud inferos debent poni maximę pœnæ: sunt autem maximæ pœnæ ex maximis afflictiuis, sed inter afflictiuas qualitates sunt istæ duæ, ideſt, calor, & frigus, & ideo debent ibi poni, & in maximo gradu, sed calor maximus est ignis, & frigiditas nimia aquarum solutarum de niuibus, ergo ponentur ista apud inferos.

Dicendum, quòd non potest ex sacra scriptura, aut ex alio loco colligi, secundum certitudinem, an sit aqua apud inferos, vel pœna in frigore. Et sunt duo dubia hic. Primum est, an sit ibi aqua ex qua causetur frigiditas, a qua damnati patiantur. Secundum est, dato quòd non esset aqua, an esset pœna frigoris.

Circa primum videtur dicendum, quòd non sit aliqua aqua apud inferos. Primo, quia sacra scriptura in nullo loco tangit de ea, maxime quia Christus nunquam eam nominauit: ipse tamen pœnas inferni multipliciter nominauit, ideſt, ignem, vermem, fletum, stridorem, tenebras exteriores, vt patet ex omnibus supra positis, & maxime supra quæstio. 543. ergo non est ibi aqua.

Secundo, quia ponere ibi aquam erat difficile propter situm, quia aut essent simul ignis, & aqua, aut distincta locis, simul non possunt poni non quasi agentia per contrarietatem, quia istud tunc cessabit, sed quia non possunt esse duo corpora simul, neque ponerentur distincta locis, quia tunc sequeretur, quòd damnati qui erant in aqua non essent in igne, & econtrario.

Tertio etiam ex habitudine situs corporum damnatorum hoc patet: nam propter multitudinẽ damnatorũ oportet, quòd in illa concauitate inferni comprimantur, & quidam sint supra alios, ita vt capiãtur: nam si quilibet distinctus loco ab alio esse deberet, id. est, quòd neque esset supra alium, neque infra alium, sicut nos sedemus, forte nulla concauitas terræ eos caperet, ideo compressio magna erit, & superpositio quorũdam ad alios. ad talem autem positionem non conuenit aqua, quia aqua non eleuatur in sublime, sed descendit ad inferiora, ideo non posset peruenire ad omnes damnatos, nisi ibi tota capacitas inferni impleretur aqua. De igne secus est, quia ignis tendit sursum, & quia a centro terræ ad quamcunque partem est ascendere, ponetur ignis conuenientius, vt peruenire possit ad omnes, quàm aqua.

Quarto, quia si poneretur aqua esset hoc, propter frigiditatem, & tamen potest esse frigiditas sine aqua quæ puniat damnatos, vt postea dicetur sequenti q. ergo non oportet poni aquam.

Quinto, & videtur efficacius, quia expresse negatur esse aqua apud inferos: sic dicitur Zachar. 9. ca. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua, sed accipitur ibi pro inferno, quia de inferno liberauit Sanctos, cum dicatur descendisse ad inferos, ergo apud inferos non est aqua.

Sexto, quia ex modo loquendi Christi in parabola, innuitur quòd non sit aqua apud inferos, sed solus ignis: nam inducitur, quòd diues positus in tormentis dixerit, pater Abraham mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguã meam, quia crucior in hac flamma, Lucæ 16.cap. Si tamen significaretur esse aqua apud inferos, in qua paterentur semper damnati, vel per transitum, aut nunquàm sitirent, aut possent inde refrigerari, sed diues petiuit hoc ab Abraham, quasi apud damnatos non inueniretur, ergo non est aqua apud inferos.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd non intelligitur illa litera Iob 24. cap. De damnatis apud inferos, sed de aliquo malo, quod in vita accidit, vel accidere optatur. & patet quia ibi agitur de adulteris, & homicidis, & contra eos diriguntur illa verba imprecationis.

Primo patet, quia non habetur litera, sicut allegatur communiter, scilicet, transibunt ab aquis niuium, & sic non ponitur indicatiue, sed optatiue, vel per execrationem: si tamen esset istud aliquid apud inferos, poneretur indicatiue, & assertiue: ergo non est pœna aliqua inferorum.

Secundo

Secundo quia apparet, quòd sit imprecatio facta contra adulteros, & homicidas, vt colligitur ex verbis, scilicet, leuis est super faciem aquæ, maledicta sit pars eius in terra, neque ambulet per viam vinearum, ad nimium calorem pertranseat ab aquis niuium, & sic istud est maledictio quam tales habere debent in terra, cum dicatur, maledicta sit pars eius in terra, & non ambulet per viam vinearum.

Tertio patet, quia dicitur ad nimium calorem trãseat ab aquis niuium, & vsque ad Inferos peccatum illius, ideſt, transeat peccatum illius vsque ad Inferos, ergo iste adhuc non erat apud Inferos, sed optatur, vt illuc vadat, ergo nondum mortuus est ille, qui transit ad calorem nimium ab aquis niuium.

Quarto quia dato, quòd de Inferno acciperetur, necesse erat accipi secundum metaphoram: nam apud Inferos non sunt niues, neque aliquis eas vnquam ibi posuit, quia locus niuium est regio quędã aeris in qua gignuntur, & postea manent in locis altissimis terræ propter frigiditatem loci, ergo non erunt apud Inferos niues, neque aquæ niuium, cum non possint esse aquæ niuium vbi non sunt niues.

Quinto quia dato, quòd essent niues apud Inferos non poterant esse aquę niuium, quia aquæ non resoluuntur ex niuibus sine quadam alteratione, sed post diem iudicij nulla alteratio erit, neque motus aliquis naturalis, ergo nec ex niuibus soluentur aquæ, qua eodẽ modo maneret omnis generatio, & corruptio, & alterarentur corpora damnatorum ab igne, & possent petire, ideo si de Inferno acciperentur prædicta verba exponeretur, quòd transirent ab aquis niuium &c. ideſt, quòd sic punirentur pœna grauissima apud Inferos sicut, qui torquentur transducendo eos ad calorem nimium de aquis niuium, & posita est aqua niuium, quia non est aliqua aqua frigidior.

Ad secundam rationem dicendum, quòd verum est apud Inferos grauissimas pœnas esse, sed non sequitur, quòd sit in calore, & frigiditate, quia forte solus calor faciet maximum cruciatum, & non erit necessaria neque vtilis frigiditas. Vel dato, quòd frigiditas sit ibi futura in pœnam, non est necesse, quòd sit ibi aqua, cum alterius rei sit frigiditas, & ideo videtur dicendum, quòd apud Inferos non sit aqua, aut niues ad pœnam damnatorum.

An apud Inferos sit pœna frigoris Quæst. DLIX.

CIRCA secundum quæretur dato, quòd non sit apud Inferos aqua, an sit pœna frigoris.

Aliqui dicunt, quòd non, quia non potest pati quis simul a frigore, & calore, sed damnati semper patientur a calore ignis in quo erunt, ergo nunquam patientur a frigore.

Secundo quia si paterentur damnati a frigore necesse erat, quòd aliquod frigidum esset ibi, quod approximatum damnatis infrigidaret eos, & tamen nõ potest poni aliquid approximatum, cum illi sint in igne, ergo non poterunt torqueri a frigiditate.

Dicendum, quòd hoc etiam nõ constat, quia nullus locus autenticus ponit frigiditatem apud Inferos esse pœnam, & non videtur esse ponenda pluralitas sine necessitate.

Secundo quia si aliqua necessitas ponendi frigiditatem apud Inferos esset, ideo esset, vt maxima pœna apud Inferos esset, sed in solo igne potest esse maxima pœna, ideo non est necesse poni ibi frigiditatem. Et hoc maxime patet, quia magnitudo, aut paruitas pœnæ non est in Inferno ex magnitudine ignis, vel efficacia eius in agendo, cum sit idem ignis pro omnibus damnatis, sed ex voluntate Dei est magnitudo cruciatus vnicuique secundum commensurationem peccatorum suorum, ergo si alicuius peccata duplarentur, vel triplicarentur, adhuc ignis ille semper seruaret commensurationem peccatorum, ideo non esset necesse poni aliud afflictiuum.

Sed etiam dicendum, quòd si voluerimus ponere pœnam in frigore apud Inferos non sequitur inconueniens aliquod, sicut sequebatur præcedenti quæst. ponendo aquas niuium, & hoc, quia non ponemus frigiditatem istam esse ab aqua, sed a terra, quæ circunstat damnatos, & est valde frigida iuxta conditionem suam, quia terra de se est frigida, & quanto solidior est tanto maior inuenitur frigiditas, cum nõ sit aliquid, per quod caleſiat, vel mutetur a sua dispositione naturali: nam post diem iudicij nulla erit alteratio, neque motus naturalis cessante motu cęli, ideo potest vtrunque teneri, ideſt, quòd erit pœna frigiditatis, vel quòd nõ, & si fuerit pœna frigiditatis nõ erit transitus a pœna frigoris in pœnam caloris, vel econtrario, sed ambę pœnę simul erunt.

Si tamen voluerimus tenere, quòd erit pœna frigoris apud Inferos, dicemus ad primum, quòd damnati semper patientur a calore ignis, & semper a frigore, & non fiet transitus ab vno in alterum, licet in nobis non sit possibile pro nunc, & quare sit possibile in damnatis est, quia in eis recipitur species intentionaliter sine aliqua actione reali, & licet per actionem naturalem transmutatiuam non possit aliquid pati simul a contrarijs, ideſt, quòd ab eis secũdum eandem partem simul alteretur, tamen secundum actionem intentionalem potest pati a contrarijs, & ita ibi simul a calore, & frigore cruciabitur damnatus, de hoc ostensum est satis supra a quæstion. 543. vsque ad quæst. 555.

Ad secundum dicendum, quòd ab aliquo frigido erit illud frigus quo patientur damnati, erit autem a terra.

Sed non oportet, quòd sit approximata cuilibet dãnato, poterit enim sine approximatione fieri operatio ista, cum fiat secundum intentionem, & non per alterationem naturalem, de quo dictum fuit supra.

An in Inferno sit pœna sulphuris. Quæst. DLX.

QVAERETVR vltimo circa pœnas corporales Inferni an sit ibi pœna sulphuris.

Dicendum, quòd aut quæritur de sulphure an sit apud inferos, aut in eo, vel per illud torqueantur damnati.

Quantum ad primum dicendum, quòd sulphur est apud Inferos, vt colligitur Apoc. 19.& 21.ca. Si autem quęratur de pœna dicendum, quòd in sulphure duplex pœna potest cogitari vna caloris, alia fętoris. De prima dicendum videtur, quòd erit sulphur, & ardebit apud Inferos, & cremabũtur in eo damnati, sic patet Apoc. 19.& 20.& 21.ca. s. missi sunt in stagnum ignis ardẽtis sulphure, ergo in sulphure erit ignis, sed non est dicendũ, quòd ignis ardeat in sulphure, quasi vratur, & consumatur sulphur ex igne, vt vertatur in ignem, quia esset tunc generatio, & corruptio, quã negamus in rebus post diem iudicij, sed erit sulphur ignitum, & non consumetur, & ita cruciabit damnatos sicut si esset ibi ferrum candens. Si quęratur de secundo, i. fętore dicunt aliqui, cp sic, quia fętor est valde afflictiuus, ideo ponetur apud Inferos, maxime, quia ibi inuenitur res fętida, i. sulphur cum vritur. Dicendum videtur, cp nõ erit ibi fętor, quia fętor dicit odoris speciem, vel modũ, & odor, licet perueniat ad sensum immaterialiter, i. secundum intẽtionem, & non

per

per fumalem euaporationem, tamē ſemper ſit fumalis euaporatio de re odorifera, vel fętente, & ille eſt odor materialiter, & poſtea multiplicatur inde ſpecies immaterialiter, & peruenit ad diſtantiam ad quā non poteſt peruenire exhalatio, vel euaporatio illa fumalis, & tamen apud Inferos non poteſt eſſe fumalis euaporatio, eo quòd ille eſt quędam corruptio rei cōtinua, & generatio alterius, ſed poſt iudicium nō erit generatio, & corruptio, ergo neq; euaporatio fumalis, ſed ſine illa non eſt odor, ergo nō poterit eſſe odor neque fętor poſt diem iudicij.

Eſt dicendum, quòd non apparet aliqua neceſſitas ponendi fętorem apud Inferos, cum ſacra ſcriptura hoc nō aſtruat, & ſi alicubi inueniretur aliquid, quod illum fętorē innueret deberet intelligi per metaphoram, ſicut dicitur Apoc. 19. ca. de Babylone, quòd fumus eius aſcendet in ſecula ſeculorum, & tamē manifeſtū eſt, quòd poſt diem iudicij nullus fumus erit, cum fumus non ſit ſine actuali generatione, & corruptione, quæ non erit poſt iudicium. Si tamen voluerimus ponere fętorem tanquam pęnam aliquam damnatorum, dicendum quòd erit ſine euaporatione fumali: nam ad ſenſationem non requiritur ſignū ad extra, quia ſenſatio fit per ſolam ſpeciem, quæ eſt intentio formę, & non per rem, ſed euaporatio fumalis dicit quandam ſubſtantiam reſolutam, ideo non eſt neceſſaria ad ſentiendum quaſi ipſa immutet. Si autem aliàs fit illa euaporatio, & inde multiplicatur ſpecies intentionaliter, dicendum quòd tunc faciet Deus, quòd ſit ibi multiplicatio intentionis ſine aliqua reſolutione, & ita poterit eſſe in perpetuū odor, vel fętor, ſicut cęteræ ſenſationes tunc fient ſine aliqua naturali tranſmutatione, vt in tactu per calidum, & frigidum, in quibus non fit nunc ſenſatio ſine quadam tranſmutatione, & tamen tunc patietur ſenſus a calido ſine hoc, quòd calefiat.

An omnis voluntas damnatorum ſit mala.
Quæſt. DLXI.

DICTO in pręcedentibus de pęnis damnatorum, quę vocantur corporales, nunc eſt dicendum de eorum pęnis ad animam pertinentibus. & quia quædam pęnę pertinēt ad voluntatem, quædam ad intellectum.

Eſt dicendum primo de pęnis pertinentibus ad voluntatem, & quia ſolet dici, quòd omnis voluntas ſiue volitio damnatorum ſit mala, eſt dubiū an ſit verum, Aliqui dicunt, quòd non, quia dicit Diony. lib. de diu. no. ca 4. dęmones bonum, & optimum concupiſcunt eſſe viuere, & intelligere, cum ergo dānati homines non ſint peioris conditionis quàm dęmones, videtur, quòd & ipſi bonam voluntatem habere poſſint cum dęmones illam habeant. Secundo quia bonum eſt, quod omnia appetunt 1. Ethico. ergo quandocūque damnati aliquid appetunt bonū appetunt, ſ. quia bonum eſt vere, vel apparens bonū, malū aūt ſecundum ſe nunquam eſt volitum, ſic dicit Diony. ꝙ malum eſt omnino inuoluntarium, ſed qui p ſe bonū vult oportet, vt aliquando bonū velit, licet interdum per errorem velit malum, ergo damnati aliquādo volent bonum, & ſic non eſt omnis volitio eorum mala. Tertio quia aliqui erunt damnati, qui in hoc mundo exiſtentes aliquem habitum virtutis ſecum detulerunt, ſicut fuerunt gentiles, qui habuerunt virtutes politicas, ſed ex habitibus virtutum elicitur laudabilis volitio, ergo in aliquibus damnatis erit laudabilis, & bona volitio.

Aliqui dicunt, quòd impoſſibile ſit damnatos habere aliquando bonam volitionem, quia volūtas obſtinata in malo non poteſt flecti in bonum, quia propter hoc dicitur obſtinata, ſed damnati homines erūt obſtinati ſicut dęmones, ergo voluntas eorum nunquam poterit eſſe bona, quia aliàs daretur, ꝙ ſimul eſſet bona, & mala, vel ꝙ obſtinatus deſineret velle malum, & velle bonum, quod eſt contra rationem obſtinationis. Secūdo quia ſicut ſe habet volūtas beatorum ad bonum, ita ſe habet volūtas damnatorum ad malum, ſed beati nunquā habent, neque habere poſſunt voluntatem malam, ergo neq; damnati poterūt habere voluntatem bonam, ideſt, volitionem. Sed circa hoc conſiderandum, quòd voluntas eſt duplex, ſ. voluntas naturalis, & voluntas deliberatiua, & hās diſtinguit Ariſto. in voluntatem, & electionem: nā voluntatem vocat volitionem quandam de his, quę ꝙs naturaliter vult, i. ſunt inſita, vt quis ea velit, ſicut eſt voluntas finis, & circa hęc non eſt deliberatio aliqua, quia deliberatio eſt de his de quibus dubiū eſt an bona ſint, vel an ad finem quem intendimus pertineāt.

De primo, ideſt, de voluntate eſt dicendum, quòd in malis poteſt eſſe bona, quia eſt de bono, quod naturaliter appetitur, & ab illo non flectuntur, vel ſaltē a quibuſdam illorum bonorum, & tamen ex hoc nō vocatur adhuc voluntas bona, vel volitio bona, ſed magis vocabitur voluntas de bono, quia bona volūtas, vel volitio non ſolum requirit rem exterius bonam, ſed etiam rationem volendi bonam, & ordinatam, & quia quædam iſtorū nō volunt qualiter oportet, licet ipſa bona ſint, nō eſt bona volitio de eis, ſicut eſt viuere, & intelligere, bona ſunt naturaliter, & tamen ſiquis nollet eſſe, viuere, & intelligere niſi, vt per hæc poſſet deſtruere legem Chriſti, ſicut quidā ſunt, qui non volunt ad aliud viuere niſi, vt voluptatibus vtantur, vel potius fruantur, manifeſtum eſt, ꝙ mala eſt talis volitio. Damnati autem nō habent finem rectum in eis, quę volunt, ideo non habent voluntatem bonam. & rurſus quantum ad hoc, quòd bona volunt quę naturaliter diliguntur non a ſeipſis mouētur, ſed ab eo, qui eis tale deſideriū indidit, qui eſt auctor naturæ, ſcilicet, Deus, & ſic non eſt iſta volitio bona inquantum eſt iſtorum.

Si autem conſideretur volitio, quę eſt electio, dicendum quòd nulla electio erit bona in damnatis. Ratio eſt, quia voluntas naturalis poterat eſſe in damnatis bona, quia principium volēdi erat natura, & iſta manebat in eis, ſed quantum ad electionem ipſi ſunt principium, ideſt, ab eis eſt inquātum in poteſtate eorum eſt inclinari ad bonū, vel ad malum per affectū, & iſta volitio ſemper eſt in eis mala, & hoc eſt, quia cum electio ſit de eis, quæ ſunt ad finem, & damnati ſint perfecte auerſi a fine vltimo, quę eſt ratio omnīū volitionum, neceſſe eſt volitionem non eſſe rectam, quia ipſi nunquam ordinabunt aliquid ad illum finē, & tamen ſine ordinatione ad illum finem nihil poteſt eſſe recte volitū, ergo non poterit eſſe aliqua electio recta ipſorum, & ſi contingat, quod aliquis velit, quod ſit conueniens ad finem vltimum, quale vellet ille, qui rectum habet habitum, adhuc non haberet actam volitionem, quia illud non voluit inquātum ad illum finem faciebat, ſed longe ad alium finem, ideo iſto modo in damnatis nulla erit recta electio.

Ad primum in cōtrarium dicendum, quòd intelligitur illud de voluntate naturali, ſcilicet, quòd rem bonam volunt, quæ eſt eſſe viuere, & intelligere, & huius volitionis natura eſt principium, qui maneret in eis, & ſicut dæmones hoc volunt, ita & damnati, ſed iſta voluntas naturalis bona eſt, ideſt, de bono, ſed nō eſt bona ſimpliciter, quia hoc bonū, quod volunt nō volunt bene, neq; ad bonum finem, ſed ſub malis circūſtantijs, vt quia ſemper viuere volunt, vt ſemper peccare poſſint. Ad ſecundum dicendum, quòd tam dæmones quàm damnati voluntate ſaltem deliberatiua ſemper volunt id, quod malum eſt, & tamen nūquam volunt illud ſub ratione mali, quia impoſſibile eſt cum obiectum voluntatis ſit bonum, & ideo id, quod malum eſt bonum ęſtimant, ſicut qui idola colere vult hoc ſibi bonum iudicat, & qui adulteratur, ſed quòd dęmones, & dānati illud bonum iudicent, quod malum eſt ex malitia prouenit, ſicut intemperatus agens ex habitu iudicat bonum eſſe adulterari, crapulari, & inebriari, & ideo illa velut bona eligit.

Ad tertium dicendum, quòd etiam in damnatis, q̄ habuerunt hic bonos habitus politicarum virtutum non manet poſt mortem aliqua bona electio. Et ratio eſt, quia vt aliqui putant virtutes illæ non perficiunt niſi in vita ciuili, & tamen poſt mortem non manet vita ciuilis: ideo non poſſunt tunc exire in actum illarum.

Dicendum autem, quòd non manet ciuilis vita poſt mortem, & tamen ex hoc ſolo non tollitur beatis omnis actus virtutum politicarum ſiquas hinc ſecum haberent, ita & damnatis fit, quia licet non ſit exercitatio vitę politicę, poſſunt tamen ſaltē ſub conditione velle aliquem actum politicum, ſ. ꝙ ſi eſſet talis vita vellent ſic, i. virtuoſe per talem, aut talem habitum operari. Aliter poteſt dici, quòd in damnatis non manent virtutes politicę, quia virtus politica niſi ſit iuſtitia ſola non fundatur in parte rationali, ſed in parte affectiua, ideſt, concupiſcibili, & iraſcibili, ſed in anima ſeparata non manet pars affectiua, ſed ſolum rationalis, ideo neque poſſunt manere habitus, qui fundātur in hac parte, & dato, quòd poſtea homo reſurgens incipiat habere vim affectiuam, nō habet habitus politicos quos prius habebat, quia cum ſemel illi perierint non poſſunt redire idem numero, maxime cum ipſa vis affectiua non redeat eadem numero ſicut neque eadem viſiua, & ita de alijs ſenſitiuis, vt oſtenſum eſt ſupra, & iſtud facit impoſſibilem operationem virtutis, vel electionem poſt mortem.

Aliter poteſt dici, quòd licet manerent habitus virtutum politicarum in damnatis, non poſſent aliquam bonam electionem ſecundum eas, quia tenentur ligatę virtutes ex obſtinatione, ita vt ad bonum ſurgere non valeant.

An damnati aliquando doleant de malo commiſſo.
Quæſt. DLXII.

QVAERITVR an damnati aliquando doleant de malo, quod fecerunt.

Aliqui dicūt, quòd non, quia dicit Bernardus in Canti. quòd damnatus ſemper vult iniquitatem quam fecit, & tamen quandiu illam vult non poteſt pęnitere de malo, ergo nunquam de malo pęnitent. Secundo quia pęnitere de malo eſt velle ſe nō peccaſſe, ſed velle ſe non peccaſſe eſt bona voluntas, & in damnatis nunquam eſt bona voluntas deliberatiua, ergo nunquam eſt in eis pęnitere de peccato. Tertio quia vt dicit Dam. hoc eſt in hominibus mors quod in Angelis caſus, ſed Angeli poſt caſum nō habent bonam volitionem, eſt enim eorum voluntas immutabilis, ita vt non poſſint recedere ab eo, quod ſemel elegerunt, ſed in illo perſeuerant, ergo ab electione peccati non recedunt, & ſic damnati ab eo, quod elegerunt non mutabuntur, non ergo dolebūt de peccatis. Quarto quia maior eſt peruerſitas damnatorum in inferno quam peccatorum in hoc mundo, ſed aliqui peccatores in hoc mundo non pęnitent de peccatis commiſſis, vel propter mentis cęcitatem ſicut faciunt hęretici, vel propter obſtinationem mētis, ſicut qui lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis ſicut dicitur Prou. 2. ca. ergo damnati non dolebunt de peccato.

Alij dicunt, quòd pęnitentiam agent damnati de peccatis, quia Sapi. 5. ca. dicitur de damnatis apud inferos, quòd erunt intra ſe pęnitentiam agentes.

Secundo quia ex conditione peſſimę conſcientiæ accidit, vt mutetur, & ſeipſam arguat, & increpet, q̄a dicitur 9. Eth. pęnitudine replētur mali, & mox enim triſtantur de hoc, quòd prius delectati ſunt, ergo inuenietur iſta conditio in maxime prauis, qui ſunt dānati, ergo illi pęnitebunt de malis commiſſis.

Dicendum, quòd damnati pęnitent de operibus, quæ fecerunt, ſed nunquam de peccatis. Pro quo ſciendum, quòd pęnitere de peccato ſtat dupliciter, quia aut per ſe aut per accidens. Per ſe autem de peccato pęnitere eſt peccatum in eo, quod peccatū abominari. Per accidens autem pęnitere eſt ipſum peccatum deteſtari, non inquantum peccatum eſt, ſed inquantum eſt cauſa pęnę ipſi peccanti, vel alicuius alterius mali. primo modo, ideſt, per ſe non pęnitebunt damnati de peccatis, quia non oderunt peccatum inquantum eſt peccatum, & habet quādam deordinationem, cum in eis maneat voluntas peccati. Sed ſecundo modo pęnitebunt inquantum affligentur pęnis illis malis commiſſis, & iſta eſt pœnitentia apud inferos.

Ad primum dicendum, quòd damnati per ſe volunt peccatum, quod commiſerunt, quia illud conuenit deordinatę voluntati eorum, & vnuſquiſque vult ſecundum, quòd diſpoſitus eſt, iuxta illud 2. Ethi. qualis vnuſquiſque eſt talia loquitur, & operatur. Sed de peccato affligentur, pęnam vero hanc nollent inquātum nociua eſt, ideo eam fugient, & per accidens de eo, quod eſt eis directa cauſa pœnæ, triſtabuntur, & ſic quodam modo pęnitent, ſed ſimpliciter non pęnitent.

Ad ſecundum dicendum, quòd in damnatis eſt quædam pœnitudo, ſed iſta eſt duplex, vna eſt qua dolebunt de pęna qua affligentur, & quia ſciunt hoc prouenire ex peccato vellent non peccauiſſe, vt non punirentur, alia eſt pęnitudo, qua dolet quis de peccato commiſſo, quia turpitudinem habet, & offenditur Deus in illo, & hęc eſt vera pęnitudo, & fructuoſa, quam damnati non habebunt.

Ad tertium dicendum, quòd manet in damnatis voluntas immutabilis ſicut in dęmonibus, & ideo id, quod ſemel elegerunt ſemper volunt, & ſecundum eandem rationem: nam malum voluerunt inquantū eos delectabat ſecundum peruerſitatem mentis ipſorum, & iſta electio non variatur, quia illa peruerſitas ſemper manet, & ſic eſt conueniens eis deſiderio, ſi autem vere pęniterēt de peccatis, & mutaretur eorum voluntas oporteret, q̄nòd aliquid odiſſent, quod prius amauerant, ſed falſum eſt, nam qui hic adulterium concupiuit nunquam apud inferos habet voluntatem contrariam, quia illa prauitas animi ſecundum quam erat conueniens ſibi iſta volitio, adhuc manet, ſed pro tanto de peccato pęnitere dicuntur, quia dolent de illa pęna quam pro peccato ſciunt ſibi infligi, & nollent, quòd illud peccatum fuiſſet cauſa huius pęnę.

Ad quartum dicendum, quòd damnati non pęnitent vere de operibus commiſſis inquantum iniqua ſunt, ſed inquantum eis cauſa ſunt aliquorum malorum pęnalium, & nulla obſtinatio, vel cęcitas mentis ad hoc impedit, quia cum ſciuerint ipſum actum malum eſſe cauſam pęnę in qua valde affliguntur, neceſſe eſt, vt doleant ſe commiſiſſe illud, per quod neceſſe eſt in talia incidiſſe, & ſi nunc locus eſſet commit-

tendi,

tendi, nunquam committerent si scirent se similia F
passuros propter peccata, voluntatem tamen malam
qua talia commiserunt nunquam deponerent, & vellent sibi talia impune licere, & in illo cõsistit peruersitas voluntatis, s. vt mala esse velit, & pro malo puniri non velit, & hoc Augu. ostendit lib. 83. q. dicens, videmus enim etiam ferocissimas bestias metu, aut dolore pœnarum a maximis voluptatibus abstinere. Cũ autem dicitur de prauis viuentibus, qui non pœnitẽt.

Dicendum, quòd hoc accidit, quia pro malo non vident pœnas sibi inferri, si enim inferretur hic hominibus saltem vnus gradus pœnæ inferni, nemo peccaret etiam si nimia voluntate peccandi teneretur, sed G
quia contingit hic peccantes impunitos esse, contingit de peccatis nunquam dolere, neque per se, neque per accidens.

Ad primam pro parte opposita dicendum, quòd pœnitebũt impij apud inferos, non quidem quia Deũ offenderunt, aut turpitudinem commiserunt, sed quia in pœnas grauissimas inciderũt, & bono magno propter breuem voluptatẽ priuati sunt, sic patet Sap. 5. ca. ex verbis ipsorum, s. videntes impij turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione desperatæ salutis, dicent intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce quomodo H
computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, ergo errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis, lassati sumus in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles, viam autẽ Domini ignorauimus, quid nobis profuit superbia? aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? transierunt omnia tanquam nuncius præcurrens, & post multa dicitur, talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt, & ita apparet, quòd pœnitentia sua non erat de malo inquantum malum erat, sed quia per peccatum inuenerant se deceptos, & in multis miserijs constituros, eos vero quos putabant esse miseros viderunt esse felices.

Ad secundum dicẽdum, quòd mali replentur pœ- I
nitudine, non quasi eorum praua mens ab iniquitate corrigatur, sed quia natura nostra est mutabilis, & cõtinuo variatur in, quod nobis videtur esse delectabile, & efficitur alterum, & alterum, vt dicitur 7. Ethic. in fine. cõscientia autẽ scelerum aliqualiter remordet, & ideo cum nunquam tollatur prauitas incidunt mali in alium, & alium actum deordinatum, & quia nullus eorum est, qui sit eis simpliciter delectabilis, eo quòd natura eorum est mutabilis, necesse est, q̃ id, quod prius videbatur bonum postea nõ videatur bonum, & ita sibiipsis discordent, & non solum pœniteant, sed & pœnitudine tepleantur, & ista pœnitudo non nominat electionem ordinatam, sed pœnam inordinati animi, de quo multa Aristo. 9. Ethico. & Aug. ait iusstisti K
Domine, & ita est, vt pœna sit sibi omnis deordinatus animus, & ideo apud damnatos talis pœna erit, vnde pœnitudo apud eos est, sed secundum hanc non dicũtur dolere de peccatis.

An damnatis in inferno vellent non damnatos esse damnatos.
Quæst. DLXIII.

QVAERETVR an damnati in inferno vellent alios, qui non sunt damnati esse damnatos.

Aliqui dicunt, quòd non volunt esse dãnatos eos, qui non sunt damnati, quia Luc. 16. cap. dicitur de diuite, quod rogabat pro fratribus suis ne venirent in locum tormentorum, ergo eadem ratione alij damnati non vellent amicos suos saltem carnales esse damnatos, ergo damnati non volunt non damnatos esse damnatos.

Secundo quia affectiones inordinatę non auferũtur a damnatis in inferno, sed aliqui damnati inordinate, id est, supra modum aliquos nõ damnatos, id est, adhuc viuentes, vel mortuos, & beatos dilexerunt, ergo non vellent malum eorum, quia istud est cõtra conditionem amantis, sed nullum est maius malum quàm damnatio, ergo non vellent illos damnari.

Tertio quia damnati non desiderant augmentum suę pœnę, sed si plures damnantur maior esset damnatorum pœna, sicut & multitudo beatorum multiplicat eorum gaudium, ergo damnati non vellent non damnatos damnari.

Alij dicunt in cõtrarium, quia super illo verbo Isa. 14. ca. surrexerunt de solijs suis, dicit Gl. solacium est malorum socios habere pœnarum.

Secũdo quia in damnatis maxime regnat inuidia, & ideo dolent de aliena prosperitate, oportet ergo q̃ beatos vellent damnari, & quoslibet alios nondum damnatos, neque beatos.

Dicendum, quòd circa hoc satis dubitandum est: nam de conditionibus damnatorum nihil scimus nisi quantum aut scriptura sacra tradit, aut ratio suadet, & vtrunque in hac parte deficit: nam sacra scriptura parum tradit, & obscurum: nam nihil habemus nisi quod Christus dixit Luc. 16. & illud ita obscurum est, vt quidam putent ad literam debere intelligi, alij vero secundum metaphoram. de ratione eodem modo non est sufficiens probatio, quia quando ratio est de moralibus, & nõ adhuuatur aliqua experientia particularium: cito deficit, & ita est hic, quia cum damnatis nobis, qui adhuc viuimus nulla est conuersatio, ideo non possumus faciliter diffinire de eorum affectibus.

Aliqui ergo dicunt, quòd damnati, licet non habeant ordinatum amorem, quia iste non est nisi bonorum, tamen aliquem amorem habent talem qualis esse potest in malis, sed in quibusdã malis est amor immoderatissimus ad alios siue bonos siue malos, & secundum hunc amorem volunt eis omne bonum, & vitare eos volunt omne malum, & confidenter pro eis se ad mortem exponunt, & licet ipsi in malũ incidant nolunt illos in malum incidere, sed potius volunt occultare malum suũ ab eis ne illi præ amore mutuo affligantur, cum eos tenerrime diligant, ergo cum plurimi damnatorum hic tales affectus habuerint, & in damnatis non mutetur inordinatus amor, videtur quòd manebit in eis talis amor, & ideo non volent eos quos dilexerunt hic, esse damnatos.

Alij dicunt, quòd damnati volent omnes homines siue beatos siue adhuc viuentes damnari, siue eos quos nunquam dilexerunt, siue quos nimium amauerunt, & non accidit hoc propter affectũ quendam, quem quidam damnati dum viuerent habuerunt: nam multi alios ita inordinate amauerunt posttissime circa libidinem, q̃ coamatores commori sibi volebant, quod apud aliquas vulgatas historias factũ legimus, hoc autem faciebant, quia putabãt ipsis post mortem manere consortium, quod fuerat in vita, & eandem voluptatem, aut saltem aliquam delectationẽ in manendo simul, quod falsum est, damnati autẽ experti sunt hoc non manere, quia eis nulla voluptas est, sed omnis tristitia, ideo non cupiunt, q̃ coamatores tui, aut amici damnentur, vt eorũ sit ex consortio consolatio, sed si volunt illos damnari nõ possunt ex alia causa velle nisi ex inuidia. Dicunt ergo isti, q̃ sicut in beatis in patria erit perfectissima charitas, ita in dãnatis

natis erit perfectissimũ odium, vnde sicut Sancti gaudebũt de omnibus bonis, ita & damnati de omnibus bonis dolebunt, vnde felicitas Sanctorum cõsiderata eos maxime affliget, vt dicitur Isa. 26. cap. videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret, quod de damnatis exponunt. Et vocantur illi hostes Dei, & ignis deuorat eos, quia manent in igne ęterno, & vocantur zelantes populi, id est, inuidi, & isti vident, & confunduntur, quia cum vident gloriam Sanctorum inuident illis, & confunduntur.

Est ergo dicendum, quòd quantum ad vnum articulum est certum, quòd damnati, quos constat esse inimicos, volent omnes illos quos hic non dilexerunt dãnari, siue beati sint siue adhuc viuant, & hoc, quia circa istud non est aliquid, quod faciat dubitationem in contrarium: nam neque ratio mouet ad oppositũ, neque scriptura sacra.

Sed circa aliud manet dubium, scilicet, an etiã eos quos hic dilexerunt siue sint cognati siue non, velint damnari, & hic pro vtraque parte mouet aliquid: nã ex magnitudine inuidiæ forte omnes volent esse dãnatos. In oppositum mouet scriptura, quæ ostendit diuitem in inferno cura motum suorum fratrum ne irent in locum tormẽtorum. Etiam aliqua ratio mouet, s. quia hic talem affectum habuerunt, vt eos quos amabant etiam inordinate volent aliqua mala pati, ideo verisimile est, quòd maneat idem affectus, cum non sit aliqua causa mutandi, quia affectus præcedens erat inordinatus, & forte ille fuit causa damnationis, sed praua electio apud damnatos nunquam corrigitur, ergo ille affectus manere poterit.

Dicendum, quòd licet vtraque positio posset defendi, tamen magis videtur, & a pluribus approbatur prima, s. quòd damnati omnes nõ damnatos vellent damnari siue incognitos siue eos quos aliquando dilexerunt, & causa huius est magna inuidia, est quippe inuidia proprie iniquitas, & ideo in illis, qui vere sunt iniqui totaliter istud vitium valde excrescet, non poterit autem ad maiorem peruenire quantitatem, quã vt omnes homines oderint, cum a quibusdam dicantur etiam seipsos odisse, & si illud conceditur non est dubium quin omnes oderint.

Secundo colligitur hoc ex habitudine dęmonis, D
videmus enim hoc vitium valde in damnatis dęmonibus excreuisse: nam ideo omnes suas occupationes circa nos exercẽt vt decipiãt, quia ex inuidia quam ad nos gerunt vellent nos damnatos esse, sicut dicitur Sapien. 2. cap. inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, id est, quia ipse inuidit homini creato tentauit illum, & decepit, & inde mortis obligatio secuta est, talis ergo inuidia in damnatis erit ex deordinatione voluntatis ipsorum, s. q̃ omnes oderint tam damnatos quàm non damnatos, sed damnatis nõ possunt iam maiora damna cupere cum damnati sint, ideo omnibus non damnatis cupiunt damnationẽ, & hoc satis colligitur Sapien. 2. cap. quia cum dicitur inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ, additur, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius, id est, in- E
uidia, sunt autem omnes mali ex parte eius, quia ipse est rex illorum Iob 41. capit. scilicet, ipse est rex super omnes filios superbię, & non solum rex, sed etiam pater Io. 8. ca. vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere, ergo & mali imitantur diabolum in desiderijs, sed ille inuidus est, ergo & omnes mali inuidi sunt, & quanto aliqui deteriores fuerint tanto erunt magis inuidi, sed damnati sunt pessimi omnibus malis, quia sunt in termino, mali ergo erunt maxime inuidi, & sic omnes odio habebunt, ita vt velint eos esse damnatos.

Motiua autem duo in contrarium non sufficienter A
mouent. Primum est scriptura Luc. 16. & circa hoc dicendum, quòd tanta erit inuidia damnatorum, q̃ etiam propinquorum suorum gloriæ, & prosperitati inuidebunt, cum ipsi sint in summa miseria: nam etiam in hac vita hoc accidit, vt crescente miseria crescat inuidia, ita vt quis patri, vel filio, vel vxori inuideat, sic patet Deut. 28. ca. vbi ponitur maxima pœna illud eorum, cum opprimerentur obsessi ab hostibus, & fame compulsi manducarent carnes filiorum, nam dicitur, homo delicatę virę, & luxuriosus valde inuidebit fratri suo, & vxori suę, quę cubat in situ suo ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet, eo quòd nihil habeat aliud in obsidione, & penuria qua vastauerint te inimici tui intra portas tuas. Tenera mulier, & delicata, quæ super terram ingredi nõ F
valebat, neque pedis figere vestigium propter molliciem, & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, q̃ cubat in sinu eius super filij, & filiæ carnibus, & illuuie secundarum, quæ egrediuntur de medio feminũ eius, & super liberis, qui eadem hora nati sunt. cum ergo propter magnam miseriam possit hic esse inuidia, etiam contra fratres, parentes, & damnati habent incomparabiliter maiorem miseriam quàm omnẽ illam, quæ hic esse potest, ideo illi inuidebunt cognatis, & amicis, ita vt velint eos esse damnatos, & tamen amor quem hic habuerunt aliqualiter mitigat eorũ inuidiam, & minus inuident cognatis, & amicis quã alijs, vnde si ipsi scirent, quòd possent omnes homines damnari, vellent quòd omnes tam amici quam non amici damnarentur. Et si daretur in eorũ optione, quòd damnarentur omnes homines præter amicos suos, aut quòd damnarentur simul cognati, & amici sui, cum omnibus alijs hominibus, eligerent potius, quòd damnarentur cognati, & amici cũ omnibus alijs. Si scirent autem, q̃ non erunt omnes dãnandi, sed aliqui, vellent quòd illi non damnandi essent cognati, vel amici eorum.

Causa primi dicti est, quia inuidia damnatorũ est maxima cum sit in summa miseria, ideo omnibus inuident, id est, dolent, quòd aliquis sit beatus cum ipsi sint miseri, & tolerabilius eis videretur si nemo esset beatus, neque etiam Deus, sed potius, quòd desineret esse, quam quòd aliquibus existentibus beatis ipsi miseri sint: nam spirituales creaturæ naturaliter sunt elatæ, quia sunt magnarum rerum capaces, & omnis superbus est naturaliter inuidus cum alterius excellentia afficiat ex desiderio eius, secundũ, quòd vult omnes excedere, ideo nisi affectus spiritualis creaturæ sit ordinatus per charitatem, qui est diuinus habitus, necesse est, vt omnis spiritus sit superbus, & inuidus, & quia omnes damnati sunt sine illo habitu sunt inuidi, & superbi, & vellent, quòd nemo esset beatus, neque Deus si esse posset, ideo absolute loquendo etiã suos cognatos volunt damnatos esse.

Causa secundi dicti est, quia dãnatis omnibus alijs hominibus si manerent cognati eorum beati, essent eis maiores, superbus autem nullum vult maiorem neque parem, ideo necesse est, vt inuideat maioribus, & paribus, sed tunc cognati sui essent maiores eis si essent beati, ideo nollent eos esse beatos, & sic eis inuiderent, & tamen necesse erat maiores illis esse nisi essent damnati sicut ipsi, ideo vellent eos esse dãnatos cum alijs potius, quàm q̃ soli saluarentur. Et hoc non est mirandum apud damnatos, cũ etiam apud viuẽtes vnus inuideat alteri cognato si excellentior eo est, & in tantam procedit inuidiam, q̃ qui inuidet occidere velit, & occidat eum cui inuidet, sic primi duo fratres fuerunt: nam Cain inuidit fratri suo Abel, q̃ illum honorauerat Deus, & non se, & occidit illum Gene. 4. ca. Sic & Dedalus princeps in arte ędificandi,

vel

vel fabrili ligneria Perdici filio sororis suæ, quem F parnulum in eadem arte imbuendum acceperat inuidit, quia ille mirabili ingenio serrę vsum, & circini artem inuenit, quod non sustinens Dedalus Perdicē pueru de turri pręcipitem dedit, mentitus, quòd ille per se lapsus esset, vt patet per Ouidiū 8. Metamorphoseos. licet ipse hoc sub integumentis concludat.

Causa tertij dicti est, quia cum non essent damnandi omnes, minus affligerentur damnati si cognati sui, & amici saluarentur quàm si aliqui alij, vnde in tali casu non volunt damnati, quòd cognati sui saluētur quasi illis bonum velint, vel inquantum saluatio est bonorum cognatorum, cum potius vellent eos cum omnibus simul perire, sed illorum salutem optāt, in- G quantum est ipsorum damnatorum quoddam bonum, ideſt, attenuatio malorum suorum: nam dānatorum est tormentum quoddam felicitas quorumcunque, sed quanto minus aliquē diligunt, aut quanto illum magis oderunt, tanto magis affliguntur in illius felicitate, & quia damnati minus inuident cognatis, & amicis quàm alijs, necesse est, quòd grauius ferant felicitatem aliorum quàm amicorum, & ideo si aliqui fururi sunt felices, magis velint esse fœlices amicos suos quàm alios, quia minorem inde amaritudinem sustinent, minorem autem sustinerent si nemo esset beatus, si tamen aliqui alij efficerentur beati, & amici, aut cognati damnarentur, tristarentur nimis de hoc, non quasi doleant de malo suorum cognatorum, & amicorum, sed quia tristantur de bono H eorum quos valde oderunt. Et ita apparet clara veritas dubitationis huius, scilicet, damnati absolute vellent, quod omnes homines damnarentur, & etiam Angeli, & cognati, & amici, quia tamen sciunt, quòd non damnantur omnes, sed aliqui saluantur, vellent potius, quòd saluarentur sui cognati. Et sic de diuite de quo Christus loquitur est dicendum, quòd ille, procurauit ne quinque fratres sui venirent in hunc locū tormentorum, quia ipse sciebat multos alios saluari, vt Lazarū, qui erat in sinu Abrahę, & alios, qui erant in eodem loco, si tamē nullum videret saluari, vellet etiam fratres suos venire in locum illum.

Ad secundum motiuum de amore quem hic habuerunt damnati inordinatum, dicendum quod ma- I nebit etiam inordinatus, quia praua affectio nunquā corrigitur apud damnatos, & tamen non est necesse, quòd maneat eadem affectio, sed poterit esse alia, & alia manente semper mente praua, sicut & nunc videmus malos non semper eadem velle, sed cum nūc aliquid velint statim desinunt illud velle, & transeunt ad aliud, quod etiam malum est. Et hoc propter duo accidit.

Primo propter conditionem naturæ, quia non est natura bona, sed mutatione gaudēs, vt dicitur 7. Eth. in fine.

Secundo ex conditione prauitatis, ipsa enim prauitas facit eos instabiles dum aliud volunt, & aliud eis libet, vt ostenditur 9. Ethic. poterit ergo sic esse apud K damnatos, quod mutentur eorum affectus.

Et tamen dicendum, quòd non propter hoc corrigitur praua electio in damnatis. Et hoc primo, quia licet desinant velle illud malum, quod prius volebāt, non desinunt simpliciter velle omne malum, sed statim ad aliud malū transeunt, cū nō sint mali siue operibus, & omnia opera ipsorū mala sunt. Secūdo quia licet cessarent ab illo malo, & nō facerēt aliud statim, tamen adhuc mens non corrigitur a prauitate, cū nō superueniat gratia, quę corrigit eam. Tertio quia ad correctionem mentis requiritur, ꝙ quis de opere malo doleat, sed mali nunquam dolent de malo, vt ostēsum est prędict. ergo nunquā corrigitur mens eorū.

Quarto & prędicte, quia licet non habeant dānati amorem inordinatum ad eos ad quos hic habuerūt, amant tamen causam inordinati amoris, vt si quis dānatus dum viueret amabat ex libidine, vel alio amore illicito aliquem, post mortem non amabit superstitē, sed diliget illam causam deordinati amoris, & ita perseuerat in iniquitate, & ista est veritas. Cum autem dicitur, quòd damnati dum viuerēt, dilexerunt aliquos inordinate, ita vt pro eis mori vellent, & eos secum in mortem trahere ex amore, vel per mortem suam illos seruare viuentes, quomodo ergo illos non diligēt post mortem? Dicendum, quòd ad nullum horū manebit post mortem amor, & hoc, quia iam cessat omne illud bonum quo fruebantur in amando, quia aut erat amor circa vtile, aut circa delectabile, quidquid sit cessat in morte, quia tunc viuens non potest mortuo esse vtilis, neque mortuus mortuo, delectatio ēt nulla stare potest cum intensissima pęna, maxime qa omnes illę voluptates erant secundū sensum, in mortuis autem non est nunc sensus, quia non manēt corpora, sed animę separatę, ideo non manet iam aliquid in eo, qui amari solebat, propter quod ametur, vnde cessabit amor, & succedet inuidia propter causam supra positam.

Sed dicet aliquis, quòd hoc erit in damnatis ante diem iudicij, quia erunt animæ separatę, & non erunt affectus priores, sed post iudicium redeūtibus corporibus redibunt affectus, & poterunt esse delectabilia secundum sensum, quæ prius erant.

Dicēdum, quòd idem modus erit tunc: nam licet corpora redeant, non erunt affectus, qui prius. Primo quia illi non redibunt, neque erunt eędem vires affectiuę, neque sensitiuæ, ergo non erunt eędem affectiones. Secundo quia neque aliæ redibunt, vel subintrabunt de nouo, quia iam non erant bona, aut mala hominī ea, quæ prius erant, ideo impossibile est esse eadem, aut similes affectiones: nam iam non erit delectatio ſm gustum, neque secundum tactum in venereis, neq; secundum visum quædam, quæ amabantur ad alium finem, cū igitur oīs iste vsus antiquus cessauerit, & non sint corpora damnatorum in se naturaliter dispositā taliter, vt possint in eis esse prędicte affectiones non erunt, vnde damnati, qui te hic summe amore ardētissimo dilexerunt, ita vt vnus propter alterum moreretur, iam se ibi nullo amore diligent, etiam si apud inferos simul maneant, vel vnus sit ibi, & alius hic, sed si ambo dānati sunt vnus oderit alterū, & econtrario, sed minus se oderunt quàm alios damnatos oderint, aut qui est damnatus inuidebit viuenti, qui non est damnatus, sed minus illi inuidebit quàm alijs ex causa supra data. Ex his potest respōderi ad argumenta prima in contrarium.

Ad primum dicendū, sicut supra, quòd dānati absolute vellent oēs tam viuentes quā mortuos esse dānatos, & ēt Angelos, vt nemo esset eis excellentior, & nullus esset cui possent inuidere, tū quia sciunt, ꝙ non damnabuntur oēs, sed sciunt aliquos saluari, volunt potius saluari cognatos suos quàm alios, & sic fecit diues, qui erat in inferno.

Ad secundum dicendum sicut supra, quòd amor in damnatis manet inordinatus, i. ꝙ mens eorum ſm quam inordinate amauerunt manet inordinata, ita ille amor nō manet, vnde dānati nullum amant, sed oēs oderunt, & qñ volunt saluari cognatos suos non hoc volunt quasi eos diligant, sed quia ipsis damnatis est illud quoddam bonum ad alleuiationem pœnæ eorum, vt supra declaratum est.

Ad tertium dicendum, ꝙ mali non cupiunt augmentum pęnę suę, ideo si pluritas damnatorum esset eis ad pęnę augmentū simpliciter, nullo modo illud vellent,

vellent, sed potius ad quandam releuationem pœnæ A eis videbitur prodesse, quòd multi damnentur.

Circa hoc sciendum, quòd si simpliciter quæratur de pęna an sit maior quanto plures fuerint dānati, dicendum ꝙ erit maior, quia cuilibet accrescet ex pęna alterius, sicut infra declarabitur, & tamen quantū ad opinionem pœnæ damnati cuiuslibet minor erit, & quodam modo verum erit, quia licet ab extra maior sit pęna quanto est pluritas maior damnatorum, tamen ab intra est maior, & istud consistit in habitudine ad pęnā quàm damnati recipiunt a seipsis: nā pęna est sibi omnis inordinatus animus, & nos illud videmus hic, quia si non satisfacimus passionibus torquemur, in damnatis autē est maior mentis inordinatio, ideo erit maior afflictio ex passionibus suis, habēt aūt B vehementissimam inuidiam, ideo valde torquebuntur si illi quibus inuiderint efficiantur fęlices, & ideo leuius est torturam aliquam a foris maiorem tolerare, dum tamen satisfaciant inuidię suę, quàm minorē torturam sustinendo corrodi valde intus passione inuidię. Alias autem duas rationes in contrarium pro nunc concedimus, sed examinabuntur infra vbi ostēdetur, ꝙ magis puniūtur, qui cū pluribus puniuntur.

An damnati Deum odio habeant in inferno.
Quæst. DLXIIII.

QVAERETVR an damnati Deum odio habeant in inferno. Aliqui dicunt, ꝙ non, qa C vt dicit Dion. lib. de di. no. c. 4. omnibus diligibile est bonū, & pulchrū, quod est omnis boni, & pulchritudinis causa, hoc autem Deus est, ideo a nullo pōt odio haberi. Secūdo quia nullus pōt ipsam bonitatem odio habere, sicut neque pōt ipsam malitiam diligere: nam bonū pōt quis odisse inquantum ei, quod bonum est putatur non inesse bonitas, & malum diligere inquantum ei, quod malū est putatur nō inesse malitia, & tamen malitia non pōt sub aliena ratione accipi, quia nihil ei inest, neque bonitas sub alia ratione, ideo neque pōt malitia diligi, neque bonitas odio haberi, Deus aūt nō est bonus quasi bonitatem habens, sed ipsa bonitas, ergo non pōt odio haberi. Alij dicunt, ꝙ pōt Deus odio haberi a damnatis, quia ita dicitur Psal. 71. superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper, ergo aliqui oderunt Deum. Secūdo quia odium est inimicorum, non est enim inimicus, nisi qui odit, sed scriptura multos vocat inimicos Dei iuxta illud Psal. 80. inimici Domini mentiti sunt ei, & Psal. 31. super inimicos tuos tabescebā, ergo multi oderunt Deum.

Dicendum est, quòd damnati Deum odio habere possunt, & habent. Sed pro hoc cōsiderandum, quòd appetitus mouetur ex bono, vel malo apprehenso. Deus autem dupliciter apprehendi pōt, tm se, aut in effectibus suis. Primo modo apprehenditur a beatis, qui eum per essentiam vident. Secundo modo a nobis, & dānatis hominibus, & dęmonibus, ipsum enim videre non possumus, sed per effectus suos eū aliquo E modo cognoscimus, si autem Deus primo modo apprehēdatur, cum sit bonitas per essentiam, immo tota ipsa natura bonitatis, non potest alicui voluntati displicere, vnde si esset possibile, ꝙ damnatus aliquis sic manens videret Deum per essentiam non posset in illo viso tristari, sed ipsum diligere, licet ab eo sciret se pœnas recipere. Cum autem cognoscimus Deū quantum ad effectus, possumus eū diligere, aut odisse secundum conditionem effectuum: nam licet oēs effectus Dei boni sint, quia a bono facti sunt, & recta ratione procedunt, tamen considerati prout se habēt ad nos possunt esse boni, vel mali, quia inquantū conueniunt nobis iudicantur a nobis boni, inquantū vero repugnant volūtati nostrę, vel in aliquo nobis sunt nociui iudicantur mali. Primo modo nos iudicamus Deum bonum, quia accipimus ab eo esse, & viuere, intelligere, & omne bonum, quod habemus. Secundo modo damnati iudicāt Deum malum ex effectu, quia mala eis infert, s. pœnam. Et iō cū sub hoc effectu eum apprehendant, possunt eum odisse, & vere oderunt, sicut & ipsas pœnas quas sustinent oderunt, & qa sub alia ratione eum non considerant, cum neque aliquid considerare possint absorpti a pœnis, nisi vt punitorem suum, non poterunt eum diligere, sed oderunt, & ideo recte illi vocantur inimici Dei, nō quasi Deus illos vere oderit, quia si odisset adnihilaret eos Sapi. 11. c. sed quia ipsi Deū oderunt, ideo ipsi pūt dici vere inimici Dei, & ꝙ Deus nō sit inimicus illorum.

Ad primum in contrarium dicendum, quod bonum, quod est causa omnis boni est ipsa subsātia bonitatis, & si ita ab aliquo consideretur, vel apprehendatur non potest eam odisse, etiam si sciret se ab illo torqueri, sed damnati non apprehendunt Deum, vt est subsantia bonitatis, vel causa omnis boni, sed solum, vt est punitor eorum, & sub hac ratione non habet aliquid secundum, quod diligatur.

Aliter potest dici, quòd verbū Dionysij intelligitur de naturali appetitu, quia secūdum illum omnia, quæ participant bono mouentur naturali dilectione in bonum illud quo participāt, ideſt, ex cuius influxu efficitur bonus, sed iste appetitus in damnatis peruertitur per appetitum deliberatum, ideo non diligūt Deum sub aliqua ratione.

Ad secundum dicendum, quòd bonitas in se non potest odio haberi, neque malitia diligi, & tamen dānati non cōsiderant Deum, & bonitatem, immo neque vt bonum, sed solum, vt punitorem, ideo oderūt illum. Alias duas rationes in oppositum cōcedimus.

An viuentes aliqui possint Deum odio habere.
Quæst. DLXV.

SED quæretur similiter an viuentes aliqui possint Deum odio habere.

Aliquis dicet, quòd non, quia hoc specialiter cōuenit damnatis, eo quòd illi sunt in summa miseria, & totum illud malum a Deo recipiunt, ideo poterunt eum odisse, nullus autem viuens talia mala a Deo recipit, ideo nec odisse poterit. D

Secundo quia damnati hoc faciunt eo, quòd peruersus est eorum appetitus destitutus in fluxu quantū ad bonum, & ideo in solum malum tendit, & potest venire in extremum malorum, quod est Deū odisse, sed de viuentibus nemo sic a Deo deseritur, ergo nō potest aliquis viuens Deum odisse.

Tertio quia intellectus dānatorum est absorptus, ita vt nihil cogitare possint nisi de malis, quæ sustinēt, & ideo Deum quem tanti mali sciunt causam agentem oderunt, non aduertentes, quòd iuste inferat, & quanta bona contulerit antequam hęc mala inferret, & quòd adhuc bona aliqua in eis conseruat, scilicet, quod sunt, viuunt, & intelligunt.

Dicendum, quòd ratio eadem est de damnatis, & de viuentibus: nam aut quis Deum apprehendit, vt est, vel secundum aliquem effectum bonum, vel solū secundum illum effectum, qui totaliter iudicatur a nobis malus, vel simpliciter displicet voluntati. Si apprehendit Deum, vt est Deus, nemo potest eū odisse, & si apprehendit sub ratione alicuius boni effectus, vt dantis esse, vel gubernantis, nemo oderit, si vero sub ratione solius mali effectus, vel displicentis, non potest diligere, sed odisse, quia impossibile est, vt quis

diligat

diligat id, quod non iudicat bonum, cum bonum sit F quod omnia appetunt, & tamen hoc supposito Deus apprehenditur solum sub ratione mali, & displicētis, ergo non poterit diligi, sed odio haberi.

Sed obijcietur, quòd aliquid apprehendimus, vt nociuum, & displicens voluntati, & tamen non odimus illud, sicut doctorem castigantem, vel aliquem punientem.

Dicendum, quòd ista apprehenduntur non solum in ratione nociui, & displicētis, sed in rationem iusti, & ad bonum finem facti, & ideo licet quantū ad hoc, ꝙ aliquid solum apprehenditur, vt pęna nō possit esse nisi odibile, & displicens, inquantum tamen apprehenditur, vt iustum potest esse illud volitum, & placens, & non odibile, si ergo aliquis viuens Deum solū G apprehenderet, vt punitorem, & non cōsideraret iustitiam punitionis, neque aliquam aliam rationē, necesse erat, vt non diligeret Deum, sed odisset, & ideo quantum ad hoc eadem ratio est de damnatis, & viuentibus, sed difficilius est, ꝙ viuentes Deum sub ratione sola mali apprehēdant quam damnati, possunt ergo viuentes Deū odisse. Amplius quia dicitur Psal. 80. inimici Domini mētiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula, intelligunt quidam de viuentibus, & saltem illud, super inimicos tuos tabescebā, de viuentibus accipitur Psal. 136. ergo viuentes aliqui sunt inimici Dei, sed qui est inimicus odit, ideo viuētes possunt odisse. Etiam apertius Psal. 7. dicitur superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper, constat autem, H ꝙ illi viuentes erant, ergo illi possunt Deum odisse.

Ad primam rationem in oppositum dicendum, ꝙ magis conuenit damnatis quàm viuentibus Deum odisse, quia facilius apprehendent eum in sola ratione mali, cum maxima mala ab eo recipiant, & tamen contingit aliquos viuentes Deum apprehendere solū in ratione punitoris, & forte iniusti, ideo ēt iste viuēs oderit Deum sicut damnati manentes apud inferos.

Ad secundum dicendum, quòd viuentes non contingit ita destitui omni influxu gratię, & motu appetitus ad bonum sicut damnatos, quidam tamen sunt, qui propter demerita sua saltem ad tempus destituūtur, & possunt incidere in magnos errores, & apprehendere Deum solum, vt iniustum punitorem, & ita I eum oderunt.

Ad tertium dicendum, quòd istud ostendit promptius esse, vt mali Deum oderint, scilicet, damnati ꝙ bus faciles sunt tales conceptiones, circa viuentes aūt non sunt faciles conceptiones ad hoc, & tamen esse possunt, & aliquando fuerunt in multis, maxime in eis, qui incidunt in infortunio affecti calamitate, quia horum faciliter perit recta existimatio, vt ait Boetius 1. de Conso. ideo etiam viuentes possunt odisse Deū.

An damnati in inferno demereantur, & efficiantur digni pœnis per aliqua, quæ apud inferos faciunt.
Quæst. DLXVI.

K

QVAERETVR an damnati in inferno demereantur, & efficiantur digni pœnis per aliqua quæ apud inferos faciunt.

Aliqui dicunt, quòd demerentur, quia damnati habent malam voluntatem, vt supra ostensum est, sed per malam volūtatem dum viuerent demerebantur, ergo & post damnationem demerebūtur, alias ex sua damnatione commodum reportarēr.

Secundo quia damnati sunt eiusdem conditionis cum dæmonibus, cum vtrique damnati sint, sed dæmones post casum suum demerentur, quia serpēti, ꝙ induxit hominem ad peccādum fuit pęna inflicta, vt dicitur Genes. 3. ca. & erat serpens ille diabolus, ergo dānati demerentur, & puniuntur. Tertio quia actus inordinatus ex arbitrij libertate procedens non excusatur quin sit demeritorius, etiam si aliqua necessitas adsit quam ipse peccans sibi fecerit, sicut ebrius habet quasi necessitatem mala, & inordinata faciēdi cum manet in ebrietate, sed non excusatur, quia dicitur 3. Ethi. ebrius duplices maledictiones meretur si ex ebrietate aliquod peccatum cōmittit, sed ipsi dānati fuerunt sibi causa propriæ obstinationis, ideo licet per eam quandam quasi peccandi necessitatem incurrant, cum eorum sit actus inordinatus, & procedat ex libertate arbitrij, erit actus ipsorum demeritorius, & non poterunt excusari a culpa.

Dicendum, quòd in damnatis non potest esse demeritum, sicut neque potest esse meritum, ad hoc enim, ꝙ actus nostri sint meritorij, oportet ꝙ sint formati per gratiam, sed in damnatis non potest esse talis formatio, cum Deus nunquam concursurus sit cum eis pręueniendo, vt velint, & adiuuando, vt bene velint, ergo non poterunt mereri, & consequenter videtur, ꝙ necesse est actus eorū omnes esse inordinatos, quia vbi non est ordinatio in finem est deordinatio actus quicunque ille sit, & tamen finis est Deus a quo maxime auersi, sunt damnati, ideo necesse est omnem actum eorum esse inordinatum. Si aūt inordinatus actus esset in eis demeritorius peccarent necessario, cū non possint bene agere, ergo non peccabunt per actum inordinatum, ergo iniustum videre- tur, quòd necessario peccarent.

Secundo quia circa malum pœna distinguitur cōtra culpam, sed peruersa voluntas in damnatis procedit ex obstinatione, & obstinatio in eis non est culpa, sed pœna, quia obstinantur necessario, s. quia Deus cū eis concurrere nō vult, ergo id, quod procedit ex obstinatione, scilicet, prava voluntas ipsorum non erit culpa, sed pœna quædam.

Tertio quia post vltimum terminum non relinquitur aliquis motus nec ad proficiendum in bonū, neque ad augendum in malum, quia alias non esset vltimus terminus, sed damnati post diem iudicij maxime terminum habebunt suę damnationis, ergo non poterunt augeri in malo, sic enim dicit Aug. ꝙ nunc habebunt terminum duæ ciuitates, si tamen tunc demereri possent consequenter efficerentur maiori pęna digni, & Deus illā inferret, cresceret ergo semper eorum pęna, & ita in ęternum, quod falsum est, & absurdum, ergo non demerebuntur.

Sed circa hoc adhuc distinguendū, quòd aut consideramus damnatos ante diem iudicij, aut postea, si autem post diem iudicij omnes confitentur, quòd nō erit demeritum, neque meritum in damnatis.

Aliqui autem dicebant sicut Magister refert 4. Sēt. di. 50. quòd mala voluntas damnatorum erit peccatū, sed per hanc non merebuntur pęnam. Quod rationabiliter dictum est: nam omne peccatū est demeritū, conuertuntur enim hęc, ideo si peccare conceditur, debent etiam dici demereri.

Ideo dicendum vt communiter tenetur, & est verum, ꝙ post diem iudicij nullum peccatū, aut demeritorius actus poterit esse in damnatis, quia meritū, & demeritum, dicunt actus ordinatos ad aliquid vltra consequendum bonum, vel malum, post diem autē iudicij erit vltima consummatio bonorum, & malorum, ita quòd non erit vlterius addendum aliquid de bono, vel malo pręmij, & pęnę, ergo neque erit vltra aliquod meritum, & demeritum, ad quæ sequeretur augeri præmium, & pœnam, & ideo de cætero bona voluntas in bonis, ideſt, beatis non erit meritum, sed præmium, & mala voluntas in damnatis non erit demeritum, sed præcedentium demeritorum, quæ

quæ in vita fuerunt pœna quædam. nam sicut contin A git habere operationes virtutis ante fœlicitatem per quas efficimur fœlices, ita & post habitam fœlicitatem habemus operationes virtutis, & tūc præcipuas, & tunc illę non sunt ad quærendam fœlicitatem, sed vt præmium quoddam præteritarum operationum, quæ fœlicitatem præcesserunt iudicantur istæ, & incidunt in ipsam fœlicitatem. sic etiam per actum vitiorum efficitur quis miser: & tamen existente miseria sunt maiores actus vitij quam prius, sed illi tunc non sunt, vt via ad miseriam, sed incidūt in ipsam miseriā.

Si vero consideremus ante diem iudicij, dicunt ali qui bonos mereri in vita æterna, & damnatos apud inferos demereri.

Sed dicendum, ꝙ aut intelligitur de pęna quę com petit principaliter pro peccato, aut de pœna secunda- B ria & quasi accessoria: quantum ad primam non potest aliquis demereri pęnam post mortem, neque bo ni post mortem merentur præmium præcipuum, ideſt essentiale, quod est eis competens ex proprijs actibus, quia vtrique sunt iam in termino quantum ad seipsos. accipiendo quantum ad secundam pœnam, vel præmium dicunt, quòd potest augeri, & maxime in Angelis ministrantibus ad nostram salutem, & in dæmonibus tentantibus nos, vt pereamus.

Circa hoc est intelligēdum, ꝙ circa beatos cuilibet competit præmium pro bonis actibus, & pręmium illud secundum magnitudinem respondet omnibus bonis actibus meritorijs, non finiuntur autem actus C nostri meritorij vsque ad finem vitæ, quia vsque illic manet nobis vertibilitas arbitrij, vt possimus per bonum actum mereri, & per malos demereri, complētis autē omnibus illis actibus bonis respondet quoddam præmium, & illud vocatur præmium essentiale nostrum inquantum datur pro actibus bonis, vt procedūt ex radice charitatis. Rursus est aliud præmium accidentale, & vocatur aureola. Est enim gaudium quoddam de excellentia actus quātum ad proprium genus, vt est in martyribus, virginibus, doctoribus, & vtrunque est proprium præmium nostrum, quia pro nostris actibus directe datur, licet non sit vtrunque essentiale, sed alterum accidentale. in damnatis eodem modo, licet pro quolibet peccato mortali debeatur pœna æterna: tamen est illa maior & minor in acerbitate: & ideo pro omnibus demeritis quæ quis habuit dum viueret respondet pœna, & non est determinatus ille gradus pœnæ qui competit, quousque sit determinatus numerus & quantitas demeritorum, & hoc determinatur in morte, quia post mortem non habet quis voluntatem vertibilem ad malum, aut bonum: sed statim figitur in eo in quo decessit, si in bono decessit figit in bono, & ideo non potest vltra peccare, neq; etiam mereri, quia actus non iudicatur meritorius propter esse necessario se habētem ad bonū. Si autem in malo decessit figitur in malo, & iam non potest bonum velle, nec agere, & consequenter malа quæ vult, vel agit nō sunt demeritoria, quia agit ex necessitate, ideſt, non potest facere, ꝙ aliquid a se fa- E ctum sit bonum. Cum ergo complētur omnia demerita in morte determinatur gradus pœnæ debitus in inferno, & illa est propria pœna, quia ex proprijs demeritis illam habet damnatus. De hac pœna, & præmio dicendum, ꝙ non potest augeri, quia non potest quis iam crescere in merito aut demerito: & ideo neque crescet pœna quæ respondet proprijs demeritis.

De præmio idem est, quia non meretur quis post mortem, ideo neque essentiale præmium, neque aureola augetur post mortem. Alia est pœna secundaria, quæ non est debita pro demeritis: respondet tamē per accidens ex actibus, & ita de præmio. & dicunt D posse crescere istam pœnam, & præmium vsque ad diem iudicij.

Et ratio horum est, quia quanto plures sunt beati tanto quilibet eorum in plus lætatur, quia non solum de suo bono, sed etiam de bono aliorum lætatur, & quanto plures damnati sunt tanto plus quilibet punitur, cum etiam miseria aliena aliquo modo efficitur sibi miseria: & tamen vsque ad diem iudicij semper crescet numerus damnandorum & beatorum, ideo vsq; ad diem illum potest augeri pęna damnatorum, & gloria beatorum.

Apparet de beatis, nam quisque habet proprium præmium essentiale vel accidentale, quod ex proprijs meritis respondet, & hoc non crescit post mortem, vt dictum est, quia merita non sunt vltra, & tamen quilibet beatus gaudet de bono alteri², & ideo accrescit ei quidam gradus lętitię vltra proprium bonum, & istum gradum lætitiæ non meruit ipse, quia alias iam haberet ante aduentum alterius beati, sed habet ex accidenti, neque est inconueniēs augeri gaudium sine merito, quia non augetur præmium: bonum enim potest nobis dari sine merito, sed nō præmium. certum est autem, quòd vsque ad diem iudicij semper erunt alij, & alij beati, ideo semper crescet cuilibet beato gaudium, sed non præmium.

De damnatis idem est, nam pęna debita pro demeritis non augetur post mortem, quia nō sunt vltra aliqua demerita: veruntamen crescit pœna eorum per accidens, quia cuilibet damnato est quædam pœna alterius damnatio, vt declarabitur infra. & tamē vsque ad diem iudicij semper augetur numerus damnatorum, ideo cuilibet damnato crescet vsque illuc quædam pœna: postea vero non, quia post iudicium non erunt alij noui damnati, & in omnibus his ideſt damnatis & beatis crescit pœna, & gaudium, sed nō sunt vt præmium, & pœna respondens directe, sed quasi accessoria.

Alij autem sunt in quibus dicitur, quòd erunt hæc vt meritum & præmium pœna, & demeritum, licet non directe, sed dicunt de Angelis bonis qui ministrant nobis ad salutem, iuxta illud ad Hebræ. primo cap. sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. nam per istorum ministerium multi perueniunt ad vitam æternam, & de illorū beatitudine, necesse est, vt gaudeant illi Angeli, quia & ipsi beati sunt, sicut gaudent omnes alij beati: insuper quia isti specialiter procurauerunt, ideo tanquam de opere suo gaudēt plus quā alij qui ad hoc nihil contulerūt, & ista lætitia videtur prouenire ex proprio merito, scilicet, quia actu Angeli saluatus est homo, vel procurata est eius salus, & rursus quia vsq; ad diem iudicij semper erunt aliqui Angeli qui hominibus sic ministrēt, & homines qui pueniant ad beatitudinem, ideo vsque ad illum diem crescere dicunt gloriam Angelorum & meritum ipsorum.

Dicendum, quòd non est proprie augmētum prę- mij cum neque ibi sit meritum. nam sicut homines post mortem non possunt mereri aut demereri, quia bonitas eorum facta est inuertibilis, ita & Angeli boni post confirmationem non possunt mereri, & licet actus ille quem faciunt in custodia commissorum hominum, & procuratio salutis spiritualis ipsorum sit bonus actus, non est tamen meritorius, quia sic directe crescceret prędmium essentiale ipsorum, quod falsum est: & ideo non merentur in eo, quod agunt: recipiunt tamen inde gloriam per accidens crescente numero electorum, & specialiter quātum ad illorum gloriam quorum salutem ipsi procurauerunt. Si tamen quis contendat crescere meritum,

& præmium Angelorum custodum vsque ad diem iudicij, debet exponi sic, & non aliter, s. crescit gloria eorum ex eo, quod fecerũt ad meritum, & præmium alienum, ipsi tamen neq; meruerunt, neque augmentum præmij consecuti sunt.

De dæmonibus quibus agentibus homines peccãt & damnãtur dicunt, ꝙ crescit eorum demeritum, & pœna vsque ad diem iudicij. Quod enim crescat pœna verum est, inquantum pœna cuiuslibet damnati facit ad aliquam miseriam alterius damnati & oĩum, & ideo etiam ad pœnam dæmonũ qui damnati sunt faciet, & hoc erit vsque ad diem iudicij, quia vsque illuc semper erũt alij, & alij damnati, postea autem nemo: ideo non poterit crescere pœna. Quòd tamẽ crescat dæmonum tentantium demeritum, & pœna per accidens concedunt, quia mala quæ dæmones cõtra nos faciunt, licet malo animo faciant, non sunt in eis demerita, quia iam neque mereri, neque demereri possunt. Etiam pœna quæ crescit non est propria dæmonum pœna quasi pro demeritis eorum, sed accrescit quasi per accidens, & ideo exponatur sicut supra, scilicet, quòd crescit pœna dæmonum ex eo, quod fecerunt ad demeritum alienum & pœnam, sed in illo facto non fuit demeritum dæmonum, nec directum augmentum pœnæ.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ damnati dum erant hic, & nondum erant damnati demerebãtur per malam voluntatem, sed nũc apud inferos per malam voluntatem non demerẽtur. Et cum dicitur ꝙ reportarent lucrum de sua damnatione, dicendum ꝙ non reportant, quia potius hoc accidit ex eo, quòd sunt in tali statu quo deterior nullus esse potest. nam quandiu malum nostrum crescere potest non sumus in extremum malum, cum vero non habet quo crescat est extremum, & taliter se habent damnati, ideo non est in eis lucrum, quod non demereantur, sed est magna pœna.

Item videretur esse lucrum forte in damnatis, si iã forte liceret eis vti vitiorum actibus sine demerito, & vlteriori pœna, & sumerent voluptatem ex actibus vitiorum sicut hic, sed nihil tale est, quia apud damnatos non sunt actus vitiorum in quibus delectabantur hic, vt in gustu, tactu, & omni libidine, & rerũ excessiua pompa, & oppressione minorum. Nam apud inferos nullus actus vitij relinquitur damnatis, nisi mala voluntas, exterior autem executio nulla est, etiam nõ potest esse ibi iam delectatio aliqua in actu alicuius vitij, dato ꝙ ille permitteretur damnatis, quia nulla delectatio est eis possibilis propter mutatum esse statum eorum secundum naturam.

Item consequentia ista non valet: si enim reportare dicerentur damnati commodum, quia per malam voluntatem non demerentur, dicerẽtur beati de sua beatitudine reportare damnum, quia iam p bonã voluntatem non merentur, quod tamen faciebant antequam essent beati; sed certum est ꝙ non reportant damnum, immo in tali statu sunt in quo damnũ nullũ habere possunt, & non est pro alio, ꝙ non mereantur, nisi quia iam non habent quo crescant, sic damnati in malo non habent quo crescant, ideo neque beati per bonam operationem merentur maiorem gloriam, neque damnati demerentur maiorem pœnam.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ eadem est conditio dãnatorum & dæmonum, quia omnes sunt damnati, & ideo neutri demerentur nunc. Et quãdo obijcitur de pœna serpentis tentantis hominem, potest dici ꝙ ponitur ibi conditio serpentis quæ videtur esse pœna, nõ ꝙ vere pœna esset, quia natura erat, sed in pœnam videtur esse datum, cum quãdam difficultatem & subiectionem dicat, sic de viro & fœmina dictum est, in dolore paries filios tuos, & in sudore vultus tui vescaris pane tuo: sed illud non erat pœna quasi aliter se haberet natura, immo naturaliter fœmina paritura erat cum dolore, & vir in sudore vultus pane vesceretur, quia Deus non deterioravit naturam quam ipse fecerat propter peccatum hominis, quod solus homo fecerat, sed non dedit ei illum statum quem ex gratia dedisset si homo non peccaret, & ita non procedet argumentum, quia supponitur falsum.

Aliter potest dici quòd si accipiatur serpẽs pro diabolo tentante non ponitur ibi pœna eius quam nouiter per illum actum meruerit, sed designatur illa quã per peccatum suum primum habuerat & meruerat, & illam iam habebat: sed nũc notificata est eo, quòd nocuit hominibus tentando.

Aliter dicunt alij, ꝙ dæmones demerentur vsque ad diem iudicij quantum ad secũdariam pœnam, quæ accrescit ex multitudine damnatorum, sed non quãtum ad primam pœnam quę directe debetur pro peccato proprio. Et tunc dicendum, quòd non est simile de dæmonibus, & damnatis hominibns, quia damnati non tentant homines, ita vt eos in malum inducant, sicut dæmones faciunt, quorum est officium tẽtare, & ideo non demerentur damnati nunc aliquid, & dæmones demerentur, sed (vt supra dictum est) non est sensus, quòd dęmones demereantur per illud sed quòd crescit pœna dęmonum ex multitudine dãnatorum, sicut & crescit cuiuslibet damnati pœna, & tamen dæmones videntur hoc meruisse, quia ip si fecerunt actum ex quo directe eis hoc proueniret. s. tentando homines vt damnarẽtur: & alij damnati nihil fecerunt per quod isti damnarentur, vel ad hunc finẽ vt damnarentur, & tamen dæmones per illum actum quem fecerunt ad hoc, quòd aliqui damnarentur nõ demeruerunt, quia sic crescerer pœna eorum propria, & per singulos dies esset maior, quod falsum est. Etiã quia tunc dæmon quilibet sentiens se grauius quotidie puniri, & hoc fieri ex malis quæ faciunt cõtra homines, desisterent omnino a tentando, sed non desistunt, ideo non crescit directe pœna alicuius eorum. Etiam quòd si directe crescęret pœna non esset causa vlla quare per quamlibet malam volitionem non demererẽtur damnati, quòd augeretur pœna eorum, quod est falsum.

Ad tertium dicunt quidam vno modo, quòd licet damnati agant actum inordinatum ex libertate arbitrij procedentem, & illum agant ex quadam necessitate in eis existente, non ob hoc non peccant, quia ex necessitate agũt: sed ideo quia ad extremum malum deuenerunt.

Sed dicendum, quòd non est hoc verum simpliciter. nam ex necessitate non potest esse actus meritorius, aut demeritorius: requiritur enim vertibilitas arbitrij ad demerendum & merendum: potest enim arbitrium esse bonum, aut malus sine vertibilitate arbitrij, ta men non potest esse meritorius aut demeritorius: ex hoc enim quòd actus procedit ab habente liberum arbitrium, & non repugnante libero arbitrio est actus bonus vel malus consideratis circunstantijs eius, & ideo in re quæ nõ habet liberum arbitrium quicquid agat, non est bonum, aut malum.

Ad hoc tamẽ quòd actus sit meritorius vel demeritorius requiritur, quòd liberum arbitrium sit vertibile, idest, quòd ita possit facere bonum, quòd possit etiam facere malum. nam quando quis facit bonum quia non potest facere malum, nõ est illud meritum, sed fœlicitatis: & cum quis ita facit malum, quòd bonum facere non possit, nõ est illud demeritum, sed miseriæ, & ob hoc actus beatorum, & Angelorũ, & Dei boni

boni sunt, sed non meritorij. actus autem damnatorum mali sunt, sed non demeritorij. corporabiliter enim valde statutum est, vt tũc per bonam operationem quis mereatur, quando potest bonam elicere, & malam, & elicere bonam est difficultatis, elicere malam facilitatis. Et ideo, quòd ille qui bonam sine difficultate elicit, & ita se habet determinate ad eam, ꝙ malam elicere non potest, non merebitur. De mala autem operatione, quòd tunc sit demeritoria quando elicere potest quis eam, vel vitare, sed cum non potest eam vitare, neque bonam elicere nõ fit de meritoria. necessitas ergo tollit meritum & demeritum, licet non tollat bonum & malum in operatione.

Et cum dicunt isti, quòd non ob aliud non meretur beati, quia peruenerunt ad summum bonum, & damnati non demerentur, quia peruenerunt ad summum, malum nõ est verum, quia quilibet eorum potest habere plus de bono aut plus de malo, cum præmia non sint æqualia, neque pœnæ: & ideo possent minores beati mereri quousque efficerent æquales maioribus, & ita de damnatis ꝙ demererẽtur quousque peruenirent ad æqualitatem pœnæ maiorum damnatorum, sed falsum est.

Item & manifestius, quia qui decedunt in charitate, & tenentur in pœnis purgatorijs non sunt adhuc beati, sed in malo constituti sunt, & tamen non possunt illi mereri, neque demereri. Et idem erat de existentibus in sinu Abrahæ tempore suo. ergo non ex hoc prouenit non posse mereri, sed quia anima mox, vt a corpore eripitur confirmatur in bono vel malo: & ideo non potest iam operationem vertibilem habere, & consequenter neque mereri, neq; demereri.

Cum autem arguitur de necessitate peccandi, vel male agendi, dicendum quòd aut illa est causata a nobis, aut ab extrinseco. Si ab extrinseco tollit meritum & demeritum: & non vocatur hic necessitas quantũ ad rem operatam foris, quia quantum ad hoc possumus compelli, vt siquis moueat organa nostra potest nos compellere ad id quod malum est, vt cum defloratur virgo, vel mouentur manus alicuius ad occidendum alium, vel ad apponendũ thura idolo, quia istud est violentum simpliciter, & ideo non solum non est actus meritorius aut demeritorius: sed neque etiam est bonus aut malus, immo non est actus noster, sed eius qui cogit mouendo organa: sed loquitur hic de necessitate quantum ad principium electiuum, ideſt ꝙ totaliter dispositi sumus, ꝙ non possumus aliud eligere, nisi rem determinatam etiam nullo vrgente foris: & ideo inductiones exteriores per timores, & mala quæ inferuntur non dicũtur necessitare, neque intus, neque foris, ideo nõ tollunt quin actus sit malus. nam foris non cogunt simpliciter, quia non mouent organa, intus non cogunt, quia non determinant intellectum & voluntatem, sed manet vertibilitas, ideo tales inductiones non tollunt demeritum, licet possint tollere meritum. sic dicitur 3. Ethi. quòd ad quædam autem non est cogi, sed magis mori patientem duríssima: sed de necessitate facta in intellectu, & voluntate, ideſt, quando determinantur ad bonum eligendum, & volendum, ita quòd non possimus aliud eligere, vel determinantur ad bonum volendum, & eligendum, ita quòd non possimus malum eligere, & hoc modo si fiat ab extra ista determinatio tollet meritum & demeritum. Sic autem fit in morientibus, quia statim boni confirmantur in bono, & non sunt iam ad malum vertibiles: & hoc a Deo prouenit qui animam in charitate a corpore recedentem per gratiam suam statim confirmat, ita vt iam malum velle non possit, & ista necessitas bene agendi tollit meritum, quia a Deo causata est. sic anima recedẽs de corpore ĩ peccato mortali statim obstinatur, ita vt bonũ eligere non possit saltem cum debitis circunstantijs, ita vt sit meritorium, & hoc a Deo fit in pœnã animę, s. quia iam non vult mouere eam ad bene volẽdum, neque adiuuare in volendo: & tamen sine Deo non possumus aliquid facere Ioan. 15. ideo necessitas quę dam imponitur tali animæ, s. aut nihil agendi, aut malum scilicet non meritorium, & istud a Deo fit, ideo tollitur demeritum hic, licet actus maneat malus, & ita est vera prima regula.

Secundum erat, ꝙ si necessitas est a nobis data non tollitur demeritum, vt siquis se sponte inebriauit: & postea ebrius multa mala fecit demeretur ĩ illis, licet cum ebrius factus sit non potest se a malis cohibere: & ita ebrius iuxta Arist. sustinet duplices increpationes, vel maledictiones. vna est, quia se inebriauit, alia est quia ebrius malum fecit. Et tamen dicendum, ꝙ si proprie attendatur quandocunque est talis necessitas ex parte intellectus & voluntatis ꝙ non potest euitari malum nõ est demeritum in operatione, sed præcedenti operationi imputatur malum sequentium, sicut cum quis sponte inebriatus est, & postea multa mala fecit, omnium sequẽtium iniquitas imputatur voluntariæ inebriationi, & ita tũc peccauit pro sequẽtibus peccatis, non tamen est tanta culpa quãta esset si quodlibet horum voluntarie ageret. Apparet ergo ex dictis quomodo damnati non possint demereri, quia necessitatem mali habent, & a Deo, & ideo illi in nullo actu malo demerentur, sicut neque beati in aliquo actu bono merentur.

An damnati velint non esse, & an possint velle non esse.
Quæst. DLXVII.

QVAERETVR, an damnati velint nõ esse, vel possint velle non esse, vel an secundum rectam rationem deliberatiuam debeant velle non esse.

Aliqui dicunt, quòd non possint velle nõ esse, quia dicit August. lib. de libero arbi. considera quantũ bonum est esse quod quidem, & beati, & miseri volunt. magis est enim esse, & esse miserum quam non esse. Secundo, quia August. in eod. libro probat, quòd non possit magis apperi non esse a damnatis quam esse, qa prælectio supponit electionem, sed non esse non est eligibile cum non habeat bonum, neque apparentiã boni, quia consideratur, vt non ens, ergo non potest magis eligi a damnatis quam esse.

Tertio, quia magis malum est magis fugiendũ, sed non esse est maximum malum cũ tollat totaliter bonum, eo quòd nihil relinquit. ergo non esse magis fugiendum est quam miserum esse, & ideo non poterunt damnati magis appetere non esse quam esse.

Alij dicunt in contrarium, quia appetere mortem est appetere non esse, sed damnati mortem appetunt, ergo volunt non esse, patet quia Apoc. 9. ca. dicitur in diebus illis quærent homines mortem, & non inueniẽt eam, desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Secundo, quia miseria damnatorum excedit incomparabiliter omnem miseriam huius mundi, sed propter miseriam huius mũdi aliqui cupiunt mori, ergo a fortiori pro miseria damnatorum cupiẽt ipsi non esse, patet quia dicitur Eccl. 41. o mors quam bona est memoria nominis tui homini indigẽti, & q minorat viribus, & defecto ætate, & cui de oĩbus cura est, & ĩcredibili qui perdit sapientiã. & Arist. 9. Ethic. dicit, ꝙ aliqui ꝓp memoriam magnorum & malorũ operatorum fugiunt viuere, & seipsos interimunt. ergo multo fortius damnati qui maiora mala patiunt nollent esse. Dicendum ꝙ hic est triplex quæstio. vna est an damnati de facto nolint esse, & potius vel non esse.

Secunda est, an possint velle non esse. Tertia est, an rationabiliter, & deliberatiue velint non esse, aut possint hoc velle. Circa primum, an velint damnati non esse, & circa secundum. s. an possint velle non esse.

Aliqui dicunt, ꝙ non volunt non esse, neque velle possunt, quia nulla potentia potest moueri, nisi a proprio obiecto, vel ab eo quod eius rationē participat: sed per se obiectum voluntatis est bonum. cum ergo non esse non sit bonum, neq; aliqua participatio eius damnati non poterunt velle non esse. Secundo, quia voluntas de necessitate appetit bonum in quo nulla inuenitur ratio mali, ideo de necessitate refugit illud in quo nulla inuenitur ratio boni, sed in non esse nulla inuenitur ratio boni, ergo damnati non volunt nō esse, neque illud possunt non velle. Tertio quia nullus potest velle, nisi bonum verum vel æstimatū, sed non esse non est aliquod bonum verum, nec æstimatum a damnatis esse bonum: sciunt enim ꝙ vbi nulla est entitas nulla est bonitas, ergo nō possunt velle nō esse. Quarto, quia qui volunt esse in quiete volunt esse. ergo a destructione consequentis si damnati vellēt non esse, vellent non esse in quiete, quod falsum est. Quinto, quia ratio appetendi quicquid appetitur saluatur in quolibet appetibili: sed esse est ratio appetendi quicquid appetitur. dicit enim Arist. 2. de Anima, quòd omnia appetunt esse, & illius causa agunt quæcunque secundum naturam. ergo si damnati vellent non esse simul vellent esse & nō esse, quod est impossibile. Sexto, quia dicit August. de libero arbitr. nemo potest appetere, vt non sit.

Alij dicunt, ꝙ hoc potest appeti a damnatis, quia non habere malum est delectabile: sed non esse dicit carentiam omnis mali, ergo est delectabile, cum ergo esse damnatorum sit tristabile videtur, ꝙ propter delectationem velint non esse. Secundo, quia Apoc. 9. cap. dicitur, ꝙ homines quærent mortem, & nō inueniēt, vt dictum est, & intelligitur de damnatis. Tertio quia Ansel. lib. de casu. diaboli. c. 6. loquens de Angelis bonis, & malis dicit, sic distincti sunt Angeli, vt adhærentes iustitiæ nullum bonum velle possint quo non gaudeant, & deserentes illam nullum velle possint quo non careant: sed ipsi non carēt esse, ergo nō volunt esse, quia si illud vellent iam illo carerent.

Dici potest, ꝙ in damnatis potest considerari velle non esse dupliciter. s. aut voluntate naturali, aut deliberatiua. Primo modo, ideſt naturali voluntate non volunt non esse, neque velle possunt, quia volūtas secūdum naturam est in id quod bonum, & melius est simpliciter & secundum naturam: sed esse in pœnis melius est esse quam nihil esse, cum in nihileitate nulla penitus sit bonitas. sic dicit Philosophus 2. de Generatione in omnibus dicimus, ꝙ melius est desiderare naturam, s. de melioritate naturali loquendo. Loquēdo autem de voluntate deliberatiua cōtingit aliquid tripliciter velle. s. per se & primo, & per se & non primo, & per accidens. Primo modo quicquid vult voluntas appetit sub ratione boni positiue, & dicitur per se hoc velle, quia bonum secundum se amatur, & nō per aliam rationem: immo quicquid aliud amatur p rationem boni amatur primo: etiam quia nō occurrit aliquid ante bonum, quod ametur. Secundo modo vult voluntas carentiam mali, etiam si in illa non apprehendat ratio aliquam rationem boni positiuā, & hoc dicitur per se appeti, quia ratio boni inuenitur ibi. Sed non primo, quia carentia mali appetitur, sed non, nisi in ordine ad bonum. nam si non appeteretur prius ordine naturæ bonum, non appeteretur carentia mali: ideo enim voluntas vult carentiam pœnæ, quia vult bonum cui pœna est contraria. Tertio volūtas potest deliberatiue appetere non esse inquantum ad non esse sequitur carentia pœnæ, quam voluntas per se appetit. Primo & secundo modo damnati non volunt non esse, quia non esse non est appetibile per se primo, neque per se nō primo, sed tertio modo appetunt non esse inquantum ad non esse sequitur carentia pœnæ, quam per se appetunt: vident enim ꝙ ex suo esse non possunt consequi delectationem, neque vtilitatem, neque honestatem, quia tantam habent pœnam, quòd secum nō possit compati aliquod gaudium, quod & si modo non sit verum de omnibus damnatis, quia vt quidam asserunt pœna dæmonū compatitur secum aliquod gaudium, licet paruum, & exile vsque ad diem iudicij, tamen post diem iudicij nullius damnati pœna compatietur secum aliquod gaudium. Etiam damnati per suum esse nullum bonum acquirere possunt, & possunt esse subiectū magnæ inhonestatis, ideo non est mirum si tali esse vellent carere, vt malis quæ existendo patiuntur carere rent.

Aliqui autem distinguunt hic, quia quæstio est de facto, s. an damnati actualiter velint non esse, vel vellent esse, & dicunt ꝙ aut quæritur de culpa, aut de pœna. Si de primo dicūt, ꝙ damnati, & potissime dæmones non cupiunt non esse propter culpā, non esse hoc esset, vt sic manentes non offenderent Deum, & tamen nolle offendere non est, nisi amantis, sed damnati non amant Deum, ideo non cupiunt propter hoc non esse: immo ipsi oderunt Deū, & superbiunt non honorando eum, ideo propter honorem Dei, vt non offendatur non cupiunt non esse: immo vellent semper esse, & magis offendere. Si autem intelligatur, an propter pœnam quam sustinent velint non esse, dicendum videtur ꝙ vere eligant aut appetant non esse, vt non subijciantur tantæ pœnæ in qua nullum est, neque esse potest gaudium.

Et hoc primo apparet, quia Christus de Iuda dannato dixit, bonum esset ei, si natus non fuisset. sed nō esse natum est non esse, ergo cum bonum habeat rationem eligibilis, & bonum esset Iudæ non esse eligibile est ei, & ita signum est, ꝙ illud volet aut eliget, sed de Iuda dicitur hoc sub eadem ratione qua hoc dicitur de omnibus damnatis, ergo etiam alij damnati volunt non esse.

Secundo, quia non videtur quare oderint nō esse, magis enim rationabile est, vt oderint pœnam quam non esse, quia aliquid odimus inquātum malum: sed magis malum est pœna quam nō esse, quia pœna est vere quoddam malum, non esse autem nec est bonū nec malum, quia est non ens: & tamen malum licet non sit tamen entitatem præsupponit, quia malum non est bonum, ideſt, est ens, cui deficit aliqua bonitas. ergo in non ente non est ratio odij, quia sicut appetere se habet ad bonum, ita fugere vel odire ad malum. ergo cum non ens vel non esse non sit bonum, neque malum, sicut non amamus illud quia non est bonum, ita neque fugimus directe, quia non est malum: sed pœna directe est malum. ergo potius oderit damnati pœnam illam quam non esse. Etiam patet istud, quia si non esse malum esset, ab æterno haberet quilibet malum vsque ad diem natiuitatis suæ, cum ante illud nunquam fuerit, & tamen nemo dicit se habere malum antequam nascatur, ergo non esse nō est malum. Item nemo conqueritur de Deo, quia ante non natus est, etiam si nulla causa esset ad hoc vetans illum nasci, & tamen conqueritur quilibet de Deo si sine causa inferat ei pœnam saltem per vnam horam, ergo pœnam iudicamus malum, & non esse non iudicamus malum.

Et dicendum ꝙ hoc verum est, & ꝙ non esse non est maxime odibile, quia hoc esset si esset maximum malo-

malorum, & tamen non est maximum malorum. im A mo dicendum ꝙ nullum malum est minus odibile q̄ non esse: quia quodlibet malum inquantum malum est habet rationem odibilis, sed non esse nō habet rationem mali, ideo nullam rationem habet odibilis. Et ideo dicendum, ꝙ sicut non esse non est per se eligibile aut volibile, quia non est bonum aliquod, ita ita non est odibile per se, quia non est aliquod malū. sed dicendum, ꝙ eodem modo se habet non esse ad amari & oditi s. ad vtrunque per accidens. nam odimus non esse inquantum non esse tollit esse, in quo inuenitur ratio boni quæ mouet appetitum, sic & cupimus non esse inquantum interdum non esse facit carentiam quorundam malorum quæ contristant, & quibus carere vellemus, & non possumus illis carere, nisi desinamus esse. Et hoc apparet, quia nunc posq̄ sumus iudicamus malum esse non esse, sed de eis qui B non sunt non iudicamus ꝙ malum habeant, licet nō sint, sicut de nobis antequam essemus non iudicabamus, ꝙ malum haberemus, neque nūc iudicamus nos malum esse, ꝙ desinamus esse, & non fit propter aliud, nisi quia antequam essemus non esse non erat priuans aliquam entitatem, quia nulla præcesserat, iō cum non esse de ratione sua non diceret rationē mali, non iudicamus illud pro tunc odibile, sed nunc nō possumus non esse, nisi desinendo esse, & tunc cessarent in nobis omnia bona de quibus gaudemus, ideo non esse iudicaremus odibile per accidens, sed per se C non potest esse odibile, quia non est malum. Et ideo non est dubium quin quando pœna fuerit magna, de qua quis non putet se posse euadere, eligat non esse, quia per hoc non eligit malum per se, est autem malum per se pœna quam quis sustinet, ideo potius volumus eam fugere quā non esse, & cum inueniamus hoc in viuentibus, a fortiori inueniretur in damnatis.

Primo, quia pœna damnatorum est maior quam quorumlibet viuentium.

Secundo, quia si error quidam sit in iudicando & eligendo, circa hoc maior erit error in damnatis quā in viuentibus, quia in damnatis est peruersio totius phantasiæ, vel rationis & electionis cum non permittantur quasi aliquid attendere animæ damnatorum alligatæ pœnæ.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ non tantummodo bonum est per se obiectum volūtatis, sed etiam carentia mali, licet non primo. vnde dicitur 5. Ethic. ca. 6. ꝙ in boni ratione fit minus malum ad magis malum, quia minus malum est magis eligibile q̄ maius. Et dicendum ꝙ nō potest appeti, nisi quod est obiectum voluntatis: & tamen concedendum, ꝙ nō esse est obiectum voluntatis, non quidem inquātum non esse, sed inquantum facit carentiam omnis mali, & istud damnatis potest apprehendi, vt obiectum voluntatis, ideſt vt bonum.

Ad secundum dicendum, quòd voluntas fugit illud in quo nulla inuenitur ratio boni necessario, & tamen in non esse inuenitur aliqua ratio boni, quia inuenitur ibi carētia omnis mali qui iudicatur bonū, & E est per se appetibilis, licet non primo. nam licet in nō esse simpliciter nulla est ratio boni, neque appetibilitatis: tamen inquantum non esse facit priuationem omnis mali quod per se est odibile, est eligibile interdum.

Ad tertium dicendum, quòd vera est maior, impossibile est enim quòd quis eligat id, quod non estimat bonum, siue sit, siue non sit: minor est falsa, quia damnati æstimant non esse bonum non per se, quia non ens, sicut neque entitatem, ita neque bonitatem habere potest, sed per accidens non esse est bonū inquantum ad non esse sequitur carentia omnis mali quæ est per se appetibilis, & ideo per se primo nō possunt damnati velle non esse, sed per accidens possunt velle non esse. Ad quartum dicendum, ꝙ licet ad velle esse in quiete sequatur velle esse, non tamē ad velle non esse per accidens sequitur velle nō esse in quiete. Exemplum, sicut sequitur volo vinum bonum, ergo volo vinum non tamen sequitur nō volo vinum, quia scio, quòd non possum habere, nisi corruptum. ergo non volo vinum bonum. Et sic dicēdum, quòd ideo damnati volunt non esse, quia vident se nō posse habere esse, nisi penale: vnde ex hoc non sequitur, quòd non velint habere esse quietum, si autem in argumentatione assumeretur, ꝙ vellent non esse per se teneret forma argumenti. sed esset peccatum in materia, quia hæc est falsa, damnati volunt per se non esse, neque solum est falsa, sed etiam impossibilis. Ad quintum dicendum, ꝙ verum est, ꝙ ratio appetendi quicquid appetitur saluatur in quolibet appetibili. cū autem dicitur, ꝙ esse est causa appetēdi quicquid appetitur, dicēdum ꝙ falsum est, immo esse nullius appetibilis, neque appetitionis est causa, quia id quod cadit extra rationem obiecti appetitus non potest esse causa appetitus, sed bonum est obiectum appetitus, & bonitas est ratio appetendi, sed esse cadit extra rationem boni, ideſt ratio essendi extra rationem boni, cum esse non includat bonum, licet bonum includat esse, sed ꝙ velimus esse, ideo est, quia esse est bonum, & cum esse est bonum, & nullum bonum est ablato esse. Et ex hoc soluitur ratio quam aliqui faciunt, s. ꝙ maxime odit quis oppositum eius, quod maxime diligit, sed maxime diligit quilibet esse, ergo maxime odit non esse, & ita nunquā potest illud non velle. Dicendum, ꝙ esse non est obiectum maximę dilectionis, neque ipsum est, quod maxime diligitur, vt est esse, sed inquantum esse est bonum. Et quod plus est, quia cum esse est omne bonum, & eo ablato tollitur oē bonum, ideo quia esse in qualibet re est fundamentum omnis boni, quod illa habet, vel habere potest diligit esse, non tanquam bonum vnum, sed tāquam oīa bona simul sumpta, ideo maxime diligimus esse, si tñ accidat manere esse sine alio bono poterit nō diligi esse, & maxime si esse sit sub multis D malis, quia tūc poterit esse odiri, & diligi non esse, si tñ ratio essendi esset ratio appetitus, sicut bonum inquantum bonū non potest odiri, ita esse ſm ꝙ huiusmodi nunquam posset odiri, sed falsum est, qđ ergo per se maxime diligitur esse summum bonū, & istud quisq; maxime amat, ideo nullus potest oppositum eius amare, s. summum malū, neq; odire summū bonū, sed de esse non est sic, ideo accidit, vt quis oderit esse. Alij dicunt, ꝙ esse nō est causa oīs appetitus, sed esse bene dispositum, & redit ad idem, quia esse bene dispositū est esse sub bono, vel sub ratione boni, sed accidit, ꝙ esse non sit bene dispositum, ideo tūc non appetitur, & talis appetitus seruatur in desiderio quo damnati appetunt non esse per accidens, quia ipsi appetunt esse bene dispositū, ideo oderunt pœnam quæ E est contraria bonæ dispositioni in essendo, & vellent illius pœnæ carentiam, & quia sciunt se illa pœna carere non posse essendo, & ꝙ illa carerent non essendo, ideo si daretur eis optatio eligerent potius non esse quam esse. Ad sextum dicendum, ꝙ illud verbum accipitur de electione qua res eligitur per se: certum est enim ꝙ non esse nō est eligibile, aut diligibile per se, & ꝙ iste fuerit intellectus August. videtur per illud, quod parum post dicitur, s. omnis ille appetitus in voluntate mortis, non vt qui moritur non sit, sed vt requiescat intenditur. in quo satis videtur velle, ꝙ non esse non appetitur propter non esse, sed propter carentiam inquietudinis.

Argumenta autem in contrariũ concedenda sunt F inquantum faciunt ad conclusionem quam intendimus, ideſt quòd damnati velint non esse: veruntamẽ ne videatur inde inferri, quòd debeant velle nõ esse, vel sit quædam neceſſitas volendi non esse in damnatis, est respondendum ad illa.

Ad primum dicendum, quòd non habere malum est delectabile, quia manet esse sine malo, quia tunc manet bonum purum, vel nõ mixtum cum malo, & habere talem statum, sed quando nõ manet malum, nec bonum, non potest esse delectabile aliquod. repugnat enim non esse, & delectabile esse, vnde si non esse delectabile esset, per se appeteretur a damnatis, & etiam interdum a nobis, sed non esse non appetitur a damnatis per se, sed per accidens, ideſt inquantum facit non esse carentiam omnis mali quam carentiam per se appetimus. G

Ad secundum dicẽdum, quòd verum est, ꝙ homines aliquando quærent mortem, & non inuenient eam, sicut dicitur Apoc. 9. sed an istud sit intelligendum de damnatis, an de viuentibus, & quãdo fuit vel erit, non est nunc inquirendum. certum est quòd de viuentibus accepit scriptura: & tamen inde fortius arguitur, quia si viuentes qui minora mala patiuntur possunt velle non esse, a fortiori damnati qui maiora sustinent volent non esse.

Ad tertium dicendum, quòd illud verbum Anselmi accipiendum est de his in quæ potest ferri appeti- H tus, vt existens actu, & ideo cum iam præsupponatur esse non cupit esse: & tũc est verum ꝙ damnati nihil possunt velle quo non careant, quia quicquid volunt præter id quod habent nunquam assequũtur: & ideo verum est, quòd nihil volunt quo non careant: & tamen esse iam habent, ideo non sequitur quòd carẽt illo si volunt illud, quia tunc sequeretur quòd per inordinatam voluntatem damnatorum possit tolli diuina dispositio pœnalis, vt si vellet aliquis eorum nõ esse ex hoc desineret esse, cessarẽt quoque omnes pœnæ, & ita eluderetur rigor diuini iudicij contra peccatores, quod absurdum est, ideo etiã si velint esse, aut placeat eis deesse, non ideo desinunt esse.

I

An damnati voluntate deliberatiua debeant velle non esse, vel potius esse. Quæst. DLXVIII.

CIRCA tertium, scilicet an damnati voluntate deliberatiua debeant velle nõ esse, vel potius esse.

Dicunt aliqui ꝙ voluntate recta deliberatiua debent velle non esse. Primo quia debẽt velle bonum, sed bonum est eos non esse, quia sequ. c. dicitur. de Iuda, bonum erat ei si natus non fuisset: sed hoc est non esse, ergo debent appetere non esse.

Secundo, quia magis debet appeti carentia omnis mali quam præsentia eius, sed non essendo nullũ malum haberẽt, essendo autem haberẽt omne malum, K ergo debent appetere non esse.

Tertio quia Anſel. lib. cur Deus homo. capit. 21. in persona respõdentis dicit, fateri me necesse est, quòd pro conseruanda tota creatura nihil deberem facere contra volũtatem Dei. quod Anselmus ibi approbat, sed damnati non possunt esse sine actu malæ voluntatis, ergo secundum iudicium rectę rationis potius deberent velle non esse.

Aliqui dicunt, quòd non debent velle non esse, quia nullus debet velle non esse ad fugiendum quod iustũ est, sed damnatos puniri iustum est, ergo non debent appetere non esse ad euitandum pœnam.

Secundo, quia nullus secundum iudicium rectæ rationis debet velle perdere omnem participationem illius rei quam magis debet diligere quam seipsum, sed damnati perdendo esse perderent omnem participationem Dei, quem magis tenentur diligere quã seipsos, ergo non debent velle non esse, vt pœna careant.

Dici solet ꝙ in damnatis est duplex malum. s. malũ culpæ in quo sunt obstinati, & malum pœnæ cui sunt perpetuo alligati. Habendo respectum ad culpam dicunt, ꝙ secundum rectum iudicium rationis plus deberent velle non esse quam sic esse, quia secundum rectum iudicium rationis debet voluntas illud fugere magis, quod est contra rem quam magis tenetur diligere quam illud, quod est contra rem quam minus tenetur diligere: sed certum est, ꝙ quilibet tenet voluntas nostra posset diligere dilectionis actu infinite intenso deberet diligere, quia est Deus bonum infinitum, cum ergo peccatum sit contra Deum, & nõ esse sit contra esse proprium, magis deberent damnati fugere esse in peccato quam fugere non esse.

Secundo quia peior est carentia boni debiti quam boni non debiti, quia prima carentia habet rationem mali & secunda non: sed peccatum est carentia boni debiti, non esse autem non est carentia boni debiti, quia tunc fuisset malum ante creationem mundi. ergo peius est peccatum quam nõ esse, quia peccatum quandocunque ponitur malũ est: & tamen ante creationem mundi erat non esse omnium creaturarũ, sed non dicebatur esse tunc aliquod malum. ergo peius est peccatum quam non esse, sed quælibet voluntas debet magis fugere quod peius est. ergo magis debẽt damnati odire esse in peccato quam non esse, cum ergo videant se non posse esse sine peccato, debent velle se non esse, vt non sint in peccato.

Tertio, quia magis est fugiendum malum simpliciter quam malum huic, sed culpa est malum simpliciter, non esse est malum huic, ideſt ipsi dãnato. si deberet esse. ergo magis fugiẽda est culpa. patet minor quia malum simpliciter est, quod est cõtra honorem Dei, malum autem huic est contra honorem creaturæ, sed honor Dei est maior omni creatura, & hæc est ratio Anſel. lib. cur Deus homo. c. 15. & 21. scilicet, nisi per malum pœnæ ordinaretur culpa non esset honor Dei quem tollit culpa.

Si autem aspiciamus ad malum pœnæ, quæ pœna iuste infligitur damnatis, & a Deo est, non debent eligere se non esse, vt pœnam non habeant, quia nobilior participatio Dei est esse quam gaudium, quia secundum Dion. 5. cap. de diui. nomi. inter omnes diuinas participationes esse est nobilius, accipiendo alias participationes cum precisione quantum ad illud quod dicũt vltra esse, sed nullus debet perdere nobiliorem perfectionem ad vitandum commodũ, quod est contra minus nobilem perfectionem, cum ergo nõ esse sit contra esse, & pœna sit contra gaudium, nullus debet velle non esse propter amotionem pœnæ tantum.

Secundo, quia in nõ esse nullum est bonum, in pœna autem aliquod est bonum inquãtum est iusta, sed nullus debet velle illud in quo nullum bonum est ad vitandum illud in quo aliquod bonum est, ergo damnati non debent velle non esse, vt vitare possint pœnam.

Sed aliqui dicunt, quòd voluntas secundum rectã rationem nunquam debet eligere non esse ad vitandum quodcunque malum sit, siue pœnæ, siue culpæ, & patet quia non esse non est per se appetibile, sed per accidens, vt dictum est præcedenti quæstione, & hoc est inquantum facit carentiam mali, illud autem est duplex, ideſt pœnæ, aut culpæ, sed propter nullum

nullum eorum est eligendum non esse, & licet quan- A tum ad pœnam ostensum sit, tamen ostendunt, quia nullus debet secundum rationem appetere plus non iustum quam iustum, sed pœna damnatorum est aliquid iustum, non esse autem non est iustum, neque iniustum cum non sit ens, ergo nõ debet magis appeti non esse.

Secundo, quia nullus secundum rectam rationem potest eligere contra naturalem inclinationem cõsonam voluntati diuinæ, sed ad esse est appetitus naturalis, quia melius est esse quam non esse, vt patet 2. de Generatione, & 2. de Anima. Etiam est hoc consonũ voluntati diuinæ, quia sicut Deus vult rem esse, ita cõseruat in esse, & dat esse. ergo nullus potest appetere recte non esse ad vitandum aliquid quod est cõsonũ voluntati diuinæ, quælibet autem voluntas, siue diuina, siue alia est ad esse. Deus tamen vult pœnam esse, B & miseriam. ergo cum sit pœna cõsona voluntati diuinæ & non ipsum non esse, videtur quòd non possit appeti non esse propter pœnam vitandam.

Quod vero non sit appetendum non esse ad vitandum malum culpæ ostendunt. possumus enim comparare non esse ad culpam vniformiter, vel non vniformiter. comparando autem voluntatem ad non esse, vt voluntas sit causa non essendi per se, tunc quæstio nulla est, quia voluntas non est causa adnihilationis per se, quia non est per se eligibile: & dato quòd esset eligibile non potest voluntas seipsam adnihilare. C

Si autem intelligitur, quòd voluntas sit causa adnihilationis quantum in se est, hoc est quod vellet non esse si posset se adnihilare, & tunc etiam quæstio nulla est, quia velle sic esset peccatum mortale, sed non committitur directe culpa ad vitandum culpam: est enim grauissimum peccatũ velle se adnihilare si poſſet, quia post hoc, ꝙ est Deum odire nullum est malius peccatum, & ideo sic quæstio nulla est, sed debet accipi in sensu in quo velle non esse non sit peccatũ: & ita comparatio voluntatis ad nõ esse, & ad culpam non est vniformis, quia ad culpam cõsideratur, vt causa volens adnihilare culpam inquantum potest, ad nõ esse autem non comparatur, vt causa efficiens neque vt appetens se adnihilare: sed dicitur ꝙ voluntas ap- D petit non esse, ideſt sustineret, vel toleraret se adnihilari non fugiens adnihilationem neque repugnans illi, quia minus illud fugeret quam culpã quasi minus malum: & ita apparet ꝙ non debet quis recta ratione appetere non esse, vt fugiat culpam, quia sic incidit in culpam.

Dicendum tamen, quòd ad fugiendum culpam debent recta ratione damnati velle non esse, ideſt sustinere, ꝙ Deus eos adnihilaret si vellet, & sic non manere in æternum in culpa, quam ꝙ manẽt in culpa: & patet quia quandocunque aliqua duo sic se habẽt, ꝙ vnum includit transgressionem, & euitet illud qđ non includit transgressionẽ diuini præcepti & aliud, non debet quis fm rationem appetere illud quod nõ includit transgressionem, vt euitet illud quod includit transgressionem: & tamen ita est hic, quia damnatos manere in culpa est contra præceptum diuinum, ꝙ vero sustinerent patienter adnihilari a Deo, vel aliquo qui posset adnihilare non repugnando, vt desinant esse in culpa, non est contra præceptum Dei, ergo hoc deberent secundum rationem rectam eligere damnati. Dicendum ergo quantum ad id quod nunc arguebatur de pœna verum esse, ꝙ propter pœnã non re nõ esse, ideſt seipsos adnihilare, vel ꝙ Deus eos adnihilet.

De culpa dicendum, quòd non licet damnatis seipsos adnihilare si possent, ideſt occiderent, ꝙ non essent in culpa, vel velle si possent se adnihilare, ideſt sustinere illud, vel refugere, vt non essent in culpa licitum est.

Nunc ergo respõdendum est ad argumenta principaliter inducta, & posset dici de argumentis primæ partis, ꝙ concedenda sunt de culpa, ideſt, ꝙ appetere debent non esse, vt fugiant culpam si possent. Ad primum tamen de Iuda aliqui dicũt, ꝙ accipiatur de culpa, ideſt, ꝙ melius erat mori, vel nõ natum esse quam esse in tali peccato, & tamen sensus Christi fuit quantum ad pœnam, & ratio est quia dicitur, bonum erat ei. Si enim diceretur, bonum erat si natus non fuisset, poterat intelligi de culpa: quia bonum simpliciter est bonum vel honor Dei, & non est contra honorem Dei, quòd Iudas non fuerit, quia ab æterno Iudas nõ erat, & nullum dedecus erat Deo, & tamen trãsgressio facta per Iudam fuit contra honorẽ Dei, ideo simpliciter melius erat Iudam non esse natum, & non esse culpam eius quam quòd ipse esset, & culpa. veruntamen non erat hoc melius Iudæ, ideſt, quantum ad ipsum, quia si nihil obstaret, nisi culpa & pœna non sequeretur, melius erat quantum ad Iudam esse forte in delitijs, & in culpa illa quam nõ esse natum, & nullum bonum habere, ideo quia cum dicitur, bonum erat ei, signatur commodum Iudæ, oportet quòd accipiatur de pœna, & accipit Christus quantum ad id quod homines volunt, & non quantum ad id quod velle deberent, scilicet, pro hoc peccato tanta pœna inferetur Iudę, quòd magis vellet nunquam natum esse quam sustinere illam.

Ad secundum dicẽdum, quòd si accipiatur omne malum pro culpa, magis deberent damnati secundũ rectam rationem appetere carentiam culpæ cum nõ esse, quam habere esse cum culpa. si autẽ accipiatur omne malum pro pœna, magis appetẽdum erat sub illa pœna manere quam non esse, vt euaderent pœnã, quia pœna permittit secum aliquod bonum, non esse autem non permittit aliquod bonum, & pœna nõ est contra Dei præceptum, velle autem non esse propter illam causam est contra Dei præceptum.

Ad tertium concedi potest, quòd potius debẽt velle non esse, ideſt sustinere adnihilari si Deus velit eos adnihilare, quam manere cum illa culpa, & tamen ad auctoritatem Anſelmi potest dici, quòd est verum de culpa committenda, quam sponte quis committit, & in qua offendit Deum, quia potius debet velle adnihilari quam committere culpam: secus de culpa commissa, quam iam non potest quis euadere, vel de qua non potest liberari, quia illud non accidit ex iniquitate quam quis committat, sed ex conditione status, scilicet quia post mortem non potest quis dolere de peccato, cum Deus non concurrat apponẽdo gratiam sicut concurrit in vita: & ideo non videtur necessarium quòd quis velit potius desinere esse in illo statu, & sic desinere esse simpliciter, quam esse & manere in illo statu qui est cum culpa: veruntamen quia ille status videtur esse odibilis, quamuis illũ Deus conseruet inquantum malum corrigitur per malum pœnæ quæ iusta est, & magis eligendum, vt supra ostensum est, quòd desinant esse damnati quam quòd maneant in illo statu in quo non possunt esse sine culpa.

Argumenta autem duo in contrarium concludunt de voluntate non essendi, habendo respectum ad pœnam. & concedendum est, quòd propter pœnam euitandam non est desiderandum non esse.

Nunc vero respondendum est ad argumenta facta supra q. præcedenti, & pro hoc est presupponendum quod supra determinatum est, s. quòd quantum ad rectam rationem deberent appetere, non esse modo

declarato præcedenti quæst. ad hoc, ꝙ desinerent esse F
sub culpa: sed non deberent appetere non esse, vt euaderent pœnam, immo hoc est contra rectam rationē, vt ibidem dictum est: & tamen damnati ex opposito se habent, quia propter euadere culpam non cupiūt nō esse, cum nō cupiat hoc, nisi qui nollet Deum offendere, & iste Deum amat: damnati aūt non amant Deum, sed oderunt eum, ideo nihil facerent propter ipsum, vt ei placerent, & sic cum velle deserere culpam sit propter amorem Dei, non solum non eligēt damnati nō esse, vt effugiant culpam, sed etiam nō eligerent pati pœnam leuem per vnam horam. De pœna secus est, quia pati pœnam est contra eorum vtilitatem vel affectionē delectabilis: & ideo propter hāc G
facerent quicquid possent, vt illam euaderēt, & quia non possunt euadere illam pœnam, nisi non essendo, cupiunt non esse vt pœna careant, & iudicant melius esse nō esse quam esse: & hoc modo Christus locutus est de Iuda, qui damnandus erat, & nondum damnatus. s. melius erat ei, si natus nō fuisset, vel bonum erat ei, ideſt melius iudicabit sibi esse non esse, quam natū esse, & actu manere, quando viderit malum illud qđ patietur, & recte Christus vocauit istud bonum, ideſt non esse Iudæ, quia non esse inquantum tollit miserā vitam accipit rationem boni, sic dicit Aristo. 5. Ethic. ꝙ carere malo est quoddam bonum, & Hierem. 20. cap. super illo verbo. s. maledicta dies in qua natus est dicit glo. melius est non esse quam male esse: hoc ergo eligunt damnati propter se, ideſt vt euitent pœnā, H
& est affectio commodi, & non propter Deum, scilicet, vt euitent culpam.

Et hoc modo dicendum ad primum, ꝙ verbū Augu. est accipiendum, ꝙ esse fm se est magnum bonū, s. inquantum super eo fundātur omnia bona: & ideo esse est per se eligibile, non vt esse, sed vt fundamentum boni: & hoc modo non esse nō est eligibile per se, sed per accidens est eligibile, s. inquantum est terminatiuum miseriæ, quia carere malo est quoddā bonum, & ideo non esse per accidēs potest appeti. Quod enim dī ꝙ esse appetūt omnes tam beati quam damnati intelligitur de appetitu naturali, & hoc nō est accipiendum de esse & viuere, nisi vt quoddam bonum I
est cum eis, & nō de vita mala & corrupta, & quæ est in tristitijs, quia talis non appetitur naturaliter, vt dicitur 9. Ethic. esse enim simpliciter appetitur naturaliter, sed esse simpliciter non dicit esse in tristitijs, quia esse in tristitijs diminuit vel distrahit ab esse: & ideo super illud esse sic determinate propositum non cadit appetitus naturalis, licet cadat super esse simpliciter. Ad secundum dicendum, ꝙ non est præeligibile, quod non est eligibile, accipiendo eligibile & præeligibile secundum rationem vnam, sed id quod nō est eligibile simpliciter, est præeligibile per accidens, & ita est hic.

Vel potest dici ꝙ non esse est eligibile, & præeligibile: nam licet non sit eligibile per se, quia hoc modo K
non habet rationem boni, sicut neque entis: est tamē eligibile per accidens, inquantum ad non esse sequitur terminatio omnis mali pœnalis & culpabilis, & illud est eligibile per se, licet non primo vt dictum est supra.

Inq. 567. Ad tertium dicēdum, ꝙ magis malum semper est magis fugiendum, cum malum, vt huiusmodi semp habeat rationem fugibilis. Cum autem dicitur, ꝙ magis malum est nō esse, quia priuat omne bonum quā aliquid aliud, dicendum ꝙ non esse dē se non solum non est maximum malum, immo nō est aliquod malum, quia tunc non esse sortem antequam esset, semper fuisset ab æterno malum, & cum ab æterno nihil esset nisi Deus, esset tunc maximum malum, qa tunc essent plures priuationes essendi quam nunc. sed hoc falsum est, quia ab ęterno nullum malum erat, neque aliquis concedit malum ante creationem creaturarū cum nondum esset subiectum mali. Ideo dicendum, ꝙ non esse non est malum secūdum se, sed solum inquantum tollit bonum, quod in actu est, vnde non esse ante esse, quia nullum bonum tollit, non vocat malum: non esse vero post esse, quia non potest cessare sine ablatione bonorum, iudicatur malum, quia tollit bonum cui opponitur malum, & tamen non esse, siue ante esse, siue post esse eiusdem rationis est, ideo secundum se esset malum semper esset malum, sed non est malum non esse ante esse, ergo non esse post esse non est malum per se, sed per accidens. s. inquantum priuat esse. & tunc dicendum ꝙ non esse post esse duo priuat. s. esse, & miseriam: inquantum enim priuat esse non est bonum, neque eligibile, inquantum vero priuat miseriam est bonum, cum carere malo sit bonum iuxta Aristot. 5. Ethicor. & ideo habet rationem eligibilis.

Ad duo argumenta in contrarium concedendum est, ꝙ damnati de facto eligunt non esse, & hoc vt euitent pœnam: & tamen non est in potestate eorū non esse, quia non possunt seipsos adnihilare, ideo sunt cōtra intētionem propriam, & ideo ad primum eorum dicendum ꝙ licet illud intelligatur de hominibus viuentibus, & forte de aliquibus qui iam occiderūt, vt tangetur Apo. 9. c. tamen verum est, ꝙ erit in damnatis, & volent illi non esse, sed non poterūt, & ita mors fugiet ab eis. nam nemo animam suam occidere potest, quia illa fm se est immortalis, etiā seipsum actu existentem in corpore post iudicium nemo poterit occidere, sicut nunc potest, quia tunc quilibet erit immortalis ex conditione status, & tñ pœna erit grauissima, cum qua nulla poterit stare delectatio, ideo qui libet vellet non esse, vt euaderet pœnam, & tamen nō poterit, quia Deus volet, ꝙ nullus possit mori, & ita mortem quærent, & illa elongabitur ab eis. Ad secundum dicendum, ꝙ verum est, ꝙ aliqui hic ad fugiendam miseriam in qua sunt volunt mori, & alij seipsos occidunt: & ideo cum in damnatis sit maior miseria, non est dubium quin velint non esse, vel seipsos adnihilare si possent. & tamen dicendum ꝙ hoc cōtra rectam rationem volunt: nam ipsi volunt hoc, vt effugiant pœnam, tamē recta ratio suadet potius pati quācunque pœnam quam desinere esse, secus de culpa, quia propter illam potius deberent velle desinere esse quam manere in culpa: & tamen propter hanc nō cupiunt desinere esse, nec tolerare aliquam pœnam, vt illam non habeant, vt dictum est præced. quæst.

An damnati appetant naturaliter beatitudinem.
Quæst. DLXIX.

QVAERETVR occasione precedentium, an damnati appetant naturaliter beatitudinem.

Aliqui dicunt quòd non, quia quādiu principium vitæ est in corde est possibilitas ad sanitatem corporalem, ergo a simili quādo principium spirituale est in spirituali creatura possibilitas est in ea ad spiritualem sanitatem, cū ergo appetitus beatitudinis quę est principium agibilium sit principium sanitatis spiritualis, & damnati sint impossibiles ad talem sanitatem cū sint obstinati, non appetunt beatitudinem.

Secundo, quia appetere beatitudinem, & odire Deum repugnant, cum in Deo velut in obiecto sit rationalis creaturæ beatitudo, sed damnati Deum oderunt iuxta illud Psalm. 71. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. ergo damnati non appetunt beatitudinem.

Tertio,

Tertio, quia appetere damnationem proximorū A
est appetitui beatitudinis contrarium, quia appetere beatitudinem est appetere statum omnium bonorū aggregatione perfectum 3. de consola. Prosa 2. talis autem status includit delectabile consortium proximorum, sed damnati vellēt omnes alios esse damnatos, vt ostensum est supra. & hoc, quia in eis maxime regnat inuidia, ergo videtur, quòd damnati non appetant beatitudinem.

Alij dicunt, quòd appetunt beatitudinem, quia appetere bonum est appetere beatitudinem in generali, & tamen, vt dicit Diony. 5. c. de Diui. no. dæmones B
bonum, & optimū concupiscunt. ergo appetunt beatitudinem in generali, & sic omnes alij damnati appetunt beatitudinem.

Secundo, quia Ansel. lib. de casu diaboli vult, quòd voluntas volendo quicquid non vult aliud quam beatitudinem, sed damnati multa appetunt, ergo beatitudinem volunt.

Dicendum, quòd secundum Aug. 19. de ciui. Dei. capi. 12. cum peccatum delere non possit extrema naturæ vestigia, in damnatis manet aliqua naturalis cognitio, & appetitus naturalis: cum ergo primus motus appetitus sit respectu finis in generali, quia secundum philosophum 7. Ethico. finis est principiū in appetibilibus & agibilibus sequitur, ꝙ damnati naturali ter appetunt finē in generali, sed vltimus finis est beatitudo. ergo sequitur, quòd naturaliter appetunt beaC
titudinem in generali, quamuis appetitu debili, vel exili, sed iste appetitus naturalis in damnatis ex deliberatiua voluntate quo ad hoc peruertitur, quia bonum, quod naturaliter appetunt sub circūstantijs malis appetunt, neque est iste appetitus ad eorum cōsolationem, sed magis ad eorum afflictionem: naturaliter enim appetere, quod appetens videt se non posse consequi, magis est afflictio appetentis.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd appetunt damnati beatitudinem, sed nō sequitur ob hoc, quòd sint sanabiles secundum esse spirituale, quia naturalis cognitio veri, & naturalis appetitus boni sunt D
principium naturalis sanitatis, sed non supernaturalis sanitatis, maxime quia cognitio ista, & naturalis appetitus in damnatis peruertuntur voluntate deliberatiua quantum ad circunstantias sub quibus volunt: si enim sub rectis circunstātijs acciperetur prædicta cognitio, & appetitus, adhuc possent esse principium alicuius sanitatis spiritualis, sed in damnatis in voluntate deliberatiua nihil est, nisi sub prauis circunstantijs, & ita ergo nō possunt esse principium illius sanitatis, & ita appetunt beatitudinem, sunt tamen insanabiles. Ad secundum dicendum, ꝙ nulla creatura potest Deum odisse, accipiendo eum sub cōceptu Dei, vel summi boni, quia includit contradictionem, ꝙ bonum, vt sic moueat ad odium, Deus tamen sub ratione punitoris potest odio haberi, quia pœna, vt sic malum est, & tamen damnati ita absorpti sunt, vt nihil, nisi pœnas E
suas cogitare possint, & sic poterunt Deum odisse, est tamen dicendum, ꝙ cum tali odio stat appetitus beatitudinis in generali, sed non in speciali, quod manifeste apparet in his qui in diuersis rebus posuerūt beatitudinem. nam beatitudo vna est, & eadem, & non potest poni in diuersis rebus, sed non omnes cupiunt eandem rem velut efficacem beatitudinis, sed alij ciuilem vitam, alij contemplatiuam, alij vero voluptuosam posuerunt esse beatam, vt primo Ethic. & tamen omnes hi appetūt beatitudinem in generali, ideſt mouētur ī aliquid sub ratione beatitudinis. ergo aliquis cupit beatitudinem qui odit vetam beatitudinē, sicut qui amat vitam voluptuosam, vt beatam, odit vitam cōtemplatiuam quæ repugnat voluptuosæ, & tamen in contemplatiua est vera beatitudo, ita licet sit vera beatitudo in solo Deo, aliquis poterit Deum odisse, qui tamen cupit beatitudinem, & ita est de damnatis. Ad tertium dicendum, quòd damnati sunt valde inuidi, ita vt vellent omnes homines, siue cognatos, siue amicos damnatos esse, vt ostēsum est supra. non tamen ex hoc tollit appetitus beatitudinis in generali: nam cū vera beatitudine in particulari non stat inuidia, sed charitatem magnam illa habet, & tamen cum appetitu beatitudinis in generali stat sufficiēter habere inuidiam, ideo damnati desiderium beatitudinis in generali habent, licet habeāt inuidiam, vel omnia vitia, beatitudinem autem illam in particulari quam Sancti habent non cupiunt, quia sciunt se non posse illam habere.

An anima separata a corpore intelligat, & quomodo.
Quæst. DLXX.

CVM fuerit ostensum supra de pœnis damnatorū quantum ad appetitum, est nunc videndum de eorum pœna in anima quantum ad intellectum, & quia hoc est in omnibus quæ accidunt damnatis circa intelligere, est vidēdum de conditione intellectionis damnatorum, & quia damnati prius sunt animæ separatæ quam homines, & tunc pœnam habent secundum intellectum, est videndum de intellectione animarum separatarum in generali, & primo, an anima separata a corpore intelligat.

Aliqui dicunt, quòd non intelligit anima separata, quia vt dicit Arist. primo de Anima, intelligere, & cōsiderare consumitur quodam corrupto interius, sed per mortem corrumpitur omne, quod interius est ex parte corporis, ergo post mortem non potest anima intelligere.

Secundo, quia nulla actio communis corpori, & animę potest manere in anima corrupto corpore, sed intelligere est quædam actio communis corpori, & animæ, sicut texere, & ædificare, vt colligitur primo de Anima, ergo corpore corrupto non potest anima intelligere.

Tertio, quia anima nihil potest intelligere sine intellectu possibili, sed intellectus iste est corruptibilis, vt dicitur 3. de Anima, non autem corrumpitur, nisi corpore corrupto, ergo anima a corpore separata nihil potest intelligere.

Quarto, quia vt dī 3. de Anima. sicut se habent colores ad visum, ita se habent phantasmata ad animam intellectiuam, sed defunctis corporibus nihil potest videre visus. ergo defunctis, aut cessantibus phantasmatibus anima nihil potest intelligere, phantasmata autem nō possunt remanere in anima separata, cum sint in imaginatione quæ habet organum corporale, ergo anima separata nihil potest intelligere. Quinto, quia perfectius esse habet anima in corpore quā a corpore separata, sicut pars perfectius esse habet in toto quam cū est per se existens, sed anima in corpore non potest intelligere sine phantasmatibus. ergo neque separata a corpore, sed tunc nulla phātasmata habet, ergo non poterit intelligere. Sexto, quia vt dicitur 3. de Anima. intellectus humanus factus est, sicut tabula rasa in qua nihil est depictum, si ergo intelligit aliquid oportet, ꝙ intelligat per formas a sensibus perceptas, cum omnis cognitio sit per aliquam formam quæ est similitudo rei cognitę, sed animæ puerorum defunctorum in vteris maternis non acceperunt aliquas formas sensibiles, & ita non manebunt in eis aliquæ formæ per quas animę suę separatę possint intelligere.

Septimo, quia anima ad hoc est corpori coniun-

ęta, vt

cta, vt scientijs, & virtutibus perficiatur, ergo antequã in corpore fuerit perfecta per scientiã intelligere nõ poterit, alias frustra corpori vniretur, sed animæ paruulorum defunctorũ in vteris maternis non fuerunt aliqua scientia in corporibus perfectæ. ergo cum separatæ fuerint non poterunt quicquam intelligere.

Octauo, quia potentiæ distinguuntur per obiecta, sed animæ intellectiuæ sunt obiecta phantasmata, vt dicitur 3. de Anima, si ergo separata existens intelligeret sine phantasmatibus, haberet iam alias potẽtias per quas intelligeret, sed nõ põt intelligere per alias, quia neque potest alias habere, nisi quas nunc habet: sunt enim istæ potentiæ naturales, & non sunt separabiles. ergo non poterit anima separata intelligere sine phantasmatibus, & ita non intelliget.

Nono quia si anima separata intelligit oportet, ꝙ per aliquam potentiam intelligat, nõ sunt autem in anima separata, nisi intellectus agens, & possibilis. ergo per aliquem horum intelliget, sed ambo respiciũt phantasmata esse actu intelligibilia, intellectus possibilis respicit species intelligibiles abstractas, videtur ergo, quòd non poterit sine phantasmate intelligere, & tamen non manent phantasmata in anima separata, ergo non intelliget.

Decimo, quia vnius rei vna est operatio, sicut vnius perfectibilis est vnica perfectio. si ergo vna operatio animæ est intelligere accipiendo a phantasmatibus, non poterit habere aliam operationem, s. quòd sine phantasmatibus intelligat.

Vndecimo, quia si anima separata intelligit oportet, ꝙ per aliquid intelligat, quia intelligere est per similitudinem rei intellectæ in intelligẽte. ergo vel intelliget anima separata per essentiam propriam, aut per essentiam rei intellectæ, aut per species aliquas. Non primo modo potest intelligere, quia hoc solius Dei est. & ratio est, quia essentia sua est infinita prẽhabens in se omnem perfectionẽ. & est similitudo omnium rerum. quælibet autem alia essentia est finita. ergo nullum aliud intelligens potest intelligere quicquid intelligit per essentiam propriã. Neque secũdo modo, quia tunc solũ intelligeret anima separata ea quæ per essentiam sunt in ea, & falsum est, quia ista non sunt, nisi actus, habitus, species, & ipsę potentiæ. Sed præter hæc multa alia intelligũtur, & magis quã hæc. Non tertio modo, quia aut erunt species cõcreatæ, siue innatæ, aut erunt acquisitę. non primo modo, quia hoc esset redire in positionem Platonis, qui posuit omnes scientias naturaliter esse homini inditas. Etiam superuacue essent istæ species innatę, cum anima non possit per eas intelligere dum est in corpore, & tamen ad nihil aliud ordinantur species, nisi vt per eas sit actus intelligendi. ergo non ponentur cum nõ faciant ad intelligere. Non secundo modo, ideſt per species acquisitas, quia istæ sunt phantasmata, sed non manent phantasmata in anima separata, ergo non erit intellectio.

Sed circa species inditas, vel concreatas dicunt aliqui defendentes Platonem, quòd anima coniuncta quantum est de se potest intelligere per species inditas, & tamen non intelligit dum est in corpore, quia impeditur a corpore.

Sed istud non stat, quia quanto aliquid est perfectius in natura sua, tanto est perfectius in operatione, sed anima corpori vnita est perfectior in sua natura q̃ separata a corpore, vt dictum est. Si ergo separata a corpore potest intelligere per species inditas, aut concreatas, poterit a fortiori dum est in corpore per eas intelligere.

Duodecimo, quia nihil de naturalibus alicuius rei impeditur totaliter per aliquid, quod ad naturã eius-

dem rei pertinet: pertinet autem ad naturam animæ, quòd corpori vniatur cum sit corporis forma. ergo si species intelligibiles sunt naturaliter inditæ animæ p vnionem ad corpus, non impedietur intelligere per illas, & non intelligimus per aliquas tales species. ergo neque erunt in anima.

Tredecimo videtur etiam quantum ad species acquisitas, ꝙ per eas non intelligat anima separata, licet illæ manerent post separationem, quia multi fuerunt in quibus nunquam fuerunt acquisitæ species, vt in paruulis defunctis in vtero materno.

Quartodecimo, quia si anima separata intelligit p species acquisitas, & non aliter, videtur ꝙ non intelligat, nisi ea quæ intellexit dum esset in corpore in quo acquisiuit species, sed hoc non videtur verum, quia multa intelligit de pœnis, & præmijs quæ nunc nõ intelligit. ergo anima separata non intelliget per species acquisitas.

Quintodecimo, quia intellectus efficitur in actu p speciem intelligibilem in eo existentem, sed intellectus in actu existẽs actu intelligit omnia quorum species intelligibiles in eo conseruãtur, sed species intelligibiles non cõseruantur in intellectu postquam desinit actu intelligere, ergo non poterunt remanere in anima separata, vt per eas intelligere possit.

Sextodecimo habitus geniti reddunt similes actus suos in illis actibus per quos geniti sunt, vt patet 2. Ethic. s. ædificãdo fit homo ædificator, & factus ædificator potest ędificare, sed species intelligibiles acquiruntur in intellectu per hoc, ꝙ cõuertitur ad phantasmata. ergo per eas nunquam intelligere potest, nisi conuertendo se ad phantasmata, sed non habet phantasmata post separationem. ergo videtur, ꝙ non possit aliquo modo intelligere.

Septimodecimo videtur, ꝙ neq; per species defluxas ab aliqua superiori intelligentia possit anima separata intelligere, quia vnumquodque receptiuũ habet proprium agens a quo natum est recipere a superioribus intelligentijs.

Decimooctauo patet, quia ad ea quæ nata sunt causari per agentia inferiora non sufficit sola actio agentis superioris, sicut in illis quæ nata generari ex semine non inueniuntur generari ex actione solis tãtum, sed anima humana nata est recipere species ex sensibilibus, non ergo sufficit ad recipiendum species influxas superiorum solum.

Decimonono, quia agens debet esse proportionatum patienti, & influens recipienti, sed intelligentia substantiarum superiorum non est proportionata intellectui animæ humanæ, cum habeat scientiam magis vniuersalem, & incomprehensibilem nobis, non igitur anima separata per species influxas a substãtijs superioribus intelligere poterit, & ita nõ relinquitur modus aliquis quo possint animæ separatæ intelligere, non ergo intelligent.

Probatio contrariæ sententiæ, quod scilicet anima a corpore separata intelligat. *Quæst.* *DLXXI.*

DICENDVM, quòd anima separata a corpore intelligit, quia philosophus dicit 2. de Cœlo, & Mundo, quòd omnis res est propter suam operationem: vnde re manẽte manet eius operatio, & hoc est, quod dicit Damas. ꝙ nulla substantia est ociosa, si ergo anima post corpus manet, sicut verum est, & fides ponit, oportet ꝙ aliqua eius operatio maneat, ęa (vt dicitur primo de Anima,) si nulla operatio maneat, ei propria sine corpore non contingit illam separari, sed intelligere est maxime eius operatio propria, ergo anima separata potest intelligere. Secundo,

Secundo, quia vt dicit Auicen. in sua Metaphysi. immunitas a materia est causa, vt aliqua substantia sit intellectiua, sed anima separata est immunior a materia quam dum est coniuncta, quia tunc non est actus alicuius materiæ, sicut modo est, sed anima nunc intelligit, ergo multo magis intelliget cum fuerit a corpore separata.

Tertio, quia dicit Auic. in 6. Naturalium, ꝙ anima non indiget imaginatione, & alijs virtutibus, nisi in principio tantum, & non postea, nisi parum, cum autem proficit, & roboratur sola per se operatur actiones suas absolute. Et sic anima indiget sensibus, sicut homo indiget iumẽto, & eius apparatu, vt perueniat quo proponit, cum autem illuc peruenerit non indigebit eis vltra. ergo anima non indiget semper corpore, & sic separata poterit intelligere.

Quarto, quia scimus in suscitatis manere cognitionem quam prius habuerunt, ergo anima separata retinet cognitionem. Circa hoc considerandum, quòd Aristo. ponit 3. de Anima. intellectum differre a sensu, sed supposita ista differentia necesse est poni intellectum esse immaterialem, & a materia non esse dependentem secundum actum, aut esse: nam intellectus cum sit potentia cognitiua, & sensus potẽtia cognitiua non videtur in quo differant, nisi quia sensus est potentia materialis, & dependens secundum esse a materia, & intellectus sit non materialis, neque dependens secundum esse a materia, quia alias coincident, cum ea quæ apprehendit sensus apprehẽdat etiã intellectus. Supposito autem, ꝙ intellectus sit nõ materialis, neque dependẽs a materia, necesse est ipsum esse incorruptibilem, quia materia inquantum est subiectum priuationis, & formæ est corruptionis causa in rebus materialibus, vt dicit philosophus primo de Anima, quòd intellectus videtur esse substantia quædam in non corrumpi.

Et rursus quidam hunc intellectum incorruptibilem dixerunt non esse partem animæ humanæ, sed aliquam substantiam omnino a corpore separatam, & dicunt animam humanam nõ esse intellectiuam, nisi secundum quandã participationem intellectualitatis ex refulgentia intellectus separati super ipsam, ideo consequenter dicunt, quòd destructo corpore non remanebit anima humana, & neque aliquid intelligere poterit.

Sed hoc videtur esse contra intentionem Arist. dicit enim 2. de Anima, loquens de intellectu, quòd intellectus videtur alterum genus animę esse, & hoc solum contingit separari, sicut perpetuum a corruptibili, etiam dicit in 11. Metaph. ꝙ anima est talis dispositionis, ꝙ possit separari, & non tota, sed intellectus. ex quo patet, quòd intellectus qui est pars animæ potest a corpore separari, & ideo oportet animam intellectiuam quæ est anima humana post corpus remanere, sicut fides ponit, & tunc necesse est, quòd intelligat, cũ substantia non priuetur totaliter operatione, & intelligere sit propria operatio eius.

Quomodo anima separata a corpore intelligat. *Quæst.* *DLXXII.*

SED tunc manet dubium quomodo anima intelligit.

Aliqui dicunt, quòd anima separata recipit cognitionem a rebus, sicut nunc cum est coniuncta.

Sed dicendum, quòd ista positio est irrationabilis, quia anima humana separata a corpore nõ potest vti sensitiuis potentijs, quia non habet illas, neque sensationes, vt ostensum est supra. quia potẽtiæ ille nõ possunt esse in organis corporeis, & actus potentiarũ nõ est, nisi vbi fuerit potẽtia organica, & ipsum organũ, ideo nõ potest anima accipere cognitionem a rebus, sicut nunc, ideſt per actum sensationis, & ipsam potentiam sensitiuam: oportet ergo ꝙ si a rebus accipit accipiat immediate, ideſt sine organo, & actu potentiæ organicæ. Sed hoc non stat, quia intellectus non est natus accipere cognitionem immediate a rebus, sed mediãte potentia sensitiua, & sensationibus, cum oporteat esse quandam conuenientiã inter recipiens, & receptum, species autem existentes in sensibus habent cõuenientiam cum intellectu inquantum sunt sine materia, quia non habent materiam, vt partem sui, & intellectus est immaterialis, & habent conuenientiam cum rebus materialibus inquantum sunt cum conditionibus materiæ, & ideo, vt seruetur ista conuenientia medij conuenienter sensus accipit species a rebus, & intellectus accipit a sensibus, non autem intellectus immediate a rebus materialibus, & ideo non potest accipi, ꝙ anima separata cognitionẽ a rebus materialibus accipiat, cum non possit mediate, neque immediate accipere illam.

Alij dicunt, ꝙ anima separata cognoscit non quidem accipiendo a rebus materialibus, sed retinendo cognitionem illam quam habuit, & accepit a sensibus dum maneret in corpore.

Sed dicendum, ꝙ non stat, tum quia aliquæ animæ fuerunt quę in corpore nullam cognitionem acceperunt, eo ꝙ nunquam fuerunt vsę sensibus, sicut animæ puerorum defunctorum in vteris maternis: nam intra vterum nullam sensationem habet fœtus, tum quia ea sola cognoscerent animę separatę quę in corpore cognouerant, & falsum est, vt dictum fuit, quia cognoscunt aliquid de pœnis, & præmijs.

Alij ergo dixerunt, quòd anima separata intelligit per formas sibi concreatas, aut inditas, ideſt, quòd sicut Angelus habet apud se innatas formas causarum ordinis vniuersi, ita & anima habeat a sui creatione formas sibi inditas, sed dum in corpore est a corpore opprimitur, vt non possit vti illis formis, sed ad intelligendum vtitur formis quas a sensu accepit, & accipit, sed postquã fuerit anima a corpore separata incipiet vti illis formis quæ fuerunt ei concreatæ.

Ad cuius maiorem intelligentiam sciẽdum, quòd Plato posuit species, ideſt quidditates rerum subsistẽtes separatas, & actu intelligibiles, ideſt non indigentes aliqua operatione præuia intellectus agentis, sicut indiget phãtasmate ad hoc, ꝙ efficiatur intelligibile, sed per seipsum oblatum intellectui possibili intelligetur statim nulla præcedente dispositione. Et has species subsistentes nominauit Plato ideas, per quarũ participationem, & quodammodo influxum posuit animam nostram scientem, & intelligentem esse, & dicit, ꝙ antequã anima vniretur corpori poterat anima libere ista scientia vti, sed ex vnione ad corpus intantum erat prægrauata, & quodammodo absorpta, ꝙ ad ea quæ prius sciuerat, & quorum scientiam naturalem habuerat, iam oblita esse videbatur, & per sensus redire debet, ideſt per species acceptas ex sensibus, & sic in seipsam rediret, & reminisceretur eorũ quæ prius intellexit, & sic interdum videtur nobis accidere, ꝙ ex inspectione aliquorum sensibilium manifeste reminiscimur eorum quorũ iam videbamur obliti. Et hæc positio Platonis de scientiã, & sensibilibus conformis est positioni eius circa generationem rerum naturalium: nam formas rerum naturaliũ per quas vnumquodque in indiuiduum in specie collocatur, ponebat prouenire ex participatione idearũ prædictarum, ita quòd agentia inferiora non sint, nisi dispononentia materiam ad participationem specierum prædictarum, ideſt idearum.

Ideæ Platonis qd.

Et

Et dicendum, quòd si hæc positio teneretur, faciliter soluitur quæstio prædicta: nam secũdum hoc anima non indiget sensibus ad intelligendum secũdum suam naturam, sed per accidens, quod quidem tollitur cum anima fuerit a corpore separata: etenim cessante aggrauatione corporis nõ indigebit anima exteriori excitante, sed ipsa per se erit quasi vigilans, & expedita ad omnia intelligenda.

An anima separata intelligat per formas sibi concreatas, vbi reijciuntur Ideæ Platonis. Quæst. DLXXIII.

SED ista positio non stat, quia secundum eam non videtur, ꝙ possit assignari rationalis causa quare anima vniatur corpori: nam non fiet propter animã, cum illa corpori nõ vnita possit habere operationem perfectam, & ex vnione ad corpus eius propria operatio impediatur. Etiam non potest fieri prædicta vnio propter corpus: non enim potest esse anima propter corpus, sed potius corpus propter animam, cum anima sit nobilior corpore: vnde inconueniens videtur, quòd anima ad nobilitandum corpus sustineat in sua operatione detrimentum.

Item videtur sequi ex hac opinione, ꝙ vnio animę ad corpus non sit naturalis: nam quod est naturale alicui non impedit eius operationem propriam: si ergo vnio animæ ad corpus impedit operationem animæ, idest intelligere, nõ erit naturale animæ vniri, sed potius contra naturam, quia nihil tantum res vult quantum propriam operationẽ, & ita homo qui resultat ex vnione animæ ad corpus non erit ens naturale, sed violentum, vel per accidens, quod est absurdum.

Item non stat prædicta positio, quia experimẽto videmus, ꝙ scientia non perueniat nobis ex participatione specierum separatarum, idest idearũ, sed a sensibilibus accipitur, quia qbus deest vnus sensus deest scientia de sensibilibus quæ illo sensu apprehenduntur, quod non fieret si tota cognitio intellectus non haberet ortum a sensibus, sicut cęcus natus nõ potest habere scientiam de coloribus. Sed ista positio videtur esse conueniens illis qui ponũt animam creatam esse ante corpus, & postea illam corpori vniri, quia cũ nulla substantia sit sine operatione, & operatio propria animæ intellectiuæ sit intelligere, necesse est, ꝙ anima antequam vniatur corpori intelligat, & tunc dabitur sibi proprius modus intelligendi, & hoc non poterit esse a sensibilibus, sed necesse est fieri per concreationem specierum, vel participationem idearũ, vt Plato dicebat, & tunc cum anima ante corpus existeret, & haberet propriam operationem, accidẽtale esset ei vniri corpori: vnde modum naturalem intelligendi non perderet, nõ erat tamen mirum in illo turbari, & impediri per materiam, siue corpus, & ideo tunc indigere speciebus, siue ad excitandum interiores species concreatas per quas fiat intellectio, siue ad totaliter faciendum intellectionem, quasi anima in corpore non possit intelligere per species concreatas, & tunc maneret, quòd si rursus anima separetur manebit, sicut prius, & ideo per species cõcreatas intelliget non indigens sensibus. Et tamen manent tũc omnia inconuenientia supra posita, s. quòd anima nõ vniatur naturaliter corpori, cum per se prius habeat esse, & non indigeat corpore ad esse, neque ad operari, & quod plus est, quia per corpus impeditur a propria operatione.

Item neque posset vllo modo poni hominem esse animal, quia non esset corpus animatum, cum non includeretur in quidditate hominis corpus, sed anima compleret rationem speciei cum per se esse haberet, & corpus adueniret animæ, sicut mobile motori, quod etiam Plato voluit. Etiam non vniretur anima corpori, sicut forma materiæ, & ita non efficeretur vnum per se, sed per accidens, & ita ambo non integrarent rationem speciei, quæ omnia falsa sunt, & sic non debet poni, quòd anima sit ante corpus, & consequenter nõ debet procedere aliqua operatio eius, & modus operandi proprius ante corpus.

Si autẽ ponatur, quòd anima non est ante corpus, sicut verum est, sed incipit esse in corpore per vnionẽ ad illud, dabitur quòd nõ sit aliquis modus operationis animæ, nisi quem accipit in corpore, & secundũ, quòd conuenit corpori, & quia in corpore sunt organa est modus accipiendi ex sensibilibus organice, & hunc modum habet anima in corpore, & nõ aliquẽ alium, & ideo tunc manet semper difficultas quomodo intelligat anima quando fuerit separata, quia non manet sibi accipere organice: veruntamen nõ sequitur aliquod de inconuenientibus suprapositis: nam cum anima non sit ante corpus, sed incipit esse in corpore, non habet in se completam rationem speciei, sed est pars, & vnitur corpori formaliter, & efficitur homo per se ex corpore, & anima.

An anima intelligat mediantibus sensibus non per accidens, sed per se. Quæst. DLXXIIII.

ALIA autem positio est, quòd sensus prosunt animæ humanæ ad intelligendum: non quidẽ per accidens iuxta positionẽ Platonis, sed per se: non quidem, vt a sensibus accipiamus scientiam, sed quia sensus disponit ast acquirendam sciẽtiam aliunde, & hęc est opinio Auicen. Ponit enim quòd sit quædam substantia separata, quam vocat intellectum, siue intelligentiam agentem, & quòd ab ea effluunt species intelligibiles intellectui nostro per quas intelligimus, & quòd per operationem sensitiuæ partis, s. imaginationem, & alia huiusmodi præparatur intellectus noster, vt conuertat se ad intelligentiam agentem, & recipiat influentiam specierum intelligibilium ab ipsa, & hoc etiam consonat opinioni eiusdem circa generationes rerum naturalium: ponit enim quòd omnes formæ substantiales effluant ab intelligentia, & quòd agentia naturalia disponunt solum materiam ad recipiendum formas ab intellectu agente.

Sed etiam secũdum istam positionem quæstio de anima separata paruam difficultatem haberet, quia cum sensus non ponantur secundum se necessarij ad scientiam capiendam, & ad recipiendum species, anima separata per seipsam poterit iam conuerti ad intelligentiam illam, cum non aggrauetur corpore, iõ non erunt sensus ei necessarij ad species accipiendas, & scientiam, sicut non est homini necessarius equus postquam peruenerit equitando quo voluerit, vel nauis cum transfretauerit.

Sed dicendum, quòd ista positio non stat, quia hoc dato videtur, quòd homo simul acquirat scientiã omnium rerum, quod falsum est, cum acquiramus per magnam successionem. Et patet, quia secundum istã positionem intelligimus solum per receptionem specierum ab intelligentia agente, receptio autem fit per solam conuersionem ad eam, & nõ requiritur aliud, ideo quandocunque ad eam fuerimus conuersi recipiemus omnium specierum influxum, cum cõuersio non potest dici, quòd fiat quantum ad vnum, & non quantum ad aliud, & ita qui habet tantum duos, vel tres sensus poterit habere cognitionem omnium rerum, sicut cęcus imaginando secum poterit habere scientiam de coloribus, etiam si sit cęcus a natiuitate, cum per imaginationem de vocibus quas sensu percipit conuertat se ad intelligentiam agentem, & ita recipere

recipere debeat omnium rerum scientiam, & tamen hoc falsum est, quia qui cęcus est a natiuitate nunquam habet scientiam de coloribus. Item patet falsitas, quia potentiæ sensitiuæ sunt nobis necessarię nõ solum in acquirendo scientiam, sed etiam in vtendo scientia iam acquisita: nõn enim possumus considerare etiam ea quorum iam habemus scientiam, nisi conuertendo nos actualiter ad phantasmata, licet Auicen. contrarium dicit. & ex hoc accidit, quòd læsis organis potentiarum sensitiuarum, per quas comprehenduntur, & conseruantur phantasmata, impeditur vsus animæ in considerando ea quorum scientiam habet.

Item quia manifestum est, quòd in reuelationibus quæ nobis diuinitus fiunt per influxum substantiarũ superiorum indigemus aliquibus phãtasmatibus: vnde dicit Dion. primo capitu. cęle. hierar. quòd impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circunuelatum, & hoc non esset si non essent nobis necessaria phantasmata ad conuersionem ad substantias superiores. ergo nõ potest fieri acquisitio scientię per solam conuersionẽ ad intelligẽtiam ad quam disponimur per sensus, sed videtur, quòd sensus sint directe necessarij ad scientiæ acquisitionem.

Aliter ergo dicendum, s. quòd potentiæ sensitiuæ sunt necessariæ ad intelligendum non per accidens tanquam excitantes, vt Plato posuit, neque vt disponẽtes, sicut posuit Auicen. sed per se sunt necessariæ, vt representantes animæ intellectiuæ intelligibile, qđ est proprium obiectum: vt enim dicit Philosophus 3. de Anima, animæ intellectiuæ sunt phantasmata, sicut sensui sensibilia, sed sicut colores non sunt visibiles actu, nisi per lumen, ita phantasmata non sunt intelligibilia actu sine intellectu agente, idest per lumẽ eius, & hoc consonat ei, quod ponimus de generationibus rerum naturalium. nam secundum omnes positiones eadem est origo generationis in rebus naturalibus, & generatio sciẽtiæ: vnde sicut nos ponimus, quòd agentia superiora mediantibus agentibus naturalibus causant formas naturales, ita ponimus, quòd intellectus agens per phantasmata ab eo facta intelligibilia actu causat scientiam in intellectu possibili, & non refert ad propositum vtrum intellectus agens sit substantia separata (vt aliqui ponunt) vel sit lumen quoddam, quod anima nostra participat ad similitudinem substantiarum superiorum. & tamẽ sensus secundum se semper sunt necessarij tam in acquisitione scientiæ quam in vsu. de acquisitione patet, quia impossibile est aliquid intelligi sine illius specie, & tamen anima non habet species concreatas, neque recipit eas ab intelligentia, ideo oportet, quòd recipiat eas per sensus a rebus sensibilibus, & signum huius est, quia nunquam habemus cognitionem intellectiuam quoucunque habeamus sensationem, licet anima sit in nobis, sicut pueri in vtero nihil cognoscunt, quia nullam sensationem habent, & tamen animam habent ibi, etiam quia postquam incipimus sentire habemus scientiam illarum rerum quarum habemus species ex sensu, & de rebus quarum nullas habemus species nullam habemus cognitionem, ergo non est alia via recipiendi speciem in intellectu, nisi ex sensu. Etiam apparet de vsu scientiæ acquisitæ, quia (vt dictum est) oportet fieri tunc conuersionem ad phantasmata in actu, & actu, & aliter nihil cognoscitur. talis est ergo modus cognitionis nostræ hic.

An anima separata cognoscat mediantibus phantasmatibus sicuti facit quando est coniuncta corpori. Quæst. DLXXV.

SED hoc supposito manet difficultas de modo cognitionis in anima separata. nã ibi non sunt phantasmata, quia non recipiuntur species a sensu, iõ non apparet modus cognitionis. Nisi forte quis diceret, quòd phantasmata quæ semel comprehẽsa sunt manent, ideo licet anima separetur, cum præcessissent phantasmata in viuente manent in anima separata.

Sed dicendum, quòd non stat, quia phantasmata non possunt esse, nisi in organo, sicut colores nõ possunt recipi, nisi in oculo, sed in anima separata nõ manent organa, ideo non solum non potest de nouo acquiri phantasma, sed neque prius causatũ potest manere, & sic non fiet sic intellectio. Dicendum ergo, ꝙ anima separata intelliget, & hoc per influxum quendam a superioribus agentibus, per quem nunc nõ intelligit, s. per influxum a Deo, vel ab Angelis, & hoc est verum quantum ad naturalem intellectionis modum, secus quantum ad intellectionem quæ erit ex gratia. Pro quo sciendum, quòd nulla anima separata manet quæ non intelligat, siue illa acceperit aliquando cognitionem per sensus, siue non. Et ratio huius est primo ex prouidentia Dei inquantum regit hanc vniuersitatem entium: nam Deus regit tam spiritualia quam corporalia conseruando ea in esse nature, & deducendo illa ad suas perfectiones quæ competunt ex specie, & tunc quanto aliqua res est excellentior tanto est Deus circa illam magis solicitus, non quantum ad animi affectionem quæ in eum nõ cadit, sed quantum ad effectum conferendi aliquid rei, & quia spiritualia sunt multo excellentiora corporalibus, necesse est, vt Deus magis circa illa quantum ad statum naturalem ipsorum prouideat, & tamen circa entia corporalia videmus tam solicitam esse naturæ prouisionem, vt in nullo, neque in minimo desit, ergo a fortiori essentia spiritualia prouidebit, licet nõ sit manifestum in sensu, quia spiritualia non videntur, sed nihil est in quod magis moueatur res naturalis quã in operationem propriã, & in anima intellectiua est operatio propria intelligere, ideo ad prouidentiã Dei valde pertinet seruare istam operationem animæ. Cũ ergo anima maneat separata post resolutionem corporis pertinet ad necessitatem diuinæ prouidentię, vt seruet quamlibet animam in intelligere, & ideo omnis anima separata habebit aliquem modum intelligendi, siue sit anima beati, siue dãnati, quia istud pertinet ad esse naturale, in quo non distinguuntur dãnati, & beati. Secundo patet idem ex prouidẽtia Dei inquantum est rector omnium rationalium creaturarum secundum esse politicum, dans præmium pro bonis, & pęnam pro malis. nam sic necesse est omnibus animabus solutis a carne, aut dari pęnam, aut gloriam, & tamen, neque pęna potest esse animæ rationalis, neque gloria si non intelligit, ergo necesse est, quòd Deus seruet intellectionem in animabus separatis. Patet quia sicut in rebus corporalibus si non sit sensus non potest esse pęna, ita in rebus spiritualibus si non sit intelligere, neque gaudium, neque pęna esse poterit, & tamen anima nõ potest esse sine gaudio aut pęna, ergo quælibet anima separata est actu intelligẽs. Manere autem potest in anima separata duplex modus intelligendi. Vnus est naturalis, alius ex gratia. Naturalem vocamus illum qui est cõmunis omnibus animabus separatis, siue bonis, siue malis, aut conseruentur in esse, & conditione naturali, siue nõ, & etiam tenet se modus iste ex parte conditionis naturalis, s. quòd non magis de illo recipit anima quæ

melior

melior est, neque minus quæ deterior est, sed omnibus communicatur secundum capacitatis earum differentiam, vt ostendetur. Modus intelligendi ex gratia conuenit solis animabus beatorum, quibus vltra naturalem conditionem capacitatis dat Deus videre ipsum per essentiam, & in ipso omnia cognoscere, & ad hunc modum non peruenit anima ex naturali cõditione, sed ex voluntate Dei communicatur beatis. Et etiam non est illa visio maior in eo qui est naturaliter capacior, aut è contrario, sed in melioribus excellentior, in minoribus vero minor, licet maioris capacitatis naturalis sint, & de ista cognitione quæ est ex gratia, vel beatitudine nunc non dicitur, quia non est communis, sed de conditione naturali animæ separatæ, & ista fit (vt dictum est) per influentiam a superioribus intelligentijs, ideſt a Deo, & Angelis. Et hoc patet sic, quia intellectus noster est medius inter substãtias intellectuales, & res corporales: vnde anima dicitur esse creata in horizonte æternitatis lib. de causis, ideſt in extremitate, & in fine rerum æternarum: vocat autem æternas res omnes puras intelligẽtias, quia secundum philosophos ista cum totaliter excedant tempus vocantur æterna, & sub illis omnibus est anima velut in horizonte, & sicut horizon diuidit superiorem partem, & inferiorem cœli, ita & anima contingit conditionem rerum æternarum, ideſt pure spiritualium, & temporalium quæ sunt materiales. nam anima quantum ad intellectum suum contingit substantias intellectuales, inquantum vero est actus corporis contingit res corporales, ideſt accedit ad eorum conditionem, omne autem medium quanto magis appropinquat vni extremorum tanto magis recedit ab altero, & quanto magis recedit ab vno tanto magis appropinquat alteri: vnde cũ anima nostra, & potissime in statu viæ, maxime ad corpus accedat, vtpote actus eius existens, non habet respectũ ad res intellectuales, nisi aliquo modo contingendo corpus, & secundum conditionem eius, & ideo licet anima secundum se inquantum est minor intellectus substantijs separatis debet recipere ab illis influxum: ad intelligendum tamen, vt ipsa est nunc actus corporis non est nata recipere, nisi per corpus, ſ. vt recipiat per species acceptas a sensibus: vnde nõ solum fit hoc in cognitione pure naturali, sed etiam si quãdo in statu viæ fiunt nobis aliquæ reuelationes, in quibus illustramur specialiter a Deo, vel Angelis fit adhuc in nobis quædam conuersio ad phantasma, quia aliter non intelligemus, sic dicit Diony. 1. c. Cęle. Hierar. ſ. impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circunuelatum, ideſt non sine phantasmatibus. Cum vero anima aliquo modo separetur à cõditione corporis erit nata recipere a substantijs superioribus. Et apparet, quia adhuc nunc anima corpori vnita quãtomagis a corpore abstrahitur, tantomagis a substantijs spiritualibus cognitionẽ recipit, & inde accidit cognosci quædam occulta a dormientibus, & manentibus in extasi, quæ non cognoscuntur a vigilantibus, & sensu viuentibus, & hoc fit, quia tunc potest anima percipere influxum aliquem cognitionis in animam nostram. Ex quo apparet, ꝙ substantiæ separatæ semper influunt, sed non semper recipitur earum influxus in animam, recipitur autem cum est aliquo modo disposita, & secũdum gradum dispositionis recipit magis, & minus, & ista est cõueniens positio, ſ. quòd ordo naturalis sit, vt intelligentiæ superiores influant in inferiores vsque ad infimã, est autem minima omniũ anima, cum sit in horizonte æternitatis, & sub ea non sit aliqua substantia intellectiua, ideo oportet, ꝙ naturaliter influant in eã omnes substantiæ intellectiuæ, & quia naturalis operatio est continua, nunquam cessat operatio influentiæ intelligentiarum superiorum in inferiores, & in animã, & ideo semper anima nostra deberet recipere influẽtiam a substantijs superioribus, sed non recipit, quia non est disposita, & quia interdum in dormientibus, aut positis in extasi inuenitur aliqua dispositio ad recipiẽdum, fit naturaliter quidam influxus in animam humanam. Et quia in quibusdam hominibus anima est magis abstracta a sensibilibus quã in alijs, vel simpliciter, vel secundum tempus aliquod, non est incõueniens aliquos homines recipere occultarum rerũ cognitiones, quæ videntur pertinere ad prophetiam, & est hoc naturale, & non ex merito recipientis, neque specialiter ex voluntate Angeli influentis, sed ex conditione naturalis influxus superiorum in inferiora. Erit autem totaliter anima dispositа ad recipiendũ istam influentiam cum fuerit totaliter separata a corpore, desinendo esse formaliter vnitã, quia nihil tunc eam impediet, ideo tunc anima nõ impedita recipiet plene influentiam superiorum intelligentiarum, non per aliquam operationem nouam illarum, sed per illam quæ semper continuabatur, & tamen prius non recipiebatur propter impedimentum animæ alligatæ sensibus, tunc vero recipietur, quia anima nullam habebit coniunctionem ad sensus, & sic omnes animæ separatæ intelligent.

Alijs mẽdijs probatur quod anima separata intelligat.
Quæst. DLXXVI.

ALIO modo potest deduci, ſ. ꝙ cũ anima sit infima in ordine substantiarum intellectualium, infimo modo participat, & debilissimo intellectuale lumen, siue intellectualem naturam, quia (vt dictum est) in horizonte est æternitatis. in primo enim intelligente, ſ. Deo natura est a Deo potens, quòd per vnicam formam intellectualem, ſ. essentiam suam omnia intelligit, inferiores vero substantiæ intellectuales intelligunt per species multas, & quanto vnaquæque earum est altior tanto habet pauciores formas, & virtutem magis potentem ad intelligendum omnia per formas paucas, & ideo cum formæ istæ sint paucæ, & per eas intelligantur omnia, necesse est illas esse multum vniuersales, si autem substãtia intellectualis inferior hẽret formas vniuersales, sicut superior, cũ nõ adsit ei tanta virtus in intelligẽdo, remaneret eius scientia incompleta, quia in vniuersali solum res cognosceret, & non posset deducere cognitionem suã ex illis paucis vniuersalibus ad omnia vniuersalia, & ideo incomplete sciret, quia scire rem in vniuersali est incomplete scire, anima ergo humana quæ est infima si acciperet formas in abstractione, & vniuersalitate conformiter ad substantias separatas, cum habeat minimam virtutem in intelligẽdo, ideſt paruum lumen intellectuale, haberet imperfectissimã cognitionem, vtpote cognoscens res quadam vniuersalitate, & confusione, & ideo ad hoc, quòd eius cognitio perficiatur, & distinguatur per singula, oportet ꝙ cognitio eius sit a rebus singularibus a quibus sciẽtiam colligat, & tamen rursus, quia formæ singulariũ quæ debent mouere intellectum non possunt esse tã imperfectæ in intellectu, sicut in materia, vel in sensu, cũ intellectus non sit potentia materialis, est necessariũ lumen intellectus agentis, quo fit, vt perfectius recipiatur forma rei in anima quam sit in materia, & sensu, & ita operatio agentis est circa phantasmata, vt ea illustret, & inde fiet generatio specierum intelligibilium quæ sint in intellectu, & ita in præsenti est cognitio animæ completa, ſ. ꝙ singulas res cognoscere potest, eo ꝙ singularum rerũ species accipit non ex con-

creatione

creatione, sed ex sensu, vt sicut sensus est particularis, ita & intellectus particularia intelligat, ideſt res singulas per speciem singularum. Et ob hoc sequitur, ꝙ naturale est animæ humanæ vniri corpori, ſ. quia aliter scientiam habere non potest completam: nam licet aliqua anima cõditionis humanæ crearetur sine corpore, & sic maneret, non esset ita perfecta in intelligẽdo, sicut existens in corpore. ergo cum quælibet res naturaliter desideret suam perfectionẽ, & perfectio rei sit in sua operatione, & operatio animæ sit intelligere, manifestum est, ꝙ volet anima illo modo esse quo perfectius intelligit, sed perfectius intelligit existens vnita corpori quã separata, ergo desiderabit naturaliter esse in corpore, & ita erit ei naturale vnitã esse, & manere separatam est contra conditionem naturalem animæ, & fit quasi per violentiam.

Sed obijciet, ꝙ perfectius intelligat anima existens separata q̃ coniuncta, quia cum est coniuncta impeditur per alligationem ad sensus, vt non recipiat influẽtiam superiorum intelligẽtiarum, cum vero est separata nihil habet quod eam impediat, ideo recipit plenius, sed quælibet res perfectius se habet cum nõ est impedita, ergo magis intelliget qñ est separata quam cum est coniuncta. Dicendum ꝙ anima separata potest habere duplicem modum intelligendi, ſ. naturalem, & ex gratia. quantum ad secundum dicendum, ꝙ incomparabiliter perfectius intelligit anima separata quam coniuncta, quia intelligit Deum per essentiam eius cui ipsa est vnita, & per Deum omnia plene cognoscit particulariter, licet nõ per species particularium, sed per vnicam formam quæ est diuina essentia, & ita est ibi talis modus intelligẽdi qualis est Dei: nam sicut Deus seipsum, & omnia per essentiam suã intelligit, ita beatus intelligit Deum, & omnia per essentiam eius, & iste est plenissimus modus intelligẽdi, sed non est omnium animarum separatarum, sed solum beatarum. quantum ad primum, ſ. modum naturalis cognitionis dicendum, ꝙ perfectior est modus intelligendi, & scientia animæ coniũctę, licet accipiat cognitionẽ a sensibus, quã cognitio animæ separatæ, licet illa accipiat cognitionem ex influẽtia superiorum intelligentiarum. Et ratio est, quia cum anima separata recipit influentiam a superioribus recipit per species vniuersales, & cum virtus animę sit parua, nõ potest ex vniuersalibus deducere se in singularia, & sic cognitio eius est imperfecta, nunc vero cum ex sensu accipit habet omnium singularium rerum species, & ideo per illas potest cognoscere omnia, & sic sciẽtia sua est perfectior cum sit magis determinata.

Ad rationem in contrarium dici potest, ꝙ impeditur per sensus anima a receptione influentiæ intelligentiarum superiorum, non tamen est imperfectior cognitio, quia sensus impediens ab illo influxu dat perfectiorem cognitionem quam ille influxus, secus autem est si daret impedimentum, & alias nõ daret aliquam perfectionem, & tũc ad formam dicitur, quòd res non impedita est perfectior quam impedita, quãdo impeditur circa id, quod est naturale per id, quod non est naturale, quia sic solemus vocare impedimẽtum, & tamen in præsenti impedimentum fit quantum ad modum non naturalem, qui est perfici in esse separato, & fit per id quod est naturale, ideſt per coniunctum esse sensibus, quod est animæ naturale, & ita non proprie vocatur impedimentum, sed adiutoriũ, ideo non est deterius se habens quam si nõ esset anima impedita.

Sed adhuc instatur, perficietur magis anima per influxum a substantijs superioribus quam per sensum, quia agentia superiora sunt excellentiora quam sensus. Dicendum, ꝙ non valet, quia licet agentia sint digniora, non imprimunt rem digniorem quam sensus qui inferior est. Et causa est ex parte recipientis: nam anima propter sui imperfectionem est nata recipere perfectius a sensibus quam a substantijs immaterialibus: nam si totam perfectionem intelligendi quam in vniuersali influunt superiores substantiæ posset recipere anima, perfectius intelligeret quam accipiendo omnia quæ influuntur a sensibus, & tamẽ propter paruitatem luminis animæ non sufficit ipsa deducere ad particulare, quicquid signatur per species vniuersales influxas ei a superioribus substantijs, sicut in principijs quæ pauca sunt in virtute latent omnes cõclusiones, sed datis alicui principijs non intelligit cõclusiones propter paruitatẽ luminis intellectus, quousque manuducatur ex principijs ad cõclusiones, ita ergo licet plura, & altiora influant superiores substãtiæ in animam quam sensus, tamen illa influunt modo vniuersali per quem anima parum capax est, & iõ parum perficitur, sensus vero licet minora capiant, & præsentent animæ tamen aliter illa præsentãt, vt anima illa capere possit, quia particulariter representãt, & talis modus conuenit animæ propter imperfectionem virtuits suæ, vel luminis, ideo magis perficitur anima a sensu quam a substantijs superioribus, ſ. quia iste modus est magis naturalis animæ.

An naturale sit animæ vniri corpori, & si sic propter quæ.
Quæst. DLXXVII.

EX prædictis autem sequitur, ꝙ naturale est animę humanæ vniri corpori propter duo. Primo propter conditionem intelligendi. Secundo propter cõditionem essendi.

De primo patet, quia quælibet res appetit pfectionem suam quæ est in operatione, sed operatio animę est intelligere, ideo cupit illum modũ essendi qui magis facit ad intelligere, sed perfectius anima intelligit vnita corpori quam separata, vt ostensum est, ergo naturale est animæ vnitam esse corpori, & contra naturam est ei esse separatam. De secundo apparet, quia entia spiritualia sunt perfectiora entibus corporalib⁹, & media horum sunt entia partim spiritualia partim corporalia, in entibus autem spiritualibus simpliciter illud est excellentius quod est totaliter vnum, in quo non diuiditur esse, & quod est, neque actus, & potentia, sed est purus actus, istud tamen vnum est, ſ. Deus, sub quo sunt multi gradus substantiales spiritualium creaturarum, quæ sunt puri spiritus, deberent autem per maiorem, & minorem virtutem spiritualitatis, & quanto aliquis spiritus excellentior est tanto ad intelligendum indiget paucioribus speciebus, & illæ sunt vniuersaliores, quia ex magnitudine virtutis per illud vniuersale applicant se ad intelligendum plura particularia, & ideo cum non sit dare duas substantias spirituales æquales specialiter, quia quælibet cõtinet vnã rationem speciei, oportet ꝙ quælibet excedat alterã secundum gradum spiritualitatis, & virtutis maioris in intelligendo: vnde quælibet habet virtutem maiorem, & species vniuersaliores quam alia, & hoc donec veniatur ad aliquam creaturam spiritualem, quæ non est nata intelligere vniuersaliter singularia, sed quamlibet rem per vnam specem, & quia nõ sunt tales species substantiarum pure spiritualium, oportet illam accipere ex sensibus particulariter, & ita vniẽ corpori cuius est sensus. Et iam necesse est, ꝙ descendendo per substantias spirituales perueniatur ad aliquã quæ non sit nata per se esse, sed habere rationẽ partis alicuius speciei, & ista erit anima humana. Et patet, quia data quacunque substantia pure spirituali quantumcunque imperfecta, quæ per se potest esse

species,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpecies,aut continere totam rationem ſpeciei,neceſ- F
ſe eſt,q̃ illa ſit perfectior quam illa quę eſt ſpiritualis,
& non poteſt eſſe per ſe ſpecies,ſed eſt pars ſpeciei, &
talem ſubſtantiam neceſſe eſt dari,quia alias maneret
aliquis gradus ſubſtantialis in entibus non impletus,
ideſt fieret aſcenſus in entibus ſine cõtinuatione, ſed
falſum eſt,quia iuxta Ariſt.ſpecies ſunt,ſicut numeri,
& tamen quilibet numerus addit ad alterum vnam
vnitatem, & ita non eſt aliquid diſcontinuum in eis,
ſic ergo in ſpeciebus nullus gradus ſubſtantialis per-
fectionis deficiet, alioquin non eſſent,ſicut numeri.
oportet igitur eſſe creaturam ſpiritualem quæ ita im-
perfecta ſit,vt debeat vniri corpori, vt cõſtituatur in-
de ſpecies, & ita continuantur ſpecies, quia poſt ho- G
minẽ qui eſt iſta ſpecies ſequuntur deſcendendo cor-
poralia entia animata ſecundũ gradus ſuos perfectio-
nis ſubſtãtialis, quouſque perueniatur ad ens quo ni-
hil habet de perfectione in actu ſecundum ſe, ſed eſt
potentia ad omnem perfectionem corporalem, & il-
lud eſt ens materia prima, & ſic iſta maxime diſtant,
ſ.ens purus actus, quod nõ eſt in potentia ad aliquã
perfectionem recipiendam, & ens pura potẽtia,quod
non eſt in actu alicuius perfectionis ſecũdum ſe, ſed
ſecundum ſe eſt in potentia ad omnia, & poſt illud
non poteſt inueniri aliquod ens,ſed nihil,ſunt autem
illa duo Deus,& materia prima.

Et ideo per hoc apparet ſolutio ſi quis quęrat qua-
re anima hominis ſic facta eſt, vt indigeret accipere a
ſenſibus,& non habet ſpecies inditas,vel concreatas, H
ſicut habent ſubſtantiæ ſeparatæ.

Dicendum enim q̃ ratio eſt, quia ipſa eſt talis gra-
dus eſſendi, vt aliter non poſſit conuenienter intelli-
gere: nam eſt infima in gradu ſpiritualitatis, & ideo
non poteſt intelligere per ſpecies vniuerſales,niſi im-
perfecte,& tamen appetit quælibet res perfectionem
ſuæ operationis, ideo tali modo debet anima eſſe, vt
plene intelligat quantum ipſa capax eſt ſecũdum ali-
quem modum,non eſt autem alius, niſi vt vtatur ſen
ſibus, ergo indiget accipere ſpecies a ſenſibus. Et pa-
tet,quia ſi dentur ſibi ſpecies innatę erunt illę vniuer-
ſales,ita vt per eas non intelligat, niſi valde imperfe-
cte, per ſpecies autẽ acceptas a ſenſibus intelligit ani- I
ma plene,quia quarumlibet rerum accipit ſpecies.er-
go naturale eſt ei,vt indigeat accipere ſpecies per ſen
ſus,& hoc ideo eſt, quia anima eſt infimi gradus ſpiri-
tualitatis,& habet minimam virtutẽ, ſiue lumẽ intel-
lectuale, & ideo nõ poteſt intelligere per ſpecies vni-
uerſales,niſi imperfecte,tales tamen ſunt ſpecies om-
nes omnium ſubſtantiarum ſeparatarum, quia licet
quarũdam ipſarum ſint ſpecies vniuerſaliores quam
aliarum, tamen nullius earum ſunt ſpecies particula-
res,ideſt cuiuslibet rei vna ſpecies, quia iſta eſt condi-
tio ſenſus qui apprehendit res ſm eſſe materiale in
quo res ſunt diſtinctę per materiã, intelligentiæ autẽ
habent eſſe immateriale, ideo ſpecies earum nõ ſunt
ipſarum rerum ſm conditionem materialem,ſed ſm K
eſſe intelligibile,& formale, & ideo nõ erunt ſpecies
particularium ſingulorum quorum diſtinctio cõpe-
tit ad rationem materiæ, ſed ſpecies vniuerſales quæ
ſe habent ad eſſe intelligibile, & formale. Animæ au-
tem infimæ non conueniunt tales ſpecies, ideo nihil
conuenit,niſi accipere a ſenſibus.

Quare anima non fuit ſuperioris gradus.
Quæſt. DLXXVIII.

SED dicetur quare anima humana non fuit ſupe-
rioris gradus in ſpiritualitate, & virtute intelligẽ-
di, ita vt poſſet habere ſpecies innatas vniuerſales per
quas ſufficienter intelligeret, & ita non indigeret ac-
cipere à ſenſibus. Dicendum,q̃ non potuit hoc fieri:
nam homo eſt animal, ergo oportet animam ſuã eſſe
corpori vnitam,ſed neceſſe eſt animã vnitam corpori
eſſe minimi gradus intellectualitatis, ideſt ſub quo
non poſſit dari minor gradus animæ, quia ſi dari po-
teſt,aut eſt in actu aut non.ſi non eſt in actu non erũt
ſpecies, ſicut numeri, ſed deerit aliquis gradus perfe-
ctionis ſubſtantialis, quod eſt abſurdum: ſi datur in
actu,aut erit talis anima naturaliter vnita corpori,aut
non. ſi eſt vnita,dabitur alia ſpecies naturæ rationalis
corporeæ infra hominem,& falſum eſt,quia nulla eſt
cum infra hominem ſtatim ſint bruta. Si autem ſit
anima naturaliter ſeparata,ideſt quę nunquã fuit vni-
ta corpori, neque eſt ſibi naturale vniri,eſt maius in-
conueniens, quia ſubſtantia naturaliter ſeparata eſt
perfectior quam intellectus coniunctus, cum illa nõ
indigeret vniri, & iſte indiget vniri, oportet igitur
animam vnitam eſſe infimi gradus intellectualitatis,
& tamen talis non poteſt habere in ſeipſa naturaliter
ſpecies per quas intelligat, cũ ſit imperfectioris gra-
dus indigere ſpeciebus ſumptis deforis. ergo natura-
le eſt animæ humanæ accipere per ſenſus.

Secundo patet, quia anima non vnitur naturaliter
corpori,niſi ad ſuam perfectionem, & tamen ſi cor-
pus nõ acciperet ſpecies ex quibus haberet cognitio-
nem,quæ eſt perfectio animę, nullã perfectionem ac-
ciperet a corpore, ideo non vniretur ei. ergo ad hoc,
q̃ anima vniatur corpori naturaliter oportet, q̃ talis
ſit quę perfici poſſit in corpore, & indigeat illa perfe-
ctione,& ideo illam appetat, & propter eã cupiat cor-
pori vniri, ſi tamen habeat ſpecies vniuerſales, & per
illas ſit ſufficiens intelligere non accipiendo a corpo-
re,nullam perfectionem accipiet ab eo. ergo non po-
teſt talis eſſe anima humana.

Tertio, quia ſi talis anima nõ indigẽs corpore vni-
retur corpori a Deo, nullam inclinationem haberet
ad corpus,cum nullum bonum accideret ei ex corpo-
re, ſed potius impediretur in ſua actione naturali, ſi-
cut nunc animę noſtrę impediuntur recipere influẽ-
tiam ſuperiorum propter vti ſenſibus, vt ſupra oſten-
ſum eſt, & ideo maneret violenter in corpore, ſicut
in carcere,& nullum eſt maius inconueniens, taliter
enim ſunt alligatæ animæ damnatorum igni inferо-
rum,& ex hoc eſt tota pœna ipſarum, vt declaratum
eſt ſupra.

Quarto, quia neque videtur eſſe poſſibilis talis alli-
gatio: nam ad hoc, q̃ ſit homo oportet, q̃ ſit anima
eius quę ſit pars eius,& ſit forma corporis,& nata vni-
ri formaliter corpori,vt pars ſpeciei, quod autem ha-
bet in ſe totalitatem ſpeciei impoſſibile eſt, vt ſit for-
ma, cum omnis forma compoſitionis ſit pars, & ta-
mẽ ſubſtantia ſpiritualis quæ habet in ſe complemẽ-
tũ ſuæ operationis habet complemẽtum naturę,quia
iſta ſe habẽt per ordinem, ſ.eſſe, aut natura,virtus, &
operatio. ergo vbi eſt operatio perfecta eſt virtus per-
fecta, & a fortiori ſi omnis operatio determinata eſt
alicuius ſpeciei diſtinctæ ab alijs ſpeciebus, ergo cum
ſubſtantia quę habet in ſe vnde poſſit perfecte intelli-
gere habeat in ſe perfectam virtutem,& operationẽ,
neceſſe eſt,q̃ habeat perfectam rationem ſpeciei, &
ſic non erit vnibilis corpori,vt forma,velut ſi claude-
retur Angelus aliquis, aut dæmõ intra corpus huma-
num formatum in vtero matris, non poſſet infor-
mare illud, vt ex ambobus redderetur individuũ alle-
cuius ſpeciei. ergo neceſſe eſt, quòd anima humana
ſit talis gradus ſpiritualitatis,vt ſit nata eſſe pars com-
poſiti, & habere perfectionem ſuam in compoſito,
& non per ſe. Sed non eſſet iſtud ſi haberet ſpecies
naturaliter concreatas per quas ſufficienter poſſet
intelligere,quia tunc nihil acciperet in corpore,neq;
per

per corpus: ergo repugnat quòd anima humana ha- A
beat ſpecies concreatas per quas intelligat, & ſic non
poteſt eſſe alius modus animæ humanæ, niſi vt ſit
tam imperfecta, quòd non habens naturaliter per
quid intelligat, indigeat accipere per ſenſus ſpecies
ſingularum rerum,& ſic cognoſcat ſingula.

Ex prædictis ergo apparet, quòd anima humana
nata, eſt accipere cognitionem per ſenſus, & ideo
vnitur corpori, & ſignum huius eſt, quia anima non
præcedit corpus in eſſendo, ſed in corpore formatur,
& tamen ſi poſſet per ſe exiſtẽs habere operationem
perfectam ante vnionem non crearetur in corpore,
ſed prius eſſet creata, & poſtea vniretur, ideo illa eſt
conditio ſua naturalis, cum tamen anima ſeparatur,
cum non accipiat a ſenſibus, neque maneant phan- B
taſmata accepta per ſenſum, oportet quòd intelligat
aliter, & hoc fit per influxum a ſubſtantijs ſuperiori-
bus a quibus ſpecies accipit,& per illas ſpecies incom
plete accipit cognitionem, cum illæ ſint vniuerſales,
& propter defectum luminis naturalis non poteſt ex
illis deducere ſe in cognitionem rerum ſingularum
determinate. Ex quo apparet, quòd perfectior co-
gnitio eſt,quam habet anima hic, quàm illa quam ha
bet poſt ſeparationem, quia iſta eſt diſtincta, & com-
pleta,& illa non,vt ſupra oſtenſum eſt.

Dicendum etiam, quòd animæ non habent æqua- C
lem cognitionem naturalem poſt ſeparationem, ſed
ſicut cuiuslibet earum fuerit maior virtus intellecti
ua,ita erit maior intellectio:animæ namque humanæ
licet ſint eiuſdem ſpeciei, ſunt inæqualis perfectionis
naturalis in viribus ſuis, ſecundum communicatio-
nem factam corpori: nam anima dicit quandam na-
turam formæ,cuius eſſe quantum ad quidditatem,li-
cet ſit in indiuiſibili, tamen quantum ad eſſe perfe-
ctionem non ſunt animæ æquales, ſed cum accipiat
anima eſſe in corpore per vnionem, & vnio fit ſecun-
dum capacitatem corporis, neceſſe eſt, quòd quanto
corpus animabile fuerit perfectius, tanto communi-
cetur ei perfectius natura animæ. Iſta autem inæqua-
litas perfectionis ſemper manet in anima,licet anima
ſeparetur, & ideo cum ſit maius lumen vnius animæ, D
quàm alterius, poterit perfectius intelligere, quia in-
fluxus eſt æqualis,& communis,& ab æquali cogniti-
uo magis cognoſcit id,quod perfectius eſt,ſicut cum
duo audiunt eundem magiſtrum docentem plura,&
facilius intelligit, qui maioris ingenij naturaliter eſt,
& ab eodem ſenſibili magis ſentit, qui viuaciorem
ſenſum habet.Superiores autem intelligentię influũt
ſpecies vniuerſales in animas ſeparatas, ideo per eun-
dem influxum illa anima, quæ eſt minoris virtutis in-
tellectiuæ naturaliter pauciora intelliget,& minus po
terit ſe deducere inde ad particularia: quæ autem fue-
rit maioris virtutis intellectiuæ, magis intelligit.Sicut
ergo hic capiendo ex ſenſibus, vel audiendo a magi- E
ſtris non ſunt homines æquales in intelligẽdo, ita ne-
que ibi poſt ſeparationem erunt æquales,ſed talis erit
differentia in intelligendo, qualis eſt differentia capa-
citatis naturalis. Et ita dicit Commentator 3.de Ani-
ma. qui ponit intellectum agentem eſſe ſubſtantiam
ſeparatam, quamuis in hoc errauit, quantum ad hoc
tamen verum dicit, quòd ex hoc quòd ponitur ſub-
ſtantia ſeparata, habet reſpectum ad alias ſubſtantias
ſeparatas ſuperiores ſpirituales, vt in eis intelligat,ſed
ſecundum illum reſpectum, quo comparatur ad cor-
pus tantum recipiendo ſpecies a phantaſmatibus non
coniungitur ſubſtantijs ſuperioribus, & ſic anima ſi
eſſet ſubſtantia ſeparata, comparabitur ad ſubſtantias
ſuperiores ſeparatas, vt ab eis recipiat influxum ſpe-
cierum per quas intelligat.

Reſponſio ad argumenta facta ſuperius in principio quæſt.570. vbi probatur quòd anima ſeparata non intelligit.
Quæſt. DLXXIX.

NVNC vero reſpondendum eſt ad argumẽ
ta in oppoſitum. Ad primum dicendum,
quòd intelligere,& conſiderare conſumi-
tur corrupto quodam interius, prout eſt
intelligere, & conſiderare abſtrahendo a phantaſma-
tibus, quia hoc eſt ſolum pro ſtatu viæ, & ſtatus iſte
definit eſſe,ideo & conſiderare,& intelligere per mo
dum iſtum definit eſſe, & hoc fit corruptis organis
phantaſticis,quæ ſunt interiora. Etiam nondum pe-
nitus corruptis, ſed aliquo modo læſis organis præ-
dictis fit deſitio operationis intellectiuæ,& tamen in-
tellectio animæ ſeparatæ fit ſine abſtractione a phan-
taſmatibus,ſolum per influxum ſuperiorum ſubſtan-
tiarum, ergo poterit manere illa in perpetuum, corru-
pto corpore,cum illa fiat a ſolo ſpiritu in ſpiritum.

Ad ſecundum dicendum, quòd actiones commu-
nes corpori, & animæ, non manent ſoluta anima a
corpore, ſicut ſunt actus organici, vt videre, & audi-
re:actiones autem quæ ſunt ſolius animæ, ideſt,intel-
lectus, & voluntatis, & non per organa, neceſſe eſt,
quòd maneant ſoluta anima a corpore. De intelligere
dicendum,quòd non eſt actus animæ, qui exerceа-
tur per corpus,ideſt,per organum aliquod,ſicut vide-
re ita exercetur per oculum, quod per nullam aliam
partem corporis, & non poteſt exerceri perdito, vel
læſo oculo: intellectus autem non determinatur ſic
ad aliquod organum corporale, quia tunc eſſet po-
tentia materialis, ſicut ſenſus, quod falſum eſt, quia
differunt realiter ſenſus, & intellectus, vt patet ter-
tio de Anima: Etiam ſi intellectus haberet operatio-
nem ſuam per organum, ſicut viſus ſolum eſſet in-
tellectus vnius generis rei, ſicut viſus, vel auditus,
quia viſus eſt de ſolo colore, vel qualitate viſibili, &
auditus de ſola voce: intellectus tamen non eſt vnius
generis rei, ſed eſt ad omne ens, ideo non fit intel-
lectio per organum, ſicut ſenſatio. Dicendum,quòd
licet intelligere non exerceatur per organum,requi-
rit tamen actum organi præcedentem, quia licet in-
tellectio non fiat per oculum, neque per aurem, præ-
exigit tamen phantaſmata ſuſceptarum ſpecierum,
per oculum,& aurem,& ita de alijs ſenſibus,& quan-
tum ad hoc poteſt large intelligere vocari operatio
communis corporis, & animæ, quia actus eſt animæ
ſolius,ideſt,intellectus, & quod præſupponitur, ideſt,
receptio ſpecierum ad intelligere eſt commune cor-
poris,& animę. Et dicẽdũ,q̃ licet in hoc minus com-
municet intellectus cũ corpore,q̃ ſenſus,ſi qa aliquo
modo cõicat pro ea parte pro qua cõicat,ſicut nõ põt
manere actus organi corrupto organo,& anima ſepa
rata a corpore,ita neq; poterit manere actus intelligẽ
di ſm q̃ fit abſtrahendo a phantaſmatibus acceptis q̃
ſenſum,ſed ſtatim vt ſeparatur anima, perit iſte actus
intelligendi. Alius eſt actus intelligendi ſm q̃ anima
recipit a ſuperioribus ſubſtantijs ſpecies, & in hoc nõ
cõicat corpus cũ anima,ſed ſola anima recipit ſpecies,
& non per organa,immo actus organorum in anima
coniuncta impedit iſtam receptionem, ideo poterit
manere in anima ſeparata talis actus intelligendi, im-
mo ſemper manebit quandiu anima fuerit niſi acci-
piat ſuperiorem modum intelligendi.

Ad tertium dicendum, q̃ intellectus paſſiuus, vt
Ariſtoteles loquitur, & intellectus poſſibilis non eſt
idem, quia intellectus poſſibilis eſt quædã vis imma-
terialis,quæ abſolute dr intellectus, & ſecundum hũc
eſt hõ ſubſtãtia intelligẽs,& aliquo modo ſpũalis,in-
tellectus paſſiuus nõ eſt intellectus ſimpl, ſed quędã

vis materialis, i. potentia organica interior, quæ vocatur vis cogitatiua, & habet organum determinatú in corpore, ſ. mediam cellulam capitis, vt tangit Commentator 3. de Anima. & iſta multum accedit ad conuenientiam cum intellectu pluſquàm aliæ vires organicæ, & ſine illa non fit intellectio, & verum eſt quòd iſta vis corrumpitur cum corpore, quia perit organū eius, & ipſa ſolum habet eſſe in organo, vnde actus intelligendi, qui fit præſuppoſita illa videtur, ſcilicet, per abſtractionem a phantaſmatibus perit pereunte corpore, ſed eſt alia intellectio ſine intellectu paſſiuo, ſcilicet, in ſola receptione animæ ſeparatæ a ſubſtantijs ſuperioribus, & iſte actus non ceſſabit ablato intellectu paſſiuo, ſed tunc efficacior erit. Ad quartum dicendum, quòd non eſt omnino talis habitudo animæ, ideſt, intellectus ad phantaſmata, qualis eſt viſus ad colores: nam habitudo viſus ad colores eſt neceſſaria, cum impoſſibile ſit ſine colore, ideſt, ſine qualitate viſibili aliquid videri, & tamen ſine phantaſmate poteſt aliquid intelligi in anima ſeparata. Ariſtot. autem locutus eſt de anima coniuncta, quia hūc ſolum ſtatum ipſe tetigit, ſtatum autem animę ſeparatæ non expoſuit, immo non dixit aperte, an manerent animæ poſt ſeparationem a corpore, de coniuncta autem verum eſt, quòd ſine phantaſmatibus non fit intellectio in ea, & tamen in anima ſeparata non fiet intellectio, ſecundum phantaſmata, quia neque phantaſmata habebit, neque illis indigebit, ſed ſecundum ſpecies receptas ab intelligentijs ſuperioribus intelliget: ergo non accipitur ab Ariſtotele intellectus ſimpliciter, ſed coniunctus & vt coniunctus: nam intellectus Angelicus, qui nunquàm eſt coniunctus, nunquàm indigebit, neque vtetur phantaſmatibus, intellectus autem animæ ſeparatæ, quando fuerit ſeparata non vtetur phantaſmatibus, licet nunc vtatur illis, quando anima eſt coniuncta. Ad quintum dicunt aliqui, quòd anima non habet ſimpliciter perfectius eſſe in corpore, quantum ſeparata eſt, ſed anima vt eſt forma dicunt, quòd habet eſſe perfectius in corpore, quàm ſeparata, quia cum eſt in corpore eſt forma, cum autem eſt ſeparata non eſt forma, & tamen anima vt eſt intellectus, dicunt quòd perfectius eſſe habet extra corpus, quàm in corpore, cum corpus impediat operationem animæ, & cum ſeparata eſt, non impeditur, ſic patet Sapient. 9. cap. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. q. d. non poteſt eſſe multa cogitatio animæ in corpore, quod eam aggrauat, & deprimit. & dicunt hoc verum eſſe, niſi anima ſit in corpore, quod ei totaliter ſit ſubditum, quia ibi non impedietur anima in operatione ſua per corpus. Aliter poteſt dici, & melius, quòd non eſt verum, quòd anima ſit perfectior ſeparata, quàm coniuncta, & ideo concedendum eſt, quod dicitur, quòd ſit anima perfectior coniuncta, quàm ſeparata, quia perfectio rei eſt in operatione ſua. Eſt autem operatio animæ intelligere, ideo ille ſtatus facit animam ſimpliciter perfectiorem, ſecundum quem ipſa perfectius intelligit, ſed cum eſt coniuncta intelligit plene, quia intelligit res ſingulas, cum autem eſt ſeparata intelligit imperfecte, quia intelligit per ſolas ſpecies vniuerſales, per quas non poteſt deducere ſeipſam in particularia determinate, vt ſupra oſtēſum eſt, ideo ſicut cognitio determinata, eſt perfectior, quàm vniuerſalis, & confuſa, ita cognitio animæ coniunctæ eſt perfectior, quàm ſeparatæ, & ipſa anima ſeparata eſt imperfectior, quàm coniuncta. & hoc eſt verum, quantum ad cognitionem, quæ eſt per receptionem a ſubſtantijs ſuperioribus, ſecus ſi accipiatur quantum ad cognitionem ex gratia, quia illa eſt animarum beatarum, & eſt excellentior, quàm cognitio animæ coniunctæ, ſed neque in hoc eſt exceptio, quia ſi fuerit beatitudo animæ coniunctæ, ſicut & ſeparatæ non erit minor cognitio animæ coniunctæ, quàm ſeparatæ, ideo ſimpliciter etiam quantum ad intelligere eſt perfectior ſtatus animæ coniunctæ, quàm ſeparatæ. Ad id quod dicebatur eſt reſpondendum, ſcilicet, quòd licet anima impediatur in intelligere non eſt imperfectior coniuncta, quam ſeparata. Eſt enim duplex impedimentum, ſcilicet, quantum ad perfectionem operationis, & quātum ad continuationem eius, anima per hoc ꝙ eſt ſeparata, eſt liberior ad continuationem intellectionis, ſed nō perfectionis actus, & econtrario: nam anima vt eſt ſeparata non habet aliquod impediens continuationem actus intelligendi, ſed ſemper intelligit, & indeſinenter, quia ſi ſemel intelligit ſemper intelligit, cum non ſit ei aliquid cōiunctum, vel accidens, quod interrumpat actus continuationē, cū aūt eſt anima coniuncta, impeditur quātum ad cōtinuationē actus ex cōditione corporis propter indiſpoſitionē organorū: nā ad intelligere nunc non ſolū requiritur accepiſſe ſpecies per ſenſus, ſed ēt fieri conuerſionē actualem ad phantaſmata, & organis impeditis non fit talis conuerſio, aut non conuenienter, & hoc ex multis cauſis accidit, & hoc eſt quod dicit, corpus quod corrūpitur aggrauat animā, & deprimit ſenſum multa cogitantem, i. facit ceſſare a magna cogitatione interrumpendo illā, ſed non impeditur quātum ad perfectionem intellectionis, ſed potius econtrario, ꝙ perfectius intelligit anima coniuncta exiſtēs quàm ſeparata, vt dictum eſt. Sed comparando iſta duo, ſ. perfectionem, & continuationē, inuenitur ſimpliciter excellentior operatio, quæ eſt perfecta propter determinationem intellectionis, vt tollitur confuſio, quàm illa, quæ eſt continuata, cum non ſit determinata, ſed confuſa: nam vt dicitur 1. Ethicorum: Non eſt melius, quod eſt diuturnius, aut perpetuum, eo ꝙ eſt vnius diei, & ideo ſimpliciter eſt perfectior anima, vt eſt coniuncta, etiam quantum ad intelligere, quàm vt eſt ſeparata. Ad ſextum dicendum, quòd anima cum creatur, vel infunditur, eſt vt tabula rala, quia non ſunt ei aliquæ ſpecies inditæ, vel concreatæ, ſed debet eas accipere ex ſenſu, & quia nondum habuit ſenſus non poteſt habere ſpecies, & conſequēter nullam intellectionem, ſed poſita accipit per ſenſus ſpecies, & inde habet cognitionem.

Cum autem dicitur de animabus puerorum defunctorum in vteris maternis, dicendum quòd non habuerunt hic aliquas ſpecies, vel phantaſmata ex quibus intelligerent, ſed cum ſeparantur habent modum intelligendi naturalem ex influxu ſubſtātiarum ſuperiorum, a quibus habent ſpecies, & per illas eſt intelligere illarum, quod eſt permanens, & continuū, licet ſit imperfectum, inquantum eſt vniuerſale, ideſt, per ſpecies vniuerſales, & non poſſunt ſe ex illis deducere in cognitionem rerum particularium, & determinate, & ita nulla anima ſeparata erit, quæ non habeat intelligere, quia nulli poteſt deeſſe ille modus intelligendi, per influxum ſubſtantiarum ſuperiorum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ad hoc anima vnitur corpori, vt ibi perficiatur ſcientia, & virtute, & tamen non ſequitur, quòd etiam ſi nunquàm corpori vniretur non intelligeret: nam acciperet ab intelligentijs ſuperioribus, & ſic intelligeret, & poſt quàm ſeparatur, etiam intelligit per eundem influxum. Eſt autē verum, quòd perfectius intelliget cęteris paribus alia, quæ hic fuit perfecta ſcientijs in corpore, quàm illa, quæ nullam ſcientiam, aut cognitionem habuit, & iſti vtraque intelliget, quia neutri earū deerit influxus ille ſpecierum, per quas omnes animæ ſeparatæ intelligere poterunt. Ad octauum dicendum, ꝙ anima ſeparata intelliget, & ſuum intelligere erit eiuſdem rationis cum intelligere quod nunc habet, & per eaſdem potentias intelligit, ſcilicet, per intellectum eundem numero qui manet in anima coniuncta, & ſeparata, & verum eſt, ꝙ ſi variatur obiectum, variabitur potentia, & operatio. Cum vero dicitur, ꝙ eſt aliud, & aliud obiectum, dicendum ꝙ etiam idem obiectum manet intellectus animæ ſeparatæ, & coniunctæ, & quando dicitur de phantaſmatibus dicendum, ꝙ phantaſmata non ſunt abſolute obiecta intellectus, ſed ſolū vt ſunt illuſtrata per lumen intellectus agentis, ideſt, ſunt facta actu intelligibilia, & tunc non differunt ſecundum rationem a quibuſcunque ſpeciebus intellectus, ſiue influantur ab intelligentijs, & ſint vniuerſales, ſiue ſint particulares, ideſt, pro ſingulis rebus ſingulæ ſpecies, eadem enim ratio formalis eſt omnium iſtarum ſpecierū, licet non ſit idem modus, ideſt, vniuerſalitatis, & determinationis, & tamen potentiæ differunt penes formalem differentiam obiectorum: ergo non differret potentia intellectiua in anima ſeparata, & coniuncta, cùm ſit eadem ratio formalis obiecti. Ad nonum dicendum, ꝙ non eſt de ratione animæ intellectiuæ, vt reſpiciat phantaſmata, ſed conuenit ei ex conditione coniunctionis, cum anima coniuncta non poſſit intelligere, niſi per ſpecies acceptas a ſenſibus, & ibi ſunt phantaſmata, & tunc intellectus agens eſt, vt illuſtret phantaſmata, faciendo ea actu intelligibilia, & intellectus poſſibilis eſt, vt recipiat phātaſmata facta intelligibilia in actu, in anima ſeparata manent intellectus agens, & poſſibilis, & habent operationes præcedentibus conformes, non quidem reſpectu phantaſmatum, quia nulla manent in anima ſeparata, ſed reſpectu ſpecierum influxarum a ſuperioribus ſubſtantijs, quia intellectus agens circa illas operatur, vt faciat eas intelligibiles actu, intellectus autem poſſibilis operatur, vt eas recipiat: nam ſicut phantaſmata non conueniunt intellectui potentiali, niſi per intellectum agentem illuſtrarentur, quia aliàs habent conditionem materiæ, ita & ſpecies influxæ a ſubſtantijs ſuperioribus non conueniunt propter ſuā vniuerſalitatem intellectui potentiali, vt poſſit per eas intelligere, niſi per lumen intellectus agentis aliqualiter determinarentur, & traherentur ad particularia, & ita intelliguntur, & ſic quanto maius fuerit lumen intellectus agentis, magis determinantur ſpecies illæ ad particularia, & perfectius intelligit anima, vt ſupra dictum eſt, & ideo intellectus agens, & poſſibilis etiam in anima ſeparata faciunt ad intellectionem. Ad decimum dicendum, quòd vnius rei vnica eſt operatio, & ideo cum anima ſeparata, & coniuncta ſit eadem anima habet eandem operationem, & quia intelligere eſt operatio ſua, manet eadem intellectio in ſeparata, & coniuncta. Et cum dicitur quòd intelligere per phantaſmata eſt vna operatio, & intelligere ſine phantaſmate, eſt alia operatio negandum eſt, quia operatio animæ intellectiuæ eſt intelligibilia actu intelligere, & non differt quomodo illa ſint facta intelligibilia actu, ideſt, an per ſe ſint actu intelligibilia, vel per operationem præcedentem fiant intelligibilia actu, & an iſta intelligibilia ſint accepta a phantaſmatibus, vel a Deo, an ab intelligentijs influxa, vel quomodolibet accepta, cum enim obiectum intellectus ſit intelligibile actu, & intelligere ſit operatio circa illud obiectum erit operatio vna, ſed tam anima coniuncta, quam ſeparata intelligit intelligibilia actu, ergo vtriuſque eſt operatio eadem. Ad vndecimum concedendum eſt, quòd anima ſeparata non intelligit per eſſentiam ſuā, quia Dei ſolius eſt, neque etiam intelligit per eſſentiam rerum intellectarum, neque etiam per ſpecies concreatas, vt Plato volebat, quia nullæ tales ſunt, etiam non per ſpecies acquiſitas, quia illæ non manent. Cū vero obijcitur contra ſpecies Platonis, concedendum eſt, quòd ſi naturaliter eſſent inditæ, vel concreatæ, non impediretur anima intelligere per eas per vnionem ad corpus, & ideo dicendum quòd nullæ tales ſunt, quales poſuit Plato, ſed eſt anima nuda, ſicut tabula raſa quouſque repleatur ſpeciebus acceptis a ſenſu, ſicut Ariſtot. vult. Ad duodecimum eſt concedendum, quòd per vnionem ad corpus, quæ eſt naturalis impeditur vſus ſpecierum concreatarum, ſi aliquæ tales eſſent, ſed non ſunt. Eſt tamen verum, quòd anima capax eſt ſpecierum influxarum a ſubſtantijs ſuperioribus, quæ naturaliter influunt in animam, ſed impeditur receptio iſta ſpecierum per vnionem animæ ad corpus, & maxime per vſum ſenſuū: nam aliquando dormientes, quia non operantur per ſenſus, recipiunt influxus a ſubſtantijs ſuperioribus, & ideo in dormientibus fiunt quædam ſomnia, quæ naturaliter pertinent ad diuinationem, eo quòd tunc recipiunt ſpecies a ſuperioribus intelligentijs, a quibus non recipiunt dum vigilant, quia tunc recipiunt per ſenſum, & per prędictas ſpecies influxas recipiunt intellectiones quarundam rerum occultarum, quas aliàs non poterant intelligere: etiam in alienatis a mē te fit eadem receptio a ſuperioribus ſubſtantijs, quia tunc non recipiunt a ſenſibus, vel non immutatur anima ſecundum illam receptionem, & ideo eſt liberum recipere tunc ſpecies, quæ ſemper influuntur a ſuperioribus, ſed pro tanto impeditur anima coniuncta regulariter recipere a ſuperioribus ſubſtantijs, quia naturale eſt magis animæ vnitam eſſe, & recipere a ſenſu, quàm ſeparatam eſſe, & recipere ab intelligentijs, & ideo non eſt mirum impedimentum, quod eſt munus naturale per id, quod eſt naturale, maxime quia recipere a ſubſtantijs ſeparatis non eſt ſimpliciter naturale animæ, ſed naturale inquantum eſt ſeparata, vel quandiu fuerit ſeparata. Ad tertium decimum dicendum, quòd animæ ſeparatæ eſt naturale intelligere per ſpecies acceptas a ſubſtantijs ſuperioribus. De ſpeciebus autem acceptis dum eſſet coniuncta, dicendum, ꝙ aut vocantur ſpecies, i. phantaſmata, aut ſpecies, i. intelligibiles. Si primo modo nullæ tales manēt in anima ſeparata, quia neque ſunt ibi organa in quibus ſint phantaſmata. Si ſecundo modo poſſunt manere ſpecies aliquæ, & per illas poteſt intelligere anima ſeparata, & tamen non ſolum intelligit per illas, ſed etiam per ſpecies influxas ab intelligentijs. Cum autem dicitur de paruulis, qui nullas acceperunt ſpecies in corpore, dicendum quòd eſſet inconueniens ſi anima ſeparata non poſſet intelligere, niſi per ſpecies acceptas in corpore, ſed falſum eſt, quia potius intelligit per ſpecies influxas ab intelligentijs, & per illas poteſt intelligere anima, quæ nullas ſpecies accepit in corpore, talem intellectionem habent animæ paruulorum defunctorum in vteris maternis. Ad decimumquartum dicendum, ꝙ non ſequitur, ꝙ anima ſeparata nō intelligat per ſpecies quas accepit in corpore, ſed ſequitur ꝙ non intelligat ſolum per ſpecies, quas accepit in corpore. Eſt enim verum, ꝙ animę ſeparatę intelligunt aliquid de pęnis, & pręmijs poſt ſeparationem, quia experiūtur pęnas, aut gaudia, & aliqua quæ non cognouerunt in corporibus, & tamen dicendum, quòd animæ ſeparatæ non cognoſcunt ſolum per ſpecies, quas habuerunt in corporibus, ſed etiam per ſpecies influxas a ſuperioribus intelligentijs, & ita poſſunt intelligere aliqua quæ intellexerunt hic, & aliqua quæ non cognouerunt hic.

Ad decimumquintum dicẽdum, quòd intellectus possibilis intelligit per speciem intelligibilem existentem in eo actu intelligibilẽ, sunt aũt species intelligibiles tripliciter in intellectu possibili. Primo modo in potentia solum, & tunc homo est intelligẽs solum in potentia, & indiget aliquo reducente in actu, siue per doctrinam, siue per studium, aut lumen intellectus agentis ad hoc, ꝙ actu intelligat. Quandoque autem est species intelligibilis in actu perfecto, & iste est secundus modus, & tunc intelligit homo in actu. Tertio modo sunt species modo medio in intellectu, id est, inter potentiam, & actum, & hoc modo sunt in habitu, & tunc homo est taliter, quòd licet nõ intelligat actu, potest intelligere actu quandocunque voluerit, & isto modo manent species acquisitæ in intellectu possibili, quando non intelligit in actu. Verum est ergo, quòd species intelligibiles nõ manent in actu perfecto, nisi quandiu durat actus intelligendi, & cessante actu intelligendi non manent species intelligibiles actu perfecto, manent tamen intelligibiles in habitu, & ideo quandocunque voluerit, habens illas species habitu intelligere, per illas intelliget. Ad decimumsextum dicendum, quòd anima coniũcta intelligit per species intelligibiles conuertendo se ad phantasmata, cum autem fuerit separata, intelligit per species intelligibiles non conuertendo se ad phantasmata. Et hoc patet, quia anima separata intelligit per species, quas accepit in corpore, & per species influxas ab intelligẽtijs post separationem. Si autem accipiatur de speciebus influxis, patet quòd nõ debeat intelligere anima per illas conuertendo se ad phantasmata, eo quòd illæ species non fuerunt abstractæ a phantasmatibus, ideo ad intelligendum actualiter per illas non oportet respicere phantasmata. Si accipiatur de speciebus quas anima acquisiuit in corpore, non oportet quòd anima ad intelligendum per illas conuertat se ad phantasmata, quia conuersio illa non est de necessitate intellectionis, sed est de conditione status, scilicet, quia de conditione animæ coniũctæ est alligatam esse sensibus, & ideo ad phãtasmata respicere, separata autem non est coniuncta sensui, ideo neque phantasmata respicit, & satis est ad esse operationem vnam, quòd sit obiectum idem, est autem obiectũ intellectus ipsum intelligibile actu, sed ad esse intelligibile actu non differt, an sit acceptum intelligibile a phãtasmatibus, vel vnde, ideo neque erit necessaria conuersio ad phantasmata, quia idem obiectum formale est vtrobique, sed manente obiecto formali, manere potest operatio eadem, ideo manet etiam si non fiat conuersio ad phantasmata. Ad decimumseptimum dicendum, ꝙ vnumquodque receptiuum habet proprium agens, & ideo anima cum naturaliter debeat esse coniuncta, quia est pars speciei, & vt separata non est pars, est ei naturale non separatam esse, sed dum coniuncta est naturale est ei recipere a sensu, ideo simpliciter agens naturale in animam est phantasma, accidit autem animam separari, quod non fit naturaliter, idest, ex inclinatione, sed violenter, & ideo tunc competit ei alius modus recipiendi, & aliud agens, scilicet, species influxæ ab intelligentijs, & non est mirum, quòd sint duo agentia circa intellectum, quia secundum duos status est anima velut duo receptiua. Aliter potest dici, quòd est vnum agens, & vnum receptiuum: nam immediatum agens in intellectum, est intelligibile in actu, & illud non differt vnde acceptum sit, idest, an a sensu, vel ab intelligentijs, & ideo anima siue accipiat a phantasmate, siue nõ, est vnum receptiuum, & phantasma, & species accepta ab intelligentijs, est vnum agens in intellectum. Ad decimumoctauum dicendum, quòd ad actionem intelligendi non concurrũt agentia superiora, & inferiora, quasi simul ipsa moueant, neque etiam est necesse inferiora agentia, id est, phantasmata agere ad intellectionem, sed hoc accidit ex conditione status: nam anima, vt est coniuncta non potest accipere nisi ex phantasmatibus, vt vero est separata accipit species ab intelligentijs. Si autem esset substantiale ad intelligere accipere ex phantasmatibus, non posset anima intelligere, siue coniuncta, siue separata esset, nisi per phantasmata, & tamen accipere ex phantasmatibus conuenit solum ex statu, ideo anima separata intelligit sine phantasmate. Ad decimumnonum dicendum, quòd inter substantias separatas, & animam humanam non est proportio adequationis: est tamen aliqua proportio, idest, aliqua habitudo est, sub qua possit intelligentia mouere intellectum humanum, & intellectus moueri ab intelligentia, & hoc sufficit ad aliqualem actionem. Aliter potest dici, quòd inter intelligentias, & animam separatam non est proportio, & tamen ex hoc non sequitur, quòd nulla actio fit in animam ab intelligentijs, sed sequitur quòd non sit perfecta, & ita est, quia cognitio quam anima habet per species influxas ab intelligentijs est imperfecta, cum sit indeterminata: cognitio autem quæ est ex sensu, est determinata, quia est per particularium, & singularum rerum species, vt dictum est.

An anima separata intelligat per species, quas accepit in corpore abstrahens a phantasmatibus.
Quæst. DLXXX.

QVAERITVR, an anima separata per species quas accepit in corpore, abstrahens a phantasmatibus intelligat, postquàm fuerit separata. Aliqui dicunt, quòd non, quia species abstractæ a phantasmatibus sunt eiusdem rationis in anima coniuncta, & separata, cum maneant eædem numero, & tamen nunc per species intelligibiles non potest intelligere aliquis sine actuali conuersione ad phantasmata, & patet, quia læso organo phantastico impeditur anima a consideratione eorũ, quæ prius sciuit, & accepit a sensu, sed in anima separata nulla phantasmata manent, neque de nouo fieri possunt, ergo non poterit anima per species conseruatas in ea intelligere. Secundo, quia ex similibus actibus similes habitus relinquuntur, sed nunc acquirimus habitus intelligendi ex actibus intelligendi, quibus anima abstrahit a phantasmatibus: ergo habitus scientiæ acquisitæ non inclinat, nisi in similes actus. cum ergo tales actus intelligendi non possint esse in anima separata, scilicet, accipiendo a phantasmatibus, non poterit anima per scientiam hic acquisitam, vel per species a sensibus acceptas intelligere.

Tertio, quia natura non facit aliquid superfluũ, & non facit natura aliquid per duo, si potest illud facere per vnum, sed anima separata potest intelligere per species acceptas a superioribus substantijs, ergo non intelliget per aliquas species a sensu acceptas.

Quarto, quia impossibile est duas formas eiusdem speciei esse in eodem subiecto, sed anima separata recipiet aliquas formas intelligibiles ex influentia substantiarum superiorum, ergo non possunt remanere in ipsa formæ intelligibiles earundem rerum acceptæ a sensibus.

Quinto, quia intellectus noster ex eo actu intelligit, quia forma intelligibilis in eo actu existit, ergo postquàm desistit actu intelligere, forma intelligibilis non manet actu in eo, & ideo cum anima separata per hoc, quòd separata fuit ab homine per mortem

mortem desijt esse actu intelligens, quia non potest continuari idem actus sine interruptione in viuente, & mortuo, ergo per hoc quod desijt anima intelligere actu ante ipsam separationem vel in ipsa desierunt species esse eędem numero quæ prius erant, ideo iam nunquã erunt illæ in anima neque per illas intelliget.

Sexto quia considerare illud cuius scientiam quis prius habuit videtur pertinere ad memoriam, vel reminiscentiam, sed destructo corpore anima non reminiscitur vt dicitur 1. & 3. de Anima, ergo non poterit intelligere anima separata per species quas hic accepit, quia illud esse reminisci, quod non conuenit animæ separatæ.

Alij dicunt ꝙ species intelligibiles acceptæ a sensibus manent in anima separata, quia dicit philosophus ꝙ anima est locus specierum, & loquitur de anima intellectiua, sed locus conseruat locatum, ergo species acceptæ a sensibus conseruantur in anima intellectiua, & sic potest per eas intelligere quando fuerit separata a corpore, cum retineat illas apud se.

Secundo quia finis manet etiam remotis eis quę ad finem sunt, sed sensus ordinantur ad cognitionem animæ intellectiuæ sicut ad finem, inquantum a sensibus anima cognitionem accipit, ergo cognitio quam anima accepit a sensibus manet in ea etiam destructis sensibus, & ita manebunt species in anima separata.

Tertio, quia id, quod in aliquo recipitur ad modũ recipientis recipitur, & non ad modum rei receptæ, sed anima intellectiua est incorruptibilis, & perpetua ergo, quod recipitur in ea recipitur, vt perpetuo conseruabile in ipsa. Cum ergo receperit species intelligibiles dum esset in corpore, necesse erat, quòd maneant in ipsa post separationem, sed frustra esset manere nisi per eas intelligeret anima, ergo anima separata intelligit per species quas accepit dum esset in corpore.

Dicendum quod circa species intelligibiles an maneant in anima separata est vna opinio, quæ oritur ex opinione Auicennæ. ſ. ꝙ intellectus possibilis non reseruat sibi aliquas formas postquam desinit actu intelligere. Et dicunt etiam esse quia formæ intelligibiles non possunt esse in actu in intellectu possibili, nisi vt in vi apprehendente, non autem vt in vi conseruante per quem modum aliquid, est in potentijs sensitiuæ partis, qui dicuntur thesauri sicut memoria & imaginatio, sed dicunt ꝙ intellectus possibilis cum conuertit se ad intelligentiam agentem, quam ponunt separatam, accipit species intelligibiles ex influentia eius cuius est formas a phantasmatibus abstrahere, & ponere eas in intellectu possibili.

Et cum desinit intellectus possibilis conuertere se ad intellectum agentem, formæ illæ desinunt esse in illo, sicut forma visibilis desinit esse in oculo cum oculus desinit se conuertere ad rem visam, & ideo dicunt quod oportet, ꝙ si intellectus possibilis iterum velit considerare, quod prius considerauit, conuertat se de nouo ad intellectum agentem, & de nouo species intelligibiles accipiat. Ista est opinio Auicennæ, & secundum hoc necesse est ꝙ in anima separata nulle species maneant quæ hic fuerunt acceptæ ex sensibus, quia non manent nisi inquantum repræsentantur in intellectu possibili, quãdiu durat illa conuersio eius actualis ad intellectum agentem, sed illa conuersio necesse est quod ante mortẽ, aut saltem per mortem interrumpatur, ergo desinent tunc omnes species esse in anima, & sic nullæ reseruabuntur per quas anima separata intelligere possit.

Etiam dicũt ꝙ in anima separata nullo modo manet scientia acquisita in corpore quantum ad actum, neque quantum ad habitum.

Sed dicendum ꝙ ista positio non stat, primo quia contrariatur sententiæ Arist. dicit enim ille ꝙ anima est locus specierum, locus autem dicit rem conseruatiuam, sed conseruatio non dicit solam actualem repræsentationem immo permanentiam, ideo in intellectu manent species velut in conseruatiuo naturali, & sic sunt etiam post actualem conuersionem & intellectionem, cum igitur possint manere sine actu intelligendi, poterunt manere etiam in anima separata.

Secundo quia ex quo species intelligibiles impressæ fuerint in intellectu, non videtur esse aliqua causa verisimilis eas aboleri, aut cessare esse ibi, nisi aliqua causa fuerit corrumpens, quia idem fit de forma impressa in materia, non enim aboletur per se sed ab aliquo corruptiuo, & tamen nobilius imprimuntur formæ intelligibiles in anima, quam formę materiales in materia. ergo non est verisimile quod ibi cessent esse nisi aliqua causa corruperit eas. multæ ergo manebunt, quia non accidet esse causas corrumpentes omnes species.

Tertio quia ista positio repugnat sententiæ Augu. dicit enim partem mentis esse memoriam, & sic in ea manent species intelligibiles in intellectu animæ separatæ.

Quarto non stat prædicta positio quantum ad id ꝙ dixit non manere habitum scientię in anima separata, nam dato quod non manerent species intelligibiles in anima, sicut Auicenna voluit, non tolleretur, quin manerent habitus, quia Auicenna vult quod licet species intelligibiles non maneant in anima separata, neque maneant in intellectu possibili coniuncto nisi cum se conuertit actualiter ad intellectum agentem & actu intelligit, vult tamen quod remaneat in eodem intellectu possibili quędam habilitatio ad facilius se conuertendum ad recipiendum species ab intellectu agente, ratione cuius dicit quod non oportet ꝙ semper aliquis ira laboret ad aliquid intelligendum sicut cum de nouo didicit vel inuenit, & habilitas hæc nihil aliud est quam habitus sciẽtiæ. ergo manet habitus pereuntibus speciebus, & sic etiam in anima separata manebit huiusmodi habitus ut paratior sit ad recipiendum influentiam & cognitionem superioris substantię illa anima, quę in hoc mundo fuit perfecta habitu scientiæ quam illa quæ nullum habitum habuit nec cognitionem.

Dicendum ergo aliter, quod species intelligibiles remanent actu in anima postquam intelligere desierit, & ex actu intelligendi prędcedente relinquitur maior habilitas ad recipiendum ab intellectu agente, & sic per minorem operationem eius efficitur magis in actu intellectus possibilis, quam prius per magnam, aut multas operationes, influxus eius in intellectum possibilem.

Et dicendum quod vtrũque manebit in anima separata, & vtroque vti poteri intelligẽdo, scilicet quod tam species mouebunt & proficient ad intelligere, & ipsa habilitas reddet animam promptiorem ad intelligendum, siue per species acceptas in corpore, siue per species influentes ab intelligentijs.

Sed alio modo se habet anima separata ad species intelligibiles in ea manentes quam cum est coniuncta, quia anima coniuncta corpori non potest aliquid considerare, neque per species acquisitas acceptas a sensibus, neq; p influxum factum a substantiis superioribus, sicut fit in reuelationibus, nisi per actualem conuersionem ad phantasmata, sicut dixit Aristoteles, oportet intelligentem phantasmata speculari. Et hoc fit propter perfectam coniunctionem animæ ad corpus, ita ut redeant unum specie, ideo non poterit anima intelligere aliquid nisi per id, quod a cor-

pore acceptũ est, quia alias esset anima separata simpliciter quantum ad illum actum a corpore quod est inconueniens, quia tunc cum homo sit ex anima & corpore, si aliqua operatio animæ esset, & non per applicationem, vel per conuersionem ad id quod corporis est, illa esset operatio nõ humana, & hoc absurdum est. s. ꝙ operatio excellentissima in corpore hominis non esset humana. i. intelligere. fit ergo cõuersio intellectus ad phantasmata ad quamcunque intellectionem, & tunc apparet ꝙ est intelligere operatio coniuncti & non animæ tantũ vt est separata, & ideo anima coniuncta respicit phantasmata velut obiecta, anima tamen separata retinet species & per eas intelligit, & tñ nõ est ibi conuersio aliqua ad phantasmata cũ phãtasmata non maneat, etiam quia conuersio ad phantasmata in anima coniuncta fit propter perfectam vnionem animæ ad corpus, & tamen separata anima non habet aliquam vnionem ad corpus, ideo neque est necesse conuerti ad phantasmata, etiam si illa manere possent in anima separata, & sic facile est ꝙ anima separata multa intelligat de his quæ coniuncta intellexit, cum maneant eędem species intelligibiles in ea pro vtroque statu.

Responsio ad primam rationem principalem in diuersum positam in q 580. Quæst. DLXXXI.

AD rationem primã in contrarium dicendum ꝙ anima separata intelliget per species intelligibiles manentes in ea per quas intelligebat dum esset coniuncta, & tamen non intelligit eodem modo, quia vt dictum est q. prec. cum est cõiuncta intelligit per species illas conuertendo se ad phantasmata, cũ autem est separata intelligit per easdem species nulla existente conuersione ad phantasmata. Et cum dr ꝙ species intelligibiles vtrobiq; sunt eiusdem rationis, quia ipsæ sunt earundem rerũ dum sunt in anima coniuncta & in anima separata, etiam sunt vtrobiq; intelligibiles. Sed potest dici quod per accidens sint alterius rationis. i. ratione coniunctionis vel separationis animę. nã alius status est animę coniunctę, & alius animę separatæ, & ideo species quę sunt animæ coniunctę, & animę separatæ per accidens sunt alterius rationis, & ideo in anima coniuncta, non fit intellectio per species nisi fiat conuersio ad phantasmata, in anima autem separata fit intellectio per species intelligibiles, sine conuersio vlla.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ per species acceptas ex phantasmatibus in anima coniuncta fiet intellectio in anima separata non respiciendo phantasmata, & non est necesse ꝙ quia acceptę fuerunt species a phãtasmatibus, nũquam fiat intellectio nisi conuertẽdo ad phantasmata, quia actus in naturalibus non specificantur a termino a quo, sed magis a termino ad quẽ, vnde idem motus specie est dealbatio, siue per dealbationem fiat aliquis de nigro albus aut de rubeo vel viridi albus, sic & intelligere nõ diuersificatur specie per hoc quod intelligit abstrahendo a phantasmatib. vel non abstrahendo, dum modo sit vnius rationis, quod intelligitur, & quo intelligitur, phantasma. n. in actu intelligendi est velut terminus a quo, & ideo nõ variat speciem actus intelligendi siue ex phantasmate sit principium intelligendi siue non, res autem intellecta & quo intelligitur, ideſt species intelligibilis facit ad speciem intellectionis, quia ista accipiuntur vt terminus actus vel vt obiectum, quia sicut res intellecta est obiectum intellectionis, ita & species intelligibilis est obiectum vt quo, quia est formale quo motus intellectus, & quia variato obiecto variatur species actus, necesse est quod variata specie quę est obiectum formale, varietur species actus intelligendi. Et ista est causa quare sensus & intellectus differant, & sensatio & intellectio differant specie, licet idem intelligamus & sentiamus. nam rem coloratam videmus & illam intelligimus, sed sentimus per speciem materialem, intelligimus autem per speciem intelligibilem, sed ita est in anima coniuncta & separata, quia obiectum intelligibile manet idem, ideo est eiusdem speciei intellectio in coniuncta & separata. nam species intelligibilis, est eiusdem rationis, immo eadem numero in coniuncta & separata, & phantasmata nihil faciunt differre, & ideo habitus scientiæ acquisitę ex actibus intellectus accipientis ex phantasmate inclinat in actum intelligendi, quo non respicitur phantasma, neque fit conuersio ad illud cum sit eiusdem rationis.

Dicendum igitur quod intelligere animæ coniunctę & animę separatę est eiusdem rationis quomodocunque aut ex quibuscunque anima intelligat.

Si enim intelligat per species reseruatas in ea quæ acceptę fuerunt in corpore erit idem actus intelligendi specie, quia species manent eędem numero, licet non sint phantasmata, in alia separata, & manet idem modus intellectus agentis & possibilis, quia nunc intellectus agens illustrat phantasmata quę erant in potentia intelligibilia, & reddit ea actu intelligibilia, & recipiuntur tunc in intellectu possibili, & cõuertens se intellectus ad ea intelligit actu, in anima vero separata quantum ad species manentes sufficit intellectus possibilis, quia species manent habitualiter. Et quandocunque se conuerterit intellectus possibilis ad eas poterit intelligere per eas, quia sunt factæ intelligibiles actu.

Est alia intellectio per species influxas a substantijs superioribus, & quantum ad hoc est operatio intellectus possibilis quia recipit illas species, & est operatio intellectus agentis per virtutem suam quantum ad determinationem specierum vniuersalium ad particularia cognoscenda, aut ad aliquid magis determinate cognoscendum, quam sit modus repræsentationis ex conditione specierum, vniuersalium influxarum.

Considerandum etiam circa hoc, quod cum omnis intellectio fiat per formam representantem quod habet illa duplicẽ statum, scilicet intelligibilis in potentia, & intelligibilis in actu, & hoc maxime apparet in phantasmate. nam alijs formis non competit, phantasma enim respectu intellectus est intelligibile, tamen in potentia solum, & tamẽ non dicitur solum intelligibile sed additur in potentia, quia possibile est phantasma ad intelligi, & tamen secundum illum statum quem habet nunquam potest intelligi, ideſt nũquam intelligetur. nã intelligere est actus intellectus possibilis & non agentis, & tamen etiam si phantasma obijciantur in ęternum intellectui potentiali nũquam ea intelliget, si non illustrentur lumine intellectus agentis, & tunc desinunt esse intelligibilia in potentia, & sunt intelligibilia in actu, licet non intelligantur in actu, s. quia intellectus possibilis quandocunque se conuertere voluerit ad illa intelliget per ea, & hoc est tam in ipsa prima illustratione phantasmatis, & causatione speciei intelligibilis, quam postea quando manent species intelligibiles habitualiter in intellectu possibili. nam diu manent, & non intelliguntur semper, sed quando se conuertit intellectus ad eas. dicitur autem species actu intellecta, quando ad ipsam quę est actu intelligibilis conuertitur actualiter intellectus possibilis. nam illa est intellectio actualis.

Alię

Aliæ autẽ formæ sunt intelligibiles in actu, & non in potentia. i. quando non exigitur aliqua præcedens operatio intellectus agentis ad illustrandum species: sed sine illa põt intellectus possibilis intelligere quandocunque se conuerterit ad illas species, sic est de speciebus concreatis, vel inditis substantiis separatis. nam omnes illæ habent aliquas species per quas intelligunt, quas acceperunt concreatas, & illę sunt intelligibiles actu, quia sunt de conditione illarum intelligentiarum, ideo statim vt se conuerterint ad illas intelligunt per eas, sic etiam de speciebus quas influunt substantiæ superiores animabus separatis, nã illæ sunt actu intelligibiles. nam licet lumen intellectus agentis adiuuet ad hoc ꝙ determinetur intellectus possibilis ad aliquid per illas vniuersales species, tamen illę secundum se intelligibiles sunt, quia quandocunque se conuerterit intellectus possibilis ad illas, intelliget aliquid per illas, licet parum & imperfecte, & tamen si intellectus possibilis conuertatur ad phantasmata nondum illustrata lumine intellectus agentis, impossibile est, quod aliquid per illa intelligat perfecte aut imperfecte.

Et ratio diuersitatis est quia phantasmata non sunt de conditione intellectus, habent enim conditionem materialitatis, intellectus autẽ est immaterialis, ideo quousque lumine intellectus agentis fuerint illustrata faciendo abstractionem, non recipietur in intellectu possibili species per quam possit intelligere, tunc autem per abstractionem causatur species quæ est de conditione intellectus, scilicet immaterialis, & illa est iam actu intelligibilis siue parum siue multum intellectus per eam intelligat.

Ad tertium dicendum verum esse, quia natura nõ facit aliquid frustra, & quod potest facere per vnum non facit per duo. de speciebus autem intelligibilibus manentib. in anima separata dicẽdum, ꝙ non sunt tu peruacuæ quia illę faciũt ad intellectionem omnium eorum a quorum sunt species, licet earundem rerum sint species receptæ a substantijs superioribus in animam separatam. Cum autem obijcitur quod sunt species aliæ per quas eadem intelligi possint, scilicet influxæ a superioribus.

Dicendum vno modo ꝙ licet intelligi possint, non tamen eodẽ modo, quia per species manentes in anima intelliguntur res determinate, per species autem influxas a superioribus intelliguntur res non determinate sed vniuersaliter, ideo nõ influunt, secus si per vtrasque indeterminate, vel per vtrasque determinatę res ipsæ intelligerentur.

Secundo potest dici, ꝙ licet species influxæ a substantijs superiorib. sufficerent ad omnia intelligenda sine speciebus manentibus, tamen manentes species multum adiuuant ad intellectionẽ, quia ex illis præexistentib. in intellectu efficitur intellectus possibilis paratior ad recipiẽdam cognitionem superioris substantiæ, sicut. n. se habet habitus in anima cõiuncta ad operationem sequẽtem, ita species in anima separata manentes ad cognitionem quæ fit per species influxas a superioribus substantijs. nam siquis de nouo recipiat intelligibiles species alicuius generalis rei imperfecte intelligit, licet sint species determinatę rei, cũ autem aliquandiu fuerit assuetus intelligere per tales species, acquiritur quædam habilitas ad promptius intelligẽdum ex eisdem speciebus, licet species sit æqualiter intelligibilis, & lumen intellectus sit æquale, sola. n. habilitas quam vocamus habitum facit differentiam istam perfectioris intellectionis, ita si anima separata nullas species vnquam habuerit, aut habitum intelligendi, & recipiat species a substantijs superioribus minus perfecte intelliget, quam si præcedant in ea habitus,

qui maneant, & species quæ fuerunt in anima dum erat coniuncta, & ideo etiam si intelligeret anima separata per species influxas, adhuc non essent superfluæ species manentes acquisitę in corpore, quia adiuuant ad intelligendum vt dictum est.

Responsio ad quartam rationem positam supra in q. 580. Quæst. DLXXXII.

AD quartum dicẽdum est verum esse ꝙ duę formæ eiusdem speciei non possunt simul inesse eidem subiecto. Et cũ dicitur de formis intelligibilib. influxis, & manentib. ex acquisitione, dicendum ꝙ non sunt totaliter eiusdem speciei. Differũt. n. inter se formę istę, primo quia formę manentes ex acquisitione sunt determinatarum rerum, quia acceptę sunt ex sensibus, & ideo quantũ ad istas non indiget intellectus aliqua illuminatione aut determinatione, sed mox, vt se conuerterit ad eas intelliget, quia sunt intelligibiles actu. secus de influxis speciebus, quia illę sunt vniuersales confuse representantes, & ideo vt se reducat ex illis ad particulare multo lumine indiget, & vbi est paruum lumen est confusa reductio, & ideo, quia non sunt vnius modi in representando videntur non esse totaliter vnius speciei. Secundo, quia sunt a diuersis agentibus, & per diuersas impressiones, quia primæ accipiuntur a sensu secundæ vero ex diuina influentia proueniunt, aut substantijs separatis influentibus, & ex diuersis imprimentibus non manent omnino impressiones vnius speciei. idem omnino apparet in habitibus virtutum quorum sunt quidam infusi, alij acquisiti, & manent simul, sicut damus in eodẽ virtutes gratuitas infusas, & eaſdẽ moraliter acquisitas, & quia non sunt penitus eiusdem speciei simul manent in eodem, sed non minus differunt species acquisitę. & influxę, quam prędictę virtutes, ideo stabunt in eodem subiecto.

Sed tunc dicetur quomodo se habent in intelligẽdo species istę? Dicendum, quòd quarundam rerum non habemus hic species, quia nullus sensus erat de illis, & in eis est intelligere per species influxas a superioribus substantijs, & nulla est ibi comparatio vtrarumque specierum, cum ibi deficiant species acceptę a sensibus, species autem influxę non possunt deesse, quia omnia significant, sed confuse, & vniuersaliter, cum autem vtręque speciś sunt pro re intelligibili, oportet vtrasque concurrere ad intelligendi actum, quia aliàs daremus aliquas earum superfluas, ita quòd si aliquando ad intelligendum lapidem non vteretur anima separata specie lapidis reseruata, & accepta ex sensu, sed sola specie influxa ex intelligentijs, eadem ratione in omnibus intellectionibus de lapide, & sic superflueret species de lapide. Et eodem modo de qualibet alia specię accepta ex sensibus dici posset, ita vt nulla maneret, vel omnes essent superuacuę.

Dicendum ergo, quòd in qualibet tali intellectione concurrunt vtræque species, vt non superfluat aliqua earum, sed non possunt concurrere eodem modo, sed sicut se habet in nobis intellectus agens, & possibilis, quia ad intelligendum est vterque necessarius, sed intellectus agens non intelligit, sed possibilis, facit tamẽ intellectus agens intelligere, vt lumen, & facit intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu illustrando illa, sic quantũ ad istas potẽtias, nam concurrit vna, vt representatiua, alia vero, vt lumen, s. ꝙ spẽs accepta ex sensu est, vt representatiua, spẽs autẽ ex influxu superioris agentis est vt formalis, cõpletiua respectu speciei acquisitæ, & ita non agunt ad intelligere per eundem modum.

Sed dicet aliquis, ꝙ potius species acquisita debeat

esse formalis, & completiua quam spēs influxa: quia influxa est vlis, & indeterminata, acquisita autē ē determinata, sed determinatio est forma, ideo formaliores videntur acquisitæ quam influxæ, etiam quia confusum minus notificat, sed notificare aut manifestare luminis est, ideo potius concurrent acquisitæ species vt lumen.

Dicendum, quòd influxæ species sunt vt formale completiuum, & lumen, quia inquantum sunt influxæ a superioribus substantijs, quæ habent vim illuminandi propter naturalem excessum ad inteilectū nostrum, sunt ipsę efficaciores quam nostræ species, quę sunt ex nostris sensibus acceptæ, & apparet, quia vt dicetur seq. q. per species manentes in anima separata non potest directe intelligere singularia, & per species influxas potest, ideo sunt illæ formaliores; & habentes potius rationem lucis. Cum aūt dicitur de determinatione quæ est per species acceptas, & non per influxas. Dicendum, ꝙ non facit hoc eas esse formaliores; nam species influxæ sunt determinatiuæ p modum agentis, licet in seipsis non sint determinatę ad certum genus rei repręsentabiles cum sint multū vniuersales: species autē acceptæ a sensu ecōtrario se habent, quia sunt determinatæ eo mō quo aliquid determinatur per conditionem naturæ suæ sicut indiuiduum, non est tamen determinatiuum per modum virtutis actiuæ: sic apparet de specie, & intellectu agēte. nam intellectus agens non est determinatus ad aliquid vnum ex cōditione sua, sicut phantasma vel species determinatur ad vnū genus rei, & non ad alterū, sed intellectus agens per modū luminis complet quālibet speciem faciendo phātasma intelligibile, sic, & species influxæ sunt efficaces, quia sunt ab intelligentijs, & sunt illæ species causæ rerum: naturę autē species sunt causatæ a rebus. ideo illæ respectu nostrarū sunt vt formaliores completiuę, licet illæ non sint ex se determinatę, nostræ autem determinatæ sunt.

Ad quintum dicendum, ꝙ species acceptæ ex sensibus per illustrationem intellectus agentis peruenientes ad intellectum potentialē manent in eo postquā desijt actu intelligere, quia triplex est status speciei. s. intelligibilis in potentia, vt quando non est phantasma illustratum, & intelligibilis in actu vt quando est illustratū; & quando iam est species intelligibilis causata in intellectu; & potest statim intellectus possibilis conuertens se intelligere si voluerit. in actu intellecta est, quando actualiter se conuertit intellectus possibilis ad prædictam speciem, & actu intellexit. Et aliqui voluerunt non manere speciem post actum intelligendi, sed falsum est vt dictum est supra; nam seruatur species in intellectu, cum nihil est, quod eam corrumpat, & faciat desinere esse: manet autem tunc species in intellectu per modū habitus; & est medius modus inter puram potentiam, & actum perfectum, nam quando phantasma non est illustratum, est intelligibile in potentia solum, & non intelligitur in actu, neque intelligi potest nisi per intellectum agentem illustretur, & sic efficiatur species intelligibilis in actu; & post hoc actu intelligitur. Cum enim actualiter intelligitur per actualem conuersionem intellectus possibilis ad speciē est species in actu perfecto, cum autem erat vt phantasma non illustratum, erat pura potentia: cum vero intellectione completa manet species intelligibilis actu in intellectu possibili, ita vt per illam possit intelligere, quando voluerit, manet secundum actū mediū qui est medius inter actū perfectum, & potētiam, & est modus habitualis: neque deest aliquid ad actum perfectum nisi, quòd se conuertat intellectus potentialis ad speciem, & sta tum intelliget, & ita dicendum, quòd non desinit esse F species intelligibilis statim vt finitur intellectio, sed desinit species esse actu intellecta vel sub actu perfecto, & manet habitualiter ad hoc, quòd rursus per eā possit intellectus intelligere quandocunque se ad eā conuerterit.

Responsio ad sextam rationem, principalem positam quæstio. 580. Quæst. DLXXXIII.

AD sextum dicēdum, quòd cogitare de eis, quæ prius cognouimus est quoddā recordari, vel reminisci, sed istud est duplex: est enim quoddam reminisci quod pertinet ad memoriā vt est pars G quędam sensitiua, & est in organo.

Aliud vero est recordari, quod pertinet ad partē intellectiuam, prout Augu. ponit memoriam partem mentis, & tamen mens est sola pars rationalis, in anima autem separata non manet recordari.

Primo modo quia non est ibi potentia sensitiua cum non maneat ibi organum, sed manet ibi.

Secundo modo recordari vel cogitare de his, quę prius cognitaueramus, quia manet ibi mens cuius est memoria, & illius est retinere species intelligibiles actu, super quas se potest conuertere intellectus quandocunque voluerit, & intelliget, vtraque autem memoria est necessaria. Prima ideſt sensitiua ponitur nunc necessaria, quia non solum oportet accipere species a sensu, vt illustratis phantasmatibus H fiant species intelligibiles, quæ sunt obiectum formale intellectus, sed etiam propter conuersionem: nam actuato intellectu ideſt manente intellectu habente speciem actu intelligibilem per quam possit intelligere quandocunque voluerit, adhuc non potest fieri intellectio nisi se conuertat intellectus ad phantasmata talia, qualis est species illa intelligibilis, quæ est reseruata in intellectu, cuius signum est, quia læso organo desinit homo intelligere, licet iam species habeat intellectiuas, & ita duo semper concurrunt ad intelligere vt repræsentatiua scilicet, species intelligibilis, quæ est in intellectu potentiali, & phāta I sma, quod est in organo ad quod se conuertit intellectus, & tamen phantasma non potest reseruari in sensu nisi in aliquo organo cuius sit seruare species, ideo memoria debuit poni inter vires sensitiuas organicas, vt retineantur phantasmata quæ sunt necessaria ad intellectionem, & de ista memoria est verū quòd non manet corrupto corpore vt dicit Aristot. ꝙ corrupto corpore anima non reminiscitur, quia non manet actus non manente potentia, & organo. Secunda memoria est necessaria vt maneant species actu intelligibiles, ad quas cum se conuerterit intellectus statim intelligat: etiam quia vt dictum est supra, necesse est manere species in anima, sed non possunt manere nisi ipsa habeat vim memorativā, K ergo in parte intellectiua est illa vis.

Sed dicendum, quòd secūdum veritatem memoria ista nō est distincta ab intellectu. nam secundum Arist. & alios Philosophos in parte rationali solum ponimus intellectum, & voluntatem, nullus autem Philosophorum posuit vnquam memoriam nisi in parte sensitiua, & ratio est, quia in parte rationali non oportet poni memoriam nisi propter habitum vel species, sed propter habitum non est ponenda memoria, quia habitus non dicit nisi, quandam habilitatem cum potentia, qua ipsa est ad actum promptior, & ideo necesse est, quòd habitus sit in potentia illa cuius nominatur habitus, & ad cuius actus habilitat, & sic habitus, quo voluntas habilitatur est realiter in voluntate, sicut charitas de Theolog. & iustitia de moralibus, ita ha-

habitus, qui intellectum ad intelligendum habilitat secundum vnumquodque genus rei est in intellectu, & non est ponenda alia potentia distincta, quæ teneat illos, quia non solum non est necessarium, sed etiam esset inconueniens, quia tunc non habilitaretur aliqua potentia in suo actu, cum nulla earum haberet in se habitum, sed esset habitus aliquid extrinsecum. Etiam non oportet poni memoriam propter cōseruationem specierum, quia cum intellectus agēs illustrando phantasma causauerit speciem in intellectu, quæ recipitur in intellectu, & ita fit intellectio actualis, necesse est, quòd maneat ibi species prędicta, vel simpliciter pereat, cum non possit transire de potentia ad potentiam, sed non transit, quia non potest, neque perit, quia non est aliqua causa corrumpens, ergo oportet manere speciem intelligibilem in intellectu, & sic non dabitur memoria distincta potentia ab intellectu, vt retineat species intelligibiles, quia ipse intellectus illas retinere potest, & sic in parte rationali non ponuntur, nisi duæ potentiæ distinctæ, scilicet intellectus, & voluntas, memoria autem non distinguitur ab intellectu, sed ipse intellectus vocatur memoria inquantum retinet intelligibilia, intellectus vero inquantum illa intelligit.

An anima separata cognoscat intelligentias separatas, & quomodo. Quæst. DLXXXIIII.

QVAERETVR consequenter an anima separata cognoscat substantias separatas.

Aliqui dicunt, quòd non, quia perfectioris substantiæ est perfectior operatio, sed anima vnita corpori est perfectior, quam separata, quia pars perfectior est in toto, quam per se, sed anima separata est, vt pars extra totum, & anima coniuncta, vt pars in toto, ergo est separata minus perfecta, quam coniuncta, sed coniuncta non potest intelligere substantias separatas, vt nunc præsupponitur, ergo a fortiori, neque separata.

Secundo, quia si animæ separatæ, possent cognoscere substantias separatas, aut hoc fieret per gratiam, aut per naturam, non per naturam, quia anima per vnionem ad corpus non impeditur ab eo, quod est sibi naturale, cum vniri corpori sit naturale animæ, & tamen anima vnita non cognoscit substantias separatas, ergo neque anima separata cognoscet illas per naturam, non etiam per gratiam, quia solæ animæ beatæ gratiam habent post separationem, ergo saltē non cognoscunt omnes animæ separatæ substantias separatas.

Tertio, quia anima vnitur corpori, vt perficiatur sciētijs, & virtutibus, quia si separata a corpore posset esse perfectior, quam in corpore, non vniretur corpori, & tamen perfectio animæ consistit magis in intelligendo substantias separatas, quam hæc naturalia, ergo cum coniuncta non possit cognoscere substantias separatas, si separata posset illas cognoscere esset perfectior separata, & sic nunquam vniretur corpori, quod est absurdum,

Quarto, quia si anima separata cognoscit substantiam separatā aliquam, oportet, quòd cognoscat eā, vel per essentiam eius, vel per speciem, quia non datur medium, non tamen per essentiam substantiæ separatæ, quia essentia substantiæ separatæ non est eadem cum essentia animæ, & tamen in intelligendo oportet intelligens, & intelligibile effici idem, ergo non poterit per essentiam, & eadem ratio est, vt cognoscat anima separata per essentiam propriam ipsam substantiam separatam, quia non sunt idem ſm essentiam. Neque etiam per speciem cognoscere po-

A test, quia nō videtur, quòd possit habere speciem substantia separata, quia substantia separata cum sit simplex, videtur, ꝙ non possit fieri abstractio speciei, quia non fit abstractio nisi simplicis, aut a simplici. Quinto, quia si anima separata cognoscit substantias separatas, aut cognoscit eas sensu, aut intellectu, sed neutro modo, ergo non cognoscit. Primum patet, quia substantię separatæ non sunt sensibiles cū sint immateriales, ēt quia sensus non manet in anima separata, non ēt in intellectu, quia intellectus non est singularium, sed vniuersalium, & tamen substantiæ separatæ sunt quædam singularia existentia, ergo anima separata nullo modo cognoscit substantiam separatam. Sexto, quia intellectus possibilis animæ nostræ plus distat ab Angelo, quam imaginatio ab intellectu possibili, quia imaginatio, & intellectus possibilis B sunt eiusdem animæ in numero: Angelus aūt, & anima distinguuntur, sed imaginatio non potest cognoscere intellectum possibilem, ergo multominus poterit anima intelligere Angelum.

Septimo, quia sicut se habet voluntas ad bonum, ita se habet intellectus ad verum, sed voluntas quarūda animarum separatarum, ſ. damnatorum non pōt ordinari in bonū, ergo intellectus eorum non poterit ordinari in verum, & potissime in magnum verum, quod anima consequitur in cognitione substantiæ separatæ, ergo saltem non cognoscent omnes animę separatæ substantias separatas. Octauo, quia iuxta intētionē Philosophorū vltima felicitas est in cognoscendo substantias separatas, si ergo animę damnatoC rum cognoscerent substantias separatas, quas non possumus nos cognoscere, videtur, ꝙ damnati sint propinquiores ad felicitatem, quam nos, quod absurdum est, cū nos possimus esse beati, & illi iam sint miseri. Nono quia, vt dicitur in lib. de causis vna substantia separata, siue intelligentia intelligit aliam per modum suæ substantiæ, ſ. sicut intelligit substantiam suā, sed anima separata, vt videtur non potest intelligere substantiam suam, quia intellectus possibilis non intelligit nisi per species a phantasmatibus acceptas, vt dicitur 3. de Anima, & in anima separata non est phantasma, ergo non intelligit seipsam, & consequēter non intelliget substantiam separatam. Decimo, D quia duplex est modus cognoscendi, vnus est secūdū quem a posterioribus deuenimus in priora, & ita ea, quæ sunt magis nota simpliciter cognoscuntur a nobis per ea, quæ sunt minus nota, sicut fit in notitia sensitiua in qua prius cognoscuntur effectus, quam causæ. Alius est a prioribus ad posteriora, & ita ea, quę sunt priora simpliciter prius cognoscuntur, sicut in mathematicis, in animabus autem separatis non potest esse primus modus cognoscendi, quia ille pertinet ad notitiam sensitiuam, ſm quam accipimus per sensum species rerum causatarum, & inde venimus in cognitionem causarum, ergo debet ibi eē secūdus modus, sed neque iste videtur ibi esse, quia sic ea, quę sunt magis nota simpliciter debent esse prius nota ei, sed essentia diuina ſm se est maxime nota, ergo si E anima separata per istum ordinem ex solis naturalibus cognoscit substantias separatas oportet, quòd cognoscat etiam naturaliter essentiam diuinam, sed falsum est, quia solum habetur hoc ex gratia, quia dicitur ad Ro. 6. gratia Dei vita ęterna, ideſt per gratiam Dei est vita æterna, quæ est beatitudo, ergo non possunt cognoscere essentiam diuinam hoc modo, neque substantiam separatam, ergo nullo modo eā cognoscet anima separata.

Vndecimo, quia inferior substantia separata, siue intelligentia cognoscit superiorem secundum, quòd impressio superioris est in inferiori, sed impressio

substantiæ

substantiæ separatæ est multum deficienter in anima separata, ergo non potest anima separata intelligere substantiam separatam.

Dicendum, quòd hic duo considerandæ sunt, vnū est an animæ separatæ cognoscant intelligẽtias, quę sunt substantiæ separatæ. Aliud est quomodo possint intelligere illas.

Ad primum dicendum, quòd secundum prę suppositionem fidei dicendum est, quòd animæ separatæ cognoscant substantias separatas, quia istæ substãtiæ separatæ sunt dæmones, & Angeli, sed istos cognoscunt animæ separatæ, ergo cognoscunt substantias separatas. patet hoc, quia tam animę bonorum, quam malorum deputantur in istorum societatem, animæ enim damnatorum in societatem dæmonū animæ autem bonorum in societatem Angelorum, sed non est societas vbi non est cognitio, ideo boni cognoscent saltem Angelos, & damnati cognoscent dæmones. Item, quia dæmones dicuntur esse terribiles damnatis, sed hoc non esset nisi eos cognoscerent quadam intuitione, ergo illos cognoscunt. Item quia quilibet damnatus habet pęnam ex alijs damnatis, & tamen non haberent maiorem pęnam animę damnatorum ex pęna dæmonum, qui damnati sunt nisi eos cognoscerent, & pęnas ipsorum, ergo animę damnatorum cognoscunt dæmones. De beatis non est dubium quin Angelos cognoscant, quia cognoscunt Deum in quo omnia sunt, ideo omnia cognoscunt iuxta illud Gre. 4 Dialog. scilicet quid est, quod non videant, qui videntem omnia vident.

Quantum ad secundum dicendum, quòd animæ separatæ cognoscunt substantias separatas per directum intuitum ad illas.

Pro quo sciendum, quòd anima humana vnita corpori habet ex vnione ad corpus directum aspectum ad inferiora, vnde non perficitur, nisi per ea, quæ ab inferioribus accipit, cum enim corpori vnitur rei inferiori vnitur, ideo corpus trahit eam ad inferiora, scilicet ad ea, quæ sunt de conditione corporis, & sic non perficitur, nisi per ea, quæ ab inferioribus accipit anima, scilicet per species abstractas a phãtasmatibus rerum sensibilium, & ita anima non potest venire in cognitionem sui, neque aliarum rerum maiorum, aut minorum, nisi inquantum ex speciebus prædictis potest manuduci, nã res seipsa minores directe intelligit per species illas, eo quòd illæ res habent species sensibiles, cum omnia inferiora animæ sint sensibilia, & illorum est species sensibilis, & phãtasma, & inde accipitur species intelligibilis per quã directe intelligitur id cuius est species, superiora, autem, idest tam Deus, quam intelligentiæ, quam ipsa etiam anima cognoscuntur indirecte, & arguitur deducendo ab illis, quæ directe intelligũtur, & quorum est species. Cum vero anima fuerit separata a corpore non ordinabitur aspectus suus ad aliqua inferiora, qa non est aliquid, quod trahat eam ad hoc, sicut nunc trahit eam corpus, & ideo aspectus suus erit absolutus & per illum aspiciet omnia illa, quę nata sunt mouere eam, sed substantiæ superiores natæ sunt agere in illam, sicut quelibet inferior intelligentia recipit a superiori, ergo illas aspiciet, & accipiet ab eis influentiam sine phantasmatibus, quæ tunc non erunt, nec etiam necessaria erunt, & per huiusmodi influentiã reducetur in actum, ab inferioribus autem tunc anima non recipiet, quia non habebit per quid aspiciat illa, nec est aliquid per quod moueatur ab illis, nam dato, quòd anima sit superior omnibus entibus corporalibus reciperet ab eis cum esset separata aliquid, per quod intelligeret illa si illa possent mouere animam, aut agere in illam, sed non possunt, quia non est per quid agant, nam non agunt, nisi per speciem sensibilem, & nõ est sensus, neque organum in substantia separata. superiora vero agunt in animam separatam, quia nata sunt influere in illam, & potest recipi influentia in illa, cũ sit a simili in simile, idest a spirituali in spirituale, & per illam influentiam actuatur anima separata, & ita seipsam cognoscit directe suam essentiam intuendo, & non cognoscet se a posteriori sicut nunc, quia nunc anima cognoscit obiectum materiale, & cognoscẽdo illud cognoscit se cognoscere, cum obiectum non attingat, nisi per cognitionem, & per istum actum cognoscit suam substantiam, scilicet se esse substantiam immaterialem, quia alias non posset intelligere, directe autem nemo potest cognoscere hic suam animam, quia non potest habere speciem sensibilem eius, sed anima separata directe seipsam tunc cognoscet cum actuata fuerit per lumen, & influentiam superioris substantiæ, & etiam actum suum directe cognoscet, essentia autem animæ pertinet ad genus substantiarum intellectualiũ, cum eundem modum habeat subsistendi licet sit infima omnium, nam omnes sunt subsistẽtes. Sic ergo aliqua substantiarum separatarum cognoscit aliam intuendo substantiam suam, idest suiipsius inquantũ in ea est quædam similitudo omnium substantiarum separatarum, sed tunc in hoc differt cognitio qua anima separata cognoscit substantias superiores, & alia quælibet separata cognoscit aliam, quia cum anima sit infima omnium substantiarum separatarum, magis distabit, & dissimilis erit cuilibet substantiæ separatæ, quam aliqua alia, ideo minus eam cognoscet, etiam anima separata cognoscit substantias separatas per hoc quòd recipit ab eis influentiam, omnis autem inferior intelligentia recipit naturaliter a superioribus, & tamen anima est infima omnium, ideo ipsa recipit ab omnibus. Et per hanc influentiã cognoscit quælibet substantia separata inferior superiorem intelligentiam, vel duæ intelligentiæ se inuicem intelligunt per lumen, & influentiam ab aliqua superiore vtraque, & quia quibuslibet duabus intelligentiis est aliqua superior vsquequo perueniatur ad primam, quæ est increata, poterunt quælibet duæ intelligentiæ se inuicem intelligere, & his duobus modis poterit anima quamlibet intelligentiam cognoscere, nam cum sit infima omnium potest a qualibet recipere, ideo per influentiam illam poterit illã cognoscere, etiam secundo modo, quia non est aliqua intelligentia creata in qua simul, & in anima non recipiatur influentia ab aliqua intelligentia superiori saltem a prima. Et ideo per illam communem influentiam poterit anima separata quamlibet aliam substantiam separatam intelligere, sed differt, quia per istos duos anima separata minus perfecte cognoscet substantias alias separatas, quam aliqua earum cognoscatur ab alia, eo quòd ipsa minus perfecte recipit influentiam quarumcunque intelligentiarum superiorum, quam aliqua alia. & hoc verum est tantum quantum ad modum cognoscendi naturalem quem habet anima separata, nam quantum ad cognitionem ex gratia, scilicet inquantum erit beata, multæ animæ erunt superiores in cognitione multis Angelis, & forte omnibus Angelis, & ideo sicut Deum plenius cognoscent, ita & in ipso substantias quaslibet separatas perfectius intelligent, quam quæcunque alia substantia separata, licet illa secundum naturam sit excellentior animabus.

Ad argumenta dicetur in fine quæstionis sequentis.

An vna anima separata cognoscet aliam.
Quæst. DLXXXV.

SED quæretur an vna anima separata cognoscet aliam.

Dicendum, quòd non est dubium, nam cũ dictum sit, quòd anima separata cognoscit substantias separatas, & tamen anima quælibet separata est substantia separata, ergo quælibet anima separata poterit cognoscere aliam animam separatam.

Est tamen dicendum, quòd aut quæritur de cognitione naturali animæ, aut de cognitione per gratiam.

Si loquamur de secunda cognitione, quæ est tantum beatorum, planum est, quòd quælibet anima separata beata cognoscet alias animas separatas, siue beatorum, siue damnatorum, & actus eorum præteritos, & omnia accidentia circa ipsas ex conditione beatitudinis, quę dat plenam cognitionem.

Si accipiatur de cognitione naturali dicendum, quòd etiam hoc modo quelibet anima separata cognoscit quamlibet aliam animam separatam. Et patet primo, quia Lucę 16. c. dicitur de Lazaro, & diuite, & diues cum esset in tormentis clamauit ad Abraham in cuius sinu vidit Lazarum, pater Abraham mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam &c. & tamen Abraham, & Lazarus non erãt nisi animę separatę, quia defuncti erant, vt colligitur eodem capitulo, & anima diuitis cognouit animam Abrahę, & Lazari, erat etiam anima diuitis separata cum esset diues mortuus, & cognouit illas cognitione naturali, quia diues damnatus erat, cum dicatur eodem capitulo, quòd erat in tormentis, sed damnati nullam gratiam habent, neque aliquid ex gratia, sed illud solum, quod est naturale, ergo cognitione naturali cognoscit vna anima separata aliam animam separatam.

Secundo patet, quia illi modi cognitionis quibus anima separata cognoscit superiores substantias videntur competere vni animę separatę respectu alterius. Et patet de primo, qui est per considerationem suę substantiæ, nam substãtia separata cognoscit aliã substantiam separatam per modum suę substantię, inquantum quælibet substantia separata habet quandam alterius similitudinem, & quelibet res est nata cognosci per suam similitudinem, sed quelibet anima separata habet magnam similitudinẽ alterius, iõ quelibet cognoscet alteram. De secũdo mõ, qui est p receptionẽ influẽtię dñi aliqui, q etiã cõpetat animę separatę ad alterã animã. Sed nõ est verũ, quia influere non est, nisi superioris in inferiora naturaliter, & tñ oẽs animę sunt eiusdẽ gradus naturalis, quia sunt in eadẽ specie. Secus de inteligentiis, quia nulla est in eadẽ spẽ in qua alia, iõ sicut spẽs sunt naturaliter inæquales, & impossibile est duas esse æquales, sed sunt, sicut numeri, ita nulla intelligẽtia est alteri æqualis; vñ vna influit super alteram, sed animę oẽs sunt æquales fm naturam, iõ non põt vna influere super alterã. Sed obijciet, q vna est perfectior altera, cum vna sit habituata, & altera non, & differt inter eas, sicut differt inter sapiẽtẽ, & indoctũ. Dicẽdũ, q licet inter animas separatas maneat ista differentia, ita q vna anima fuerit hic perfecta multis habitibus cognitiuis, & maneãt oẽs illi in anima separata, & alia sit, q nullũ habitũ habuerit, sicut eius, q defunctus est in vtero mẽno, adhuc nõ poterit influere anima perfecta habitibus in aliam, quia influere est agere per instinctũ, & iõ pertinet ad perfectionẽ naturalẽ, & nõ ad cognitiuã, & licet istę duæ animę differãt per accidentalẽ perfectionẽ habituũ, tñ lumẽ earũ naturaliter est æquale, & forte lumẽ illius animę, quę nullum habitũ habet est maius naturaliter, sicut vnus homo excedit alterum ingenio, & qui minus ingeniosus est magis tñ doctus est, quia qui est exercitatus docet eum, qui ingeniosior est, ideo non poterit anima magis docta influere in animam minus doctam, intelliget tñ magis, quam anima minus docta. Cum vero arguitur de docente, dicendum, q docens non agit intrinsece pertingendo ad animam, sed extrinsece reddendo ipsa obiecta intelligibiliora, vt cum aliquid per pauca verba est dictum est difficulter intelligibile, sed istud intelligibile foris est, ideo docens non agit intrinsece pertingendo ad intellectum, sed circa exteriora disponendo illa, & hoc potest facere, qui doctus est, s. vt sciat quale est intelligibile, & quali modo se habẽs, quod facilis mouebit intellectum, & capietur ab eo, & sic docẽtes prosunt auditoribus, sed docere interius pertingendo ad intellectum non potest, qui doctus est, sed solum ille, qui excellentior naturæ est per modum influxus luminis, & ista est actio naturalis, sed impossibile est minora, aut æqualia agere, sed maiora, ideo necesse est, q illa, quæ in alterã influit sit maior, sed omnes animæ sunt æquales secundum speciem, ergo vna anima non potest influere in alterã. Sed obijcietur, q vna anima possit influere in aliam, quia vna est excellentior alia secundum naturam, nam videmus inæqualia ingenia hominum, etiam sine doctrina vlla. Dicendum, q verũ est vnam animam esse alteri inæqualem, quia anima dicit quandam naturam, quæ communicatur corpori, & in ipsa sui vnione recipitur perfectius, aut imperfectius secundum conditionem materię, & ex illa capacitate materiæ terminatur anima in corpore, ita vt vna sit perfectior altera, & istam terminationem seruat semper anima, siue maneat in corpore, siue separata, quia non potest crescere, neque minui quantũ ad istũ gradum perfectionis naturalis. Secus de perfectione accidentali, quę est per doctrinam, aut inuẽtionem, per quæ anima habituatur, nam circa has perfectiones potest anima proficere, aut deficere.

Sed de illa inæqualitate perfectionis naturalis dicendum, q est parua cum maneret intra eandẽ speciem, ideo non potest vna anima super alteram naturaliter influere lumen, aut species. Et patet, quia anima separata recipit species influxas a substantijs superioribus, & hoc, quia illę species habent innatas. Sed nulla anima separata quantumcunque maior alia habet species aliquas innatas, vel concreatas, ergo nulla anima separata potest influere super alteram, & non sufficit ad hoc illa parua inęqualitas, & sic iste modus secundus non est in animabus separatis adinuicem. De tertio modo dicendum, quòd est inter eos, quia quelibet duæ animę separatę participant lumine alicuius intelligentię superioris, siue illa sit immediata eis, siue elongata, siue prima intelligẽtia, quia cum nulla intelligentia alia sit, quę non sit naturaliter maior omnibus animabus separatis, nulla intelligentia erit, quę non possit influere super quaslibet duas animas separatas, & ita per illud commune lumen, vel influentiam, quam participant duę animę separatę cognoscent seipsas, & ideo animę separatę cognoscunt se, sicut cognoscunt Angelos.

Sed dicendum, quòd animę separatę magis cognoscunt seipsas, quam cognoscant intelligentias. Et patet quantum ad vtrunque modum cognitionis, nam cognoscit vna intelligentia aliam per substantię suę modum, i. inquantum habet in se similitudinem alterius, & in quanto minus aliqua distant magis similantur, sed minus distat vna anima ab alia, quam a qualibet intelligentia, ideo plenius intelligit vna anima separata aliam, quam anima intelligentiam.

De

De ſecũdo modo idẽ patet, quia anima cognoſcit aliam animam, vel intelligentiam per lumen commune, vel influentiam, quam ambæ recipiunt a ſuperiori ſubſtantia, & tamẽ de iſta influentia neceſſe eſt, ꝙ plenius participet intelligẽtia quæcũque, q̃ anima, iõ magis illa intelliget ſũe animã, q̃ intelligat ab anima, ſed animæ recipiẽtes illã influẽtiã poſſunt ęqualiter recipere, vel quaſi, iõ ęqualiter ſe intelligẽt, & p illud lumẽ receptum cũ nunquã ſit maius, q̃ capacitas animæ, facilius vna anima cognoſcet animã, quia propinquior ei eſt, quam aliã intelligẽtiã, quia illa eſt diſtantior, & ita apparet de cognitione animarũ ſeparatarũ inter ſe, & de cognitione intelligentiarum, & animarum adinuicem.

Ad primam rationem principalem in diuerſum præcedenti quæſtione, ſcilicet 584. & poſtponuntur hic conſulto quia earum ſolutio aliqualiter pendet ex dictis iſta quæſtione. Quæſt. DLXXXVI.

NVnc eſt reſpondendum ad argumenta facta in principio præcedentis q. Ad primum dicendum, ꝙ anima dum eſt coniuncta corpori non intelligit ſubſtantias ſeparatas, & dum eſt ſeparata intelligit illas naturaliter, vt oſtenſum eſt ſupra, & tamen non ſequitur, ꝙ ſit perfectior anima ſeparata, quam coniuncta licet intelligat ſubſtantias ſeparatas, cum non ſit in hoc tota perfectio animæ. Dicẽdũ tñ, quòd anima, aut conſideratur, vt forma, & pars, aut vt intelligens, ſi primo modo eſt perfectior coniuncta, q̃ ſeparata, quia coniuncta eſt forma in actu, & ſeparata non eſt forma, niſi in potentia, & eſt, vt pas extra totum, & ideo neceſſe eſt, vt deſit ei aliqua perfectio, q̃ in toto habere poſſit. Si conſideretur ſecundo modo dicendum, quòd adhuc ſimpliciter accipiendo perfectior eſt anima coniuncta, q̃ ſeparata, eo ꝙ coniuncta perfectius intelligit, ſ. ſingula, & diſtincte, anima aũt ſeparata non intelligit ſingula diſtincte, ſed confuſe, cũ per influentiã ſubſtantiarũ ſeparatarum recipiat anima ſpẽs vniuerſales, ex quibus non poteſt ſe applicare ad particularia, niſi confuſe, & iõ anima propter perfectionẽ in habitibus ſcientię vnitur corpori, non eſt tñ incõueniẽs, ꝙ quãtũ ad aliquid anima ſeparata habeat perfectiorẽ intellectionẽ, ſ. quia intelligit ſubſtantias ſeparatas quas nõ intelligit anima coniuncta, & hoc fit, quia dũ coniuncta eſt impeditur recipere influentiã a ſuperioribus ꝓp alligationẽ ad ſenſus, & nõ recipit eã, vel recipit raro, & imꝑfecte, ſicut fit in dormiẽtibus, & in amentibus dũ ſeparata eſt recipit illam, & tñ iſta receptio illius influentię nõ reddit animã ſimpliciter perfectiorẽ in intelligendo, q̃ ſit dũ coniũcta eſt, ẽt ſi non intelligat tũc ſubſtãtias ſeparatas. Ad ſecũdũ dicendum, ꝙ cognoſcit anima ſeparata ſubſtãtias ſeparatas, & omnis anima cognoſcit illas, & nõ loquimur de cognitione ꝓ gratiã, quia illa nõ eſt cõmunis omnibus, ẽt ſm illã cognitionẽ nõ eſt talis modus cognoſcẽdi qualis ſupra poſitus eſt, ſed cognoſcũt oĩa in verbo, vñ & q̃dã animæ ſeparatæ plenius cognoſcũt ſubſtãtias ſeparatas, q̃ cognoſcant ab eis, ſed cognoſcũt naturali cognitione, i. cõmuni, iõ tam beatis animabus, q̃ dãnatis cõuenit. Cũ vero arguitur, ꝙ ẽt cõpeteret hic, dicẽdũ, ꝙ non cõpetit, quia tollit̃ per alligationem ad ſenſus. Et cũ dr̃, ꝙ ſi eſſet naturalis iſta cognitio non impediret̃ per vnionẽ animę ad corpus, quæ vnio eſt naturalis, dicẽdũ, ꝙ non eſt naturalis animę inquãtũ eſt aĩa humana, ga tũc teneret argumẽtũ, ſed eſt naturalis inquãtũ eſt ſeparata, vel vnita corpori, quod eſt ei totaliter ſubiectũ, iõ quãdiu alteri corpori alligata fuerit, nõ eſt ſibi naturale cognoſcere ſubſtãtiã ſeparatam, ſed potius impediẽ in cognitione eius. Ad tertiũ dici põt vno modo, ꝙ non eſt fęlicitas, vel pfectio maxima animę humanę in cognitione ſubſtãtiarum ſeparatarũ, accipiẽdo ſicut Philoſophi acceperũt, ꝙa illa leuis cognitio eſt, & nõ põt aliquẽ fęlicitare, vnde perfectior eſt cognitio, q̃ habet hic aĩa cõiũcta accipiẽdo ex ſenſibus, & nõ cognoſcẽ lo ſubſtãtias ſeparatas, q̃ cognitio, q̃ habet cũ eſt ſeparata naturaliter de ſubſtãtijs ſeparatis, & iõ licet ſeparata exiſtẽs, i. etiã ſi nũquã corpori vniret̃ poſſet cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas, melius eſt ei vniri corpori, & nõ cognoſcere illas. Aliter põt dici, & verius, ꝙ non eſt perfectio, & fęlicitas aĩę humanę in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarũ, ſed ſolũ in cognitione vnius ſubſtãtię ſeparatę, i. primę, quia cętera qualitercũque intelligant non beatificãt, ſed adhuc cognitio primę Intelligentię nõ beatificat, ſi ſit cognitio naturalis, qualem hñt oẽs intelligẽtię tã beatę, q̃ dãnatę, quia iſta eſt ꝑ ſpeciẽ cõcreatã, vel per influentiã luminis ab ipſa prima intelligentia, aut per ſimilitudinẽ remotã cuiuslibet intelligẽtię ad primã, & iſti modi manifeſtãt primã intelligẽtiã multũ imperfecte, iõ per talẽ cognitionẽ nemo beatificatur, ſed cognitio, quæ eſt per eſſentiã beatificat, ſcilicet quando prima intelligentia a qualibet alia per eſſentiam ſuam videbitur, ita, ꝙ eſſentia erit medium cognoſcendi, & non aliqua ſpecies, & iſta eſt cognitio perfecta in qua eſt fęlicitas, & hæc cognitio non habetur ab aliqua intelligentia naturaliter, quia cognoſcere per eſſentiam eſt ſuperius ad naturalem conditionem cuiuslibet intelligentię, ſed habetur cognitio iſta per gratiam, ſcilicet quia vult prima Intelligentia ſeipſam ſic communicare, & hoc non fit ſine meritis præuijs, meritum autem conſiſtit in operatione, & non in intellectione, ideo animæ humanæ ad perueniendum ad cognitionem primę intelligentię per eſſentiam, non diſponuntur per cognitionem naturalem ipſius præcedentem, ſed magis per operationes bonæ voluntatis quibus ei ſe ſubdunt, & ad hoc magis conuenit vniri corpori, in quo plura merita habere poteſt anima per bonos actus quibus ſe exercuerit, quam ſeparatam eſſe, ideo ad pefectionem animę magis facit vniri corpori, quam ſeparatam manere in ſola naturali cogũitione animæ ſeparatæ.

Ad quartum dicendum, quòd anima ſeparata cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, & non per eſſentias earum propter rationem dictam, neque per propriam eſſentiam, ſed cognoſcit per ſpeciem cuiuslibet earum, & ſimilitudinem.

Dum autem arguitur de ſpecie, quòd non poſſit abſtrahi ſpecies ab intelligentia, quia eſt ſimplex, dicendum, quòd non eſt ſpecies abſtracta, per quam cognoſcit anima ſeparata intelligentiam, ſed eſt ſpecies impreſſa.

Pro quo ſciendum, quòd non dicitur cognoſci per ſpeciẽ abſtractã a re cognoſcibili q̃qd cognoſcit ꝑ ſpeciẽ, ſed q̃n ſpẽs, per q̃ res cognoſcit eſt immaterialior, q̃ res cognoſcibilis dr̃ abſtracta, q̃n vero res cognoſcibilis eſt ſimplicior; vel immaterialior, quã ſpẽs dr̃ ſpẽs impreſſa, & nõ abſtracta. Rõ prędictorũ eſt, quia ſpẽs ꝑ quã fit cognitio dẽt eſſe ſm condõnẽ cognoſcẽtis, & cõueniẽs ei ꝓportionaliter in ſimplicitatis gradu, quia aliàs non poſſet per illam cognoſcere, aut valde imperfecte cognoſceret, & ideo neceſſe eſt, quòd ſi intelligibile ſit materialius, quam intelligens ſit ſpecies abſtracta, quia ſimplicior eſt ſpecies in intelligente, quam in re intellecta, & ob hoc quãdo oĩa intelligit corporalia ſemper intelligit ꝑ ſpecies abſtractã, cũ vero intelligibile eſt ſimplicius q̃ intelligẽs, ſi ſpẽs eſſet abſtracta adhuc eſſet ſimplicior quã intelligibile

intelligibile ipſum, ideo multum diſtaret a cõditione animę, & non intelligeret conuenienter anima per talem ſpeciem, ideo oportet quòd ſpecies illa ſit minus ſimplex quàm res intelligibilis, vt animæ conueniat, vel intelligenti. non igitur poteſt eſſe abſtracta, ſed vocatur impreſſa, & dicit̃ ſpecies abſtracta quãdo virtus intelligentis abſtrahit rei ſpeciem a ſua conditione, vt fiat ei conueniens, denudando ipſam a cõditionibus non conuenientibus intellectui, & ſic fit circa phantaſmata, quæ ſunt ſpecies rerum materialium, & materialiter repręſentant: nam intellectus, qui eſt immaterialis non poteſt recipere ſpeciem materialem, neque actuari per illã: ideo intellectus agens per vim ſuam remouet conditiones materiales illuſtrando phantaſma, & cauſat ſpeciem intelligibilem immaterialem, & quia hoc modo trahitur res extra conditionem ſuam eleuando rem vltra ſe dicitur abſtrahi, quia abſtrahi eſt a ſe trahi: imprimi ſpeciem eſt in aliquo poni, vel figi, id autem quod in alio figitur eſt, vt ſimplicius eo, quia habet rationem partis, vel formæ reſpectu eius in quo eſt, vel fixum eſt: & quia ſpecies rei ſimplicioris reſpectu intelligentis minus ſimplicis non indiget remoueri a conditionibus ſuis cum ſit ſimplicior re intelligente, immo non poteſt remoueri, non poteſt dici abſtrahi, ſed infigitur, quia exiſtens ſimplicior recipitur in intellectu velut in re minus ſimplici. Et dicitur impreſſa, quia non accipit illã intelligente, ſic enim ſemper dictum eſt ſupra, quòd anima ſeparata intelligit ſubſtãtiam ſeparatam per ſpeciem receptam ab illa, ideſt, quam influit ſubſtantia ſeparata in animam, & ſic ſine abſtractione intelliguntur ſubſtantiæ ſeparatæ naturaliter ab anima, & idẽ modus eſt quantum ad omnes intelligentias inferiores reſpectu ſuperiorum, quia intelligunt illas, & nõ poteſt eſſe ibi abſtractio ſpeciei, ſed impreſſio, quia ſuperiores ſunt ſemper ſimpliciores, & magis a conditionibus materiæ remotę, & iſto modo omnes intelligentię quantum ad materialem cognitionem Deũ intelligunt per ſpeciem impreſſam, & nõ per abſtractam, quia Deus eſt omnibus entibus ſimplicior, ideo neceſſe eſt ſpeciem intelligibilem per quã intelligitur minus ſimplicem eſſe eo, & conſequenter nõ poterit abſtrahi, cũ ipſa quoque ſimplicior ſit intelligẽte, & potius indiget contrahi magis ad conditionem materiæ quàm abſtrahi.

Ad quintum dicendum, quòd verum eſt, quòd intelligit anima ſeparata intelligentias, & non per ſenſum cum non maneat in ea ſenſus, neque intelligentia ſit ſenſibilis, ſed per intellectũ. Et cum obijcitur, quòd intellectus non eſt ſingularium, dicendum ꝙ accipitur ſingulare pro indiuiduo, vt eſt indiuiduum diſtinctum per materiam, vel habens materiam, ſed ſingulare prout eſt incommunicabile non repugnat intellectui, quia ipſe intellectus eſt ſingularis cum ſit actu exiſtens, ſpecies quoque per quam fit intellectio eſt ſingularis, quia eſt ad cauſatum, & receptum in intellectu poſſibili. Sed omnia ꝓducta, & recepta ſunt ſingularia, vel particularia, ergo ſpecies ſingulares ſunt, vel indiuiduę, cum ſint in intellectu, & ita cum intelligens ſit indiuiduum, & quo intelligitur, nõ repugnat intelligibile eſſe, indiuiduum prout materiã habet repugnat intellectui, quia intellectus eſt aliqd immateriale, ideo omne intelligibile debet eſſe immateriale, i. ꝙ non habeat materiam partem ſui, neq; cõditionem materię habeat, ſed indiuidua, vel ſingularia naturalia habent materiam, & conditiones materiales, ideo non ſunt ſingularia pertinentia ad intellectum, ſed vniuerſalia, quę ſunt abſtracta a conditionibus materię ſignatę: cum tamen inuenientur aliqua ſingularia ſine materia, & conditionibus materię nõ minus sũt illa intelligibilia quàm vniuerſalia. Sic aũt eſt de ſubſtantijs ſeparatis, quæ ſingulares ſunt, & immateriales, ideo intelligibiles ſunt, & adhuc potius intelligibiles quàm vniuerſalia rerum naturalium, quę non ſunt immaterialia niſi per abſtractionem a materia ſignata, non autem a materia ſimpliciter cum dicant eſſentiam compoſitam.

Ad ſextum dicendum, quòd anima, vel intellectus poſſibilis animę poteſt intelligere Angelum, & tamẽ imaginatio non poteſt cognoſcere intellectum poſſibilem, quia Angelus eſt intelligibilis, ſed intellectus poſſibilis non eſt imaginabilis, cum nõ habeat ſpeciẽ ſenſibilem. Cum autem dicitur de diſtãtia Angeli ab intellectu poſſibili dici poteſt vno modo, ꝙ intellectus poſſibilis, & Angelus magis differunt ſecundum naturam quàm imaginatio, & intellectus poſſibilis, cũ intellectus poſſibilis, & imaginatio ſint eiuſdem animæ, & intellectus, & Angelus non ſint eiuſdem ſpeciei, & tamen magis diſtant ſecundum proportionem intellectus & imaginatio quàm intellectus poſſibilis, & Angelus, & patet, ꝙa inter intellectũ & Angelum eſt quędam proportio, qua põt intellectus intelligere Angelum, & ſic attingit illum, inter imaginationem aũt, & intellectũ nulla eſt proportio attingentię, quia non poteſt concipere imagitatio intellectum, ſed operatio magis ſequitur ad ſimilitudinem ſecundum proportionem quàm ad ſimilitudinẽ ſecundum eſſe, ideo intellectus poteſt Angelum intelligere, ſed non imaginatio intellectum.

Aliter poteſt dici, ꝙ magis diſtat imaginatio ab intellectu ſecundum naturam quàm Angelus ab intellectu, ſed ſecundum ſubiectum magis diſtat Angelus ab intellectu: nam intellectus hominis, & intellectus Angeli conueniunt ſecũdum rationem formę intellectiuę, & intelligibilis: nam vterque eſt intellectus, & eſt quo intelligitur, ẽt vterq; eſt res intelligibilis immaterialis, ſed intellectus, & imaginatio non conueniunt in ratione formę, quia non conueniunt ambo ad rationem intellectiui, neque intelligibilis, ꝙ vero conueniant in ſubiecto non facit cõuenire in natura: nam albedo, & fęlicitas in Sorte ſunt vnum ſubiecto, & tamen magis conueniunt in natura albedo Sortis, & Platonis, qui nõ ſunt idem ſubiecto, ſed idem ſpecie, albedo autem, & fęlicitas, quę ſunt idem ſubiecto in Sorte differunt plus quàm ſpecie, immo plus quã genere immediato, & tamen quantum ad operationẽ magis facit ſimilitudo in forma, quę eſt principium operationis, quàm ſimilitudo in ſubiecto, quod non eſt principium operationis, ideo intellectus poſſibilis poteſt intelligere Angelum, licet imaginatio nõ poſſit cognoſcere intellectum potentialem.

Ad ſeptimum dicendum, quòd talis eſt habitudo intellectus ad verum qualis voluntatis ad bonum, & ideo ſi põt totaliter voluntas deordinari a bono, ita vt nullum bonum velit, poterit intellectus totaliter deordinari a vero, vt nullum verum intelligat, ſed nõ poteſt vnquam voluntas tantum deordinari a bono, vt nullum bonum velit, ergo neque intellectus deordinabitur, vt nullum verum intelligat. Et cum dicitur de damnatorum voluntate, quòd eſt deordinata a bono.

Dicendum, quòd non eſt deordinata ab omni bono, qm̃ bonum vult, ſic dicit Diony. 4. ca. de di. no. ꝙ dęmones ipſum bonum, & optimum concupiſcunt eſſe viuere, & intelligere, etiã fęlicitatẽ in vniuerſali concupiſcunt, vt oſtenſum eſt ſupra. Sed ipſum verũ ſummum bonum non cõcupiſcunt, & cętera bona, quæ appetunt non ordinant in illud, & quantum ad hoc voluntas damnatorum peruerſa eſt, quia neque

ipſum

ipsum summum bonum cupiunt, neque cętera bona ad illud ordinant, nihil tamen prohibet hoc quin multa bona velint, ita & intellectus eorum deordinatus est, quia verum primum non intelligunt, scilicet, Deum per essentiam, cuius visione beati essent, licet multa alia vera intelligant, & ita damnatorum animę possunt substantias separatas intelligere, cū tamen nō intelligant Deum, & cum hac intellectione manet deordinatio appetitus ipsorum, & voluntatis.

Ad octauum dicendum, quòd viuentes sunt propinquiores beatitudini quàm damnati, cum damnati fiāt impossibiles ad beantudinem, viuentes autē quicunque sint possunt esse beati. Cum vero dicitur, ꝙ in cognitione substantiarum separatarum sit vltima beatitudo hominis, dicendum quòd aliqui Philosophi hoc voluerunt, sed falsum est, quia non consistit beatitudo in intellectione alicuius substantię, vel rei nisi primę intelligentiæ, quia cum beatitudo sit summum bonum, oportet quòd consistat in summo bono, & quia illud est intelligibile, & non materiale, & debet apprehendi secundum intellectum, & intellectus obiectum est verum, oportet quòd excedat omnia in ratione veri, & ita sit summū verum: in cognitione, ergo illius summi veri, quod est summum bonum, consistit solum beatitudo, non autem in cognitione aliquarum aliarum rerum. Sic dicit Aug. in lib. confes. loquens ad Deum, ſ. beatus est, qui te nouit ēt si alia nesciat, ſ. creaturas, infelix autē est si illa sciat te aūt ignoret, qui autē te, & illa nouit non propter illa beatior, sed propter te solū beatus, ergo licet animę damnatorum cognoscant substantias separatas non sunt beati, vel magis accedentes ad beatitudinē quam nos, qui illas nescimus, cūm non consistat beatitudo in cognitione illarum, sed potius sunt totaliter distātes a vera beatitudine, quæ est in cognitione Dei ad quam nos peruenire possumus, illi autem non possunt.

Ad nonum dicendū, quòd anima separata cognoscet intelligentias, & vere cognoscet illas per modū substantię suę, idest, sicut seipsam, ſ. per similitudinē aliarum quam aliquo modo in se inuenit. Et cū dicitur, ꝙ non intelliget seipsam, ergo neque substantias separatas, dicendum ꝙ seipsam intelliget, non tamen sicut nunc, quia nunc per phantasmata se intelligit, non quasi aliquod phantasma sit representans illam, sed quia ex cognitione aliarum rerum habente originem ex phantasmate cognouit anima seipsam: nam obiectum habens phātasma directe cognoscit, & per obiectum cognoscit actum intelligendi, & per actū intelligendi cognoscit seipsam, tunc vero nō cognoscet a posteriori, & ex phantasmate, sed cognoscet se directe suam essentiam intuendo, cum iam non hēat aspectum inclinatum ad inferiora, sed aspectum absolutum, vt supra dictum est, & ita cum seipsam directe cognouerit intelliget alias intelligentias per modum substantię suę, idest, per similitudinem suam.

Ad decimum dicendum, quòd animę separatę, & omnes intelligentię habent modū cognoscendi quo ex magis notis veniunt ad minus nota, & ita prius, & magis cognoscunt, quæ sunt magis nota simpliciter, vnde magis cognoscunt intelligētias alias, idest, quęlibet intelligentia omnes intelligentias quā res sensibiles, quæ sunt minime cognoscibiles, & tamē substantiam, vel intelligentiam primam nō maxime cognoscunt, quia quantum ad illam est quędam ratio diuersitatis, vnde non solum animę separatę, sed etiā, neque alię intelligentię cognoscunt primam Intelligentiam per essentiam, & ratio est ex diuersitate naturę: nam sicut substantię purę spirituales differunt a rebus materialibus, ita & prima intelligētia differt ab omnibus alijs intelligentijs, & apparet, quia in rebus materialibus tria inueniuntur quorum vnum nō est aliud, scilicet, indiuiduū, quidditas sine natura speciei, & esse. Nō enim est indiuiduum ipsa quidditas, quia non possumus dicere, quòd homo sit humanitas, & ratio est, quia homo addit aliquid reale supra humanitatem: nam dicit humanitas sola principia speciei, & non nominat aliquam materiam signatam, vel signationem materię, homo autem, scilicet, Sortes dicit principia speciei, idest, corpus & animam rationalem, & addit vltra signationem materię per quā differt Sortes a quolibet alio indiuiduo, & tamen in humanitate non differunt Sortes, & Plato, aut alia indiuidua: similiter, & humanitas non est esse hominis, quia esse simplex est, & est actus essentię, ipsa vero quidditas est composita, & a fortiori indiuiduum non est ipsum esse, quia indiuiduum est magis compositum quàm quidditas, esse vero simplex.

Item patet, quòd necesse sit realiter distingui esse a quidditate, & indiuiduo: nā si quidditas esset realiter ipsum esse, quidditas per se esset, & non acciperet esse in aliquo, & tamen quidditas accipit esse in supposito, quia aliàs quidditas non est nisi in esse obiectiuo, ergo quidditas non est esse cum ei adueniat esse. Item si quidditas esset ipsum esse sicut ęternū est humanitatem esse humanitatem, ita esset ęternū humanitatem esse, & tunc humanitas non potuisset incipere esse, sed falsum est, quia per creationem cępit esse non quòd ipsa sit terminus creationis, sed quòd est indiuiduo concreata, ergo humanitas non est ipsum esse.

Item nō est indiuiduum ipsum esse, quia tunc homo quilibet esset immortalis: nam sicut Sortes non potest non esse Sortes, idest, quòd sit, & nō sit Sortes ita non posset Sortes se non esse, & ita necesse esset Sortem esse, & hoc esset Sortem esse immortalem, quod falsum est.

Item non potuisset Sortes creari, sed esset ab ęterno, quia cum Sortes esset, suum esse nunquam aduenisset ei esse, & ita nunquam incepisset esse, sed quod non incipit esse non creatur, ergo Sortes non est suum esse.

De substantijs separatis secus est, quia ibi nō distinguuntur hęc tria, idest, indiuiduum, & quidditas, & esse, sed solum quidditas, & esse.

Primum, idest, quidditas non distinguitur ab indiuiduo, quia cum non sint istę substantię compositæ non recipitur natura speciei in aliqua materia signata per quam indiuiduetur, ideo quidditas speciei subsistens per se, & est ipsum indiuiduum, vnde non distinguitur in eis quidditas, & habens quidditatem, sed tamen distinguitur in eis esse, & quidditas, quia si quidditas, & esse idem esset, nō esset communicatum eis esse, & ideo per se essent, & essent de necesse esse, ideo non potuissent creari: nam in creatione eorum nihil communicaretur, cum nō accipiat esse quidditas in indiuiduo, quia non distinguuntur, & rursus non communicatur esse quidditati si essent idem, ideo nihil fieret circa istas substantias, vnde nō possent creari, etiam quia essent ęterni: nam id, quod ab altero non separatur ęternum est, sicut ęternum est triangulum habere tres angulos duobus rectis ęquales, quia nemo potest istud a triangulo separare, a fortiori ergo si quęlibet intelligentia esset suum esse, non posset separari esse ab intelligentia, & consequenter illa esset ęterna, quod falsum est, ideo distinguuntur in intelligentia esse, & quidditas, vel esse, & habens esse.

De Deo secus est, quia in eo nihil horum distinguitur, & ideo quidditas, indiuiduum, & esse idem sunt,

sunt, de quidditate, & indiuiduo planum est, quia si in substantijs separatis non distinguuntur hęc, a fortiori non distinguentur in Deo.

Secundo quia distinctio indiuidui, & quidditatis est, quia natura speciei recipitur in aliqua materia signata, & signatio materiæ est aliquid vltra quidditatem, & facit differre indiuidua numero sub eadem specie, sed signata materia solum est in compositis: Deus autem est summe simplex, immo solus vere simplex, ergo nō erit ibi materia, neque distinctio indiuidui, & quidditatis.

Rursus non distinguitur esse, & quidditas in eo, & istud est speciale ei, quia si distinguerentur, oporteret quòd vnum aduenire alteri, & tunc cum aliquando aduenisset, non esset Deus ęternus.

Secundo quia si esse, & quidditas distinguerentur realiter, oporteret quòd ista distincta aliquis coniunxisset, sed nemo est, qui coniungere possit, quia tunc erit Deus vere factus, aut creatus cum esse sit ibi communicatum, ergo esse non differt in eo a quidditate.

Tertio quia aliquis esset prior Deo: nam ille, qui coniunxisset ista duo distincta, scilicet, quidditatem Dei, & esse prędecederet Deum: nam Deus non esset ante esse sibi communicatum, & ita non esset iste Deus, sed ille, qui prędecederet eum.

Quarto quia si in Deo distingueretur esse, & quidditas non posset esse antequam vnirentur hęc, & nō possent ab aliquo vniri, quia non potest aliquid prædecedere Deum, & consequēter nunquam possent vniri, quia Deus non posset ea vnire cum nondum esset antequam haberet esse, & ideo impossibile fuisset Deum esse, & consequenter nihil esset, quia non potest aliquid aliorum esse nisi causa prędecedente, necesse est, ergo ad hoc, quòd omnia ponantur sicut sunt, quòd Deus non habeat esse, & quidditatem distincta, & tunc per se erit, & ęternus erit, & nullo priori indigebit, & non sequitur aliud inconueniens. Et sic apparet habitudo horum, quia in rebus materialibus distinguuntur hęc tria, idest, quidditas, indiuiduo, idest, quidditas, & esse, in substantijs separatis distinguuntur istorum distinguitur ab alio, & tunc apparet differentiæ ratio in cognoscendo, quia sicut nos cognoscendo res materiales cognitione naturali non possumus cognoscere substantias separatas, quia non est in illis talis modus essendi qualis in rebus materialibus, vt dictum est, ita & substantiæ separatæ cognoscendo seipsas non possunt cognoscere essentiā Dei naturali cognitione, quia non est talis modus essendi Dei qualis substantiarum separatarum, vt dictum est, cognoscent ergo animæ separatæ substantias separatas veniendo a magis notis per se ad minus nota ordine naturæ, & tamen non cognoscent Dei essentiam, quę est maxime cognoscibilis propter rationem supra positam.

Ad vndecimum concedendum, quòd multum deficienter est impressio superioris substantię in animam, & quanto fuerit altior tanto est magis deficiens & minorem similitudinem illius habet, & tamē ex hoc non sequitur, quòd anima separata non intelligat substantias separatas, sed quòd deficienter, & imperfecte intelligat, & verum est, quòd quantum ad naturalem cognitionem imperfecte cognoscit anima separata intelligentias.

An anima separata cognoscat omnia naturalia.
Quæst. DLXXXVI.

QVAERETVR an anima separata cognoscat omnia naturalia. Aliqui dicunt, quòd non, quia dicit Aug. ꝙ dęmones multa cognoscunt per experientiam longi temporis, quod quidem non habet anima per experientiā saltem mox, vt fuerit separata, cum ergo dęmon sit perspicacioris ingenij quàm anima, quia data naturalia manent in eis clara, & lucida, vt dicit Diony. 4. c. de di. no. videtur, ꝙ cum dęmones experientia longa indigeant ad multa cognoscēdum, ꝙ animę separatę nō possint omnia cognoscere. Secundo quia animę quādo sunt vnitę non cognoscunt omnia naturalia, si ergo separatę cognoscunt illa videtur, ꝙ post separationem acquirunt istam scientiam omnium naturaliū, sed aliquę animę habuerunt hic sciētiam aliquarum rerum naturalium acquisitam, ergo post separationē habebunt prędictę aīę earundē rerum duplicem sciētiam, ſ. vnam acquisitam hic, & aliam post separationem, quod videtur impossibile, quia duæ formę eiusdem speciei nō possunt esse in eodem subiecto. Tertio quia nulla virtus finita potest super infinita, quia non se potest extendere plus quàm est, sed virtus animę est finita, quia etiam essentia eius finita est, ideo & virtus, & operatio animę erit finita, sed naturalia intelligibilia sunt infinita, quia species numerotū, & figurarum, & proportionum infinitę sunt, ergo nulla anima separata cognoscit omnia naturalia.

Quarto ga omnis cognitio fit per assimilationem cognoscentis, & cogniti, sed impossibile videtur, quòd anima separata cognoscat naturalia, immo quòd nullum naturale cognoscat.

Quinto quia intellectus possibilis in ordine intelligibilium se habet sicut materia in ordine formarum sensibiliū, scilicet, quia sicut materia omnia recipit, & de se nihil habet, ita & intellectus possibilis omnes formas intelligibiles recipit, & de se nullam habet, sed materia prima secundum vnum ordinem nō est receptiua nisi vnius formę, ergo cum intellectus separatus non habeat nisi vnum ordinem, cum non trahatur ad diuersa per sensus, videtur quòd nō possit recipere nisi vnam formam intelligibilem, & ita non potest cognoscere omnia naturalia, sed vnum tantū.

Sexto quia ea, quæ sunt diuersarum specierum nō possunt vni, & eidem esse similia secundum speciem, cognitio autem fit per assimilationem speciei, cum ergo in naturalibus sint multę species rerum dissimilium, nō poterit vna anima separata cognoscere omnia naturalia.

Septimo quia si animę separatę cognoscunt omnia naturalia, oportet quod in se habeant formas omnium naturalium quātum ad genera sola, & species, & non quantum ad indiuidua, aut etiam quantūad indiuidua. Si primo modo videtur, quòd multa deficiant de naturalibus, quia indiuidua plurima sunt, immo videtur, ꝙ taliter cognoscēs nullum naturale cognoscit, quia naturale nō pōt abstrahi a motu, & materia sensibili, quia iā desineret esse naturale, hoc aūt soli indiuiduo competit, quia illa habent materiam sensibilem, ergo non cognoscent animę separatę res naturales nisi cognoscant indiuidua.

Si secundo modo non poterit stare, quia indiuidua sunt infinita, si ergo cognosceret omnia indiuidua haberet infinitas similitudines in actu, quod est impossibile, non ergo cognoscit anima separata omnia naturalia.

Sed dicetur forte, quòd in anima separata sunt solum similitudines generum, & specierum, & illæ nō

sunt

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt infinitę similitudines, vel formę, & applicādo illas ad particularia poterit cognoscere anima omnia particularia. Sed non stat, quia talis applicatio nō potest fieri nisi ad indiuidua, quæ iam sunt nota; nam si scio, quòd omnis mula est sterilis, non possum applicare istud vniuersale nisi ad hand mulam, vel illam quam cognosco, & ideo necesse est, quòd cognitio de hoc particulari prędcat ad applicationem vniuersalis ad particulare, & ita non poterit fieri applicatio nisi ad particularia, quæ iam sunt nota, vnde prædicta applicatio non est causa cognitionis illorum indiuiduorum, quæ non erant prius nota, vnde nullum particulare potest cognosci ab anima separata per talem applicationem, & sic si solum generum, & specierū sint species in anima separata nullum particulare cognoscet, & ita non cognoscet omnia naturalia.

Octauo quia vbicunque est cognitio ibi est ordo cognoscentis ad cognitum, sed animę damnatorum nullum ordinem habent, quia dicitur Iob. 10. cap. vbi nullus ordo, & accipitur de inferno, ergo animæ dānatorum non solum non cognoscunt naturalia, sed etiam nihil cognoscunt.

Nono quia Aug. dicit lib. de cura agenda pro mortuis, quòd animæ mortuorum ibi sunt vbi ea, quæ hic fiunt omnino scire non possunt, naturalia tamen sunt, quę hic fiunt, ergo non possunt animę defunctorum scire naturalia.

Decimo quia omne, quod est in potentia reducitur per id, quod est in actu, manifestum est, autem ꝙ anima humana quandiu est vnita est in potentia omnium, vel plurium eorum, quæ naturaliter sciri possunt, non enim omnia scit actu, ergo si post separationē scit omnia naturalia, oportet ꝙ reducatur per aliquid in actum, hoc autem non videtur esse nisi intellectus agens, quo est omnia facere, vt dicitur 3. de anima, sed per intellectum agentem potest reduci anima, sed per intellectum agentem potest reduci anima in cognitionem omnium intelligibilium, quæ nō intellexit hic, quia Aristo. 3. de anima comparat intellectum agentem lumini, & phantasmata comparat coloribus, sed lumē non sufficit ad faciendum visum esse in actu omnium visibilium nisi colores adsint, ergo neque intellectus agens potest facere intellectū possibilem in actu omnium intelligibilium, cū phantasmata adesse nō possint animę separatę, quę organa nō hēt, & ita aīa separata nō intelliget oīa naturalia.

Vndecimo aliquis ad hoc dicet, quòd reducetur intellectus possibilis in actum omnium naturalium scibilium, non per intellectum agentem, quæ est virtus animę, sed per aliquam substantiam superiorem anima, & ita omnia naturalia intelliget.

Sed rursus dicetur, quòd non stat, quia quando aliquis reducitur in actum per agens extraneum, quod non est sui generis reductio non est naturalis, sicut si aliquod sanabile sanetur per artem, vel per virtutem diuinam, erit sanatio illa artificialis, vel miraculosa, & non naturalis, nisi quando sanatio fit per principium intrinsecum. Proprium aūt agens, & connaturale respectu intellectus possibilis humani est intellectus agens, non ergo erit cognitio naturalis, quæ non fit per intellectum agentem tanquam per principiū, sed cognitio intellectus possibilis per agentem in anima separata non se poterit extendere ad omnia naturalia vt dictum est, quia non potest per illum reduci nisi quantum ad ea quorum sunt phantasmata, si autem fiat illa reductio per aliquam substantiam superiorem non erit illa reductio naturalis, quia non fit per principium intrinsecum, & ideo non conueniret omnibus animabus separatis, quia non conueniunt omnes ille nisi in eo, quod naturale est.

Duodecimo, quia si anima separata reducatur in actum omnium naturaliter intelligibilium, aut reducetur per Deum, aut per Angelum, quia cum Angelus non sit causa naturę ipsius, ita neque naturaliter cognitio animę erit per actionem Angeli. Neque ēt videtur, quòd fiat a Deo, quia licet Deus hoc possit, tamen inconueniens est, quòd Deus damnatis tantā gratiam faciat, vt eis per seipsum det cognitionem omnium naturaliū, ergo videtur, quòd anima separata non cognoscat omnia naturalia.

Tredecimo quia vltima perfectio vniuscuiusque existentis in potentia est, vt reducatur in actum quantum ad omnia, secundum quæ est in potentia, sed intellectus possibilis humanus nō est in potentia naturali nisi omniū intelligibilium naturaliium, i. quæ naturali cognitione intelligi possunt, si ergo anima separata intelligit omnia naturalia, videtur ꝙ omnis anima separata ex sola separatione habeat suam vltimā perfectionem, quę est felicitas, frustra ergo alia admirabilia quærentur ad felicitatē si sola separatio animę a corpore pōt hoc præstare, sed hoc absurdū est, ergo non cognoscit anima separata omnia naturalia.

Quartodecimo quia ad scientiam sequitur delectatio, si ergo omnes animę separatę cognoscunt omnia naturalia, videtur ꝙ animæ damnatorum maxime gaudio perfruantur, & hoc est inconueniens, quia damnati nullum gaudium habere debent, ergo non cognoscunt damnati omnia naturalia.

Quintodecimo quia super illud Isa. 64. Abraham pater noster nescivit nos, dicit Glo. & est August. nesciunt mortui etiam Sancti quid agant viui etiam eorum filij, sed ea, quę inter viuos hic aguntur sunt naturalia, ergo animę separatę nesciunt omnia naturalia, ideſt, non cognoscunt omnia.

Alij dicunt, quod animę separatę cognoscunt omnia naturalia, quia anima separata intelligit substātias separatas, sed in substantijs separatis sunt species omniū naturalium, ergo anima separata cognoscit omnia naturalia.

Sed dicunt aliqui, quòd non est verum, quia qui videt animam separatam non est necesse, quòd videat omnes species in intellectu eius existentes, & ita non intelliget omnia naturalia anima separata, licet videat ipsam intelligentiam in qua sunt species omnium naturalium.

Sed obijcitur, quia dicit Gregorius 4. Dialo. quid est, quod non videant, qui videntem omnia vident? sicut ergo qui videt Deum videt omnia, quę videt Deus, ita qui videt Angelum videbit omnia, quæ videt Angelus. Tertio quia anima separata cognoscit substantiam separatam inquantum est intelligibilis, ita & species in intellectu eius existens est intelligibilis, ergo anima separata non solum intelligit substantiam separatam, sed etiam species intelligibiles in ipsa existentes, & ita intelliget omnia naturalia cuius species sunt in substantia separata.

Quarto quia in intellectu in actu est forma intelligibilis, & est vnum cū intelligēte, si ergo anima separata intelligit substantiā separatā intelligentē omnia naturalia, videtur quòd omnia naturalia intelligat.

Quinto quia quicunque intelligit maiora intelligibilia intelligit ēt minora, vt dicitur 3. de anima, sed ego aīa separata intelligit substantias separatas, quæ sunt maxima intelligibilium, videtur ꝙ intelligat oīa alia, & ita intelliget oīa naturalia.

Sexto quia si aliquid est in potentia quantum ad multa reducitur in actum quantum ad omnia illa ab actiuo, quod habet omnia illa in actu, sicut materia, quæ est in potentia calida, & sicca fit a bigne actu calida, & sicca, sed intellectus possibilis animę separatę est in potētia ad omnia intelligibilia: actuum autem, scilicet, a quo recipit influētiā, ideſt, substātia separata est in actu respectu omnium illorum, ergo vel reducet animam in actum quantum ad omnia intelligibilia, vel quantum ad nullum, cum eadem sit ratio omnium, & vnius, sed manifestum est, quòd nō quantum ad nullum, quia animę separatę aliqua intelligunt, quę etiam hic non intellexerunt, ergo quantū ad omnia reducetur anima, & ita intelligit anima separata omnia naturalia.

Septimo, quia dicit Dionysius 5. cap. de di. no quòd superiora in entibus sunt exemplaria inferiorū, substantię autem separatæ sunt supra res naturales, ergo sunt exemplaria rerum naturalium, & ita animę separatę per inspectionem substantiarum separatarum videtur, quòd cognoscant omnia naturalia.

Octauo quia animę separatę cognoscunt res per formas influxas, sed formę influxę dicuntur esse formę ordinis vniuersi, ergo animę separatę cognoscunt totum ordinem vniuersi, & sic cognoscunt omnia naturalia, quę sunt partes vniuersi.

Nono quia quidquid est in inferiori natura totum est in superiori, sed anima separata est superior rebus naturalibus, ergo omnia naturalia sunt quodammodo in anima, sed anima cognoscit seipsam, ergo cognoscendo se cognoscit omnia naturalia.

Decimo quia vt dicit Gregorius, quod narratur Luc. 16. cap. de Lazaro, & diuite non est parabola, sed res gesta per hoc, quòd persona per nomen propriū exprimitur, & dicitur ibi, quòd dives positus in inferno cognouit Abrahā quem viuens non cognouerat. ergo eadem ratione animę separatę etiam damnatorum cognoscunt alia, quæ hic non cognouerunt, & sic videtur, quòd cognoscant omnia naturalia.

Responsio ad superioriem quæst. *Quæst. DLXXXVII.*

DICENDVM quòd anima quęlibet separata quodammodo intelligit omnia separata, sed non simpliciter. Pro quo sciendum, quòd talis est ordo rerum adinuicem, quòd quidquid inuenitur in natura inferiori inueniatur excellentius in natura superiori, sicut ista, quæ inueniuntur in generabilibus, & corruptibilibus, ideſt, formę, vel perfectiones inueniantur nobilius in corporibus cęlestibus sicut in causis naturalibus. Et patet, quia calidum, & frigidum, & alia huiusmodi sunt in his inferioribus vt elut quędā particulares formæ, sed in corporibus cęlestibus inueniuntur, non vt formę particulares, ideſt, quibus illa sint calida, vel frigida, sed sunt, vt quędā virtutes vniuersales, quibus detiuentur in hæc inferiora, ideſt, a quibus omnia hæc efficiantur calida, vel frigida, & ita non sunt ibi, vt formæ ad particulariter hoc ens, vel illud informandum, sed ad efficiendum omnia inferiora secundum hanc, vel illam qualitatem, & sic sunt vniuersales virtutes.

Item quęcunque sunt in natura corporali sunt eminentius in natura intellectuali. Et patet, quia formæ rerum corporalium sunt in ipsis rebus corporalibus materialiter, ideſt, sicut possunt capi a materia, & recipitur perfectio earum in illa, & sunt in eis particulariter, ideſt, vt vnum tantum tam in actu quàm in virtute, in ipsis autem substantijs intellectualibus sunt immaterialiter, & vniuersaliter, ideſt, non recipiuntur ibi secundum conditionem materiæ, quia non est ibi materia, neque sunt ibi solum, vt perficiētes materiam, & quantum materia recipere eas possit, & sunt ibi vniuersaliter, vt causæ ad essendum pluribus, & non ad informandum vnum tantum, vnde dicitur in libro de causis, quòd omnis intelligentia est plena formis.

Item quæcunque sunt in tota creatura, eminentius sunt in ipso Deo, in creaturis enim sunt formæ rerum multipliciter, & diuisim, in Deo autem sunt simpliciter, & vnite.

Primum patet, quia formæ sunt in rebus naturalibus naturaliter, & ita in qualibet re materiali est vna forma, quia duæ partes materiæ non possunt habere eandem formam numero, sunt ergo formę multiplicatæ, quia forma cuiuslibet speciei est multiplicata actu, & etiam sunt diuisim, quia secundum diuisionem materiæ, & quantitates diuiduntur formæ, cum duarum partium materię numero distinctarum non possit esse eadem forma numero: ideo licet eadem natura sit omnis albedinis, non erit eadem albedo duarum partium materiæ distinctarum, sed duæ albedines: ideo formæ multiplicantur, & diuiduntur.

Secundo patet, quia in Deo sunt omnes formæ: nā non posset Deus esse causa coloris in inferioribus, & frigiditatis, albedinis, & nigredinis nisi ista quoque in eo præexisterent aliquo modo, sed non sunt in eo ista diuisim, & multiplicata, quia in Deo non distinguuntur plura, sed vt dictum est supra, quidditas, & indiuiduum, & esse in Deo idem sunt, etiam in Deo propter summā simplicitatem (vt ait Hilarius) idem est habens, & quod habetur: ideo omnia ista erunt ipse Deus, sed Deus est vnus, ideo omnia ista erunt in eo vnum. sunt ergo istæ formæ in Deo simpliciter, & vnitiue, simpliciter quidem, quia in omnibus rebus naturalibus in quibus inueniūtur, sunt vt formę, & componunt, quia res habens non est simplex, sed componitur aliquid ex habente, & habito, Deus autem non est res composita, ideo forma habita est ibi ipse Deus habens, & sic non est ibi per modum compositionis, sed simpliciter, dicitur etiam ibi vnitiue esse forma, ideſt, inquantum omnes formæ sunt vnum.

Duplex enim habitudo est formarum in subiecto vna est accidētis, vel formæ ad subiectum, alia est formarum inter se. Prima habitudo facit in rebus naturalibus compositionem, eo quòd forma, & subiectū non sunt idem. Secunda facit in eis multiplicitatem, ideſt, quòd plures res actu sunt in eodem, quia albedo frigiditas, & magnitudo non sunt idem in Sorte, sed distinguuntur, oppositę habitudines sunt in diuinis, ideo propter primum dicitur, ꝙ inueniuntur formę, vel perfectiones istorum inferiorum in Deo simpliciter, i. non facit compositionē forma cum subiecto, quia sunt idem propter summam simplicitatem, propter secundum dicitur, quòd sunt ibi formę vnitiue, scilicet, quia formæ non distinguuntur ibi inter se, sed sunt idem, quia bonitas, magnitudo, & intellectus nō sunt tria, sed vnum, & idem. Et ista triplex comparatio rerum secundum Aug. designatur Gen. 1. ca. inquantum in productione rerum tripliciter exprimitur facere respectu eiusdem rei: nam primo dicitur quòd dixit Deus fiat firmamentum, per quod in communi intelligitur esse rerum in verbo Dei, & iste est tertius modus quem diximus, scilicet, quòd omnia, quę sunt in inferioribus, sunt & in Deo, sed in inferioribus multipliciter, & diuisim, in Deo autē simpliciter, & vnitiue. Secundo designatur esse rerum inquātum dicitur, fecit Deus firmamētum, per quod intelligitur esse firmamēti, & ita cuiuslibet creaturę in natura Angelica, aut in qualibet natura intellectuali, sed maxime in Angelica, vbi sunt species simplicis ꝙ in anima humana, vbi sunt acceptę a rebus, ipēs autē in natura Angelica non sunt acceptæ a rebus, sed potius causę rerum sunt, & hoc pertinet ad duos modos primos de cōparatione rerū, sed maxime ad secundū

in quo agitur de comparatione rerum in sua natura, & ad esse in natura intellectuali.

Tertio designatur esse rerum in propria natura inquantum dicitur,& factum est,ita scilicet,accipit esse firmamẽtum in propria natura ex similitudine essendi,quod habet in diuino intellectu, & angelico, & sic exponit Aug. & licet expositionem eius non sequamur quantum ad opera sex dierum, quia ipse tenet in hoc singularem modum exponendi, tamen hoc verum est, quòd esse rerum tripliciter consideratur sicut ipse dixit.

An sicut res a diuina sapientia processerunt,vt subsisterent,ita formæ earum profluxerunt in substantias intellectuales. Quæst. DLXXXVIII.

CONSIDERANDVM vlterius, quòd sicut res,p-fluxerunt a diuina sapientia, vt in propria natura subsisterent,ita ab eadem diuina sapientia fluxerunt, vt formę rerum in substantias intelligibiles, quibus res ipsas existẽtes in natura sua intelligant.Sunt enim duo modi essendi rei, scilicet, in seipsa, & in intellectu, inquantum cuilibet rei damus duplex esse, scilicet,esse naturale,& esse intelligibile,vtrunque autem pertinet ad vniuersi perfectionem,& patet,quia sicut Deus produxit entia,quæ subsisterẽt,quibus proprias operationes dedit,quarum conseruandarum cura ad prouidẽtiam Dei pertinet, ita & intellectũ produxit, & multas substantias intelligẽtes, quarum actus erat intelligere: ad prouidentiam ergo Dei pertinet conseruare res istas in sua operatione intelligendi,& tanto magis istas conseruare in intelligendo quàm illas in essendo, vel operando, inquantum entia intelligentia sunt nobiliora non intelligentibus, & de maioribus est amplior cura ad prouidendum, & tamen intellectio non fit sine forma intellectuali: ideo pertinet ad prouidentiam Dei dare formas intellectuales,secundum quas entia intellectualia exeant in actũ intelligendi, & tunc quia non est minor virtus intellectualis substantiæ in intelligendo quàm entium in essendo, oportuit, quòd omnium entium formæ essent in intellectualibus creaturis, ad hoc, quòd possent omnia intelligere secundum capacitatẽ suę naturę intellectualis,nam non omnia intellectualia sunt æqualia,sed secundum, quòd in entibus nõ sunt omnia æqualia in essendo,& operando, ita neque omnia intellectualia sunt æqualia secundum gradum suæ intellectualitatis,& ideo cuilibet substantię intellectuali secundum gradum suę virtutis debuerunt dari formę intellectuales omnium entium, & sic apparet, quod dicebatur,quòd sicut a diuina sapientia processerunt res,vt in propria natura subsisterent, ita ex eadem diuina sapientia profluxerunt formæ omnium rerum in substantias intellectuales, & de vtroque genere rerum conseruando,scilicet,naturali,& intellectuali est Deo cura.

Ex quo sequitur, quòd sicut se habent res ad perfectionem naturę, ita se habent ad perfectionem intelligibilem, singularia igitur qualiter se habuerint ad naturam taliter se habebunt ad intellectum, sed singularia habent se ad naturam,q̃ non sunt de perfectione naturę nisi per accidẽs, ita & ad perfectionem intelligibilem se habebunt, q̃ nõ pertinent ad perfectionem intellectus nisi per accidens.Primum pater, quia indiuidua nõ sunt de intentione naturę propter se,sed propter aliud, s. vt saluentur in eis species quas natura intendit, species enim sunt ipsę quidditates, quæ ponunt gradus perfectionis substantialis,& conseruare istas est de intentione naturę,eo q̃ istę dicunt totam perfectionem essendi, & indiuidua nõ addunt aliquam perfectionem supra species non sunt indiuidua de intẽtione naturæ nisi inquãtum per accidens sunt necessaria, si enim species sine indiuiduis posset seruari,aut esse,non essent indiuidua,sed sola species, quia tamẽ non potest esse homo quin sit iste homo, aut ille homo,cũ natura voluit,q̃ esset homo, voluit q̃ esset iste homo,natura quippe non intendit de per se generari hũc hominem,vel illum, sed hominem, quia tamen nõ potest gigni homo nisi sit iste homo, accidit esse indiuiduum necessariũ in natura, & rursus si natura speciei in vno indiuiduo manere semper posset, non multiplicaret semper natura indiuidua, sed quoniam sunt corruptibilia ista, quæ generãtur, & corruptis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere, vt non corrumpatur species, vel desinat esse per accidens,vult natura alia, & alia indiuidua producere,vt cum nõ possit conseruari species in vno tantum,conseruetur in pluribus.Hęc est ergo intentio naturæ quantum ad esse indiuiduorum, & hoc ostẽdit Aristo.lib.de Animalibus, vbi in assignãdis causis accidentium specierum docet nos reducere in causam finalem,accidentia autem indiuidui docet reducere in causam efficientem,vel materialem, quasi accidentia speciei sint de intentione naturæ, & ideo per causam finalem probemus ea,accidentia vero indiuiduorum non sint de intentione naturę:ideo non possunt reduci in causam finalem,sed in cõditionem materię,vel efficientis prẽter intentionem naturæ. Secundum patet,quia sicut se habet res ad esse, ita se habet ad intelligi, q̃ Deus ista duo genera voluit esse in vniuerso,i.ens secundum esse naturale, & ens secundum esse intellectuale,si ergo quantum ad esse materiale sunt indiuidua de per accidens, erunt quoque quãtum ad esse intellectuale de per accidẽs, species autem se habebunt quantum ad esse intellectuale de per se sicut ad esse naturale se habẽt per se.

An omnibus substantijs separatis datæ sint formę intellectuales omnium entium. Quæst. DLXXXIX.

VLTERIVS sciendum, quòd hæc perfectio intelligendi quantum ad totum genus esse intellectualis communicatur omnibus intellectualibus creaturis, quia nullam Deus fecit, quæ deberet esse orbata perfectione intelligendi, cum hoc sit contra rectitudinem prouidentiæ, sed quia non sunt æquales omnes substantiæ intellectuales,non eodem modo,aut æqualiter omnibus communicauit perfectionem istam, sed vnicuique iuxta suam capacitatem, & quoniam omnis intellectio fit per formam intellectualem, omnibus substantijs intellectualibus dedit formas intellectuales omnium entium,sed varie, quia in superioribus substantijs sunt formæ intellectuales rerum magis vnitæ, & vniuersales, in inferioribus vero magis multiplicantur, & sunt minus vniuersales,secundum quòd magis recedunt ab vno, & simplici, & appropinquant ad particularitatem materialium rerum, hoc apparet ex supra dictis accipiendo quantum ad genus essendi, nam diximus omnes perfectiones, & formas rerum inferiorum esse in primo ente, sed in illo sunt simpliciter, & vnitiue, in rebus autem inferioribus sunt multipliciter, & diuisim, sicut ergo omne formæ, vel perfectiones rerum in primo ente existentes sunt ipsum primum ens, & ideo non faciunt cum eo compositionem, ita & sunt inter se omnes perfectiones vna perfectio, & non faciunt multiplicationem, neque multiplicitatem, & sicut se habent ista in Deo simpliciter, & vnitiue quantum ad esse, ita se habent quantum ad intelligibile esse,scilicet,quòd non sunt plures formę intellectuales in Deo plurium rerum, vel singularum rerum intelligibilium singulæ formę, sed omnium intelligibilium est vnica forma intellectualis,per quam eminenter repræsentãtur, & perfecte intelliguntur, & hęc est ipsa diuina essentia, in rebus autem inferioribus formæ, & perfectiones quãtum ad esse sunt multipliciter,& diuisim, sicut supra ostensum est, ita & in substantijs intelligentibus sunt formę intellectuales rerum multipliciter, & diuisim,& nõ est aliqua substãtia intellectualis post primam, in qua sint formæ omniũ rerum intelligibiliũ simpliciter,& vnitiue,ideſt,q̃ vna tantum forma, vel species intelligibilis sit per quam fiat intellectio,quia illa intelligẽtia intelligeret tunc per essentiam suam omnia,& falsum est, quia nullius rei essentia est similitudo omnium nisi essentia Dei,sed necesse est, q̃ in omni intellectuali substantia post Deum sint aliquot species,vel formę intelligibiles, per quas omnia intelligantur,sed in hoc est differentia, quia quãto est substantia superior, & magis accedens ad primam,tanto pauciores species habet, & vniuersaliores, & quanto fuerit magis distans a prima,tãto plures species habebit,& minus vniuersales.Patet primum, sicut in gradu essendi est ordo, vt a primo ente descendatur vsq; ad materiam primam,& quãto aliquid magis appropinquat ad primum tãto est perfectius, & quãto magis accedit ad materiam primam tanto est imperfectius, ita & in gradu esse intellegibilis entia intellegibilia quanto minus distant a primo ente in essendo minus distant ab eo in perfectione intelligendi, sed ita est, quòd perfectionem essendi habent superiora minus multiplicatam,& diuisam quàm inferiora, ergo & perfectionem intelligendi sic habebunt minus multiplicatam per formas intellectuales,maxima ergo post primam habet aliquas species intelligibiles, sed paucas, & quia per illas debẽt intelligere omnia entia, oportet quòd illæ species multa comprehendant, ideſt, nõ respondeat vna species vni rei tantum intellectuali, sed multis, & quia tunc non potest illa forma intellectualis respondere omnibus illis repręsentatis secundum rationes proprias, & particulares, quia sic non esset vnum repręsentans, sed multa in actu, necesse est, quòd illa respondeat secundum rationem communẽ omnibus, & hoc est speciẽ esse vniuersalem.Deinde sequens intelligentia descendẽdo plures species habebit quàm prędecedens,& minus vniuersales: nam cum plures species fuerint, necesse est, quòd pauciora repræsentent: nam non possunt repręsentari nisi omnia, cũ ergo tam per paucas quã per multas species repręsententur omnia,necesse est, vt tot repræsentent paucæ sicut multę:ideo vt non sit aliqua superuacua oportet non coincidere, & sic necessario quælibet illarum pauciora repręsentabit quã species prędecẽtis intelligentiæ, sed in ratione repręsentatiua formę, vel speciei conueniunt omnia, quæ repręsentantur, ergo necesse est minus vniuersalem esse formam intellectualem in intelligentia secunda quàm in prima,& in tertia quàm in secunda.

Secundum erat, quòd cũ deueniamus descendendo in substantijs intelligẽtibus vsque ad infimas,multiplicantur magis species,& sunt minus vniuersales. Quod patet,quia si ad perfectionem intelligendi pertinet habere paucas species,& vniuersales, quãto minus habuerit aliqua substantia de perfectione intelligendi,tanto species suę plures erunt, & consequẽter minus vniuersales,quia cum illæ nõ coincidant in repræsentando quanto fuerint plures repræsentantes species,tanto cuilibet pauciora repræsentabilia respõ debũt,& hoc est esse minus vniuersalem speciem, & sic descendetur quousque perueniatur ad substãtiam

illam intelligẽtem, quæ tot species habeat quot sunt intelligibilia,& cuilibet speciei respondet intelligibile,& ista est anima humana.

Causa autem prędictorum est, quia formæ intelligibiles sunt tanto pauciores quanto virtus intellectiua,vel lumẽ intelligẽtis est maius,quod enim magnã virtutem intellectiuã habet per paucas species intelligit multa intelligibilia, quod vero habet minorem virtutem indiget pluribus speciebus ad intelligenda plura, illæ autem, quæ habent magnam virtutẽ intelligendi per duas aut tres, vel valde paucas species obtinent omnem perfectionem intelligibilem,ita vt intelligant, vsque ad vltimas species omnes naturas rerum.In inferioribus autem non potest esse plenitudo intellectionis omnium rerũ per tam paucas formas, sed necesse est poni plures,quia inferiores intelligentiæ habent minorem virtutem intellectiuam, & si tã paucę species ponerentur in eis sicut in superioribus nõ possent consequi per illas omnem perfectionem intelligendi, s.vt per illas intelligerẽt distincte omnia entia vsque ad minimas species,vel naturas rerũ, sed maneret earum cognitio confusa,& vniuersalis:nam cum species paucę sint multę vniuersales, & vniuersales species in ratione communi repræsentet, & nõ in ratione speciali, cum istę intelligentię inferiores habeant paucam vim ad se reducendum de vniuersali ad particulare, vel ad determinatum,manebit earũ cognitio sub ratione communi non potens determinari, sicut siquis cognosceret Sortem solum inquantum animal, & nõ sub alia ratione magis determinata:nam manifestum est, quòd ista esset multum imperfecta cognitio, & ideo vt ista entia intellectiua habeant aliquam perfectionem intelligendi, necesse est quòd plures species habeant, & sic quęlibet earũ minus vniuersaliter significet, & sic parua difficultas est illis parum vniuersalious reducere se ad cognitionem distinctam. Amplius autem manifestum est, q̃ quãto fuerit intellectus efficacior tãto magis ex paucis potest plura colligere, cuius signum est, q̃ hominibus rudibus, & tardioribus ad intelligẽdum omnia sigillatim oportet exponere, & inducere exẽpla particularia ad singula, pro viris autem magni ingenij licet nondum docti fuerunt,non oportet singula dicere, sed dictis quibusdam colligunt alia, quæ inde sequuntur, sicut positis præmissis accipimus cõclusionem licet non exprimatur, ita & de alijs, iuxta illud, mitte sapientem in via, & nihil ei dicas, quasi dicat, non oportet ei singula exponere,quia ipse ex principio vię scit quid faciendum sit.

An humana anima per tot species intelliget quot sunt res intelligibiles. Quæst. DXC.

DE anima autem humana dicendum, quòd ipsa per multas formas intelligibiles intelligit,& per tot quot sunt res intelligibiles, quòd nulla substantia intellectualis facit nisi ipsa.

Ad hoc est prima ratio, quia ipsa est infima inter omnes substantias intellectuales: ideo necesse est, vt detur modus infimus intelligendi, sed altissimus est, vt per vnam tantum speciem, vel formam omnia intelligantur, vt dictũ est, ergo infimus modus intelligendi erit, q̃ intelligat quis per tot species quot sunt res intellectuales: nam si dentur pauciores formę nõ erit infimus modus intelligendi,cum maneat sub illo alius possibilis modus,scilicet,vt tot sint species quot res intelligibiles: ideo cum anima sit infima intelligentia,oportet ei dare talem modum intelligendi.

Secunda ratio est propter vnionem ad corpus, q̃ nulla intelligentia est vnita alicui corpori nisi anima,

& ideo oportet, ꝙ accipiat a corpore, quia propter perfectionem ſuam fuit vnita corpori, & accipit per ſenſum, & tamen per ſenſum nō pōt accipere niſi ſingulariū rerum ſpecies, ꝙa individua ſunt ſenſibilia, ergo pro ſingulis rebus ſingulas ſpēs habet aīa, ſecus ſi vniuerſalia eſſent ſenſibilia, & nō particularia inuēta ſub vniuerſalibus, ꝙa tūc acciperemus p ſenſum ſpēs vniuerſaliū, & non ſingularū rerū, & tunc per paucas formas deberemus cognoſcere omnia, ſed econtrario fit, ꝙa particulare eſt ſenſibile, vniuerſale aūt non niſi per accidēs, iō accipimus per ſenſum ſingularum rerum ſpecies, & ita nō ſunt plures res intellectuales, q̄ ſunt ſpecies intellectuales, per quas cognoſcimus.

Tertia cō eſt, ꝙa cæteræ intelligētiæ habēt naturaliter ſpēs innatas, vel cōcreatas paucas, vel multas, per quas intelligunt, eo ꝙ illæ non poſſunt accipere a rebus exterioribus, & iō ſpēs in illis nō correſpondent numero rerum, ſed ſunt pauciores q̄ res, & tamen ꝙ ſint paucæ, vel multæ competit ex conditione ipſius intelligentiæ, vt hēt paucam, vel magnam virtutem intellectiuam: anima autē nullas hēt ſpēs naturaliter cōcreatas, vel inditas, vt Ariſt. dixit, ſed eſt ſicut tabula raſa, & ſic oportet ꝙ accipiat aliunde. Eſt autē nata accipere a rebus exterioribus propter corpus cui vnitur in quo ſenſibus vtitur, ideo non pōt habere ſpēs, niſi ſm conditionem rerum ſenſibilium, ſed ſenſibilia ſunt particularia, ergo quot fuerint particularia tot erunt ſpecies intellectuales, & ita in anima humana eſt maxima multiplicatio ſpecierum intelligibilium.

Eſt autem prædicta conditio animæ ad intelligendum dum eſt vnita corpori, vt ex rebus materialibus ſpecies ad intelligendum accipere poſſit ſecundum intellectum poſſibilem, neque eſt ei maior virtus intellectualis ad intelligēdum, quàm vt ſecundum formas iſtas ſic determinatas perficiatur in cognitione intellectuali, & ſi darentur ei formæ non determinatæ, ſicut accipiuntur a ſenſu, ſed vniuerſaliores quales ſunt ſpecies ſubſtantiarum ſeparatarum, non poſſet ſm illas intelligere, niſi multum imperfecte, vnde & lumen intellectuale, quod communicatum eſt ei, quod vocatur intellectus agens, hāc operationē hēt, vt faciat ſpēs intelligibiles actu, quæ erant intelligibiles ſolum in potentia, inquantum phantaſmata conditionem materialem habent: anima ergo quandiu eſt vnita corpori ex ipſa vnione ad corpus hēt aſpectum ad inferiora ſe. ſ. ad entia corporalia, a quibus accipit ſpecies proportionatas ſuæ virtuti intellectiuæ, quæ ſunt ſpecies intelligibiles, & ſecundum hūc modum perficitur in ſcientia. Cum vero aīa fuerit a corpore ſeparata, non hēt aſpectum ad inferiora, ꝙa non eſt aliqd per quod trahatur, ſicut cum eſt vnita trahitur per corpus, ſed eſt aſpectus ſuus abſolutus, & cum iam non poſſit accipere ab inferioribus per ſenſum, accipit a ſolis ſuperioribus ſubſtantijs, a quibus habet influētiam ſpecierum intelligibilium vniuerſalium, & licet prædictæ ſpecies intelligibiles recipiantur minus vniuerſaliter in aīa, q̄ ſint in ſubſtantijs ſuperioribus, cum ſint per impreſſionem, & nō per abſtractionem, tamen quia parum eſt lumen animæ, eſt parua efficacia ad intelligendum per illas ſpecies, ideo non poteſt anima per illas ſpecies habere perfectam cognitionem, quia non poteſt ex illa vniuerſalitate ſeipſam determinare, cognoſcēdo vnumquodque, vt in ſe, & determinate, ſed cognoſcit res ſub quadam cōfuſione, & vniuerſalitate, vt cum quis intelligit Sortē in ratione animalis, & non ſub alia ratione magis determinata, vel qui intelligit res ſolum, vt in ſuis principijs, & non vt ſunt in ſeipſis, & hanc cognitionem ſic vniuerſalem, & confuſam acquirunt animæ ſta-

F tim, vt ſeparantur ſubito, quia acquirūt illam per modum influentiæ, & non per modum doctrinæ, ſicut Origenes dixit: nam ad cognitionem quæ ex doctrina fit tempore indigemus, ad illam vero quæ ex influxu eſt nullo tempore indigemus, cū in animam non fiat influxus per motum, quia eſt iam ſeparata a materia, & ita ſubito vt ſeparata eſt a corpore per modum generationis cuiuſdam eſt receptio illius influxus, & eſt cauſata illa cognitio in qualibet anima ſeparata.

An ſcientia quæ per influxum fit in anima fiat ſubito, vel paulatim creſcat. Quæſt. DXCI.

G ET dicendum, quòd in iſta cognitione non proficiunt, ſed quantum per mille annos intelligere poſſunt, aut de facto intelligent, tāmen in momento ſeparationis a corpore, quātum per influxum ſubitaneum intellexerunt, & ideo poſtea etiam in æternum manentes nihil plus intelligunt, q̄ tunc intelligebant, vel intellexerunt, niſi forte per gratiam trāsferatur ad aliū modū cognitionis, ſicut fit in animabus, quæ tenentur in ignibus purgatorijs: nam qñ ſoluūtur a corpore, & quandiu manēt in purgatorio habēt ſolū modū cognoſcendi naturalē aīæ ſeparatæ: poſtq̄ vero debitas pœnas ſoluerint, tranſeunt ad cœlum empyreū, & ibi ſunt beatæ, & iā habent aliā cognitionē, ſ. in eſſentia Dei, per quā oīa cognoſcunt, ſed accipiēdo de illis, qui manent in

H ferno damnatorum, & in lymbo paruulorū, q̄ nunq̄ transferentur ad beatitudinem, manet in eis ſemper modus cognitionis naturalis tantum animæ ſeparatæ, ideo de illis eſt verum, quod dictum eſt, ſ. ꝙ accipient ſubito totam cognitionem ſuam, & licet manſuri ſint in æternum in locis illis, nihil plus cognoſcēt poſtea, quàm in momento quo in locis illis animæ eorum aſſignatæ, aut detrutæ ſunt.

Ratio autem prædictorum eſt, quia ſi proficerent prædictæ animæ in iſta cognitione, aut iſtud fieret ex parte influentis, aut ex parte recipiētis, ſed ex neutro, ergo non creſcit illa cognitio. De primo patet, ꝙa influens eſt intelligentia ſuperior ad aīam, cuius eſt naturalis operatio influere ſuper aīam ſeparatā, & non pōt illa habere operationem ſm motum, & ſucceſſionem, quia non eſt agens corporale. Etiam ipſum quod influit nō reqrit ſucceſſionē, ꝙa eſt res ſpiritualis, ſ. ſpēs intelligibilis, ſed totum ſimul influi natum eſt, ergo nō eſt ſucceſſio, vt per tempora creſcere habeat. Et confirmatur hoc qm̄ per ſpēs quę influuntur in aīam ſeparatam ab intelligentia, poſſet ipſa intelligere omnia, quantum eſt ex conditione ſpecierum, ſed ex defectu luminis non poteſt, quia ex ſpeciebus vniuerſalibus ſic acceptis, non poteſt intellectus ſe deducere in ſingula determinate, ſed ſub cognitione confuſa, & vniuerſali.

Et tamen cōditio harum ſpecierum nō mutatur, ſed ſemper influunt intelligentiæ ſpeciē vnius modi, K ꝙa non eſt in poteſtate eorū aliter influere, cū influentia non ſit voluntaria, ſed naturaliter tacta, ideo ſicut ſemel influit intelligentia ſpecies vniuerſales ſemper tales influet, & ita ſemper manebit idem modus cognitionis, quantum eſt ex parte influētis. Neque proficiunt animæ in iſta cognitione, quantum eſt ex parte ipſius animæ recipientis, quia anima non eſt impedita recipere influxum, ideo quantum aliquādo pōt recipere tantū ſemel recipit: nā vbi recipiens impeditur in recipiendo pōt proficere receptio ablato impedimento, ꝙa ceſſante impedimento eſt operatio perfecta ſm receptionē, & prius nō, & ſm aīa ſeparata nō poteſt impediri: nam aīa cōiuncta cum recipiat a ſenſibilibus p̄ organa poteſt impediri in recipiendo per impe-

impedimentum organi, & ablato impedimento eſt A operatio perfecta: apparet enim quādo opprimimur ſomno, aut ebrietate, aut labore, aut nocumento aliquo facto in capite, quia non recipimus ſpecies conuenienter ad doctrinam, & etiam per ea quę iam recepimus non poſſumus habere operationem intelligendi perfectam, & iſtud eſt propter neceſſariam cōuerſionem ad phantaſmata, quę non poteſt fieri conuenienter, aut nullo modo exiſtente illo impedimento, ceſſante autem illo fit, & tamen in anima ſeparata non poteſt fieri impedimentum aliquod, quia nō eſt alligata corpori, ex quo accidit ſibi impediri: ergo id quod ſemel recipere nō poteſt, non poterit vnquàm recipere.

Secundo, quia modus iſte receptionis (vt dictum B eſt) non eſt per doctrinam, ſed per naturalem influxum. in doctrina quippe proficimus, quia illa non fit per aliquid intrinſecum, ſed per extrinſecum. docens quippe non pertingit ad intellectum, neque agit aliquid in illum influendo aliquid interius, ſed diſponit foris ipſa intelligibilia, vt faciliora ſint ad capiēdum, quia quędam ſunt ita breuiter, & obſcure dicta, ad quę non ſufficit vis intellectus, vt illa intelligat, quia lumen intellectus agentis non poteſt ea reddere actu intelligibilia intellectui poſſibili: ſi autem dicantur diffuſius, & apertius mutato quodam ordine ſunt ſecundum ſe facilius intelligibilia, ita quòd lumen intellectus agentis ſufficit ea reddere intelligibilia intellectui poſſibili: & hoc eſt quod docentes faciunt, ſ. ſolum diſponere exterius ipſa intelligibilia, & quia omnia intelligibilia non poſſunt ſimul ſic aptari, vt conueniant intellectui agenti ad faciendum ea intelligibilia actu, non poteſt quis ſubito doceri, ſed ſucceſſiue, ſecus autem eſt de influxu per modum naturę, ꝙa influens agit ibi per intrinſecum infundendo aliquid intra ipſam animam, & influens ſimul influit quantū anima poteſt capere, & anima illud capit ſubito, quātum in toto tempore capere poteſt, ſed virtus intellectus ſui non ſufficit ad deducendum ſe determinate in ſingula cognoſcibilia ex ſpeciebus tam vniuerſalibus, & tamen nunquàm anima poterit habere maiores vires etiam ſi in æternum maneat, ergo non poterit creſcere illa cognitio, ſicut apparet de viſione. Prę ſentētur alicui oculo multa viſibilia ſimul ſuper quæ poſſit ferri, & non ſit oculus tunc magis impeditus, q̄ aliquando erit, non videbit perfectius oculus illa ſi ad horam ſolum videat, aut ſi per decem annos videat, ita erit de anima ſeparata, cui ſimul præſentabuntur omnia intelligibilia in ſpeciebus illis, quas ſubito influent in ea intelligentiæ, & non infundentur poſtea plures ſpecies, neque eſſent vtiles, quia illæ ſufficiunt ad repræſentandum omnia intelligibilia, & ideo tantum intelliget tunc anima per illas cum non ſit impedita, quantum poterit intelligere in æternum, & ſic non creſcet vnquàm illa cognitio.

Ponuntur aliquæ obiectiones contra ſupradictam quæſtionem. Quæſt. DXCII. E

SED obijcietur, quòd creſcat illa cognitio, quia per frequentationem actuum cauſatur habitus, qui reddit actum perfectiorē, quàm prius erat, & ſic cum anima ſeparata per illas ſpecies ſæpe intellexerit, pfectius intelliget quàm prius, vnde creſcet cognitio.

Dicendum, ꝙ non cauſatur hic aliquis habitus ſecundum quem creſcat cognitio illa, ꝙa circa illa quæ naturaliter acquirūtur nō eſt habitus, ſicut in hoc ꝙ eſt recipere vim intellectiuam, & viſiuam non eſt habitus, ſed naturaliter fit ipſa receptio virtutis manen-

tis, quam non vocamus habitum, ſic in animabus ſeparatis naturaliter recipiuntur ſpecies, & naturaliter manent in eis, quia non poſſunt corrumpi, ideo non cauſatur ibi aliquis habitus.

Secundo, & principalius, quia habitus in ſpeculativis nō auget cognitionē, ſed firmat illā, & promptiorē reddit hominē ad intelligēdum circa illud genus rei, ſicut ſi accipiatur habitus vnius concluſionis demōſtratę, nō magis ſcitur veritas illius, nec perfectius intelligitur poſtq̄ qs habuerit habitum illius per decem annos, q̄ intelligatur in prima vice, quando demōſtratiue probatur cōcluſio, ſed hoc facit habitus, ſ. qa radicatur magis ita, vt nō poſſit cito deleri de intellectu, & vt poſſit faciliter, & ſine magna attētione exire in actum cōſiderandi circa cōcluſionem illam, quod non poterat facere ita faciliter, qñ cauſatus eſt habitus, aut anteq̄ cauſaretur: habitus tamen nō facit plura, aut perfectius cognoſci, ſed in aīabus ſeparatis petimus augmentū cognitionis, i. ꝙ plura cognoſcāt poſt aliquātum tps, q̄ ſtatim, vt ſeparantur, vel perfectionē maiorem illius, i. ꝙ determinatius intelligant ad hoc nō facit habitus, ſed ad magis firmandum, & tñ ad iſtam firmitatem nō prodeſt habitus, quia ſine vllo habitu eſt iſta firmitas in animabus ſeparatis: nā ſpecies recipiuntur in eis indelebiliter, quia nihil eſt iam quod eas corrumpat, ideo non prodeſt habitus ibi etiam ſi poneretur.

Tertio, quia cauſa quare anima ſeparata non proficiat in cognitione eſt ex paruitate luminis intellectus agentis: nam cum recipiat intellectus poſſibilis C ſpecies influxas vniuerſales, ſi lumē intellectuale eēt magnū, poſſet determinare ſe ex illis ſpeciebus vniuerſalibus ad quælibet ſingularia, & ſm eſt paruū lumē, iō nō pōt ſe determinare, ſed manet cognitio cōfuſa, & vniuerſalis, & tamē lumē intellectuale, i. intellectus agēs non creſcit in aīabus ſeparatis, quia illud lumen eſt naturale, & non augentur naturalia ex aſſuetudine, & maxime in pure ſpiritualibus, quæ non acquirūtur, neque pereunt per motum, ideo habitus non augebit illud lumen, neque ēt in nobis auget habitus lumen intellectuale, ſed manet nobis ſemper il le gradus, qui communicatus fuit in vnione animæ ad corpus, ergo non poterunt animæ ſeparatæ perfe- D ctius intelligere per ſucceſſionē tēporis, aut ęui. & ita nō proficit illa cognitio, ꝙa neque plura cognoſcūt, neque perfectius, nō quidem plura, quia ſtatim repręſentātur oīa intelligibilia per illas ſpecies, & non pñt plura repręſentari, ꝙa ſpecies cum naturaliter repræſentēt nō plus vno tpe, q̄ alio repręſentant, ēt non infunduntur poſtea aliæ ſpecies, ſed ſimul oēs, vt oſten ſum eſt, cū intelligentia nō habeat ſucceſſionē in ſua operatione: perfectius autē nō pñt intelligere res eaſdē, ꝙa gradus iſte cognitionis in cōfuſione, aut determinatione prouenit ex magnitudine luminis intellectus, ſed illud non augetur, ideo non creſcit cognitio animarum ſeparatarum.

An ſicuti in animabus ſeparatis non creſcit cognitio, ita etiam in beatis. Quæſt. DXCIII. E

ET non eſt iſtud inconueniens, quia idē fit in beatis, ſ. ꝙ nō creſcit eorum cognitio poſtquàm incipiunt eſſe beati, ſed quātum in æternum intelligere poſſunt, tantum in inſtanti cognoſcūt, & tam perfecte, & eadem ratio eſt ibi quæ in animabus ſeparatis habētibus ſolam cognitionem naturalē: nam beati aut creſcerēt in beatitudine ex parte Dei, aut ex parte ſua. Non primum, quia cum Deus ſecundum ſe in inſtanti operetur, nō faciet operationem ſecundum ſucceſſionem, quando nulla cauſa hoc expetierit.

Secundo quia beatitudo cõsistit in visione Dei secundum essentiã, sed istud in indiuisibili cõsistit, scilicet, quia aut totaliter videtur secundum essentiam, aut nullo modo, ergo beatitudo tota simul est. Sed aliquis dicet, ꝙ beatitudo nõ est equalis omniũ beatorum: ideo potest alicui dari, ꝙ videat essentiam diuinã, & beatus secundum quendam gradum, & postea addatur alius gradus beatitudinis.

Dicendum, quod beatitudo simul tota eẽ potest, licet posset donari secundum gradus, & tamen, quia nulla causa est huius augmenti, sed potius è cõtrario, idest, ꝙ simul tota detur, non dabitur secundum gradus. Tertio & præcipue, qa si daretur alicui pars beatitudinis suę, & postea adderetur alius gradus, aut daretur a principio tota beatitudo quàm quis meruit, & postea adderetur ex sola Dei liberalitate aliquid, quod non meruit, aut a principio non fuit data tota beatitudo, & postea completur. Primum non stat, quia Deus non dat alicui beatitudinem vltra proportionem suorum meritorum: ideo si a principio datũ est alicui de beatitudine quantum meruit, non addetur postea aliquid. Secundum etiam non tenet, quia fieret iniustitia homini, si non statim homini daretur tota sua beatitudo: nam per actus, qui in vita pręcesserant meruit illam, & iam tempus est totalis retributionis, ꝙ ergo detur pars beatitudinis, & non tota, est fraudare eum parte boni sibi debiti, cũ non detur pro eo tempore quo debetur, sed hoc est tollere quandã partem iuris quam Deus nulli tollit, ergo totam beatitudinem statim simul dat.

Sed neque ex parte hominis accidit ista augmentatio beatitudinis, quia secundum lumẽ glorię, quod dat Deus beatis, statim possunt videre essentiam diuinam in quantocũque gradu claritatis Deus voluerit, & illud lumẽ totum natum est infundi, & natum est totum permanere, quia est lumẽ habituale, ideo nulla resistentia est ex parte beati quin totam beatitudinem simul capiat.

Secũdo, quia si Deus daret beatitudinem alicui in certo gradu, & postea illam augeret, hoc esset, quia mereretur aliquid postquàm inceperat esse beatus, falsum est, quia nemo meretur nisi quandiu manet in hac vita mortali, ergo non potest augeri beatitudo hominis postquàm semel cęperit esse beatus.

Tertio quia si post beatitudinem datam esset augmentum eius, fieret augmentum in infinitum, cum non sit causa quare magis vno tpe augeretur quàm semper, sed istud est incõueniens, quod in infinitum augeatur, ergo nunquam augebitur.

Quarto quia si augeretur beatitudo postquàm inciperet quis esse beatus, cuperet beatus augmentum illud quandiu non haberet, sed istud desiderium admit aliqd de beatitudine, quia facit quandam indigentiam, cum non habeat ibi beatus omne quod vult, ergo non erit augmentum aliquod in beatitudine.

Et ita dicẽdum, quòd simile est tam de animarum cognitione naturali, quàm de cognitione secundum beatitudinem, quòd non proficit, sed statim tota est, quia vtraque fit per modum influxus naturæ, & non per modum doctrinę. Et consequenter apparet de cognitione animarum separatarum, quòd illa quantum ad modum naturalem est confusa, & secundum illam cognoscunt omnia naturalia, sed non determinate, immo confuse, & in vniuersali, & manet illa cognitio semper talis, quia non crescit quantum ad plura cognoscibilia, neque ad magis determinate illa cognoscendum.

Cap.XXV.

Responsio ad primam rationem principalem in fronte quæstionis 586. & aduerte, quòd primo respondet ad argumenta 15. prima pro parte negatiua, secundo loco ad alia nouem pro parte affirmatiua infra q. 599.

Quæst. DXCIIII.

NVNC ad argumentum primum factum supra in principio q. principalis dicẽdum est, ꝙ dęmones perspicacioris ingenij sunt quã animę separatæ: ideo quantum ad naturalem cognitionem plura cognoscunt quàm animę separatę secundum eandem cognitionem, ideo dicendum, ꝙ quantum ad ea, quæ ipsi cognoscunt experientia longi tẽporis animę minores sunt eis, sed illa nõ sunt proprie naturalia: nam omnia naturalia dęmones cognoscunt. Sed pro hoc considerãdum, ꝙ dęmones tripliciter aliqua cognoscãt, quędam enim per reuelationem bonorum Angelorũ, alia per naturalem vim intellectus, alia per experientiam longi temporis. De primis dicendum, ꝙ dęmones, vel omnes, vel aliqui cognoscunt mysteria Christi, & Ecclesię, & hæc non potuerunt cognoscere naturali cognitione, quia illa nõ sunt naturalia, sed pure voluntaria, idest, facta sunt, quia Deus voluit, & nulla exigentia erat ex parte ipsarum causarum naturalium, vt sic ista fierẽt, sed quia Deus sic voluit. Etiã non possunt cognosci ista per experientiam longi tẽporis, quia non sunt ista de illis, quę in consuetudinẽ veniunt, & sępe fiunt, in quibus vnum ex altero colligere possumus, sed sunt talia, quæ semel facta sunt, ideo dęmones non potuerunt cognoscere ista nisi ex illustratione superioris intelligentiæ influentis. Et rursus non fit istud per communem influxum quo superior intelligentia influit in inferiorem, quia illud pertinet ad illa, quæ sunt de cognitione naturalium, idest, de quibus ipsę habent species concreatas, in quibus superior intelligentia habens maius lumẽ perfectius intelligit, & in inferiorem influit, quia mysteria Ecclesiæ, & Christi sunt de rebus pure voluntarijs, quæ non cadunt in cognitionem naturalem alicuius nisi primi entis, quod continet naturaliter omnem voluntatem, & actus voluntatis, & ideo cum dęmones receperint horum mysteriorum cognitionem ab Angelis bonis, dicuntur per reuelationem accipere, quia non potest vocari ille influxus naturalis, quia neque illi Angeli boni, qui hęc dęmonibus reuelant, acceperunt hæc ex cognitione naturali, sed ex lumine gloriæ. Quod autem dæmonibus fiant aliquæ reuelationes de his rebus non est inconueniens, quia ad gloriam Dei cedunt, & ad exercitium nostrum: nam cum ipsi cognouerint mysteria aliqua Christi, & Ecclesiæ, admirabuntur altitudinem diuini consilij, etiam si ex hoc non insurgant in laudem eius, ipsi tamen Deo gloria est, quòd inimici sui agnoscant excellentiam suam, vnde Iacobi 2. capitu. dicitur, quòd dęmones credunt, & contremiscunt. Ad exercitium etiam nostrum ista prosunt, quia si dęmones nescirent aliqua mysteria fidei quantum ad Christum, & Ecclesiam, non possent nos tentare circa fidem, sed vna de tentationibus eorum est circa fidem, ideo conueniens est, quòd aliqua mysteria sint eis reuelata per bonos Angelos.

Quę dęmones naturaliter cognoscant.

De secundis dicendum, quòd ista sunt omnia naturalia, quia naturalia cognoscunt dæmones, non solum enim naturalia, quæ motui subijciuntur, sed omnia, quæ naturaliter sunt, ideſt, non per voluntatem, scilicet, cognoscunt genera, & species rerum vniuersi, indiuidua autem non æqualiter cognoscunt omnes dæmones, sed qui minores sunt, singula minus determinate cognoscunt, & ista dæmones cognoscunt non ex reuelatione,

tione, neque ex experientia, sed per naturale ingeniũ, habent enim cõcreatas species omnium rerum vniuersaliter, per quas cognoscunt omnia, quæ naturaliter sunt, & licet ad hanc cognitionem adiuuentur ẽt per influxum superiorum intelligentiarum, non dicuntur habere hoc per reuelationem, sed ex intellectus acumine, cum ille influxus sit naturalis in intelligentijs, & in qualibet recipitur magis, aut minus secundum magnitudinem suorum naturalium, ideſt, secundum quantitatem luminis intellectus.

De tertijs dicendum, ꝙ sunt quædam quæ dæmones non cognoscunt naturali cognitione, s. euentus rerum particularium, quæ nõ subijciuntur alicui necessitati causarum naturalium, sed sunt casualiter euenientia, aut fortuito: nam accidẽtia & euentus in particularibus, quæ habent causam in naturam, etiã a nobis per sapientiam præuidentur, sicut motus cœli, & ea quæ ex motu iudicantur necessario euentura, aut vt sępe, vel in plurimum, sed quædam sunt quæ nullam causam determinatam habent in natura, & circa hæc non est sapientia, per quæ præuideantur, & in his experientia longi temporis adiuuat valde: nam ẽt circa prudentiam istud videmus, quæ consistit circa agibilia, quæ sunt voluntaria, & non possunt comprehendi sub regula, & tamen prudentia, quæ experientijs nititur, multa comprehendit de his. & ista est causa quare prudentia, & gubernatio non est iuuenum propter inexperientiam parui temporis, licet eorum possit esse sapientia, vt patet 1. & 6. Ethicorum, a fortiori autem dęmones quorum longissima, & amplissima experientia est, longissima quidem quia ab initio sæculi experiuntur, amplissima autem quia simul multa experiuntur: nam ex omnibus, quæ fiunt in toto vniuerso experientiam capiunt, cum omnia cernant, & non lateant eos illa quæ fiunt: ex hoc etiam dæmones magnam astutiam tentandi nos capiunt, quia ex experientijs vident accidentia nostra, & quibus nos allicimur, & quibus temporibus, & ex hoc opportune sciunt nos tentare ad impellendum.

Circa omnia hæc dicendum, quòd dæmones excellunt animas separatas non beatas. De primis patet, quia (vt dictum est) dæmonibus expedit aliqua reuelari de mysterijs Christi, & Ecclesiæ tam propter laudem Dei, quàm propter exercitium nostrũ, cum nos tentet, sed animæ separatæ neminem tentant, ideo quædam opus erit reuelari dæmonibus, quæ non reuelabuntur animabus.

De secundo planum est, quia dæmones sunt superiores intelligentiæ, cum anima sit infimi gradus intelligentia, & ideo quidquid anima intelligit dæmones intelligent, & perspicacius quàm anima, & magis determinate.

De tertio eodem modo, quia longior est experientia dæmonum, quàm animarum separatarum, quia est maioris temporis, etiam quia animarum illarum non est proprie experientia, quia experientia est ex cognitione particularium, sed animæ separatæ non cognoscunt particularia naturali cognitione, nisi multum confuse, vt dictum est: dæmones autem cognoscunt illa magis determinate, ideo dæmonum est experientia, animarum vero separatarum non est proprie experientia. Dæmones ergo sunt maiores simpliciter in intelligendo animabus separatis, & ita est dicendum, quod non cognoscunt aliquid animæ, quod dæmones non cognoscant, & ideo cum animæ separatæ cognoscant omnia naturalia, cognoscunt etiam illa dæmones, & magis determinate, & hæc per ingenij actum est, & non per experientiam cognoscunt: ad hoc enim quòd dæmones cognoscant omnia, quæ naturaliter sunt, id-

est, genera, & species, & indiuidua non indigent aliqua experientia, sed statim in sua creatione lumine naturali cognouerunt, & nunc cognoscunt, sed experientiam habent dæmones circa ea, quæ accidunt, & non habent causam determinatam in natura, & illa non vocantur naturalia, & in illis animæ separatæ parum cognoscunt, naturalia tamen cognoscunt.

Responsio ad secundam rationem principalem positam supra quæst. 586. pro parte negatiua. Quæst. DXCV.

AD secundum dicendum, quòd omnes animæ per separationem acquirẽt scientiam omnium naturalium, siue prius habuissent illam, siue non, & erit ista scientia quam acquirent multum confusa, vt dictum est: & cum illa manebit scientia quam acquisiuerunt hic, immo proderit scientia hic acquisita ad cognitionem, quam habebit anima separata. Cum autem obijcitur, quòd non possunt esse duæ formę eiusdem speciei, simul in eodem subiecto cõcedendum est: & tamen dicendum, ꝙ non sunt totaliter eiusdem speciei scientia acquisita ex doctrina, vel studio per species acceptas a sensibus, cum scientia quę est per influxum naturalem ab intelligentia: nam sicut differunt habitus morales, qui ex assuetudine generati sunt, & habitus virtutum infusi, ita differrent isti duo habitus scientię, quia vnus est vt infusus, quia est per influxum instantaneum, alius vero est acquisitus, & tamen non stant simul in eadem anima habitus morales acquisiti, & habitus gratuiti, qui sunt infusi, & sunt circa eandem rem, & hoc quia nõ sunt ijdem specie: ergo sic stabit scientia acquisita animę separatę cum scientia influxa circa easdem res.

Item adhuc differunt plus, quia prẽter hoc quòd non sunt ab eisdem causis, adhuc non se habent eodem modo: nam per scientiam acquisitam est cognitio rei determinatę, eo quòd acquisita est ex speciebus determinatarum rerum: per scientiam vero in fluxam cognoscentur res in confuso, eo quòd intellectus agens non sufficiet ex illis speciebus, tam vniuersalibus deducere intellectum possibilem in determinatam cognitionem rerum. stabunt ergo simul istę duę scientię de eisdem speciebus. Amplius dicendum, quòd vna adiuuabit aliam, quia sicut species manentes in anima separata adiuuant ad cognitionem, quæ fit per species, quæ postea influuntur ab intelligentijs, vt ostensum est supra quæst. præceden. ita & habitus manentes in anima adiuuabunt ad cognitionem, quæ fiet per scientiam, quæ acquiritur in anima separata, & est ista vtilitas, quia magis determinate cognoscet singula ille qui hic aliquos habitus habuerit, quàm qui nullos habuit, sicut nos magis determinate cognoscimus nunc, quàm animæ separatæ.

Ad tertium dicendum, quòd anima separata omnia naturalia cognoscit, non tamen cognoscit infinita, quia non sufficit ad hoc virtus sua: & patet, quia si daretur infinitas in rebus naturalibus, vel esset ex parte indiuiduorum, vel ex parte specierum, & tamẽ ex neutra parte cognoscit infinita. De primo patet, quia anima separata non cognoscit omnia indiuidua, quia cognitio sua non determinata est, quantum ad singula, sed habent cognitionem vniuersalem, & confusam, & ideo etiam si omnia particularia cognoscat sub confuso non cognoscit plura, sed vnum, vt si quis cognosceret omnia indiuidua humana solum sub ratione hominis, manifestum est quòd vnum tantũ cognosceret, quia vnica ratio moueret intellectum eius, secus autem si illa determina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te cognosceret, quia tunc plura cognosceret, & infinita si illa essent infinita in actu.

Si autē dicatur, quòd ista infinitas est ex parte specierum, dicendum est, quòd istud non est possibile nisi in numeris, & eis, quę ex numeris proueniunt directe, vel quodammodo directe, vt est in proportionibus, quę sunt ipsorum numerorum quodammodo, vt in figuris, quæ multiplicantur ex multiplicatione laterum, vel angulorum, & ista multiplicatio prouenit ex numeris, sed dicendum, quòd infinitas in substantijs non potest accidere quantum ad speciem, eo ꝙ species in substātia sunt actuales, & nō potētiales, ga oēs potētiales species ſm substantiā sunt iā, ga omnes processerunt a Deo immediate, vel fuerunt in origine causarum naturalium ab eo productarū, & omnes huiusmodi species iam processerūt in esse, & tamen in actu non datur infinitum, ideo species secundum substantiam non sunt infinitæ: in accidentibus quoque non potest dari infinitas in actu, sed in sola potentia, & hoc maxime ad numeros pertinet, qui in infinitum augeri possunt, & cum quælibet vnitas addita numero variet speciem, & additio possit fieri in infinitum, poterunt species numerorum crescere in infinitum. Similiter de proportionibus est dicendum, quia inter quemlibet numerum, & numerum est proportio, & non est eadem vnius numeri ad alterum, quæ ad alterum; sicut dato numero senario impossibile est, quòd sint aliqui duo numeri ad quos senarius habeat eandem proportionem, sed aliam ad vnum, & aliam ad alterum. dato ergo quòd numeri augeantur in infinitum, augebuntur etiam species proportionum in infinitum. De figuris quoque eadem ratio est: nam in figuris planis rectilineis potest procedi in infinitum in speciebus, ga sicut non est eiusdem speciei trigonus, & tetragonus, ita neque pentagonus, & exagonus, sed quælibet istarum addit ad alteram solum vnum angulum, & vnum latus. per additionem ergo anguli, vel lateris in figuris variatur species in illis, licut per additionem vnitatis in numeris, sed possunt fieri additiones laterum, & angulorū, & productiones nouarum figurarum, ergo possunt crescere species figurarum in infinitum. Sed dicendum, quòd non sequitur ex hoc inconueniens, quia ista infinitas specierum non est actualis, sed potentialis: nam in actu nunquàm dabuntur numerorum infinitæ species, immo neque infinitæ vnitates, sed quidquid in actu ponitur de numeris finitum est: & eodem modo de proportionibus, quia non possunt esse infinitæ species proportionum, nisi sint infiniti numeri, sicut ergo numeri non sunt infiniti in actu, sed in potentia, ita neque species proportionum sunt infinitæ in actu, sed in potentia: de figuris idem est, & ideo dicendum, quòd sic est de intellectione, quantum ad animas separatas: nam illæ cognoscūt omnia naturalia, & sicut se habent naturalia ad esse, ita se habent ad cognosci, sed infinitas specierum in numeris, proportionibus, & figuris, non est in actu, sed in potentia, ideo non intelligent in actu infinita, sed finita. Sed dicendū, ꝙ sicut in potentia sunt ista infinita, ita sunt intellectualia in potentia, & anima separata pōt intelligere infinita in potētia: nunquàm tn actu intelliget infinita: infinitas tn quantū ad esse, vel intelligere non repugnat simpliciter, sed solū in actu: vnde dicendū, ꝙ non solū virtus animę intellectiuæ separatæ est infinita, sed ēt cuiuslibet intellectus coniuncti virtus est quodāmodo infinita, (. in potētia, inquantū nō alligatur ad determinata intelligibilia, sed ita pōt intelligere ista designata, ꝙ & potest intelligere alia & alia, & nulla tot dari poterunt quin possit plura intelligere, cum non sit virtus materialis, quę est determinata ad certum modum, aut ad certas res, & ob hoc virtus intellectiua intelligit vniuersale, quod est quodammodo infinitum, inquantum de sui ratione continet infinita in potentia, & ita licet intellectus nō intelligat, nisi vnum in actu, intelligit infinita in potentia, quia nulla tot erunt quin omnia illa, & plura aliquando possit intelligere.

Ad quartum dicendum, quòd omnis cognitio fit per assimilationem, siue sensitiua sit, siue intellectiua, siue in substātijs coniunctis, siue in separatis. Cum vero dicitur, ꝙ anima non potest assimilari rebus naturalibus, quæ sunt materiales, dicendum, ꝙ assimilatur eis, non quidem ꝙ efficiatur intellectus materialis, & compositus, sicut res naturalis intelligibilis, ga tunc non esset anima substātia intelligens, sed est assimilatio secundum id, secūdum quod res est intelligibilis, (. secundum rationem formarum, i. ꝙ est talis forma in intellectu per quam anima intelligit rē materialem, qualis est forma rei materialis, sed non est talis, quantum ad modum essendi, sed solum quantū ad rationem formæ: nam forma in re materiali est extensa in materia, & indiuiduatur iudiuiduatione materię, & dat esse: forma aūt in intellectu nō est extēta, sed indiuisibiliter, & nō dat esse, sed est principiū cognoscendi, & per talē assimilationē fit cognitio, & ne illa non; in sensitiua quoque cognitione idem est, quia sensus non assimilatur rei sensibili cum non sit composita, sed est in potentia animæ solum, quātum ad formam, quia accipit formā talem qualis est in re sensibili, non tn quantum ad esse, quia in re sensibili est forma materialiter, & habet operationem materialē, sed in sensu non est materialiter, ga non est extensa, sicut in re materiali, sed indiuisibili tam in sensu, q̄ in medio, vt ostensum est supra, vbi posita est differentia inter formam materialem, & intētionalem, qualis est in sensu, & in medio, & ideo tam intellige re, q̄ sentire fit secundū quandam assimilationē, sed non sequitur ex hoc, ꝙ efficiatur intellectus materialis, & cuilibet rei potest assimilari intellectus.

Responsio ad quintam rationem positam. qu. est. 586. pro parte negatiua. *Quæst. DXCVI.*

AD quintum dicendum, ꝙ sicut se habet materia ad formā, ita intellectus possibilis ad formā intelligibilem, & ideo sicut materia secundum vnum ordinem non habet habitudinem, nisi ad vnam formā, ita & intellectus possibilis, sed dicendum, ꝙ intellectus possibilis in hoc differt a materia, quia materia habet duos ordines tantum ad formam materialem, intellectus autem possibilis habet tres ordines: materia enim non se potest habere ad formam materialem, nisi vel in potentia pura, vel in actu puro. dicitur in potentia pura, quando non est in materia habens formam, sed est potens habere illam aliquādo, & tūc neque forma est in materia, neque aliquid eius: dicetur esse forma in actu puro in materia, quando est recepta in ea, & operatur, non pōt aūt dari modus medius, (. ꝙ sit in materia habitualiter, i. quòd realiter sit in materia, & non operetur: & hoc quia formæ materiales statim, vt sunt in materia operātur, ideſt, mouent ad operationem, nisi sint impeditæ, & hoc quia forma naturalis est determinata ad vnum, & non potest se habere nisi vno modo, scilicet, perficiēdo materiam, quantum ad esse, & quantum ad operari, & ita nunquàm est sine operari, sed forma intelligibilis est tripliciter se habens ad intellectum, (. in pura potentia, & in actu puro, & medio modo inter potentiam, & actum. De primo vt qn aliquis nōdū accepit speciē aliquā per sensum, ga tūc intellectus est in potentia ad speciem, & nullam habet, vel quādo iam suscepta est species in organo, sed est adhuc phantasma, quia sic manens nunquam poterit actu intelligi: nā si maneret phantasma in ęternum in organo interiori, & non illustraretur, neque causaretur aliqua alia species, nunquam esset actus intelligendi, quia est intelligibile, & tamē sic manens impossibile est, quòd intelligatur, cum vero se conuertendo intellectus agēs illustrauerit phantasma, & causauerit speciem intellectualem iam est intellectus possibilis in actu, & species actualiter est recepta in intellectu possibili, & manet in eo, sed secundum istam speciem est intellectus aliquando pure in actu, i. quando actualiter secūdum eam intelligi, est autem medio modo quando non intelligit actualiter, & tamen si voluerit se conuertere ad illam intelliget in actu, & ideo species illa est in actu puro quando ſm eam actualiter mouetur intellectus, & intelligit, ga nulla maior actualitas pōt competere speciei, aut intellectui, cū vero est in intellectu, & non operatur intellectus ſm eam, i. nō intelligit, dicitur esse species in actu medio, & etiā species in actu medio siue medio modo, quia quantum ad aliquid est in actu, inquātum realiter est species est in intellectu, est aliqualiter in potentia inquantū non operatur secundum eam intellectus, sed operari pōt. Sed quare in re materiali non potest forma esse medio modo, & in intellectu est medio modo? Dicendum, ꝙ causa est, quia forma materialis, quia est naturalis determinata ad vnum, ideo non potest esse in materia nisi operando, forma autem intelligibilis nō est secundū se determinata, sed est determinatio ex potentia rationali, quæ potest se vertere, vel auertere ab aliquo, in rebus, ergo intelligibilibus si forma non esset secundum se determinata, non est inutilis, quia potentia rationalis potest seipsam determinare, & ita determinabitur forma intelligibilis ex determinatione potentię rationalis, immo necesse est, ꝙ forma rationalis, vel intellectualis non sit determinata, quia si secundū se esset determinata, quandocunque esset in intellectu, determinaret eum ad intelligendum secundū ipsam, & non posset aliquid aliud intelligere, & ita si maneret semper illa species, semper haberet intellectus vnum actum intelligendi, i. de vna re, & alias nō posset intelligere, & hoc esset absurdū, quia tūc intellectus esset multum imperfectus, perficitur autem per multos actus intelligendi, & de varijs rebus, ergo debuit forma intelligibilis esse indeterminata, vt intellectus posset seipsum determinare ad quàm speciem vellet, & secūdum illam intelligeret. Secundo quia forma materialis perficit materiā non solum in operando, sed etiam in essendo, & quia vna res nō potest esse nisi vnius speciei, oportet vt forma semper habeat actum suū, quia sicut rei conpetit esse vnius speciei, ita competere debet actus secundum illam speciē, secus de speciebus intelligibilibus, quia illę perficiunt intellectum quantū ad operari, & non quantum ad esse, cum intellectus ipse sit forma determinati generis: ideo non debet determinari intellectus per formā intelligibilem, sicut materia per formam naturalem. Tertio, quia forma naturalis aduenit materię, quæ nullam actualitatē habet, neque determinationem etiam secundum esse: ideo si forma naturalis non esset totaliter determinatiua eius, maneret materia indeterminata simpliciter, & sic debet esse determinatiua, intellectus autem etiam non existente forma intellectuali habet actualitatem essendi, quia est forma, & determinati generis, etiam quātum ad operationem, quia habet, quòd possit se vertere huc, & illuc, ideo formę intelligibiles aduenientes non debent determinare intellectum, & ita ma-

net differentia, ꝙ forma naturalis determinata est, forma autem intellectualis nō, & sic non pōt esse forma naturalis nisi in actu, forma autem intellectualis non potest esse in intellectu, & quòd nō sit in actu, (. quia non conuertit se intellectus ad illam, cum vero se conuerterit, erit species illa in actu puro, quia monebit intellectū, & ista est causa quare non possumus plura simul intelligere, possumus tamen plura scire, nam intelligere dicit actualem conuersionem intellectus ad speciem, & actuationem secundum eā, scire vero non dicit nisi cōtinere habitualiter scibilia iam scita, i. species rerum intelligibilium, ſm quas iā præcessit actus cognitionis, & etiā habitus causatus est. Ad sextum dicēdum, ꝙ tam istud argumentum quā duo præcedentia agunt non solum contra animam separatam, sed etiam coniunctā, dicendum autem, ꝙ nō potest fieri cognitio intellectiua, aut sensitiua nisi secundū assimilationem speciei. Et cum dicitur, ꝙ ea, quę sunt diuersa specie non possunt esse similia alicui vni in specie, dicendum, ꝙ est verum quantū ad esse naturale, bene possunt tamen esse similia quantū ad esse intētionale, vel intelligibile, & hoc sufficit ad intellectionē, & fit hic ęquiuocatio de specie, quia quādo dicitur, quæ sunt diuersarum specierum non possunt esse similia alicui secundum speciem, accipitur species pro quidditate quantum ad esse naturale, & verum est, quia tunc nō sunt similia ſm speciem nisi ea, quę sunt in vna specie. Cum vero dicitur, ꝙ cognitio fit secūdum assimilationem speciei, accipitur species solum quantum ad esse intelligibile, & non quātum ad esse naturale, & tunc quęlibet res potest assimilari secundum speciem intelligenti, quia omnium rerum est aliqua species, secundum quam res ipsa apprehenditur a cognoscente, & assimilatur ei per illā, (. quia intellectus habens speciem rei intelligibilis habet similitudinem rei habentis speciem secundū esse naturale, vnde ipse intellectus secundum se non est similis alicui rei, sed species rei in intellectu recepta facit eum similem rei exteriori, non in essendo, sed proportionaliter, scilicet, quantum ad agere, vt illam possit intelligere.

Responsio ad septimam rationem princi. positam q. 586. pro parte negatiua. *Quæst. DXCVII.*

AD septimum dicendum, quòd animę separatæ non solum cognoscunt genera, & species rerū naturalium, sed etiam indiuidua, licet non omnia, vt quidam dicunt, sed quędam ipsorum: ideo nō habēt species infinitas, dicendum autem nunc, ꝙ de cognitione animę separatę quantum ad indiuidua infra dicetur, & tamen siue teneamus, ꝙ cognoscat omnia indiuidua, siue solum quędam ipsorum, nō oportet, ꝙ habeat species infinitas: nam si dicamus, ꝙ cognoscit omnes species, & genera, & indiuidua quędam, licet cuiuslibet istorum habeat speciem determinatam, non habebit species infinitas, quia ista omnia finita sunt, si vero dicatur, ꝙ cognoscat anima separata omnia indiuidua naturalia, adhuc non oportet habere species infinitas, quia sicut illa nunquā sunt infinita in actu, ita neq; oportebit poni species infinitas, sed adhuc dato, ꝙ sint indiuidua infinita in actu, non oportebit poni species infinitas, eo ꝙ cognitio animarum separatarum non est determinata, sed valde confusa: ideo non cognoscentur indiuidua secundū rationem propriam, sed ſm rationem communem, & ideo nō oportebit poni tot species quot sunt indiuidua, secus autem esset si poneretur cognitio determinata, quia tunc cuiuslibet esset vna species. Cū vero dicebatur, ꝙ posset cognoscere anima omnia indiuidua

diuidua per applicationem vniuersalis speciei ad singularia. Dicendum sicut ibi dicebatur verum esse, q̃ applicatio vniuersalis ad particularia nõ est causa cognitionis particularium, sed est consequens ad particularia: postquam enim cognita fuerint particularia, possumus applicare aliquid ad ea, sicut relatio nõ ponitur nisi suppositis extremis, & tamẽ quomodo cognoscantur indiuidua ab anima separata infra dicetur. Ad octauum dicendum, q̃ cognitio non est sine ordine, qui consistit in habitudine cognoscentis ad cognitum, & in inferno est cognitio in damnatis, ga iste ordo manet ei. cum vero dicitur, quòd nullus ordo est ibi, est verum de ordine in pœnis, vt solet esse in pœnis, quia magna turbatio videtur esse damnatis in sua punitione, & tamen quantum ad cognitionẽ aliquis ordo manet.

Aliter potest dici, quòd cum bonum consistat in specie, & ordine, vt ait Aug. lib. de natura boni, tantũ inuenitur de bono in damnatis, quantum inuenitur de ordine, sed in damnatis non est bonum gratiæ, sed naturæ, ideo non est ibi ordo gratiæ, sed naturæ, & sic accipi potest, quòd ibi nullus ordo sit gratiæ, quia totaliter elongati sunt a gratia, cum sint in odio Dei, sed manet ordo naturæ, & tamen intelligere ad naturalẽ cognitionem pertinet, ergo poterit manere in damnatis. Ad nonum dicendum, quòd animæ separatæ intelligunt naturalia tam vniuersalia quàm particularia, cum particularia sint maxime naturalia, sed hoc intelligitur de indiuiduis, quæ pertinet ad perfectionẽ intellectualem, qualia dicunt esse indiuidua specierum, & generum substantialium: Aug. autẽ loquitur de indiuiduis, quæ non pertinent ad esse intellectualis perfectionem, s. de accidentibus, & euentibus, & operationibus, non enim sunt ista in quibus cõsistit perfectio intelligibilis, ideo ista possunt ignorare.

Ad decimum dicendum, quòd intellectus possibilis animæ separatæ reducetur in actum omnium intelligibilium naturalium. Et cum dicitur, quòd non erunt ibi phantasmata, dicendum, quòd verum est, & tamen si accipiatur vis huius argumenti, non solum non poterit intellectus omnia naturalia intelligere, immo nihil posset intelligere, eo quòd non manebit ibi aliquod phantasma, & tamẽ sine phantasmate poterit esse cognitio vno modo, quia manent in anima separata species intellectuales, quæ fuerunt hic in intellectu possibili, & per illas sine vllo phãtasmate poterit ibi fieri intellectio. Alio modo põt fieri, & melius, s. per influxum substantiarum superiorum: nam licet maneant species in anima separata per quas possit fieri intellectio, non possunt per eas intelligi omnia naturalia, eo quòd nemo habuit hic species omnium naturalium, quia nemo intellexit omnia illa. Et quia dicebatur, q̃ intellectus agens perficit, vel actuat intellectum possibilem per phãtasmatum illustrationem. Dicendum est, q̃ proprie intellectus agens non actiuat intellectum possibilem, sed intellectus possibilis est magis actus respectu phantasmatum, & hoc verum est siquis consideret ea, quæ Aristo. dicit de intellectu agente, & possibili. Et patet, quia actuatur aliquid per formam, aut per introducentem formã, per ipsam formam actuatur formaliter, per introducentem autem formam actuatur, effectiue, si autẽ accipiatur forma qua intellectus potentia actuatur nõ est intellectus agens, quia ille non est forma eius, sed virtus actiua. Etiam cũ intellectus agens semper maneat, & innascatur, & nunquam separetur ab intellectu possibili, semper esset intellectus possibilis actuatus, sed falsum est, quia iuxta Arist. intellectus a principio est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, ergo actuans illum formaliter nõ est intellectus agens,

Intellectus agens non potest esse forma intellectus possibilis, & nota quomodo & quando

sed species intelligibilis, quæ aduenit ei cum a principio in sua creatione non inesset. Etiam non potest dici intellectus agens actuans intellectum potẽtialem, velut introducens formã, vel agens aliquid in ipsum, sed ipse seipsum actuat efficienter conuertendo se ad species intellectuales, siue ad phãtasmata facta intellectualia, & sine ista conuersione non actuatur, sed intellectus agens est actus respectu phantasmatũ, quia directe operatur super illa, sunt quippe illa solum intellectualia in potẽtia, & illustrando ea reddit ipsa intelligibilia in actu, & sic respectu ipsorum est agens proprium, & immediatum respectu intellectus possibilis potest vocari dispositiones, quia facit intelligibilia facta, & non posset actuari intellectus possibilis nisi illa redderentur intelligibilia, hanc autem habitudinem habet intellectus possibilis quandiu est anima vnita, eo quòd habet aspectum ad inferiora: nam trahitur per corpus, & ideo accipit a phantasmate, sed cum fuerit anima separata, manet absolutus aspectus intellectus, & respicit superiora a quibus naturaliter debet accipere, & tunc actuatur per species intellectuales formaliter, sicut & prius, sed differt, quia istæ species non sunt acceptę a phãtasmatibus sicut priores. Ad vndecimum dicendum, quòd verum est, q̃ nõ fiet reductio intellectus possibilis in animabus separatis per species acceptas a phantasmate illustrato per intellectũ agẽtem, sed per species influxas a substantia superiori. Et cum dicitur, q̃ non erit ista reductio naturalis, sicut neque sanatio est naturalis, quę fit diuinitus, dicendum, q̃ est naturalis, quia naturale est animę separatę recipere influentiam a superioribus substantijs: nam non est naturale animę humanę accipere per phantasmata, quia tunc non posset intelligere aliquid anima separata, & consequenter anima deberet esse inseparabilis a corpore, vt ei maneret proprius actus, & tamen separatur, & manet ei actus intelligẽdi: ideo intelligit anima separata, vnde dicẽdum, q̃ sicut naturale est animæ coniunctę accipere ex phãtasmate, ita est naturale animę quandiu est separata, accipere ex influentia substantiarum separatarum, vnde accipere ex phantasmate non est absolute naturale animę, sed pro statu quo est coniuncta, & tã naturale est ei accipere ab intelligentia quãdiu est separata, immo videtur absolute esse naturale animæ humanę accipere ab intelligentia, nam etiam quãdo est coniuncta accipi interdum ab intelligentia, sicut est in amentibus, & dormientibus aliquando, quibus fiũt influxus a superioribus, & naturaliter cognoscũt quædam quæ alijs sunt occulta secũdum naturalem cognitionem, quę est a sensibus, & ideo cum saltem secundum statum quo est anima separata sit ei naturale accipere ab intelligentia, erit naturalis reductio si per species acceptas ab illa reducatur in actũ omnium intelligibilium, & quia ea, quę naturalia sunt, omnibus cõmunia sunt, erit cognitio omnium naturalium communis omnibus animabus separatis tã beatorum quàm damnatorum.

Responsio ad 12. rationem princi. posita q. 686 pro parte negatiua. *Quæst.* DXCVIII.

AD duodecimum dicendum, q̃ proueniunt istæ species influxę animabus separatis a Deo mediãtibus Angelis, & tñ non est inconueniens a quocũq; prouenĩat siue a Deo siue ab Angelis: nam si dicatur, q̃ etiã a solo Deo prouenirent, & immediate non est inconueniens, nam q̃ recipiant damnati a Deo aliqd quod pertineat ad gratiam, vel beatitudinẽ est inconueniens, q̃ tñ recipiant, quod pertinet ad esse naturę, non est inconuenies, immo est necessarium, sicut

Christus dixit, q̃ Deus facit oriri solem suũ super bonos, & malos, & pluit sup iustos, & peccatores supra 5. ca. & hoc, quia istud pertinet ad conseruationẽ naturę in esse corporali: sic ẽt ad conseruationem naturę in esse spirituali conuenit dari animabus separatis, vt maneat in eis actus intelligendi, sed nõ potest manere sine influxu specierum, ideo pertinet ad Deum, vt influat species intelligibiles in omnẽ animã separatam, & quia intelligendo omnia naturalia secundũ illum modum cõfusionis, & vniuersalitatis nihil habet de beatitudine anima separata, non est inconueniens, q̃ Deus influat istud super animas damnatorũ. Si aũt dicatur, q̃ Angeli faciunt hoc, non est inconueniens, quia licet Angelus non sit animę causa naturę in essendo, erit ei causa in intelligendo, quia ista multum differunt: nam nũc sensibilia sunt animę nostræ principium ad intelligere, sed non sunt principiũ ad esse, & ideo sicut in ordinatione influxus naturalis in essendo causę superiores influunt in inferiores, & oẽ quod est excellentius habet aliquem modum causalitatis super minus excellens, ita & in esse intelligibili ea, quę sunt superiora influent in inferiora, sed substãtię naturaliter separatę sunt superiores anima, quę est infima in gradu intellectualitatis, ergo naturaliter poterunt influere in illam quãtum ad intelligere, & ita influent species omnium rerum naturalium, nec tamẽ ex hoc sunt causa naturę animę, aut rerum naturalium, quia tunc causarent species singularum rerũ naturalium, vt sicut se habẽt species, & indiuidua naturalia in suo esse distincto, ita causarent species rerũ distinctarum Angeli, vel causarent eas tam distinctas quãtum anima exigit ad hoc, q̃ distincte, & perfecte intelligat sicut nunc facit, sed neutrum faciũt Angeli, immo influunt species multũ vniuersales, per quas animę separatę confuse, & imperfecte intelligunt, ergo non sunt domini naturę animarũ, aut naturę simpliciter, licet influant in animas separatas species omnium rerum naturalium. Est tamen dicendum, q̃ animę istas species a Deo mediantibus Angelis recipiũt eo q̃ ipse est principium omnis luminis intelligibilis, sic enim Diony. vult 4. c. Cęle. Hierar. q̃ tam in naturalibus quã in gratuitis illuminationibus perueniat lumen a Deo mediantibus Angelis.

Ad tertium decimum dicẽdum, q̃ verũ est vniusquisque perfectionem esse entis in potentia, secũdũ q̃ reducitur in actum quantum ad omnia, ad quę est in potentia, eo modo quo est in potẽtia: nam licet intellectus humanus non sit in potẽtia naturali, nisi ad cognitionem eorum quorum ex sensibus potest haberi species, est tamen in potentia ad cognoscendum omnia illa distincte, omnia naturalia, quæ sunt consistentia in sensu, & quę ex sensu dependent, sed cognoscit solum vniuersaliter, & indistincte: ideo non erit perfecta reductio, nisi per separationem cognoscat distincte omnia naturalia, quæ sunt consistentia in sensu, & quæ ex sensu dependẽt: ideo nõ consequitur totam perfectionem suã anima separata per separationem, vnde nõ habet fęlicitatem per solã separationẽ, non solũ verã fęlicitatem, sed neque naturalem, quia illa est, vt consequatur quis maximum bonum, quod naturaliter habere potest, & in quod inclinatur, sed naturaliter inclinatur ad cognitionem distinctã omnium scibiliũ naturalium, ideo non erit beata anima quousq; hoc assequatur, quod tamẽ non habet ex sola separatione, & ideo non sequitur, q̃ alia adminicula citate possibili naturę humanę, aut de fęlicitate naturali, si de vera, manifesti ũ est, q̃ adminicula operationũ prosunt hic, quia per rectã operationẽ attingimus illam fęlicitatem, per solam autem separationẽ non acquiritur fęlicitas illa, immo ęterna miseria nisi precesserint adminicula ad veram fęlicitatẽ, si dicatur de fęlicitate naturali, adhuc illa non acquiritur per solã separationẽ, cum non habeatur distincta cognitio, & prosunt ad hoc habitus scientię acquisiti in vita, quia manent illi in anima separata, & perfectius intelligit quàm illa, quæ non habuit hic aliquos habitus.

Ad decimum quartũ dici potest vno modo, quòd non perfruuntur summo gaudio damnati, quia non habent magnam cognitionem: nã licet sit de omnibus naturalibus est tamen indistincta, & cõfusa: ideo non est allatiua magni gaudij, sed quia damnati non solum non debent habere magnum gaudium, sed ẽt nullum, oportet q̃ aut non sit in eis scientia, aut non sit causa gaudij, & ideo dicendum, q̃ licet quęcũque cognitio quãtumcunque parua, aut magna sit causa gaudij per se, nihil obstat per accidens non causare gaudium, & hoc dupliciter. Vno modo, quia tãta est aliũde damnatorum tristitia, & dolor, q̃ parua lętitia quã cognitio causare debebat, nõ sentitur. Alio modo, & melius, q̃ etiam ipsa cognitio faciat ad tristitiã, i. non solum, q̃ secũ permittat tristitiam, vt dicebatur in modo præcedenti, sed etiam, q̃ ipsa causet tristitiã per accidens, inquantum per illam cognitionẽ sciũt dãnati se destitutos omni bono, & potuisse faciliter habere illud, & nunc esse impossibile reditũ ad illud, & hoc scientes in immensum tristantur, sicut introducitur Sapi. 5. ca. de insipiẽtibus, qui apud inferos pœnitentiam agunt, si autem nihil intelligerent non dolerent tam grauiter, quia nescirẽt bonum, quod perdiderunt, & quantum malum incurrerunt: ideo licet omnia naturalia cognoscant damnati, non est ista cognitio, quæ possit eis afferre gaudiũ, & affert magnã tristitiam. Ad quintumdecimum dicendum verum esse, q̃ defunctorum animę ignorent ista accidentia, vel euẽtus aduersitatis, aut prosperitatis, & quotidianarum mutationum, & ista nõ vocantur proprie naturalia, sed solum illa indiuidua, quę pertinent ad intellectualem perfectionem: nam illa cognoscũt animę separatę licet confuse, vt supra magis dicetur.

Responsio ad 1. rationem in diuersum pro parte affirmatiua posita supra in q prin. 586. & sunt nouem. *Quæst.* DXCIX.

AD argumenta vero contrarię partis, quę nitebãtur inferre, q̃ animę separatę cognoscant omnia naturalia quasi simpliciter, & distincte illa cognoscant, sed quia hoc non est verum, est respondẽdum ad illa. Ad primum dicendum, q̃ licet substantias separatas videant animę separatę, tamen non intelligũt oẽs species existentes in eis: nam & nos videmus hominẽ, & nõ cognoscimus omnia, quæ sunt in homine ẽt corporalia, hoc enim solũ tenet in illo, qui perfecte aliquid videt, nam videndo aliquid videtur omnia, quę eius sunt, sed anima separata nõ videt perfecte substantiam separatam, ideo non cognoscit omnia, quę sunt in illa. Alia ẽr ratio est, q̃ si quis cognoscit aliquid perfecte, cognoscet omnia, quę illius sunt tanquàm partes, vel proprietates, quę sunt eius quantum ad esse naturale, species aũt non sunt aliquid alicuius quantum ad esse naturale, sed quantum ad esse intelligibile, ideo cum sint species in substantijs separatis, vt similitudines non vt conditiones essendi, etiã si quis perfecte cognosceret Angelum quantum ad suum esse, nõ cognosceret oẽs species illius. Alio modo potest dici, q̃ licet anima separata videret omnes species intellectuales, quæ sunt in Angelo, non ideo intelligeret omnia, quę intelligit Angelus, quia non venit perfectio intelligendi ex multitudine, aut paucitate

citate ſpecierum,ſed ex gradu intellectualitatis:nam F
intelligẽtię influunt in animã ſeparatam ſpecies omnium rerum naturalium,& tamen,quia ſunt illę vniuerſales,non intelligit anima per illas ſpecies niſi cõfuſe: Angelus autem, quia eſt maioris luminis intellectualis intelligit diſtincte,& quia anima videndo tã ſubſtantiam Angeli quàm ſpecies intellectuales eius non accipit gradum intellectualitatis illius, non intelligit omnia naturalia determinate, licet cognoſcat omnes ſpecies per quas Angelus cognoſcit, cum nõ cognoſcat ex æqualibus viribus per illas ſpecies Angelus,& anima ſeparata. Ad ſecundum cum confirmatur,quia quid eſt,quod non videantur, qui videntem omnia vident? Dicendum,ꝙ hoc tenet in eo,qui habet rationem obiecti,& inquantum obiectum eſt. G
Deus autem ad beatos habet rationẽ obiecti cognoſcibilis, ideo tam ea, quę ſunt eius per modũ naturę, quàm quæ ſunt eius quantum ad eſſe intelligibile,repræſentat:ideo nihil eſt,quod non videat, qui Deum videntẽ omnia videt,ſecus autem eſt ſi Deus non cõſideraretur, vt obiectũ intelligibile, ſed ſicut ens naturale,ideſt,ſubſiſtens ſub ſuis proprietatibus, de Angelo autem non eſt ſic,quia nõ conſideratur,vt obiectum,ſed vt ens per ſe ſub ſuis proprietatibus naturalibus: ideo cognito Angelo non cognoſcuntur omnia,quæ illius ſunt quantum ad eſſe intelligibile.

Alio modo poteſt dici,ꝙ ratio differentię eſt, quia in Angelo differt realiter,vt aliqui volunt eſſe intelligibile, & naturale, i. quidditas Angeli a ſpeciebus intellectualibus eius,quæ ſunt quędam ſimilitudines in eo,& ideo cum Angelus accipiatur, vt Angelus quãtum ad eſſe naturale, quod eſt ſecundum ſuam quidditatem,cognito Angelo cognoſcitur id,quod pertinet ad eſſe intelligibile eius,i. ad ſpecies,q̃ illius ſunt, ſecus de Deo,quia in eo non differt aliquid de abſolutis ab alio, & non ponitur in ipſo aliqua ſpecies per quam ipſe intelligat, ſed per eſſentiam ſuam ipſe intelligit: Angelus autem non intelligit per eſſentiam propriã,ſed per ſpecies intellectuales, & ideo qui cognoſcit Deũ neceſſario cognoſcit id, per quod Deus cognoſcit: ideo tenet in Deo dictum Gregorij, ſ. ꝙ nihil eſt,quod non videant, qui videntem omnia vident,ſed quantum ad Angelum non tenet. I

Sed tamen adhuc dicẽdum,quòd non eſt neceſſe, quòd quicũque videt diuinam eſſentiam ſciat omne quod Deus ſcit, niſi eſſentiam illam comprehẽdat ſicut Deus comprehendit: nam licet duo videant eandem rem per eandem viſionem, vnus magis cognoſcit quàm alius,quia licet obiectum ſit idem,vires cognitiuę ſunt inęquales,ita licet aliquis videat eſſentiã Dei clare, quæ omnia repręſentat eminenter, & eandem eſſentiam videat Deus, nõ eſt neceſſe ꝙ omnia intelligat per illam eſſentiam,quæ per eandem Deus intelligit, quia non ſunt vtriuſque intelligentis vires æquales: ideo autem cum idem ſit obiectum, & potentia intellectiua,ſicut obiectum eſt infinitum,ita & K
virtus intellectiua, & ideo infinite ſeipſum cognoſcit, nullus autem alius habet virtutem intellectiuam infinitam, ideo per eandem eſſentiam diuinam non intelliget infinite. Cauſa autem huius eſt,quia eſſentia diuina licet clare viſa omnia oſtẽdat,vel repræſentet, tamen non repræſentat ea multipliciter, i. quòd pro qualibet re ſit ibi vna ſpecies, immo nullius rei eſt ibi aliqua ſpecies, ſed ipſa in ſua ſimplicitate manens omnia repræſentat,& iſta eſt repræſentatio per eminentiam,ſi enim eſſent in eſſentia diuina clare viſa ſpecies ſingularum rerum diſtinctę ſicut videntur in ſpeculo materiali,quicunque videret diuinã eſſentiam clare intelligeret omnia,& non poſſet vnus plura intelligere in Deo quã alius, neque altiori modo, & tamẽ nõ ſunt ſic in Deo ſpecies rerum,immo nulla eſt, vt dictum eſt, ſed ipſa ſola, & nuda diuina eſſentia ex plenitudine virtutis ſicut cõtinet omniam virtute effectiua ſicut principium ipſa principiata, ita cõtinet omnia ad repræſentãdũ ea intelligibiliter cũ ipſa ſit intelligibilis,etiã quia eſſe intelligibile eſt quidam gradus eſſendi,vel genus, & tamẽ creaturę quãtum ad omnem modum eſſendi proceſſerũt a Deo, & quãtum ad oẽm modũ eſſendi ſunt in Deo:iõ ſunt in eſſentia Dei, vt in principio effectiuo, & vt in principio repręſentatiuo. Et tũc quãto virtus intellectiua, quę cognoſcit per illud obiectum, fuerit excellentior ex gradu intellectualitatis naturali, vel ex lumine gratię, intelliget plura & perfectius, aut ſaltẽ perfectius, & ſi non plura,propter quod neceſſe eſt, vt Deus plura intelligat per eſſentiam ſuam quã aliquis alius,quia nulli poteſt communicari tãtum lumẽ naturale, aut gratuitum, vt perueniat ad infinitã vim intellectiuã: nam tunc adæquaretur virtuti obiecti intelligibilis,& illud intelligeret omnibus modis quibus eſt intelligibile,& ſic Deus intelligit, nullus autẽ alius ſic poteſt intelligere, & ideo licet videat aliquis Deũ vidẽtem omnia, non eſt neceſſe, ꝙ videat omnia, quæ videt Deus,ideſt,intelligit,ſed omnia,quę repręſentãtur in Dei eſſentia conmenſurata ad lumen videntis. H

Reſponſio ad tertiam rationem princi. pro parte affirmatiua poſitam q.586. Quæſt. DC.

AD tertium dicendum,ꝙ anima ſeparata cognoſcit ſubſtantiam ſeparatam inquãtum eſt intelligibilis,& non viſu corporeo,& tamen nõ ſequitur, ꝙ intelligat ſpecies intelligibiles, q̃ ſunt in intellectu illius.Nã aliud eſſe habet ſubſtantia ſeparata, & aliud ſpecies eius, eſt enim ſubſtantia ſeparata obiectũ animę ſeparatę inquantũ habet eſſe naturale,ſed ſpecies intelligibiles,quę ſunt in intellectu eius habẽt eſſe intelligibile,& ſolum conſiderantur ſecundum eſſe intelligibile, ideo licet cognoſcat anima ſeparata Angelum,non cognoſcit ſpecies intelligibiles eius. Alter poteſt dici, ꝙ ſpecies intelligibiles ſunt in intellectu Angeli,non vt cõditiones, vel proprietates eſſendi,ſed ſolũ, vt formę intellectuales ab intellectu Angeli,& tamen non habent eandem habitudinem illę ſpecies ad intellectum Angeli,& intellectum animæ ſeparatę, ergo licet ſint intelligibiles ab Angelo,non intelliguntur ab anima ſeparata,& ratio eſt,quia non ſunt ęquales vires intellectiuę Angeli,& animę ſeparatę: ideo aliqd poteſt Angelus intelligere, quod nõ intelligit anima ſeparata, vel non iudicatur intelligibile quantum ad eam. Alio modo poteſt dici,ꝙ etiã ſi anima ſicut intelligit Angelum intelligat ſpecies intelligibiles eius,nõ eſt neceſſe,ꝙ intelligat id,quod intelligit Angelus,qa per ſpecies illas vniuerſales Angelus, cuius vis intellectiua eſt magna, poterit intelligere multa deducẽdo ſe ex vniuerſali ad determinatum,anima vero,cuius eſt parua vis intellectiua, non poterit ſe determinare ad particularia, ſed manebit in illa confuſione ſecũdum quàm parum dicetur intelligere, & hoc maxime ſi illa ſubſtãtia ſeparata quã anima intelligit ſit multum excellens, quia tunc ſpecies eius ſunt tã vniuerſales, ꝙ vix anima aliquid per illas intelliget,& ſic etiam ſi per illas aliquid intelligat non intelliget omnia naturalia ſimpliciter, vel determinate.Ad quartum dicendum,ꝙ licet res intellecta in ſubſtantia ſeparata ſit forma ipſius ſubſtantię intelligẽtis, nõ oportet, ꝙ anima ſeparata intelligens ſubſtantiam ſeparatam intelligat rem intellectam ab ea ſiue formam intelligibilem eius,& hoc,quia vt dictũ eſt in tribus prędcedentibus ſolutionibus argumentorum

rum non eſt eadem comparatio animę intelligentis A
ad ſubſtantiam ſeparatam quàm intelligit, & ad formam eius, quia forte forma intelligibilis ab Angelo non eſt intelligibilis ab anima ſeparata propter habere minores vires intellectiuas,& iſta ratio, ſ.quicũque intelligit intelligentem intelligit omnia intellecta ab eo,nõ tenet niſi in eo, qui intelligẽdo intelligẽtem comprehendit ipſum:nam tunc ipſum,& qdquid in eo eſt,& per quemcunque modum eſt intelligit,ſed intelligibile eſt aliquo modo in intelligente, ergo in hoc caſu quidquid fuerit in intelligẽte intelligetur,& quidquid intelligit intelligens,& hoc modo Deus cognoſcit nos, & quidquid nos cognoſcimus, non ſolũ inquantum ipſe illud cognoſcit directa cognitione,vt eſt cognoſcibile,ſed etiam,vt eſt cognitũ ab illo cognoſcitur, ideſt, a nobis, quia Deus cognoſcit nos,& comprehẽdit nos. Ad quintum dicẽdum, ꝙ quidquid cognoſcit maiora cognoſcibilia cognoſcit minora, ſed poteſt vocari aliquid maius, vel minus cognoſcibile dupliciter. Vno modo maius cognoſcibile, ideſt, quia maiorem difficultatem habet ad cognoſcendum ipſum. Alio modo, quia magis habet de ratione cognoſcibilitatis. Accipiendo primo modo eſt verum, ꝙ qui cognoſcit maiora cognoſcibilia cognoſcit minora,ideſt, quibus minor difficultas eſt. Accipiendo ſecũdo modo eſt falſum, ſed potius ex oppoſito, quia quãto aliquid eſt notius magis cognoſcitur, quia habet magis de cognoſcibilitate,ſicut magis cognoſcimus principia quàm con- C
cluſiones,quia ex ſe ipſis manifeſtiora ſunt.Hoc dato poteſt dici, ꝙ ſubſtãtiæ ſeparatę ſunt minora cognoſcibilia,ideſt,minorem difficultatem habẽtia ad hoc, ꝙ cognoſcãtur quàm entia naturalia reſpectu animę ſeparatę, eo ꝙ de intelligentia directe habet ſpeciem anima ſeparata, de rebus autem naturalibus non niſi inquantum recipit eas ab eiſdem ſubſtãtijs ſeparatis per influxum. Alio modo poteſt dici, ꝙ anima ſeparata cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, & naturalia, quæ ſunt minora intelligibilia in perfectione,& cognoſcibilitate, nõ tamen ſequitur, ꝙ cognoſcat perfecte res naturales, quia neque perfecte cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, ſed omnia cognoſcit imperfecte, eo ꝙ per ſpecies cognoſcit vniuerſales, & virtus ſua intellectiua eſt parua ad ſe determinandum ex illis. D

Reſponſio ad 6. rationem principalem quæct. 586. Quæſt. DCI.

AD ſextum dicendum, ꝙ anima ſeparata eſt reducibilis in actum cognitionis omnium intelligibilium naturalium, & reductiuũ ſufficiens eſt ſubſtantia ſeparata. Et tamen dicunt aliqui, ꝙ poteſt reducere animam in actum quorũdam,& non omniũ, cum non neceſſitetur ad reducendum in actum omnium. Sed dicendum,ꝙ nõ ſtat, ſed neceſſe eſt,ꝙ reducat in actum omnium intelligibilium naturalium, quia ſubſtantia ſeparata non eſt reductiuum voluntarium,ſed naturale per modum influentiæ, & ideo nõ eſt arbitrij ſui quantum agat,ſed agit quantum actiua eſt: ideo reducit animam ſeparatam quantum ad id totum, quod reducere poteſt, ſ. quantum ad actum omniũ naturalium. Dicendum tamen,ꝙ non ex hoc ſequitur,ꝙ cognoſcat anima omnia naturalia ſimpliciter,quia nõ cognoſcit ea determinate,ſed confuſe, immo nullũ cognoſcit determinate,ſed omnia confuſe,& ſic verum eſt, ꝙ ſubſtãtia ſeparata reducit animam ſeparatam in actum omnium intelligibiliũ naturalium, & æqualiter, tamen in nullius eorum cognitionem perfectam deducit, ſed in cognitionem confuſam omnium. E

Ad ſeptimum dicendum, quòd omnia entia ſuperiora ſunt exemplaria inferiorum,& tamen nõ oportet, ꝙ cognitis exemplaribus cognoſcantur exemplata,vt aliqui dicũt,ſicut ſupra dicebatur,ꝙ cognoſcens intelligentiam non cognoſcit ea,quę ab illa intelligũtur ſiue ſpecies intelligibiles eius. Sed dicendum, ꝙ non ſtat,quia alia ratio eſt ibi:nam ſpecies intelligibiles in intellectu ſubſtantię ſeparatę comparantur ad ipſam ſubſtãtiam,vt obiectũ intelligibile, ideſt, obiectum formale, & reſpectu animę cognoſcentis ſubſtantiam ſeparatam non conſiderantur, vt obiectum intelligibile,quia non ſunt aliquid de eſſe naturali intelligentię,ideo nõ cadunt ſub ratione obiectiua qua intelligẽtia eſt obiectum alicuius intellectus, & ideo B
intellecta intelligentia nõ eſt neceſſe intelligi ſpecies intelligibiles eius, ſecus quando comparatur intelligentia,vt exemplar,quia ſecũdum ea,quę in ipſa ſunt eſt exemplar, & ideo viſo exemplari videbuntur ea, quæ ſunt in exemplari quantum ad quæ dicitur eſſe illud exemplar.

Eſt ergo dicendum, quòd cognita ſubſtantia ſeparata, quę eſt exemplar cognoſcuntur ea, quæ in ipſa ſunt quorum eſt exemplar, ſed illa taliter cognoſcẽtur qualiter ipſa ſubſtantia ſeparata,ſed ſubſtantias ſeparatas imperfecte cognoſcimus, ergo & ipſa, quæ ſunt in eis exẽplata,omnia ergo naturalia cognoſcent animæ ſeparatę cognoſcendo intelligentias, ſed imperfecte cognoſcent.

Ad octauum dicendum,quòd animę ſeparatę cognoſcunt per formas influxas a ſubſtantijs ſeparatis, quę ſunt formę ordinis vniuerſi:nam quęcũque formę in ſubſtãtijs ſeparatis ſunt formę ordinis vniuerſi, cum ſubſtantię ſeparatę adminiſtrent vniuerſum, & ideo habeant formas ordinis illius.

Sed eſt dicendum,quòd licet illæ ſpecies in ſubſtãtijs ſeparatis ſint formæ ordinis vniuerſi in ſpeciali,i. per illas ſpecialiter cognoſcunt omnia naturalia tam ſpecies quàm indiuidua, eo ꝙ iſtę ſpecies ſunt cõnaturales ſubſtantijs ſeparatis, i. commenſuratę virtuti intellectiuę earum,vt ex illis poſſint cognoſcere omnia diſtincte,reſpectu autem animarum ſeparatarum ſunt formę ordinis vniuerſi in generali,ideo non cognoſcunt per illas determinate omnia naturalia, neque ordinem eorum,ſed in generali. D

Ad nonum dicendum, quòd quidquid eſt in ſubſtantia inferiori eſt in ſuperiori, ideo quidquid eſt in rebus naturalibus eſt in intelligentijs, & etiam eſt in anima,quæ eſt ſuperior omni ente naturali, ſed aliter ſunt hic in anima,& aliter in ſubſtantia ſeparata: nam in omnibus ſubſtantijs ſeparatis ſunt omnia naturalia in actu ſecundum formam, quia ſunt in actu formę omnium naturalium in intelligentijs eis inditæ, vel concreatæ, in anima vero ſunt omnia in potẽtia, quia in actu cũ intellectus creatur nihil eſt in illo, ſed eſt ſicut tabula raſa, eſt tamen in potentia ad recipiẽdum omnes formas intellectuales,& ideo cum ſeparata fuerit non recipit niſi ab intelligentijs, ideo ſunt in ea omnium rerũ naturalium formæ intelligibiles eo modo quo influxę ſunt ab intelligentijs,ſ.indeterminate, ideo licet omnia naturalia cognoſcat, valde imperfecte cognoſcit.

Ad decimum dicẽdum,ꝙ circa animam Abrahę, & Lazari,& diuitis multa dubia ſunt, de quibus dicetur Luc.16.ca.nunc vero dicẽdum eſt, ꝙ anima diuitis in inferno, quę erat anima ſeparata,cognouit animam Abrahę,& Lazari,quia illæ erant ſubſtantię ſeparatæ, ſicut ergo anima ſeparata cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, ita & cognoſcit alias animas ſeparatas, vt oſtenſum eſt ſupra,ſed ex hoc non ſequitur, ꝙ cognoſcat anima ſeparata omnia naturalia diſtincte,

vel

vel indistincte, quia anima separata non est ens natu F
rale, sed intelligentia.

An anima separata a corpore singularia cognoscat, & quomodo. Quæst. DCII.

QVAERITVR an anima separata cognoscat singularia. Aliqui dicunt, quòd non, quia anima separata non vtitur potentijs sensitiuis, neque organis, sed singularia non cognoscũtur nisi per potẽtias sensitiuas, quia singulare est dum sentitur, vt dicit Boetius, ergo nõ possunt cognosci singularia ab anima separata.

Secundo quia intellectus animę separatę magis est remotus a materia quàm intellectus animę cõiunctę corpori, sed anima cõiuncta corpori nõ potest intelligere singularia propter immaterialitatẽ intellectus, ergo a fortiori, neque anima a corpore separata. G

Tertio quia ista differentia ponitur inter sensum, & intellectum, quòd sensus cognoscit cũ hic, & nũc, intellectus autem abstrahit ab vtroque, si ergo intellectus animę separatę posset singularia cognoscere, in nullo differret cognitio eius a sensu, quod est inconueniens.

Quarto quia sicut in statu vię per sensum particularia cognoscimus, ita per intellectum vniuersalia, sed sensus nũquàm ad hoc deuenire potest, quòd cognoscat vniuersalia, ergo intellectus nũquàm poterit de- H
duci ad hoc, quòd cognoscat particularia.

Quinto quia eadem est natura animę cõiunctę, & separatę, sed per naturam animę intellectiuę formæ, quæ in intellectu recipiuntur dum est corpori cõiuncta, nõ ducunt in cognitionem singulariũ, quia sunt in ea per modum ipsius, ergo eodem modo erunt in ipsa postquàm fuerit a corpore separata, & ita non ducent in cognitionem singularium.

Sexto quia aut anima separata cognosceret singularia per formas acquisitas dum esset in corpore, aut per formas influxas. Non primo modo, quia illarum quędam sunt intentiones particularium rerum, quæ seruantur in potentijs sensitiuis, & istę nõ possunt remanere in anima separata, aliæ autem sunt intentiones vniuersales, quæ solæ manent, sed per vniuersales I
intentiones non possunt intelligi particularia, ergo per species acquisitas nõ potest particularia intelligere anima separata. Similiter neque per species influxas, quia illę æqualiter se habent ad omnia singularia, & ideo si aliquod singulare per illa intelligeretur, possent intelligi omnia, sed non est verum, quòd anima separata cognoscat omnia particularia, ergo nullum cognoscit per illas, nullo ergo modo cognoscit anima separata singularia.

Septimo quia singularia sunt infinita, species autẽ influxę sunt finitę, ergo anima separata nõ poterit p
species influxas cognoscere singularia, minor patet, quia id, quod est indistinctum non potest esse principium cognitionis distinctę, sed formę influxę sunt in K
distinctę cum sint vniuersales, ergo per eas non possunt cognosci singularia.

Nono quia omne, quod in aliquo recipitur est in eo ad modum recipientis, sed anima separata est immaterialis, ergo formę influxę recipiuntur in ea immaterialiter, sed immaterialiter non potest esse principium cognitionis singularium, quę sunt indiuiduata per materiam, ergo anima separata per formas influxas nõ potest cognoscere singularia. Sed obijcitur, quòd per illas licet sint immateriales, possint cognosci singularia, quia sunt similitudines rationum idealium, quibus Deus tam vniuersalia quàm particularia cognoscit.

Sed contra quia Deus per rationes ideales cognoscit singularia, inquantum illę sunt factrices materiæ, quę est principiũ indiuiduationis, sed formę influxæ aĩę separatæ nõ sunt factrices materię, quia ista factio solius Dei est, ergo non possunt per formas influxas ipsę animę separatæ cognoscere singularia.

Vndecimo quia similitudo creaturę ad Deum nõ est per vniuocationem, sed per analogiam, sed cognitio, quæ fit per similitudinem analogiæ, est imperfectissima, sicut si aliquid cognosceretur per alterum inquantum conuenit cum illo in ente. Si ergo anima separata cognosceret singularia per species influxas, inquantum sunt similes rationibus idealibus, videtur quòd imperfectissime cognoscat singularia, quod videtur inconueniens.

Duodecimo, quia dictum est semper in præcedentibus, quòd anima separata cognoscit naturalia per formas influxas in quadam confusione, & in vniuersali, sed hoc nõ est cognoscere particularia, sed ignorare illa, cum illa habeant esse distinctum, ergo anima separata non cognoscit particularia.

Tertiodecimo, qa species influxę per quas anima separata ponitur cognoscere singularia, nõ creantur a Deo immediate, quia secũdum Diony. hæc est lex deitatis infima per media reducere, neque etiã possunt creari illæ species per Angelum, quia Angelus nihil creare potest, neque etiã hoc potest facere trãsmutando, quia oporteret poni medium deferens, ergo nullo modo habebit anima separata aliquas species influxas per quas intelligat singularia.

Quartodecimo, quia si anima separata per species cognoscit singularia, aut fiet applicando illas ad singularia, aut conuertendo se ad illas. Si autem applicãdo ad singularia constat, quòd ista applicatio non fit accipiendo aliquid a singularibus, cum non habeat potentias sensitiuas, quæ sunt natæ accipere a singularibus, fiet ergo ista applicatio apponẽdo aliquid circa singularia, & sic non cognoscet singularia, sed hoc solum, quod ponit circa singularia. Si autem cognoscat prædicta singularia conuertendo se ad species influxas, sequitur quòd cognoscet singularia non nisi sicut sunt in ipsis speciebus, sed in prædictis speciebus non sunt ista particularia nisi vniuersaliter, ergo anima separata non cognoscit singularia.

Ad illatum quintum.

Ad illatum sextum.

Quintodecimo nullum finitum potest super infinita, sed singularia sunt infinita, ergo cum virtus animæ separatę sit finita, non poterit intelligere singularia, quæ sunt infinita.

Sextodecimo, quia anima separata non potest cognoscere aliquid nisi visione intelligibili, cum non maneant in ea sensus, sed dicit Augu. 12. super Genes. ad literam, quòd visione intelligibili non cognoscũtur corpora neque corporum similitudines, singularia tamẽ sunt corpora, ergo videtur, quòd anima separata non possit cognoscere aliqua singularia.

Decimoseptimo, quia potentia cognitiua superioris ordinis minus multiplicatur respectu eorundem cognoscibilium quàm potentia cognitiua inferioris ordinis, sed Angelus eadem potentia cognitiua, scilicet, in respectu cognoscit vniuersalia, & particularia, quę homo sentit, & intellectu comprehendit, sed nunquam potentia inferioris ordinis potest apprehendere obiectũ auditus, ergo per sensum nunquam poterit apprehendere, quod ad intellectũ pertinet, & consequenter neque per intellectum cognoscet particularia, quę pertinent ad sensum.

Ad illatum septimum decimum.

Decimooctauo, quia dicitur lib. de causis, quòd intelligentia cognoscit res inquantum est causa eis, vel inquantum regit eas, sed anima separata nõ creat singularia neque regit ea, ergo non cognoscit illa.

Alij

Alij dicunt, quòd anima separata cognoscit singu- A
laria, quia Luc. 16. ca. dixit anima diuitis in tormentis mitte Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinq; fratres, vt testetur eis, ne & ipsi veniãt in hunc locum tormẽtorum, sed hęc omnia sunt singularia, scilicet, domus patris, & quinque fratres, ergo animæ separatę cognoscunt singularia.

Secundo quia formare propositiones non est nisi intellectus, & tamen anima etiam corpori coniuncta format propositionem, cuius subiectum est singulare, & prædicatum vniuersale, vt cum dicitur Sortes est homo, quod non potest facere nisi cognoscat singulare, & habitudinem vniuersalis, & particularis, ergo etiam anima separata cognoscet singulare cũ habeat intellectum, sicut coniuncta.

Tertio qa nullus potest disponere de his, quę ignorat, sed anima in corpore existẽs disponit de his, q̃ circa singularia sunt agẽda, ergo manens in corpore cognoscit singularia per intellectũ, sed intellectus manet integer in aĩa separata, ergo intelliget singularia.

Quarto quia anima est secũdum naturam inferior omnibus Angelis, sed Angeli inferioris hierarchiæ secundum Diony. recipiunt illuminationes singularium effectuum, & in hoc distinguuntur ab Angelis mediæ hierarchiæ, qui non recipiunt illuminationes singularium effectuum, sed rationes vniuersales existentes in causa, cum ergo sit tãto magis particularis cognitio, quanto substantia cognoscens est inferioris ordinis, videtur quòd anima separata possit secũdum intellectum singularia cognoscere, cum sit minor omnibus Angelis.

Quinto quia quidquid potest virtus inferior potest virtus superior, sed sensus, qui est inferior intellectu potest cognoscere singularia, ergo poterit a fortiori intellectus cognoscere singularia.

Determinatio superioris quæstionis. Quæst. DCIII.

DICENDVM quòd veritas est, quòd anima separata quædam singularia cognoscit, & quędam singularia ignorat, eorum autem singularium, quæ cognoscit, quędam cognouit dum esset corpori vnita, & manet cognitio illa in anima separata, & patet, quia aliter anima non posset recordari eorum, quæ gessit aut passa est, dum esset in corpore, & tamen recordatur, quia dixit Abraham ad diuitem Epulonẽ, recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, & tamẽ non iuberet ei recordari si non esset possibilis recordatio in anima separata. Etiam idem dives dixit, habeo quinque fratres Luc. 16. cap. & ita recordabatur eorum, quę habuerat dum viueret, ergo manet cognitio particularium, quæ cognita fuerunt in vita. Etiam est multum necessiaria ista recordatio ad statum damnatorum, quia aliàs non recordarentur de peccatis, quę commiserant, & nescirẽt an aliqua peccata commisissent, & consequenter cessaret vermis conscientię, qui est quidam stimulus pungens, insurgens ex recordatione peccati fętidi, & ista ponitur de maximis pœnis inferni, sed ablata recordatione tollitur ista pœna, ergo ad Dei prouidentiam pertinet seruare in dãnatis istam recordationem, non tamen potest ista esse nisi maneat in eis cognitio particulariũ, ergo cognoscunt particularia, quæ cognouerunt in corpore existentes.

Alia autem particularia cognoscunt animæ separatæ quorum cognitionem recipiunt post separationem, scilicet, cognoscunt ignem inferni, & alias pœnas, quę apud interos esse dicuntur: nam si non cognoscerent illas non punirentur, quod est cõtra Dei prouidentiam; ideo oportet, vt valde cognoscant omnia illa in quibus puniuntur, & tamen sunt omnia illa singularia, ergo cognoscunt singularia, & istud est per cognitionem naturalem: nam beati soli habent cognitionem ex gratia, damnati autem non, & tamen damnati cognoscunt particulares pœnas suas, nam dives apud inferos dixit, crucior in hac flamma, ecce designauit speciem pœnæ, & rationem particularitatis, quia dixit, in hac. Sunt tamen quædã particularia, quę animę separatę non cognoscunt saltem cognitione naturali. Nam vt ait Augu. libro de agenda cura pro mortuis, animæ defunctorũ ibi sunt vbi ea, quæ hic aguntur omnino scire non possunt, sed ista, quæ aguntur hic sunt quædam singularia, ergo multa sunt singularia, quæ animæ separatæ ignorant naturali cognitione, aliqua tamen cognoscunt. B

Cum intellectus sit cognitiuus tantum vniuersalium, & in Intelligentijs, & animis separatis non sit alia potentia cognitiua nisi intellectus, quomodo cognoscent particularia. Quæst. DCIIII.

EX hoc autem oritur hic duplex difficultas, vna est generalis, alia est specialis circa quęsitum. Prima autem est, quia cum intellectus non sit cognitiuus particularium, sed vniuersalium, & in Deo, & angelis, & anima separata non sit aliqua potentia cognitiua nisi intellectus, quomodo poterũt cognoscere particularia, & an illa cognoscant.

Aliqui circa hoc multum errauerunt dicentes, C
quòd Deus, & Angeli non habent cognitionem particularium.

Sed hoc est impossibile, quia isto posito tollitur omnis prouidentia, cum illa non possit esse sine cognitione rerum circa quas est. Etiam tolleretur iudicium Dei circa humanas actiones, etiam auferrentur Angelica ministeria circa nos, cum tamen Angelos de salute nostra sciamus esse solicitos, iuxta illud ad Hebrę. 1. cap. scilicet, sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis, de his autem, qui ad diuinam prouidentiam pertinent, diximus late supra 10. capitu. q. 10. vsque 16.

Alij ergo dixerũt, quòd Deus, & Angeli, & animæ D
separatę cognoscũt singularia per cognitionem vniuersalium causarum totius ordinis vniuersi, quia nihil est in rebus creatis, quod ex illis vniuersalibus causis non deriuetur, sed non possunt deriuari inde ista nisi aliquo modo ibi sint, & tunc cum omnia indiuidua inde deriuentur, erunt ibi omnia: & cõsequenter per illud, per quod ibi sunt cognoscentur ibi, scilicet, cognitis causis vniuersalibus ordinis vniuersi, & ponunt exemplum, sicut siquis cognosceret totum ordinem cęli, & Stellarum, & mẽsuram motus earum, sciret per intellectũ omnes futuras eclypses, & quãtæ futurę essent, & in quibus locis, & quibus temporibus futurę essent.

Sed dicendum, quòd istud non sufficit ad cogno- E
scendum particulare, non enim est ista vera cognitio singularium, quia quãtumcunque adderẽtur aliqua vniuersalia nunquam ex eis perficitur singulare, sicut si dicam hominem album, musicum, geometrum, fęlicem, & quidquid aliud voluero apponere, nondũ erit singulare, possibile enim erit omnia hæc ordinata competere pluribus, & ideo nõ erit singulare, quia illud vnum tãtum est, vnde siquis cognoscat omnes causas in vniuersali, nunquam per hoc cognoscet aliquem singularem effectum, & siquis cognoscit totum ordinem cœli, non propter hoc cognoscet aliquam particularem eclypsim, vt est particularis hæc eclypsis: nam si dicat futuram eclypsim conuenientibus

bus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus Sole, & Luna in talibus locis cœli, & in tali hora, & in tali die, & in tanta duratione, adhuc non est dictum aliquid per quod eclypsis fiat hęc, quia possibile est eclypsim talem pluries accidere, ideſt, in eodem loco, & hora diei, & die mensis si mundus multum duraret, sed quod multis conuenit non est particulare, ideo adhuc non datum est id, per quod cognoscatur eclypsim esse particularem.

Alij ergo dixerunt, quòd cognitio particularis nō potest esse per vniuersales causas ordinis vniuersi, sed tam Angeli quàm animę separatę cognoscant vere singularia accipiendo aliquid ab ipsis singularibus, & tunc esset vera cognitio singularis, cum per formam acceptam a singulari fieret.

Sed hoc non stat, primo quia de Deo idem est dubium: nam cum per prędicta non sit data cognitio vera particularis, & Deus cognoscat particulare, & dicatur secundum eos iste verus modus cognitionis particularis, cognoscet quoque Deus sic particularia, sed falsum est, quia Deus non potest accipere ab aliquo, esset enim tunc in potentia ad aliquid, quod est absurdum: ideo non est iste modus cognitionis particularis rei in Deo.

Secundo quia neque animæ separatæ, & Angelo conuenit talis cognitio, quia Angelus, & animę separatę sunt puri spiritus, & non possunt accipere statim ab ipso particulari, est enim magna distantia inter esse intelligibile, & esse materiale sensibile: ideo non potest forma rei materialis statim sine medio capi ab intellectu, quia actio non fit vnquam nisi per immediata, & similia, sed forma materialis non habet similitudinem ad intellectum: ideo necesse est ad hoc, quòd illa debeat cognosci ab intellectu, multa media esse, per quæ deducatur vsque quo sit intelligibilis: nam forma rei materialis est prius in ipsa re naturali materialiter, & iste est modus maximę materialitatis, & ibi nullam potentiam cognitiuam mouet, quia nō est, vt sit principium cognitionis, sed essendi materialiter, & naturaliter, post hęc fit illa forma materialis in medio extra rem materialem, & tunc non est forma materialis, quia non est pars alicuius compositi, neque est principium alicuius actionis naturalis alteratiue, aut corruptiue sicut species caloris in medio, & albedinis, nullam enim rem facit formaliter calidam, aut albam, postea peruenit forma ad organum sensus particularis, & adhuc ibi est minus materialiter, & deinde deriuatur ad phantasma, & aliàs vires interiores, & ita manet phantasma intelligibile in potentia, & non in actu, cum vero illustratum fuerit lumine intellectus agentis efficitur iam species intelligibilis, quæ recipitur in intellectu possibili, & tunc est intelligibile in actu, & ita per tot media necesse est deduci formam materialem ad hoc, quòd efficiatur forma intelligibilis, sed in Angelis, & animabus separatis nō possunt esse ista media, cum non sint in eis potentiæ sensitiuæ, ideo nō potest competere eis cognitio particularis per hunc modum.

Alia determinatio superioris quæstionis iuxta propriam sententiam. Quæst. DCV.

ALITER ergo dicendum de cognitione particularium tam quantum ad Deum, & Angelos quam etiam ad animam separatam. Est enim omnis cognitio per formam, sed formæ istę sunt dupliciter se habentes, quędam enim sunt factiuæ rerum, aliæ autem sunt acceptę a rebus, & aliter, & aliter ducunt istæ in cognitionem rerum, formæ enim factiuæ rerum intantum ducunt in cognitionem rerū inquantum sunt factiuę earum, vnde artifex per artificium, ideſt, habitum artis tradit formam, vel dispositionem materiæ, per formam vero artis cognoscit artificiatū quantum ad id, quod in eo causat. Sunt enim hæc duo, scilicet, habitus artis, & idea rei artificiatæ quam vocamus formam artis: nam vtrunque horum est forma, sed vna est forma determinata ad rem fabricandam, ideſt, ita designat illam, quòd nullam aliam, habitus vero artis est forma, sed non est determinata ad vnum artificiabile, immo omnia pertinētia ad genus artis deducuntur ad esse per illam, vtraque ergo est forma factiua, sed nunc forma artis præcedit, quia secundum illam cognoscimus quid est, quod in artificiato faciemus, forma etiam, quę est ars, vel artificium præcedit ad esse artificiati, quia per illam deducitur in esse artificiati illud, quod forma artis ostendit debere fieri in artificiato, nūc ergo artifex habet formam artificis per quam cognoscit artificiatum, sed non accipitur illa forma a re artificiata, quę nondum est, sed potius est illa forma factiua artificiati, quia per illam artifex cognoscit quid faciendum est in artificiato, & facit illud, & per hunc modum videbatur, quòd cum per formam artis producatur particulare, & illa sit per quam cognoscatur id, quod fit, posset homo cognoscere particularia per formas artis, quæ sunt factiuæ particularium.

Sed dicendum, quòd non stat, primo quia iste modus non sufficeret ad cognitionem omnium particularium: nam prodesset ad cognitionem artificiandorum, nō autem ad cognitionem naturalium entium, quæ per nullam artem humanam produci possunt.

Secundo & præcipue, quia non solum non sufficit modus iste, immo neque prodest ad cognitionē alicuius particularis: nam neque artificiatum particulare potest cognosci per formam artis, ideſt, ideam artificis, neque per habitum artis, quia ad cognitionem particularis oportet cognosci id, quod est principium particularis, illud vero est materia, quæ est individuationis principium, sed nulla forma artis, aut potentia hominis causat materiam, sed accipit eam præexistētem, solam autem formam producit artifex, sed a forma nō est particularitas, immo vniuersalitas: ideo per formam artis non potest artifex cognoscere particulare artificiatum, quod faciet, quia per illam formam non est ipse factiuus totius particularis, sed eius, quod est minor pars: nam materiam non facit, sed formam, & ideo per formam artis non cognoscit artifex particularem domum quam faciet, sed habet cognitionem vniuersalem eius per rationem formæ, & illa forma poterit competere multis artificiatis rebus, cum non sit determinata per aliquid ad esse particulare, sed accipiet cognitionem particularem artifex per sensus, quando primum viderit rem a se fabricatam sicut quilibet alius accipit, iam enim forma ab eo concepta accepit esse particulare per determinationem materiæ, & ideo non potest esse vniuersalis forma, secus quando solum erat in anima, quia poterat pluribus competere, secundum quòd poterat deduci illa forma in multas formas materiæ distinctas, & ita essent plura artificiata numero distincta.

Ex hoc autē apparet qualiter Deus cognoscit particularia, scilicet, per suas formas quas habet, cognoscit directe omnia particularia, habet enim Deus formas factiuas rerum, & ideo sunt principiū cognoscēdi rerum illarum quarum sunt factiuę, & inquantum sunt factiuę, & quia Deus nō solū est productiuus formę a qua sumitur ratio vniuersalis rei, sed ēt materię, q̄ est principiū individuationis, & hoc per formas artis suę, sequitur q̄ ipse poterit cognoscere perfectē individuū per formam quam habet. Et etiam apparet, quòd quòd omnia individua cognoscat sic Deus, tam naturalia quam artificiata. sicut enim Deus productiuus est formæ naturalis, ita & formæ artificialis. nam per materiam non differūt hæc individua, sed eadem est materia individuorum naturalium & artificialium, ideo cum nihil sit in vtroque individuo, cuius Deus non sit productiuus, cognoscet plene & directe quic quid est in individuis, tam naturalibus quam artificiatis, & individualiter atq; propria cognitione cognoscet quicquid in individuis est, ideſt, non cognoscet vniuersaliter, & indeterminate id quod est determinate, & particulariter, sed particulariter & materialiter, taliter qualiter est: ita tamen vt teneat se modus iste cognitionis ex parte rei cognitæ, & non ex parte cognoscētis. nam cum omnium modorum qui sunt ex parte rei cognitæ sit principium Deus per formā artis, per illam cognoscet omnes modos rei.

Deus quo modo materialia cognoscat.

De vniuersalibus autem rerum naturalium manifestum est, quòd Deus illa cognoscat per artem suā, quia vniuersale secundum rem accipitur a forma, sicut singulare a materia, sed Deus per formam suæ artis est productiuus formæ, sicut & materiæ, ergo cognoscet vniuersale cognoscendo rationem formæ. Et si dicatur, quòd vniuersale non est factibile, ideo per formam artis non possit cognosci, cum forma artis sit factiua.

Dicendum quòd vniuersale, vt sic non est factibile, quia non est particulare, sed dicit naturam communem inuētam in particularibus, quam sola ratione abstrahente distinguimus a particularibus: & tamē ratio vniuersalis accipitur a forma, sicut ratio singularis a materia: & ideo licet forma quælibet nō sit vniuersalis, quia forma facta est particularis, tamen a ratione formæ accipitur vniuersale: & ideo non deest nisi vt abstrahamus factibilitatem a forma per quod nihil ponimus, sed tollimus. cum ergo ars Dei sit factiua formæ, & factibilitas non tollat rationem formæ, qui cognoscit formam factibilem per rationem formæ factiuæ, potest demere illi factibilitatem per abstractionem, & ita manebit ratio vniuersalis.

Angeli, & singularia a quibus.

Ex hoc etiam apparet quomodo Angeli, siue substātię separatę possint cognoscere singularia. s. quòd illa cognoscunt per formas influxas a formis factiuis, quæ sunt similitudines formarum factiuarum, & est fundamentum huius, quia sicut a diuina arte effluūt formę materiales, vt subsistant in proprijs naturis, ita & ab eadem arte effluunt in substātias intellectuales separatas similitudines rerum intelligibilium quibus res cognoscant, quia Deus sicut prouidet circa esse naturale, ita circa esse intellectuale, quod est alterum genus essendi, & pertinet ad perfectionem vniuersi, & quia istæ species influxæ substantijs separatis a Deo sunt similitudines illarum formarum quibus Deus produxit formas in rebus materialibus, & ipsam materiam ex qua est ratio individui, & per formas istas factiuas Deus cognoscit singularia quantum ad materiam, & formam, & totam rationem singularitatis, oportet quòd per formas illas quæ sunt similitudines harum cognoscant, aut cognoscere possint substantiæ separatæ individua quantum ad materiam & formam, & ita quantum ad plenam rationē individuorū, & ideo prædictæ substantiæ separatæ cognoscunt tam vniuersalia quam particularia per prædictas species, inquātum sunt similitudines diuinarum formarum a quibus sunt materia & forma: & inquantum istæ habent similitudinem cum illis quantum ad rationem formæ, quę est ratio vniuersalitatis, possunt cognoscere per istas species vniuersalia: inquantum vero habent similitudinem cum illis, quantum ad materiam, cuius illæ sunt productiuæ, sunt istę principium cognoscendi particulare, quod accipitur a materia.

An forma factiua rei possit esse similitudo rei quoad formam tantum, vel etiam quoad materiam.
Quæst. DCVI.

SED aliquis dicet quomodo forma quæ est factiua rei cum sit immaterialis potest esse similitudo rei quantum ad materiam, & quātum ad formam, quia videtur quòd non sit similitudo, nisi quantum ad formam, quia ipsa est immaterialis.

Dicendum quòd non est inconueniens, quia non ponitur similitudo ista secūdum vniuocationem, sed secundum quandam proportionem. non enim est similitudo illa forma istarum rerum inquantum forma, sed inquantum factiua. nam si inquātum forma esset similitudo, cū nulla talis forma inueniatur, nullius esset similitudo, & nihil per eam intelligeretur, sed est similitudo inquantum forma factiua: & tamē non est magis factiua formę quam materię, ergo vtriusque est similitudo, & vtrūq; per eam intelligeē.

Sed adhuc dicendum aliquid vnum esse similitudinem materiæ & formæ, quæ nō sunt vnum, potest prouenire ab alio, & est istud quia omnis perfectio q̄ est in inferioribus est in superioribus, & tamen in superioribus est vniformius, & simplicius, in inferioribus est magis distinctum & multiplicatū: & hoc est propter perfectionem naturæ, sicut videmus quòd intellectus vnus existens complectitur omnem perfectionem potentiarum sensitiuarum, nam quicquid visus, auditus, gustus, & cæteræ potentiæ cognoscunt cognoscit intellectus, & intellectus per vnum actū. s. intelligendi: illæ vero per multos actus, s. videndi, audiendi, gustandi, tangendi, & odorandi: conformiter in Deo est omnis perfectio rerum inferiorū per vnitatem & indistinctionem substantiæ suæ. in rebus autem inferioribus, & in qualibet earū sunt perfectiones istæ distinctæ, licet nulla habeat omnes, sed & ipsas paucas quas habent, distinctas & multiplicatas habent. ita ergo licet in natura creata sensibili aliud sit materia, aliud forma: tamen in Deo, qui est superior, & causa vtriusque existens, non respondent duo materiæ, & formæ, sed vnum & idem: quia illud vnum est eminenter, & perfectius in Deo quam sint res ipsæ, quæ in seipsis sunt diuisæ, & ideo cū vnum sit duobus simile, vel potius similitudo duorum disparium in se, necesse est quòd nullius sit similitudo vniuoce, sed eminēter: & est perfectior similitudo quam vniuocations. & sequitur quòd tunc similitudo rerum materialium erit immaterialis, quia non est vniuoca similitudo, sed eminentiæ: & ideo cum duorum aut plurium sit vna similitudo eminens, licet nullius sit vniuoca similitudo, erit tamen magis accedens ad id quod magis perfectum est, ideſt minus distabit ab eo. Sed cū in Deo sit vna similitudo materiæ & formæ, q̄ est causa vtriusque, vt dictum est, & forma sit perfectior quam materia, necesse est q̄ illud repræsentatiuum dicatur potius formale quam materiale. ex quo sequitur q̄ Deus intelligit materiā immaterialiter, i. per similitudinem quæ nō est materialis, licet sit materiæ, & eodem modo de intelligētijs dicendum est, quòd sunt habentes species, quæ sunt similitudines formarum factiuarum in Deo, sed illæ habent se ad formam potius quam ad materiam: ideo & species substantiarum separatarum per quas intelligunt erūt huiusmodi, & sic intelligerēt res materiales immaterialiter, vt dicit Diony. septimo cap. de Diu. nom. iste est ergo modus quo substantiæ separatæ intelligunt, tam vniuersalia quam particularia, & vtraque distincte cum principium individuationis cognoscāt: ideo

cognoscent indiuiduum,& rationem indiuidualem. De anima separata aliquid simile dici potest, & tamē melius sigillatim de ea dicitur.

An anima separata intelligat particularia eodem modo quo ea cognoscunt Angeli. Quæst. DCVII.

SECVNDA erat dubitatio specialis quantum ad id quod tangit animam separatam. i. quomodo intelligat particularia cum illa intelligit.

Dicendum ad hoc sicut supra præsupponebatur, ꝙ non fit cognitio, nisi per formam quæ est similitudo rei, & formæ istæ dupliciter se habent, quædā sunt causæ rerum, vel impressiones earum, aliæ autē sunt causatæ a rebus: & in vtrisque ad hoc, quòd sit cognitio debet seruari similitudo: ad hoc autem ꝙ duo sint similia, oportet ambo procedere ab vna causa, vel vnum esse causam alterius. De primo, vt duo alba sunt similia, quia ambo sunt a principio albefaciente. De secundo, vt forma artis, & rei artificiatæ sunt similia, quia forma artificiati est a forma artis. i. ab idea artificis, in illa autem cognitione quæ fit per formas a rebus acceptas, ipsæ res per suam actionem sunt cognitionis causa. cum ergo omnis actio, sit per formā, forma autem quantum de se est vniuersalis, non poterit per talem modum veniri in cognitionem particularium, quia per hunc modum non cognoscitur materia quæ est indiuiduationis principium, nisi in vniuersali, sinquantum habitudinem habet ad formam vniuersalem, sicut qui cognoscit simum, vel aquilum cognoscit nasum, nō vt est iste nasus, quia ista est cognitio per sensum, sed inquantum nasus secūdum rationem generalem est subiectum simi vel aquili. & hoc verum est, nisi contingat recipi formam indiuiduali-
I ter in cognoscente, vt sunt in rebus extra animam, sicut fit in potentijs sensitiuis per organum corporale, & de his non loquimur, sed de formis acceptis a rebus, & sunt in intellectu, quia non possunt esse istę, nisi per quandam abstractionem a rebus. vnde non ducunt in cognitionem rei a qua abstrahuntur quantū ad modum essendi quem illa habet. s. particularitatis & materiæ, sed quantum ad rationem suam. Cum ergo formæ istæ intellectuales sint abstractæ a materia, & conditionibus omnibus materię, nō ducunt in cognitionem singularis, quod nō est sine materia, & cōditionibus materię, sed in cognitionem vniuersalis, quod accipitur secundum rationem formæ.

In cognitione autem quæ fit per formas quæ sunt causæ rerum, vel impressiones earum fit è contrario, quia peruenitur per eas vsque ad cognitionem singularium, licet sint formæ istæ immateriales. & hoc videtur quasi irrationale parum considerantibus. nam species acceptæ a rebus habent cōditionem materialitatis a principio antequam abstrahātur, & cum fuerint abstractæ ducunt in cognitionem vniuersalis. &
K tamen aliquis putaret, quòd debēt etiam aliquo modo deducere in cognitionem singularis, quia fuerunt acceptæ a rebus singularibus, & tamen non ducūt directe in cognitionem indiuiduorum, formæ autem quæ sunt causæ rerū sunt penitus immateriales: ideo videtur quòd nullo modo deberent deducere in cognitionem singularium quæ sunt per materiam, & tamen directe deducunt in cognitionem illorum.

Causa autem horum est, quia species accepta a rebus accipitur per sensum, & ideo repræsentat singulare, sicut accipitur a singulari: & tamen cum transfertur ad intellectum, denudatur ab omni cōditione materialitatis. Et ideo amplius non habet, quòd possit directe signare singulare. de specie vel forma quæ est causa rerum secus est, quia licet non accipiatur à F rebus tamen est factiua rerum, & quia quod est factiuum rei cōtinet rem in virtute, ideo cum istæ formæ sint factiuæ rerum singularium, & sic contineant singularia ī virtute, possunt repręsentare illa quomodo continent: & ideo possunt cognosci singularia per istas formas, & consequenter tam vniuersalia, quam particularia cognoscuntur per istas formas factiuas. vniuersalia quidem quia istæ sunt factiuæ formarum
G à quib⁹ accipit ratio vniuersalis, singularia vero quia sunt factiuæ materiæ quæ est principium indiuiduationis.

Nunc autem dicendum, quòd dum anima est coniuncta non potest cognoscere regulariter, vel naturaliter saltem, nisi per formas à rebus acceptas, & ideo cum accipiatur species, & transferatur ad intellectū in quo est immaterialiter, non potest cognoscere per talem speciem anima, nisi vniuersaliter quod accipitur immaterialiter a forma; & hoc verum est directe, sed indirecte, & per quandam reflexionem cognoscitur singulare per intellectum qui organis non vtitur, scilicet, inquantum ex obiecto in quod intellectus directe mouetur, & est vniuersale, redit intellectus ad
H cognoscendum actum suum, ex quo actu redit in speciem quæ est intelligendi principium, & ex ea redit ad phantasma considerandum, a quo species hæc est abstracta velut ad principium speciei, & statim per phantasma cognoscit singulare: & ita manet quòd anima dum est coniuncta directe cognoscit vniuersale per intellectum, & singulare per sensum. dum vero anima est separata habet vtranque cognitionem, quia cognoscit per species abstractas a rebus, & per species receptas a superioribus substātijs, quæ species sunt impressiones causarum, ideſt impressiones factę in anima ab intelligentijs, quæ sunt causæ rerum, vel sunt impressiones causarum, ideſt similitudines rationum idealium in Deo existentium, quæ sunt causæ rerum: & ideo per vtrunque modum potest directe cognoscere anima separata vniuersalia, quia per formas cognoscitur, & a forma accipitur ratio vniuersalis, sed singularia non potest cognoscere vtroque modo, sed solum per species acceptas a substantijs superioribus. Et patet, nam per formas acceptas a rebus non cognoscitur directe, nisi vniuersale: indirecte autem cognoscitur singulare, inquantum potest redire intellectus ad phantasma, cum non habeat organa: ideo non potest redire intellectus nullo modo ibi ad intellectionem singularis, sed cognoscit singulare per species acceptas ab intelligētijs, quia illæ species sunt similitudines causarum rerum, ideſt rationum idealium quæ sunt in mente diuina, & sunt illæ factiuæ rerum, & inquātum sunt factiuæ illarum possunt cognosci res per illas, & tamen res fit quantum ad materiam & formam: ideo quantum ad vtrunque cognoscitur res per illas rationes ideales, & illud est cognoscere particularia, ideo per illas influxas animæ separatæ, inquantum sunt similitudines causarum rerum, possunt cognosci res ipsæ particulares directe, quia omnis cognitio fit inquantum cognoscibile assimilatur cognoscenti, secundum formam quandam.

Ex prædictis apparet differētia inter cognitionem animarum & angelorum, quia animæ quando sunt coniunctæ con cognoscunt directe per intellectum, nisi vniuersalia: per sensum vero cognoscunt particularia. Angeli tamen per intellectum cognoscunt per species, quæ sunt impressiones causarum omnium rerum vniuersi, ideſt rationum idealium, vtpotest enim est supra: & per illas directe cognoscit singulare. anima vero coniuncta nō cognoscit per illas, sed per species acceptas a rebus, quæ cum transferunt imma-

immaterialiter ad intellectum non possunt repręsentare nisi vniuersale. & hoc satis conuenit, quia quicquid est in inferioribus est in superioribus, & est in superioribus magis simpliciter & vnitiue. in inferioribus multiplicatur, & diuiditur. vnde Angelus cognoscit vniuersalia & singularia, & anima coniuncta cognoscit vniuersalia & singularia, sed Angelus per solam vim intellectiuam directe cognoscit vtraq;, anima autem coniuncta cognoscit illa per duo, ideſt per intellectum & sensum.

Penes cognitionem singularium intellectus animæ separatæ, & Angeli varie se habet. Quæst. DCVIII.

AMPLIVS considerandum, ꝙ circa cognitionem singularium aliter se habet intellectus Angeli, aliter intellectus aīæ separatæ, quia (vt supra dictum est) omnes substantiæ separatæ cognoscūt per formas vniuersales, & nulla cognoscit per formas particulares, ita ꝙ cuiuslibet indiuidui sit vna species repræsentatiua, quia hoc solum fit in speciebus acceptis per sensum, & tūc cum per speciem vniuersaliter repræsentantem debeāt significari particularia, oportet illud esse ex applicatione vniuersalis ad particulare, quod non fit, nisi ex magna virtute intellectiua, & quia omnium substantiarum separatarum est magna virtus intellectiua, & proportionata speciebus illis quæ sunt eis concreatæ, & intelligunt per illas omnia ad quæ illæ species se extēdunt in repræsentando, ga tanta est virtus intellectus ad intelligendum quanta speciei ad repræsentandū, ideo omnia ad quę se extendunt illæ species in repręsentando, intelliguntur a substantijs separatis. vnde sicut cognoscūt per illas species omnia genera rerum naturalium, & omnes species sub generibus existētes ita cognoscunt omnia indiuidua rerum naturalium quæ sub speciebus existūt. efficacia autem virtutis intellectiuæ animæ separatæ non est proportionata formis acceptis a substātijs separatis, cum sit minima virtutis eius: ideo nō est nata ipsa cognoscere per species vniuersales quæ plura cōtinēt in virtute, sed per spēs quæ determinate singula repręsentant, tales aūt sunt species acceptæ a sensibus, ideo naturale est aīæ vniri corpori in quo per sensus accipiat, ga tunc cuiuslibet rei recipiet vnā spēm, & illa determinate repræsentabit. Sed obijcietur, ꝙ est cōtra supra dicta. s. quia intellectus nō potest intelligere particularia directe in anima coniuncta sed vniuersale, & nūc dī, ꝙ sit naturale accipere formas particulares a sensu. Dicendum, ꝙ intellectus humanus nat⁹ est intelligere per formas vniuersales, quæ sub se multa contineāt in virtute. ista enim multum differunt inter se, nam intellectus nullos potest apprehēdere per formam materialem, vel acceptam a re singulari cum conditionibus singularitatis, eo ꝙ omnis intellectus est immaterialis, & tamē res ipla singularis potest cognosci vniuersaliter, inquantum animæ, vt sit vnita corpori in quo accipiat per sensus, & species immediate acceptæ per sensus sunt particulares, & per illas nō potest intellectus cognoscere, quia habent conditionem materialitatis, sed cū illustratum fuerit phātasma, & inde species intelligibilis recepta in intellectu potentiali illa repræsentat iam vniuersaliter, ideſt sine conditione materiæ, & talem repręsentat eandem rem quæ per sensus particulariter accepta fuerat, talis autem vniuersalitas cōuenit intellectui nostro, siue in anima coniūcta, siue separata, & hoc modo distinguitur intellectus a sensu, quia licet eandem rem cognoscant, tamen sensus accipit speciem materialiter, & cognitionē facit de re materialiter iuxta conditionem speciei quæ est principium cognoscēdi, intellectus autem accipit speciē immaterialiter & cognitionem: ideo cognoscit rem immaterialiter iuxta conditionē speciei quæ est principium cognitionis, & ista vniuersalitas stat cum determinatione, cum quælibet res singularis potest cognosci vniuersaliter, & nō repræsentabitur aliud per speciem intelligibilem, nisi res illa, & tamen non sub cōditione materialitatis. Alia est vniuersalitas prout aliqua species repræsentat aliquid sub ratione cōmuni, & sub illa ratione cōtinentur multa in virtute. hęc vniuersalitas repugnat intellectui humano, quia parua est virtus eius: ideo nō potest se determinare ad id quod species determinate nō repræsentat, & si tales species sint in eo erit cognitio cōfusa. Si autem accipiat species repræsentātes determinate singulas res, & immaterialiter, erit proportionata virtus intellectus illius speciebus, quia nihil plus est per eas intelligendum quam quod ipsæ determinate repræsentāt. hoc autem fit cum intellectus fuerit animæ coniunctæ, quia accipit per sensus singularum rerū species, ideo vnitam esse est naturale animæ humanæ.

Cum vero fuerit separata, quia nō potest intelligere sufficienter per species in ea manentes, cum interdum nullas accepit in corpore, oportet quòd accipiat species a substātijs separatis, & illis speciebus non est proportionata virtus intellectus nostri, ideo per illas imperfecte, & cōfuse intelligit. vnde species influxę à superioribus nō sufficiūt animæ separatæ ad intelligē
C dum singularia, vt sic possit cognoscere omnia singularia distincte, sicut Angeli cognoscūt per easdē species vniuersales, vel sicut cognoscit anima coniuncta per sensus.

Et tamē dicēdum, quòd licet ex conditione illarū specierum nō posset anima separata cognoscere aliquod indiuiduum distincte, cum nō cognoscat omnia, & eadem sit ratio de vno, & de omnibus: tamen cognoscit anima separata quędam indiuidua distincte, & quædam non.

Sed pro hoc sciendum, quòd non loquimur nunc, nisi de indiuiduis rerum naturalium quę sunt sub speciebus & generibus, & de accidentibus eorum, nō autem de substantijs separatis, quia quilibet est ǀindiuiduum, vel singulare cum sit actu existens, & tamen istas cognoscit anima directo aspectu, eo quòd quilibet est intelligibilis ab anima separata multis modis, vt ostēsum est supra. Secus de indiuiduis naturalibus quæ sunt materialia: nam ista non potest cognoscere, nisi inquantum continentur in virtute repræsentatiua specierum vniuersalium, & non potest se determinare intellectus ad illa, & ita deberent omnia manere cognita confuse.

Sunt tamen duo modi quibus se determinat ad q̄dam singularia distincte cognoscenda. Vnus est quantum ad illa ad quæ anima afficitur, vel ad quæ habet ordinem specialem, & ita sunt illa quæ patitur, & a quibus patitur, & in quibus, & idem de premijs & locis premiorum habet anima separata cognitionem
E particularem quam alias nūquam habuit. Et ratio est quia licet non sit aliqua species repræsentatiua istorū particulariter, aut determinate, sed contineantur sub speciebus influxis a substantijs separatis, cognoscunt potius ista quam alia, quia ad ista habent ordinē specialem, ideo ad ista sufficiunt vires suæ, vt se determinent particulariter.

Secundus modus est, quantum ad ea quorum manet aliqua impressio facta in anima separata, s. quantum ad aliqua, quæ dum esset in corpore cognouit, & manet impressio illius cognitionis in anima separata, s. manent species intelligibiles talium cognitionū.

nã res illas determinate postea cognoscit anima naturali cognitione. sicut dictum est supra de Lazaro, & diuite, & recordatione fratrum suorum, & eorum quæ in vita egerat, & sustinuerat, ad alia autem singularia non determinatur anima separata specialiter, iõ per species vniuersales influxas a substantijs separatis non intelligit illa determinate, sed confuse, vt potius dicatur non cognoscere illa quam cognoscere.

Responsio ad primam rationem principalem pro parte negatiua in diuersum positam in quæst. princ. scilicet 602. & aduerte quòd primo respondet ad argu. 18. pro parte negati. & secundo loco ad argumen. 5. pro parte affirmatiua.

Quæst. DCIX.

AD primum in cõtrarium dicendum, ꝙ anima separata non vtetur organis, & tamen cognitionem habebit quorundam singularium. Est enim verum, ꝙ anima coniuncta non cognoscit directe singularia, nisi per potẽtias sensitiuas, sed ista non est cognitio intellectiua. Accipiendo autem cognitionem intellectiuam dicendũ, ꝙ anima coniuncta non intelligit, nisi per species abstractas a rebus, quę cum ad intellectũ peruenerint, in quo recipiuntur omnino immaterialiter, nõ possunt esse principium cognitionis rei singularis, vel singulariter, sed cum anima fuerit separata, licet non retineat secum potentias sensitiuas & organa, habet aliũ modum cognoscendi, s. per species acceptas per influxum, per quas potest cognoscere singularia, quia illæ sunt similitudines rationum idealiũ, quæ sunt causæ rerum singularium, tam ad materiam quã ad formam: sed est verum, ꝙ anima separata propter paruitatem virtutis suæ intellectiuæ non se determinat ad intelligendum per illas species, nisi pauca indiuidua, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ anima separata est immaterialior quam coniuncta, non quantum ad essentiam, quia anima semper est ĩ se spiritus simplex, sed quãtum ad vnionem. nam vnita est, vt forma & pars, separata autem manet vt per se ens, etiam quantum ad operationem, quia vnita vtitur organo corporeo in operatione apprehendẽdo per sensum, separata vero non vtitur organo, neque habet phantasmata. Et ob hoc dicendum, ꝙ cum sit immaterialior separata anima quam cõiuncta, recedit a quodam modo materialitatis a quo non denudatur coniuncta, quia coniuncta cognoscit indiuidua materialiter per sensus, qa recipit species cum conditione materialitatis in sẽsu, quod non potest separata: & rursus quãtum ad intellectum ipsa coniuncta nõ potest per species abstractas a rebus, & perductas ad intellectum intelligere particulare, quia species sunt iam receptæ immaterialiter in intellectu, & non possunt repræsentare immaterialiter, & quantum ad istas species manentes in anima separata idem est, quoniam ipsa nõ potest per eas intelligere particulare, sed vniuersale, sicut coniũcta: immo & immaterialius se habet, quia anima coniuncta, licet per alias species receptas immaterialiter in intellectu nõ possit intelligere particulare directe, sed solum vniuersale, potest tamen per reflexionẽ intelligere particulare sicut dictum est. s. redeundo vsq; ad phantasma ordine conuerso intellectionis, anima autem separata dicendum, ꝙ per easdem species abstractas, neque directe, nec indirecte intelligit particularia, & hoc quia non potest ibi esse reflexio vsque ad phantasmata, cum non maneant phantasmata in anima separata: & ideo quãtum ad omnia hæc habet se immaterialius anima separata quã coniuncta. veruntamen ex hoc, ꝙ est anima separata habens se immaterialius recipere potest influxum substãtiarum separatarum quantum ad formas, quæ sunt similitudines rationum idealium mentis diuinæ, quas nõ potest recipere anima coniuncta, & per illas potest directe anima separata intelligere particularia, & ĩtelligeret omnia illa, nisi propter defectum virium suarum, & ideo immaterialitas animæ separatæ adiuuat eã ad cognoscendum singularia. Ad tertium dicendum ꝙ differẽtia est inter intellectum & sensum, & nunquam possunt coincidere, vt sint idem ſm substantiam, neque erit operatio similis: sensus enim apprehendit singulare sub conditionibus singularitatis, i. hic & nunc, gapar formam quodammodo materialẽ capitq;, & retinet conditiones illas, & intellectus nõ potest capere singulare sub his conditionibus, ita vt se teneat ex parte rei cognoscentis, & etiam non potest recipi species in intellectu coniuncto, aut separato cum his cõditionibus: sed cum intellectus intelligit singulare alter intelligit, ideſt non per formam cum conditionibus materialibus, sed si est intellectus coniunctus, intelligit singulare per speciem immaterialem, quæ directe repræsentat vniuersale, sed per reflexionem redeundo ad phantasmata facit cognosci particulare: in anima autem separata cognoscitur singulare directe per speciem pure immaterialem, quæ non est accepta a re, sed impressa animæ: & ideo licet tam sensus quam intellectus singulare cognoscant, manet semper differentia, quia sensus per speciem materialem, & materialiter receptam per quam singulare intelligit, nõ se potest vltra extẽdere, vt s. intelligat vniuersale, intellectus autem per speciẽ per quam intelligit singulare intelligit vniuersale, quia species illa ad vtrunque se extendit cum sit immaterialis, & sit principium materiæ & formę: ideo licet idem intelligant quantum ad aliquid sensus & intellectus, differunt semper in substantia & actu.

Ad quartum dicendũ, ꝙ in statu viæ cognoscimus singularia per sensum, & vniuersalia per intellectum: & tamen falsum est, quòd sicut nunquam potest sensus deduci ad hoc, ꝙ cognoscat vniuersale, quòd non deducatur intellectus ad cognoscendum singulare: nõ est enim simile, quia intellectus est vis superioris ordinis, & potest se extendere ad singulare, quod est quasi descendere. sensus autem inferioris ordinis, & non potest ascendere vltra particulare. & istud rationabile est, quia quicquid est in inferioribus est in superioribus, & non è cõtrario: & ideo omnis cognitio sensus dabitur intellectui saltem eminenter, & non è contrario. Nam quicquid homo potest, & intelligit, possunt, & intelligunt Angeli, & non conuertitur, & manifestum est, quia vna potentia sensitiua nõ apprehendit id quod alia, & tamen intellectus apprehendit id quod omnes, ergo poterit intellectus cognoscere particulare, tam in anima coniuncta quam in separata, sed in coniuncta per reflexionem, in separata autem directe, vt dictum est.

Responsio ad quintam rationem principalem positam supr. ꝙ. 602. pro parte negatiua. *Quæst. DCX.*

AD quintum dicendum, quòd eadem est natura animæ coniunctæ & separatæ: & ideo eadem est operatio, & receptionis modus: sicut enim nunc operatio intellectus coniuncti est intelligere, ita & separati. etiam sicut intellectus coniunctus non recipit speciem, nisi immaterialiter, ita & separatus.

Et ideo dicẽdum, ꝙ sicut spẽs receptę in intellectu dũ est cõiunctus, non ducunt nisi in intellectũ vtis, & nõ particularis, ita & in intellectu separato eædem species manentes non ducunt, nisi in cognitionem vniuersalis: immo in intellectu coniuncto eædem species ducũt in cognitionem particularis indirecte per reflexionem, in intellectu autem separato non ducũt eo, quòd non manet ibi phãtasma ad quod possit ibi fieri reflexio: vertũtamen intellectus separatus potest cognoscere singularia directe, quod non potest coniunctus, & hoc solum ex differentia speciei intelligibilis. nam licet vtraque sit immaterialis: tamẽ species quæ hic recipitur, accipitur a rebus, & ideo cũ abstracta fuerit non potest significare, nisi vniuersale. species autem recepta in intellectu separato est influxa a substantijs superioribus, & est similitudo causarum ordinis vniuersi, ideſt rationum idealium in mente diuina: ideo est designatiua particularis directe, quia ratio idealis factiua est particularium, & si tales species nunc reciperet anima coniũcta, intelligeret quoque directe particularia.

Ad sextum dicendum, ꝙ non cognoscit anima separata particularia per species acquisitas. nam si sint species materiales quæ per sensum accipiuntur, non manent, cum non sint organa in anima separata, neque potentiæ sensitiuæ, neque per species intellectuales, quia per illas cognoscitur vniuersale, sed cognoscit particularia per species influxas. Cum vero dicit, ꝙ non cognoscat aliqua particularia, quia tũc cognosceret omnia, dicendum ꝙ species illæ quantum est de se omnia particularia repręsentarent. nam directe repręsentant particulare, inquantum sunt similitudo rationum idealium, vt dictum est. Sed vires animę separatæ sunt paruæ, ideo non sufficiunt cognoscere aliquod particulare determinate ex illis, vt sic sunt repręsentantes, quia aliàs cum æqualiter repręsentent omnia particularia, omnia intelligerent per illas species, aut nulla. sed dicendum, quòd aliqua intelligunt per species illas, & non omnia: inquantum specialem habitudinem habent animæ separatæ ad quædam individua quam non habent ad alia, vt dictum est præcedenti quæst.

Ad septimum dicendum vno modo, quòd infinita actu non sunt cognita, quia neque dantur infinita in actu sed in potẽtia: ideo neque Angeli, neque animæ separatæ cognoscunt infinita.

Alio modo potest dici, quòd indiuidua omniũ specierum sunt quodammodo infinita, ideo qui illa cognoscit quodammodo cognoscit infinita, sed nõ cõtingit in aliquo esse species infinitas, ideo cum de angelis concedamus, ꝙ cognoscant omnia indiuidua omnium specierũ, dicimus quòd per paucas species illa cognoscunt, quia ille sunt vniuersales, & per vires intellectus sui sciunt descẽdere de vniuersali determinando se ad particularia. secus autem de anima separata, quia propter paruitatem virtutis intellectiuę nõ potest intelligere per vniuersales species particularia contenta sub illo vniuersali, & ad intelligendum particularia distincte indigẽt tot speciebus quot sunt particularia. veruntamen ex illis speciebus determinat se ad quædam, & nõ ad omnia propter causas dictas: & sic non intelligit anima separata infinita.

Ad octauum dicendum, quòd infinitum potest dupliciter accipi, vel quantum ad esse, vel quantum ad repręsentare. si quantum ad esse verum est, quòd est species indistincta cum sit vniuersalis, quia nõ est specialiter vnius rei species, sed est multorum quæ in virtute continẽtur sub re signata per speciem. Si autem accipitur indistinctum in repręsentando, dicendum quòd non sunt species indistinctę, quia quælibet repręsentat indiuidua distincte. nam sunt illæ similitudines rationum idealium, quæ sunt factiuæ singulariũm quantum ad materiam, & quantum ad formã; ideo sunt principium cognoscendi particularia quantum ad formam & materiam, & hoc est cognoscere directe particulare, cum principium indiuiduationis sit materia: & quia omnium indiuiduorum sunt factiuæ illæ rationes ideales, erunt repræsentatiuæ omnium indiuiduorum, & consequenter species influxæ, inquantum sunt similitudines illarum rationum erunt principia distinctę cognitionis particularium, sed non potest cognoscere quis indiuiduum aliquod ex vniuersali specie, nisi cuius fuerit vis cognitiua magna potens se determinare ad omnia quæ continet illa species, & est istud in illo intellectu qui est proportionatus speciebus illis: de anima separata dicendum quòd nõ est proportionata talibus speciebus, quia est infima in intelligẽtijs, ideo licet sint species illæ principium determinatæ cognitionis, non potest anima cognoscere determinate, nisi quædam ad quę est specialis habitudo. secus de Angelis quorum virtus est proportionata illis speciebus, ideo intelligunt omnia indiuidua quæ signãt illæ species distincte, licet vniuersaliter, quòd vero principium cognoscendi quantum ad esse sit indistinctum non obstat, quia non est hoc modo necessaria species determinata, nisi vbi vis cognitiua parua est, sicut in anima, tam coniuncta, quam separata.

Ad nonum dicendum, quòd formæ influxæ a superioribus intelligentijs in animam separatã sunt principium cognoscendi indiuidua, & dicendum ꝙ verũ est, ꝙ recipiuntur immaterialiter in intellectu, cũ nõ habeant aliquam cõditionem materialem, neq; proueniant a rebus sensibilibus quę se habent materialiter. Cum autem dicitur, ꝙ immateriale nõ potest esse principium singularium cognitionis falsum est, quia tunc Deus, & substantiæ separatæ non cognoscerent indiuidua, cum non sit in eis aliquod principium cognoscendi, nisi immateriale, cum ipsi sint substantiæ totaliter immateriales. Et cum dicitur, ꝙ indiuidua distinguũtur per materiam, est verum in rebus materialibus: & tamen non est necesse, ꝙ cognoscant materialiter, sed possunt cognosci per aliquid formale: eo ꝙ principium faciendi est principium cognoscẽdi rem factibilem: sed rationes ideales Dei sunt factiuæ indiuiduorum, ideo sunt principium cognoscẽdi indiuidua. species autem influxæ ab intelligentijs non sunt factiuæ, sunt tamẽ similitudines idealium rationum quæ sunt factiuę indiuiduorum, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ sint principium distinctum cognoscẽdi indiuidua, cum omnis cognitio fiat per similitudinem. Et cum arguitur, ꝙ cognitio rei materialis debet fieri materialiter, dicendum ꝙ omnis cognitio fit per assimilationem. Sed duplex est assimilatio, vna est quasi vniuoca quę est assimilatio secundum esse, alia est assimilatio ſm virtutem, & ista est assimilatio eminentiæ: ad primam assimilationem pertinet, ꝙ vniuersale cognoscatur formaliter, cum accipiatur a ratione formæ, & particulare materialiter, ideſt cum conditionibus materialibus, quia ista est quasi quędam vniuoca tio: assimilatio autem in virtute est cum vnum in virtute continet alterũ, sicut principiatum in principio, licet in essendo non sint similia: & hoc modo omnia habent quandam similitudinem ad Deum, quia continentur in eo, vt in principio. vtraque autem assimilatio sufficit ad cognitionem, & quantum ad istam secundam assimilationem potest cognosci materiale per immateriale, inquantum immateriale cõtinet ipsum materiale in virtute, & sic Deus cognoscit particularia. sic etiam Angeli per species influxas animæ faciunt ipsam intelligere indiuidua materialia immaterialiter.

Responsio ad decimam rationem principalem positam supr. qō. 602. pro parte negatiua. Quæst. DCXI.

AD decimum dicēdum, ꝙ verum est, quòd propter similitudinem rationum idealiū faciūt cognosci indiuidua. Cum vero obijcitur, ꝙ rationes ideales sunt factrices, ideo sunt principium cognoscendi, sed non species influxæ, dicēdum quòd rationes ideales sunt factrices indiuiduorum, ideo quia continent in virtute illa sunt principium cognoscendi ipsa: species autem influxæ non sunt factrices, sunt tamen similes factricibus, vel similitudo quædam ipsarum, & quia fit cognitio ex assimilatione cognoscētis ad cognitum, & Deus per ideales rationes habet quandam similitudinem cum rebus, & ideo cognoscit res: ita & anima separata habens similes rationibus idealibus per illas assimilatur indiuiduis, & poterit cognoscere ea: & cum dicitur, quòd istæ non sunt factiuæ, dicendum quòd non habent similitudinem in hoc, quòd sint factiuæ, sed in hoc quòd sint repręsentatiuæ, quia vnum potest cōmunicari sine altero, sicut aliquis habens potestatem faciendi domum potest alicui tradere artem faciēdi domum, nō tradendo ei potestatem vel virtutem faciēdi, & ita speciebus influxis traditur virtus repręsentatiua & non factiua.

Ad vndecimum dicendum, ꝙ formæ influxæ animabus separatis sunt similes rationibus idealibus ſm analogiam, & non secundum vniuocationē, sed non sequitur ꝙ sint similes rebus signatis per analogiā: & ideo sequitur ꝙ si formæ ideales debeāt cognosci ab anima separata per species influxas, quæ sunt similitudines illarum rationum idealium, ꝙ cognoscētur imperfecte: non tamen sequitur quòd res signatæ, idest species, & indiuidua rerum naturalium cognoscātur imperfecte, quia non ponitur inter hæc ex hac comparatione analogia, sed solum inter species & ideas, neq; sequitur quòd fiet imperfecta cognitio, sed potius perfecta, quia cum species sit excellentior quam res signata, exprimet illam multum perfecte, nisi sit per accidens, ſ. propter inadæquationem intellectus ad speciem quæ est quo intelligitur, sicut accidit in animabus separatis quarum virtus est deficiens: ideo imperfecte cognoscūt indiuidua & pauca, sed Angeli qui habent similes species concreatas, quæ sunt similitudo rationum idealium, cognoscunt indiuidua determinate, & perfectius quam nos per species materiales acceptas a rebus materialibus per sensum.

Ad duodecimum dicendum, ꝙ verum est cognosci omnia naturalia ab anima separata in quadam vniuersalitate & confusione. Et cum dicitur, quòd hoc est potius ignorare quam scire singularia, dicendum quòd si in tali confusione cognoscerētur omnia indiuidua ab anima separata esset illa ignorare: & tamē non cognoscuntur omnia sic, sed quædam distinctè ad quę anima dupliciter determinatur, vt dictum est, & illa perfecte cognoscuntur ab anima separata, vnde non dicimus, quòd anima separata cognoscit omnia indiuidua, sed quædam, ſ. illa quæ distincte cognoscit, alia vero large potest dici cognoscere.

Ad tertiamdecimam rationem principalem positam supr. qō. 602. pro parte negatiua, & finis huius solutionis ponitur infra q. 616. Quæst. DCXII.

AD tertiumdecimum dicendum, quòd istę species influxæ non sunt simpliciter creatæ a Deo, quasi ipse immediate illas produxerit nihil faciētibus Angelis, & sic manet dictum Dionysij de lege diuina, ꝙ perficit infima per media, ideo dicendum quòd sunt istę species influxę creatæ a Deo in anima separata mediātibus Angelis: non est autem intelligendum, quòd sit ista operatio Dei, quia tunc non concurrerent Angeli cum illo, sicut in iustificatione, & suscitatione mortuorum, & alijs operationibus, quæ sunt vere ipsi⁹ Dei, nulla substantia concurrit cum eo: nō enim esse potest aliqua operatio simul Dei cum alia substantia operante, qa in operatione non potest esse proportio alicuius substantiæ operantis, vt concurrāt in aliquam vnam operationem, & producatur simul ab eis vna res operata, & ideo vel illæ species influxæ erunt creatę ab Angelis, vel a Deo, & non ab eis simul. Est autem dicendum, quòd creantur species illæ ab Angelis, & non à Deo. cum vero dicitur, ꝙ creantur à Deo mediantibus Angelis, est sensus quòd ista virtus producendi species influxas datur Angelis a Deo ad perficiendū animas. Et isto modo, quia Dei solius est prouidentia per quam res conseruātur in esse, ab eo deriuatur virtus in omnia entia, per quæ totum vniuersum conseruetur, & videtur esse quasi quædam continuatio defluxus virtutis per omnia media inquantum sunt ordinata, & in cōtinuo defluxu dicitur esse quicquid est a capite, vel a fonte: ita cum tota perfectio, & virtus agendi a Deo effluat in omnes res, & sub hac intentione, vt ipsæ se in alias diffundant, quicquid illæ res faciunt dicitur facere Deus mediantibus illis, quia illæ faciunt per virtutem a Deo communicatam ad hoc faciendum. Sicut si quādo Vicarius Episcopi sententiā profert, vt Vicarius, dicitur Episcopus illud sententiare, vel facere per vicarium suum, vel mediante illo: & tamen realiter operatio ipsius vicarij est, & nō Episcopi, ita in præsenti creatio illarum specierū vere est ab Angelis, sed dicitur esse a Deo mediantibus Angelis, quia illi faciunt vicem Dei gerentes, idest ꝙ virtutem quam acceperūt, vt illam naturaliter administrarent.

Sed obijcietur, quòd non possunt hoc Angeli, quia illorum non est creare, sed solius Dei. Dicendum ꝙ vocatur creare per quandam similitudinem, inquantum species illæ influxæ non erant in anima antequā esset separata. etiam non erant alibi, vt deducerentur ad esse in anima: neque illæ gignuntur per corruptionem, vt de potentia materiæ deducantur, sicut est in illis quæ gignuntur & corrumpuntur: ideo deducuntur simpliciter ad esse, & talia vocamus creare, cum totaliter res ad esse deducitur non præsuppositio aliquo, iō vocatur istud creare, sed non est proprie creare: illud enim solius Dei est, sed est quædam reductio, sicut id quod est in actu reducit aliquid aliud sui generis de potentia in actū: & ita Angeli & animę separatæ inquantum sunt substantiæ intellectuales sunt vnius alicuius generis, & est Angelus in actu quantū ad perfectionem intellectualem, anima vero separata est in potentia quantum ad perfectionem intellectualem, quæ consistit in speciebus intelligibilibus, & illæ non tam creabiles dicuntur in ea quam ipsa dicatur reduci de potentia illarum in actum ipsarum, & talem creationem omnibus agentibus damus circa ea quę sunt in actu respectu eorum quæ sunt in potentia: & sic intellectus agens illustrato phantasmate causat species in intellectu possibili, & non est alius modus generandi species, & illa etiam vocatur creatio specierum, sed quia intellectus agens est in actu, vel potius est actus, quia est lumen, & intellectus potentialis est in potentia, & reducitur ad actum specierum intelligibilium per intellectum agentem,

An Angeli possint influere species rerum in animas separatas. Quæst. DCXIII.

SED adhuc obijcietur, quòd nō possint Angeli influere istas species ī animas separatas, quia aliquæ animæ separatæ sunt excellentiores omnibus Angelis, vel saltem æquales illis, sicut dicitur Luc. 20. capit. ꝙ in resurrectione erunt æquales angelis Dei, sed minus nō influit in maius, neque æquale in æquale, ideo non influent angeli in illas.

Aliqui dicunt, ꝙ in illas animas quæ sunt maiores quibusdam angelis, vel æquales illis, influunt alij angeli qui sunt maiores illis, sicut etiam Angeli vnius Hierarchiæ purgant, perficiunt, & illuminant alios.

Sed tunc dicetur, quid si aliquæ animę sunt maiores omnibus Angelis, vel æquales maximo angelo: non enim erit quis influat in illas?

Aliqui dicunt, ꝙ non influet quisquam in tales animas, quia propter sui excellentiam non indigent, vt quis influat in illas.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia omnis anima separata manet in potentia, cum non habeat naturaliter concreatas species, sicut Angeli, & non habeat vnde accipiat, sicut quando erat vnita accipiebat ex sensu, ideo necesse est, vt ab aliquo accipiat, alioquin manebit substantia intellectiua, & non poterit intelligere, quod est contra Dei prouidentiam.

Alij ergo dicunt, quòd accipiēt a Deo tales animæ species, eo ꝙ non inuenitur aliquid maius illis prēter Deū. Sed non stat, quia Deus non influit species hoc modo in aliquam intelligentiā, sed creando cōcreat illas ei, ideo nunc in animam actu existentem non influeret sic.

Secundo, & præcipue, quia hoc est tollere ordinē vniuersi. nam anima non accipiebat ante hoc perfectionem intelligibilem immediate: ideo neq; est naturaliter ordinata sic, vt naturaliter debeat a Deo recipere immediate, ideo cum fuerit separata non recipiet a Deo immediate perfectionem intelligibilem naturalem. Dicendum ergo, ꝙ quælibet anima separata recipiet ab Angelo bono vel malo. nam etiā dęmones quantū ad hoc influunt in animas separatas, neque obstat, quia sunt inuidi, & nulli volent prodesse, sed nocere: nam ista non est operatio volūtaria, sed naturalis: non enim influunt, quia volunt, sed quia naturaliter tales sunt, vt necesse sit influere, sicut sol nō lucet voluntarie, sed naturaliter: ideo dęmones quoque influent in animas separatas, sicut & Angeli boni: & dicendum ꝙ nulla aīa est in quam non influant Angeli species intelligibiles. Sed pro hoc dicendum, ꝙ est duplex intellectio animarum separatarum, vna naturalis, alia ex gratia. Intellectio ex gratia est quam habent solæ beatæ. Intellectio naturalis est quam habent tam beatæ quam damnatæ animæ. De prima dicendum, ꝙ est in verbo, i. per diuinam essentiā, & ſm illam immediate accipiunt omnes animæ, & Angeli a Deo, quia essentia Dei est quam intelligunt, & ipsa est per quam intelligūt, & ideo nullus ordo est inter animas & intelligentias adinuicem quantum ad istā intellectionem, cum oēs simul capiant ab eodē: sunt tamen quidem maiores alijs in hac cognitione, quia qui maioris meriti extiterint, erūt maioris beatitudinis, & altioris intellectionis, & hoc modo aliquæ animæ separatæ erunt maiores Angelis, & æquales: non est enim dubium quin anima beatæ Virginis sit maior in beatitudine quam quilibet Angelus cuiuscunque ordinis, & quantum ad hoc procedebat argumē quam ab Angelis, sed omnes immediate a Deo accipiendo. Sed secundum modum cognoscendi, i. naturalem, dicēdum ꝙ anima separata intelligeret ꝙ species influxas a substātijs superioribus, & nulla anima erit quæ hoc modo non accipiat. & cum dr, ꝙ aliquæ animæ sunt maiores Angelis, dicendū ꝙ falsum est, qa cum omnis anima speciei humanæ sit forma, necesse est omnem animam ſm gradum naturę esse minorem quolibet Angelo: & ideo maxima anima potest recipere a minimo Angelo influxas species, & iō licet anima Virginis sit maxima in merito, excellatq; omnes Angelos, in gradu tamen naturali minor est minimo Angelo. Et ideo non est dubium quin quando erat anima Virginis separata ante resumptionem carnis (vt pie tenetur) acceperit influxum specierum ab aliquo Angelo.

Sed aliquis dicet, ꝙ non oporteat dari istum influxum, quia cum animæ beatorum habeant superiorē influxum, quo perficiantur quantum ad omne intelligibile altius quam per quamcunque influxarū specierum defluxum, superuacuum est prædictum ponere influxum specierum saltem quātum ad beatas animas. nam de damnatis aliud est, cum non habeant aliquam illuminationem ex gratia, ideo indigēt prædicto influxu, vt intelligant.

Dicēdum quòd omnes animæ, tam beatorum quā damnatorum habebunt istum influxum specierum ab Angelis, quia iste est naturalis. Et apparet, quia ꝓpter perfectionem beatitudinis non est tollenda perfectio naturalis, licet sit maior perfectio beatitudinis quam naturæ, sicut siquis moriēs habeat habitus sciētificos, & trāseat ad vitam æternam non perdit illos, licet illi ibi respectu ad beatitudinē quasi nihil sint: ita ergo influxus specierum manebit cū beatitudine.

Secundo, quia ita fit in Angelis, nam beati sunt & perficiuntur quantum ad cognitionem in verbo, & tamen non cessant in eis species concreatæ quæ sunt species rerum in se, & per illas intelligūt res in seipsis.

Tertio quia influxus specierum nō coincidit cum cognitione beatitudinis: nam primus mod⁹ pertinet ad beatitudinem, vel cognitionem ex gratia, secūdus vero ad cognitionem ex natura, & cum nō pertineāt ad vnum ordinem vel modum, nō superfluit aliquis modus, sed conuenienter manent. per illuminationē enim beatitudinis quæ est in verbo, siue in essentia Dei cognoscunt animæ defunctorum omnia, sed vt speculo eminenti, & vno modo: per species vero influxas cognoscunt res in seipsis per determinatas species. & ista est cognitio in genere determinato. Et ita sancti Doctores, & maxime Aug. dant Angelis duas cognitiones rerum, vnam cognitionem rerū in verbo, aliam rerum in proprio genere, & ista est per species concreatas. Cum vero obijcitur, quòd superfluit in beatis vna cognitio harum. Dicendum quòd non, quia non pertinent ad vnum modum, sed vna ad gratiam, altera ad naturam: & gratia non euacuat naturam, sed præsupponit eam.

Finis huius solutionis ſ. 13. arg. & et solutiones aliorū argumentorū pro parte negatiua prīc. qō. vide inf. qō 616.

An cognitio per species influxas manebit rursus animæ vnitæ corporibus post resurrectionem. Et nota quòd istæ duæ quæstiones immediatæ sequentes introducuntur ratione solutionis huius 13. argumen. Quæst. DCXIIII.

SED tunc quæretur, an sicut manet in aīabus dānatorum & beatorū ista cognitio per species influxas, an manebit prędictus influxus post resurrectionē corporum, cum erunt rursus animæ vnitæ corporibus. Aliqui dicunt quòd non, quia in animabus separatis ponitur istud ad necessitatem, eo quòd non habent quomodo accipiant cognitionem, cum non habeant vires sensitiuas, per quas transmittantur phantasmata quæ fiant intelligibilia: & ita suppletur

iſte defectus per influxum prædictarum ſpecierum : ſed poſt reſurrectionem cũ redeant ſenſus habebunt animæ per quid accipiunt naturaliter, ideo non dabitur alius modus, ſcilicet per ſpecies influxas.

Dicendum quòd etiam poſt reſurrectionem manebit prædictus influxus ſaltem in beatis, de damnatis idem poteſt credi, ſed non eſt tam manifeſtum. Et ratio eſt primo, quia ſicut beati ſunt perfecti quantũ ad cognitionẽ quę eſt ex gratia, ita & debent eſſe perfecti quantum ad cognitionem naturæ, ſed etiam ſi per ſenſum cognoſcant non cognoſcent ſufficienter omnia ſenſibilia, eò q̃ nulli homini ſentienti occurrit videre omnia viſibilia, neque audire omnia audibilia, & guſtare guſtabilia: & tamẽ per ſenſum nulla cognitio eſt, niſi experimentalis, ſ. eorum quæ actu ſentimus. ergo multa manerent incognita ſenſibilia, cũ vero ponantur ſpecies influxæ, quia illæ repreſentant omnia naturalia, ſi adiuuetur intellectus in ſuo lumine poterit cognoſcere per illas ſpecies omnia indiuidua, ſicut Angeli cognoſcũt. ſinautem multa ſaltem diſtinctè cognoſcunt, quæ alias nullo modo cognoſcerent per ſenſum, ideo cõueniens eſt poni tales ſpecies. Secundo, quia quidam ſenſus ſunt quorum non erit actus in patria, ſicut ī guſtu, & odoratu, & magna parte tactus: ideo cum non ſit ibi cognitio obiectorũ huius generis per experientiam, erit cognitio per ſpecies influxas, & ita conuenienter dabuntur.

Tertio & præcipue, quia nõ datur iſte influxus ſpeciebus ab Angelis propter iſtam neceſſitatem in animabus ſeparatis, ſ. quia non habent per quid intelligãt, ſed quia animæ natæ ſunt ſic perfici per ſpiritum ſuperioris ordinis. Et ideo quomodocunq; anima ſit ſiue coniuncta, ſiue ſeparata, dum tamẽ poſſit recipere influxum illum, ideſt non ſit aliquid impediẽs, ſemper illum recipiet, & apparet hoc in viuentibus, quia interdum homines dormientes, vel mente capti accipiunt influxum a ſuperioribus ſubſtãtijs naturaliter, & prænunciant atque cognoſcunt quædam occulta, quæ alio modo cognoſci non poſſunt, neque ab alijs cognoſcuntur, & hoc eſt quia Angeli ſemper influũt in animas noſtras, ſed propter vſum, & cõuerſionem noſtram ad organa, quando corpus non eſt totaliter ſubditum animæ, non ſentitur influxus ille ſpecierũ: dormientes autem non vtuntur ſenſibus, alienati autem a mente non accipiunt recte per ſenſus, & interdum nihil recipiunt, ideo interim anima libera eſt, vt poſſit recipere influxus a ſubſtantijs ſuperioribus, & perfici per ſpecies influxas. a fortiori autẽ poſt reſurrectionem in beatis erit. nam tunc corpus erit omnino ſpirituale, ideſt ſpiritui ſubditum: & ita vti organis non impediet aliquam receptionem ſpiritualem, & ſic poterit anima vnita recipere ſpecies a ſubſtantijs ſeparatis, & per illas perficietur: manebit ergo ille influxus ſemper in beatis, cum ſit poſſibilis, & nihil illũ impediat, & pertineat ad quandam perfectionem ipſorum. De damnatis autem non eſt manifeſtum, an poſt reſurrectionem prædictum influxum habebunt, & hoc non quidem quaſi illo influxu non indigeãt, quia indigent illo, & vtilis eſſet ad intelligendum ea quæ ſenſibus non capientur, vt dictum eſt. Sed dubiũ eſt, quia forte corpus impediet. Nã nunc impedimur ſentire p̃dictos influxus, aut habere illos propter corporis conditionem, ſ. quia aggrauant nos, & tantum applicant, & conuertunt animam ad ſeipſa, atque immergunt, quòd non poſſunt ſentiri ſpirituales influxus: & tamen in damnatis manebit iſta conditio corporum. cum non efficiantur corpora ſua ſpiritualia, ſed manentia in priori cõditione, iuxta illud 1. Corin. 15. c. omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, ideſt damnati non mutabuntur a priori conditione, niſi quòd immortales erunt, hoc tamen non q̃ aliquid datum corporib⁹ eorum ſpecialiter, ſed quia ſtatus ille erit in quo ceſſabit omnis actio corruptiua, & ideo dubium eſt, an poterit tunc recipi in eis prædictus influxus.

Sed ſatis videtur dicendum q̃ ſic, quia nunc damnati propter nimiam afflictionem pœnalem ſunt totaliter conuerſi ad pœnas, ita vt nulli alteri rei vacare poſſint, & tamen immerſio iſta in pœnis non vetat, nunc animas eorum recipere ſpecies à ſubſtantijs ſeparatis, ergo & tunc videtur dicendum, quòd vnio ad corpus non impediet quin damnati recipiant influxum prædictum.

An anima Chriſti nunc recipiat influxum ſpecierum ab Angelis. *Quæſt.* DCXV.

SED quæretur tunc, an anima Chriſti nũc recipiat talem influxum ſpecierum ab Angelis.

Aliqui dicunt quòd non, quia non eſt conueniens q̃ anima quæ eſt ſublimior omni creatura recipiat ab aliqua perfectionẽ, ſed recipere perfectionem intellectualem eſt recipere maximam perfectionem, ideo non eſt veriſimile.

Secundo quia non eſt ſatis conueniens, q̃ Chriſtus qui omnes ſpiritus reddit beatos, & per hoc perfecte fiunt intelligentes, recipiat intelligibilem perfectionem ab aliquo eorum.

Tertio quia cum anima illa ſit vnita verbo diuino ad vnitatem hypoſtaſis, & accipit illius eſſe, ideſt ſubſiſtere naturale, quia nõ eſt aliud eſſe vel ſubſiſtere verbi diuini & hominis Chriſti, videtur q̃ etiam cognitionem naturalem ab illo accipiat, & ideo non accipiet ab Angelis influxum aliquem ſpecierum.

Quarto, quia dicunt quidam animam illam Chriſti etiam quantum ad naturalia maiorem eſſe Angelis, ideo non poſſe recipere aliquid ab Angelis, ſed à Deo ſolo.

Alij dicunt, q̃ non eſt dubium quin anima Chriſti recipiat influxum ſpecierum ab Angelis, ſicut & cæteræ animæ: quia manifeſtũ eſt, q̃ ipſa eſt minor quolibet Angelo. Nam anima Chriſti eſt ſpeciei humanæ, cum ſit forma, ergo non excedit gradum ſubſtantialem huius ſpeciei, q̃a tunc non eſſet anima nec forma corporis, ſed aliqs ſpiritus excellentior, q̃ non poſſit vniri corpori, ſed quilibet Angelus eſt maior ſecũdum ſpeciem gradu ſubſtantiali animæ: ideo quilibet Angelus quantum ad gradum ſpiritualitatis naturalis eſt maior quam anima Chriſti, licet in donis gratuitis, & in merito, atque præmio excellat incomparabiliter omnes angelos ſimul, ideo poterit recipere ab eis.

Secundo quia corpus Chriſti erat vnitum diuinæ perſonæ, & erat idem eſſe eius, & diuinæ perſonæ, & tamen nõ eſt dubium quin naturaliter immutaretur à corporibus cœleſtibus, & ab agentibus naturalibus qui minoris dignitatis ſunt.

Tertio quia certum eſt, q̃ Chriſtus homo habuit Angelum cuſtodem, qui eum ſicut, & cæteros homines cuſtodiebant, vt oſtenſum eſt ſupra 18. cap. q. 15. Sed manifeſtum eſt, quòd erat maior Angelis, & poterat circa ſeipſum facere id, quod Angeli circa ipſũ facerent: recepit tamen Angelum in cuſtodẽ, inquantum Angeli ſunt naturaliter ſuperiores homine. ergo etiam ab eis influxum ſpecierum reciperet.

Quarto, quia ipſe recepit ab eis conſolationem aliquando, ſicut dicitur Luc. 22. ca. quòd deſcendit Angelus de cælo conſolans eum, & tamen conſolatio fit velut a maiori in minorem, ideo ſic etiã Chriſtus reciperet influxum ab illis.

Dicen-

Dicendum, quòd circa ſcientiam animæ Chriſti ſunt multa dubia, de quibus nõ dicetur hic, ſed Luc. 2. c. vbi litera tangit de hoc. Sed pro nunc dicendum, quòd nõ indiguit Chriſtus ſpeciebus influxis ab Angelis ad cognoſcendum, quia iſtud quãtum ad neceſſitatem maxime fit propter animas ſeparatas, quę nõ habent aliquem modum cognoſcendi, niſi per influxum harum ſpecierum. anima autẽ Chriſti ſemper eſt vnita corpori, & retinet modum cognitionis, quo cognoſcimus accipiendo a ſenſibus, ideo nõ indiget illa acceptione. Amplius dicendum, q̃ nõ accepit vnquam, neque accipit ſpecies influxas ab Angelis, ſed potius ipſa influit in Angelos.

Circa quod ſciendum, quòd Chriſtus habet duplicem cognitionem rerum, ſicut & Angeli, ſ. rerum in verbo, & rerum in proprio genere. quantum ad primam eſt beatior omnibus ſpiritibus ſimul acceptis, & omnia in verbo pleniſſime videt. De ſecũda cognitione dicendum, quòd non ſolum Chriſtus accepit ſpecies intelligibiles ex ſenſu habẽtes originem, ſicut & nos, ſed potius accepit ſpẽs per infuſionem a Deo immediate, quæ non ſunt a phantaſmatibus, & iſtæ ſunt plures quam in aliqua creatura, & plures quidem quam quæ in Angelis ſunt concreatæ, & infuſę, & per iſtas intelligit plura quam poſſit intelligere aliqua creatura, ſiue ſpiritualis, ſiue corporea, & hæc eſt ſibi cognitio rerum in proprio genere, & ſecundum has excedit Angelos, quia plures, & certiores ſpecies habet quam illi, & ſic Angeli non poſſunt, neque naturaliter influere in intellectum Chriſti, quia ille eſt perfectus pluſquã intellectus Angeli. Eſt autẽ iſta perfectio in duobus, ſ. in lumine, & in medio quo intelligitur. nos enim habemus intellectum agentem qui eſt lumen noſtrum naturale, & ſecundum iſtud eſt quantitas intellectionis noſtræ in limpiditate, & certitudine. Chriſto autem communicatum eſt maius lumen intellectus quam ſit in omnibus ſpiritibus, q̃d poteſt fieri non mutato gradu ſubſtantiali ſpeciei, ſicut perfectio beatitudinis non mutat ſpeciem, & tamen altior eſt cognitio quam habet minimus beatorum ex gratia quam illa quã habet maximus Angelorum ex natura, ita & communicatio illius luminis non mutauit ſpeciem animæ, aliud eſt ipſum quo intelligitur, ideſt ſpecies, & in hoc plures infuſę fuerũt animæ Chriſti a Deo quam Angelis fuerint cõcreatæ, & infuſæ, ideſt plura poterat anima Chriſti diſtincte cognoſcere per illas ſpecies diſtincte quam Angeli per ſpecies ſibi concreatas, ideo anima Chriſti eſt maior Angelis quantum ad lumen, & ſpecies, ſed influxus Angelorũ in animas humanas eſt propter defectum naturalem ſpecierum, ideo cum quãtum ad cognitionem naturalẽ habuerit Chriſtus plures ſpecies quam Angeli, ideſt plurium rerum diſtincte ſignificatiuas, non poſſunt Angeli, neque aliquãdo potuerunt in animam eius influere.

Sed potius dicendum, quòd anima Chriſti poteſt influere, & influit in Angelos quantum ad perfectionem ſuam naturalem, exercendo ſuper Angelos operationes Hierarchicas, ſicut faciunt Angeli maiores ſuper minores. ſic dicit Diony. 7. c. de di. no. ergo nullo modo accepit Chriſtus influxum ſpecierum intellectualium ab Angelis, neque aliquando ab eis in aliquo eruditus eſt.

Ad rationem primam in cõtrarium cum dicatur, quòd erat anima Chriſti minor Angelis, dicendum quòd verum eſt quantum ad gradum ſpeciei, & tamen potuit ei dari maior perfectio intelligibilis quã ſit alicuius Angeli, tam quantum ad lumen quam ad multitudinem infuſarum ſpecierum, & ita factũ eſt, & ideo cum in hoc inueniatur maior anima Chriſti quam Angeli, licet illi ſint ſuperiores in ſpecie non poterunt influere in eam, ſed potius ab ea recipiẽt illuminationem, & recipiunt, ſicut dicit Diony. Ad ſecundum de corpore dicendum, q̃ nõ eſt ſimile. nam ſicut anima Chriſti eſt naturaliter minor Angelis, ita corpus eius naturaliter erat ſubditum actioni corporum cęleſtium, & omnium naturalium agentium, niſi ex gratia Deus vellet aliquid aliud agere. voluit autem ex gratia eleuare animam Chriſti etiam quantũ ad cognitionem naturalem, ideſt rerum in proprio genere, ita vt eſſet maior Angelis quibus naturaliter erat minor, ita potuiſſet facere corpus Chriſti excellentius corpore cęleſti, & q̃ non poſſet pati, aut immutari ab illo, ſicut fit in omnibus corporibus glorificatis, ſed non factum eſt, quia non decuit. nam hoc repugnaret intẽtioni Chriſti, qui ideo carnem ſumpſerat, vt per paſſiones quas in ea ſuſtineret redimeret nos. Secus fuit de anima, quia quæcunque perfectio animæ Chriſti non repugnabat conditioni redẽptoris, aut redemptionis, immo potius exaltabat illũ, ideo debuit anima ſpecialiter a Deo perfici, ita vt nõ maneret ſubdita Angelis, corpus tamen non debuit eleuari vltra conditionem naturalem, & ſic maneret ſubditum corporibus cęleſtibus, & agentibus naturalibus. Ad tertium dicendum, q̃ cuſtodia Angeli non oſtendit ſimpliciter Angelum maiorem. Nam Angeli cuſtodes miniſtrant nobis in multis, procurãtes noſtram ſalutem iuxta illud ad Hebr. 1. c. ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Quod autem Chriſto miniſtrarent Angeli debitum erat iuxta illud ſupra 4. c. acceſſerunt Angeli, & miniſtrabãt ei, ideo inquantum cuſtodia ſignat adminiſtrationem, & obſequium, Chriſtus debuit habere Angelum cuſtodem, & habuit. Secus eſt de illuminatione intellect⁹ Chriſti per Angelos, quia iſtud oſtendit Chriſtum eſſe minorem Angelis, cum perficiatur in eo, quod maximũ in ipſo eſt, ideo non influebãt Angeli in intellectum Chriſti ſpecies aliquas. Ad quartum dicendum, q̃ recipere conſolationem poteſt dupliciter accipi. Vno modo quaſi aliquis recipiat remediũ aliquod in periculis, vel alleuiationem malorum ab alio. Alio modo quaſi dolenti, & afflicto aliqui aſſiſtant ad obſequendum in dolore, & exequendum ſiquid velit, & honorandum dolentẽ. Primo modo conſolatur maior minorẽ iuxta illud 2. Corin. 1. c. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni conſolatione noſtra. ergo conſolari per modum alleuiantis ad ſolum Deum pertinet, qui poteſt tollere mala noſtra. Secundo modo conſolari pertinet ad minorem, ſ. quando alicui magno dolẽti aſſiſtunt miniſtri, & minores audientes ſiquid iubeat in anguſtia illa, & condolentes ei in anguſtia, & hoc modo Angeli conſolabantur Chriſtum. ſicut ipſe dixit, potero rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum, ſ. ad obediendũ ei in anguſtia ſua contra hoſtes ſequẽti ca. & ſic minor conſolatur maiorem, ſed perficere in intellectu docendo nunquam poteſt eſſe, niſi maioris ad minorem, ideo angeli nunquam docuerunt Chriſtum, neque influxerunt ſpecies in intellectum eius. Argumenta autem in contrarium quibus oſtenditur, q̃ Chriſtus non acceperit influxum ab angelis concedenda ſunt, præter quartum cum dicitur, quòd anima Chriſti ſit maior angelis quantum ad naturalia, quia tunc dicendum, quòd ſi vocentur naturalia, ideſt natura ſpeciei eſt maior Angelus quam anima Chriſti, quia anima Chriſti pertinet ad ſpeciem humanam, & eſt forma cotporis, Angelus autem quilibet

Quare conueniẽs fuit corpus Chri paſſibile eſſe.

bet est intelligentia immaterialis,& non vnibilis corpori,ideo est maior Angelus quilibet secundum speciem quam anima Christi. Si autē accipiatur esse maiora naturalia, ideſt maiora quæ inueniuntur in anima Christi quantum ad modum intelligendi naturalem, dicendum maiora esse naturalia animæ Christi, vel ipsam esse maiorem quolibet Angelo, quia lumē animæ Christi est maius, & species infusæ animæ illi sunt plures, & plura determinate ostendunt quā omnes species cōcreatæ,& infusæ Angelis,& ideo Christus quātum ad modum intelligendi naturalem, præter cognitionem beatificam quę est in verbo, est maior omnibus Angelis, & ita non recipit ab eis influxum specierum.

Solutio decimitertij argumenti positi supra in quæstione princ. quæ fuit quæst. 602. ratione cuius istæ tres quæstiones præcedentes introductæ sunt.
Quæst. DCXVI.

NVNC autem redeundum est ad respōdendum ei, quod dicebatur in arg. eodem 13. s. quòd si Angeli agebant istum influxum specierū in animas, quòd poneretur medium quoddam deferens ab Angelis in animas. Dicendum, quòd vbi est transmutatio naturalis, quia illa est ī corporibus, necesse est medium poni inter corpora quæ alterant,& alterantur. nam actio corporum est situalis, & oportet poni medium deferens situale, sed Angelus influens, & anima recipiens sunt puri spiritus, ideo non potest inter eos accipi situs, immo neque est conueniens, quia situs accipitur in corporibus, & quod facit situs in corporibus hoc facit ordo in spiritibus. ordo vero dicit habitudinem maioris, & minoris, & quia secundum naturam Angelus est maior anima rationali, ista maioritas facit ordinē inter eos, ita vt Angelus sit aptus influere in animam, & influat, & anima recipiat ab Angelo.

Ad 14. dicendum, q̄ anima quælibet separata cognoscit singularia, & non proprie per applicationem vniuersalis ad particularia, nec per conuersionem ad ea, aut ad species. nam applicatio vniuersalis ad particularia postponit cognitum esse vłe,& particularia,iō I non potest esse per applicationem. si autem accipiatur conuersio, s. vt anima conuertatur ad singularia, etiam hoc præsupponit cognita esse singularia, quia non conuertimur, nisi ad id, quod actu existit. si vero accipiatur per conuersionē ad species nihil aliud est, nisi dicere, quòd anima separata cognoscit singularia per species, & hoc verū est, sed nihil aliud est cognoſci per conuersionē, nisi quòd anima cognoscit per species illas influxas inquantum illæ sunt designatiuæ singularium, & inquantum sunt factiuæ continēt illa, & sunt representatiuæ illorum.

Ad decimumquintum dicendum, quòd potentia intellectiua animæ separatæ non est infinita simpliciter, quia non est realiter habens infinitam virtutem, & ideo non potest cognoscere infinita simpliciter q̄ sunt infinita in actu, sed infinita in potentia sunt, sicut apparet de indiuiduis substantiarum, & accidentium, si comparentur omnia quæ simul sunt nō sunt infinita actu, sed finita, & determinata. in potentia autem, & secundum successionem nihil prohibet esse infinita, & isto modo, quòd infinite durās intellectus, ideſt qui nunquā desinit esse cognoscat infinita non est incōueniēs, quia licet semper sint actu finita sunt, per successionem tamē infinita, & hoc est infinitum in potentia, & sic non est inconueniens cognoſci infinita ab intellectu. nam etiam sensus cognoscit infinita secundum successionem si sensus semper duret. F & intellectus cognoscit sic infinitas species numerorum, & infinitas species proportionū numerorum, quia in successione possunt esse infiniti numeri, qui in actu nunquam sunt. & idem est de speciebus proportionum, & istud infinitum non est in actu simpliciter, neque est in potentia sola, quasi sit potentia distans, & nunquam perueniens ad actū, sed est in actu coniuncto potentiæ, s. quia semper est actu aliquid de isto infinito. nunquam est tamen istud infinitum. & hoc modo inuenimus infinitū in rebus naturalibus, ideo & a fortiori erit infinitum in potentia cognoscente, sed infinitum esse actu repugnat.

Ad decimumsextum dicendum, quòd cognoscit G anima separata singularia, & cum dicitur, quòd visione intellectuali non cognoscuntur corpora, nec corporum similitudines, est verum, q̄ non mouetur intellectus ab his in sua visione. & cum intellectus intelligit corpora, & intelligit colores, & similitudines corporum, quia alias nesciret intellectus esse corpora, & corporum similitudines. sed falsum est, quia intellectus scit hæc, sed scit vniuersaliter, sed August. intelligit, q̄ intellectus in sua cognitione intellectuali non mouetur immediate a corpore velut ab obiecto intelligibili, quia cum species intelligibilis sit ibi obiectum, oporteret esse corpus speciem intelligibilē existentem in potentia intellectiua, quod est impossibile. sic etiam similitudo corporis nō potest esse immediatum mouens intellectum, quia similitudo corporis est species retinens conditiones materiales, & talis non potest esse in intellectu, sed corpus est, quod mouet sensum, quia ipsum multiplicat speciem sensibilem vsque ad sensum, & facit sentiri, & ita corpus est ibi quod, species vero est quo. similitudines autē corporum sunt quæ mouēt imaginationem, quia ad interiora non peruenit corpus, sed species corporis, & non præsente corpore fit motus interior, ideo fit nō a corpore, sed a sola similitudine corporis quę est species in imaginatione, ista etiam nō potest esse mouēs intellectum, quia illud est in intellectu, & est species intelligibilis in actu, & non phantasma. Ad decimumseptimum dicēdum verū esse, quòd magis multiplicatur vis inferioris gradus quam superioris, & iō in homine inueniūtur distincti sensus, & intellectus, qui sunt ad vniuersalia, & particularia. in Angelo autē eadem potētia, s. intellectiua cognoscūtur vniuersalia, & particularia. Et cum dicitur, sicut nō potest visus cognoscere obiectum auditiuę, & è cōtrario, sua vis cognoscere obiectum auditiuę, & è cōtrario, ita neque intellectus id, quod cognoscit sensus, dicēdum, quòd nō est similitudo, quia visus, & auditus habent se, vt vires diſperatæ eiusdem gradus, s. sensus, & ideo nō est possibile, quòd vna apprehendat id, quod altera, quia differūt per rationem obiecti. secus de intellectu, & sensu, quia differūt per gradum. nam sensibile, & intelligibile nō sunt obiecta diuersarum specierum, sicut audibile, & visibile, sed diuersi gradus, K quia aliter cognoscitur intelligibile, & aliter audibile. idem tamē est audibile, & intelligibile, quia vox auditur, & vocem intelligimus, sed audimus eam materialiter, intelligimus immaterialiter, iō ista duo possunt coincidere in vnum, sed nō visibile, & audibile. sensus autem non potest cognoscere intelligibile, quia est inferioris gradus, & ideo non peruenit ad hanc excellentiam, vt cognoscat immaterialiter: intellectus autē qui immaterialiter cognoscit potest cognoscere id, q̄d materiale est licet immaterialiter, & illud sufficit, ideo sensus nunquam cognoscit intelligibile, intellectus autē cognoscit sensibile, quia maius potest in minora, sed minus non potest in maiora. Ad decimumoctauum dicendum, quòd intelligentia cognoscit res inquātum causat, vel regit, s. per rationes ideales

les rerum, & istæ sunt in causante, vel creante, aut regente. in anima autem separata nihil horum est, & tamen sunt similitudines idealium rationum quę sunt creatrices, & regentes, & quia omnis cognitio fit per assimilationem, potest cognosci ab anima separata quæ est intelligentia id, quod non est factum ab ea, neque regitur, cum habeat similitudines rationum per quas est creatio, & regimen.

Responsio ad quinque argumenta posita supra in fine quæstionis 603. quibus probatur quod anima separata cognoscit particularia. *Quæst. DCXVII.*

AD alia argumenta in contrarium, quia nitūtur ostendere quasi anima separata cognoscat singularia dicendum, quòd nō cognoscit indiuidua simpliciter, ideſt omnia, sed quædam per species illas vniuersales repręsentantes vniuersaliter, quia dupliciter se determinat ad quædam indiuidua, & hic est vnus modus, s. quantum ad illa quorum notitiam habuit anima dum esset coniuncta, & quia diues nouerat viuens fratres suos, & domum patris sui, postea existēs in tormētis per species vniuersales cognouit illa particularia determinando se ad illa. Ad secundum dicēdum, quòd anima coniuncta in statu viæ vtitur singularibus, componendo propositiones, & formādo syllogismos, & ideo cognitionem habet singularium. sed cognitio ista fit per reditum intellectus ad potentias sensitiuas, quarum est cognoscere singularia, & per quandam continuationem cum eis, & est cognitio ista per reflexionem, aut indirecte, s. inquātum intellectus directe cognoscit obiectum suum, quod est vniuersale, & cognoscendo illud redit ad cognoscendum actum suum, quem etiam non cognoscit directe, & de actu redit ad speciem, cum nō possit esse actus cognoscendi sine specie. de specie vero redit ad phantasmata, cum species intelligibiles accipiantur a phantasmatibus, & per illa directe cognoscitur singulare. & ideo per hunc modum intellectus potest cognoscere singularia, sed in anima separata non potest fieri reflexio, quia ibi non manent phantasmata ad q̄ fiat reflexio, ideo non cognoscit anima separata particularia per illum modū. Et adhuc alia ratio est, quia dato, quòd manerent phantasmata in anima separata, non fierent prædictæ reflexiones, & continuatio nes ad sensibilia, quia ibi deest vis particularis cogitatiua, quę vocatur ratio particularis, vel intellectus passiuus, aut corruptibilis, vel materialis: est enim quædam vis sensitiua quæ colligit rationes particulares, & cum ista continuatur intellectui, intelligit intellectus particularia, alias autem nō fit perfecta reflexio, sed in anima separata non manet vis prædicta quæ est sensitiua, ideo neque manent prædictæ reflexiones. licet ergo anima coniuncta cognoscat singularia, nō sequitur, quòd maneat talis cognitio in anima separata. manet autem aliqua indiuiduorum cognitio in anima separata per species vniuersales, determinando se duobus modis ad quædam eorum, & non ad omnia, vt iam dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd verum est intellectum nostrum in anima coniuncta disponere de singularibus agibilibus, & ideo præsupponitur cognitio eius. est autem intellectus practicus cuius est de singularibus disponere, quia illud est prudentiæ 6. Ethi. quæ est recta ratio agibilium, & tamē intellectus practicus non potest habere dispositionem, & cognitionem particularium, neque extendi ad opus, nisi per rationem particularem, quæ est vis sensitiua interior, vt dictum est, & est apprehensiua rationum particularium, & mediante ista ratione particulari opinio quæ A est intellectus practici, & est vniuersalis applicatur ad opus, quod est particulare, & sic fit quidam syllogismus, cuius maior est vniuersalis, quæ est opinio intellectus practici, minor vero est singularis, quę est æstimatio rationis particularis, quæ aliquādo vocatur cogitatio: conclusio autem est consistens in electione, & executione operis. vt siquis dicat, omnis fornicatio est fugienda, accedere ad istam mulierem particulariter ostensam est fornicari, ideo fugiendum, & statim illud fugimus, quia voluntas exequitur, quod intellectus iudicauit, s. esse fugiendum illum coitum. sic ergo anima coniuncta cognoscit particularia per intellectum cōtinuatum ad rationem particularem, & disponit de illis. secus de aī a separata, quia illa non habet rationem particularem ad quam continuetur, ideo nō potest esse cognitio particularium in ea per B illum modum, sed per alium modum, ideſt per duos ex speciebus vniuersalibus influxis se determinando, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, quòd anima humana nata est magis cognoscere particulariter quam Angelus inquantum est inferioris gradus, & hoc siue per intellectum, siue magis per sensum, sed anima separata minus cognoscit de indiuiduis quam Angelus. Cum vero arguitur, quòd Angeli infimæ Hierarchię recipiunt illuminationes singularium effectuum, & Angeli superiores accipiunt rationes vniuersales, & non illuminationes singularium effectuum. Est dicendum, quòd tam superiores quam inferiores Angeli cognoscūt determinate singularia, & neutri per C species singulares, sed per vniuersales, q̄a nulla intelligentia est quæ solum vniuersale cognoscat. nam esset suum intelligere incōpletum, immo quanto est sublimior intelligentia, tanto est distinctus intelligēs singularia, sed in hoc differunt, quia intelligentiæ q̄to inferiores tanto habēt minus vniuersales species, eo quòd vis sua intellectiua nō sufficit ad se determinādum ad omnia particularia ex speciebus multum vniuersalibus. quanto autē superiores tanto sunt species vniuersaliores propter magnitudinem virtutis, & ideo dixit Diony. quòd intelligētiæ inferioris Hierarchiæ accipunt illuminationes singulariū effectuū, D ideſt cognoscunt singularia facta, non tamen per species singulares, ideſt solorum singulariū, sed per species vniuersaliter repręsentantes quæ sunt rationes singularium. mediæ Hierarchiæ intelligentiæ accipiunt rationes vniuersales, ideſt cognitionem particularium effectuum, non tamen per rationes tam infimas, sicut minores intelligentiæ, sed per rationes magis vniuersales. De anima autem separata dicendum, quòd particularia cognoscere debet per rationes magis particulares quam quilibet Angeli, sed tamen non habet species pure particulares, sed vniuersales, non tamen sunt tam vniuersales quantum species alicuius intelligentiæ separatæ, quia nihil posset ex illis particulare cognoscere, sed adhuc ex illis pauca singularia cognoscit, & nulla cognoscceret, nisi dupliciter se determinaret ad quædam eorum, vt dictū est plura ergo indiuidua cognoscit Angelus quilibet quam anima separata, sed species magis singulares, siue minus vniuersales anima requirit ad cognitionem quam Angelus. E

Ad quintum dicendum vno modo, quòd non est ista propositio vera generaliter, quicquid potest inferior virtus potest superior, nisi illę sint eiusdem generis, quia superior virtus est intellectiua quam vegetatiua, & tamen non potest intellectiua generare, aut vegetare. cum vero pertinent ad idem genus saltem obiecti, id quod potest vna, poterit altera quæ est maior. sed adhuc dicendum, q̄ non poterit eodē modo,

sed

ſed eminenter, ſicut inferiora non continentur a ſuperioribus vniuoce, ſed eminẽter, ita ſe habet ſenſus, & intellectus, quia licet conueniant aliquo modo in obiecto, non conueniũt in ratione, & modo obiecti, & ideo omne, quod ſenſus apprehẽdit, etiam cognoſcit intellectus, ſed intellectus immaterialiter, ſenſus vero materialiter, & ita tam anima coniuncta quam ſeparata cum cognoſcit ſingularia cognoſcit immaterialiter, ſed coniuncta poteſt intelligere omnia ſingularia per reflexionem, & continuationem ad rationem particularem, quæ eſt vis ſenſitiua. anima autem ſeparata non habet vires ſenſitiuas, ideo non poteſt ſic cognoſcere ſingularia, ſed per ſpecies influxas ab Angelis cognoſcit, ſed nõ poteſt cognoſcere omnia ſingularia, quia non poteſt ſe determinare ad illa.

An localis diſtantia impediat cognitionem animæ ſeparatæ.
Quæſt. DCXVIII.

QVAERETVR, an localis diſtantia impediat cognitionem animæ ſeparatæ.

Aliqui dicunt, quòd ſic, quia anima coniuncta hic exiſtens cognoſcit ea quæ ſunt hic, anima autem exiſtens in receptaculis animarum nõ cognoſcit ea quæ aguntur hic, vt dicit Aug. li. de cura agenda pro mortuis, ſ. animæ defunctorum ibi ſunt vbi ea quæ hic aguntur ſcire non poſſunt, ergo localis diſtantia impedit cognitionem, cum ex eò, quòd ibi ſint, non poſſint cognoſcere quæ aguntur hic.

Secundo, quia naturalis cognitio animæ ſeparatæ non eſt potior quam cognitio dæmonis, ſed dæmones naturali cognitione non cognoſcũt abſentia, vnde Aug. li. de Diuinatione dæmonum dicit, ꝙ ea quæ alibi fiunt celeritate motus ſui cito ad nos deferunt, vt quaſi prædicere videantur quæ nos poſtea nunciãtibus hominibus ſumus ſcituri. Ad hoc autem nihil faceret celeritas motus, ſi nobiſcum exiſtẽtes. cognoſcere poſſent ea quæ alibi fiunt. ergo non cognoſcũt diſtantia, & ideo multominus animæ ſeparatæ illud cognoſcent. & ſic diſtantia localis impedit cognitionem animæ ſeparatæ.

Tertio quia omne cognoſcens rem ſub hic, & nũc aliter cognoſcit quæ ſunt hic aliter quę ſunt alibi, ſed I anima ſeparata cognoſcit ſub hic, & nũc, quia cognoſcit ſingularia, vt dictũ eſt. ergo aliter cognoſcit propinqua aliter remota, & ideo diſtantia localis impediet cognitionem.

Quarto quia ſicut eſt aliquid diſtans ſecundum tẽpus, ita eſt aliquid diſtans ſecundum locum, ſed anima ſeparata non poteſt cognoſcere diſtantia ſecundum tempus, ſ. futura, quia hoc ſolius Dei eſt Iſa. 41. c. annunciate nobis quæ ventura ſunt in futurum, & dicemus, quia dij eſtis vos. ergo neque diſtantia ſecundum locum poterit cognoſcere.

Quinto quia operatio non excedit ſubſtãtiam operãtis. vnde Dama. dicit, quòd Angeli ibi ſunt vbi operantur, ſed anima ſeparata eſt in aliquo loco, cum ei locus corporalis pro receptãdo aſſignetur, & ita operatio eius non ſe poterit extendere vltra illum locum. anima ergo ſeparata impedietur in intelligendo per diſtantiam localem. Alij dicunt, ꝙ diſtantia localis non impedit cognitionem, quia Sancti diſtant maxime localiter a damnatis, ſed damnati vidẽt beatos, cum dives poſitus in tormẽtis viderit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu eius, qui erant beati Luc. 16. c. ergo non impedit diſtãtia localis cognitionem. Secundo quia nulla operatio impeditur per loci diſtantiam, niſi ſit ſitualis, quæ per propinquum, & diſtans ad ſitum ſecundum locũ pertinere videtur, ſed anima ſeparata non habet aliam cognitionem, niſi F intellectiuam cum potentijs ſenſitiuis non vtatur, intellectiua autem cognitio nullo modo eſt ſitualis cũ non fiat per corporea inſtrumenta, ergo ad cognitionem animæ ſeparatæ nihil impedit loci diſtantia, neque adiuuat loci propinquitas.

Tertio quia lux intelligibilis eſt potẽtior quã quælibet lux ſenſibilis, ſed lux ſenſibilis non impeditur a ſua operatione per aliquam localem diſtantiam, quia totum mundum illuminat, ergo neque lux intelligibilis animæ ſeparatæ impeditur a ſua cognitione per aliquam diſtantiam corporalem.

Dicẽdum, quòd certificatio dubitationis huius puenit ex modo accipiendi animæ ſeparatæ. Aliqui. putauerunt, quòd anima ſeparata cognoſceret accipiendo a rebus, quod ſi verum eſſet, localis diſtantia G impediret cognitionem animæ ſeparatæ, eo quòd rerum ſenſibilium actiones non æqualiter ſe extendũt ad propinquum, & ad diſtans, cum per paruam diſtãtiam conuenienter fiat motus ſpeciei. in remotis autem deficit paulatim virtus primi agentis, ideſt a quo ſpecies multiplicantur. & hoc accidit tam in actione naturali alteratiua quam in actione intentionali. De primo, vt de igne calefaciente. nam propinqua poteſt calefacere, & cum aliqua magis elongentur, pauliſper deficit virtus ignis quouſque iam nullam rem calefaciat. de actione intentionali patet cum videmus aliqua de propinquo videmus diſtincte, cum vero de longinquo videmus indiſtincte, & imperfecte, & tan H tum poterit res elongari, quòd etiam directe oppoſita oculis noſtris nõ videbimus illam. & iſtud nõ prouenit ex defectu virtutis viſiuæ, quia æqualis eſt virtus viſiua re longe poſita, aut propinque: etiam non fit quaſi virtus viſiua non poſſit ſe extendere ad diſtans, cum viſio non fiat per emiſſionem factam ab oculo, ſed per receptionẽ factam ab obiecto, & ideo cum de propinquo videamus diſtincte, de lõginquo non fiet iſtud, quia ſpecies viſibilis quando peruenit de propinquo eſt fortis ad immutãdum, cum autem de longinquo debilitatur virtus eius, & parum poteſt immutare, & interdum non ſentitur. neceſſe ergo erat impediri, & debilitari cognitionem animæ ſeparatæ propter diſtantiam loci ſi reciperet anima ſeparata a rebus extra.

Sed dicendum, quòd non recipit, quia receptio fit per ſenſus, & organa, ſed anima ſeparata cum ſit ſeparata non habet organa, nec retinet potentias ſenſitiuas, ideo non poteſt recipere a rebus, & ita nõ fiet impedimentum ex tali cauſa diſtantiæ.

Sed eſt verum, quòd anima ſeparata habet partim cognitionem per ſpecies quæ manſerunt in intellectu eius poſt ſeparationem, partim autẽ per ſpecies acceptas ex influxu ſuperiorum ſubſtantiarum, vt ſupra dictum eſt. & ideo dicendum, quòd non impeditur anima a cognitione per diſtantiam rei cognoſcibilis. & ratio eſt, quia cognitio non fit per ipſam rem immediate, ita quòd ipſa moueat intellectum, quia K tunc res materialis deberet eſſe intra intellectum, cui in cognitione cognoſcens, & cognoſcibile vniãtur, & efficiantur vnum, ſed fit cognitio per ſpeciem rei, & illa eſt in diſtans cum ſit in intellectu. poſita autem ſpecie in intellectu nihil differt rem intelligibilẽ eſſe præſentem, aut abſentem, quia res intelligibilis nihil debet facere in animam ad hoc, quòd requiratur aliquod medium proportionale, quo non exiſtente impedietur cognitio, ſed diſtantia, aut indiſtãtia facit ad generationem ſpecierum. nam cum per rem immediate non poſſit fieri cognitio, ſed per ſpeciem, & ſpecies ſit recepta in intellectu, nihil differt quãtum ad actum intelligendi vbi ſit res intelligibilis, ſed ad generationem ſpeciei multum facit. nam cum ſpecies intelligibilis accipi debeat aliũde, ſi accipitur a re, cũ A acceptio fiat per ſenſum, neceſſe eſt mediũ fieri proportionale, & ita ĩdirecte impeditur ibi cognitio per diſtantiam loci, ſ. quia nõ poteſt haberi ſpecies rei cognoſcibilis. ſi autem non accipitur ſpecies intelligibilis a re intelligibili, nulla habitudo erit intelligẽtis ad rem intellectam, vt requiratur aliquod medium proportionale, ſed pficitur cognitio in intellectu ex hoc ſolo, quòd formæ exiſtentes in intellectu repreſentãt res quæ ſunt extra animam. ſpecies autem, vel formæ æqualiter repreſentant res, ſiue illæ ſint præſentes, ſiue abſentes, propinquæ vel diſtãtes, ſicut imago Herculis æqualiter repreſentat Herculem vbicunque ſit Hercules. idem eſt etiam de potentijs cognitiuis accipientibus ſpecies a rebus, dummodo nõ fiat cognitio dum eſt acceptio, ſed fiat cognitio per ſpeciem iã acceptam. quia tunc non differunt, an res cognoſcibi- B les ſint diſtantes, vel propinquæ, ſicut intellectus noſter coniunctus æqualiter cognoſcit Solem, & Lunã, licet in æqualiter a nobis diſtent, etiam Sortem æqualiter cognoſco per ſpeciem receptã in ſenſu interiori, quando eſt Sortes diſtans, & quando eſt propinquus. ſola autem cognitio ſenſuum exteriorum, quæ fit ſecundum immediatam acceptionem a ſenſu, requirit proportionale medium. Et duo cauſant hoc, vnũ eſt, quia ſenſus particularis recipit immediate a re ſpeciẽ, intellectus autem non recipit immediate a re, ſed mediate a phantaſmate. aliud eſt quoniam in ſenſu particulari non manet ſpecies, niſi per actualem influxum C factum a ſpecie: ceſſante autẽ illo influxu definit moueri ſenſus, & nõ fit cognitio ſenſitiua. ſi autem maneret ſpecies poſt effluxum ab obiecto in ſenſu particulari, ſicut manet in ſenſibus interioribus, videret quis realiter abſente viſibili poſtquã ſemel ſuſcepiſſet ſpeciem, ſicut præſente illo. hoc tamen non fit, quia ſolum durat immutatio dũ durat actualis effluxus, ſed ad influxum actualem obiecti in potẽtiam requiritur proportionale medium. ideo in ſola cognitione ſenſus exterioris impeditur quis per diſtãtiam, vel adiuuatur per propinquitatem. in cognitione autem ſenſuum interiorum, & multominus in cognitione intellectiua nihil facit propinquitas, nec diſtantia. D

Determinatio ſuperioris quæſtionis. Quæſt. DCXIX.

DICENDVM ergo de cognitione animæ ſeparatæ, quòd non impeditur per loci diſtãtiam, neque adiuuatur per propinquitatẽ, neque ad ipſam cognitionem, neque ad ea quæ præcedunt cognitionem, ideſt ad acceptionẽ ſpecierum. Primum patet, quia cognitio animę ſeparatę eſt cognitio intellectiua per ſpeciem, quæ eſt realiter in intellectu, & repreſentat æqualiter rem vbicũque ſit. ergo non plenius cognoſcet abſentia quã præſentia. Secundum patet, quia non accipit anima ſeparata per ſenſum, vt dictum eſt, ſed habet aliquas ſpecies quæ manſerunt in ipſa cum ſepararetur, & alias E accepit ab intelligentijs. quantum ad primas non indiget ſenſibus ad accipiendum eas, quia iam acceptæ fuerunt dum eſſent in corpore etiam ad intelligendũ per eas, quia dum erat anima adiuncta corpori, acceptis ſpeciebus in intellectu fiebat intellectio non obſtante diſtantia, nec adiuuante propinquitate. ergo a fortiori cum per eas fuerit facta intellectio ab anima ſeparata. nam anima coniũcta, licet intelligat per ſpecies intelligibiles, & non per phantaſmata, habet tamen conuerſionem ad phantaſmata, quia aliter non poſſumus intelligere dũ viuimus in corpore. immo etiam ſi accipiamus ſpecies diuinitus ad intelligendũ non poſſumus per illas intelligere, niſi conuertamur ad phantaſmata, ſicut oſtendit Diony. lib. de Di. no. c. 1. cum autem fuerit anima ſeparata, nulla fiet cõuerſio eius ad phantaſmata ad intelligendum. ergo neque cum intellexerit per ſpecies quas prius acceperat, & ita minus determinatur ad diſtantiam, vel propinquitatem. de ſpeciebus autem influxis ab intelligentijs manifeſtum eſt, quòd nõ ſit ibi neceſſaria aliqua diſtantia, vel propinquitas, cum non accipiantur a rebus, neque per ſenſum, ſed a ſubſtantijs ſuperioribus, quæ immediate influunt in intellectũ. ergo animæ ſeparatæ non impediuntur in cognitione rerum propter diſtantiam loci, ſed ipſas res quas cognoſcere poſſunt ita cognoſcunt præſentes, ſicut abſentes, & ſi anima ſeparata accedat iuxta aliquem hominem vi uentem, non magis cognoſcit illum, aut ſcit eum eſſe in loco illo in quo eſt, quam ſi inde diſtaret anima per mille leucas. nam anima non poteſt videre illum, neque audire loquentem, neque per aliquam aliam ſenſationem apprehendere, cum nulla potentia ſenſitiua, neque ſenſatio maneat in anima ſeparata. Et iõ ſi anima ſit præſens homini in aliqua effigie ſumpta quam homo videat, aut ſine illa, & loquatur ad hominem, & homo reſpondeat ei, nõ audit illa quid eſt quod homo reſpondet. verũ tamen ſcit quid eſt quid dicit, & rurſus illa reſpondet. eſt autem tota illa cognitio pure intellectiua, ad quam nõ adiuuat localis propinquitas. Si autẽ dicatur, ꝙ anima in aſſumpto corpore in quo loquitur ad hominem, videat illũ, & audiat, dicendum falſum eſſe, quia non habet oculos, neque aures. non enim ſunt illa organa, ſed exteriores ſimilitudines organorum, cũ interius nihil ſit per lineatum, ſed ſolum foris. etiam non ſunt ibi vires organicę, ideſt ſenſus. etiam non habet anima illud corpus ſibi vnitum formaliter, ſed ſolum, vt motor mobili, ideo impoſſibile eſt, quòd per illud ſentiat videndo, vel audiendo, ſed illæ effigies ſumuntur propter nos, quibus interdum tales animæ apparent. & maxime propter ſimplices quibus apparent, vt putent eas eſſe animas humanas, & maxime, vt putent, quòd illæ vident nos, & audiunt verba noſtra, quæ non niſi per ſenſus cõprehenduntur, vt ſic putemus inter nos, & illas eſſe commercium intelligendi.

Reſponſio ad primam rationem in diuerſum poſitam in quæſt. princip. ſcilicet 618. Quæſt. DCXX.

AD primum in contrarium dicendum putãt aliqui, ꝙ animæ ſeparatæ (ſicut Auguſtinus vult) exiſtentes in ſuis receptaculis nõ ſciunt ea quæ apud nos aguntur hic, non quidem propter diſtantiam localem, ſed propter aliquam aliam cauſam: vtpote, quia afficiuntur vehementer ad ea quæ in ſuis receptaculis patiuntur.

Sed dicendum non eſſe iſtam cauſam, nam dives qui erat in tormentis valde afficiebatur tormentis illis, ita vt peteret linguam ſuam refrigerari, & tamen cognouit Lazarum, & Abraham. etiam agnouit ea, quæ inter nos erãt, ſ. quinque fratres ſuos, & domum patris ſui. Item quòd aliquis afficiatur ad aliqua non facit, quòd non cognoſcat alia, ſed quòd cognoſcat ipſa ad quæ afficitur, & cognitio vnius non impedit cognitionem alterius, quia non opponuntur.

Dicẽdum, quòd regulariter animæ ſeparatæ ignorant ea quæ aguntur hic apud nos, ſicut Auguſtinus voluit, niſi interdum per reuelationem quandã aliud accidat, quę reuelatio poteſt fieri a bonis Angelis, vel a malis, quia illi nouerunt ea quæ apud nos geruntur propter excellentiorem vim cognitiuã. ſed quòd animæ ſeparatæ non cognoſcant ea quæ apud nos fiunt

non

non prouenit ex distantia locali, sed ex conditione rerum cognoscibilium, nã etiam si anima separata relinquatur in domo in qua exijt de corpore, & ibi habeat pœnam suam purgatoriam, vel infernalem, nesciet ea quæ agũtur in domo ipsa, & qui sunt qui manent ibi, & hoc regulariter. causã autem est, quia (vt supra dictum est) animæ separatæ cognoscũt per species acceptas ab intelligentijs quæ sunt vniuersales, & quia lumen animarum separatarum est paruum, & non proportionatur speciebus intelligibilibus, non possunt intelligere id, quod per eas representatur, nisi in quadam vniuersalitate, & confusione, & nõ potest se determinare anima per speciem illam ad particularia quæ signantur per species illas vniuersales. vnde omnia propter hoc particularia deberent manere incognita animabus separatis, nisi cognitione vniuersali. sed ad quædam determinatur anima separata ex illa specie vniuersali p duos modos dictos supra, ad alia autem non potest determinari, & in his cũ species illæ sint vniuersales facilius est per illas determinari animam ad cognoscẽda particularia quæ sunt sub speciebus illis, vt indiuidua, quæ sunt sub specie hominis, vel equi, quam ad cognoscenda ea quæ accidunt circa indiuidua huius, vel illius speciei, vt gaudere, vel tristari, bene aut male se habere, & quia ea quę hic apud nos fiũt, non sunt indiuidua specierum naturalium, sed accidentia, vel euentus circa illa, vt taliter, vel taliter se habere, difficile est ex speciebus illis vniuersalibus cognosci talia particularia accidentia. vnde recte dixit Augustinus, quòd ea quæ apud nos fiunt, non sciunt animæ defunctorum. & hoc verum est regulariter, idest nisi accidat, quòd eis, vel alicui earum reueletur aliquid de his accidentibus per aliquam substantiam superiorem, idest per Angelos bonos, vel dæmones. nã vtrique sunt substantiæ maiores in virtute intellectiua, & naturaliter cognoscũt ista particularia, & particulariũ accidentia, & id quod cognoscũt possunt reuelare, & tam bonis animabus existẽtibus in purgatorio quã malis existẽtibus apud inferos fit reuelatio interdum per hos, sed hoc interest, quia si aliquid Angeli reuelant, siue bonis animabus, siue damnatis, ad bonum aliquod inde secuturũ reuelant. si autem dæmones reuelant aliquid ad malum reuelant, quia nunquam possunt intendere bonum, cum voluntas eorum sit a bono deordinata.

Sed dicendum, quòd cum prędicta accidentia non sint ignota animabus propter distantiam localem, ẽt si inter nos maneant non scient accidentia nostra, nisi eis reuelẽtur. cum vero dicit Augustinus animas separatas ibi esse vbi ista, quæ apud nos fiunt scire non possunt, intelligendum est non ideo non posse scire, quia ibi sunt, sed quia tales sunt, & vbicunque sint istud eis accidet.

Responsio ad secundam rationem principalem positam supra in quæst. 618. Et dæmones quomodo quæ apud nos sunt cognoscunt. *Quæst. DCXXXI.*

AD secundum dicendum, quòd facilius est dæmones cognoscere particularia præsentia, vel absentia quam animas separatas. si ergo dęmones nõ possent cognoscere, nisi præsentia sibi, neque possent illud animæ separatæ, sed falsum est, ideo dicendum, quòd dæmones cognoscũt particularia quæ sunt vbicunque, vt si aliquis dęmon sit in Hispania, scit particulares lapides, & dracones, & leones qui sunt in regione Indorum, & vbi sunt. etiam scit accidentia particularia circa homines ibi existẽtes, vtpote bella, occisiones, furta, conuiuia, contractus, & omnem exteriorem conuersationem, & hoc maxime sciunt dæmones illi qui sunt superiores alijs secundum naturam, quia quanto sunt superiores in natura, tanto distinctius cognoscunt particularia singula, & ideo ad hoc, quòd cognoscant hæc non oportet esse aliquos motus locales, sed mox, vt fiunt hæc sciunt illa, & nõ vadunt illuc, vt sciant facta esse, sed quia facta sunt sciunt esse facta, ante vero quam fiant nesciunt illa, quia non habent esse, sed illico, vt sunt sciunt ea, non potius quæ præsentia sunt quam quæ absentia sunt: immo si non scirent quæ absentia sunt, & vt scirent mouerentur ad loca in quibus illa sunt, vel fiunt, non cognoscerent illa postquam essent in locis ipsis, & ratio est, quia si ibi vbi sunt ea scirę possunt, & non alibi, necesse est, vt ea sensibus apprehendant, qui sensus indigent præsentia, vel quadam proportionali distantia, & tamen nõ possunt dæmones videre illa, vel audire, quia sensibus non vtũtur, ideo si non possunt illa scire existentes in loco in quo illa nõ sunt, neque poterunt scire veniendo ad locum in quo illa sunt.

Cum vero obijcitur de dicto Augustin. lib. de cura agenda pro mortuis. Dicendum quòd ibi, & in alijs libris sępe Augustinus sequitur positionem Platonicorum, & asserit, vel supponit dæmones habere corpora vnita naturaliter, quæ sint, vt partes illorum quasi sint animalia. Et tunc sequitur, quòd vtantur illis corporibus, & accipiũt cognitionem sensitiuam per organa, & quia nõ fit sensatio, nisi in præsentia obiecti, idest in distantia proportionata, oportet dæmones ad cognoscẽdum particularia, & particularium accidẽtia, & euẽtus, fieri præsentes illis, & tũc quia quidam lõge sunt a nobis, & a loco in quo dæmon aliquis sit potest ille hoc supposito celeritate motus sui quasi in momento ire ad loca illa, & cognitis euentibus prænunciare nobis quasi futura, quę tamen illi sciunt esse præterita.

Sed ista non sunt vera, quia dæmones nõ sunt animalia, nec habent corpora vnita naturaliter quæ sint partes speciei, sicut animalia humana habẽt corpus ex conditione speciei, sed si interdum habẽt, hoc est, quia sumunt illa, & formant sibi ad aliquas operationes, sed per illa corpora quæ formant nullam operationem sensitiuam habent, quia sentire, vt videre, & audire nõ est, nisi animalis. dęmones autem non sunt animalia, etiam quia illa corpora non sunt viuentia, cum dæmon nõ sit forma corporum, idest nõ sit spiritus vnitus formaliter illis corporibus, ideo nõ possunt dæmones per talia corpora sentire. vnde etiam si mouerẽtur in illis corporibus, non viderent postea, neque audirẽt aliquid, quod cognoscerẽt, & ita quicquid dæmones scire possunt, sciunt vbicunque sint etiam si distantes sint, & illa positio Augustini pertinet ad Platonicos, & non est tenenda, quia non mouentur dæmones localiter ad aliquid sciendum.

Ad tertium dicẽdũ, quòd anima separata cognoscit singularia, quia aliqua de illis cognoscit. & dicendum, quòd cognoscit ea sub hic, & nunc. sed cognoscere sub hic, & nunc stat dupliciter. Vno modo, vt hic, & nunc tenent se ex parte rei cognitæ: vel ex parte modi cognitionis, vel cognoscentis.

Si primo modo verum est, quòd omne cognoscẽs singulare cognoscit illud sub hic, & nũc, quia singulare non potest esse, nisi hic, & nunc, prout est singulare habens materiam, & cognoscens rem si vere cognoscit oportet, quòd cognoscat conditiones eius, & hoc mõ Deus cognoscit singularia sub hic, & nũc, idest ea esse hic, & nunc, nam cum illa non possint aliter esse, si illa aliter cognosceret, sic cognosceret qualiter non sunt.

Accipiendo secundo modo, vt se tenet hic, & nũc ex parte modi cognitionis, est sensus, quòd cognitio ipsa modificetur ad cognitionem indiuidualẽ, & materialem quæ est hic, & nunc. & tunc dicẽdum, quòd sensus cognoscit indiuiduum sub hic, & nunc, quia determinat tempus, & locũ in sua cognitione, & certam proportionem distantiæ inter obiectum, & potẽtiam, & ipsum obiectum existere sub esse materiali. hoc modo Deus non cognoscit particularia, quia tunc in cognoscente esset cõditio materialitatis quę non inuenitur in Deo. etiam intellectus noster non cognoscit sic indiuidua, & ideo anima separata cognoscit primo modo sub hic, & nunc, sed non secundo modo. Cum autẽ dicitur omne, quod cognoscit sub hic, & nunc, aliter cognoscit quæ sunt hic aliter quæ sunt alibi.

Dicendum, quòd vtroque modo potest accipi propositio. accipiendo primo modo est sensus, quòd cognoscens sub hic, & nunc, cognoscit aliter se habere rem quæ est hic quam rẽ quæ est alibi, sed ipsum cognoscens non se habet aliter cognoscendo rem quæ est hic quam cognoscendo rem quæ est alibi, & hoc modo non tenet argumentum, quia licet anima separata cognoscat sub hic, & nunc, cognoscit res esse hic, & nũc, sed ipsa non est, vt hic, & nunc, ideo non se habet aliter cognoscendo quæ sunt hic, & quæ sunt alibi. Accipiendo autem secundo modo est verum, quòd cognoscens sub hic, & nũc, aliter se habet quãdo cognoscit quæ sunt hic, aliter quando cognoscit quæ sunt alibi. & tunc dicendum, quòd non est verũ, quòd anima separata, nec intellectus aliquis cognoscit sub hic, & nunc, sed solus sensus cognoscit sic, & ideo non se habet anima separata ad cognoscendum quæ sunt hic, & aliter ad cognoscẽdum quæ sunt alibi, sed eodem modo, & ita distantia localis non impedit cognitionem.

Responsio ad quartam rationem princip. de quæst. 618. *Quæst. DCXXII.*

AD quartum dicendum, quòd distantia secundum se non impedit cognitionem intellectus alicuius, & ideo, siue sit distantia secundum locum, siue secundum tempus non tollit cognitionem, neque impedit. & quando dicitur, quòd futura non cognoscuntur ab anima, dicendum quòd futura proprie loquendo non cognoscuntur ab anima coniuncta, neque separata, neque ab aliquo intellectu creato, idest, neque a dæmonibus, neque Angelis bonis. & ita est verum verbũ Isa. annunciate nobis &c. Cum vero dicitur, quòd illa ẽt sunt distantia, dicendũ quòd non sunt incognita quasi distantia, sed quasi non entia. futura enim non sunt entia, & quia cognoscibile, nõ est, nisi ens, & verum, futura autem non sunt entia, ideo neque sunt vera, & hoc est plus quam distare, quia est non esse, & nõ ens quomodocunque accipiatur est incognitum. Et apparent prædicta, quia si distantiam accipiamus tantũ distant præterita quantum futura, immo quædã magis, vt illud, quod a mille annis factum est plus distat quam id, quod fiet post biduum, & tamen præterita a mille annis, & ab initio seculi nouimus. futura autẽ post biduum nescimus: ergo non fit propter distantiam temporis, sed propter distare ab esse. nam quod præteritum est distat secundum tempus, sed non secundum esse. nam fuit, & aliquo modo est, quia manet in memoria, & in scriptis, & in aliquo effectu suo, & secundum id, quod manet, est, & quantum de esse habet tantum habet de cognoscibilitate, sed futurum distat secundum esse potius quam secundũ tempus inquantum non habet aliquo modo esse, ideo est incognitum. Secundo hoc patet secundum differentiam futurorum. sunt enim quædã futura quæ scimus, vt futuram esse resurrectionem mortuorum, & diem iudicij, & futuram esse eclypsim vsque ad annũ, vel duos annos, & hæc magis nota sunt nobis, licet futura sint quam quædam præsentia ad quæ non attendimus, & hoc est, quia illa, licet futura sint quantum ad seipsa, aliquod tamen esse habẽt in principijs suis quæ firmiter sunt. sicut futuram esse resurrectionem, & diem iudicij habet certitudinẽ ex verbis Domini, quæ sunt magis certa quam nos esse homines: futuram esse eclypsim tali tempore habet certitudinem ex habitudine, & regularitate motus cœli, quæ est necessaria simpliciter, nisi Deus simpliciter voluerit auertere, faciendo stare cęlum, vt nunquam vltra moueatur, vel turbando motum cęlorum faciendo, quòd quidam cœli moueantur manentibus alijs. talia autem futura sciuntur, quia firmius esse habent q̃ quædam præsentia, & præterita, sed futura contingẽtia pure ad vtrumlibet, sicut hominem currere, vel non currere non sunt nota, quia non habent esse determinatum in aliquo, idest neque in se, nec in causa sua, quia ipsa non sunt, & in causis suis, idest in voluntate determinate non se habent, & ita futurum nõ est ignotum quasi fit distans secũdum tempus, sed quia est non ens: immo non proprie vocantur futura distãtia, quia distantia dicuntur respectu alicuius, & quantum ad illud cõparantur, sed illud non est, nisi in participantibus aliquid cõmune, & participare non possunt aliquid qui non sunt, ergo illa nõ possunt dici distantia, sicut neque propinqua. Amplius dicendum, quòd cum futurum, vt huiusmodi dicat non ens, q̃ non solum intellectus causatus, sed etiam, nec Deus cognoscit aliquid inquantum futurũ. si Deus cognoscit rem futuram, idest id, quod futurum est, & scit illam esse futuram, & quòd ei comperat conditio futuritionis, & scit quid sit futuritio, vel futurum esse. verũ tamen non cognoscit aliquid, vt futurũ, quia non potest aliquid cognosci, vt nõ ens, quia includit contradictionem: immo omne quod cognoscitur scitur, vt ens, & verum, sed futurum, vt huiusmodi non est ens, ideo vt futurum non cognoscitur a Deo, sed quicquid Deus scit, siue præsens, siue præteritum, vel futurum cognoscit inquantum ei præsens est. nã non cognoscit Deus aliquid, nisi per id, quod in ipso est, idest per essentiam suam. siue sit illud possibile, siue impossibile, quia nihil extra Deũ potest ei esse ratio cognoscẽdi. cognoscit ergo omnia per essentiam suã inquantum habent aliquod esse in essentia eius. s. vt principium in principiato, vel per quemlibet aliũ modum, idest sicut entia præsentia præterita, vel futura, & quælibet possibilia sunt præsentia in Deo per esse, quòd in illo habent velut principiata in principio, ita & per illius essentiam cognoscuntur, sic impossibilia cognoscuntur à Deo per hoc, quòd non habẽt in ipso principium ad essendũ, & quasi priuatiue cognoscuntur, sed rectus est iudex sui, & obliqui 5. Phy. ideo sicut essentia est principium cognoscendi id, quod aliquo modo non habet esse positiue, ita & eadem est principium cognoscendi id, quod non habet esse priuatiue. Deus ergo nõ cognoscit aliquid, vt futurum, sed quia præsens in ipso est positiue, vel priuatiue, aut aliquo modo. Dicendum ergo, quòd non est simile de loco, & tempore futuro, quia futura quæ secundũ tempus distant deficiunt ab esse, eo quòd esse rei mẽsuratur tempore: vnde cum res secũdum hoc sint cognoscibiles, quòd habent esse, quia cognitio est existentium, vt dicit Diony. 1. cap. de Di. no. futura sunt ex seipsis incognoscibilia, distantia autem secundum locum non deficiunt ab esse. locus enim non mensurat esse rei, sed res existentes, & non secundum esse,

Futurũ, vt futurum non cognoscitur a Deo.

sed secundum quantitatem. vnde per hoc, quòd res sunt distantes in seipsis nihilominus sunt cognoscibiles. possunt tamen minus esse cognoscibiles quãtum ad aliquos, qui in patiẽdo a rebus res ipsas cognoscũt, sicut fit in cognitione sensitiua. hoc autem non accidit animæ separatæ quæ non habet sensationem.

Aliter potest distantia accipi. & dicendum, quòd nullo modo est simile de distãtia secundum tempus & distantia secundum locum, quia quæ distant secũdum locũ nihilominus sunt, & æqualiter sunt si hic sint, vel ibi. secus de tempore, quia omnis distantia secundum tempus facit distantiam secundum esse. non est enim aliquod ens, nisi quod prẽsens est. prẽteritũ autem secundum rationem prãteriti distrahit ab esse, ideſt fuit, & non est. nam si est non est prãteritum, sed præsens, futurum etiam distrahit ab esse. nam futurum est, quod erit, quod autem erit non est. nam si est non habet, quòd erit sed plus quam erit, & ideo sicut nihil cognoscitur, vt futurum, sicut ostensum est, ita nihil potest cognosci, vt prãteritum, sed omne, quod cognoscitur scitur, vt præsens. nã si aliquid prẽteritum scitur, non scitur, nisi inquantum manet prẽsens in suo causato, vel suo recordatiuo, vt in memoria, vel scriptura, vel aliquo signo, & ista præsẽtia sũt, si autem desit illud recordatiuũ, quòd sit prẽsens, impossibile est cognosci prãteritũ, quia desinit esse simpliciter, & tamen prãteritum, & futurum faciunt distare secundum tempus. præsens autem est indistans, & nõ scitur aliquid, nisi vt præsens, vel quod prẽsens sit. ergo distantia secundum tempus tollit cognitionem, quia distrahit ab esse. secus de distantia locali, quia ista nõ distrahit ab esse, nec aliquo modo diminuit, ideo cognosci possunt distantia secundum locũ, sed non distantia secundum tempus si simpliciter distent, ideſt nullo modo sint principia.

Responsio ad quintam rationem princ. positam quæst. 618.
Quæst. DCXXIII.

AD quintum dicendum, quòd operatio nõ extẽditur vltra suum subiectum, sed dupliciter potest comparari operatio. Vno modo ad subiectum, neque vltra suum subiectum, quia operatio non est res subsistens, sed accidẽs rei subsistentis, & quia accidens non potest esse, sed inesse, necesse est, quòd solum sit in illo, quod est suũ subiectum, vt si Sortes est operans sic est operatio in Sorte, quòd est impossibile operationem illam inueniri in aliquo alio, quia tunc illud esset subiectum, & non esset vnum operans, sed duo operantes. etiã non esset operatio vna, sed duæ, quia impossibile est idem accidẽs numero inueniri in duobus indiuiduis distinctis numero. Etiam operatio non extẽditur vltra suũ obiectum, vt videre habet pro subiecto potentiam visiuam in organo, & pro obiecto visibile ipsum, ideſt colorem. sicut non potest esse, nisi oculi, vel videntis, ita nõ potest esse, nisi de colore. impossibile est enim quòd sit de voce, vel sapore. non enim videtur sapor, neque odor, sed sola qualitas visibilis, & ita non extẽditur vltra subiectum, nec obiectum. sed alia comparatio est ad subiectum alia ad obiectum, quia ad vnũ comparatur, vt ad id in quo est, ad aliud, vt de quo est, & vnum non tollit aliud, ſ. licet non extendatur operatio vltra subiectum extendit se ad obiectum, quia non est idem modus extensionis. nam dicere vltra est dicere extensionem vnius modi: immo vnam in qua habet se ad subiectum, & subiectiue se extendit vltra subiectum, ideſt, ꝙ sit in alio, quod nõ sit subiectum, cum autem arguitur, ꝙ operatio non excedit substantiam operantis, vel non extẽditur vltra illam, verum est, ideſt non est subiectiue in alio, nisi in substantia operantis. Cum autem dicitur, ergo anima non intelligeret intelligibilia, nisi quæ sunt vbi illa est, non valet argumentũ, quia etiam si intelligibilia quę sunt obiectum, sint extralocũ vbi anima est, quia illa sunt obiectum non excedit anima obiectum. si autẽ accipiatur subiectiue verum est, quòd operatio animæ non est, nisi vbi ipsa est, quia nõ est realiter, nisi in intellectu, quia intellectio quæ est realiter actio animæ non est, nisi in anima, & licet intelligibilia sint absentia, nõ est intellectio vbi sunt intelligibilia, sed vbi est intelligẽs. & sic anima nostra manens in corpore intelligit cœlum, & tamen operatio non extenditur vltra substantiam eius, quia non est intellectio, nisi in intellectu, & non in cælo, ideo anima separata potest intelligere quæ sunt alibi, quia per hoc intellectio non est alibi, sed in sola anima. Cum autem dicitur, ꝙ Angelus nõ potest operari, nisi vbi est, dicẽdum ꝙ intelligitur de operatione motiua: ibi enim realiter vbi fuerit mouebit aliquid, & vbi non est, non potest aliquid mouere, & idem est de motu quantum ad animam coniuere, vel separatam. secus de intellectione, quia iunctam, intelligimus absentia. Circa quod sciẽdum, quòd absolute verum est, quòd non possit aliquid operari, nisi vbi est, & sicut operatio subiectiue non potest esse, nisi vbi est substantia operantis, ita neque id circa, qd operatur, ideſt obiectum potest esse distans, quia vel virtus operantis extẽditur realiter vsque ad obiectũ, sicut circa potentias actiuas, vt in motiuis, & nutritiuis, & alteratiuis, aut virtus obiecti se extendit, & vt ita dicamus contingit potentiam, & non potest contactus esse, nisi in coniunctis, in distantibus autẽ non est contactus, ideo nulla operatio est ad absentia. de motiua planũ est, quia nec Angelus, nec anima mouet, nisi aliquid, quod est ei coniunctum, & ita solum operatur vbi est. de intellectione idem est, quia licet obiectum materiale intellectus, ideſt res intelligibilis sit distans, tamen obiectum formale, ideſt quo intellectus intelligit coniunctum est, quod est species intelligibilis, quia illa intra intellectum est. si autem nõ esset species per quã intellectio fieret, sed ipsa res materialis deberet per se moueri, non posset intelligi, nisi ipsa in intellectu esset, & ideo vera est propositio, quòd nullus operatur, nisi vbi est, & circa ea quæ illi coniuncta sunt, & non circa ea quæ aliqualiter abstant, & Deus quoque sic operatur, quia non operatur, nisi vbi est, & nõ intelligit, nisi per id, quod ei cõiunctum est, ideſt per essentiam suam, & ita anima separata potest intelligere ea quæ distãt localiter ab ea, quia species illarum rerũ habet in intellectu, & ideo non refert, quòd intelligibilia sint coniuncta, vel separata, quia illa non faciunt ad intellectionem.

An damnati vtantur aliquando apud inferos notitia quam habuerunt hic. Quæst. DCXXIIII.

NVNC vero accedendo magis in speciali ad intellectionem damnatorum quæretur, an damnati vtantur aliquando apud inferos notitia quam habuerunt hic.

Aliqui dicunt, quòd nõ, quia in consideratione est maxima delectatio, sed in damnatis nulla delectatio ponitur, sed summa tristitia, ergo nõ possunt vti scitia quam prius acquisiuerunt, ſ. considerando per illa. Secundo, quia damnati sunt in maioribus pœnis quã sint aliquæ pœnę huius mundi, sed in hoc mundo dum aliquis est constitutus in magnis tormentis, nõ potest considerare aliquas intelligibiles conclusiones abstractas ab illis pœnis, vel non pertinentes ad eas, ergo multo fortius in inferno, vbi est pœna grauissima, non poterit quis intelligere vtendo aliqua notitia, quam hic habuerit.

Tertio, quia videtur, quòd non maneat in eis notitia aliqua, quã acquisiuerint in vita, ergo non possunt vti illa, & patet, quia damnati sunt subditi tempori, sed longitudo temporis est causa obliuionis, vt dicitur 4. Physi. ergo damnati obliuiscuntur eorum, quæ sciuerunt hic, & consequenter non possunt illa notitia vti apud inferos.

Dicendum, quòd non est dubium quin maneat in damnatis notitia aliqua, quam habuerint hic, & patet primo, quia Luc. 16. ca. dicitur de diuite damnato, ꝙ orauit mitti Lazarum in domum patris sui ad quinque fratres suos, vt testaretur illis, sed istam notitiam non acquisiuerat dines apud inferos, sed in vita, ergo vtitur damnatus notitia acquisita in vita.

Sed dicet aliquis, quòd forte fuit acquisita post mortem, sicut aliqua alia particularia post mortem incipiunt cognoscere, quę prius nesciebant.

Dicendum, quòd ista notitia in vita fuit acquisita, & manet in damnatis, nam Luc. 16. c. dixit Abraham ad diuitem, recordare fili, quòd recepisti bona in vita tua, ergo poterat dines ille recordari, quia aliàs non diceret ei Abraham, ꝙ recordaretur, sed recordatio est de re prãterita, quæ cognita fuit, ergo in illo manebat notitia acquisita in vita.

Secũdo patet, quia in anima separata manent species intelligibiles acceptę in vita, vt supra sæpe dictũ est, quia non corrumpuntur, sed per illas potest intellectus exire in actum intelligendi quandocunque voluerit se conuertere ad illas, ergo manebit notitia acquisita in vita, & vsus eius, nam habitualiter manent species, quę cum semel fuerint actu intellectę, quandocunque se conuertat intellectus ad illas nullã habebit difficultatem in intelligendo, sicut qui operatur per habitum. Considerandum circa hoc, quòd non solum manebit in damnatis vsus notitię acquisitę in vita, sed etiam erit conueniens, quòd maneat ex dispositione diuinę prouidentię inquantum facit ad pœnas dãnatorum quas Deus vult esse magnas, sicut enim ad perfectam sanctorum beatitudinem nullum genus gaudij est, quod non sit in eis, ita & in damnatis nullum genus tristitię, & afflictionis deest, & sicut quidquid in beatis est ad ipsorum gaudium pertinet, ita quidquid est in damnatis facit ad tristitiam, & pœnam eorum, & sic miseria eorum consummata est. Si autẽ consideratio in damnatis per notitiam, quam habuerunt dum viuerent, faceret ad gaudium ipsorum, vel ad aliqualem reuelationem pœnę, non maneret in eis, quia non debet minui pœna, si autem ad tristitiam facit, manebit conuenienter. est autem dicendum, ꝙ vsus talis notitię ad pœnam facit, ideo manebit. Pro quo sciendum, ꝙ consideratio rerum aliquando cognitarum quantum ad aliquid potest inducere gaudium, & quantum ad aliquid tristitiã. De primo põt enim inducere gaudium, vel ex parte cognoscibilium, vel ex parte cognitionis. De primo, quia cognoscibilia diliguntur, & quia per intellectionem quodammodo vniuntur nobis, iudicamus illud nobis conueniens, & delectamur, & ideo recordatio amati, vt sic est ad gaudium. De secundo, scilicet ex parte cognitionis potest esse gaudium inquantum cognitio est perfecta, & dato, ꝙ non sit de rebus amatis, quòd conueniens, nam in cognitione prima, quæ est rerum amatarum licet non sit perfecta, est quædam delectatio ex parte rerum inquantum quodammodo nobis coniunguntur, ex parte autem cognitionis est delectatio, quando cognitio est in se perfecta, scilicet secundum excellentem habitum, quia licet tũc non placeat nobis res considerata, placet consideratio inquantum habet perfectionem ex habitu, & facilitate exeundi in opus sine vllo defectu, & omne perfectum habet rationem boni, & delectat habentẽ.

Etiam potest notitia prãteritorum notorum esse ad tristitiã ex eisdem duobus, scilicet ex parte cognoscibilium, & ex parte cognitionis: de primo ex parte cognoscibilium, vt si nata sunt contristare, vt quando veniunt in cogitationẽ ea, quę mala nobis sunt, & secundum se displicent, vel veniunt in cogitationem bona prærerita inquantum iam defecerint, & facta sunt absentia. De secũdo ex parte cognitionis, vt cum cognitio est imperfecta, & considerando experitur quis propriam ignorantiam, & defectum, & tristatur inquantum se inuenit deficere, & si non cogitaret non affligeretur de hoc defectu quẽ inuenit in cogitione, & istud est cum quis cupit cognitionem alicuius rei, & inuenit se deficere in illa tristatur de hoc defectu, quasi bonum aliquod ei desit, & defectus boni est malum, & sicut bonum lętificat, ita malum contristat. Sic in damnatis consideratio prãteritorum erit materia tristitię, & nullo modo delectationis. considerabunt enim mala, quæ fecerunt ex quibus damnati sunt, & de his dupliciter tristabuntur. primo quia malum affligit inquantum inuenitur deordinatum, & ita erit remorsus conscientię de malis prãteritis, sed iste modus considerationis parum tanget damnatos, quia bonitas eorum manebit deordinata, & non dolebit directe de malo, quia malum, & mordinatum est, vel, quia contra Deum. Secundo modo affligent mala inquantum scient se propter illa damnari, & inquantum sunt eis causa tanti mali valde dolebunt de illis, considerabunt etiam bona, quę amiserunt, & potuissent habere, scilicet sanctorum beatitudinem, sic enim ipsi insipientes apud inferos pœnitentiam agentes videntes Sanctos in magno honore dicunt. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & similitudinem improperij, ecce quomodo deputati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Considerabunt etiam bona delectabilia secundum sensum quibus fruebantur manentes in carne, & iam nullo possunt frui, necesse est ergo, quòd consideratio omnium harum rerum sit eis cum tristitia. Etiam ex parte cognitionis inquantum est imperfecta tristabũtur, nam inuenient se habere cognitionem valde imperfectã de speculabilibus, & de particularibus valde diminutam cum pauca singularia cognoscant, quia per illas species vniuersales confuse, & vniuersaliter intelligent, & recordabuntur, quòd viuentes habuerint tortassis pleniorem cognitionem tam de vniuersalibus, quam de particularibus, sicut ille, qui recordatur se obliuisci esse aliquorum, quæ prius sciebat, & in hoc affligitur. Etiam videntes imperfectionem cognitionis suę, & ꝙ perfectiorem hãe potuissent si recte operati essent dolebunt, iõ cognitio rerũ prãteritarũ erit dãnatis ad pœnã: non solũ ergo non gaudebunt cõsiderãdo, sed & tristabunt, & hoc tam de eis, quæ viuẽtes cognouerunt, q̃ de cognitione, q̃ accipient post vitã, quia illa, aut erit de rebus tristibus, aut imperfecta. De primo patet, quia accipiẽt damnati cognitionem de dęmonibus, & de formẽtis in quibus erãt, & hęc sunt eis tristitia, quia nociua sunt, etiam cognitio erit imperfecta, quia cõfusa erit per species vniuersales, quibus non erit intellectus damnatorum proportionatus. Ad primum in contrarium dicendum, quod cognitio secundum se delectabilis est, accidit tamen esse tristem, inquantum enim considerare per scientiam acquisitam est actus nobilissimę potentię, & perfectę per habitum, causare debet delectationẽ, per

accidens tamen inquantum id, quod cognoscitur est F triste, & per cognitionem coniungitur cognoscenti, vel signatur esse coniunctum affligit cognoscentem, vel inquantum cognitio ipsa est imperfecta, & ostenditur defectus cognoscentis, talis autem erit consideratio damnatorum, vt ostensum est, ideo erit in eis notitia præteritarum rerum.

Ad secundum dicēdum, quòd dum hic manemus ille, qui est positus in magnis tormentis non potest aliquid aliud cogitare, nisi ipsa tormēta, quę affligūt, & ratio est, quia est caro corruptibilis, cui anima coniuncta est, & multum est anima immersa carni, & trahitur ab ea sic, vt non possit cogitare, nisi ea quibus afficitur secundum carnem, & interdum, vt nihil cogitare possit, sicut in venereis, sic dicit Aristo. septimo G Ethicorum aiunt in ipsa, ideſt in delectatione venereorum intelligere neminem posse. in damnatis secus erit, quia quando erunt animę separatę non erit aliquid a quo trahantur, ideo licet sint animę in tormentis poterunt aliquid intelligere, quando autem erunt animę coniunctę corporibus, adhuc licet torqueantur poterunt considerare, eo quòd non erunt tunc immersę corporibus, sicut nunc, neque trahentur ab illis, quia tunc erit status incorruptionis, & ideo conditio carnis non premet animam, sicut nunc, vt ad se trahat illam, vnde existentibus damnatis in pęna grauissima poterunt animę eorum habere considerationem satis attentam, ita vt lucidissime intelligant omnia, quæ eis causa męroris esse possunt. & quia omnis consideratio maxime de his, quę pręcesserunt in vita erit ad tristitiam, vt dictum est, poterunt damnati etiam resumptis corporibus in pęnis grauibus existentes cogitare.

Ad tertium dicendum, quòd in damnatis manebit notitia, quæ nulla obliuione delebitur, nam aut obliuio esse deberet de his, quæ cognouerunt in vita, & manserunt in animabus post mortem, aut de his, quæ post mortem cognouerunt. Accipiendo de primis non potest esse obliuio, quia aut illa obliuio fieret quandiu manerent animę separatę, aut postquam redirent ad corpora, sed neutro modo, ergo non poterunt illa obliuisci. De primo patet, quia longitudo temporis non est causa obliuionis directe, quia tempus non facit obliuisci, quia aliàs omne tempus faceret obliuisci, sed per accidens, scilicet inquantum in tempore est motus, & in multo tempore est magnus, & longus motus, & in longo motu multum alteratur res passibilis, & quia cognitio nostra habet originem a sensu, licet immediate cognitio fiat intellectiua per species intelligibiles, quæ sunt realiter in intellectu, & circa illas non possit esse alteratio aliqua magna, vel parua in longo, aut paruo tempore, tamen, quia non completur cognitio aliqua intellectiua nisi per aliqualem conuersionem intellectus ad phantasmata, quod fit ex cōditione animę vnitę, necesse est, quòd quando phantasmata deleta fuerint, vel impedita, nō possit fieri cognitio intellectiua, quod experimur quando aliquis fuit lęsus grauiter in capite, licet viuat omnis consideratio prior secundū scientiā, quam ille habuit, neque habitus scientificus illius pereat, vt species intelligibiles manent quidem, sed quia organa sensitiua interiora lęduntur, cadunt a naturali dispositione phantasmata seruata in organis, ideo non perficitur conuersio conueniens intellectus ad phantasmata, & ideo nullus est actus intelligendi secundum priorem scientiam, & quia in longo tēpore necesse est cuiuslibet hominis cerebrum valde alterari, ita vt pereant phantasmata, vel ibi disponantur organis indispositis, & ita fit obliuio, scilicet quia non poterit homo exire in actum intelligendi secundum priores habitus, & hoc vocamus obliuionem, quasi deletionem, vel abrasionem prioris intellectionis, hoc autem non potest accidere circa animam separatam, quia illa est spiritus purus in qua non est aliquis motus, ideo quantacunque sit temporis longitudo non faciet deleri cognitionem, quæ prius erat, aut habitus, vel species intelligibiles, & ita animę separatę tetinebunt etiam post mille annos separationis suę tam recentem cognitionem eorum, quæ hic cognouerant, sicut ea die qua hinc recesserunt, & separatę sunt. De secundo apparet, ideſt quòd post reditum animarum ad corpora non fiat obliuio, quia istud erit in resurrectione, & tunc cessabit motus cęli, & consequenter cessabit omnis motus naturalis, ideo nulla alteratio fiet organorum, & consequenter, neque phantasmatum, vnde non plus obliuiscentur in mille annis, quam in vna die nunc, immo minus, quia aliquando in vna die fit aliqua notabilis mutatio in homine, tūc autem in mille, aut duobus millibus annorum nulla fiet mutatio magna, aut parua, ideo nulla poterit fieri obliuio notitię hic acceptę. Neque etiam poterit esse obliuio notitię acceptę post separationē, primo quia obliuio fit propter alterationem quandam naturalem factam in sciente, & tamen nulla alteratio tunc fieri poterit, vt dictum est, ergo neque obliuio. Secundo, quia etiam si fieret mutatio non fieret obliuio, quia illa notitia manet, secūdum actualem influxum, subſtantię enim supetiores influunt in animas separatas, ideo si aliquando obliuiscerentur H statim influerent subſtantię superiores, & acciperent rursus id, quod oblitę fuerunt, nam cum influxus ille sit naturalis, nunquam cessat, & sic animę separatę, nunquam possunt obliuisci eorum, quę sciunt, vel aliquando sciuerunt, & traxerunt secum, quando fuerint separatę.

An damnati aliquando cogitabunt de Deo.
Quæst. DCXXV.

QVAERETVR vlteriusan damnati aliquando cogitabunt de Deo.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia non pōt odio haberi in I actu, nisi id de quo cogitatur, sed damnati habebunt Deum odio, ergo aliqñ cogitabunt de eo. Secundo, quia dānati habebunt remorsum conscientię, sed cō scientia patitur remorsum de factis ꝑ Deum, ergo aliqñ cogitabunt de Deo. Aliqui dīr, ꝙ nunq̄ cogitabūt de Deo, quia perfectissima cogitatio est qua quis de Deo cogitat, eo ꝙ perfectissimū intelligibile est De⁹, sed damnati erunt in statu imperfectissimo, ergo nūquam de Deo cogitabunt. Dicendum, ꝙ Deus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se secundum illud, quod est ei proprium, s. esse totius beatitudinis principium, & sic nullo modo cogitari potest sine delectatione, quia bonum, vt huiusmodi non potest, nisi condelectare. Alio modo potest considerari K secundum illud, quod est ei accidentale in effectibus, vtpote punire, vel facere contra voluntatem alicuius, & secundum hoc consideratio de Deo facit tristitiā, vel facere potest. De primo modo dicendum, ꝙ nunquam sic cogitatur a damnatis, quia non est aliquid, secundum quod eis de Deo occurrat cogitare, nam licet Deus sit principium beatitudinis nō est eis principium alicuius beatitudinis, sed potius torment, & ita non gaudebunt, & dato, quòd cogitarent Deum esse totius beatitudinis principium, & datorem, quia tamen nihil eis de illa beatitudine competebit non poterit esse illis consideratio illa lęta, sed tristis, inquantum consideratur beatitudo illa per modum privationis, & defectꝰ boni est malū, & omne malū est tri-

ste. Accipiendo secundo modo consideratio de Deo A est cum tristitia, quia Deus consideratur tunc, vt punitor, & pęna sui secundum se malum est, nisi consideretur inquantū est iusta, damnati aūt cōsiderant se puniri a Deo, & non considerant an iuste, sed quòd puniuntur, pęna autem, vt sic mala est, & tristis, ideo necessario tristant̄ in ista cogitatione, immo necesse est magis in hac tristari, quam in aliqua alia, quia si malum est, triste est, & tamē cogitant Deum, vt maxime malum, ergo magis in hac cogitatione turbabuntur, quam in aliqua alia: & patet nam pęna est malum, & Deus cogitatur, vt maxime se habens ad inferendum istud malum, quia neque dæmones inferrent pęnas perpetuas, neque aliquid aliud esset quod contineret B animas semper in pęna, nisi Deus illas teneret, & nihil est, quod aliquando superari non posset, aut cessare a punitione. Deus autem solus est, qui perpetuo tenet animas in illis ignibus, & ille est de quo desperant posse vinci, vel ab intentione sua mutari, vt ipse inde aliquando possint liberari, ergo Deus est, qui maximam tristitiam faciet cum venerit in cogitationem damnatorum, sicut siquis multos hostes habeat propter quos vita eius non est secura, necesse est, vt de illo magis tristetur quem potentiorem iudicat, quia propter illum maiora mala patitur, & minorem securitatem habet. damnati ergo aliquando de Deo cogitabunt, & cogitare cogētur propter mala, quę actualiter patientur, quæ sciunt ab illo inferri, & cogitatio C de illo non faciet aliquod inconueniens in damnatis, ideſt non sequitur in eis aliquid, quod sit contra conditionem damnationis.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd verū concludit, ideſt ꝙ damnati de Deo cogitant, qa tamen aliquis crederet, ꝙ simpliciter de illo cogitant, in qua cogitatione posset accidere gaudium. dicendum ꝙ dupliciter Deus in considerationem venit, vt dictum est, scilicet quantum ad se, vel quantum ad effectus. primo modo non venit in considerationem damnatorum, secundo modo venit, quia sustinent effectus eius, ideſt punitionem, & prohibitionem voluntatis, nam mali damnati afficiuntur ad illa mala, quę egerunt dum viuerent, & in quibus clauserunt diem, sed D in inferno arcebuntur ab omnibus illis operationibus tantūmodo pęnis subditi, & hoc cōuenit ad id, quod dicitur, scilicet ꝙ Deum oderunt, nam inquantum oderunt, non possunt considerare eum, nisi vt malū, quia odium non est de bono inquantum bonum, sed de aliquo inquantum malum est, & non est malum in Deo secundum se, sed in effectibus suis inquātum iudicantur ab aliquo nociui.

Quòd Deus cognoscit cogitationes.

Ad secundum dicendum, quòd non sequitur ex hoc, ꝙ cogitabunt aliquando de Deo. remorsus enim conscientię pōt dupliciter accipi, nam proprie dī remorsus cōscientię dolor, vel stimulus de peccato cōsistens in recordatione peccati. Sed iste dolor in recordatione pōt dupliciter accidere, vno mō inquantum E illa opera erant contra Deum: alio modo ex consideratione operis inquantum est causa pęnę. accipiendo primo mō non erit remorsus in damnatis, quia non dolebunt, ꝙ Deum offenderint, cum hoc nō possit fieri, nisi ex amore, & in damnatis non est amor Dei. accipiendo secundo modo est in damnatis remorsus, quia videbunt propter mala opera, quę exercuerunt in vita, sibi inferri perpetua tormenta, ideo dolebunt de illis operibus.

Ad aliud argumentum cum ostenditur, quòd nunquam cogitabunt de Deo, quia est perfecta cogitatio. dicendum ꝙ cogitare de Deo, vt est Deus, & summū bonū, & principium, & dator totius beatitudinis est perfecta cogitatio, & talem nunquam habebūt damnati, vt ostensum est, cogitare autem de Deo secundo modo, vt est punitor, & cohibitor malarum volūtatum damnatorum, non est aliquid perfectum, sed potius miserum faciens eum, qui in tormentis tenetur, & ex hoc magis affligitur.

An damnati videbunt gloriam beatorum, & quomodo vident eam. Quæst. DCXXVI.

QVAERETVR an damnati videbunt gloriam beatorum. Aliqui dīr, ꝙ non, quia magis distat a damnatis gloria beatorum, q̄ ea, quę hic agūtur apud viuentes, cum ista sint corporalia, & omnibus manifesta, quia mō naturali se habent, quę aūt sunt apud beatos habent se diuinitus, sed damnati nesciunt, quę aguntur hic apud nos, ergo minus scient beatorum gaudium, patet hoc, quia dicit Grego. 12. Mora. super illud Iob. siue nobiles fuerint filij eius, &c. dicit, sicut hi, qui adhuc viui sunt, aīę mortuorum quo loco habeantur ignorant, ita mortui, qui carnaliter vixerunt vitā in carne positorum qualiter post eos disponitur ignorant. Secundo, quia id, quod concedit Sanctis in hac vita pro magno munere, nunq̄ conceditur damnatis, qui nullo bono digni sunt, & tamen Paulo pro magno munere concessum est dum viueret, vt videret vitā, qua Sancti cum Deo ęternaliter viuunt, vt dī in glo. 2. Cor. 12. c. ergo non concedetur damnatis, ꝙ videant gloriam beatorum. Aliqui dīr, ꝙ videbunt illam, quia Luc. 16. c. dī, ꝙ dives positus in tormentis vidit Lazarum, & Abraham, qui erant beati. ergo & pariter alii damnati existentes in tormentis videbunt gloriam beatorum. Dicendum, ꝙ circa hoc cō muniter asseritur, ꝙ damnati ante diem iudicii videbunt gloriam beatorum, sed post iudicium non, & hoc Magister tenet. 4. Sen. dist. 5. & ibi ponitur ad hoc auctoritas Augu. s. ante iudiciū hoc factum legitur. i. ꝙ dives in tormentis positus viderit Abraham, & Lazarum, & sequitur, sed post iudicium in profundioribus tenebris erunt impij, vbi nullam Dei lucem videbunt, & Grego. super Lucę dicit, infideles in imo positi fideles ante diem iudicij super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt.

Sed dicendum, quòd aut quæritur de visione proprie dicta, quę est per oculos, aut de visione intellectiua. Si quis autem leui consideratione attendat dicta Augustini, & Gregorij videbit, quòd loquuntur de visione primo modo, cum dicat Augustinus, quòd post iudicium in profundioribus tenebris erūt impij, vbi nullam lucem Dei videbunt, quasi ex conditione loci non videant propter hoc, quòd locus in quo erunt post iudicium, sit profundior, & obscurior, quasi nulla lux ad illum perueniat, nam si cognitio sit intellectiua nihil facit ad impedimentum propinquitas, neque distantia loci, neque tenebrositas, aut claritas. dicendum tamen, quòd non potest intelligi, quòd damnati videant sic gloriam beatorum.

Primo, quia ad hoc requiritur potētia visiua, & organum, & tamen damnati ante iudicium non habebunt potentiā visiuam, quia non erunt animę cōiunctę, sed separatę, in quibus non maneret potētia sensitiua, neque organū, ergo non poterunt videre gloriā, neque aliquid aliud. Secundo, quia dato, ꝙ oculos haberēt, videre nō possent gloriā beatorū, quia nihil vī, nisi color, siue coloratum, aut lucidum, sed beati ante diē iudicij sunt solę aīę, & gloria eorum est quędam conditio spiritualis, ergo non poterit videri a damnatis gloria beatorum. Erat autem magis verisimile, ꝙ post diem iudicij possent damnati videre gloriam beatorum propter eadem duo. Primo, quia damnati

tunc resumptis corporibus in resurrectionem habebunt organa, & potentias sensitiuas, & videre poterunt. Secundo, quia tunc beati erunt visibiles, nã corpora habebũt in quibus poterunt videri si voluerint, immo videbuntur a quolibet si se occultare noluerint, & nunc non habent corpora.

Dicendum tamen, ꝙ etiam post diem iudicij non videbunt damnati gloriam beatorum. Primo, quia ita asserunt omnes doctores, vt Aug. & Grego. vt dictũ est, ꝙ post iudicium non videant damnati gloriã beatorum. Secundo, quia erunt damnati intra inferos, & opposita in medio existente terra non poterit aliquid extra inferos videri, quia species non mouetur, nisi per diaphanum, ideſt per aerem, & aquam, aut ea, quę communicãt in qualitate cum his, sicut per vitrum, & crystallum, & berillum, & similia.

Tertio, quia dato, quòd damnati essent supra terrã non possent videre beatos existentes in cęlo empyreo, nam in octauo cęlo astra existentia tam parua videntur propter distantiam, ita vt multa non sint visu notabilia, & tamen quodlibet visu notabile est maius tota terra, quanto magis si ponerentur in decimo cęlo fere omnia essent inuisibilia, corpora tamen humana sunt valde parua, ergo ex tanta distantia nullo modo poterunt videri, nam etiam si ponantur ad decem leucas non videbuntur, licet sint super nos pẽdentia in aere, quanto magis in cęlo decimo.

Quarto, quia dato, quòd damnati viderent beatos post diem iudicij, non viderent eorum gloriam, quia gloria beatorum est aliquid spirituale consistens in visione Dei, ergo non erit illa ab aliquo visibilis de propinquo, vel remoto, & sic, neque ante iudicium, neque post iudicium poterunt videre damnati gloriã beatorum, ipsos autem beatos videbunt semel, scilicet die iudicij, cum congregati fuerint omnes homines ante Christum, & fuerint quidam a dextris, alij a sinistris, vt dicitur in litera.

Dicendum ergo, quòd quando quęritur an damnati videbunt beatos, debet intelligi de visione intellectuali, quia visus quidam dicitur intellectus 6. Ethicorum, & intellectionem vocamus visionem. Et tũc dici poterat, quòd damnati nunquam videbunt gloriam beatorum ante iudicium, nec post iudiciũ, quia non est aliquid, per quod cognoscãt, cum gloria beatorum sit altius intellectuale, quam damnati possint cognoscere, nam animę separatę non possunt cognoscere species intelligibiles, quę sunt in angelis, a fortiori non poterunt cognoscere gloriam beatorũ, quę est excellentioris gradus.

Siquis autem obijciat, sicut dictum est de diuite, & Lazaro, poterit vno modo dici, quòd hoc sit parabola, & tunc non cõcludet ratio. licet hoc nõ teneat pro nunc, Secundo poterit dici, quòd fuit ibi speciale, voluit enim Deus reuelare illud diuiti ad instructionem nostram, sed cęteros beatos dicit ille non cognoscebat, & etiam alij damnati nullum beatum cognoscebant. Tertio poterit dici, quòd inde nihil probatur, quia damnati nullum beatum vidẽt, nam Abraham, & Lazarus non erant beati tunc, quando vidit eos dicit, quia erant in sinu Abrahę, qui est apud inferos, & non videbant essentiam Dei, nec viderunt illã vsque ad descensum ad inferos Christi, ideo non erant beati.

Sed obiicietur, quòd erant beati, quia erant in requie, quia Lucę decimo sexto capitulo, dixit Christus ex nomine Abrahę ad diuitem, recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris, & ita beatus erat, quia consolabatur.

Dicendum, quòd consolatio erat non tamen beatitudo, nam erat consolatio de bono, quod habebat Lazarus non in re, sed in spe, quia aliquando beatificandus erat: etiam aliqua consolatio erat ibi, quia interdum recipiebant ibi visiones Angelorum bonorum, cum quibus gaudebant, & confortabantur de futuro bono, beatitudo tamen nondum erat, neque fuit quousque Christus descendit ad inferos. Quarto potest dici, quòd licet diues ille, & alii damnati videant beatos, ideſt animas beatas in cęlo empyreo non vident gloriam earum, quia multum differt inter hęc, nam vt ostensum est supra quęlibet anima separata cognoscit naturaliter omnes substantias separatas, & ideo quælibet anima separata cognoscet aliam animam separatam, quia est substantia separata, immo facilius eam cognoscet, quam alias substantias separatas superioris gradus, vt ostensum est supra: & quia animæ Abrahæ, & Lazari erant animæ separatæ, poterat quilibet damnatus cognoscere animam Lazari, & Abrahæ, & sic omnes beatos cognoscent damnati ante diem iudicij, quia sunt substantiæ separatæ. non est tamen necesse, quòd cognoscant quomodo vocantur illi, quorum illæ animę fuerunt dum viuerent, aut quid egerint.

Sed dicendum, quòd gloriam eorum non cognoscent, & ratio est, quia gloria non est conditio naturalis, neque est substantia separata, ideo est difficilius cognoscibilis, sicut dictum est supra, quòd anima cognoscens aliquem angelum non ideo cognoscit species intelligibiles quas ille habet, neque scit id quod ille scit, & etiam ille, qui videt clare Deum non est necesse, quòd videat omnia, quæ videt Deus, sed adhuc magis est extranea beatitudo animę separatæ ad animam, quam species intelligibiles angeli ad angelum, ergo videns animam beatam non videbit, ideſt non cognoscet eius beatitudinem, & consequenter, neque beatitudinis differentiam, aut magnitudinem, & ista est veritas.

Quomodo sit aliquando verum, quod damnati cognoscunt gloriam ante iudicium. Quæst. DCXXVII.

Sed quoniam dicitur, quòd damnati cognoscunt glòriam ante iudicium, ostendendum est quomodo hoc sit aliquomodo verum. Et dicendum, quòd cogimur auctoritate sacræ Scripturæ, & sanctorum concedere, quòd damnati aliquo modo cognoscant beatitudinem beatorum. Et patet primo in auctoritate de diuite, & Lazaro allegata, nam non solum dicitur, quòd diues positus in tormentis vidit Abraham, & Lazarum, sed etiam, quòd dixit, pater Abraham mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior. Ex hoc autem apparet, quòd agnouit illorum beatitudinem, scilicet quòd Abraham poterat mittere aliquem, vt subleuaret diuitem aliqualiter a tormẽtis, & quòd Lazarus poterat illud exequi, quod tamen ipse sibimet præstare non poterat, ergo differentem statum in bono cognouit statum illorum a statu suo, & hoc erat videre eorum beatitudinem.

Secundo, quia Sapien. 5. capit. dicitur de insipientibus, quando erunt in inferno, quod vidẽtes impij turbabuntur timore horribili, & dicent, hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii, nos insensati vitam illorũ reputabamus insaniã, & finẽ sine honore, ecce nũc quomodo cõputati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est, & sequitur, talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt, ergo existentes in inferno sciunt gloriam Sanctorum, cum dicant eos computari inter filios Dei.

Tertio,

Tertio, quia hoc rationi conuenit, nam damnati debent habere omnem modum pęnę, & tamen est vnus modus pęnę, quòd ipsi affligantur in cogitatione sua scientes gloriam Sanctorum, quam ipsi perdiderunt, & quam leui labore habere potuissent, & non habuerunt, & hoc habere non possunt, nisi videant gloriam illam, ergo debent videre gloriam Sanctorum.

Quarto, quia hoc volunt auctoritates Sanctorum Augu. & Grego. qui ante diem iudicij dicunt eos videre gloriam Sanctorum.

Quomodo damnati videbunt Sanctorum gloriam. Quæst. DCXXVIII.

Sed quęretur quomodo vident. Dicendum, ꝙ visio est intellectiua, ad quam non requiritur sensus, neque propinquitas, vt proportio medij, aut lux corporalis, quia non est visio sensitiua, & ideo, siue sint damnati sub terra, siue super terram, non magis impediuntur vno modo, quam alio videre gloriam Sanctorum.

Sed dicetur quomodo possunt damnati istam gloriam videre. Aliqui dicunt, quòd vident eam ex reuelatione, Deo illustrante eos, vt illam agnoscant ad hoc, quod magis inde tórqueantur.

Sed forte non est satis conueniens, vt dicatur, quòd damnati continuam reuelationem habeant a Deo, quia hoc est supra naturam, & circa damnatos nõ est verisimile talia fieri.

Aliter dicendum, quòd damnati hoc scient naturali cognitione, nam si ponerentur scire gloriam Sãctorum, ideſt quòd viderent, quę esset gloria illorum, & quanta, necesse erat poni reuelationem fieri damnatis, & quodam modo beatificari eos, & hoc non scient, sed scient beatorum gloriam in quodam confuso, & generali.

De primo patet, quia gloria Sanctorum consistit in visione Dei. nemo autem potest scire quę visio Dei sit illa, aut quãta, nisi qui ęqualiter Deum videat, aut perfectius, sicut non potest aliquis scire quanta sit altera sapientia determinate, nisi tanta nouerit quanta ille, si autem aliquis velit scire quanta fuit sapientia Salomonis, vel Aristo. si non nouerit ea, quę nouit Salomon, vel Aristoteles, nesciet determinate quanta fuerit huius, vel illius sapientia, sed in confuso sciet, quòd fuit magna sapientia, qui autem nullum gradum sapientię obtinet, nullo modo poterit scire, quã sapiens fuit Aristote. neque etiam in confuso, cum non apprehendat rationem sapientię, ita cum gloria Sanctorum consistat in visione Dei, & nullus damnatorum videat Deum, nullus sciet quantum est beatus aliquis, immo & nesciet aliquid de beatitudine, ideſt quid sit esse beatum, quia nullo modo communicant aliquo gradu beatitudinis, ideſt visionis, nam neque ipsi vident Deum, neque sciunt quid sit videre Deum, scilicet per essentiam cognoscere, ideo nullus damnatorum sciet aliquid determinate de gloria Sanctorum.

Sed dicendum, quòd habebunt damnati cognitionem confusam quandam de gloria beatorum, ideſt scient eos esse in quodam bono ineffabili, sed nescięt quale illud sit, quia nihil experti sunt de illo, sicut nos cognoscimus nunc gloriam Sanctorum, nam conditionem illius glorię, aut delectationis nescimus, quia nihil de illa experti sumus, sed scimus, quod bonum Sanctorum est tale, quo non potest maius esse, aut cogitari.

Ratio autem huius cognitionis prouenit pro tãto, quia damnati cognoscunt beatos, nam damnati sunt nunc animę separatę, & beati etiam sunt animę sepa-

ratę, & vna anima separata cognoscit aliam, cum etiã cognoscat quamlibet substantiam separatam, vt ostẽsum est supra, & est ista cognitio naturalis, & tamen quicunque cognoscit substantiam alicuius rei actu existentis, & vt actu existit, necesse est, vt cognoscat aliquid de conditione eius, ideo cum quilibet damnatus cognoscat quamlibet animam, quę est beata, necesse est, vt cognoscat aliquid de modo essendi eius, nam sciet vbi sit, & quòd ille locus non est talis qualis locus inferorum, quia non est ibi ignis punitiuus, neque aliquid aliud, & sciet positos esse beatos ibi ad gaudium magnum percipiendum, ideo ex hoc concipiẽt damnati quoddam bonum esse ineffabile bonum beatorum, licet nesciant quale illud sit, & hoc sufficit eis ad magnam afflictionem, dari autẽ eis vlteriorem cognitionem de bono beatorum non expedit, quia non poterat fieri sine quadam participatione beatitudinis in damnatis, cum cognitio non possit fieri sine similitudine quadam, ideo ad cognoscendam illam gloriam, & quanta sit, necesse erat tantum de gloria habere, & tunc esset cognitio per assimilationem vniuocam, aut eleuari intellectum eorum per aliquid excellentius repręsentatiuum ad illam gloriam cognoscendam, sicut intellectus cognoscit ea, quæ sensus, non quidem vniuoce, ideſt per speciem talem per qualem sensus, & facta tali passione qualis fit in sensu, sed per excellentius repręsentatiuum, ideſt per speciem immaterialem, & tunc esset excellentior cognitio damnatorum, quam beatorum, quod est inconueniens, ideo non possunt damnati, neque etiam dæmones scire determinate gloriam beatorum, sed solum in confuso, ideſt quòd sunt in quodam bono statu inęstimabili.

Quomodo verum sit, quod post iudicium damnati non cognoscent gloriam beatorum. Quæst. DCXXIX.

Sed considerandum circa quod dicitur, scilicet quòd post iudicium non cognoscent damnati gloriam beatorum, an sit verum, & quomodo.

Dicendum quantum ad hoc non est tanta certitudo quantum ad hoc, quòd ante iudicium cognoscãt damnati gloriam beatorum, nam quòd damnati simpliciter nouerint gloriam beatorum constat ex sacra Scriptura, vt dictum est, quòd vero istud fit ante iudicium, & non post iudicium, ex nullo loco scripturæ hoc habetur, neque videtur aliqua ratio suadere hoc, sed ex sola positione Augusti. quem Gregorius postea secutus est, nam videbatur Augustino inconueniens, quòd damnati viderent gloriam beatorum, & quia arguebatur contra eum de diuite, qui in tormentis positus vidit Lazarum, & Abraham, &c. dicit, quòd hoc fuit ante diem iudicij, sed post diem iudicij impij nullam lucem Dei videbunt cui confitean tur. Si autem hoc non diceret assereremus, quòd damnati gloriam Sanctorum viderent semper, & non videretur esse aliquod inconueniens, immo dicunt aliqui, quòd potius debent damnati post iudicium videre gloriam beatorum, quam ante iudicium. Primo patet, quia cum visio ista non sit per reuelationem, sed naturalis cognitio manebit semper tam ante iudicium, quam postea, non enim erit minus virtus intelligendi damnatorum post iudicium, quam prius. Secundo, quia cum damnati cognouerint ante iudicium gloriam beatorum, si postea non cognoscunt videtur, quòd obliti sunt notitię huius, sed obliuio nõ potest esse in damnatis, vt ostensum est supra, ergo manebit semper illa prior cognitio. Tertio, ga potius videbit, ꝙ tũc cogno-

scere possint, nam ante iudicium damnati non videbũt beatos oculo corporali, sed solũ intellectiuo, post iudicium autem cognoscent eos etiam sensitiue, nã in die iudicii congregabuntur coram Christo omnes gentes, boni a dextris, mali a sinistris, & sic iudicabuntur, & videbunt ibi damnati omnes beatos, & statum eorum, quantum ad gloriam corporis, i. claritatem, & quomodo quidam erunt eleuati plusquam alii, & magis adhærentes Christo, & licet desinat illa visio recedentibus vtrisque de loco iudicii, manebit tamẽ in damnatis quædam notitia ex illa visione, & sic potius cognoscere poterunt beatos cum accesserit etiã visio sensitiua, quam prius cum solam notitiam intellectiuam haberent.

Quarto, quia causa videndi gloriam beatorum nõ cessabit post iudicium, nam ista visio fit ad hoc, ꝙ torqueantur magis damnati, videntes gloriam, quam pdiderunt, & tamen post iudicium debent habere etiam omne genus pœnæ: ergo tunc videbunt gloriã beatorum.

Motiuum autem Augustini ad dicendum, quòd damnati post iudicium non videbunt gloriam beatorum est, quia dicit, quòd damnati post iudicium in profundioribus tenebris positi erunt, sed profundiores tenebræ sunt, quæ in loco inferiori sunt, ideo videtur sensus, quòd post iudicium detrudentur damnati in loca inferiora terræ, in quibus non erant prius, & ideo tunc nihil videre poterunt de gloria beatorum.

Sed hoc non stat, quia non potest videri gloria beatorum corporaliter, vt ostensum est supra, ideo habitudo loci non impedit. Secundo, quia non est verum, quòd damnati post iudicium abscondantur in locis profundioribus, sed eadem loca erũt in quibus prius manebant, & tunc erunt. Tertio, quia non dixit Augustinus in profundioribus locis, sed tenebris, accipitur autem tenebra spiritualiter, prout dicimus tenebram ignorantiæ, quæ est tenebra intellectus, possunt autem esse in profundioribus tenebris. i. maiori ignorantia, & ita aliquid prius intelligebant, quod postea forte non intelligent.

Quomodo continget, quòd damnati non sint visuri post iudicium gloriam beatorum.
Quæst. DCXXX.

NVNC autem est dicendũ quomodo possit esse, quòd post iudicium non videãt damnati gloriam beatorum.

Dicendum, quòd potest vno modo fieri si aliqualiter visio illa prouenit ex reuelatione, vel Deo adiuuãte specialiter intellectum eorũ, vt possint intelligere beatorum statum aliqualiter non participando de eorum beatitudine, & tunc post iudicium Deus cessaret forte ab illa aliquali illuminatione, vel adiutorio intellectus eorum, & sic non possent illam gloriam Sanctorum, quam prius saltem exiliter intelligebant, tunc intelligere, & iste modus videtur aliqualiter conuenire verbis Augustini, quia dicit, quòd erunt post iudicium in profundioribus tenebris, scilicet ignorantię constituti, quasi deserti a Deo, cum dicitur nullam Dei lucem videbunt, scilicet non erit tunc aliqua reuelatio, vel adiutorium diuinum ad intelligendum, sicut prius, ideo minus intelligent, sed quia non posuimus fieri aliquam reuelationem damnatis, quæ continue maneret, forte iste modus minus conuenit, sed siquis illum astruat, non erit inconueniens, cum non communicetur ex hoc damnatis aliqua portio beatitudinis per talem reuelationem.

Secundo modo potest hoc fieri per hoc, quòd dãnati efficiantur minus intelligentes, quam prius, & hoc per accidens, scilicet ex conditione rei intelligibilis, nam (vt dictum est) quælibet anima separata cognoscit omnes intelligentias. Et quia damnati ante iudicium sunt animę separatę, & beati etiam, cognoscunt naturaliter damnati omnes beatos, & quia cognita re nõ potest ignorari omnino cognitio eius, sed aliquid de illa cognoscetur, necesse est, quòd cognoscant damnati saltem in generali, & confuso aliquid de conditione beatitudinis beatorum, post iudicium autem damnati non erunt animę separatę, sed homines resumptis corporibus, ideo forte non manebit eis cognitio substantiarum separatarum, quam habebant cum essent animę separatę, & tunc non esset inconueniens, quòd ignorarẽt aliqua, quę prius sciuerant. Sed istud non concedimus, quia damnati post iudicium cognoscent substantias separatas, nam dęmones cognoscent, quę sunt substantię separatę, quòd si non cognoscerent, minueretur aliquid de ipsorum pęna, quia odiosi valde sunt eis, cum illi impulerint eos, vt venirent in hunc locum tormentorum. Etiam quia in damnatis nihil erit, quod impediat influxum specierum a substantijs superioribus recipi, nam licet nunc impediat aliquid, scilicet conditio corporis corruptibilis, & dediti totaliter sensibus, tunc autem non erit corpus corruptibile, ideo non impediet recipi in animabus damnatorum, sed per illum influxum specierum cognoscuntur substãtię separatę, ergo damnati resumptis corporibus adhuc cognoscent substantias separatas, & ideo ex ista parte non deerit cognitio.

Sed dicendum, quòd poterit de esse, quia non cognoscent damnati beatos, sicut prius, ideo neque eorum statum, nam prius erant beati substantię separatę, & cognoscebantur naturaliter a damnatis, tunc autem non erunt substantię separatę, sed homines, ideo non poterunt cognosci ab eis illo modo, nam animę damnatorum non cognoscunt omnes homines, qui sunt hic, & ideo, neque cognoscent illos, qui erunt in vita ęterna. manet autem alius modus cognoscendi eos, scilicet sensitiue, & istum non habebunt, quia non poterunt videre beatos corporaliter, & sic non manebit illis modus cognoscendi beatos, & tamen nunc damnati cognoscunt statum beatorum in generali, eo quòd cognoscunt ipsos beatos, neque cognoscent statum beatorum.

Tertio modo potest hoc accidere ex conditione pœnarum, scilicet quòd post iudicium erunt damnati magis immersi in pœnis, quam ante iudicium, & ex hoc non poterunt cogitare de quibusdam, quæ prius cogitabant, nam nobis istud accidit, de damnatis etiam verisimile est, quia maiores pœnę eorum erunt post iudicium, quando tam in corpore, quam anima patientur.

Responsio Ad 1. ratio. opinionis tertij dubij, quæ posita fuit q. 629. Quæst. DCXXXI.

NVNC respondendum est ad ea, quę objciebantur, quòd maneret eadem cognitio post iudicium de gloria damnatorum, quia vt in primo dicitur erat cognitio naturalis, & dicendum, quòd (vt aliqui volunt) erat aliqualiter ex adiutorio speciali Dei, & ideo quantum ad illud cessabit. Sed etiam si non teneatur istud, sed secundum, mutatur modus cognoscendi substantiarum separatarum per accidens in quantum beati non sunt substantiæ separatæ, quæ possint cogno-

sci, sicut prius. Vel iuxta tertium modum potest dici, quòd cognitio naturalis interdum impeditur, sicut in absorptis per pęnam, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd non accidit obliuio damnatis directe, sed cessat illud, quod adiuuabat ad cognitionem, idest, Deus iuxta primum modum, vel non manet penitus idem cognoscibile, ideo cessat cognitio iuxta secundum modum, vel iuxta tertium dicetur, quòd non fit obliuio, sed impeditio cognitionis per immersionem in pęnis.

Ad tertium dicẽdum, quòd si maneret semper illa viua cognitio esset causa amplioris notitię de beatis, sed mutata fuit notitia precedens per accidens, scilicet qa beati nõ sunt substantię separatę, sicut prius, & iõ non tantum contulit ista visio per se quantũ per accidens abstulit inquantum cessauerunt beati esse substantię separatę. Vel potest dici, quòd licet per se adiuuet visio illa, tamen per accidens ex immersione in pęnis efficitur minor cognitio.

Ad quartum dicendum, quòd manet eadem causa habendi cognitionem quandam de gloria beatorum, & ita habent illam quantum sufficit ad hoc, ꝙ torqueantur, non quidem habent illam per modum actualis cognitionis, sed per modum memorię recordabuntur glorię beatorum, quam ante iudicium, vel in iudicio viderunt, & dolebunt, sicut prius, licet ista memoria glorię non erit cognitio glorię talis qualis prius, sicut siquis recordetur se olim habuisse scientiã geometricã, & nũc oblitum esse, nam non cognoscit id, quod prius, sed scit se sciuisse, quod prius sciuerat, ita & tunc damnati recordabuntur post iudicium se habuisse prius quandam cognitionem de gloria beatorum, quam nunc habebunt, & tamen hoc erit eis causa męroris, quia aliqualiter scient beatos esse in gloria, quia ista memoria non sinit adhuc perdi totaliter illam cognitionem, sicut siquis recordatur se sciuisse quondam geometriam, scit saltem nunc, quòd geometria aliquid sit, & sit, & tamen nescit conclusiones eius, & insuper damnati dolebunt magis de hoc, quòd tunc non permittentur cognoscere gloriã beatorum, quam prius aliquo modo nouerant, & sicut videre gloriam illam erat damnatis magna pęna ex inuidia, quam habent ad beatos, ita priuari visione illa, vel cognitione postquam cognouerant, est maior pęna, quia per hoc vident se iudicari esse indignos illa cognitione, quæ prius eis permittebatur, & hoc erit eis grauior pęna, quam videre gloriam beatorum, & inuidere.

Ad 1. rone principalę in oppositũ pęnin. quæ fuit q. 626.

Ad rationes factas supra est nunc respondendum, ad primam cum dicebatur, ꝙ non videant damnati gloriam beatorum, quia magis distat ab eis gloria beatorum, quam ea, quæ in hoc mundo aguntur.

Dicendum, quòd vt quidam putant permittuntur damnati scire gloriam beatorum, non autem ea, quę aguntur hic apud nos, licet magis distet ab eis gloria beatorum, quia gloria beatorum visa affligit eos, ea vero, quę apud nos sunt cognita non affligunt eos, quia de his, quæ apud nos sunt, non multum habent damnati vnde inuideant, sed de his, quę apud beatos sunt habent, vnde multum illis inuideant, & doleãt, ideo illa eis manifestantur, hęc autem non, licet si alia hic sunt, quæ cognita affligant eos, etiam ista eis ostenduntur ad eorum pęnam.

Aliter potest dici, quòd non est verum, quòd ea, quæ hic sunt apud nos, minus distent a damnatis, quã ea quę apud beatos sunt. Et ratio est, quia beatos cognoscunt damnati naturaliter quandiu sunt animę separatę, quia sunt substantię separatę, & vna substantia separata nouit alteram, vel anima separata quamlibet substantiam separatam, & quia non potest cognosci substantia aliqua quin aliquo modo cognoscatur conditio eius, necesse est, ꝙ cum animę dãnatorum nouerint beatos, qui sunt animę separatę, nouerint ẽt gloriam eorum saltẽ in generali, vt dictum est supra: res aũt particulares, quę sunt non possunt cognoscere naturaliter determinate, quia cognoscunt per spẽs vniuersales, & virtus aĩę separatę nõ est proportionata illis speciebus, ita vt ex illis sic vniuersalib⁹ possit se determinare ad particularia, vñ regulariter ad nulla particularia se determinat, sed oĩa cognoscit confuse, nisi dupliciter se ad quędam determinauerit, vt dictum est supra, iõ naturaliter est elongata quelibet aĩa damnata a cognitione horum, quę apud nos aguntur, q̃ a cognitione glorię beatorum. hęc rñsio procedit supposito, ꝙ cognitio glorię beatorũ cognoscatur naturaliter a damnatis, precedens aũt procedit supposito, ꝙ cognitio glorię beatorum sit aliqualiter damnatis ex reuelatione, vel diuino adiutorio. Ad secundum dicendum, ꝙ id, quod concedit Sanctis hic manentibus ex magno munere, non cõceditur damnatis, & cum dr̃, ꝙ Paulo concessum est, dicendum ꝙ Paulo concessum est, quia datum est ei supernaturaliter, ꝙ cognosceret id, quod nemo poterat cognoscere, nisi supernaturaliter dum viueret, damnatis autem non conceditur aliquid supernaturale, sed naturale est eis cognoscere beatos, & eorum beatitudinẽ, sicut dictum est, ideo non est argumentum. Aliter potest dici, ꝙ dato, ꝙ damnatis concederetur ex aliquo speciali munere, scilicet reuelatione cognoscere beatorum gloriã, vel ex adiutorio diuino, nõ erit tdẽ, quod de Paulo, quia Paulo datum est cognoscere gloriam beatorum vniuoce, scilicet experiendo eam, videndo essentiam diuinam, & habendo similitudinẽ glorię in quodam gradu, & si illa maneret esset Paulus simpliciter beatus, & hoc non potest alicui dari in hac vita, nisi ex magno dono, immo ex maximo, quia non creditur alicui datum, nisi Paulo, & alij addunt Moysen. tale non conceditur damnatis, quia efficeret eos beatos, sed solum datur eis quædam cognitio vniuersalis, & confusa sine aliqua experientia, idest sciunt, quòd beati sunt in quodam statu excellenti, sed nescit̃ determinate quis sit ille status, & ista notitia sufficit ad hoc, quòd beati doleant nimis ex inuidia, & tamen non communicatur eis aliquis gradus perfectionis, neque experiẽtia beatitudinis, quia illa est cognitio per experientiam, & est ibi quædam similitudo vniuocationis.

An beati in patria existentes videbunt pœnas damnatorum, & quomodo, vel qua cognitione.
Quæst. DCXXXII.

QVAERETVR an beati, qui erunt in patria videbunt pęnas damnatorum. Aliqui dñt, ꝙ non: quia maior est distantia beatorum a damnatis, quam a viatoribus, sed beati non vident ea, quę fiunt apud viatores, idest apud nos, qa dr̃ Isa. 63. super illo verbo Abraham nescivit nos, dicit glo. nesciunt mortui etiam Sancti quid faciant vivi etiam eorum filij, ergo multominus vident pœnam damnatorum. Secundo, quia perfectio visionis dependet a perfectione visibilis, vnde dicit Aristote. 10. Ethicorum, quòd perfectissima sensus operatio est sensus optime dispositi ad pulcherrimum sub sensu iacentium, ergo a contrario sensu turpitudo visibilis redundat in visionis imperfectionem, sed nulla turpitudo est in beatis, ergo non videbunt miserias damnatorum in quibus est summa turpitudo. Tertio, quia si beati viderent pœnas istas, ratio cognoscendi hęc, esset essentia diuina, vel proprietas personalis,

ſonalis, non eſſentia, quia illa eſt indiſtincta ad omnes creaturas, neque etiam proprietas, aut perſonalis notitia, quia tunc ratio cognoſcendi non eſſet communis Trinitati, vel tribus perſonis, neque reſpectus ad extra poteſt eſſe ratio huius cognitionis. Quarto, quia nihil videt a creatura in Deo, niſi habeat in Deo ideam, ſed priuatio eſt pœna damnatorum, & malum quoddam, & hęc non habent ideam in Deo, ergo non potuerunt beati in Deo cognoſcere aliquid horum.

Dicendum, quòd beati videbunt pœnas damnatorum, ꝙa dicitur Iſa. vlt. c. egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui prœuaricati ſunt in me, & glo. dicit, ꝙ iſti erũt electi, qui videbunt pœnas damnatorũ, qui prœuaricati ſunt contra Deum, nam pro hoc dat̃ eis illa pœna. Etiam apparet, quòd de hoc intelligatur, quia dicitur ibi, vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur, & iſta eſt pœna damnatorũ, quia nulla alia pœna eſt, quę non finiatur, niſi pœna illorum.

Secundo patet, quia hoc tenet Auguſtinus, & Grego. & hoc Magiſter oſtendit 4. Senten. diſtin. vlti. & hęc eſt communis poſitio. Tertio, quia a beatis nihil debet ſubtrahi, quod ad perfectionem beatitudinis pertineat, vnumquodque autem magis cognoſcitur ex comparatione contrarij, quia illa iuxta ſe poſita clarius apparent qualia ſint, vt ergo beati magis cognoſcant beatitudinem ſuam, & de ea Deo gratias vberiores reddant, conceditur eis, quòd pœnas damnatorum cognoſcant. Sed nũc dubiũ eſt quomodo cognoſcant, aut videant pœnas damnatorum.

Dicendum autem, quòd non poſſunt videre ſenſitiuę, & patet, quia aut ante iudicium, aut poſt iudiciũ non ante iudicium, quia tunc beati ſunt ſolę animę ſeparatę, quę non habent organa, nec potentiam ſenſitiuam, ideo nihil videre poſſunt. Secundo, quia ad videndum pœnas damnatorum oportet videre damnatos, ſed damnati ante diẽ iudicij videri nõ poſſunt, quia ſunt animę ſeparatę, ergo nõ poterunt eos videre beati etiam ſi habentes eſſent potentiam viſiuam. Tertio, quia pœnę damnatorum ſunt ſub terra, beati autem ſunt in cęlo empyreo, ideo non poſſent videri etiam ſi tam beati, quam damnati eſſent corporei, cũ terra interpoſita ſit, quę non eſt locus tranſitus ſpecierum. Si autem ſit poſt diem iudicij etiam videri non poteſt pœna damnatorum, quia pœna damnatorum conſiſtit in priuatione, ſed priuatio non poteſt videri, ergo non videbitur a beatis. Secundo, quia beati ſunt in cęlo decimo, & damnati in abyſſo, tanta autem diſtantia non permittit aliquid videri, quia non poterit aliquid exiſtens ſuper terram ad paruitatem hominis venire vſque ad cęlum decimum, quod non veniat ſub tam acuto angulo pyramidis, quòd nullo modo mouere poſſit, etiam quia magna diſtãtia a principio a quo effluit ſpecies, facit deficere vim ſpeciei, ita vt iã mouere non poſſit. Tertio, quia terra interpoſita eſt, & illa non permittit tranſire ſpeciem aliquam, ideo etiam ſi beati propinqui eſſent, & haberent potentiã viſiuam multo plus glorificatam, non poſſent aliquid videre, quia impoſſibile eſt videri aliquid ſine ſpecie viſibili, ſed non poteſt aliqua ſpecies multiplicari, niſi per medium diaphanum quale nõ eſt terra, ergo non poterunt vllo tempore videri damnati a beatis, quando fuerint in inferno.

Dicendum ergo, quòd iſta cognitio eſt intellectiua, quam etiam viſionem vocamus. Sed tunc beatis competit duplex cognitio, ſcilicet naturalis, & in verbo eſt dubium qua cognitione illud cognoſcatur.

Eſt dicendum, quòd non cognoſcent beati pœnas damnatorum cognitione intellectiua naturali, ratio eſt, quia cognitio iſta, aut erit in beatis ante iudicium, aut poſtea, non prius, quia tunc ſunt beati ſolę animę ſeparatę, & cognitio eorũ naturalis eſt per ſpeciem, quæ repręſentat res in proprio genere, & iſta eſt influxa a ſuperioribus ſubſtantijs, & quia eſt naturalis conuenit omnibus animabus dãnatorum, & beatorum, & quia ſunt naturaliter ſubſtantię intelligẽtes infimę in gradu intellectualitatis, accipiunt ab angelis bonis, vel malis, qui ſunt ſuperiores, ſpecies influxas per quas intelligunt, & quia ſunt ſpecies iſtę vniuerſales, & virtus intellectiua animę eſt parua non ſufficit ad ſe determinandum ad omnia indiuidua ex illa ſpecie vniuerſali, ſed ad quędam ſe determinat dupliciter, vt dictum eſt ſupra, cum ergo indiuidua, quæ ſub ſpeciebus ſunt non cognoſcant, ideſt omnes homines particulares, multo minus cognoſcent accidentia illorum, ideſt an bene, vel male ſe habeant, & in quo gradu boni, & mali, & hoc eſt ſcire pœnas, ergo neſcient pœnas damnatorum naturali cognitione.

Secundo, quia in cognitione naturali non ſunt maiores beati, quam dãnati, quia cum naturalis ſit, communis eſt eis, & ab eodem recipiunt, ideſt ab angelis bonis, & malis, & vtrique recipiunt ſpecies vniuerſales. non eſt ergo aliqua differentia, niſi quantum ad maioritatem virtutis intellectiuę, quia cuius fuerit maior virtus intellectiua, erit altior, & abundantior intellectio, & magis determinata, & ita cum tam animę ſeparatę, quam angeli habeant ſpecies vniuerſales, angeli intelligunt determinate per ſpecies illas vniuerſales, animę autem non intelligunt, niſi confuſe, ſed aliquę animę damnatę ſunt maioris virtutis intellectiuę naturaliter, quam beatę animę, ergo quantum ad cognitionem naturalem, quæ eſt per ſpecies influxas ab angelis magis intelligent damnati, quam beati, & tamen damnati non cognoſcunt cognitione naturali gloriam beatorum, niſi multum confuſe, ergo neque beati cognoſcent pœnas damnatorum cognitione naturali, niſi multum confuſe, talis autem notitia non competit beatis, quia eſt deficiens, & omnis defectus eſt malum quoddam, ergo ante iudiciũ non cognoſcent damnatorum pœnas beati cognitione naturali.

Neque etiam poſt iudicium per cognitionem naturalem poterunt beati cognoſcere pœnas damnatorum, quia tunc cognitio naturalis poteſt dupliciter accipi, vna quæ eſt ſecundum ſenſum, ideſt qua intellectus accipit a ſenſu, & ſenſus a re, alia eſt intellectus qua accipit ab intelligentijs. quantum ad primam patet, quòd erit tunc naturalis, quia erunt tunc corpora reſumpta poſt reſurrectionem, & accipiet ſenſus a rebus, & eſt naturale homini, quòd accipiat per ſenſum cognoſcibilia, quę poſtea intellectus intelligat, ſed hoc modo nõ poterunt beati cognoſcere pœnas damnatorum, quia videri illę non poſſunt, vt oſtenſum eſt ſupra, ideo per viſum non cognoſcẽtur ad hoc, quòd poſtea intelligantur.

Non etiam per alium modum, quia licet verum ſit, quòd reſumptis corporibus maneat influxus intelligentiarum in animas, cum corpora potiſſime beatorum non impediant hunc influxum, non tñ erunt vires animę maiores ad cognoſcendum per ſpecies influxas naturaliter, quam cum erat anima ſeparata, ꝙ vires animę in ſeipſis non creſcunt, nec minuuntur, ſed potius per animã vniri ad corpus impediri põt aliqualiter potius, ꝙ adiuuari receptio illius influxus, quia nunc propterea non recipimus ab intelligentijs, quia immerſio animę in corpore, & conuerſio ad ſanſus tollit illam receptionem, ergo ſaltem non intelliget efficacius poſt iudicium beatus aliquis quantũ ad cognitionem naturalem, quam prius, ſed ante iudicium

dicium (vt oſtenſum eſt) non poſſunt beati cognoſcere naturaliter pœnas damnatorum, ergo neque poſt iudicium.

Dicendum ergo, quòd erit cognitio iſta in verbo, quilibet enim beatus habet cognitionem in verbo. Eſt autem iſta perfectiſſima cognitio qua Deus ſufficienter omnia repræſentat, & cum ſit mediũ cognoſcendi excellentiſſimum, eſt cognitio excellentiſſima, & certiſſima. & dicendum, ꝙ quælibet pœna cuiuslibet damnati, & ſimul pœnę omnium damnatorum cognoſcuntur in Deo, & diſtincte, nã cognitio indiſtincta eſt imperfecta, ſed cognitio in Deo, q̃ eſt beatifica non poteſt eſſe imperfecta, ergo non erit indiſtincta. Et ratio eſt, quia non eſt de cognitione in verbo, ſicut in cognitione per ſpecies influxas ab intelligentiis, nã ſpecies influxæ ab intelligentiis ſunt vniuerſales, & quanto eſt ſuperior intelligentia, tanto eſt ſpecies vniuerſalior, & tunc quia commenſuratur ſpecies virtuti intellectus, quanto eſt intellectus maior, tanto magis diſtincte intelligit ex illis ſpẽbus vniuerſalibus ſe determinãdo ad ſingularia. Et quia intellectus humanus eſt minimus intelligit imperfecte, & vniuerſaliter per ſpecies illas, & ideo cognitio naturalis animarum ſeparatarum eſt debilis, & imperfecta: ſecus autem eſt de cognitione in verbo, quæ eſt beatifica, nam repræſentatiuum eſt ibi eſſentia diuina, & illud eſt de ſe determinatiuum ad ſingula repræſentabilia, nõ per pluralitatem formarum actualium velut ſpecierum quas realiter cõtineat eſſentia diuina in ſe, ſicut intellectus habet actualiter multas ſpecies, quia in eſſentia diuina non ſunt plures res abſolute, ſed ipſa eſſentia vna exiſtens per plenitudinem, & illuminationẽ ſuæ virtutis eſt repræſentatiua determinate omnium rerum, quia quandocunque aliqua cauſa actiua eſt illimitata ad plures effectus, ex virtute ſua actiua, & perfectione eſt determinata ex ſe ad quodcunque illorum determinatione excludente contradictoria. i. non eſt indifferens ad producendum quodcunque illorum ęqualiter, ſicut virtus actiua ſolis non eſt indifferens ad producendum quemcunque vermem, vel non producendum, ratio huius eſt, quia ſi illa virtus actiua eſſet reſpectu huius virtutis tantum toileret illimitationẽ huius virtutis reſpectu alterius effectus, & ſic non eſſet cauſa illimitata, ſicut ponebatur, vt patet per exemplum de ſole: ſed eſſentia diuina eſt huiuſmodi cauſa illimitata, ergo ex ſe ſine aliquo reſpectu eſt cauſa determinata, & ratio videndi, omnia, ſi enim aliqua eſſentia eſt ratio cognoſcendi, a nihil tollitur ab illa inquantum eſt determinatiua cognitionis in b. & ſic cum ſit ratio cognoſcendi iſtius, & illius, & cuiuſcunque alterius, ſic eſt ratio cognoſcendi illimitata cuiuſcunque cognoſcibilis, & tunc ratione ſuę perfectionis actiuę eſt determinata ex ſe ad quodcũque illorum determinatione excludẽte contradictoria, & ita damnatorum pœnas poſſunt beati per eſſentiam diuinam determinate cognoſcere, ſicut per propriam rationem cognoſcendi, & videndi.

An beatus videns ex Dei reuelatione pœnas alicuius de nouo damnati videat illas per nouam aliam viſionem, vel per præcedentem. Quæſt. DCXXXIII.

SED PONE, quòd beatus cognoſcit nunc pœnas damnatorum aliquorũ, & reuelat Deus poſt hoc pœnas aliorum, vel forte efficitur aliquis de nouo damnatus, & cognoſcit de nouo beatus pœnas illius in Deo, an ſit per aliam nouam viſionem, vel per præcedentem viſionem Dei.

Aliquis dicet, quòd non poterit eſſe eadem viſio, quia habet beatus cognitionem de obiecto de quo non habebat, ergo alia eſt viſio.

Dicendum, quòd eſt eadem viſio, quæ prius, & nõ poteſt eſſe alius actus viſionis, quia ad vnam rem vnicus actus videndi eſt niſi interrumpatur, ſed actus viſionis beatorum non eſt interruptus, quia nunquam ceſſant actualiter Deum intueri, quia alioquin ceſſarent aliquando eſſe beati, vel interrumperetur ſua beatitudo, quod abſurdum eſt: manente, ergo eodem actu ſempr viſionis ad diuinam eſſentiam in qua cognoſcuntur omnia, licet aliquid in ea incipiat videri, quod prius non videbatur, non eſt noua viſio, quia vel eſſent ſimul duę viſiones de eadem re, quod eſt impoſſibile, vel prœcedens eſſet interrupta, quod falſum eſt. Eſt ergo eadem viſio, ſed eſt nouus reſpectus attingentię, eodem enim actu viſionis quo videt quis diuinam eſſentiam, videt quodcunque nouiter reuelatum, vel nouiter cognitũ in ea ſolo nouo reſpectu aduenięte de eo, quod nouiter cognoſcitur. Sicut ſiquis videret lignum, & illud inciperet ſerrari, & ſic videretur eadem viſione vna non interrupta, videret lignum, & ſerrationem, & duas partes ligni, cum prius videret vnum tantum lignum.

Cum vero obijcitur, quòd videt aliud obiectum, quod non viderat, ergo non poteſt eſſe eadem viſio, quæ prius. Dicendum, quòd ſi illud obiectum per ſe cognoſceretur, & ſub alia ratione obiectiua, & alia repreſentatiua, poterat eſſe alia viſio, tamen cum illud obiectum videatur in repreſentatiuo eodem in quo cętera, & non ſub alia ratione determinata in eo diſtincta realiter ab alijs rationibus, vel formis, nõ eſt alia viſio, ſed eadem, eſt autem reſpectus nouus attingentiæ. vt dictum eſt.

Nunc circa hęc eſt dubium cum cognoſcantur pœnę damnatorum in Deo, an habeant in eo ideam.

Dicendum, quòd ſic, ſed ad hoc notandum, quòd cum idea ſit (vt nunc accipitur) principium cognitium aliquid, cognoſcitur dupliciter, vt Auguſtin. ait nono libro de Trinitate, capitulo decimo, & Ariſtotel. ſeptimo Metaphyſic. ſcilicet poſitiue, & priuatiue, habitus enim cognoſcitur per ſuam entitatem, priuatio autem cognoſcitur per habitum, & rurſus dicendum, quòd pœna damnatorum eſt duplex, ſcilicet pœna carentię viſionis Dei, & pœna ſenſus, pœna autem carentię non habet ideam in Deo, ſicut nec priuatio, quia non entis non eſt idea directe, neque tamen ceſſat, ideo cognoſci, quia rectus eſt iudex ſui, & obliqui, vt dicitur 5. Phyſi. & ita per habitum cognoſcitur habitus, & priuatio, ſed omniũ habituum ſunt ideę in Deo, ideo & omnes priuationes poterũt cognoſci in Deo per ideas habituum. Alia eſt pœna ſenſus, quæ eſt poſitiua, & iſta directe habet ideam in Deo per quam cognoſcatur, & ita apparet, quòd beati pœnas omnium damnatorum cognoſcere poſſunt in Deo, & diſtincte, quia illud eſt excellens, & diſtinctum repreſentatiuum.

Reſponſio ad primam rationem principalem in diuerſum, in quæſtione principali, ſcilicet 632. Quæſt. DCXXXIIII.

AD argumenta in contrarium reſpondendũ. Ad primum dicendum, quòd illa Glo. intelligitur de Sanctis nondum beatis, ſicut Sancti ante aduentum Chriſti, qui erant in ſinu Abrahę, nam nondum erant beati cum non veniſſet Chriſtus, qui redimeret eos, neque poterant videre diuinam eſſentiam ſine qua nõ eſt beatitudo, & ideo non eſt inconueniens, quòd tunc multa ignorarent, immo omnia ignorabant præter illa, quæ natu-

rali

rali cognitione sciebant, sicut, & damnati, & si qua F
eis per angelos bonos interdum reuelabantur, & de talibus loquitur litera, scilicet de Abraham, qui quando locutus est Isaias (quem exponit Aug.) erat in lymbo sanctorum, & ignorabat ea, quę in populo Iudaico filiorum suorum gerebantur, sed Sancti, qui nunc beati sunt nihil horum ignorant, quia omnia clare cognoscunt in essentia diuina.

Alio modo potest dici, quòd in beatis est duplex cognitio, scilicet in verbo, & naturalis, quantum ad cognitionem naturalem nō cognoscunt pœnas damnatorum, sicut dictum est, nec accidentia, quæ in nobis accidunt, sed cognitione, quæ est in verbo cognoscunt omnia tam, quæ apud damnatos, quam quæ apud viuos aguntur, & hæc omnia determinate, vnde
Gre. 12. li. Mora. dicit de animabus sanctis sentiendū G
non est hoc, quod Iob. dicit, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles nescient, quia intus habent deitatem, nullo modo credēdū est, quòd sit foris aliquid, quod ignorent.

Ad secundum dicendum, quòd licet pulchritudo visibilis faciat ad perfectionem visionis, tamen turpitudo rei visibilis visionem, aut videntem inficere nō potest, & causa est, quia non habet tale esse species in anima, sicut in re, quia in re sunt formę materiales, & sunt ibi materialiter, ideo possunt habere turpitudinem ex conditione materię, in anima autem sunt intentionaliter, nam in sensu particulari adhuc sunt intentionaliter solum, & non materialiter, & ideo non H
inficitur oculus suscipiendo species quarumcunque rerum turpium, quia non fert secum conditiones materiales, sed immaterialiter, & indiuisibiliter recipiuntur, quanto magis in intellectu recipiuntur pure spiritualiter. & ideo non possunt aliquo modo inficere, maxime, quia species rerum cōtrariarum, quando sunt in intellectu, non habent contrarietatem, quia contrarietas formarum est secundum esse naturale, non secundum esse intentionale, & ob hoc Deus, qui mundissimus, & incontaminatus est, omnia tam turpia, quam pulchra cognoscit.

Ad tertium dicendum, quòd ratio videndi, vel cognoscendi pœnas istas non est proprietas personalis, neque aliquis respectus ad extra, sed essentia diuina. Et cum dicitur, quòd est indistincta ad omnes creaturas, ideo non designabit aliquam earum determinate. dicendum, quòd indeterminatio est duplex. vna I
est indeterminatio passiua, quæ est imperfectionis, idest res nō est ex se determinata, sed per aliquid aliud actiue determinabitur, sicut materia est indeterminata ad formas, & genus ad species, & potentia ad actus, & istę sunt determinationes pertinentes ad imperfectionē, & talis nō est in Deo. Alia est indeterminatio actiua, & dicitur esse illimitatio, idest quādo aliqua virtus actiua non limitatur ad vnum tantum quin possit in alterum, & in alterum, nam illa tunc est illimitata, quia non trahitur ad vnum solum, & tamen per seipsam determinatur ad quodlibet, quod sub virtute eius continetur, & sic virtus Dei est determinata
ratio agendi, & cognoscendi, licet sit illimitata. K

Ad quartum dicendum, quòd pœna est malum, & inquantum malum est priuatio, & illa non habet ideam, quia nō entis nō est idea. sed rursus pœna aliquid positiuum dicit, & quātum ad illud habet ideam per, quam directe cognoscitur, secus de pœna, q̄ est carentia diuinę visionis, quia illa non habet ideam, sed per ideam sui habitus cognoscitur.

An beati compatiantur damnatis.
Quæst. DCXXXV.

QVAERETVR cum beati videātur pœnas dānatorum, an compatiantur eis.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia compassio ex charitate nascitur, sed in beatis est perfectissima charitas, ergo maxime cōpatientur damnatis. Secundo, quia beati nunquam erunt tam elongati a passione quantum Deus est, sed Deus quodā modo miserijs nostris compatitur, vnde misericors dicitur, & similiter angeli, ergo beati compatientur damnatis. Dicēdum, quòd accipiendo proprie compati non compatiuntur beati miserijs damnatorum, nec etiam amicorum viuentium, aut parentum, & cognatorū, qui adhuc fęlices esse possunt, licet eorū miserias clare cognoscant, quia quicunque miseriæ alicuius compatitur, fit miserię eius quodam modo particeps, sed beati non possunt esse participes alicuius miserię, ergo beati miserijs non compatiuntur.

Circa hoc, ergo considerandum, quòd compassio potest dupliciter in aliquo inueniri, vno modo per modum passionis, alio modo per modum electionis, in beatis autem non est passio, nisi consequens rationis electionem, hoc modo ex rationis electione misericordia, vel compassio nascitur prout aliquis vult malum alterius repelli, vnde & in illis, quæ secundum rationis iudicium repelli non volumus, passionem talem non habemus, peccatores autem quandiu sunt in hoc mundo in tali statu sunt, quòd sine præiudicio diuinę iustitię, & voluntatis possunt transferri in beatitudinē a statu miserię, & peccati, & ideo bonorum virorum electio ad eos compassionem habet, idest habet locum ibi cōpassio, tam secūdum electionem prout Deus, & angeli, & beati ei compati dicuntur, quam secundum passionem, quia locum habet ista passio animi in viuētibus viatoribus, sed peccatores post mortem non potuerunt transferri a statu pœnę ad statum beatitudinis, ideo non possumus sine præiudicio diuinę iustitię velle illorum mutationem, & ideo, neque secundum electionem, neque secundum passionem compati eis debemus. De electione patet, quia illa esse debet secundum rationem, & tamen ratio iudicat nihil agendum esse contra Dei voluntatem, sed iustitia Dei, & volūtas sua recta exigūt, quòd damnati in perpetuum maneant in pœnis, ergo nullus bonus eligere potest, quòd illi liberentur, & ita non erit ibi compassio secundum electionem, vnde neque Deus hoc modo compatietur illis, neque angeli, nec beati, neque nos compati debemus, & quando compassio secundum electionem est vetita, a fortiori compassio secūdum passionem erit illicita, quia illa debet sequi electionem.

Sciendum autem, quòd hæc est differentia, quia Deus, & angeli, & beati aliquando habent cōpassionem secundum electionem, & interdum non, compassionem autem secundum passionem nunquam possunt habere, nos vero, qui hic manemus vtrunque habere possumus, & debemus interdum habere, interdum autem nullam. De primo patet, quia Deus angeli, & beati compatiuntur secundum electionem bonis, qui hic patiuntur angustias corporales, quia aliàs Deus nūquam liberaret bonos de his angustijs, & Sancti, & angeli nunquam orarent liberari illos de eis. Etiam compatitur Deus peccatoribus manentibus hic, qui aliàs nunqnam illustraret corda eorum, vt resurgerent a peccato, & Sancti nunquam orarent pro eis, cum tamen sępe eorum precibus a peccatis liberentur. Interdum autem non compatiuntur secundum electionem, vt quando ratio iudicat contrarium,

trarium, sicut circa damnatos, non enim eligunt mi- A
serias eorum tolli, quia rationi repugnat. Sed compassionem per modum passionis habere nō possunt, quia Deus non potest pati cum sit impassibilis: angeli autem pati etiam non possunt ex conditione beatitudinis, ex conditione autē naturę aliquid pati possunt, sicut, & dęmones patiuntur: sed nunc passionem accipimus motum factum in parte sensitiua, quæ est pars inferior animę, scilicet in cōcupiscibili, vel irascibili, sed hęc pars non est in angelis, ideo non possunt sic compati.

De beatis dicendum, quòd aut quęritur ante diem iudicij, aut post, si ante cum sint animę separatę non possunt compati, quia in anima separata, sicut non B
manet pars sensitiua, neque sensario aliqua, ita neque manet pars affectiua, neque affectio aliqua, cōpassionem tamē vocamus motum factum in parte affectiua, ideo non poterit esse in beatis ante diem iudicij, post iudicium vero erit affectus, idest pars affectiua, quia erūt homines integri in nullo naturali deficientes. Est tamē dicendum, quòd neque tunc habebunt aliquam compassionem, non quidem de damnatis, quia iniustum esset, neque de viatoribus etiam amicis, vel cognatis, quia repugnaret hoc beatitudini, nam passio ad miseros, vel non beatos pertinet, sed compassio, vt est motus partis inferioris, est pars quædam passionis, idest passio quædam propter alterius passionem, ergo repugnat beatitudini, quia afflige- C
ret beatos, in quibus tamen nulla afflictio esse potest, vnde neque de cognatorum suorum viuentium miserijs sic compatiuntur, quia efficerētur ipsi miseri propter illorum passiones, habent autem ad illos magnam compassionem secundum electionem, scilicet, quia eos volunt de illis malis liberari, & pro eis orant liberandis. Secus autem est de bonis viris viuentibus, quia quandocunque rectum est eis compati alicui secundum electionem, rectum est etiam compati secundum compassionem, nam pars inferior debet sequi motum partis superioris, cum ergo motus partis superioris sit electio, existente electione de repellenda miseria alicuius, cōueniens & laudabile est esse compassionem, quæ est motus partis inferioris, scilicet affectiuę, ad damnatos autem non licet nobis mi- D
sereri secundum electionem, ideo nec licet misereri secundum compassionem inferiorem.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd charitas est principium compassionis, & in Sanctis est maxima charitas, ideo maxime compatiuntur, & tamen, quia charitas est ordinata, nunquam est nisi secundum rectam rationem, & ideo vbi recta non repugnat, charitas mouet nimis ad compassionem, vbi autem repugnat non mouet, & quia circa damnatos remoueri miseriam repugnat rectę rationi, ideo beati non eligunt, q̄ illis remoueatur, neque illud optant, ideo non compatiuntur eis.

Ad secundum dicendum, quòd aut passio accipitur pro electione de repellēdo alienam miseriam, aut pro motu quodā partis inferioris sequēte ad electionem prædictam. Si primo modo accipiatur, magis habet Deus cōpassionem, quam aliquis beatus, quia illa compassio est actus charitatis, & magis Deus diligit homines, quam aliquis homo diligat alium, cum charitas nostra dependeat a Deo, & apparet etiam in effectu, quia propter nimiam charitatem qua Deus dilexit hominem, volens tollere eius miserias misit Filium suum, vt Apostolus dicit, & Christus Deus noster ex nimia charitate seipsum pro nobis obtulit compatiens miserijs nostris, & nulla charitas maior esse potest hac, sicut ipse dixit de se, maiorē hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat, quis pro amicis suis Io. 15. Accipiendo secundo modo non potest esse passio, neque compassio in Deo, quia iste est motus partis affectiuę, & ideo non est affectio, neque motus, & quia tamen est motus iste laudabilis, eo modo quo potest esse in Deo est, vnde cum Christus Deus acceperit naturam nostram, quæ est passibilis, in illa habebat nō solum compassionem secūdum electionem, sed etiam maxime secundum passionem, quia commouebantur viscera sua, vel potius ipse commouebat ea, & flebat, sicut cum suscitaturus Lazarum infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & fleuit Io. 10. c. & videns ciuitatem Ierusalem fleuit super illam dicens, si cognouisses, & tu &c. Luc. 19. c. & tamen accipiendo Deum simpliciter prout dicit naturam diuinam, magis est elongatus Deus a compassione hoc modo, quam beati, quia Deo repugnat secundum naturā talis motus, & est in eo impossibilis, beatis autem non repugnat, quia sunt homines, ideo sunt ipsi minus elongati ab hac passione, quam Deus. Et cum dicitur, q̄ Deus vocatur misericors, & Angeli, est verum secundum compassionem, vel misericordiam, quæ dicitur electio, non autem secundū compassionem, quæ dicitur passio, vel motus affectus.

An beati videntes damnatorum pœnas delectentur de eis.
Quæst. DCXXXVI.

QVAERETVR an beati videntes pœnas damnatorum delectentur de eis.

Aliqui dicunt, quòd non, quia lętari de malo alicuius pertinet ad odium, sed in beatis nullum odium est, ergo non lętabuntur de miserijs damnatorum. Secundo, quia beati in patria erūt summe conformes Deo, sed Deus non delectatur in pœnis nostris, ergo neque beati delectantur de pœnis damnatorum, quia dicitur Sapien. 1. c. Deus mortem non fecit, neque delectatur in perditione viuorum.

Tertio, quia illud, quod est vituperabile in viatore nullo modo cadet in comprehensore, sed in homine viatore est maxime vituperabile, quòd reficiatur aliorum pœnis, & maxime commendabile est, vt de pœnis ipsorum doleat, ergo beati nullo modo lętantur de pœnis damnatorum.

Alij dicunt, quòd lętabuntur beati de pœnis damnatorum, quia dicitur Psal. 5. lętabitur iustus cum viderit vindictam, & manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Secundo, quia Isa. vlti. c. dicitur, videbunt cadauera virorum, qui pręuaricati sunt in me, & sequitur, & erunt vsque ad satietatem omni carni, sed satietas signat refectionem mentis, ergo beati gaudebunt de pœnis impiorum.

Dicendum, quòd aliquid potest esse materia gaudij dupliciter. Vno modo per se, quando, scilicet de aliquo gaudetur inquantum huiusmodi, idest tale, quod ad gaudium de se mouere debeat, & sic Sancti non gaudebunt de pœnis impiorum. Alio modo E
per accidens, idest ratione alicuius adiuncti, & hoc modo Sancti de pœnis impiorum gaudebunt considerando in eis ordinem diuinę iustitię, & suam liberationem de qua gaudebunt, & sic diuina iustitia, & liberatio ipsorum erit per se causa gaudij per accidēs. Est autem verum, quòd, neque Deus, neque beati gaudebunt absolute, & simpliciter de pœnis impiorū, sed erit gaudium conditionatum, & velut mixtum tristitię iuxta illud Isa. 4. ex verbo Domini dicitur. heu consolabor super hostibus meis, vnde non dixit absolute consolabor de hostibus, sed pręmisit heu, quæ est interiectio dolentis, quasi prius sit ibi dolor, quam gaudiū, quia Deus cuius est proprium misereri

non

non lętatur ſuper perditione morientium, vnde non ordinat aliquos ad pœnam niſi ſub quadam ratione neceſſitatis, eo quòd non poteſt aliter fieri ſaluo ordine iuſtitię, qua ordinati debet culpa ſub pœna, non tamẽ eſt hoc volitum ſimpliciter a Deo nec a beatis, ſed volitum ſecundum quid, gaudent enim propter iuſtitiam inquantum natura exiſtens ſub culpa ordinatur per pœnam.

Sciendum tamen, quòd aliter debet gaudere iudex de pœna iuſte inflicta, aliter ille cuius non intereſt, vnde Deus acceptat pœnas damnatorum, quia iuſtę ſunt, & fiunt in vindictam offenſę iudicis. Et ideo eius intereſt maiorem habere complacentiam in infligẽdo iuſte pœnam, quam debeant habere, beati minus debent habere de complacentia eo, quòd ad eos non pertinet vindicta, immo ſi placeret Deo vellent eorum liberationem, vel ſaltem ſi non diſpliceret ei, vnde Deus acceptat illud, quòd iuſtum eſt in ſe, ſed beati acceptant illud pro quanto eſt ordinatum per Deum, & inflictum a Deo.

Sed nunquid in videndo pœnas damnatorũ triſtantur, aut deperit aliquid eorum beatitudini? Dicẽdum, quòd non triſtantur, neque lętantur, non quidem lętãtur abſolute, qa nõ eſt aliquid de quo lętari poſſint, neque etiam triſtantur, quia nõ ſunt capaces triſtitię, quia beati ſunt, etiam triſtitia non poteſt eſſe niſi de eo, quod nobis malum iudicamus, ſed beatis nullum malum accidere poteſt, ideo, neque triſtari poſſunt. Item nõ poteſt pœna illa viſa a beatis conturbare eos, vel decolorare ſtatum ipſorum, quia non vident pœnas in ſeipſis, ſed in eſſentia Dei, & ibi vident eas, vt a Deo volitas, ideo ipſi conformant ſe voluntati Dei, & volunt eas, quia ipſe illas vult, ſed non volunt abſolute, ſed ſolum inquantum Deus illas vult, & vellent non eſſe illas ſi Deo placeret, vt dictum eſt.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd lętari de malo alicuius inquãtum malum illius eſt pertinet ad odium, non autem lętari de malo alterius ratione alicuius adiuncti, ſic autem aliquis interdum de malo proprio lętatur, vt cum aliquis gaudet de proprijs afflictionibus inquantum proſunt ei ad meritum vitę I ęternę. Iac. 1. c. omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in varias tentationes incideritis.

Ad ſecundum dicendum, quòd beati erunt Deo conformes tam in volito, quam in radice volendi, & ideo eo modo volunt, vel nolũt pœnas quo Deus vult, aut non vult, Deus autem non vult pœnas abſolute inquantum pœnę ſunt, & malum quoddam ſunt, ſic & beati non volunt illas, neque gaudent in eis. Alio modo Deus vult pœnas inquantum ſunt ordinatę per ſuam iuſtitiam, & hoc modo beati volunt eas.

Ad tertium dicendum, quòd in viatoribus eſt laudabile ſi delectentur de pœnis inquantum habent aliquid boni adiunctum. Aliter poteſt dici, quòd alia eſt ratio de viatore, & alia de beato, quia in viatore ſępe inſurgunt paſſiones ſine iudicio rationis, & tamen tales paſſiones ſunt interdum laudabiles ſecundum, quòd bonam diſpoſitionem mentis indicant, ſicut patet de miſericordia, & verecundia, & dolore de malo, in cõprehenſoribus autem nulla poteſt eſſe paſſio inſurgens niſi conſequens ad rectam rationem, & electionem, & ideo laudamus aliquam paſſionem in viatore quantum non decet eſſe in comprehenſore. Sed, quia ex hoc videtur, quòd præſupponamus alias eſſe paſſiones in beatis, quod negabamus ſupra, dicendum eſt, quòd quædam paſſiones ſunt, quæ tollunt aliquid de beatitudine, vt miſeria, miſereri, triſtari, dolere, affligi, ſiue enim iſta ſint pro bona cauſa, ſiue non, repugnant ſemper fęlicitati, & ideo iſta nunquã ſunt in beatis, & ſic nõ compatiuntur alicui prout eſt

F motus partis inferioris, nec triſtantur pro malo alicuius mortui, aut viuentis: alię ſunt paſſiones, ideſt motus partis affectiuę, quæ non repugnant fęlicitati, vt amor, & gaudium, & proſecutio, ideo manebunt iſta in beatis non ſolum ſecundum electionem prout eſt actus voluntatis, ſed ẽt, vt ſunt motus partis affectiuę.

Quæ ſit maior an pœna ignis, vel vermis in damnatis. Quæſt. DCXXXVII.

RVRSVS redeuntes ad pœnas damnatorum quæremus cum in inferno ponatur pœna ignis, & pœna vermis, quæ ſit maior.

Aliqui dicũt, quòd pœna ignis, quia dicit G Aug. 12. lib. de Ciui. Dei c. 4. nihil igne vrẽte moleſtius, ergo nulla alia pœna eſt maior cum pœna moleſtiã faciat. Secundo, quia maior eſt illa pœna, quæ citius ex natura ſua infert mortem, ſed pœna ignis citius infert mortem, quam pœna vermis, ergo eſt maior. Tertio, quia maior eſt pœna prouenies ex re, quam ex ſimilitudine rei, ſed pœna ignis prouenit ex re, ſcilicet ex igne ipſo, pœna autẽ vermis cum ſit ſpiritualis pœna in damnatis (vt dictum eſt ſupra) prouenit ex ſimilitudine rei, ſcilicet ex ſimilitudine per apprehenſionem, ergo maior eſt pœnas ignis, quam vermis.

Alij dicunt, quòd ſit maior pœna vermis, quia ma- H ior eſt pœna, quam quis magis vult effugere, ſed magis vult effugere pœnã mentis, quam corporis, ergo eſt maior, & patet, quia interdum, vt quis fugiat vehementem triſtitiam, quæ eſt pœna mentis, interficit ſeipſum, ergo cum pœna vermis ſit pœna mentis, quia eſt remorſus cõſcientię, & pœna ignis ſit pœna corporis, ſequitur, quòd maior ſit pœna vermis, quam ignis.

Secundo, quia duarũ delectationum illa eſt maior propter, quam alia deſipit, ſed ſicut dicit Bernardus in epiſtola ad proprios parentes guſtato ſpiritu neceſſe eſt deſipere carnem, affectanti cęleſtia terrena non ſapiunt, ęternis inhianti faſtidio ſunt tranſitoria, ergo maior eſt delectatio ſpiritualis, quam coporalis, ecõtrario, ergo maior eſt pœna ſpiritualis, quam temporalis, vel corporalis.

Dicendum, quòd vermis dupliciter accipitur, aut pro verme ſpirituali, aut pro corporali, dicitur enim metaphorice vermis ſpiritualis pro remorſu conſciẽtię inquantum oritur ex putredine peccati, ſicut verus vermis ex putredine carnis, & animam ſpiritualiter pungendo affligit, ſicut vermis carnis ipſam mordendo, vel pungendo. vtroque modo dicunt aliqui eſſe vermem apud damnatos propter illud, quod dicitur Eccleſia. 7. vindicta carnis impij vermis, & ignis, & tamen, vt oſtenſum eſt ſupra, vermis iſte eſt ſolum ſpiritualis, quia poſt iudicium non manebit aliquod animal niſi homo, vermis tamen animal eſt: etiam quia tunc non erit generatio, & corruptio. Ergo per- K pœnam vermis accipit ſcriptura remorſum conſciẽtię, quo & ſi principaliter, & immediate affligatur anima, & tamen per quandam redundantiam affligetur caro, vnde caro damnatorũ affligetur ab interiori, & exteriori, & ſic patet, quòd quærere an in damnatis ſit maior pœna ignis, quam vermis, eſt quærere an remorſus conſcientię ſit maior pœna eis, quam illa, quæ cauſatur ex igne.

Et ad hoc dicendum, quòd ſic, & poteſt ſic declarari, ſicut enim magnitudo delectationis conſideratur ex tribus, ſcilicet ex magnitudine boni conjuncti, & ex bona diſpoſitione potentię ad ſuſcipiendum delectationem, & ex perfectione coniunctionis, ſic magnitudo doloris ex his tribus conſideratur, ſcilicet ex magnitudine mali coniuncti, & ex hoc, quòd potentia

tentia eſt multum diſpoſita ad patiendum ab iſto ma- A ſitio neceſſaria ad vitam, illa autem diſpoſitio interlo coniuncto, & ex forti coniunctione mali affligẽtis cum illa potentia, nunc vero omnia hæc tria magis inueniuntur in remorſu conſcientię, quam in pœna ignis, ideo eſt maior pœna, malum enim interius affligens animam damnatam eſt perpetua carentia ſuę perfectionis, ad quam erat apta nata inquantum illa carentia apprehenditur ſub certitudine ſibi ineſſe pro peccato proprię voluntatis, & hæc carentia, vt ſic apprehenſa eſt maximum malum, quod animam affligit, & quod valde magis eſt bonę diſpoſitioni ipſius animę cõtrarium, quam pœna ignis. Secũdum etiam eſt, ſcilicet diſpoſitio potentię, quia anima magis eſt diſpoſita ad patiendum ab illo malo, quam ab igne, B quod patet, quia ille ignis nõ eſt aptus natus animam affligere ex propria virtute immediate, nam non affligit eam immediate niſi vt inſtrumẽtũ diuinę iuſtitię, mediãte autem corpore poteſt ignis agere in animã, ſed in ſpiritum purum non poteſt agere, & ſi agit in illum agit immediate, & hoc non poteſt ignis niſi vt inſtrumentum diuinę iuſtitię, & poſt iudicium affligit animam mediante corpore, anima tamen patitur a verme per ſe, quia eſt malum ſpirituale, ergo diſpoſita eſt ipſa magis ad patiendum ab illo, quam ad patiendum ab igne. Tertium etiam eſt hic, ſcilicet coniunctio fortior, quia fortior eſt apprehenſio per intel- C lectũ, quã per ſenſum, & quamuis anima reſumpto corpore poſt iudicium tam malum illud, quod vermem dicimus, quam ignem apprehendat per intellectum, tamen principalius apprehendit ignem per ſenſum, & vermem per intellectum, quia vermis eſt, quid magis intellectuale, cum ſit quid ſpirituale, quã ignis cum ſit quid ſenſibile. etiam vermis prędentior eſt animę, quam ignis, quia corporalia non poſſunt eſſe intra animam, ſicut ſpiritualia, malum autem, quod eſt animę realiter prędentius, & ab ea cognitũ perfectius ſibi eſt fortius coniunctum, & ita per omnia hæc tria neceſſe eſt, quòd magis affligat animam quam ignis.

Item confirmatur hoc auctoritate Gregorij 15. Mora. ſuper illo verbo Iob. 20. c. ſcilicet deuorabit eũ ignis, qui non ſuccenditur cum ait, clibanus intrinſecus ardet, is vero, qui ab igne deuoratur, ab exterio- D ri incipit concremari, vt ergo ſacra eloquia ardere exterius, & interius reprobos demonſtrarent, eos ab igne deuorari, & ſicut clibani poni teſtantur, vt per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeãt in mẽte, cũ ergo calidior ſit ignis clibani, q ẽ incluſus cui comparat dolorem interiorem, quam ignis exterior, qui non eſt incluſus cui comparat pœnam ignis, expreſſe vult, quòd maior ſit pœna interior, quam exterior, quæ eſt ignis.

Ad primum dicendum, quòd verbum Augu. non eſt accipiendum, quòd ſit comparatio omnium pœ- E narum nihil moleſtiarum ſimpliciter, quia tunc aliqua eſt maior moleſtia ſimpliciter, quam illa, quam infert ignis, ſed comparantur ſolum moleſtię corporales, vt inferuntur ab agentibus corporalibus penalibus, & inter hęc nullum eſt, quòd moleſtiam maiorem inferat, quam ignis, ſed pœna vermis eſt ſpiritualis, ideo non ſequitur, quòd ſit pœna ignis maior, quã vermis, ſed potius eſt econtrario.

Ad ſecundum negatur maior, quia non eſt verum, ℘ ſemper affligit magis illa pœna, quę citius mortẽ infert, cum ſint quædam, quæ cito mortem inferunt, quæ neq; tñ ita atrociter affligunt, ſicut quædam quæ mortem non inferunt, aut tarde illam inferunt, & patet, quia dolor inquantum dolor eſt, non cauſat mortem, ſed inquãtum per ipſum fit quædam tranſmutatio in corpore qua corrũpitur corporis diſpo-

ſitio neceſſaria ad vitam, illa autem diſpoſitio interdum corrumpi poteſt per aliqua, quæ minorem dolorem inferunt, quam aliqua, quæ non corrumpunt eam, vnde ſi dolor ſit non facta tranſmutatione in corpore ad corrumpendum illam diſpoſitionem, poterit eſſe ſemper dolor, & magnus, dolor, & nũquam erit mors, ſicut eſt in damnatis poſt reſurrectionem, nam ſemper patientur dolorem in igne, & tamen, nunquam morientur, quia nunquam alterabuntur a naturali diſpoſitione, ſed erit ibi actio intentionalis, ſiue realis, ſiue naturalis, pœna autem vermis, quia eſt pure ſpiritualis nõ facit directe aliquã tranſmutationem in corpore, ideo non interficit niſi per accidens, licet ſit valde magna.

Ad tertium dicendum, quòd pœna vermis non cauſatur a ſimilitudine rei, ſed a re, quæ per ſimilitudinem apprehenditur, ideſt a peccato cognito, nam memoria peccati facit remorſum illum, & etiam pœna ignis cauſabitur iſto modo per ſimilitudinẽ ignis, ideſt per ſpeciem, quæ apprehenditur per ſenſum tactus, nam ignis non poterit nocere damnatis niſi per ſpeciem, quia corpora damnatorum non alterabuntur realiter ab igne per calorem, qui eſt qualitas ignis, ſed per ſpeciem acceptam in ſenſu tactus, nam non erit ibi actio realis naturalis, ſed intentionalis, & multo minus erit iſtud, quando anima ſola ante iudi- C cium patitur ab igne, quia paſſio erit ab igne, vt apprehenſo per aliquam ſpeciem intellectualem, & ſic maior erit pœna vermis, quam ignis. Argumenta alia duo in oppoſitũ, quæ hoc probant, concedenda ſunt.

An carentia viſionis Dei ſit maxima omnium pœnarum inferni. Quæſt. DCXXXVIII.

QVAERETVR an carentia viſionis Dei ſit maxima omnium pœnarum, quæ ſunt in inferno. Aliqui dicunt, quòd non, quia minima pœnarum in damnatis eſt illa, quæ datur paruulis decedentibus ſine baptiſmo, cum dicat Augu. in Enchiridon. c. 55. quòd eorum pœna eſt mitiſſima omnium, ſed carentia viſionis Dei eſt in D paruulis, ergo nõ eſt maxima pœna. Secundo, quia omnis pœna eſt aliqua afflictio, ſed carentia viſionis Dei non eſt aliqua afflictio, quia afflictio eſt res poſitiua, & carentia eſt priuatio, ergo illa carentia non eſt pœna, & conſequenter nec maxima pœnarum. Tertio, quia duarum pœnarum illa eſt maior, quæ includit aliam, & non includitur ab ea, ſed pœna ſenſus includit pœnã carentię viſionis Dei, & nõ econtrario, ergo maior eſt pœna ſenſus, quam carentię viſionis Dei.

Dicendum, quòd maior eſt pœna carentię, quam ſenſus, dicit enim Chry. ſuper Mat. homil. 23. duę pœnę ſunt, ignis gehennę, & caſus glorię, nouimus autẽ, quia multi gehennam ſolam abhorrent, ego autem caſum illius glorię multo amariorem gehenna eſſe E aio, & poſt hęc dicit, tolerabilis eſt gehenna, & ille ignis, ſed ſi decem mille gehennas ponas, nihil tale eſt quale ab illa beata vita recidere. Secundo, quia malum principalius dicitur de culpa, quam de pœna, ergo illa eſt pœna peior, quæ eſt peccato propinquior, ſed carentia viſionis propinquior eſt peccato, quã quælibet alia pœna cum ſit priuatio boni debiti in eſſe, ergo eſt peior omnium pœnarum inferni.

Conſiderandum autem circa hoc, quòd in damnatis eſt pœna damni, & pœna ſenſus. Pœna damni eſt carentia perfectionis ad, quam damnati erant apti nati ex peccato cauſata. Pœna autem ſenſus eſt quælibet pœna ex apprehenſione ſenſibili, vel intellectuali leſione cauſata. prima pœna, ſcilicet ſenſus non eſt eſſentialiter dolor, aut triſtitia, ideſt in ſeipſa, q ia cũ

ſit

sit priuatio,& tristitia,& dolor sint aliquid positiuum non poterit ipsa carentia esse tristitia, vel dolor: sed carentia apprehensa, vt causata ex commissione, vel omissione proprię voluntatis est tristitię causa,& doloris, pœna autem sensus est essentialiter tristitia, vel dolor, quia est aliquid positiuum. Dico ergo, quòd inter omnes pœnas damni carentia visionis diuinę est maxima pœna, tristitia causata ex illa carentia apprehensa,vt proueniens ex malitia actuali proprię bonitatis est maxima inter omnes pœnas sensus, & ita pœna carentię quantum ad se,& quãtum ad id, quod ex ea sequitur, est simpliciter maior omnibus pœnis, & hoc in damnatis sic est, quia licet damnati non appetant videre Deum propter amorem suę bonitatis, tamen vehementer illum videre appetũt propter desiderium proprię delectationis, quia firmiter credere compelluntur ex illa visione maximam delectationẽ in vidente causari, carentia etiam illius visionis apprehensa, vt ex actuali malitia proprię voluntatis proueniens maior est pœna,quam aliqua pœna sensus. Pœna enim damni, & pœna sensus conueniunt in communi ratione pœnę analogice dictę de illis, cõmunis enim ratio pœnę est malũ existens in creatura rationali propter peccatum, illa ergo pœna est maior, in qua plus est de ratione mali,sed in carẽtia visions Dei plus est de ratione mali, quam in aliqua pœna sensus, ergo illa est maior pœna. Et hoc patet dupliciter, primo, ga maxima pœna sensus est causata ex prędicta carentia,vt dictum est, sed plus inuenitur de malo in causa, quam in effectu, ergo peior erit carentia,quã malũ sensus. Alio modo, quia illa carentia cum sit priuatio,non dicit formaliter aliquam essentiam, pœna autem sensus non est priuatio,sed positiuum, ideo ponit aliquid,sed ens,& bonum cõuertuntur, vbi est ergo maior defectus entitatis est maior defectus boni,& ita maior defectus boni est in prædicta carentia, quam in quocunque malo secundum sensum, ideo ista carentia est maxima pœna inferni.

Ad primum dicendum, quòd in paruulis est carẽtia diuinę visionis, & illa vocatur mitissima pœna dupliciter. Vno modo,quia sola est. Nam in alijs damnatis est pœna carentię cum pœna sensus, in paruulis autem sola pœna carẽtię, ideo est mitissima, sicut etiã si posset esse in paruulis sola pœna sensus cum visione Dei, vel sine carentia illa esset etiam pœna sensus minima.

Alio modo vocatur mitissima, quia ipsa pœna carentia sola considerata non est sic in paruulis,sicut in alijs, quia in damnatis adultis est illa carentia proueniens ex malitia propriæ volũtatis, & ita ab eis apprehenditur, vt in ipsis causata, in paruulis autẽ est prædicta carentia non vt causata ex malitia aliqua propriæ voluntatis,& sic ab eis cõsideratur, ideo incomparabiliter minus dolent paruuli de illa carentia,quã adulti damnati.

Sed cum pœna damni, ideſt carentia sit maior, quam pœna sensus(vt ostensum est)videbitur,ꝙ pœna paruulorum sit valde magna. Dicendum, quòd non, quia carentia, vt proueniens ex malitia propriæ voluntatis, & vt sic apprehensa est maior,quã pœna sensus in damnatis,tamẽ carentia non proueniens ex actuali malitia propriæ voluntatis,& vt sic considerata valde minor est, quam pœna sensus damnatorum etiam sine carentia.

Ad secundum dicendum, quòd maior nõ est vera generaliter, scilicet, quòd omnis pœna sit afflictio, quia solum est afflictio pœnę sensus,non autem carẽtia nisi causaliter non autem essentialiter, scilicet est causa tristitiæ,quæ est positiua,& affligit,sed ipsa carẽtia in se,non potest affligere.

F Ad tertium dicendum, quòd maior est vera de inclusione qua aliquid includit alterũ, sicut de sui essentia, sicut totum includit partem, nõ autẽ de inclusione qua vna res includit alteram,sicut causa effectum, pœna autem sensus non includit carentiam primo modo,quasi sit carentia pars eius, quia non est,sed includit eam secundo modo, scilicet quia data pœna sensus sequitur pœna carentię, quia non potest in dãnatis esse pœna sensus quin sit pœna carentię,licet non conuertatur,& ideo manet semper, vt maior ipsa pœna carentiæ,quam pœna sensus.

An omnium damnatorum sint pœnę æquales. Quæst. DCXXXIX.

G QVAERETVR nunc circa damnatos, qui pœnas sustinent,an sint omnium eorum pœnę æquales. Aliqui dicunt,quòd sic, quia præcipua pœna damnatorum est pœna damni, quæ est carentia diuinæ visionis, & ista est æqualis,ga est priuatio,& priuationes non recipiunt magis, & minus. Secundo, quòd etiã pœna sensus sit æqualis, quia ignis est agẽs naturale, & agit in omnes secundum vltimum suę virtutis, ergo aget æqualiter, & ita omnium erit pœna æqualis abigne. Tertio,quia si nõ esset pœna æqualis,tũc esset maior pœna peioris hominis,quia pro maiori peccato daretur maior pœna, sed hoc videtur inconueniens, H ergo si peiori datur maior pœna, dabitur ei maius bonum,& ita minus bono dabitur maius bonum,quod est inconueniens. Quarto,quia si esset inæqualitas pœnę, magis deberet attendi secundum extensionem, quam secundum intensionem,quòd falsum est,patet consequentia, quia secundum illud attenditur diuersitas pœnarum ſm ꝙ attendit gratuitas pœnę, sed gratuitas pœnę attenditur penes infinitatẽ, sequitur ergo, quòd pœna attẽditur secundum infinitatem, sed nulla pœna est infinita intensiue,sed solum extensiue, ergo in pœnis non est diuersitas inæqualitatis, sed quælibet est infinita. Dicendum,quòd non erunt æquales pœnę omnium damnatorum, sed inæquales iuxta conditionem peccatorum, quia dicitur Apo. 18.c.quantum glorificauit se in delicijs, tãtum date illi tormentum,& luctum,sed aliqui magis peccauerunt, quam I alij,ergo inæqualiter punientur. Secundo,quia Plal.62. dicitur tu reddes vnicuique iuxta opera sua,ergo erit pœna æqualis, sicut & opera mala.

Circa hoc considerandum, quòd pœna damnatorũ est duplex,scilicet damni,& sensus, de pœna damni, quę est in carentia visionis Dei dicunt aliqui,quod est æqualis omnibus,cum ista sit in sola priuatione, & illa non recipit magis,& minus,sed pœnam sensus dicũt inæqualem.

Sed dicendum, quòd non stat, nam etiam pœna damni,ideſt carentia non est æqualis,sed eius,qui magis peccauit est maior pœna carentię,& hoc patet primo ex ratione carentię proprie sumptę, quia licet sit priuatio, habet tamen magnitudinem quãdam,nam K cum priuatio tollat habitum, quantus erat habitus, vel esse debebat tanta est priuatio, si.n.aliqui fuissent videntes, & efficiantur cęci, cum non essent illi æqualiter videntes, neque erunt æqualiter cęci, ideſt non erit tanta carentia visus,sicut alius,quia non tanto caret vnus quanto alius, caret enim quilibet eo, quod habuit,sed non habuerunt æqualiter, ergo non est carentia æqualis: & hic est manifesta differentia inæqualitatis priuationis, quia est manifesta habitudi differentia, vbi vero præcedit priuatio, scilicet quia aliqui sunt cęci antequam videntes,licet non appareat tamen

tamen apparet, quia forte isti inæqualiter visuri erant A secundum dispositionem inæqualem organorum,ergo nunc inæqualiter sunt priuati, quia carẽt illa visione,quam habituri erant, quæ non est æqualis.

Sed tunc dicetur quomodo poterit assignari ista inæqualitas priuationis in damnatis, quia est ibi carẽtia visionis,de qua non videtur quomodo maior, aut minor in aliquo futura erat, quam in alio, cum hoc non debeatur ex aliqua dispositione naturali,ideo neque de carẽtia alicuius videri potest an sit maior, quã carentia alterius.

Aliqui dicunt, quòd consideratur ista inæqualitas carentiæ secundũ quòd aliquis magis dispositus fuit ex actibus ad habendũ vitam æternam, scilicet,quòd B si duo viuentes fuerunt aliquando dispositi habere vitam æternam,vt quia erant in charitate,& postea decedẽtes in peccato damnati sunt,ille habebit maiorẽ carẽtiam, qui maiorem dispositus erat habere gloriã.

Sed tunc videtur incõueniens, quia forte,qui plus peccauit, minorem habebit pœnam,vt si quis semper se per mala opera exercuit, & alius per bona, & quia decessit in vno mortali damnatus est, non æqualiter damnabuntur hi,quia non æqualiter peccauerunt,& tamen eius, qui minus peccauit videtur esse hoc modo maior pœna carentiæ. Dicendum, quòd forte in isto non est inconueniens, quòd sit maior pœna carentiæ, ideſt magis doleat de carentia, quia quanto C aliquis magis cadit a spe propinqua, magis affligitur, cum recordetur, quòd propinquus fuit beatitudini, & quòd nimium meruerat si perseuerasset.

Alio modo potest accipi inæqualitas carẽtiæ in aliquibus duobus damnatis, qui forte semper male vixerunt, & hoc quantum ad inæqualitatem dispositionis naturalis, & quãtum ad inæqualitatem bonorum gratuitorum, nam licet quantitas gloriæ non sit alicui determinata ex natura, sed ex quantitate operum,detur tamen quanto aliquis habet maiorem dispõnẽ ſm naturã ad bonos actus, tãto est in potentia ad maiorẽ gloriam, sicut aliquos dicimus habere virtutes naturales 6.Ethi.in fine, & vocamus aliquos bene natos. Alij vero ex oppositio sunt naturaliter ad virtutes indispositi, & ideo secundum se sunt magis D apti ad vitam æternam,quam alij, licet nemo quantũcunque bene natus ex sola dispositione naturali poterit habere gloriã, neque mereri illam sine speciali gratuito adiutorio,etiã sunt præter hæc gratuita dona adiuuantia,vt si cui dedit Deus sapientiam, dedit cõuersationem cum bonis viris, & dedit alias opportunitates ad proficiendum in merito, & alteri non dedit talia, planum est, quòd licet ambo æqualiter peccent,& damnentur,quòd vnus eorum fuerit propinquior ad habendum vitam æternam, ideſt habebat maiorem dispositionem. Et, ideo si haberent ambo illam, posset vnus habere abundantius, quam alius, ideo videtur,quòd non sit carentia eorum æqualis.

Alij dicunt,quòd non accipiatur inæqualitas carẽtię quantum ad fruitionem,sed quantum ad bonum, quod aliàs damnati habituri erant, & iste modus debet addi ad præcedentem, quia verum est, quòd in hoc consistit quædam carentia,sed ista non est carentia visionis Dei, sed boni naturalis, & manifestũ est, quòd ista carẽtia est inæqualis, quia bonum non erat futurum æquale in omnibus damnatis. vnde necesse est poni multas carentias in damnatis,nam in inferno nullum bonum habent de quo gaudere possint, & tamẽ multa bona sunt in homine naturaliter, de quibus gaudere potest nisi impediatur. ergo carẽtia omnium istorum bonorum est in damnatis, & modus carentię accipitur, quia damnatus habet miseriam animę in inferno, & ex anima redũdat miseria in corpus, sicut econtrario in beatis ex animę beatitudine redundat beatitudo in corpus, quãdiu autem aliquis damnatus est, nullum bonum habere potest,sed omni bono caret,& tamẽ quãtum maiora, aut plura bona habiturus erat tanto est priuatio maior: tamẽ dãnati non erant habituri æqualia bona secundum animam, nec secundum corpus relicti in dispositione naturali, nam si solum naturaliter essent fęlices, esset aliquis fęlicior alio inquantum maiorem virtutem intellectiuam habebat, & potentior erat ad intelligẽda plura,& cum pauca difficultate. Etiam secundum corpus non sunt omnes homines apti ad habendum æquales perfectiones, sed cum damnati sunt nullam habent, quia cum miseria animę non potest stare aliqua perfectio hominis,ideo in damnatis non sunt carẽtię æquales,& ita apparet, quòd est duplex carentia inæqualis in damnatis tam glorię, quam aliarum perfectionũ, quas naturaliter habituri erant,vel habere poterant. Aliter accipitur etiam inæqualitas priuationis ex differentia voliti,& non voliti,quia quanto aliquis magis desiderat aliquam rem, tanto carentia illius est sibi magis inuoluntaria,sed damnati desiderauerunt inæqualiter beatitudinem,siue illam, quæ est vera beatitudo,& cõsistit in visione Dei, siue beatitudinem naturaliter possibilem ,nunc vero vtraque carent,ergo illi,qui intensius desiderauerunt beatitudinem magis illa carent. Et in modis præcedentibus accipiebatur proprie carentia,vt est priuatio, & non est essentialiter pœna, sed magnitudo sua accipitur per comparationem ad habitudinem, nunc vero potest accipi carentia ista inquantum causaliter est pœna, quædam, scilicet tristitia, nam ex eo,quòd quis est carens visione Dei tristatur, & ista tristitia est pœna positiua,& non est causata ex pœna sensus,sed solum ex carentia visionis Dei, ideo realiter est maior vna carentia,quam alia,quia facit in damnatis inæqualem pœnam.

Vnde est, quòd carentia diuinæ visionis sit alicui damnato maior pœna, quam alteri. Quæst. DCXL.

D SED tunc quæretur cum sit ista carentia maior pœna quibusdam, quam alijs, vnde prouenit, quòd sit alicui maior pœna,quam alteri.

Dici potest vno modo prouenire hoc ex peccatorum inæqualitate, & dicendum, quòd non est dubium quin directe magis affligatur in ista carentia, qui plus peccauit, licet quomodo istud causetur adhuc non est planum.

Sed aliqs obijciet, ꝙ neque ex maiori peccato causatur maior pœna tristitię, nam ille, qui semper bene vixit, & tandem in vno decedens mortali damnatus est,videtur,ꝙ magis doleat de illa carentia, ꝙ qui bona nunquam faciens damnatus est, eo ꝙ primus fuit propinquus ad beatitudinem,& multum perdidit ex leui causa. Alius autem non excidit ab illa propinqua spe, quia nunꝙ meruerat vitã æternã, aut parum E meruerat, & ita paruã causam dolendi habet de eo, quod perdiderit. Dicendum, ꝙ aut est dolere de ipsa carentia visionis, vel fęlicitatis, aut de negligẽtia qua tantũ bonũ perditũ est, & neglectum cũ prope esset, vt haberẽt. Accipiẽdo quãtũ ad secũdũ magis dolebit ille,ꝙ plura bona fecit, & magis meruerat gloriã. ga iste cõmisit negligẽtiã magnã,& culpã ꝑ seipsum. alius vero paucã, ga nũquã fuerat propinquus ad habẽdũ beatitudinẽ,sed semper elõgatus ab ea, & ita ꝑ se nõ multũ peccauit, ga nõ omisit bonũ custodire, quod ei ꝓpinquũ esset. Accipiẽdo primo mõ magis affligit se carẽtia ille, ꝙ magis peccauit, ga licet nõ cõmisit tãtã negligẽtiã in perdẽdo, fecit in plura, vt perderet,

perderet, & licet contra seipsum minus peccauerit, quam alius, tñ contra Deum magis peccauit. Et ideo pęnam illam simpliciter maiorem Deus infert, & ideo verum est, ꝙ secūdum magnitudinem peccatorum ita est magnitudo carentię, i. tristitię causatę ex carentia, & ēt ipsa carentia est maior, quia qui magis peccauit magis se elongauit a Deo. Sed tunc est dubium de modo, quo magis peccans magis affligitur in carentia. Dici potest vno modo, ꝙ hoc specialiter fit a Deo, qui nouit modos peccatorū, & potest taxare mensuras pęnarum, & ideo cum ipse sciat quis est, qui contra ipsum magis peccauit, illi infligit maiorē tristitiam de carentia visionis. Et hoc satis conuenit, quia ista tristitia non est nisi inquantum damnati iudicant se carentes illo bono visionis, non iudicarent autem hoc nisi considerarēt illud, & ista consideratio non est in eis spōtanea, potius enim vellent nūquam hoc cogitare, vt nunquam super hoc tristarentur, & tamen coguntur a Deo cogitare illud, vt de hoc doleant. Sicut ergo Deus cogit hos ad cogitandum id de quo doleant, ita in hac cogitatione infligit eis certum modum tristitię quantam ipse vult, & iudicat dignum esse pro peccatis, cū hęc tristitia peccatorum sit pęna quædam.

Secūdo potest dici, ꝙ quāto peccata fuerunt maiora tanto est tristitia maior de carentia, eo ꝙ apprehenditur carentia, vt prouenięs ex malitia proprię volūtatis, nam damnati cupiunt videre Deum non propter amorem bonitatis eius, sed propter desiderium proprię delectationis, sine qua credunt firmiter Deum vidēri non posse, & sciunt se carere hac visione pp iniquitatem, nam si scirent, vel putarēt hoc esse, quia Deus noluit eis communicare hanc visionem, vel quia repugnat naturaliter, vel pp aliquā causam, quæ non oriretur ab eis, minus dolerent, quādo tñ sciunt, ꝙ visuri fuerant eum nisi sponte peccassent, quia ipsi seipsos priuauerint hoc bono affliguntur magis, sicut est de carentia visionis in paruulis, & adultis damnatis, nam in paruulis nō est pęna aliqua nisi huius carētię, & pęna mitissima, vt dicit Augu. & hoc est, quia illi considerant se non incidisse in illam carentiam ex aliqua malitia proprię voluntatis, ideo parum de ea dolent in cōparatione ad adultos damnatos, qui sciūt se ex malitia proprię voluntatis illam carentiam incurrisse, vt dictum est supra: cum ergo sit tristabilis ista carentia inquantum prouenit ex propria malitia, necesse est, vt quanto cognoscitur ex maiori malitia magis doleat, qui ea caret. Et ideo hoc mō ēt si Deus nō infligat specialiter certā mensurā tristitię, necesse est, vt qui cognouerit se ex pluribus, & maioribus peccatis suis istam carētiam incurrisse plus doleat de ea. Tenendo aūt carentiam boni naturalis, quod quis habere posset nisi damnatus fuisset, vt supra dicebatur: est dicendum, quòd aliter considerari potest ista carentia. s. ꝙ sicut est carentia bonitatis in voluntate, quæ est peccatum, ita, & accipitur carentia, quæ est pęna, in peccato est modus iste, quāto enim aliquis peccat ex maiori conatu voluntatis, tanto magis priuat se rectitudine voluntatis, qua est magis aptus ad maius bonum, ad quod ordinatur rectitudo voluntatis, sic est de carentia, vt est pęna damni, scilicet, quia iste habebit magis de pęna damni, idest carentia boni debiti, & apti nati, qui magis peccat, & grauius, sicut enim magis habuit iste de affectione ad bonum, quod erat ei commodum quo magis diligebat se, quam Deum, sic magis nollet carentiam illius boni concupiti, propter quod peccauit, nam dimittetur quilibet damnatus sibiipsi secundum affectionem commodi, quam habet, & iste modus est conueniens, nam quanto aliquis diligit, aut cupit rem, tāto magis torquetur de eius carentia, ita & quilibet damnatus habebit carentiam omnium bonorum, quæ habere poterat, non solum bonorum diuinorum, sed bonorum, quæ turpiter, vel inhoneste, aut indebite in hoc sęculo dilexit: & sicut hic aliquis ardenter amauit aliquam rem contra legem Dei, siue secundum libidinem, siue auaritiam, siue vindictam, siue quidquid aliud, quod homo amare potest, & propter illud egit contra legem Dei, ita & manebit ille ardor amoris in damnato non minutus in aliquo, sed semper continuans, sed accidet alterum, quia erit desperatio de consequendo id, quod tam ardenter amat, quia sciet impossibile esse iam illa re frui, quam cupit, & tunc quanto feruentius est desiderium si accidat desperatio de habendo, tāto est maior tortura, & quia quāto aliquis ardentius amauit bonum aliquod creatum contra legem Dei, tanto grauius peccauit, quia tanto magis prætulit amorem rei illius Deo, & quia tantus manebit ardor ad rem in mortuo quantus fuit in viuo, & insuper carentia illius boni, quod sciet se nunquā posse habere, necesse est, vt tāto alicui sit tristior carentia bonorum quāto magis peccauit, & est iusta Dei vindicta, vt ipsum peccatū secūdū mēsurā suam sit causa pœnę, & mensuret illam etiam nullo alio agente, & hoc est multum verisimile, & concordat valde conditionibus animarum. Nam cum anima hic recedens non perficiatur aliqua gratia Dei, & habitu eleuante eam ad amādū per se bonū, & rectū, relinquitur, vt rem illā amet, quā prius amabat, quia nihil est, quod eam ab illo amore diuellat, & iō, quod ardēter amauit viuēdo restat, vt a corpore separata amet, & post resurrectionem ad corpus reducat, & iō sicut ardenter amando erat sibi pœna carere amato, ita post mortem erit in immensum grauior pœna carentię, quia non solum carebit bono illo, quod concupiuit, sed etiam sciet impossibile esse, ꝙ aliquando illud habeat, & sic quanto quis grauius peccauit tāto grauius punitur, & tristatur in carentia rerum illarum quas cum viueret, amabat.

An carentia, quam damnati habent de rebus quas in mundo desiderabant, sit grauis.
Quæst. DCXLI.

Sed obijcietur, ꝙ non sit ista carentia grauis, quia non est carentia tristis nisi eius boni, quod quis, vt bonum iudicat, & cupit, & tamen damnatis non videtur, ꝙ ista in quibus peccauerūt ament iam, vt bona, sed detestentur, vt mala, cum pp illa puniantur, & hoc ipsi cognoscant, ideo potius oderunt ea, vt causas mali sui, quam diligant: sed nemo molestę tolerat absentiam eius, quod odit, ergo non erit eis afflictiua ista carentia. Dicēdum ꝙ aliquo modo oderunt ea, sed hoc non est odisse directe, sed odisse pœnam, quæ propter illa accidit. s. ꝙ non vellēt propter ea incidisse in pœnam, & dolent, ꝙ propter illa in pœnam inciderint, ipsa tamen non possunt detestari, sed amāt eo ardore quo prius amabant, & cautela huius est, quia rectitudo voluntatis eorum perdita non potest recuperari, quia voluntas non potest rectificari nisi per gratiam, & hoc quandiu viuimus, in mortuis autem nulla rectificatio est, ideo illa obliquitas voluntatis, quæ semel fuit, semper erit, vnde rem illam, quam semel inordinate amauerunt, & in cuius amore damnati decesserunt semper amabunt, licet propter illam damnati sunt, dolebunt tamen, quòd propter illam damnati sint, neque tñ propter hoc minus ardēter amabunt, sicut accidit nobis hic, quia interdum aliqua indebite amamus, propter quæ iustas pœnas patimur, sed neque ideo cessamus amare,

re, & prosequi licet pœnas detestemur, immo quanto grauiores pœnas sustinemus tanto ardēt ius amamus, licet interdū a prosecutione amatę rei cohibeamur, quanto magis fiet in illis in quibus non est aliquod motiuum cessandi a desiderio, & non propter hoc pę nę cessabunt, quod tamen fieret in viuentibus si cessarent aliqua turpiter amare, & prosequi, non inferentur eis propter illa pęnę aliquę. Sed obijcietur, ꝙ tunc damnati secundum hunc amorem non tristabuntur, sed potius gaudebunt, quia sicut peccando eligebant id, quod iudicabant sibi bonum, & ita diligebant se magis, quam Deum, & in hoc gaudebant, quia seipsis fruebantur, ita & apud inferos eligendo illa bona, quæ maxime amabant, vt eis bona, & seipsos magis, quam Deum amando delectabuntur, & quodā modo seipsos in seipsis beatificabunt, cum vniatur ibi bonum maxime conueniens per electionem, vel tendētiam volūtatis, nam sicut supra arguebatur magnam esse tristitiam in eo, quòd carebat damnatus eo bono, quod maxime amabat, ita arguetur summā esse delectationem in eo, ꝙ sibiipsi maximum bonum eligit, quod putat esse maximum, & seipsum maxime diligit seipso fruendo, & hoc bonum coniunctum est ei.

Dicendum, quòd magnam pœnam sustinent damnati in eo, ꝙ se indebite amauerunt, & sibiipsis aliqua concupierunt, vt dictum est. Est autem verum, vt arguebatur, quòd damnati possent habere quandā delectationem si in cogitatione prædicta permitterentur, s. ꝙ Deus permitteret eos manere in consideratione quieta cognitionis suę. i. qua seipsos considerarent, & cognoscerent, & esset ista consideratio p imperium volūtatis eorum, & non turbarentur in hoc, sed quantum vellent, & quomodo vellent de seipsis considerarent, quod tamen liberum est cuilibet animę, nisi a superiori agente impediatur, maxime gauderent in ista cognitione, quia post considerationē, & cognitionem Dei in qua est vera beatitudo nō pōt esse maior delectatio, quam ꝙ quis de seipso cogitet, & sibiipsi maxima bona velit, secundum ꝙ in voluntate sua inciderit, & seipso fruatur, quia hoc est fieri beatum naturaliter. i. in solo bono naturę, & per operationem propriam, & videmus hoc in viuentibus, qui interdum de seipsis cogitant magna bona, quæ illis eueniāt, siue honores, potestates, voluptates, & quidquid aliud sit, quia dum hęc cogitant, quasi eis euentura, vel quasi euenerint, si nihil intercidat, quod interrumpat cogitationem eorum, vel perturbet, iudicant seipsos felices. & vere nulla maior delectatio potest esse in homine viuente fortassis maior, quam si res ipsę euenerint, nam cum euenerint nō possunt adesse cum tanta tranquillitate, & pace, cum quanta aduenit, & manet cogitatio eo paruo tempore quo durat. a fortiori, ergo in damnatis si posset manere prædicta cogitatio de seipsis, & electio illorum bonorū, quæ sibiipsis, vt maxima volunt, & secundum, quę se maxime diligunt, esset eis quædam beatitudo naturalis, & ignis, & quæcunque exteriora non possent in aliquo nocere, quandiu ista cogitatio per imperium voluntatis sic quieta maneret, sed hoc Deus non permittit, & iste est modus per quem facit dānatos esse tam infelices quantum voluerit, & hūc modum seruat Deus in puniendo non solum damnatos, sed etiā viuentes. sunt enim aliqui viuentes, qui in multa mala incidunt, & volunt seipsos consolari, & per prudētiam volentes effugere hęc mala qūo possunt, volunt cogitare de seipsis bona, dando sibiipsis bonas spes, & dum in hac cogitatione manent alleuiantur, & vere si in hac cogitatione semper manere possent, nullum malum, aut pęna eis esset. Et ideo Deus, qui vult eos torquere non permittit hanc cogitationem manere, sed interrumpit illam, & dat eis, vt necessario aliqua mala propria cogitent de quibus affliguntur, & non solum ea mala, quæ quasi a casu, vel naturaliter eueniunt, quæ cogitationem interrumpere possunt, incidere permittit, sed ex industria ipse immittit alia, vt non maneat cogitatio illa, neque quies. Et simile est de illis, qui saltem dormire volunt, & bibere, vt non recordentur malorum suorum, & Deus immittit eis cogitationes de illis, & aliquid, per quod turbetur illa quies. Iob. 18. c. scilicet si dixero consolabitur me per noctem lectulus meus tūc terrore concutiet me, & ossa mea marcescere faciet, a fortiori, ergo in damnatis non permittet saltem ad punctum istam cogitationem quietam, vt non videantur sibiipsis beati, & euadant pœnas aliquo modo, & ideo quia damnati nō habent hanc libertatem considerandi, est eis miseria maxima, & hoc est, quia non permittitur eis stare in cognitione, & dilectione sui imperio voluntatis suę, neque sistunt cum quiete dilectionis, vel cognitionis suę in seipsis, quia sic essent beati naturaliter, & hoc, quia non habent aliquid, quod intrinsecus eos vrgeat. Nam siquis viuens tales cogitationes habere voluerit, etiam si nemo ab extra eum impedierit nō manebit diu in illis, quia incommoda corporis, quæ naturaliter insurgunt, vt fames, & sitis, & alię alterationes, quę continuo in nobis fiunt, non permittent illam cogitationem, & sic interrumpetur iuxta illud Sapien. 9. c. corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantē, idest facit, quòd non possit manere diu illa cogitatio, secus autem in anima separata, quia illa nō habet intra se, quod illam turbet, cū non sit naturaliter vnita corpori corruptibili, & ideo si non turbetur ab extra ab aliquo potentiori compellente eam ad aliquid cogitandum, manebit in quacunque cogitatione voluerit, & per illam se posset facere beatā naturaliter. i. perfusam quodam magno gaudio, quod est sine amaritudine quādiu manet. Sed Deus, qui est punitor animę peccatricis solutę a corpore, non permittit eam saltem ad tempus cogitare secūdum imperium suę voluntatis de seipsa, vt se summe diligat, sed tota eius cogitatio, & affectio versatur contra se, inquantum est terminus carētię illius, & priuationis, scilicet inquantum est priuata illo bono, quod optat, & quod amauit dum viueret in corpore, & hęc cogitatio non potest esse, nisi tristis, sicut infirmus nō cogitat de se, nisi vt est carens sanitate, quam valde concupiscit, si autem cogitaret se quasi statim habiturū, certissime sanitatem consolaretur aliqualiter, ita & damnati non cogitant de seipsis, nisi vt sunt carentes illis bonis, & semper carituri, qui intense amant, ideo necesse est, quòd ista cogitatio sit eis causa tristitię, & sic in bono, quod capiunt damnati, & quod sibi amāt non possunt gaudere, sed necesse est, quòd tristentur, & quanto magis amant magis tristabuntur, sed illi magis amant quorum voluntas magis recessit a rectitudine intensius amans aliquid contra legem, & consequenter magis peccans, ergo necesse est, quòd qui magis peccauerunt magis tristentur apud inferos, & directe ipsa praua voluntas est pęna sibiipsi, nō tamen totaliter ex seipsa, sed vt subdita diuino motui iuxta illud Aug. iussisti Domine, & ita est, vt pęna sit ibi omnis inordinatus animus, & sic manet ex præcedentibus, quòd damnati non habent equalitatem in pœna carentię, siue sit illa carentię visionis Dei, siue boni, quod naturaliter habere poterant, siue illius boni, quod sibiipsis animę damnatorum dum essent in corporibus, cupiebant.

Vnde prouenit damnatis inæqualitas in pœna vermis. Et an iste vermis sit de omnibus peccatis, vel de quibusdam.
Quæst. DCXLII.

ALIA autem est pœna, quæ dicitur vermis, & est remorsus quidam conscientiæ natus ex recordatione fœditatis peccati, & ipsam animam pungẽs, & de hoc remorsu, vel pœna vermis, est nunc dubiũ an sit æqualis in damnatis. Dicendum, ꝙ non est dubiũ quin sit pœna inæqualis damnatis, vt supra ostensum est, & tamen carentia est priuatio, a fortiori, ergo pœna vermis, quæ est positiua erit inæqualis. Secundo, quia causa, vnde prouenit remorsus iste est inæqualis, nam prouenit de peccato, & non sunt peccata æqualia, ergo non erit vermis æqualis. Tertio, quia vermis iste est inuoluntarius, non enim vellent damnati habere memoriam istã peccatorũ, quia est afflictiua ipsorũ, sed patiuntur illã necessario, & per hanc recordationem tristem tollitur eis affectio commodi qua sibiipsis vellent bonum, & in seipsis gauderent, vt dictum est præced. q. & tñ iste remorsus aufert illã cogitationem inquantũ necessario cognoscit peccata sua damnatus, & scit se ꝓp illa incurrisse tãtũ malũ quantum patitur, & caruisse bono, quod habere poterat. sicut ergo malum, quod tolerat damnatus est maius, aut minus, ita remorsus est maior, aut minor, quia est recordatio pœnalis de peccatis, ꝓp quę oĩa illa mala patitur. Et sciendum, ꝙ de peccato põt aliquis dolere, vel pungi cum recordat̃. Vno mõ, vt pungatur ꝓscia eius, quia illud commisit, quia in hoc offendit Deũ. Alio mõ, quia ꝓp pctũ incidit in pœnã, q̃ odit, & nos dum viuimus vtrunq; remorsum cõscientiæ hẽmus, nam aliqñ recordati de peccato dolemus, quia per illud Deum offendimus, & hoc est compungi, & conteri, aliqñ dolemus, quia ꝓp peccata incurrimus in aliquas pœnas. in damnatis aũt non est prima recordatio peccatorum. i. nunquã dolent cum recordantur, quasi Deũ offenderint, quia hoc mõ non põt dolere, nisi qui amat, qui aũt non amat Deum non põt dolere, quia offendit Deum, sed damnati nõ amant eum, ergo non dolent de peccatis, quia offenderint eũ per illa, sed secundo mõ dolent, s. quia sciunt per illa se incurrisse in oĩa mala, quę hñt, & est sibi triste, ꝙ actualiter recordent̃ se esse cãs sibi malorũ suorũ. Sed dicetur, vñ venit inæqualitas in pœna vermis? Dicẽdum, ꝙ ex peccatis, quia ſm proportionẽ peccatorũ est proportio remorsus, nam cum ille, qui magis peccauit plus puniatur, & vermis dicat istã dolorosam recordationem peccatorum pungentẽ aĩam inquantũ illa fuerunt cã pœnę, sequitur ꝙ quanto aliquis plus peccauit plus affligetur in recordatione, quia maiorem pœnam scit sibi inesse, cuius ipse fuerit causa per peccata illa, & hoc sibi dictat illa recordatio.

Sed tunc est dubium an de omnibus peccatis sit iste vermis, vel de quibusdam. Aliqui dicũt, ꝙ de quibusdam solum, nam vermis proprie est animal, quod nascitur ex putredine carnis, ita per metaphoram vocamus vermem conscientiæ remorsum natum de recordatione peccati fœtidi, inquantum animam sua recordatione pungit, sed quædam peccata vocamus fœtida, & alia non, ergo non est vermis quantũ ad oĩa peccata, sed ad quędam. Dicendum, ꝙ magnitudo, aut paruitas vermis accipitur ſm omnia peccata, quę veniunt in recordationem, quia aliàs sequeret̃, ꝙ aliquis, qui pauciora, & minora peccata fecit, magis puniretur, eo quòd illa erant de conditione fœtidorum, & alius, qui valde multa egit, nulla aut pauca fecit de cõditione fœtidorum, sed hoc est inconueniens, quia vermis nominat pœnam damnatorum, ergo quanto plura, aut maiora sunt peccata erit maior vermis,

Circa hoc autem cõsiderandum est, quòd vermis cum proprie inueniatur in corporibus non inuenitur in anima, nisi metaphorice, & sumitur a duplici ratione. Vna est, quia vermis de carne nascitur, & carnem ipsam lacerat, mordet, & pungit, & nõ venit de foris ad nocendum. Alia est, quia vermis non nascitur de omni carne, sed solum de putrida, ita cum transfertur ad animam inueniuntur ambæ conditiones, prima est, quia iste remorsus quem vermem vocamus non est aliquid de foris veniens, sed intra animam natum quia cogitatio intra animam nata, & de ipsa procedens lacerat, & corrodit eã inquantũ inuenit se fuisse sibi pœnę causam per hæc peccata. Secunda etiam conditio inuenitur ibi, quia non nascitur talis conditio remorsiua in recordatione cuiuslibet conscientiæ, sed solum peccatricis, omnis enim anima peccatrix, idest quæ adhuc peccatum retinet putrida est, & venenum habet, & de illa nascuntur cogitationes remordentes: in conscientia autem, quę nullius peccati manentis sibi conscia est, non potest remorsus aliquis nasci. Cum autem dicitur, ꝙ nascitur de fœditate peccati, dicendum quòd fœditas in carne, & peccato non potest sumi vniuoce, nam peccatum est in anima, & fœditas peccati est fœditas animæ, sed sicut oĩs putredo facit carnem fœtidam, ita & omne, quod immundam aĩam reddit facit eam fœtidam, omne aũt peccatum est huiusmodi, iõ per oẽ peccatũ est aĩa fœtida, vel fœda, & oẽ peccatũ dicimus esse fœditatẽ, ga plus facit cadere peccatũ ipsam aĩam a bono statu suo ẽt secundum naturalem bonitatem, quam putredo quælibet carnem, & sic quanto plura fuerint peccata, aut grauiora dr̃ esse tanto maior fœditas peccatorũ, & tanto erit maior vermis. Interdum autem volumus accipere fœditatem in peccatis, secundum quòd accedit ad fœditatem carnis, & sic peccata luxuriæ vocamus fœda, quia cum fœtore quodam exercẽtur, quia non est libido sine fœtore, & feruore, & sic dicitur in hymno. Ne fœda sit, vel lubrica compago nostri corporis, vocauit compaginem copulam carnalem, quæ fœda est, quando indebite exercetur, sed isto modo non accipitur, quando dicimus esse vermem ex fœditate peccati, sed fœditatem dicimus de oĩ peccato, ga aĩam fœdat, spãliter aũt luxuria fœdat, non ꝙ necesse sit peccatum luxuriæ maius esse cęteris, quia quidã aliorum sunt interdum maioris culpæ, vt idolatria, hęresis, homicidium voluntariũ, symonia, sed quia extẽ siue est luxuria maius peccatũ alijs, nã cętera peccata solam aĩam inficiunt, luxuria aũt tam aĩam, q̃ corpus contaminat 1. Cor. 6. c. omne peccatũ, quod hõ facerit extra corpus est, qui aũt fornicatur in corpus suũ peccat, & tñ in culpa, & peccato potius attendimus intensionem, q̃ extensionem, iõ quantum ad omnia vitia dicimus esse fœditatem, quia quædam alia fœditura sunt apud Deum, quam fornicatio, & sic quãtum ad omnia peccata consideratur fœditas, & vermis, & qui plura, siue maiora commisit, propter quę damnatur, habet maiorem vermem corrodentem.

An vermis iste nascatur in damnatis ex operibus ipsorum, vel causetur a Deo. Quæst. DCXLIII.

SED quæretur an vermis iste nascatur in damnatis, quasi naturaliter ex opere ipsorum, vel quia istud facit ex intẽtione, scilicet quia vult maiorem pœnam infligere.

Dicendum, quòd ad vermem duo requiruntur. Vnum est, quòd damnati cogitent peccata propter quæ dãnantur, vel recordẽtur illorum. Aliud est, ꝙ ex illis peccatis in memoria veniẽtibus sequat̃ pœna. De primo dicendũ, ꝙ a Deo infl gitur in pœnã, & nõ sit volun-

voluntarie, & patet hoc Sapiẽ. 4. c. vbi ponitur de statu malorum apud inferos, & dicitur, venient in cogitationem peccatorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates illorum, & tunc in c. 5. sequit̃ ibi, quomodo intra se pœnitentiã agentes dicent, hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &c. & post multa subditur, talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. Etiam apparet ex præcedentibus, quia ista cogitatio est damnatis multum dolorosa, & cogunt̃ ad illam, quia aliàs possent esse beati in seipsis naturaliter, idest si dimitterentur sibiipsis, vt cogitarẽt quidquid vellent, cogitarent de seipsis bona, & eligerent sibiipsis maxima bona, & seipsos maxime diligerent, & ex electione, & imperio voluntatis manerent in ista cogitatione quiete, & tunc sequeretur in eis tãta delectatio qua non potest esse maior post cognitionem perfectã, quam habere potest homo de Deo, & ita damnati possent seipsos beatificare, & ignis, & cętera foris apposita non nocerent eis in aliquo si relinquerẽtur in alia cogitatione non impediti ab aliquo superiori, vt dictum est supra, & ideo, sicut Deus deducit inuitos ipsos damnatos ad considerationem suę carentię, ita cogit eos considerare sua peccata inquantum per illa fuerunt sibiipsis causę omniũ malorum, quæ sustinent. Et sic quantum ad primum a Deo coguntur. De secundo dicendum, quòd sunt ibi duo, vnum est, vt aliqua tristitia sequatur ex hac cogitatione. Aliud est, vt sequatur tanta, vel tanta, quæ est determinata tristitia respondens cuilibet damnato iuxta proportionem peccatorum suorum. Quantum ad primum dicendum, quòd naturaliter sequitur, nõ enim poterit aliquis damnatus non tristari cum cognouerit se esse causam malorum suorum in quibus tam acerbe affligitur, quia in hac cogitatione nihil est de quo possit quis gaudere. De secundo, quòd satis poterat dici fieri hoc naturaliter, nam cum dãnati cogãtur recordari peccatorum suorum, propter quæ sciunt sibi pœnas inferri, & dolent necessario, cũ sciũt sibiipsis esse causas pœnarũ, videtur necessario sequi, vt quanto aliquis sciuerit se sibiipsi maiorum pœnarum causam existere, tanto magis tristetur, & tamen satis est rationale poni, quòd Deus concurrat ad tenendum modum huic tristitię, s. ꝙ cum illa sit pœna, & Deus taxet pœnas omnium animatũ iuxta conditionem peccatorum suorũ, ꝙ ipse statuat tantam tristitiam, aut tantam, & cogat animam ad tantum, vel tantum tristandum, vt nulla anima minus puniatur, quam secundum proportionem peccatorum suorum puniri digna sit.

An vermis pœna sit etiam dicenda æqualis, vel inæqualis secundum æqualitatem naturalium aut conatus voluntatis. Quæst. DCXLIIII.

SED tunc quęretur de ista pœna vermis an sit dicẽda æqualis, vel inæqualis secundum æqualitatem, vel inæqualitatem naturalium, aut conatus voluntatis, aut actus eliciti. Dicendum, ꝙ in hominibus operantibus bonum, vel malum considerantur ista tria. Primum est æqualitas, vel inæqualitas naturalium. Et verũ est, ꝙ omnes homines sunt eiusdem speciei, & oẽs aĩę, est tñ aliqua inæqualitas naturaliũ, quia essentialiter aĩę participatur corpori, vt forma, & non põt ita perfectẽ recipi in vno corpore, sicut in alio, sed secũdum diuersam dispositionem corporum diuersimode recipitur, & iõ quædam aĩę sunt excellẽtiores alijs quantum ad naturalia, sed ista inæqualitas, quia nõ facit ẽsse spẽm, parum consideratur in operationibus compositi, sed in operationibus aĩę separatę vr̃ facte maiorẽ diuersitatẽ, tñ dato, ꝙ faciat aliquid in operationibus compositi hoc est inquantum, qui habet maiora naturalia agit ex maiori conatu, & tamẽ conatus nõ est semper ex inæqualitate, siue maioritate naturalium, vt quia aliquis minor in naturalibus agit ex minori conatu, s. quia liberum est aĩę agere ex toto conatu, vel ex parte conatus, ẽt quia adiuuat̃ interdũ conatus ex habitu, ideo qui minora naturalia haber, si perficiatur per habitum, elicit actus ex maiori conatu, & perfectiores, quam qui habet maiora naturalia.

Secundum est magnitudo ex parte actus eliciti, quia actus aliqui sunt excellentiores alijs, sicut tolerare martyrium est excellentior actus, quam ieiunare. Tertium est differentia ex parte conatus, vt quando aliqui faciunt operationem æqualem secundum genus, & secundum materiam, & tamen vnus agit ex maiori conatu. i. ex maiori desiderio, vel motu voluntatis, sicut si duo ieiunẽt per totam quadragesimam, sed ex magno conatu voluntatis vnus, alius vero ex minori, nam iudicabuntur simpliciter actus inæquales. Circa beatitudinem, quæ datur hominibus pro bono opere. i. pro meritis, est considerandum, ꝙ non dat̃ pro æqualitate naturaliũ æqualis, neque ꝓ æqualitate act9 eliciti, sed pro æqualitate conatus dat̃ æqualis, & pro inæqualitate conatus dat̃ inæqualis. De primo patet, quia multi sunt in vita æterna æquales in naturalibus, q tñ non hñt æqualẽ beatitudinẽ, sicut si vnus fecit pauca bona opera, alius vero multa. Itẽ apparet, quia in naturalibus nõ inuenitur tanta inæqualitas quanta in beatitudine, nã forte nõ est vna anima hũana ad aliq̃ aliã centupla in perfectione naturaliũ, & tñ maior est dr̃ia beatitudinis, vt si compareẽ gloria Virginis Dominæ nostræ super gloriam minorũ beatorũ. Itẽ pater hoc efficacius, quia quilibet angelus est maior in naturalibus qualibet aĩa, cũ excedat eam ſm spẽm, & tñ Domina nostra non solũ excedit in beatitudine aliquẽ angelum, sed ẽt est maior omnibus angelis, ergo non est beatitudinis æqualitas, vel inæqualitas secundum conditionem naturalium.

Item naturalia magna, vel parua animæ nõ faciũt ſm se ad beatitudinem habitudine necessaria, cũ aliquæ animæ maiores in naturalibus sint damnatę quibusdam alijs, quæ sunt beatę, & multi spũs sublimiores in natura effecti sunt diaboli, & alij de minoribus ordinibus sunt beati. Ergo æqualitas, vel inæqualitas naturæ non facit secundum se ad beatitudinem, vel damnationem, sed naturalia cum operatione bona, sicut ergo maiora naturalia non faciunt necessario, ꝙ aliqua anima sit beata simpliciter, ita licet sit beata non faciunt, ꝙ sit magis beata, quia forte pauciores, & minores operationes exercuit.

De secundo, s. de opere elicito dicendum, ꝙ non est causa æqualitatis, vel inæqualitatis beatitudinis, nam opus secundum se non est meritoriũ, cũ aliquis possit facere bonum opus ex genere, & sine charitate, & nullius meriti erit, nam & dæmones faciunt aliqua, quæ in se bona sunt, sed non possunt mereri: cũ autem fit opus in charitate, & facient opera aliqua æqualia secundum genus, vel quãtitatem materialẽ, sed non erunt simpliciter æqualia, vt quia aliquis ex paruo ardore operatus est, alius vero ex magno, & iste ardor, siue conatus mentis est magis intrinsecus, quam conditio operis, & magis ad nos pertinet. ideo ex illo opus accipiet maioritatem.

Tertium est, ergo conatus. & dicendum, quòd secũdum illud considerat̃ maioritas meriti, ita vt quãto aliquis fecerit bona opera ex maiori conatu tanto sit opus magis meritoriũ, vnde ad dandum alicui æqualem beatitudinem ad alterum, non oportet considerare, ꝙ oẽs actus eliciti fuerint æquales nunc, & magnitudine, vel æquiualentia magnitudinis, sed solum

requiritur, ꝙ fuerit conatus ęquales, & quia aliquis fecit multa opera, alius pauca, vel vnus magna, alius parua, & vnus fecit opera in quibus non coincidit cū alterius operibus, cōsiderabitur magnitudo, & diuersitas conatus si aliquid, quod recipit augmentum secundum intensionem potest addi conatus vnus ad alterum, vt gradum reddant, velut omnibus conatibus alicuius simul sumptis colligatur plus de conatu quā sit in operibus alterius, siue fecerit plura, aut pauciora opera, & cuius fuerit plus de conatu in opere erit maior gradus beatitudinis, & hoc mō considerat meritum, quia opus, quod habet plus de conatu, licet non sit maius ſm genus, vel ſm quantitatem, est maius in merito, & pro illo datur maior beatitudo, vnde qñ dr, ꝙ ſm inęqualitatem operum datur beatitudo non intelligitur de operibus in se, sed de operibus quantum ad conditionem suam, quæ facit ea meritoria plus, aut minus, s. esse ex charitate, & ex maiori, aut minori conatu. His suppositis dicendum, ꝙ sic est de peccato, & miseria damnatorū, quia illa est secundum inęqualitem peccatorum inęqualis, & peccatorum ęqualitas, vel inęqualitas non consideratur secūdum ęqualitatem naturalium, vt dictum est de bono opere, non ēt secundum ęqualitatem, vel inęqualitatem operis eliciti, sed est maius peccatum inquātum fuit ex maiori peccati conatu, quia maior conatus ad peccandum deordinat magis volūtatem, & quia culpa consistit in deordinatione actus, sequitur ꝙ quanto fuerit conatus ad peccandum maior, tanto est maius peccatum, siue opus elicitum sit ęquale, siue non, & nō secundum hoc erit miseria maior, vel minor, secundum ꝙ aliquis magis habuit de conatu in peccando. Ex hoc sequitur, quòd pęna vermis non erit ęqualis in omnibus damnatis, sed quanto aliquis grauius peccauit, ideſt ex maiori conatu, & maiori miserię adiudicatus est, maior erit vermis eius, ideſt remorsus cōscientię, s. tristitia, quādo recordatus fuerit peccatorum suorum, quia ipse fuit sibi causa miserię, & omnium pęnarum.

An pœna sensus sit æqualis, vel inæqualis apud damnatos.
Quæst. DCXLV.

ALIA autem est pęna sensus, quę est ab igne, & ab alijs afflictiuis corporalibus siqua ibi essent, vt aquę niuium siquis eas ponere ibi voluerit, vel frigiditatem terrę, aut quidquid aliud sit, & de hac pęna est dubium an sit ęqualis, vel inęqualis apud damnatos. Dicendum, ꝙ non est dubium quin dicta pęna sit inęqualis, nam damnati non habent ęqualem miseriam, neque ęqualiter demeruerunt, iō non debent habere ęqualem pęnam, sed pęna ignis ponitur, quasi sola in pęnis corporalibus, & etiam est spiritualis, iō necesse est, ꝙ sit inęqualis secundum inęqualitatem demeritorum. Secundo, quia pęna carentię, & pœna vermis de quibus minus videbatur, ponūtur in ęquales, vt supra ostensum est, ergo a fortiori pęna ignis, quæ est positiua, & secūdum se potest suscipi magis, & minus erit inęqualis, ideo non est dubium quin sit pęna inęqualis, sed de modo quo erit inæqualitas est dubium. Causa dubitandi vr esse, quia ignis inferni erit vnus, sicut locus ille vnus, & in illo erunt oēs dānati simul, iō cum ignis sit ęqualis, quia est vnus non vr quō erit inęqualis pęna. Aliqui dicunt, ꝙ non erit idē ignis, sed multi tot quot sunt dānati, & ita inęqualiter ardebūt. Sed nō est verisimile, qa locus est vnus, & pp multitudinē dānatorū oportet esse cōpressos, ita vt sit quædam penetratio dimensionum, ergo nō poterit esse talis distātia, vt pro quolibet sit vn' ignis.

Alij dicunt, ꝙ erit idem ignis per continuitatem, & tū in vna parte erit intensior calor, q̄ in alia, & ſm conditionem cuiuslibet damnati ita pars illa ignis, q̄ eum cruciabit erit differens ab alijs partibus ignis in caloris intensione, & sic cuilibet rndebit cruciatus suus ſm proportionē peccatorū, eo ꝙ ignis erit vario modo cruciatiuus. Sed illud nō stat satis, quia potius videtur, quòd sit fictum, maxime quia tanta erit compressio, quòd quasi pars damnati sit in parte alterius, & ideo non videtur quomodo possit distincta pars ignis affligere distinctum damnatum, immo affligendo vnum affliget necessario alterum, nisi ponatur miraculum, & tunc ponentur multa miracula simul, quod est inconueniens.

Alij ergo dicunt, quòd erit ignis idem, & ęqualis, & tamen non affliget omnes ęqualiter, quia nō sunt ęqualiter dispositi, sicut in eodem igne aliter ardet lignum, aliter stipula.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia ista dispositio consideratur ex parte corporis, & tamen hoc non facit ad propositum, nam maior afflictio debet esse damnatis, qui grauius peccauerunt, sed illi forte sunt minus dispositi ad dolorem, ideo non conuenit istud.

Secundo, quia etiam si istud aliquid faceret non sufficeret, nam ista inęqualitas dispōnis naturalis nō facit magnam differentiam in dolore, s. vt aliquis triplo, vel quadruplo doleat in igne, quam alius, licet aliquis animosius centuplo toleret ignem, quam alius, quia illud non prouenit ex dispositione corporis, sed animi, ideo cum aliquis sit centuplo, vel millecuplo in maiori pęna, q̄ alius secundum proportionē demeriti, manifestum est, ꝙ non sufficiet dispositio illa, quę est ex parte corporis ad differentiā tātā pęnę. Tertio, quia istud posset aliqualiter videri quantum ad damnatos post diem iudicij, quando resumēt corpora, & tamen ante iudicium patiuntur animę ab igne, & nō est in eis aliqua talis dispositio, & tamen pœnam inęqualem ab igne sustinent, ergo alia est ratio inęqualitatis.

Dicendum, quòd ignis erit idem in quo patientur omnes damnati, & ęqualis in ardore, tamen inęqualiter affligentur damnati, tam in corpore, q̄ in anima, eo ꝙ ignis non aget ibi totaliter, vt agens naturale, sed potius, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, & quia Deus est agens secundum rationem dans vnicuique ꝙ meritis, ignis ille, quasi intelligens diuinam voluntatem obediet ei, scilicet vt agat inęqualiter in eos, qui inęqualiter peccauerunt, & apparet, quòd ignis non agat, vt naturale agens, sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ, nam non posset agere in animam naturaliter cum non sit immaterialis, & tñ agit, iō est instrumentū Dei. pōt tñ dici, ꝙ actio ignis ad oēs dānatos est ęqualis, & tñ per eandem actionē, & ęqualem ignis patiētur damnati inęqualiter, eo ꝙ Deus reddit eos inęqualiter passibiles, subijciendo eos inequaliter illi igni. sed quidqd sit ad miraculū pertinet, & tñ in his quanto pauciora miracula fuerint, tāto rectior est positio. Colligi ergo pōt in generali ex dictis, ꝙ tres sunt cāę inæqualitatis pęnarū damnatorū. Prima est inæqualitas demeriti, & hęc est intrinseca quędam dispositio ad recipiendum tantam, vel tātam pęnam. Secunda causa est voluntas Dei, quę iuste retribuit, tinet autem ad iustum retributorē, vt distribuat quātū quisque meruit, & tamen peccata fuerunt inęqualia, ergo & pœnę. Tertia causa est ignis, vel quælibet alia afflictiua, nam infert ignis quibusdam maiorem cruciatum, quam alijs, sic dicit August. 21. de ciuitate Dei, c. 16. ꝙ licet ignis in oēs ęqualiter agat, non tñ oēs ęquali molestia cruciat, vnde dicūt damnati, ꝙ in omnibus damnatis fit miraculū quātū ad cruciatū ignis, nisi in eo, qui maxime torquetur, hocautē dīt, quali ignis

ignis ille inferni agat in omnes damnatos, inferens minorem cruciatum, quam naturaliter possit inferre prętquam in maxime damnatum, in quem agit ex toto vigore naturali, sed istud non apparet, an sit verum, quia poterit esse, ꝙ alicui inferat tantum cruciatum quantū naturaliter pōt inferre, vt agēs naturale, & alijs inferat maiorem inquantū est instrumentum diuinę iustitię, & iō in multis est miraculū forte in oībus, nā saltē quantū ad animā, quæpatitur ab igne in oībus est miraculum, & quantū ad hoc, ꝙ in corpora singulorū agat inferendo cruciatū, & non vrēdo, nec calefaciendo, aut alterando naturaliter. de magnitudine aūt cruciatus quantum ad vnum tantū nō sit miraculum an quantum ad multos, qui patiantur ęqualem pęnam, & si sit vnus, aut multi ęquales an sint de his, qui maxime, vel qui minime, aut qui mediocriter puniuntur, nō potest ratione sufficienter colligi.

Responsio ad 1. rationem principalem positam supra quæstione 639. & postponuntur hic istę solutiones, quia quæstiones intermediæ conferunt ad earum solutionem.
Quæst. DCXLVI.

NVNC vero respondendum ad argumenta facta supra in quæstione principali. Ad primum dicendum, ꝙ pęna prępcipua est priuatio, vel carentia, & tunc multę carentię, s. visionis Dei, & boni naturalis, quod quis poterat hre si damnatus non esset, & poni, quod amabat, pp quod peccauit, quod erat bonum vtile, vel delectabile, & dicendum, ꝙ quęlibet carentia harum est priuatio quantū est in se, & nihil ponit, nec pōt esse inęqualitas secundū eam, sed quia priuatio dr per respectum ad habitū, & habitus non est ęqualis ad oēs, quia non carent oēs damnati bono ęquali, vt ostensum est, nō erit priuatio, vel carentia ęqualis pęna, neque tristitia secuta de carentia illa erit ęqualis.

Ad secundum dicendū, ꝙ idem erit ignis, qui aget in omnes damnatos, & secundum eūdem ardorem, & tamen non inferet omnibus ęqualem molestiam, vt Aug. ait 21. de ciui. Dei c. 16. sed vnde prouenit hoc dictum est præcedenti quæstione.

Ad tertium dicendum, ꝙ ei, qui peior fuerit dabit maior pęna, & cum obijcitur, quòd peiori datur maius bonum, quia datur pęna maior, quæ est iusta, dici potest vno modo, ꝙ datur maius bonum simpliciter illi damnato, quam alijs. i. bonum, quod est iustū secundum iustitiam distributiuam, & tamē non datur ei bonum, quod sit ei maius bonum, immo quanto est maior pęna tanto est maius malū. Secundo dicendum, ꝙ nullum bonū habent damnati, qa datur eis pęna iusta, ita ꝙ illud materiale, quod sustinēt dānati est pęna iusta, sed vtrunque dr secundū respectum ad aliquid: vocaturque illud pęna respectu damnatorū inquantum est malum, quod tolerant, vocatur autem iustum nō respectu illorum, sed respectu Dei & ideo non datur eis bonum, sed malum.

Tertio potest dici, & melius, quòd dato, quòd pęna cuiuslibet damnati sit quoddam bonum simpliciter, quod datur damnato ad ordinandum peccata eius, tamen non datur vni damnato maius bonum, quam alteri, eo ꝙ non vocatur pęna bona, nisi inquātum iusta, & tñ non est magis iusta pęna vnius, quam alterius, quia quęlibet pęna fit secundū vnā, & eandē regulam. i. ꝙ detur cuilibet tantū quantum meruit, ergo licet sit vna pęna maior, quam alia, non est magis iusta, quā altera, & Deus non est magis iustus, nec facit opus magis iustum dando vni damnato magnā pęnam, quam alteri paruā, cum cuilibet detur pœna secundum commensurationem peccatorū suorum.

Ad quartum dicendum, quòd non debet attendi maioritas pęnę secundum durationem perpetuam, quia forte ista perpetuitas non est debita per se demerito, sed per accidens, de quo late dictum est supra, & tamen, siue per se sit, siue accidat, cum tamen omne peccatum in damnatis puniatur pęna perpetua, non potest attendi ęqualitas, vel inęqualitas in hoc, sed in intensione, & ideo licet omnium damnatorum sit pęna ęterna, non est ęqualis, quia quorundam est pęna acerbior, aliorum vero mitior.

An omnium beatorum sit beatitudo æqualis.
Quæst. DCXLVII.

QVONIAM autem dictum est de inęqualitate pęnarum dānatorum, & causis inęqualitatis, est, nunc videndum circa beatos an sit omnium beatitudo ęqualis, & quia est duplex beatitudo, s. corporis, & animę, de vtrisque videndum erit. ad beatitudinem aūt corporis pertinent dotes corporis, & de his ostensum est supra 17. c. vbi de dotibus agitur, ꝙ non sint ęquales in beatis, rursus circa beatitudinē animę, vel statū beatorū secūdū animā consideramus duo, s. auream, & aureolam. De aureola ostensum est supra 13. c. ꝙ non sit ęqualis in omnibus, quia neque ęquales sunt aureolę differentes specie, vt aureola virginū, & martyrum, nec eiusdem spēi aureola. i. virginitatis, & martyrij est ęqualis in diuersis hominibus. de beatitudine autem ipsa, quę est prępmium essentiale est nunc dicendū. Aliqui dicunt, ꝙ sit ęqualis beatitudo oīum beatorū, quia supra 20. c. in parabola operariorum dr, ꝙ cuilibet datus est denarius, & non plus ei, qui laborauit tota die, quam qui hora nouissima, & in hoc signantur beati recipiētes mercedē laborum suorum, ergo erit beatitudo omniū ęqualis. Secūdo, quia beati nō pñt videre Deum inęqualiter, ergo neque inęqualiter fruentur, & ꝓnter erit ęqualis beatitudo, patet quia fallitur, qui rem intelligit aliter, quā est, & tñ secūdū Aug. 83. q. 33. beati vident Deum, & intelligunt sicuti est, ergo vnus non videbit eum perfectius, quā alius, & ita, neque fruetur plenius. Tertio, quia dicit Aug. super Ioan. ꝙ omnium beatorum erit par gaudium, ergo par beatitudo, quia ęqualem operationem sequitur ęqualis delectatio. Dicendū, ꝙ in hac qōne est difficultas, & cā est, quia videnī beatitudo, & inęqualitas in rebus eiusdem spēi repugnare, quia beatitudo est ad maximam perfectionem possibilem in specie, eo ꝙ includit quietationē appetitus naturalis, & talis appetitus est ęqualis in omnibus intra eandem spēm. ergo perfectio vltima, quę quietat appetitum naturalem in aliqua specie est ęqualis omnibus de specie, cum vnitas speciei sit vnitas naturæ, & quęcunque possunt perficere vnum in aliqua specie possunt perficere quemlibet alium de eadem specie, ergo cum beatitudo non sit quousque appetitus naturalis sit quietatus, videtur quòd omnium beatorum erit beatitudo ęqualis in vna specie: secus de diuersis speciebus in homine, & in angelo supremę hierarchię, nam multum differunt in perfectionibus specierū suarum, ideo licet ambo sint beati, & habeat quilibet complementum, vt quietatum appetitum suum, valde magis erit beatus angelus, quam homo, secus de hominibus, qui sunt ęquales secundum speciem. Secundo, quia appetitus naturalis est appetitus rectus, quia est a Deo, ergo appetitus liber eligens cōformiter secundū rectā rationem illi appetitui est rectus, sed naturalis appetitus est ad omnem perfectionem possibilem in specie, ergo & appetitus liber, & sic beatitudo cuiuslibet appetitus erit ęqualis, quia appetit quilibet tantū quantum alius appetit. i. totam

Non nullorū rōnes quibus rndebit infra q. 661. & cōsulto sic factum est, vt ibi dicā.

perfectionem,quæ naturaliter ineſſe poteſt.Dicendũ, F
ꝙ ſtat beatitudinem eſſe cum inęqualitate, & ad hoc aliqui dant modum dicentes, ꝙ ad beatitudinem requiritur quietatio appetitus, nam ſine ea nemo eſt beatus,cum beatum dicamus eum, qui habet omne, quod vult,& nihil habet,quod non vult,& nihil mali vult,& tamen quietationem appetitus ponũt iſti inęqualiter intra eandem ſpeciem, dicunt enim, ꝙ non eſt neceſſe,ꝙ appetitus naturalis habeat omnem perfectionẽ cuius capax eſt ad hoc, ꝙ quietetur, ſicut dr̃, ꝙ omne ſumme graue habet inclinationẽ ad ſumme eſſendum deorſum, & in centro, ſiue in profundo centri, & tñ non eſt ibi quodlibet ſumme graue, & quieſcit in eo tñ appetitus, ergo ſufficit ad appetitum G
naturalem, ꝙ quietetur, ſecundum ꝙ res illa nata eſt hr̃e grauitatem a ſuo principio intrinſeco, vel extrinſeco,& ſecũdum ꝙ intenditur natura vniuerſalis, hęc aũt eſt, vt illa, quę ſunt magis grauia quietentur magis deorſum, & quę minus grauia quietentur minus deorſum, ſ. non in profundo, vnde ſufficit minus graui, ꝙ quietetur in ſuperficie terrę. ſic ergo dñt eſſe de appetitu naturali in hoīe, ꝙ quietetur in ordine ad rationem,& voluntatem, ſicut quieratur quælibet pars vniuerſi in cõparatione ad appetitum vniuerſalis naturę,& ideo dñt, ꝙ Deus inquantum eſt principium quietationis beatorum non oportet, ꝙ ęqualiter det iſti appetitui, ſicut & illi, ſed ſufficit, ꝙ hẽat, ſicut cõ- H
petit illi principio extrinſeco ſecundum rationẽ rectam,& voluntatẽ, ſiue libertatem voluntatis, & ſm iuſtitiã retribuẽtis Dei ſecũdũ maiora merita, vel demerita, & ſic nullã dñt eſſe repugnãtiã ſi ſit inęqualitas beatitudinis, ꝙa hoc requirit iuſtitia meritorum.

Determinatio ſuprapoſitæ quæſtionis ſecundum propriam ſententiam. Quæſt. DCXLVIII.

ALITER autem dicẽdum eſt, ꝙ ſtat beatitudo, & inęqualitas, & ad beatitudinẽ requiritur totalis quietatio appetitus, ſed dicendum, ꝙ duplex eſt appetitus, vnus naturalis, alius liber, vel rationis.

De vtroque eſt dicendum, ꝙ quietabitur, ꝙa alias I
non erit ſimpliciter beatitudo, quia non habebit quilibet beatus quidquid vult, aut quantũ vult. Et de appetitu naturali dicendum, ꝙ quietabitur, quia quidquid ſecundum illum hõ volet habebit,& iſtud apparet, quia appetitus naturalis non eſt, niſi ad illa ad, quę eſt res in potentia naturali, i. habet reductiuum in natura, per quod reducatur de potentia ad actum, ſi. n. detur, ꝙ appetitus naturalis ſit ad aliquid, ad quod res non ſit in potentia naturali, erit appetitus fruſtra, & hoc eſt incõueniens. 1. Ethi. ẽt ex terminis apparet, ꝙa non vocatur naturalis appetitus, niſi q habere põt per naturale principium id, quod appetit, quia natura non deeſt,& iõ non daret appetitum, ſi non daret reductiuum de potentia in actum, vñ quicunque appetitus ſit ad id in cuius actum non põt reducere natura non eſt appetitus naturalis, & tunc vidẽdum eſt quid eſt illud, ad quod hõ eſt in potẽtia naturaliter,& illud cadet ſub appetitu naturali. Eſt aũt hõ ſubſtantia corporea intelligens,& iõ ad aliquid eſt in potentia ſecũdum intellectum, & ad aliquid ſecundum corpus, vtrũque aũt plene habebitur in beatis, iõ in quolibet erit plenus, & quietatus ſimpliciter naturalis appetitus. Patet primo de his, ad quę eſt in potentia ſecundum intellectum, quia non eſt hõ ad oẽ intelligibile intelligendũ in potentia, ſed ſolum ad intelligẽdũ oīa naturalia, quę poſſunt hr̃i ex ſenſu, nam naturale eſt hoī accipere per ſenſum,& nõ habet intellectus alias ſpẽs, niſi quas accipit p ſenſum, iõ non eſt in potẽtia naturali intellectus humanus, niſi vt intelligat oīa ſenſibilia, quæ apprehenduntur per ſenſum,& conditiones rerum ſenſibilium, hęc autem ſunt entia naturalia, quę ſunt materialia, & ſenſibilia. Ad ſola ergo naturalia intelligenda eſt in potentia naturali intellectus noſter, ad ſubſtantias aũt ſeparatas non eſt in potentia naturali, vt intelligat, ideo cum intellectus nr̃ intellexerit omnia naturalia, ẽt ſi nõ cognoſcat Deũ, neque ſubſtantias ſeparatas, erit quietatus appetitus naturalis ad intelligendum, ſed hoc in omnibus beatis erit, quia nullus erit beatus, qui non intelligat plene omnia naturalia, & conditiones rerum naturaliũ, non ſolum in proprio genere, ſed apertius in verbo, ergo ſatiatus erit appetitus quantum ad hoc. De ſecũdo. i. de eo, ad quod homo eſt in potentia ſecundum ſenſum, vel corpus, dicendum ꝙ perfectiſſime reducetur in actum omnium illorum. Eſt autem ex parte corporis duplex habitudo. Vna quę eſt ad eſſendum, alia ad cognoſcẽdum. Ad eſſendum, quòd ſit corpus ſanũ, pulchrũ, robuſtum, viuacitatem ſenſuum habens. Ad cognoſcendum quãtum ex parte ſenſuum, quoniam ſenſus non ſeruiunt, niſi ad cognitionem, quia ſenſus eſt potentia cognitiua, & tamen prędponitur, quòd beati cognoſcent omnia naturalia, & illa ſunt quorum ſpecies habere debent ex ſenſibus, & ad hoc ordinabatur cognitio tota ſenſitiua, ergo habebunt ſenſus totum illud, ad quod erant in potẽtia, & ſic quantum appetitus naturalis cupit ex parte ſenſuum tantum erit, & ideo ſatiabitur in illo.

Quantum eſt ad habitudinem eſſendi, ideſt ſanum eſſe, pulchrum, robuſtum, &c. dicẽdum ꝙ quietabit appetitus, quia perfectius erunt iſta in quolibet beato, quam ſecundum naturam eſſe poſſint, nõ eſt autem appetitus naturalis ad habendum iſta perfectius, quã ſecundum naturam haberi poſſunt, & ifi ſecundum naturam nõ põt iſta manere in perpetuum in aliquo indiuiduo, iõ nullũ indiuiduũ de generabilibus appetit ſe conſeruare in perpetuum in ſeipſo, ſed in ſuo ſimili, ideo cupit generare, & tamẽ in beatis manebit iſta in perpetuum, ideo quietabitur appetitus naturalis in quolibet beato, tã ad intellectum, quã ſenſum, quam ad conditionem eſſendi ſecundum corpus.

Alius eſt appetitus liber, ſiue rationalis, ſicut appetitus intellectiuus, & iſte etiam quietabitur, nam iſte coincidit quantum ad aliquid cum naturali, & pro ea parte quietatus erit, vt dictum eſt, inquantum vero eſt rationalis quietabitur, quia tantum accipiet quantum ratio ei dictat appetendum, & vocatur appetitus liber appetitus animę, vt ſeparata eſt, quia non determinaẽ per conditionẽ ſpẽi humanę, neque corporis, & tunc põt conſiderari aīa dupliciter, i. quãtum ad eſſe naturale, aut quãtum ad eſſe rõnale, & vocat eſſe naturale. id quod põt ei competere inquãtum eſt aīa ſeparata, quia neceſſe eſt, ꝙ habeat quendam gradũ inter entia, & ſit ei poſſibilis ſm illum gradũ naturæ, ad quam naturaliter inclinatur, & eſt ad illã appetitus K
naturalis. Eſſe rationale voco id, quod cõpetere debet aīę ſeparatę, vel aīę ſimpliciter ſecundum rectitudinem rõnis, & tunc appetitus rõnalis nõ eſt ad plus, q̃ ratio dictat competere debere aīę ſeparatę, vel ſimpliciter conſideratę. De vtroque appetitu aīę ſeparatę, dicendum quòd quietabitur, nam anima quantũ ad eſſe naturale, vt ſeparata eſt non eſt in potẽtia, niſi ad cognoſcendas ſubſtantias ſeparatas, & oīa entia naturalia, quę ſunt minora intelligentijs, & hoc ſecũdũ cognitionẽ confuſam, & vniuerſalẽ per ſpẽs influxas a ſuperioribus ſubſtantijs, eo ꝙ aīa eſt infima omniũ intelligentiarum ſecundum ordinem naturę, ideo in perfectiori modo nata eſt intelligere, hãc autem perfectionẽ intelligendi habebit quilibet beatus, & antę ſuę appetitus nõ erit ad plus. ideo appetitus naturalis animę

animę ſeparatę erit quietatus. De appetitu rationali A
planũ eſt, ꝙ quietabitur, quia ſecundũ illũ ſolũ hoc cõſideratur in quod ratio inclinat: iudicat autem ratio, vt anima, quę ſpiritus rationalis eſt, & legi Dei ſubditus ſecundum legem Dei bonum, & malum pro bono opere, & malo accipiat ſecundum proportionem ad opera, ſecundum, ꝙ iſta per Deum taxantur, & tñ tantum recipiet quælibet anima de bono, vel de malo. Ergo etiã appetitus rationalis erit ſatiatus, & quietatus, vñ debet dici ſimpliciter, ꝙ oīs appetitus noſter ſatiabitur, & quietabitur in beatis, ſic dr̃ Pſal. 16. ſatiabor cum apparuerit gloria tua. Differt aũt iſta poſitio a præcedente, quia ſecundũ iſtã quietaẽ oīs appetitus in quolibet beato. i. tam naturalis, q̃ rationalis, & tam hoīs, quam aīę ſeparatę, & ſecundum aliam non ſatiatur appetitus in quolibet beato, ſed differt, ꝙ appetitus rationalis in quolibet ſatiabitur, ſed appetitum naturalem non dicunt ſatiari in omnibus beatis, immo non in aliquo, niſi in anima Chriſti. B

An beatorum poſſit eſſe inæqualis beatitudo. Quæſt. DCXLIX.

ET ſecundum hoc diuerſimode ponitur quomodo beatitudo ſtet cum inęqualitate, nã ſecundũ poſitionẽ illorum. i. primã debet dici, ꝙ quilibet eſt beatus, ꝙa habet appetitũ quietatũ ſm rationẽ. i. in ordine ad rationẽ, & volũtatem, vt reſpiciũt diuinam iuſtitiã, ſm q̃ cuilibet diſtribuit quantum meruit, tñ quia non eſt adhuc impletus appetitus naturalis, põt vnus beatus plus hr̃e de pfectione, q̃ alius. Secũdum poſitionem noſtrã, quę eſt ſecũda dicendum, ꝙ erit inęqualitas in beatitudine, quia cuiuslibet beati erit naturalis appetitus quietatus, & tñ erunt alia bona, aut gradus bonorum vltra appetitum naturalẽ, in quibus erit dr̃ia, & inęqualitas ſorum, nam non eſt appetitus naturalis vltra illa, q̃ quis põt naturaliter cognoſcere. i. reduci in actum illorũ per principium, quod eſt natura, vel competẽs ei ſm naturam, & hoc mõ cum ſecundũ naturã ſint omnes hoīes in potentia ad intelligenda oīa naturalia, intelligent oẽs beati illa, & plene, & in hoc nõ erit inęqualitas: ſed non eſt hõ in potentia naturali ad videndum Deum per eſſentiam cũ non ſit ens ſenſibile, iõ appetitus naturalis eſt ad videndum eũ, dabitur tñ tũc omnibus beatis, ꝙ videant Deum per eſſentiam in quo eſt ſubſtantia totius beatitudinis, iõ hñt aliquid vltra appetitum naturalem, ideo in hoc poterunt habere inęqualitatem beatitudinis ſine præiudicio quietationis appetitus. Ecce ergo qualiter impleto naturali appetitu quantum ad intellectum manebit inęqualitas ſecundum intelligere. Similiter de perfectione ſenſitiua, omnes beati cognoſcẽt perfecte omnia, quę ſenſu cognoſcenda erant, inquantum cognitio ſenſitiua in homine ordinatur ad intellectum, & tamen vltra hoc quidam beati plura cognoſcent, quam alij, quæ non erant cognoſcibilia per ſenſum. C

De perfectione autem corporis dicendum, ꝙ oẽs beati habebunt plenam corporis perfectionem in ſanitate, & robore, & pulchritudine plus, q̃ per naturã aduenire poterat, quia omnibus aduenient iſta bona in perpetuum, & tamen per naturã non poterant iſta eſſe perpetua, iõ habebit quilibet beatus perfectius, quam ea cupiat naturalis appetitus, verũtamen circa ea erit inęqualitas, quia ex parte corporis ponentur dotes in beatis, vt claritas, agilitas, ſubtilitas, impaſſibilitas, & tamẽ in his erit inęqualitas ſaltem in aliquibus eorum, ſicut in claritate, vt patet primo Corint. 15. & de hoc oſtenſum eſt late ſupra decimo quinto capitulo.

An appetitus naturalis cuiuslibet beati erit vndique plenus. Quæſt. DCL.

SED obijciunt prædicti qũo impletur naturalis appetitus cuiuslibet beati, quia quilibet poſſet eſſe beatior ſi cõmunicaretur ei maior gloria, quia nõ eſt dubium quin quælibet anima beata poſſit eleuari ad gradum glorię, quẽ habet Petrus, ergo non eſt ſatiatus appetitus naturalis illius animę, quę nondũ eſt eleuata ad illũ gradum, nec vnq̃ eleuabitur, cum maneat ei capacitas, q̃ non implet, & hoc mõ dicunt in ſola aīa Chriſti eſſe impletũ appetitũ, eo ꝙ putant non eſſe capacem aīam illã maioris glorię, cum non inueniant alicuius creaturę maiorem gloriam. Dicendum, ꝙ appetitus naturalis cuiuslibet beati eſt ſatiatus, vt dictum eſt, & ad prædicta põt dici vno modo, quia differt dicere capacitatem, & appetitum naturalem, nam capacitas excedit appetitum naturalem, & ideo omnes homines habent aliquam capacitatem vltra appetitum, & tamen ad beatitudinem non requiritur impleri capacitas, ſed ſatiari appetitus, quia quãdiu manet appetitus ſemper eſt motus quidam in id, quod appetitur, & hoc tollit beatitudinem, ſed capacitas ſi detur ſine appetitu nõ mouet, ideo non tollit quietem, & ſic ſtat cum beatitudine, & hoc modo concederetur, ꝙ quilibet beatus habet capacitatẽ ad plus, quam habeat. Et tamen in hoc prædicti vñr deficere, quia licet ſit ibi capacitas non eſt appetitus, & ideo eſt in quolibet eorum quietatus naturalis appetitus, licet non ſit impleta tota capacitas. Secundo poteſt dici, & melius, quoniam non eſt ponenda ſimpliciter capacitas in beatis non impleta, neque etiam in natura damus capacitatem ſimpliciter ſine appetitu impletionis, & dicetur, quòd capacitas dupliciter accipitur, vno modo pro potentia recipiendi aliquid cum aptitudine ad recipiendũ, alio modo pro potentia recipiendi, ideſt pro non repugnantia ad recipiendum, licet non ſit aliqua aptitudo, neque inclinatio ad capiendum. Accipiendo primo modo eſt ſemper capacitas proprie dicta, & eſt cum appetitu. Accipiendo ſecundo modo vocatur D
large capacitas, ideſt non repugnantia ad capiẽdum, & talis capacitas põt ſtare, & non hr̃e appetitũ, immo & ſine illo ſtat: ſimile apparet in materia, eſt enim materia in potentia ad omnem formam, quæ poteſt eſſe pars compoſiti, & tamen non eſt materia in potentia naturali ad omnes tales formas, ſed ſolum ad illas quas prędcedit aliqua diſpoſitio in ea, vel eſt aliquod agens ſecundum naturam potens inducere illam diſponere in illam, manifeſtum eſt autem, quòd nulla forma materialis eſt, quæ repugnet materię, & tamen aliquis gradus eſt formę materialis ſecundum perfectionem, quem nullum agens naturale poteſt deducere in materiam, & ad talem formam non eſt materia in potentia naturali, & ideo neque habet appe- E
petitum ad illam, quia tunc eſſet appetitus fruſtra in natura cũ natura non poſſit prouidere. Et iõ cum materia habuerit oẽs illas formas ad quas eſt in potẽtia naturali. i. ad quas põt reduci paliquod agẽs naturale, agendo ſm naturã erit perfecta ſimpliciter, & ſatiat' erit appetitus ſuus, & non cupiet alias, quia nõ eſt appetitus naturę, ad quod non eſt potentia ſecundũ naturã, manet tamen ipſi materię adhuc potentia ad recipiẽdũ formas perfectiores per agens ſupernaturale, ſed ad illas non habet materia appetitum, ſi tñ agens agat in illam recipiet eas, totus tamen appetitus naturę eſt quietus non recipiendo illas, quod nõ fieret ſi ad aliq̃ earum hr̃et potentiam naturalem, quia etiã hr̃et appetitũ, ſicut patet de dotibus corporũ beatorũ, nam illę ſunt conditiones corporũ, vt claritas illa, &

agilitas in corporibus nostris recipiuntur in gloria, & tamē nullum ens naturale potest causare dispositiones illas in nobis, ideo corpora nostra non sunt in potentia naturali ad has perfectiones, neque habent appetitum ad illas. Vnde neque habent nunc capacitatem ad illas, nisi secundo modo. i. vt est non repugnātia accipiendi illas, ita est quantum ad intellectū, quia intellectus humanus tam, vt est humanus, quam vt est animę separatę determinatur ad certa intelligibilia, s. vt est humanus, idest corpori vnitus est in potentia ad substantias separatas imperfecte, & confuse intelligendas per species acceptas ab eis, vt dictum est, & hęc in quolibet beato implētur, & superadimplētur cum insuper videant Deum, ad quem videndum non erant in potentia naturali, ideo nō manet appetitus naturalis ad plura, aut maiora intelligēda, neq; capacitas prout est cū aptitudine, sed manet capacitas. i. non repugnantia ad recipiendum aliud intelligibile, vel altiori modo intelligendum si per aliquam vim superiorem reducatur ad intelligere illud, & tamē ad hoc non est appetitus aliquis, iō etiam si nō adueniat cuilibet beato gradus beatitudinis quem Petrus habet, est quietus appetitus suus naturalis, & nihil plus appetit, quia non est in potentia naturali ad maiora intelligenda.

Tertio modo potest dici, & adhuc melius, ꝙ in animabus beatis non manet appetitus, nec capacitas ad maiorem gradum beatitudinis, est.n. beatitudo in visione Dei, & si haberent capacitatem maioris beatitudinis possent Deum videre clarius, & abundantius, ita vt plenius eum caperent, & tū non possunt, quia licet Deus clare se ostendat, & videndum prębeat cuilibet beato, & apponat totum conatum suum beatus ad videndum, & Deus nō se occultet, immo velit ab eo videri, non poterit videri clarius, neque plenius ab eodem beato, q̄ videatur manēte dispositione priori beati, sed est verum, ꝙ poterit dari beato aliquid, f̄m quod sit magis capax Dei, & videbit eum tūc clarius, & si existente dispositione illa in beato non videret Deum, nisi sicut prius, vtpote quia Deus se occultaret ab eo, maneret desiderium beato ad perfectius intelligēdum, quia capacitatē maioris cognitionis habet.

An anima nostra, sicuti est in potentia naturali ad videndum omnia naturalia, & substantias separatas, ita sit ad videndum Deum, quando erit separata.
Quæst. DCLI.

CIRCA quod sciendum, ꝙ aīa nostra nō est in potentia naturali ad intelligendum Deū intuendo ipsum, sed est in potētia ad oīa naturalia, & ad substantias separatas cognoscendas, qñ ipsa fuerit separata, & ob hoc ad istā cognitionē non requiritur alia dispositio, nisi q̄ ipsa hēt naturaliter, vñ hic existens apprehensis spēbus ꝑ sensum statim cognoscit naturalia licet impfecte, & statim, vt fuerit aīa separata cognoscit substātias separatas ꝑ spēs, quę statim ei influunt, sed Deū nō pōt videre aīa nra hic, neq; qñ separata fuerit si nulla alia dispositio circa eā fiat, & hoc nō quasi Deus se occultet aliquibus, ꝙa nulli se occultat, sed ꝙa est lumē excellēs iuxta illud 1. Timo. 6. habitat lucē inaccessibilē, q̄ nullus hoīum vidit, neq; videre pōt, s. secundum statū aīę, & istud est, ꝙa Deus est quoddā visibile non proportionatū intellectui nro, sicut apparet in lumine visibili rerū corporaliū, tanta est. n. lux solis, & infirmitas oculorū noctuę, ꝙ non pōt videre aliquid de sole si oculos aperuerit ad solē 2 Meta. nō quidē, quasi se sol occultet, quia non se occultat, sed quia excedit lux illa ꝓportionē organi visiui noctuę, iō magis obtūdit, & obtenebrat visus suus ad pñtiam solis, minora aūt visibilia, & sub pauca luce videt, sicut ꝑ noctē videt, ꝙa pauca lux est tam in visibili, q̄ in medio, per quod fit visio, ita & aīę nrę intellectus est infirmus, & debilis inter oēs substantias intelligentes, iō sufficit ad intelligendum parua intelligibilia, ad intelligendum aūt magna nō sufficit per se, tale aūt est ipsa diuina essentia, q̄ est maximum intelligibile, & est vltra ꝓportionem luminis aīę nrę, vñ siue maneat aīa nra cōiuncta, siue separata, non poterit vnq̄ Deum intueri, aut ꝑ seipsum cognoscere, sed ad hoc cū Deus vult, ꝙ aliqs intellectus creatus cognoscat eū intuēdo, quod est ꝑ se cognoscere, & clare, creat in illo quoddam lumen habituale, quod vocatur lumen glorię, & per illud fit essentia diuina ꝓportionatū intelligibile intellectui nro, & f̄m quantitatem luminis illius est quātitas cognitionis, ꝙa cui maius lumen glorię datū fuerit clarius cognoscet Deum, & ꝑ plures modos cognoscibilitatis, ꝙa ē magis proportionatū ei illud visibile, sicut apparet in nobis quantū ad visionē solis, ꝙa fere ad oīa aīalia est excellens visibile sol, iō nullū diu, aut semper saltem pōt respicere solē inoffensis oculis, ꝙa nullius aīalis organū visiuū est totaliter, & simplici ter ꝓportionatum soli, sed quorundā aīalium oculi sunt magis ꝓportionati soli, q̄ oculi aliorū, iō quędā animalia diutius, & clari⁹ solē intuent, quā alia. Sic de lumine glorię est, & istud est tā respectu hoīum, quā ēt angelorū, ꝙa nullus spūs creatus sufficit ad videndū Deum clare visione naturali, sed cum eum cognoscunt naturali cognitione, est per quandā spēm conscunt naturali cognitione, est per quandā spēm concreatam intellectui cuiuslibet angeli, quę multū deficienter, & dissimiliter Deum repñtat, & ꝑ talē cognitionem non beatificant, nam si sufficeret aliquis spūs creatus ad videndū Deum naturali cognitione eēnt naturaliter beati, & iā non possent esse dęmones dānati licet peccassent, ꝙa cum maneāt eis naturalia integra viderent Deum clare, & ita essent beati, ꝙa sola Dei visio beatificat videntem. Cum ergo per solum lumen glorię datum intellectui creato possit Deū videre, & videndo sit beatus, vī ꝙ beatitudo stat in eo, ꝙ datur nobis lumen glorię habituale, & quia illud pōt esse maius, & minus, necesse est, ꝙ cui maius datum fuerit sit beatior, cui vero datum fuerit minus, erit minus beatus, quia minus clare Deum videbit, non quidem, quòd obscure videat, quia nemo essentiam eius obscure videre potetit, sed quia pluribus modis cognoscibilitatis capiet, & cognoscet diuinam essentiā, quam ille, qui minus lumen habet, & iō non est differentia beatitudinis, nisi secūdum luminis illius differentiam, istud aūt lumen varie datur beatis secūdum proportionem meritorum. i. qui magis meruit beatificari accipit maius lumen, & eoipso efficitur beatior, ꝙa plenius cognoscit, & sic iuxta differētias meritorū est differentia luminis collati beatis, ita vt aliq̄ beatio res alijs sint. Hoc dato dicendū, ꝙ sicut añ lumē illud glorię datū intellectui nostro nullus intellectus erat in potentia videndi Deū, nec hēbat capacitatē illius. i. ad capiendū Deum, & per hoc, ꝙ dat lumē glorię dat cuilibet capacitas Dei. i. ꝙ tantum capiat Deū quāta est mensura luminis glorię. Ita dando diuersitatem luminis datur diuersa, & inęqualis capacitas, & sic cum quilibet beatus videat Deū f̄m gradū luminis glorię, quod habet, videt eum f̄m totā suam capacitatem, & non manet aliqua capacitas in beato illo ad eū perfectius videndum, sed alius beatus habet maiorē capacitatē Dei, iō pfectius videt, & sic patet, ꝙ cuiuslibet beati tam appetitus naturalis, quā capacitas tā naturalis, quā glorię implentur, & quietantur, & iō dīr simpliciter impleti. Est tñ verū, ꝙ poterat Deꝰ dare minimo beatorū, ꝙ videret ipsum tā perfectę, sicut Petrꝰ, & tamen ille beatus, neque istud cupit, neque capacitatem habet ad illud, nam non naturale m nec glorię, vt patet ex dictis, sed potest Deus dare illi si voluerit plus de lumine glorię, quam dedit, ita vt sit ęqualis Petro in lumine, & tūc erit ęqualis in gloria, & visione, sed ante hoc capacitatem non habet ad gloriam Petri, & ita apparet, quòd cuiuslibet beati est appetitus satiatus, & tamen manet inęqualitas glorię propter lumen illud varie collatum.

Cum autem dicebant illi, quòd solius animę Christi erat appetitus quietatus, dicebāt pp duo. Primo ne ponerent in Christo hunc, quasi defectum, quòd non esset in eo plenus appetitus. Secundo, quia in eo melius potest tolerari, quā in alijs, nam si supra cuius libet beati gloriam inuenitur de gloria creata. Dicendum, ꝙ tam Christi, quam omnium beatorum est appetitus quietatus iuxta prædicta, & sicut non se habebat recte ponere Christum non habere appetitum quietatum, ita & quòd aliquis de beatis sit cuius animus non sit quietus, est incōueniens, sed omniū est animus quietus, quòd vero non est supra beatitudinem Christi aliquis gradus glorię non ostendit, quòd anima Christi non posset recipere maius lumē glorię, nam certum est, quòd lumen glorię animæ Christi non est in infinitum, quia anima Christi est creatura, & non habet aliquid infinitum actu, & nulla etiam creatura potest esse infinita in actu, etiam cōstat, quòd cum lumen gloriæ non sit æquale in omnibus quantum est de se non repugnat ei crescere in infinitum, & ideo illi gradui luminis, quod Christus habet potest addi aliquid. Etiam non constat an repugnet animæ Christi, quasi dicatur, quòd nulla maior capacitas visionis possit communicari animæ Christi, nam quòd non deceat communicari maiorem gradum luminis certum est, quia si deceret communicatus esset, sed non communicatus est, ergo non decet, sed an possit, scilicet, quòd anima capiat illum si communicaretur, & non excedat simpliciter animam illam, non apparet, neque est causa manifesta quare sic concedere debeamus, & ita apparet, quòd licet lumen gloriæ animæ Christi sit maius lumine gloriæ omnium beatorum, & ideo beatitudo animæ suæ sit maior beatitudine omnium aliorum, non tamen est ideo appetitus naturalis alicuius beati incōpletus, sed est omnium appetitus naturalis quietatus.

Responsio ad primam rationem factam in principio quæstionis principalis, scilicet quæstione. 647
Quæst. DCLII.

AD argumenta duo in cōtrarium facta vtroque modo potest responderi, & tenendo istam positionem secundam, quæ vera est dicendū ad primum, ꝙ appetitus naturalis quietatio est necessaria ad beatitudinem, & cum sit æqualis appetitus naturalis omnium eiusdem speciei, eo quòd est species, & natura vna, necesse est quietato appetitu naturali in omnibus peruenire ad æquale in omnibus beatis, & si non adderet beatitudo aliquid vltra ea, quæ appetuntur naturaliter, non posset beatitudo esse inęqualis, & tñ beatitudo multū addit in quolibet beato vltra ea, ad quæ est in potētia naturaliter, & consequenter multa addit in quibus possint esse beati inæquales, nā videre Deum est vltra naturalem potentiam, & appetitum, & communicatur cuilibet beato, & in hoc datur magis, & minus, iō impleto naturali appetitu in quolibet beato stat accipere inæqualitatem beatitudinis. Ad secūdū dicēdū, ꝙ, licet appetitus naturalis est rectus, ita & appetitus liber eligens conformiter appetitui naturali est appetitus rectus, & nō differt per aliud nisi, quia appetitus naturalis non est electiuus appetitus autem liber electiuus est, & si recte secundum naturam appetimus omne possibile nobis secūdū naturam, recte illud eligimus, secūdum appetitū liberum poterit quilibet appetere æquale ad aliū, & ita videbitur beatitudo oīum ęqualis. dicēdū, ꝙ nō sequitur, ꝙ btītudo sit ęqualis, est. n. verum, ꝙ appetitus naturalis est rectus, ꝙa a Deo recto institutus est, appetitus etiam liber eligens secūdū appetitum naturalem est rectus. Et ita ꝙ quilibet eligat tantam perfectionem quantam habere potest secūdū speciem, & ad quantam inclinatur secūdū appetitum naturalem rectū est, & est verū, ꝙ quilibet beatus illā perfectionem habebit, & tñ non sequitur, ꝙ iō erit beatitudo omnium æqualis, istud. n. esset si beati non haberent aliquid vltra naturalem appetitum, & tñ quilibet beatus habebit vltra appetitum naturalem, vt ostensum est. Siquis aūt vellet tenere primā ñsionem, s. ꝙ nō implebitur appetitus naturalis in quolibet beato, licet non sit vera, ñderet iuxta illā sic, vt ñdēt tenentes illā, s. ꝙ beatitudo est inæqualis, & maxima beatitudo peruenit ad maximā perfectionē possibilē in spē humana, & iō dñt, ꝙ nō qetabīt qlibet appetitus naturalis, vel sensitiuus, f̄m ꝙ aptus natus est qetari, ita ꝙ qetetur in tāta perfectione in quāta natus est qetari, & quāte est capax, hoc. n. solum esse dñt de appetitu naturali aīe Christi: sed appetitus totalis cuiuslibet brī quietabit f̄m ꝙ est consonū rōni & voluntati, vt oīs appetitus quietetur in ordine ad illā cām quæ quietat oīa nō f̄m capacitatē eius simpliciter sed f̄m ꝙ cā illa iudicat quietādū esse: quia aliàs dñt ꝙ dēret esset quietatio machometica, f̄m quā dr ꝙ mortui in Paradiso hēbunt flumina lactis & mellis, & fruentur cōplexibus virginū puellarū iuxta venerēā dissolutionē, nā sensus gustus, & tactus hęc cupiūr, & sic qetandus esset gustus, & tactus si iuxta condōnē propriam qetarentur. Sed dicēdū, ꝙ nō stat, præsupponūt. n. isti, ꝙ appetitus rōnalis in quolibet btō implebit, sed nō naturalis, ꝙa f̄m appetitū rōnalē cupimus solū illam perfectionē, q̄ meruimus, & illā qlibet habebit, & isti putāt, ꝙ illa in nullo accedit ad ęqualitatē appetitus naturalis, nisi in Christo, impleri aūt illū in quolibet btō nō dñt, & hoc pp duo, primo, quasi nō sit possibile obsistente rectitudine rōnis cū nō sufficiāt ad illud merita, secūdo, quasi turpe sit qetari appetitū. Sed dicēdū, ꝙ nihil istorū impedit, de primo patet ex dictis, ꝙ qlibet beatus accipit totū, quod est possibile f̄m naturā, & iō cōplet in eo appetitus naturalis, cū nō sit ad plus naturalis appetitus, q̄ sit naturalis potētia, & qlibet habet vltra potētiā naturę recipiēdo ab agēre supernaturali capacitatē f̄m lumē glorię, vt dictū est. Si aūt diceret, ꝙ qetaret appetitus naturalis in beatis nō f̄m se, sed solū f̄m rōnē, nō differret status glorię a statu virtutis, s. ꝙa aliquid cuperēt beati electiue, vel saltē inclinarētur ad illud naturaliter, & tñ cohiberēt desiderium suum, quia rō dicit non esse illud appetēdū, sic. n. est in virtute, nam passio inclinat ad cupiēdū diuitias alienas, & honorē non habitum, & voluptates venereas, sed ratio contradicit ei, vt nō cupiamus ea, & abstinemus cū quadā tristitia, & difficultate pp repugnantiam, quæ in nobis est. esse aūt virtuosum non est esse beatum, quia virtus cum difficultate est, nam virtus, & habitus sunt circa difficillima 1. Ethi. & Christus dixit ad Paulum 2. Cor. 12. c. virtus in infirmitate perficit, beatitudo aūt est omnū delectabilissima, & beatus est, ꝙ habet omne, quod vult, & nihil habet, quod nō vult, vt ait Tullius in dialogo Hortēsij & Aug. 13. de Tri. & Magister 4. Sen. di. 49. si aūt nō haberet omnia, quæ naturaliter appetit, sed appetitū suum regularet cohibendo illum f̄m rationem, vt

non

non desideraret, vel vt potius non eligeret id, quod desideraret, sed cohiberet desiderium, non differet beatus a virtuoso, sed multum ista distant, ideo dicendum, ꝙ appetitus naturalis erit quietatus totaliter, ita vt nō cohibeatur, quod pęnale est, sed vt nihil cupiat, quasi habeat omne, quod cupit, & hoc est satiari, & gaudere.

Responsio ad rationem illorum, qui ponebant, quod appetitus naturalis in beatis non debeat quietari.
Quæst. DCLIII.

CVM vero dicebatur, ꝙ non debeat quietari appetitus naturalis saltem sensitiuus, quia tunc essent delectabilia secundū tactum, & gustum, quod pertinet ad felicitatem machometicā. Dicendū, ꝙ quietabitur omnis appetitus noster quicunque ille sit, & iō appetitus sensitiuus, ꝙ tunc manebit quietabitur omnino habendo, quod ille cupit, quia aliàs daretur, ꝙ maneret in vita ęterna appetitus aliquis tactus, vel gustus, i. ad venerea, vel cibos in vita ęterna, & tñ illum non expleamus, sed resistamus huic desiderio ratione contradicente, sed hoc non stat, quia non erit tunc beatitudo, sed miseria, si aliquid vrget nos, ꝙ non explemus, ſ. ꝙ vel aliquid cupimus, quod non expleamus, vel ꝙ aliquid concupiscamus, quod explere non debeamus, quidquid ergo appetitus cupiet hoc fiet, & nō solum fiet, sed illud statim habebit. Est tñ dicēdū, ꝙ neque gustus cupiet cibos, aut aliquid delectabile huiusmodi, tactus quoque non cupiet venereum contactum, aut similes illecebras. Et circa hoc considerandum, ꝙ tactus, & gustus sunt sensus, sicut visus, & auditus, omnis autem sensus est potentia cognitiua, & ordinatur ad intellectum, nam cum in homine superior vis cognitiua sit intellectus, quā sensus, necesse est ordinari sensum ad intellectum, & quantum ad hoc plenitudo erit totius appetitus sensitiui, quia sunt istę potentiæ ad apprehendendum species rerum sensibilium, vt per eas intellectus cognoscat omnia naturalia, quæ sunt sensibilia, & tñ quilibet beatus cognoscet omnia naturalia, ideo id ad, quod sensus sunt, iam habebitur. Insuper circa sensum tactus, & gustus sunt specialiter delectationes materiales, nam licet circa quemlibet sensum, qñ est bene dispositus, & sensibile est conueniens, fit delectatio in sentiendo, circa gustum, tñ & tactū sunt fortiores, & maiores delectationes, & magis materiales, nā delectationes visus, & auditus sunt spirituales, quasi & sine cōtactu carnis, gustus autem, & tactus habent delectationes multum materiales, quia fiunt per medium intrinsecum, ſ. per applicationem carnis, & non solum istę voluptates experiuntur in actu sentiendi secundum gustum, & tactum, sed etiam cum nōdum habentur, vrgent nos, vt moueamur ad experiendum eas, & necesse est, vt sit maior molestia, quā faciūt cū mouēt ad hoc, ꝙ habentur, & ꝙ sustinent illi, ꝙ eas tolerare, & cohibere volūt, ꝙ fit oblectatio, ꝙ causant in sentiēdo, sicut maior est angustia, ꝙ quis patit tolerādo famē, ꝙ delectatio, ꝙ experit sumēdo cibos. & istę voluptates fuerūt appositæ in his sensationibus, & inclinationes ad experiēdū has voluptates, vt natura cōseruaret, fuit. n. rectissima ordinatio, quia natura nihil plus appetit, ꝙ seipsam conseruare in essendo. Indiuidua aūt generabilia, & corruptibilia cōseruant dupliciter, ſ. in se, & in spē, cōseruatio in spē est cōseruatio in suo simili, cū nullū horū indiuiduorū possit esse ꝑpetuū. Cōseruatio in se fit, vt indiuiduū, quodlibet tandiu maneat, quādiu manere pōt. Prima cōseruatio fit p generationē, quæ est p decisionē factam seminis, & commixtionē ad fęmellā eiusdem speciei, & in cōiūctione est tāgi, & sentire, & natura ingeniauit voluptatē magnā inter carnales naturales illecebras, vt sic omnia animalia mouerent ad conseruandum naturam, & preciū, quasi pro actu hoc dedit voluptatem in ipso actu commixtionis, & quoniam adhuc, vel pecora, vel maxime homines nō curarent exercere commixtionem istam, etiam si in ea esset voluptas, apposuit natura omnibus animalibus perfectis fortissimum incitamentum, ſ. quandam vim igneam impellentem, & apprehensionem existimatiuam, quasi de magno, vt his agentibus, quasi necessario ad hanc rem a seipsis mouerentur.

Secūda cōseruatio, quæ est indiuidui est per restaurationem deperditi, quæ deperditio fit continue ex conditione corruptibilitatis, & restauratio non potest fieri nisi sumpto aliquo interius, quod transeat in substantiam indiuidui, & istud est alimentum, & per hūc modum conseruantur omnia animalia, quæ aliter nō poterant manere nisi per paucos dies, vt aūt animalia festinarent ad istam conseruationem faciendam, & non obliuiscerentur sui ipsorum, posuit Deus, qui est naturę institutor voluptatem in gustando secundum conditionem ciborum conuenientium, & non solū dum gustātur cibi experimur voluptatem illam, sed & antequam experiantur est in nobis appetitus quidam, qui nos velut violenter ad hoc trahit, ita vt dissimulare non possimus, qui vocatur fames, & sitis, hęc est conditio nostra dum manemus, & ideo in omni gustu quātūcunque regulato per virtutem est nūc appetitus ad cibos delectabiles, & delectabitur si sumat eos, & omnis tactus est inclinatus ad experiendū voluptatē venereotū, & sentietur illecebra in tactu si realiter exercuerit venerea. Sed dicēdū, ꝙ post resurrectionem non erit sic in tactu, & gustu, nullus. n. talis appetitus manebit, & hoc, neque in beatis nec in damnatis, & tñ si maneret ille appetitus, sicut nunc manet, necessariū erat ad tenendū beatitudinē, & vt non esset ibi aliqua miseria, ꝙ esset vsus venereorū, & ciborū, sed nihil ibi tale est, & patet hoc, quia iste appetitus non est in animalibus nisi, quia a Deo inditus est ad conseruandum naturam, & indiuiduum, qui aliter conseruari non possunt nunc in statu corruptibilitatis, post resurrectionem autem non erit necessaria conseruatio naturę per actum generationis, quia iam non erit multiplicandum genus humanum, & ideo copula carnalis nō erit ad aliquid vtilis, & consequenter desiderium, & impetus naturę ad illum erit iam superuacuus, indiuidua quoque nulla patientur iam corruptionem vllam, aūt alterationem, quia ille erit status incorruptionis, sed cibus nō sumitur nisi ad restaurationē deperditi palteration-em, & corruptionem, quæ continuo fit in corpore: Ideo tunc cibus non erit opportunus, & consequenter, neque appetitus ad cibum, & sic non erunt iam isti duo appetitus quorum voluptates inueniebantur in tactu, & gustu. Et hoc patet ex responsione Christi ad illum Sadducęum, qui quæsiuit cuius esset post resurrectionē vxor illa fęmina, quæ viuens fuerat vxor septem virorum, nam dixit, in resurrectione non nubent nec nubentur, sed sunt, sicut angeli Dei supra 22. c. & Mar. 12. c. & Lucę 20. idest, sicut angeli Dei, qui incorporei sunt venerea non exercent, nec possunt, nec appetunt, cum sint puri spiritus, ita & homines effecti tunc spirituales, licet substantiam carnis habeant, non appetent ista nec exercebunt. Vnde dicēdū, ꝙ sicut nunc est naturale appetere cibum, & venerea, & pęnale est viris cohibere in se ista desideria, ita tunc esset pęnale compelli ad exercendum istos actus, cum tunc illos nullo modo appetent.

Quare datę sunt potentię sensitiuę homini.

Quare post resurrectionem homines nō appetent, id quod nunc.
Quæst. DCLIIII.

SI autem dicatur quomodo fiet, quòd non appetent homines id, quod nunc appetunt, quia videtur esse naturale cum sit commune omnibus hominibus, & non solum illis, sed & pecoribus, & omnia naturalia manebunt.

Dicendum, ꝙ naturalis est nunc appetitus, quia est ad conseruationem naturę, & indiuidui, & iō, quia tunc non erit ad conseruationem istā, nihil erit quare sit naturalis, nam non est iste appetitus aliquid naturale tanquam pars, vel conferens ad rationem, vel quidditatem hominis, sed naturale, vt naturę conseruatiuum. Ergo necesse est, ꝙ si quando defierit esse conseruatiuus naturæ, desinat esse naturalis, sed quia iste appetitus innascitur ex modo mixtionis corporū nostrorum quandiu sic corpora manserint, etiam si non esset necessaria, neque vtilis conseruatio naturæ semper maneret appetitus iste, quia cum sit naturalis est indeterminatus, & mouet indeterminate, & non secūdum rationem, & expletur interdum in eo, quod non pertinet ad conseruationem naturę, vt in Sodomitis, vel, qui pecora contingunt, vel qui semina fundunt extra vasa fęminea, ita enim mitigatur appetitus ille hoc modo, sicut tāgeret fęminam, & tamen prędictis modis non potest conseruari natura, quia non sequitur generatio. & ideo dicendum, ꝙ ad tollēdum istum appetitum oportet esse aliam mixtionem corporis nostri, secundū quam non sint in eo talia desideria, hoc autem fiet conuenienter, qñ pereuntibus omnibus per mortem, & incineritatis reformabitur caro nostra rursus a puluere, & licet sit eadem materia numero, non erit eadem complexio, & eadem accidentia cōsequentia mixtionem. sicut ergo tolletur corruptibilitas, ita tolletur, & appetitus venereorum, & ciborū, & omnia huiusmodi, quæ non conuenient illi statui, & sicut hoc erit in beatis, ita & in damnatis erit, nam etiam corpora sua reformabuntur, licet nō erunt glorificata, & sic alius modus mixtionis eorum erit, vnde non inerunt eis illi appetitus. & apparet de vtrisque, quia quasi tunc de nouo conditur natura humana, cum ex cineribus omnia corpora reparentur, & accipiant esse suum, sed natura, sicut non est deficiens in necessarijs, ita non abundat in superfluis, quia vtrunque est vitium, & repugnat ordini, vt patet 12. Metaphy. vbi pp hoc dicit Aristo. non esse plures rectores, aut principes vniuersi, quia vnus sufficit, & tñ tunc superuacuus esset talis appetitus, cū sit iste ad cōseruandū naturam institutus, & tñ natura tūc condita non est sic conseruabilis, ergo superuacuus esset ille appetitus, & potius noceret naturę, & affligeret eam, nā actus venereorū nō fit sine actuali resolutione seminis, & decisione quadam, & corruptione, & tñ ille est status omnimodę incorruptibilitatis, ideo non erit tunc appetitus venereorū in beatis, neque in damnatis. Et hoc modo apparet, ꝙ satiabitur appetitus naturalis, & sensitiuus in beatis, & tñ non sequitur ex hoc aliquid ꝓ rationem, quia non erit iō felicitas machometica in venereis, & cibis, & potibus, cū ad talia non maneat appetitus aliquis post resurrectionem. Est tñ dicendū, ꝙ si talis appetitus maneret esset necessariū, ꝙ beati vterentur copula, quia aliàs nō esset beatitudo, vbi haberent aliqua desideria, quæ eos afligerent repugnando illis, & in ęternū maneret ista tristitia, & anxietas, cum nūquam vsuri essent in vita ęterna copula carnali. Ad secūdum tenēdo prędictā positionem erat dicendum, quòd appetitus liber eligens cōformiter ad appetitū materialē nō est rectus, quia licet sit appetitus naturalis rectus non cōsequit rectitudinē suā ex cōformitate ad illū ipse appetitus liber, sed per conformitatem ad appetitum superiorem, qui est appetitus diuinus, & quia ille appetitus vult, ꝙ habeat homo quilibet tantum quantum meruit, & non plus, nō pōt esse appetitus liber rectus si eligit plus habere, ꝙ meruit, licet appetitus naturalis plus velit, manet tñ appetitus naturalis rectus, licet per eum inclinetur quis ad habendum plus, quam velit, sed iste non elicit operationem, vnde qñ eliciēda est, iam elicietur per appetitum liberū, qui vult sequi appetitum naturalē, & tō diuersimatis est, quia appetitus naturalis est determinatus ad aliquid per eum, qui naturam condidit, & non pōt mutari in aliud, sicut neque natura mutatur. Dicere ergo esse illum appetitū non rectum esset ponere obliquitatem in eo, qui illū condidit, quia talem illum fecit, qui in aliud mutari non posset. Sic, & de appetitu sensitiuo, nam non est nō rectus appetitus sensitiuus, quia delectatur in tangibili, quantumcunque ratio iudicet illud turpe, vt in fornicatione, quia determinatus est appetitus sensitiuus, & non pōt aliter se habere, neque debet vocari rectus, aut non rectus comparando ad aliquam regulam superiorem, sed absolute vocatur non malus. appetitus autem liber, quia nō est determinatus, sed pōt ad oppositum debet vocari rectus, & nō rectus, ꝙ varie elicit actum, & rectitudo sua attenditur in eo, ꝙ conformatur appetitui supremo, qui est regula vniuersalis, & cū recedit est obliquus, & iō verū est, ꝙ si per appetitum electiuū quis debitis eligeret maiorē gloriam, quam habeat esse obliquus appetitus, quia ageret contra regulam Dei commensurantem præmia, & demerita. Sed dicendū, ꝙ licet appetitus liber non appetat ibi contra regulam Dei, non facit hoc, quasi velit se subdere illi, sed quia nihil est secundum, ꝙ moueri possit ad magis cupiendum, nam quātum appetitus naturalis appetit. i. inquantum inclinatur habitum est, & iō cum ille sit quietatus nihil habet, quod moueat ipsum ad maiora volēdū, quoniam nec capacitas aliqua manet, quæ repleri debeat. si tamen ponamus, ꝙ beati non eligūt maiorem gloriam, quia consonat hoc rationi diuinæ, rursus tñ appetitus eorū naturalis nō est quietatus, dabitur ꝙ sit in eis quidam remorsus, quia debent cohibere desideria sua, sicut nos secundum virtutem cohibemus iram, & libidinem, & cęteras passiones, & hoc tollit beatitudinem, ideo dicendum, ꝙ in beatis erit quantum ipsi cupiunt secundum omnem appetitum tam naturalē, quam liberum, quam sensitiuum, & tunc conformes isti appetitus erunt, ſ. naturalis, & liber in homine simul ad appetitum Dei, qui est regula simpliciter omnium agibilium.

Ad decimam ratio ęterna de q. 97. alio gens cōformiter ad appetitū materialē nō est rectus, quia licet sit appetitus naturalis rectus non cōsequit rectitudinē suā ex cōformitate ad illū ipse appetitus

Vnde proueniat beatitudinis inæqualitas in beatis.
Quæst. DCLV.

SED quæretur cum detur inæqualitas beatitudinis, vnde proueniat ista inæqualitas.

Aliqui dicunt, ꝙ ex parte obiecti beatifici. Sed dicendū, ꝙ non stat, nam idem est obiectū beatificum omnium beatorum, ergo æquale est, quia idem non potest esse inæquale, est. n. Deus obiectum beatificum, & Deus vnus est. Secundo, quia obiectū beatitudinis est summum bonū, sed bonū summum tantum vnum est, quia impossibile est esse duo summum bonum, quia vnum deesset alteri, & neutrum esset summum bonum, quia vnum non includeret alterum, neque esset idem ei, sed aliquod est summum bonum, ergo necesse est vnum tantum esse, sed in vno non est inæqualitas, ergo ex parte eius non est beatitudo inæqualis.

Tertio, quia nō potest esse obiectum beatificum, nisi bonum infinitum, quia sicut in sensitiuis non est dele-

delectatio quælibet optima, sed quę est circa optimũ, F ergo necpotest aliquod esse obiectum beatitudinis simpliciter, nisi infinitum bonum, quia quodlibet nõ infinitum est minus infinito, & ideo non est summum, etiam quodlibet minus non satiaret, neque impleret potentias beatificabiles, ideo oportet, quòd sit infinitum, & quia quilibet beatus est beatus in illo obiecto, & non est vnus beatus fruendo vno obiecto superiori, & alius inferiori obiecto, non ergo erit ista inæqualitas ex parte obiecti.

Aliqui dicunt, quòd est ex parte potentiæ receptiuæ, vocamus potentiam receptiuam intellectum, quia obiectum beatificum beatificat inquantum vnitur beatificabili, non apprehendit autem aliqua potentia Deum, nisi intellectus, quia Deus est immate- G rialis, ideo non potest cognosci per potẽtiam sensitiuam, ideo per intellectum apprehenderur, nam appetitus non potest vniri Deo nisi, vt cognito, illa ergo potentia, quæ immediate apprehendit obiectum beatificum, & per cuius actum beatificamur est intellectus, deinde voluntas vnitur Deo, vt summo bono, & beatificatur etiam, peruenit etiam beatitudo post hæc ad corpus, non, quasi sit per se corpus receptiuum beatitudinis, sed per redundantiam ab anima, quæ est per se capax obiecti beatifici, & ideo inęqualitas beatitudinis in omnibus his inuenitur, nam non solum ex parte animæ, sed etiam ex parte corporis est inæqualitas beatitudinis in beatis.

Et tunc est videndum an aliqua sit inæqualitas capacitatis ex parte potẽtiarum principaliter receptiuarum felicitatis, quia forte ex parte illarum aliquid, pueniet. Sed in hoc dicendum, quòd non est attendendum ad corpus, neque potentias sensitiuas, quia licet beatitudo ad eas perueniat, non sunt ipsę capaces obiecti beatifici, sed per redundantiam deriuatur tam in corpus, quam in potentias sensitiuas quædam participatio beatitudinis, ideo attendendum est ad intellectum, & voluntatem, quæ capiunt per se obiectum beatificum.

An possit esse beatitudinis inæqualitas pœnes intellectum, & voluntatem. Quæst. DCLVI.

I

ALIQVI autem putant in his non esse inæqualitatem, quia sunt potentię eius formę, quæ est vnius speciei, iõ sicut esse speciei consistit in indiuisibili, ita, & anima humana, & potentiæ eius consistent in indiuisibili, & sic non inuenientur perfectius in vno homine, quam in alio. Dicendum, quòd anima non inuenitur secundum æqualem perfectionem naturalem in omnibus hominibus, & consequenter intellectus, & voluntas, & apparet ex operationibus intellectus, quia vnus homo perfectius valde intelligit, quam alius cum magistro, ergo non sunt æquales intellectus amborum. Cum vero dicitur, quòd anima consistit in indiuisibili, dicendum, quòd cuiuslibet speciei substantia stat K in indiuisibili, idest, quòd non potest haberi secundũ magis, & minus, sed quilibet, qui est in illa spẽ habet totum, quod requiritur ad quidditatem illius speciei, & tamen, quòd forma substantialis vnius speciei recipiatur perfectius in vno indiuiduo, quam in alio, aut in vna parte materiæ, quam in alia, non repugnat indiuisibilitati quidditatis speciei, tunc enim non staret in indiuisibili substantia speciei, si indiuiduum vnius speciei posset habere aliquam perfectionem minorem, quam sit illius speciei, sicut de ratione animæ humanæ est, quòd sit substantia spiritualis vnibilis materiæ, vel apta nata, vt sit forma corporis organici taliter dispositi, vt est corpus humanum, quòd vero esset spiritus habens tam maiorem perfectionem, sicut licet, vt non indigeat vniri corpori, sed per se possit perfici naturaliter addit gradum ad animam humanam, & iam desineret esse anima humana, & incideret esse substantia separata, vt dęmon, vel angelus, vel si esset substantia apta nata, vt sit forma corporis organici, non tñ sit spiritualis descenderet a perfectione humanæ animæ, & inciperet esse anima bruti, & ideo consistit in indiuisibili esse speciei, quia addito quocunque gradu substantiali, vel detracto tollitur esse speciei. Quòd tñ anima manẽs substãtia spiritualis vnibilis corpori organico per hoc, q vnitur corpori accipiat esse perfectius intra gradum naturę suæ quantum ad vires suas, i. intellectum, voluntatem, & vires motiuas, sensitiuas, & vniuersas alias nõ est inconueniens, quia semper manet esse in indiuisibili, cum non ascendat anima ad gradum alicuius formę, vel speciei superioris, neque descẽdat ad imperfectionem alicuius speciei minoris, immo, & necesse est istã inæqualitatem esse in animabus nostris naturaliter, & sequitur hoc ex corpore, quia anima est forma, & dicit essentiam quandam interminatam secundum perfectionem, licet sit terminata secũdum quidditatem, i. rationem speciei, & communicatur anima corpori, quia in eo creatur. cum ergo ista essentia formę animæ sit interminata ex se, necesse est, vt terminetur aliquo, & iõ necesse est, vt terminetur termino naturę suæ, quia quælibet res hoc modo terminatur, sed animæ est naturale recipi in corpore, & vniri ei, ideo H est ei naturale terminari termino corporis. i. quòd tanta sit perfectio animæ in essendo secundũ omnes vires suas, quãta est capacitas corporis, & ideo quanto materia est magis disposita ad recipiẽdum animã, tanto animã ibi creãdam necesse est esse perfectioẽ.

Quod animæ non sint in visibus æquales. Quæst. DCLVII.

ET ex hoc sequitur, q quędã aĩæ habent quasdam vires perfectiores in quibusdam hominibus, in alijs vero imperfectiores, nam quorundam sunt organa magis disposita ad cognitionem sensitiuam potissime secundum partem interiorem, quia illa organa, & species ibi manentes immediate seruiunt intellectui, ideo necesse est illorum intellectum esse perfectiorem naturaliter, & intellectum agentem habere maius lumen: in alijs vero materia est aptior ad vires sensitiuas, in alijs ad nutritiuas, & sunt longioris vitę, in alijs ad motiuas, & ideo sunt robustiores, & non conuenit eidem homini habere excellentissimas potentias animæ secũdũ omnia, cum dispositio materię non faciat, equaliter ad omnes vires, sed quarundam virium sunt oportunę dispositiones materiales, sicut virtutis memoratiuæ, & capacitatis velocis, intellectus aũt nõ habet organum, & ideo non est hoc modo perfectio, quasi ex immediata dispositione materiali. Sed dupliciter est ista inæqualitas intellectus. Vno modo ex meliori receptione simpliciter, nam aliquod corpus est in quo simpliciter melius, & perfectius recipitur anima, quã in alio, & tñ intellectus est præcipua vis animę, iõ vbi anima est simpliciter melius recepta, necesse est intellectum esse excellentiorem. Alio modo, & melius dicẽdum, quòd licet intellectus nõ habeat organum cui sit alligatus, habet tñ organa immediate ei deseruientia, scilicet illa interiora in quibus reseruantur phantasmata, nam ad phãtasmata respicit intellectus, tã vt ab illis species intelligibiles abstrahat, q vt post abstractionẽ in actu intellectionis cõuertat se actualiter ad phãtasmata, quia sine hac actuali conuertione nõ fit intellectio iuxta illud Ari. 3. de Anima oportet intelligentem phantasmata speculari, & ideo secũdũ ex-

excellentiam istorum organorum datur perfectio A intellectus.

Et hoc est causa quare Astrologi multi vera iudicent, & per certitudinem de conditionibus animæ natorum per tempora natiuitatis, i. de ingenio, & alijs conditionibus naturalibus, & hoc non potest esse, quasi ipsi directam cognitionem habeant de anima, nam cognoscunt prædicta per motum astrorum, & illa certum est, q non habent influentiam aliquam super animam, sed super corpora cum spiritus non recipiat passiue a corpore, ideo ergo hæc sciunt, & vera prædicunt, quia necesse est animas determinari in creatione sua in corpore ad esse perfectas, vel imper- B fectas secũdum potentias suas, secundum q recipiũtur perfectius in quibusdã corporibus, quam in alijs, & de corporibus directe habent cognitionem Astrologi, quia super corpora influunt directe astra. Ex hoc etiam apparet, q quando Deus vult dare alicui animã excellentem, siue secundum intellectum, siue secundum alias vires, dat ei corpus, q in conceptione sit optime dispositum ad illas vires, & tunc reperitur anima ibi perfecta, neque est alius modus quo anima fiat excellentior, aut minus excellens naturaliter, cũ recipiatur essentia animæ in corpore, quod est pars speciei, & cuius anima est forma, ideo necesse est, q terminetur terminis corporis. s. quantum ad gradum maioris, C & minoris dispositionis. Si autẽ animę possent creari extra corpus, non posset esse inter eas aliqua inæqualitas etiam in perfectione, sicut nec est diuersitas in spẽ, & patet, quia tunc non haberent animę aliquid per quod terminarentur, & ideo terminaretur quęlibet terminis suæ naturæ, & ideo haberet quælibet totam perfectionem suæ quidditatis, vel naturæ, sed natura est eadẽ, ideo nullo modo excederet vna aliã, sed omnes intellectus illarum animarum essent omnino æquales, nunc vero cum, animæ essentia communicetur corpori, terminatur terminis corporis, & secundum illos accipit gradum perfectionis, sicut fit in omnibus alijs formis materialibus, quæ terminantur secundum diuersam receptionem in materia, de cuius potentia educuntur, sed non possunt creari animæ humanæ extra corpus, quia nõ haberent aliquid, perquod possent differre, nam non esset inter eas differentia formalis, quia sunt vnius speciei, non etiã per materiam, quia non sunt vnitæ, ideo non poterãt creari distinctæ animæ, & q essent separatæ, secus autem post creationẽ in corpore possunt separari, quia retinent esse distinctum sine materia, quod accepe- E runt per vnionem ad materiam, & ob hoc dicimus, q in substantijs separatis, vt in angelis in qualibet spẽ est vnus tantum angelus, eo quòd non differunt per materiam, quia sunt spirituales non vnitę.

Quanta sit perfectio naturalis in animabus. Quæst. DCLVIII.

SED dicetur quãta potest esse differentia in animabus in perfectione naturali. Dicẽdũ, q tanta quanta potest esse in corporibus susciperitibus eas. Pro quo sciẽdũ, q non põt recipi anima in quolibet corpore, sed in organizato fm certam dispositionem, est. n. aliquod organizatum tam male disposituũ, q propter illius indispositionem non poterit ibi recipi anima humana, in alijs aũt melius dispositis poterit esse anima, & quantomagis progredietur ista dispositio, tanto perfectius recipiet anima in corpore, & tñ tanto poterit corpus humanũ. disponi excellẽter, q non conueniet animę humanę, vt si materia trahatur ad magnam raritatem, sicut est conditio aeris, ita vt non sit corpus tã materiale, & porosum, & tñ quandiu corpus põt conuenire animę tanto recipietur anima perfectius in corpore, si fuerit corpus melius dispositum in conceptione. Sed dicet nunquid, si hoc extẽderetur in infinitum posset vnus intellectus, vel vna anima excellere aliam in infinitũ?

Dicendũ, q non, quia non põt intellectus accipi magis, & minus in perfectione, nisi quousque veniat ad minimã intelligentiã separatã, nam anima humana est naturaliter inferior omnibus intelligentijs, & spiritibus, iõ dicitur in li. de causis, q intelligentię sunt in eternitate, anima aũt est in horizonte eternitatis, & sic differt in spẽ ab omnibus substantijs separatis, minima aũt substantia separata est species immediata super animam humanam, cum illa non indigeat vniri corpori, & ob hoc virtus intelligendi animæ põt peruenire, vt pertingat ad illam infimam, sed non, vt adęquetur ei, & hoc est esse in horizonte illius, sed illa intelligentia, sicut excedit animam quantum ad rõnẽ quidditatis, ita necesse est, q excedat eã inquantũ ad perfectionẽ, q̃ est propria speciei. i. fm accidentia quidditatis, s. secũdũ potentiam intellectiuam, & volitiuam, & motiuam, & quamcũque aliam, quæ sit in aĩa, & angelo, vel substãtia separata, vñ impossibile est, q aliqua aĩa humana naturaliter sit ęqualis alicui substãtię separatę in intelligẽdo, & iõ vis intellectiua sua est minor, & sic vsque ad propinquitatẽ ad infimã substantiam separatam põt peruenire anima humana in perfectione virium suarum, vltra aũt non põt pertingere, etiã si posset dari corpus magis dispositũ, & causa est, quia ibi sunt termini naturæ animæ, & non põt aliqua res excedere terminos naturę, quia alias esset illimitata. Deus autem solus non habet terminos naturæ.

An sicut inuenitur anima perfectior altera, & intellectus ac voluntas sunt inæquales in hominibus, ita sit inæqualitas beatitudinis. Quæst. DCLIX.

ET ita apparet, q licet substantia animę, sicut & cuiuslibet speciei stet in indiuisibili, accidit, q sit vna anima naturaliter magis pfecta, q̃ alia per vnionẽ ad corpus aliter, & aliter dispositũ, & consequenter intellectus, & voluntas in diuersis animabus possunt esse inæquales, & sunt de facto. Et iõ manet tũc dubiũ an fm istam inæqualitatem animarum sit inæqualitas beatitudinis. Et aliqui putãt, q sic, cũ non proueniat ab obiecto. Sed dicendũ, q non stat, primo, quia nõ põt aliquis fm capacitatẽ intellectus esse beatus, nã si fm maiorẽ, & minorẽ capacitatẽ intellect⁹ esset differẽtia beatitudinis, esset intellectus naturaliter capax beatitudinis, sed falsum est, quia beatitudo est in videdo Deũ, sed ad visionẽ Dei, non sufficit intellectus non solũ humanus, sed nec aliquis intellectus causatus, nisi detur ei supernaturaliter lumẽ glorię, quod est lumẽ habituale, per quod fit essentia Dei visibile proportionatum intellectui, vt ostẽsum est supra, ergo differentia capacitatis intellectus, non facit ad inæqualiiatẽ beatitudinis, cũ necessariũ sit quẽlibet beatũ habere aliquid supra naturalem capacitatẽ intellectus. Secũdo, quia dato, q differẽtia capacitatis intellectus faceret ad beatitudinẽ inæqualẽ, nõ sufficeret, tñ quia maior est differentia beatitudinis inter beatos, q̃ sit differentia capacitatis naturalis, quia forte aliquis habet millecuplam beatitudinẽ ad aliũ, non est tãta differentia in gradu capacitatis naturalis. Tertio, quia contingit eos, qui inæqualia merita habẽt habere æqualẽ perfectionem naturalẽ, & tñ quicũque inęqualia merita habent, necesse est, vt habeãt inęqualẽ beatitudinẽ, ergo sicut æqualitas naturalium, nõ facit æqualitatem perfectio-

nis

nis beatitudinis, ita, neque inæqualitas naturalium faciet inæqualitatē beatitudinis. Quarto, quia certum est, ꝙ beata Virgo in capacitate intellectus est minor quolibet angelo, quia anima eius est humana, & ideo secundū speciem est minor, q̄ quilibet angelus, & tñ illa non solū est maior aliquo angelo in beatitudine, sed ei iã omnibus. ergo non attenditur ęqualitas, aut inæqualitas beatitudinis secundū æqualitatē, vel inæqualitatem capacitatis naturalis. Sed dicendū, ꝙ ista differentia naturalium facit multum ad gradum intellectionis animæ separatæ, secundū modū naturalem, nam anima perfectior naturaliter necesse est, ꝙ per species influxas a substantijs superioribus, quæ sunt vniuersales intelligat perfectius, & magis determinate, q̄ anima minus perfecta naturaliter, licet sit maioris meriti, vt ostensum est supra. Alij dicunt, ꝙ sic inæqualitas beatitudinis est ex parte principij, actui. i. voluntatis Dei, ſ. quia ille beatior est cui Deus maiorem beatitudinem dare voluerit, cum beatitudo non habeatur ex viribus nostris, nec sit commensuratum naturæ, sed sit aliquid excedens nos a Deo datū.

Sed dicendū, ꝙ causę inęqualitatis beatitudinis multę sunt, & concurrunt omnes in modum causarum actiuarum, vel dispositiuarum, & sunt hæc habitus luminis gloriç, voluntas Dei, meritorum proportio. Primum istorū est immediata, & intrinseca causa inæqualitatis beatitudinis, nam Deum videre est esse beatum, & nullus intellectus pōt Deum videre ex suis viribus, sed solum cum datum fuerit ei lumen gloriç, quod est habituale, quo efficitur essentia diuina ei visibilie proportionatum, & tunc quanto illud lumen est maius, tanto intellectus magis attingit Deum, scilicet vt pluribus modis cognoscibilitatis illū cognoscat, & clarius. Ergo siquis habet supra alterū duplū lumen gloriæ est duplo beatus, & qui triplum triplo beatus, & sic de alijs habitudinibus proportionū, & existente ista causa æqualitatis, vel inæqualitatis non est necessaria alia, quia ista immediate, & intrinsece facit magis, aut minus beatum, cum essentia diuina non se occultet alicui pro volūtate, aut se manifester, sed omnibus se præbeat cognoscibilem, quantum quilibet intellectus capere potuerit. Secundū est voluntas Dei, & istud est prior causa, sed non est immediata, nam, quia Deus vult dare huic beatitudinem maiorem dat, & tñ non est ista causa immediate, neque simpliciter prior, sed alia est immediatior, i. lumē gloriæ, nā si Deus vellet, ꝙ aliquis homo magis videret corporaliter, q̄ alius, & non daret ei perfectiorem vim visiuam, & organum, non videret magis, q̄ alius, & ideo immediatior causa est dispositio videntis, & ita est lumen gloriæ in beato, quod concurrit, vt formale quoddam actiuum, sed est voluntas Dei prior causa, nam non esset maius lumen gloriæ, nisi Deus vellet, sed quia Deus vult alicui maius alteri minus lumen dare, dat illud, & ita efficit eos inæqualiter beatos. Sed rursus dicēdū, ꝙ neque volūtas est ibi simpliciter primū principiū inæqualitatis beatitudinis, nam tunc non differret, ꝙ merita præcessissent in aliquo, aut non, vel saltem, aut magna, vel parua, sed daret Deus cui vellet magnam beatitudinem, & cui vellet paruam, sed hoc inconueniens est, quia tunc superuacuum esset conari ad bona opera tanto conatu, & labore quo viri boni conantur, cum per hoc non plus, sed forte minus consequerentur, q̄ alij, qui minus ad hæc conati essent, & iō ponūtur merita, vt aliquo mō p̄cedēs causa inæqualitatis. Tertiū, ergo est ipsa inæqualitas meritorum: quia necesse est, vt qui habens maiora merita decessit, cōsequatur maiorem beatitudinem, & secundum proportionem meritorum sit omnino proportio beatitudinis, & ita bonum est conari ad perfecta opera, & multa charitatis, quia quanto plura, & maiora fecerimus tanto erit maior beatitudo, quia de nullo opere perdemus mercedem, cum dicatur supra 10.c. ꝙ qui dederit vni ex minimis calicem aque frigidę in nomine Christi, non perdet mercedem suam, quanto magis, qui fecerit maiora opera non perdet mercedem, & ideo est iste ordo ad inæqualitatem beatitudinis, scilicet, ꝙ de illo, qui maiora merita habuit vult Deus, ꝙ habeat maiorem beatitudinem, & de singulis secundum proportionem meritorum, & ad hoc cui voluerit dare maiorē beatitudinem dat maius lumen gloriæ, & statim ille est capacior diuinæ visionis, & est actualiter magis beatus, maioritas aūt meritorum prouenit non ex conditione sola operationum, sed ex conatu, vt ostēsum est supra secundū quosdam. Alij autem addunt quartum, scilicet conatū in beatis ad maioritatē beatitudinis, vt sit iste conatus simul ex parte intellectus, & voluntatis ad intelligendum, & seruiendum: nam videmus, ꝙ aliqui possunt habere habitus æquales, & propter inęquales conatus habebunt operationes, inæquales, quòd magis apparet in operationibus potentiarum motiuarum, habet enim aliquis maiores vires, & efficit rem minorem per illas, quia ex minori conatu agit per eas. i. non apponit totas vires suas, vt dici solet, apponit quidem vere vires suas, sed non ex toto conatu illarum agit. nam vires non diuiduntur, vt per partem virium agat, & per partem non agat, ita in beatis siquis habens maius lumen gloriæ ageret ex paruo conatu, & alius habens minus lumen ageret ex maximo conatu quo pōt, forte videret perfectius Deum qui ex maiori conatu ageret etiam si haberet minus lumen.

Dicendū, ꝙ verū est, ꝙ conatus facit ad perfectionem operationis secundū quandam extensionem, vel maioritatem, & est aliquid præter ęqualitatem, vel inæqualitatem habituum. Est tñ dicēdum, ꝙ quando existente maiori habitu non est necesse sequi maiorem conatum in operatione, oportet poni ad perfectionem operationis differentiam conatus velut causam distinctam ab habitu, & superadditam, cum autem ad maioritatē habitus necesse est poni maioritatem conatus, non ponitur conatus causa superaddita ad habitum ad perfectionem operationis, sed concurrunt ambo, vt vna causa, hoc aut accidit secundum conditionem bonorum, in quæ quis tendit per habitum, sunt enim quædam bona, circa quæ etiam clare cognita pōt voluntas suspendere actum suum, vel remittere, ideſt minorem facere, & ista sunt omnia bona circa primum bonum, nam dato, quòd clare cognoscantus esse bona, nō trahitur necessario volūtas, vt ea cupiat, sed potest cessare ab actu volendi, licet non oderit illa, & hoc est suspendere actum, vel potest remittere illum, ideſt ex minori dilectione illa diligere, & circa omnia bona potest hoc libere volūtas agere, solum autem summum bonum est circa quod clare cognitum vt summum bonum, volūtas non potest suspendere actum, neque remittere, sed trahitur necessario licet non violenter, sed naturaliter, & iō circa omnia bona citra summū bonū volūtas pōt actū suspēdere dilectionis, vel electionis, & consequēter remittere, & ob hoc in talibus numerāt conatus, vt distincta causa ad perfectionē operationis vltra habitū, quia pōt quis ex magno habitu elicere operationē imperfectā, vt quia remisse, & ex paruo habitu pōt elicere operationē perfectā, vt quia ex magno conatu. Et sicut est de voluntate ita de intellectu, & alijs potētiis, quæ mouent̄ per imperium a volūtate ad opationes suas, quia vbi non apprehēdūt rōnē summi boni simpliciter, vel summi boni respectu sui ipsarum non coguntur ex toto conatu agere, cum vero voluntati offertur summum bonum clare cognitum vt summum bonum, nō pōt voluntas suspēdere actum, neque remittere, sed necesse est, ꝙ secūdum totum conatum suum moueat. Et rō est, quia respectu summi boni mouet voluntas naturaliter, respectu aūt aliorum bonorum mouet̄ electiue, entia aūt naturalia agūt secūdū totū conatū, & nō possunt suspendere nec remittere operationē suā, & hoc, quia natura est determinata ad vnū. sicut patet in igne, entia aūt rōnalia possunt remittere, sed agere secūdum electionem est agere ſm rationem, iō ibi potest esse actus ad opposita, & potest actus suspendi, vel remitti, sed beati videbunt clare Deum, vt summum bonum, iō nō poterūt nō ferri ex toto conatu, sed quis feret ex toto conatu virtutis suę cognitiuę, vt videat, i. secundū totam capacitatem luminis sui gloriç, & secūdum totū conatū volūtatis, qui est ex habitu charitatis, feret̄ ad fruendū, ideo hic non oportet poni conatū, vt rem distinctam a lumine, vel habitu, quia secūdū totum conatū naturæ, & habitus feret̄ quisque in obiectū, quod est summe bonū, & summe cōplet potentiam. Apparet, ergo ex præcedentibus de causa inæqualitatis beatitudinis beatorū, & dicendum, ꝙ quilibet habebit quantū volet, quia omnis appetitus suus, siue naturalis, siue sensitiuus, siue liber quietatus erit, vnde non habebit aliquis beatorum vltra, quod appetat, sed quilibet erit totaliter contentus.

Quod vnusquisque beatorum plus amabit beatitudinem suam, quàm beatitudinem omnium beatorum.

Quæst. DCLX.

AMPLIVS dicendū, ꝙ qlibet beatorū plus amabit beatitudinē suā quātacunque illa sit, quā beatitudinem omnium beatorum, immo, & tenetur post Deū seipsum super omnia diligere, & bonū suum plus velle, nā ad amicos pertinet bona amicis velle, si quem ergo super alios diligimus necesse est, vt bona illi potius, quam alijs optemus, & tñ debet seipsum super omnia amare post Deū, ergo sibiipsi potius debet velle bonū, quam alijs, & de bono suo magis gaudere, quam de bono aliorum. Quia ergo beatitudo cuiuslibet beati est eius bonum, necesse est, vt quilibet beatus magis gaudeat de beatitudine propria etiam si parua sit, quam de beatitudine omnū sanctorū simul. Itē patet, quia bonū, & malū se habent proportionaliter ad amare, & fugere, vel odisse, sed manifestū est, ꝙ magis debet quis dolere de peccato proprio, quam de peccato omnium aliorum, & magis conari fugere peccatū in se, quam in omnibus, & si necesse esset, ꝙ ego peccarem mortaliter contra Deum, aut omnes Sancti, potius deberem velle, ꝙ omnes Sancti peccarent: ita bonū proprium honestum, vel commodum potius debeo amare, secundum rationem, quam beatitudinem omnū aliorum beatorum, & magis de illa gaudere. Est verū hoc præterq̄ circa Deū, nam sicut Deū teneor diligere super omnia ēt plusquā de meo, & plus debeo cupere honorem illius, q̄ honorem meū, & beatitudinē eius plus diligam, i. plus debeo gaudere de illa, quia ipse tali beatitudine bīūs est, q̄ ꝙ ego beatus sim. Et ratio diuersitatis est ad cęteros, quia oēs alij sunt nobis consortes in bono, qa sunt creaturę, sicut & nos: Deus aūt nō est ꝑs, sed est cā boni nr̄i, immo, & est ipsum totū bonū, quia nos nec boni sumus nec bonū aliquod hēmus, sine ipso, iō nō solū, qa ille mādauit, sed rō ipta naturalis suadet, vt ipsum magis, q̄ nos amemus. nūc vero agimus qdē hoc, qa imperati sumus hoc facere, licet ſm cognitionē p̄tē quilibet afficit ad se magis, q̄ ad Deū, elicimus tñ maiores actus diligēdi ad ipsum, q̄ ad nos, cū pro honore Christi spōte nos morti subijciamus, & non, vt consequamur voluptates nostras, sed in beatitudine secus erit, quia ibi cognoscemus Deū sicuti est, & iō non iam ex mādato, sed ex naturali inclinatione Deū super omnia amabimus, & consequenter de eius beatitudine magis, quam de nostra gaudebimus.

Sed obijcietur, ꝙ non solū quisque beatus magis gaudebit de beatitudine Dei, q̄ sua, sed etiam magis gaudebit de beatitudine cuiuslibet alterius beati, qui maior fuerit, q̄ de beatitudine propria, quia voluntas ordinata ſm rectam rōnem de maiori bono magis gaudet, sed beatitudo virginis erit maior beatitudine cuiuslibet beati. ergo quilibet beatus magis gaudebit de beatitudine Virginis, q̄ de propria. Dicēdū, ꝙ non est verum, sed gaudebit quilibet magis de propria, q̄ de beatitudine Virginis. Et cū dicitur, ꝙ volūtas gaudet de maiori bono magis, q̄ de minori dicendum, ꝙ non est ratio magis gaudendi ipsa magnitudo boni, sed, ꝙ sit volitum, nam bonum, quod hostibus meis aduenit bonū est, & tñ nullo mō gaudeo de illo, quia non volo illud, sed quanto bonum est magis volitum tanto est maius gaudiū de illo: gaudet aūt quis de bono inquantū ei bonum est, quia si non est ei bonum aliquo mō impossibile est, vt de illo gaudeat, aut illud velit, & tñ nullum est magis bonum alicuius, q̄ id, ꝙ vere illius est, iō illud magis vult, & de illo necessario magis gaudebit. Et cum obijcitur, ꝙ maior est beatitudo Virginis, quā Petri, ergo magis de illa gaudebit Petrus. dicendū, ꝙ non stat, quia licet illa sit maius bonum simpliciter. non tñ est maius bonum Petro, quia beatitudo Virginis nō est beatitudo Petri, neque pars illius, neque causa, secus de Deo, & beatitudine eius, quia beatitudo Dei est mihi magis bonum, quā beatitudo mea, quia est causa beatitudinis meę, & omnium aliarum, & verus Deus ipse est beatitudo mea obiectiue, iō Deum, & beatitudinem suam magis amabit beatus quilibet, & de illa magis gaudebit, quā de beatitudine propria, & tñ beatitudinem aliorum minus amabit, quā propriam, & minus de illa gaudebit, & hoc tam secundum inclinationem naturæ, quā rectitudinem rationis.

Responsio ad primam rationem principalem positam in prlncipio quæstione 647. & postponuntur hic, quia earum solutio dependet ex quæstionibus interm̄edijs.

Quæst. DCLXI.

AD argumenta facta supra rñdendū est. Ad primū dicendū, ꝙ licet in beatitudine sit quædā inæqualitas, tñ cōueniēter designatur illa nomine denarij, primo ad ostendēdū æqualitatē durationis, licet non intensionis, quia quilibet beatus in ęternū manebit beatus. Secūdo, & præcipue ad oñendū ipsam beatitudinem obiectiue. Deus. n. est beatitudo nostra, & præmiū, & ipse vnus est, & omnibus dabit̄ ad fruēdū plene, & clare, vt quisque eo fruat̄ quantū cupit, & nulli se prohibebit, neque abscondet, & non dat̄ alteri alia beatitudo, quam alteri, iō conuenienter vnus denarius dabit̄ omnibus beatis, licet illo denario inæqualiter gaudeāt, vt dictū est, de hoc denario, & causis horum magis dictū est, supra 20.c. Ad secūdū dicendū, ꝙ beati videbūt, Deū & non æqualiter videbūt, nec æqualiter fruent̄. sed cū dicitur, ꝙ nō pōt videre eū aliter vnus, q̄ alius, quia falsę videret. Dicendū, ꝙ aut tenet se ista alietas ex parte Dei visi, aut ex parte beati vidētis, si primo mō dicēdū, ꝙ Deus vno mō se habet, & siquis alio mō videret Deū, q̄ est, i. per visionē iudicaret aliud de Deo

quam

quam in ipso est, vel, quam ipse sit falsè videret Deũ, & hoc modo nullus beatus videt Deum, sed omnes cognoscunt de eo id, quod ipse est, & nemo fallitur. Si accipiatur alteras ex parte cognoscentis, dicendum, ꝙ licet aliter videat vnus, quam alius nemo falsè videt, quia quilibet videt id, quod est ex parte rei visæ, sed illud idẽ vnus clarius alius minus clare intuetur, qa ex pfectiori lumine glorię videt, sicut ẽt circa eandem rem naturalem habent duo habitũ scientię, & tñ vnus perfectius, quã alius cognoscit, & ambo vere cognoscunt. Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ non erit omnium beatorum par gaudium nec par beatitudo, & cum dicit Aug. ꝙ erit par gaudium intelligitur extensiue, sed non intensiue, nam de omnibus de quibus gaudebit vnus gaudebunt singuli, quia quilibet beatus gaudebit de bono suo, & de bono Dei, & omnium beatorum, & quilibet alius gaudebit de omnibus his, ergo erit æquale extensiue, sed intensiue non, quia qui magis beatus est de quolibet horum magis gaudet, i. ex maiori affectu, nam de proprio bono magis gaudet, quia maius habet de quo gaudeat, de bono etiam aliorum magis gaudet, quia quanto quis maiorem habet charitatem maiori ardore gaudet de bonis proximorum, & ideo non est æqualis beatitudo, neque æquale gaudium.

Quæ pœna sit in Lymbo puerorum.
Quæst. DCLXII.

IAM expletum est de his, quæ pertinebãt ad infernum damnatorum, nunc superest dicere de aliquibus pertinentibus ad secundum sinum inferni. s. ad Lymbum puerorum, qui etiam damnati sunt. Et circa hoc primo quærendũ est, quæ pœna sit in loco illo. Dicendum, ꝙ (vt supra dictum est sępe) duæ sunt pœnę, vna est pœna sensus, alia est pœna dãni, vel carentiæ, & vtraque habet rationem pœnę, nã pœna est malũ in creatura rationali existens pp peccatum, omnis enim pœna malum quoddam est, & amplius pp peccatum est, nam in hoc differt a malo, quod bestiæ tolerant, & in rebus inanimatis est. Est enim malum in his prout malum est defectus boni, quod alicui competere potest secũdum speciem, sed I istud malum non est pœna, quia pœna est malum pro peccato, & iõ rebus irrationabilibus, quarum non est, neque esse potest peccatũ non accidit pœna, & hoc malũ extenditur ad carentiam, & ad sensationẽ, vocatur aũt pœna carentię ipsa carẽtia perfectionis, ad, quam quis natus erat prout causata est ex peccato, pœna, aũt sensus vocatur malum consistens in apprehensione sensibili, vel intelligibili prout prouenit ex peccato, & istud non est in hoc, quòd careat quis perfectione, quam optat, sed in hoc, quòd inferatur ei malum, quod fugit, malum autem potest dupliciter esse, vel secũdũ partem rationalem, vel sensitiuam, i. lęsiuum potest in vtraque parte esse. Necesse est autẽ hæc distingui, quia quædam lędunt nos, quæ sensu ap- K prehenduntur, sicut ea, quæ offendunt tactum, & gustum, vel auditũ, aut odoratum, nam hæc lędunt nos, sed eorum lęsio sensibus apprehenditur, alia vero sunt, quę non apprehendũtur sensu, sed intellectu, quia sicut honoris rõnẽ, & laudis, & lucri, & iacturæ non apprehẽdit sensus, ita neque apprehẽdit rõnem iniuriæ, aut contemptus, aut ignominę, & diminutionis rerũ, & hęc mala sunt, quia lędunt nos, iõ quædã sunt, quæ consistunt in apprehensione intellectiua, & secundum illam solam iudicantur esse mala.

Ex hoc sequitur, quòd non videatur esse sufficiens distinctio pœnę per pœnam damni, & sensus, quia aliqua est pœna intelligibilis partis, nam si pœna sensus est, quæ sensu apprehenditur, pœna intellectualis erit, quæ apprehenditur intellectu.

Dicendum, quòd sufficiens, & conueniens est ista distinctio pœnę. Et pro hoc intelligendo non vocatur pœna sensus, quasi ipsius sensus sit pœna, sed quia cognoscitur apprehensione sensitiua, nam pœna ipsius compositi, siue sit pœna sensus, siue damni etiam nõ deberet vocari pœna sensus, quasi sensu cognoscatur, & pœna intellectus, vel intelligibilis, quia intellectu cognoscitur, nam tunc etiam pœna carentiæ deberet vocari pœna intellectus, nam intellectu apprehenditur, quia si non cognosceretur non esset pœna, cum vero cognoscitur, & non possit per sensum, qui non apprehendit carentiam, necesse est, vt intellectu apprehendatur, & tamen non vocamus istam G pœnam intellectualem, vt opponitur pœnę sensus, quia tunc tam positiua, quam priuatiua pœna esset pœna intelligibilis. Sed dicendum, quòd pœna diuidi- tur per pœnam, quæ est lęsio, & est pœna positiua, & per pœnam, quæ non est lęsio, sed carentia alicuius boni, ad quod quis est aptus natus, & ista non est lęsio, neque positiua pœna, sed est carentia boni cuiusdam, & ista, quia nullam partem hominis lędit, neque potest apprehẽdi lęsio eius aliqua parte cognitiua, quia nulla lęsio est, non vocatur nisi pœna carentiæ, pœna autem, quæ est lęsio apprehenditur dupliciter. s. sensu, & intellectu, nõ quòd sit pœna sensus, aut intellectus, quia pœna est hominis, & non alicuius partis eius, sed H quia cognoscitur esse pœna, aut sensu, aut intellectu, sed quocunque cognoscatur eiusdem est pœna, cum ergo dicitur pœna sensus ipsa lęsio, non vocatur pœna sensus, quasi solo sensu cognoscatur, sed qa est lęsio, quæ cognoscitur, vt sentire accipiatur large pro omni cognitione.

An in Lymbo adsit pœna damni, vel pœna sensus.
Quæst. DCLXIII.

NVNC vero in Lymbo puerorum dicendum, quòd est pœna damni, quæ est carẽtia, & non est pœna sensus.

Sed, quæ carentia est ista? Dicendũ, quòd cum carentia sit priuato, & dicatur respectu habitus, cognoscetur, quæ sit an vna, vel plures per habitum. Est autem ista carentia boni, ad quod natus erat, qui est in loco illo, sunt autem multa bona, ad quæ aptus erat, qui ibi est, s. bonum naturale, & bonum diuinũ. Aliud autem est bonum, quod quis concupiuit, & istud tertium non damus in eis, qui sunt in isto loco, & ratio est, quia illud datur in damnatis, qui peccauerunt mortaliter, & damnati sunt, nam summe amauerunt bona illa, propter quæ damnati sunt, cum propter illa se auerterint a Deo, & postquã mortui sunt manet eis iste ardor amoris quem prius habebant, quia non emendatur voluntas in damnatis, & cum non habeant illud bonum post mortem quo frui cupiebant, torquentur præ desiderio illius, & ista est eis carentia valde dolorosa. Sed hæc non est in paruulis in Lymbo, quia illi non mortui sunt in aliquo peccato actuali mortali, sed in solo originali, ideo nõ amauerunt aliquid inordinate quo apud inferos careant, sed manent in eis alię duę carentię, s. boni naturalis quo gaudere poterant adipiscentes illud, & carentia diuinę visionis. De prima istarum planum est, nam bonũ quoddã est ad quod homo naturaliter peruenire potest, & est quasi quædã eius fęlicitas naturalis, & hoc bono carebũt, q in inferno sunt, quia nullã perfectionẽ naturalẽ ibi hẽbũt de qua gaudeant, sed erũt in tristitia cũ sint positi in ppetuis tenebris, & in loco malo. s. ꝓfundo terrę iuxta alios dãnatos, & dęmones. Secun-

Secunda carẽtia boni est diuina visio. nam licet naturaliter non sit quis aptus videre Deum, est tñ homo natura quædam cui potest concedi visio diuina q nõ potest concedi pecori, aut alicui inferiori creaturę, & Deus ad hoc hominẽ vltimate instituit, vt ipsum videret, licet naturæ capacitas sola non sufficiat ad hoc, ꝙ ergo nõ habeat quis bonum illud quod habiturus erat, si non peccasset, aut peccatum contraxisset, est carere bono illo, & ideo hanc carentiam sustinent parauli in Lymbo. Et dicendum ꝙ ista est carentia maxima, & maxima pœna ipsorum, quia nullum bonũ est maius quo ipsi careant. ergo nulla est maior carentia. potissime qñ cognouerint, ꝙ tale bonum est quo carent dolebunt de illo valde. De pœna autem sensus dicendum quòd nullam habent, quia neque ignẽ sustinent, neque vermẽ, neq; fletum, aut stridorẽ dentium, vel aliquid de alijs quæ dãnati alij sustinere dñr.

Quare in Lymbo sit pœna damni, & non sensus.
Quæst. DCLXIIII.

SED quæretur, quare isti damnati sustinent pœnam damni, idest carentię, & non sensus. Dicendum ꝙ Deus est iustus iudex, & ideo punitiones adhibet fm conditionem peccatorum. Peccatum aũt est duplex, s. peccatum fm commissionem, aut omissionẽ q dependent ex actu proprię voluntatis, vel alienæ legis, pro primis peccatis competit pœna sensus, pro secundis competit sola pœna carentiæ. Sciendum ꝙ vtraq; sunt peccata mortalia, idest peccata quæ non permittunt secum charitatem. nam pro peccato veniali nemo damnatur, sed sustinet pœnã tpalem, vel hic, vel in Purgatorio, sed pro mortali æternam. peccata autem mortalia quæ quis agit, & consistunt in actu iuste deberẽt habere pœnam positiuam, vt sicut fuit peccatũ in agendo, ita pœna sit in aliquid sustinendo, & sicut se conuertit peccans ad creaturam indebite relicto creatore, ita debite a Deo subijciatur creaturę in qua puniatur. & ita est pœna sensus, siue illa apprehendaẽ sensu, vt ignis, siue intellectu vt ablatio propriæ liberatis & contemptus, quia iudicantur indigni, vt alibi sint, nisi in loco pessimo. Hanc autem pœnam sensus D in igne, & flętu, & stridore dentium non patiuntur paruli in Lymbo, quia illi non commiserũt aliquod peccatum mortale, neque conuerterunt se ad creaturam relinquendo Deum, ideo non debent subijci pœnæ in creatura aliqua affligente.

An paruli in Lymbo habeant pœnam vermis.
Quæst. DCLXV.

SED quęretur, nunquid isti habent pœnam vermis quæ est remorsus conscientiæ. Aliqui dicũt, ꝙ sic, quia paruli solum eximunt a pœna sensus, sed pœna vermis non est pœna sensus, sed intellectus, ideo vr ꝙ manet in eis. Dicendum ꝙ nõ manet, quia pœna vermis est positiua, & causata de aliquo positiuo. & hoc manet in paruulis, quia nullum positiuum commiserunt, nam vermis dicit quendam remorsum cõscientiæ in recordatione pręteritorũ malorum, prout nascitur ex fęditate peccati, sed paruuli isti nihil cõmiserunt de quo recordari possint, ꝙ sit fędum, ergo nõ est in eis remorsus conscientiæ: & ideo magna pœna est sublata ab eis quæ affligit valde damnatos qui ex proprio actu damnantur. Ad rationem dicendum, ꝙ eximuntur paruuli a pœna sensus, non vt solo sensu sentitur, sed ab omni pœna quæ est læsio, siue intellectu, siue sensu capiatur, vt dictum est supra q. 662. sed talis est ista, quia hæc tristitia lædit, & corrodit cõsciẽtiam, & hæc læsio apprehẽditur intellectu, quod est

Dicendum quòd non erunt ibi, quia illud pertineret ad aliqualem lætitiam, quia gauderent saltem in visione cœli, & totius mundi innouati, & tamen nulla lætitia eis dabitur, licet non inferatur læsio aliqua. ergo non erunt super terram, sed in loco vbi carebũt omni gaudio.

Sed dicetur quare paruuli non habent saltem bonum, quod naturaliter habere poterant, quia videtur quòd sola visione Dei carere debeant. nam ipsi non meruerunt ex proprio actu aliquod malum, propter quod debeat eis aliquid mali aduenire, sed solũ quia non habent charitatem non debẽt habere visionem Dei. vult enim Deus, quòd sicut visio sua est bonum supra naturam, ita non detur sine quodam dispositiuo supra naturã. & istud est charitas, quæ a solo Deo datur. quia ergo paruuli non habent charitatem non debent habere visionem Dei, sed non habent aliquid propter quod alijs bonis carere debeant.

Dicendum quòd nõ solum visione Dei, sed etiam omnibus alijs bonis carebũt paruuli. nam peccatum paruulorum est peccatum originale, & istud est carẽtia iustitiæ originalis. cum ergo iustitia originali caruerunt quæ erat quasi quædam virtus debita existere per naturam: iustum est quòd etiam carentes illa iustitia careant bono naturali. & tamẽ hic accipitur bonum naturale large, nõ pro eo quod naturaliter euenit, ideſt ex principijs naturæ, sed pro omni bono, qđ est citra visionem Dei, licet illud a Deo sit causatum sicut tota perfectio corporum quæ erit post resurrectionem, & innouatio mundi, & gaudium de innouatione, & manere sine corruptione. nihil enim istorũ poterat esse ex solis principijs naturæ. ideo dato quòd paruuli non gaudeant de innouato mundo, & non permittantur esse super terram, vbi de cœlo, & omnibus elementis innouatis gaudeant, non tollitur eis bonum naturale, quia non erat eis per naturam debitum, quia natura non sufficit ad hoc, sed vocãtur ista naturalia, quia ista habituri sunt omnes beati, & sunt citra visionem Dei in qua cõsistit eorum beatitudo,

An qui per solam omissionem peccauerunt possint puniri sola pœna priuationis sicuti qui sunt in Lymbo, obiectio pulchra. Quæst. DCLXVII.

Sed dicetur iuxta præcedentia, quòd sicut paruulis datur pœna carentiæ, & non aliqua pœna positiua quæ sit læsio, quia non commiserunt aliquid, sed solum contraxerunt sine actu voluntatis peccatum originale, ita & illis qui per solam omissionem peccauerunt dabitur sola pœna priuationis, & non pœna sensus quæ est pœna ignis. Et patet, quia peccatum commissionis est peccatum quo aliquid facimus indebite: & ideo quia realiter committitur ibi aliquid debet iuste dari pœna realis quæ lædat, sed in omissione non est aliqua actio, sed sola cessatio ab actu vel non agere, iõ solum dabitur pœna carẽtiæ.

Item quia in peccato commissionis iuste datur pœna sensus in qua anima punitur a creatura. ſ. ab igne, eo quòd anima subiecit se creaturæ indebite. sed in peccato omissionis non conuertit se homo ad creaturam qua frueretur indebite, ideo non debet ibi subijci creaturæ a qua puniatur.

Dicendum quòd tam pro peccato commissionis quam omissionis datur pœna sensus damnatis, & licet quis nunquam peccaret committendo, sed peccaret omittendo damnaretur. & ratio est, quia ex propria malitia prouenit commissio & omissio: & iõ inquantum sunt actus volũtatis digni sunt pœna reali læsiua.

Sed pro hoc sciendum, quòd qui omittit aliquid facere ad quod obligatus erat, aut omittit ex sola impotentia, aut ex ignorantia, aut sponte cum posset & sciret. Si primo modo non est peccatum, quia nõ obligamur ad id quod non possumus. & ideo licet omnia quæ Deus nobis mandauit de se possibilia sint, ſ. interdum tamen accidat propter quædam impedimenta fieri impossibile, & nos nitimur quantum possumus, non est peccatum aliquod, neque omissionis, neque commissionis, vnde nulla pœna respondet ei. Si vero ignorantia interdum excusat, & interdũ non, & interdum a parte, & interdum a toto, sicut sunt vulgatæ distinctiones de ignorantia, sed quocunque modo sit peccatum, & non excusetur per ignorantiam nec in toto, neque in parte, aut saltem non in toto: ne cesse est reduci peccatum omissionis in aliquem actũ voluntarium peccãtis, & ita est ibi propria malitia voluntatis, propter quam iuste damnatur ad pœnam positiuam. Si autem quis sponte omittat, ideſt neglexit facere, tunc actus positiuus est ibi voluntatis, per quẽ contempsit facere quod tenebatur, & licet foris non sit aliquis actus malus quem vocemus commissionẽ, intra tamen est actus malus, quo positiue volumus non facere quod Deus iussit, vel ad quod scimus nos obligatos & per istum meremur pœnam positiuam.

Cum autem obijcitur, quòd in commissione est actus, & in omissione non. Dicendum quòd in commissione est duplex actus, scilicet, interior actus electionis de faciendo aliquid, & exterior executio. in omissione vero est interior actus electiuus de non faciendo, & exterius non potest respondere aliquis actus, & tamẽ quia interius est actus positiuus, satis est ad hoc, quòd respondeat pœna positiua in inferno.

An ex ignorantia vel obliuione peccantes puniri debeant pœna damni, & non sensus. Quæst. DCLXVIII.

Sed tunc non est difficultas, sed quando omissio fit ex obliuione, vt quia quis non considerauit, vel ex ignorantia, quia nondum sciuerat id ad quod tenebatur qui peccat est maior difficultas, quia nõ vr ibi actus volũtatis positiuus quo omittamus facere, & iõ vr, ꝙ tũc debeatur sola pœna carẽtiæ. Dicẽdũ, ꝙ qñ ignorantia vel obliuio excusant a toto nõ est curãdũ, qa tunc nullum peccatũ est, nec pœna aliqua de ignorãtia, vtpote ĩ illis quos excusant ignorãtia iuris, vt q. pp ætatẽ nõdum scire potuit, vel quia ſp demens fuit. De obliuione, vt si qs p maleficia coactus est obliuisci, quia tũc nõ erat in potestate eius recordari, vel attẽdere vigilãter si vellet. aliqñ aũt ignorãtia, & obliuio nõ excusant saltẽ a toto. & tũc dicendũ ꝙ omissio facta p ignorãtiã, & obliuionẽ reducitur in actũ volũtariũ omittẽdi, sed nõ immediatũ. Et tñ dicẽdum, ꝙ p ignorãtiam & obliuionem, interdũ cõmittimus, interdũ omittim⁹. De cõmissione, vt qñ qs fecit aliqd lege vetitũ, quia legẽ ignorabat, vel qa cũ sciuisset aliqñ oblitus erat nũc. De omissione, vt si aliqd erat lege pceptũ, & q. legem ignorauit omisit. & ita ex obliuione omisit facere qđ tenebaṫ. De cõmissione tñ dicẽdũ est, ꝙ directius peccat p ignorãtiã quis ꝙ p omissionẽ. & hoc quia in cõmissione eligit qs id qđ malum est, & illud efficit: iõ pp illud meretˢ directe pe nã positiuã, nisi excusetˢ p ignorãtiã, vel obliuionẽ, sed interdũ non excusat ignorãtia, neq; obliuio, iõ manet actus in se positiuus culpabilis, iõ debeˢ ei pœna positiua directe ac si esset volũtarius: licet necesse est minus puniri sic peccantes q̃ expresse scientes, cum nõ possit esse actus, tam volũtarius in ignorãte aliquo modo sicut in eo qui nullatenus ignorauit. In omissione autẽ non est aliquis actus positiuus foris pp quẽ directe rñdeat pœna: ideo necesse est recurrere ad interiora, vbi inue-

niamus aliquem actum positiuum, quia alias impossibile erat esse peccatum. & in hoc dicendum, ꝙ quando omissio fit sponte, datur omissio per actũ voluntarium immediatũ, vt qa quis noluit facere id qđ tenebatur: contẽpsit enim & ille cõtemptus est actus positiuus interior, & huic respondet pœna ignis in inferno quæ est positiua. Cum vero ignorauit, aut obliuisci, non põt dari immediate actus positiuus omittendi, sed debet recurri vsque ad illum actum qui fuit causa ignorãtiæ, vel obliuionis, vt dicatur sic, iste omittit, quia ignorabat, ideo autem ignorabat, quia sponte noluit subire laborem sciendi quę scire oportebat, vel qa sponte se voluit implicare rebus in quibus gauderet, quibus implicitus non posset addiscere ea quæ erant ei necessaria, & tunc fuit culpa omnium malorum sequentium in illo actu qui fuit voluntarius, & pro tali debetur pœna positiua ignis, ideo & pro cęteris quæ inde sequuntur quæ ex hoc accipiunt rationẽ voluntarij, dabitur pœna ignis quasi positiua sint, quia voluntaria sunt. De obliuione est idem. nam omisit quis, quia oblitus est, & hoc non est voluntarium per se, neque positiuum. oblitus est autẽ, quia voluit non attendere solicite, vel quia voluit implicari alijs delectabilibus, quibus implicitus non potuit recordari, sicut qui non potuit præuidere, & repellere lupũ a grege, quia nesciuit quando venit, & ideo nesciuit, quia voluit dormire, & dormiendo nõ poterat videre, nõ euadit culpam, quia non est bona excusatio si lupus oues deuoret, & pastor nesciat, extra de regu. iuris ca. quamuis. & reducitur culpa illa in actum illum voluntarium qui fuit velle dormire, in quo sciebamus, ꝙ poterat impediri cognitio, aut vigilantia circa res necessarias, & ita accideret malum. idem est de obliuione, ideo actus omissionis est voluntarius non per se, sed p reductionẽ in causam suam, & per hunc modũ damnus culpam in illo actu qui non est secundũ se voluntarius, ideſt qui fit ab illo qui non est compos sui, sicut ĩ homicidio, vel fornicatione cõmissis ab ebrio actuali. nam si plene ebrius sit non iudicat, sicut fuit de Loth qui inebriatus cognouit ambas filias carnaliter, & nesciuit, an essent filię: immo neq; sensit quãdo accubuerunt, aut quando recesserunt Gen. 19. cap. & tamen damus aliquã culpam Loth, licet tũc ignorans erat, ſ. quia cum bibit vinum quo inebriatus est erat sciens, & potens abstinere, & noluit propter dulcedinem vini, ideo mala inde secuta imputãtur ei aliquo modo, quia tunt aliqualiter voluntaria inquantũ descendunt a causa voluntaria, sed tanto sunt minus mala quanto minus voluntaria sunt. sic in ignorantia qualibet, vel obliuione quę non excusant totaliter fit idem, ſ. quòd reducuntur in causam voluntariam saltem mediatã, & sic sunt voluntaria. sed quia non sunt tam voluntaria quantum ea quæ quis volens, & contemnens omittit non sunt tantæ pœnæ. habent tamẽ pœnas positiuas in inferno, quia reducuntur in actum voluntarium qui est positiuus.

Ad secundum dicendum, quòd grauitas in quolibet peccato mortali est auersio a Deo, & quia in peccato omissionis est auersio a Deo, sicut in peccato commissionis datur pœna ignis.

Aliter posset dici, quòd datur pro peccato mortali pœna carentiæ visionis Dei, quia in quolibet mortali auertit se peccator a Deo, & datur pœna corporalis in aliqua creatura, vt igne, & alijs penalibus sensibilibus, ſ. quia conuertit se peccator ad fruẽdum creatura indebite. & dicendum quòd illud tenet causam in peccato omissionis, nam de commissione planum est. & dicendum, quòd ista creatura ad quam conuertitur accipietur ex eo, in quo est actus omissionis voluntarius. nam si quis omisit solum, quia voluit & cõtem-

quod sustinemus, sed dicimus pœnam paruulorũ esse F
in carentia, non quòd illa sit realiter carẽtia, sed quia
illa non est, nisi de carẽtia. Secus de damnatis alijs, qa
tristãtur de aliquo, quod positiue lædit, sicut cum tri-
stantur de afflictione quam facit ignis. & hoc modo
differt pœna paruulorum à pœna aliorum damnato-
rum, quia alij damnati tristantur de malo, quod est ca
rentia, & de malo quod affligit positiue, paruuli autẽ
de sola carentia.

Sed obijcietur, q̃ videatur iniustum. nam paruuli
non habuerunt aliquid positiuum in peccando, quia
neque peccauerunt, sed peccatum incurrerunt, ideo
non debere eis esse aliqua pœna positiua, sed sola pri-
uatio. Dicendum, q̃ non dat Deus eis aliquam pœnã,
sed solam priuationem visionis Dei. q̃ autem de hoc G
tristentur illi, non facit Deus quasi ponat in pœnam,
sed ipsi cogitantes malum suum tristantur de illo, &
sic Deus non dabit, nisi priuationem pro priuatione.

Aliter potest dici, & forte securius, q̃ sicut dat De'
carentiam visionis suæ paruulis, ita & dat q̃ tristẽtur
de illa. nam aliter posset dici, q̃ forte nulla pœna esset
in illis, vt si nollẽt cogitare seipsos priuatos aliquo bo
no, sed cogitare bonum suum, & per imperia volun-
tatis sistere in cogitatione ista possent, essent beati na-
turaliter. nam post delectationem qua quis delectat̃
videndo Deum, non potest maior delectatio esse quã
illa qua quis bonum suum cogitat, & a se afficitur, &
fingit de bono suo, vt vult, & ita paruuli in Lymbo H
non essent miseri, sed beati, quodammodo naturali
beatitudine.

Dicendum ergo videtur rationabilius, q̃ non solũ
carentia sit a Deo, sed etiam q̃ cogantur cogitare de
illa, & quòd ex illa cogitatione sequatur aliqua tristi-
tia. nam Deus nõ facit illam tristitiam, sed facit vt co-
gnoscant carentiam ex qua sequitur q̃ tristentur. &
tunc dicendum, q̃ non est inconueniens, q̃ Deus fa-
ciat tristari paruulos aliqualiter, dum tamen non tri-
stentur de aliquo læsiuo reali, sed de priuatione, vel
carentia quæ ab ipso est data. Siquis autem teneat, q̃
neque illam tristitiam facit Deus, sed solum carentiã:
paruuli autem sibiipsis tristitiam faciunt cogitando
malum, quod sustinent, leuius soluet istud, ideſt, quia I
pro carentia iustitiæ originalis non dabit, nisi caren-
tiam visionis, & non pœnam aliquam vlteriorem à
Deo directe secutam.

Quomodo carentia diuinæ visionis est pœna paruulis, cum illam non cognoscant. Quæst. DCLXX.

QVAERETVR quomodo paruuli puniuntur, aut
pœnam aliquam habere possunt, quia nullum
malum habent, nisi carẽtiam visionis Dei, & illud nõ
potest esse malum, nisi inquãtum cognitum, ideo ad
hoc q̃ paruuli in hoc pœnam sustineant, sed non vi-
detur quomodo istud cognoscãt, ergo neque apparet
quomodo sit eis pœna. Dicendum q̃ ad hoc requirũ K
tur duo. s. q̃ paruuli sciant se non videre Deum, & q̃
non videre sit malum & pœnale. Sed de primo mani
festum est, q̃ sciunt se non videre Deum. Deus enim
intellectu solo videt, & sicut intellectus est iudex eo-
rum quæ videt, i. scit se videre illa: ita eadem cognitio
ne scit se non videre ea quæ non videt. nam rectus est
iudex sui & obliqui, & potentia immaterialis quę est
refluxiua per hoc, q̃ scit se aliquid cognoscere scit qd
est quod non cognoscit, & ideo experitur intellectus
illorum paruulorum se non videre Deum. Secundũ
vero, ideſt, quòd videre Deum sit bonum & delecta-
bile possunt cognoscere paruuli & cognoscunt, & ta
men motiuum ad dubitandum erat, quia paruuli qui
pro solo originali patiuntur, non habuerunt hic aliq̃
cognitionem de Deo, & ideo non videtur quomodò
illam postea in tenebris inferni habeãt. Secus de alijs
damnatis qui fuerunt hic adulti. nam illi ex doctrina
& conuersatione ad alios homines audiuerunt, & co-
gnouerunt, vel cognoscere multa potuerũt de Deo.

Dicendum tamen quòd paruuli post mortem co-
gnoscere possunt Deum dupliciter. Vno modo natu
raliter, & ex communi cursu. Alio modo specialiter
ex Dei reuelatione. Primus modus est quo animæ se-
paratæ accipiunt cognitionem a substantijs separatis
per influxum specierum ab illis, & per illas species q̃-
libet anima separata cognoscit omnem substantiam
separatam, & quamlibet aliam animam, & etiã Deũ,
vt ostensum est supra, licet sit cognitio ista multũ vni
uersalis & confusa, tamen qualiscunque sit est tanta,
vt per eam cognoscamus Deum esse excellentiorem
omnibus rebus, sicut nunc nos cognitionẽ habemus
de Deo valde deficientem, & tamen scimus Deũ nõ
solum esse meliorem omnibus entibus, sed etiam el-
se id quo nihil melius cogitari potest. paruuli ergo q̃
per species illas intelligunt, & cognoscent Deum el-
se supremũ ens, & quia omnis cognitio de se impor-
tat gaudium quoddam, manifestũ est, q̃ putabunt, q̃
cognoscere illum clare sit quædam magna lætitia, &
ideo carere illa cognitione sit malum quoddã. Alius
modus est quantum ad reuelationem, vt s. per Deum
vel per Angelos bonos reueletur paruulis de Deo, q̃
sit ens excellentissimum, & q̃ in eius visione sit ma-
gna delectatio, & hanc delectationem paruuli illi cu
pient propter seipsos, cum sciãt illam esse cuilibet ho-
mini possibilem, & ideo cũ videant se carere eo quod
bonum putant, & eis iocundum futurum, nisi pecca-
tum illud impediret, tristantur. & ista reuelatio est sa-
tis verisimilis, quia cum Deus velit punire peccata, vt
quilibet sit miser iuxta conditionem peccatorũ suo-
rum, & cognitio boni requiratur ad miseriam, verisi-
mile est, q̃ si damnati non haberent, vt ex se vel natu-
raliter tantam cognitionem quãtam sufficeret ei ad
quantitatem miseriæ eorum, q̃ Deus det illis supena
turaliter, siue ex reuelatione illum gradum cognitio-
nis, vt non desit eis pœna ex defectu cognitionis, & sic
paruuli, siue naturaliter, siue diuinitus cognoscent q̃-
tum eis fuerit opportunum de Deo, & delectatione
quæ est in visione eius ad hoc, quòd ipsi habeant pœ-
nam quæ est ei conueniens.

An pœna carentiæ visionis Dei, quæ est paruulorum, sit magna, vel parua. Quæst. DCLXXI.

QVAERETVR de ista pœna carentię visionis Dei,
quæ est paruulorum, an sit magna vel parua.
Aliqui dicunt q̃ sit valde parua. nam Augu. in En-
chiridion. c. 5. dicit q̃ pœna paruulorum est omnium
damnatorum mitissima, ergo est parua. Secundo pa-
tet, quia paruuli nihil peccauerunt, sed solum incurre
runt peccatum originale, ergo cũ ceteri damnati pec
cauerint nimis, quia sponte peccauerunt, necesse est
vt pœna paruulorum sit valde parua in comparatione
ad damnatos alios.

Alij dicunt, q̃ pœna paruulorum sit valde magna,
quia illi sustinent carẽtiam diuinę visionis: & tñ inter
pœnas damnatorũ pœna carentiæ est maxima, vt ostẽ
sum est supra. & ita est maior quã pœna ignis. ex quo
sequitur q̃ alij damnati non habent duplam pœnam
ad paruulos, quia sicut damnati pro peccatis suis susti
nent pœnam carentiæ visionis Dei, ita sustinent par-
uuli, & in hoc non est dria. insuper damnati adulti ha-
bent pœnam afflictiuam quæ est ignis, & illa non est
æqualis ad pœnam carentiæ. ergo maior est pœna da-
natorum adultorum q̃ paruulorũ, sed non in duplo.

Dicen-

Dicendum q̃ pœna damnatorum adultorum non A
est æqualis inter oẽs, sed in quibusdam est maior, & in
alijs minor secundum cõditionem peccatorum suo-
rum, & tamen cuiuslibet damnati adulti qui pro pec-
catis proprijs dãnatus fuit, est pœna valde maior plus
quam decuplo, & forte centuplo quam alicuius par-
uuli. & ratio est, quia magnitudo pœnę est secundum
conditionem culpæ, & tamen magnitudo culpæ cu-
iuslibet adulti non solum dupla aut tripla supra quẽ-
libet paruulum, sed forte plus quam centupla est, aut
improportionabiliter se habens ad illam, cum adulti
sponte peccauerint per actum propriæ volũtatis, par-
uuli autem nullum actum voluntarium habuerint:
immo neque peccauerint, sed peccatum incurrerint
originale.

Et tunc consequenter dicendum, q̃ pœna paruulo- B
rum est parua, quia peccatum ipsorum est paruum,
cum ipsi non peccauerint: ideo necesse est, q̃ pœna eo
rum sit, quasi non esset pœna, cum peccatum eorum
sit quasi non esset peccatum, & ideo licet forte respe-
ctu pœnarum nostrarum sit aliquanta pœna paruulo
rum, tamen respectu aliorum damnatorum est quasi
nulla, aut valde parua.

Argumenta autem duo, prima concedenda sunt,
quia verum ostendunt. Ad argumentum in contra-
rium dicendum, quòd non est minus quam dupla pę
na adultorum: immo dicendum, quòd forte est plus
quam centupla cuiuslibet adulti damnati ad paruu-
lum damnatum. Et cum obijcitur de carentia, dicunt
aliqui, quòd est minor, vel mitissima, vt dicit August.
pœna paruulorum, quia pœna cuiuslibet adulti dam
nati est carentia, & insuper pœna sensus quæ est lęsio
realis, pœna paruuli non est, nisi carentia, & non pœ-
na sensus: maior est autem simplex pœna quam du-
plex. Sed dicendum, quòd hoc non satisfacit, quia tũc
staret quod obijciebatur. s. q̃ non esset pœna alicuius
paruuli sub dupla ad pœnam alicuius damnati adulti.
& hoc non est inconueniens.

Aliter ergo dicendum, quòd pœna carentiæ est in
damnatis & paruulis, sed magis patiuntur adulti in il-
la carentia quam paruuli. & ratio huius est, quia carẽ
tia ista non est pœna, nisi in illo qui iudicat esse pœnã, D
vnde in lapidibus & rebus irrationabilibus nõ est pœ
na non videre Deum, licet cuilibet videnti sit magna
delectatio videre, & hoc est, quia nõ iudicant carere
se illo bono, cum non cognoscant illud. Potest ergo
accidere dupliciter in aliquo potente videre Deum,
& non vidente, q̃ sit magna pœna non videre Deum.
Est autem vnus modus, quòd non cogitet quis se ca-
rere illo bono. Siquis enim carens aliqua re potuerit
auertere cogitationem suam ab illa, ita vt nunquam
cogitet quomodo illa res sibi deest, nõ sentiet aliquã
pœnam in carendo re potius quam si non careret ea.
nam & de pœna sensus hoc patet. si enim sensus ta-
ctus auerti posset ab igne qui præsens est, & lædit ne
experiretur & perciperet illum, nulla pœna esset po-
tius quam si nullus ignis esset appositus, sicut in illis
qui habent membra stupida, & ideo forte aliquis di-
cet, quòd paruuli nõ cogitant de carentia illa, aut pa- E
rum cogitant, ideo parum puniantur in carentia illa.
adulti autem damnati cogitant de illa carentia, ideo
pœnam sustinent. hoc autem fit si cogit Deus ad cogi-
tandum aliquos & alios non, vel quosdam multum,
& alios parum. Est autem verum, quòd quilibet vel-
let esse beatus, vel non miser, & effugere pœnã quan-
tum posset, & quia pœna quelibet inferni multum ha
bet ex cogitatione, & maxime pœna carentiæ, quæ nõ
esset pœna si non cogitaretur, damnati vellent nun-
quam cogitare de Deo, neque de aliquo malo in quo
sunt, & si permitterent hoc facere non essent miseri:
vt si ex imperio voluntatis suæ permitterentur cogi-
tare bonum suum, & elicere actum volendi circa il-
lud. nam sic seipsis fruerẽtur, & essent beati quadam
beatitudine naturali quę non est per aliquod bonum
supra hominem, & tunc non solum carentia visionis
Dei non afflligeret illos, quia de illa non cogitarent,
sed etiam ignis appositus non cruciaret illos. nã ignis
non cruciat damnatos, sicut nunc nos viuentes tor-
quet. nam nos cruciat inquãtum applicitus sensui co
git sentire, & nõ potest sensus auertere se, aut per im-
perium voluntatis auerti quin nocumentum realiter
illatum corpori sentiat, & tamen in damnatis, quãdo
erunt animæ separatæ, non poterunt pati naturaliter
ab igne, sed solum vt est instrumentum diuinæ iust-
tiæ, & illud est potissime, quia ignis detinet, vt non p-
mittat animam a se separari localiter, & in hoc tolli-
tur animæ libertas, sed si anima possit cogitare, quòd
non detineatur ab igne, vel non aduertat ad illud, cũ
ignis nõ exurat animam, nec realiter auferat aliquid
ab ea, non esset pœna aliqua etiam per ignem, & sicut
anima separata in inferno nullum malum pateretur
si posset libere cogitationem suam ferre quo vellet,
& tamen Deus non permittit, quia cogit animam dã
natam cogitare in bono, quod ei deest, & quomodo
ignis nocet ei, non permittendo vti sua libertate ad
eundum quo velit. etiam non permittit cogitare de
bono suo, aut de seipsa, nisi inquantum est causa ma-
li proprij, ideo in hoc afflligitur, & tota afflictio depẽ-
det ex eo, quòd anima damnata non cogitat qđ vult,
sed cogitur cogitare mala sua. Idẽ est de homine post C
resurrectionem damnato. nam corpora erũt immor-
talia & incorruptibilia, vnde nulla passio realis in eis
erit, sed intentionalis, ideo si cogitationem auertere
possent, non esset eis aliquod nocumẽtum reale, aut
pœna, sed in æternum manerent in igne sine lęsione,
immo & sine pœna aliqua, sed coguntur cogitare id
quod eis est malum, & ita patiuntur.

Hoc supposito si paruuli permittãtur cogitare quę
voluerint, habebunt vere carentiam visionis Dei, ita
vt beati non sint, & tamen non erit eis pœna aliqua,
si non cogitauerint se carere illo bono, & fieret hoc
si cogitarent de seipsis ex imperio suæ voluntatis, &
de bono suo, quia sic quodammodo se fœlices face-
rent. Et hoc aliqui putant, & sic paruuli non habent
aliquod malum, quod iudicent esse pœnam, sed solũ
non habẽt beatitudinem, & sic carent aliquo bono,
sed non iudicãt se carere illo, & ideo nullam pœnam
sustinent. & hoc forte aliqui iudicabunt esse conue-
niens, quia isti in nullo peccauerũt, ideo in nullo de-
bent puniri, sed caruerunt gratia per quam efficiun-
tur homines apti ad vitam æternam, & Dei visionẽ:
ideo non debẽt habere visionem Dei sicut beati, ne-
que tamen debent habere pœnam, sicut damnati. i. qa
non habuerunt gratiã sicut beati, neq; habuerunt, q̃
committerent peccatum, sicut dãnati. Sed hoc non
est securũ. Primo quia Aug. non dicit eos esse sine pę
na, sed dicit pœnã eorum esse mitissimã oĩum dãnato
rum, ergo aliqua pœna est. Secundo quia si nulla pœna
eis daret, non ponerent in loco tenebrarũ cũ dãnatis
in æternum, ẽt si illi erũt de quibus Christus dicet, ite
maledicti in ignem æternum. Dicendum ergo aliter
q̃ erit pœna aliqua, vel tristitia paruulorum in caren-
tia visionis Dei, & tamen erit parua pœna, quia licet
cogitabunt se carere, tamen causa carendi alleuiabit
pœnam eorum. nam damnati adulti scient se carere,
& quòd causa carẽdi est eis culpa sua, vel propria ma-
litia. paruuli autem scient se carere, sed non ex aliqua
iniquitate sua, sed propter legem Dei, vel propter ali-
quid extrinsecum, quod non fuit in potestate ipsorũ,
& iõ dãnati adulti valde dolebũt, quasi ipsi fuerint cã

proprij mali,& in ista cogitatione a Deo tenebuntur: quia non permittentur cogitare de seipsis,nisi inquãtum sunt causa mali sui, & ista cogitatio est tristis: iõ valde illi tristabuntur, & tunc quando aliquis fuit sibi maior causa carendi illo bono magis tristabitur,& quia quanto quis plus peccauit, tãto fuit causa maior carendi bono illo,tanto magis tristabitur de carentia illa,& ista est causa vera,vnde paruuli dolebunt de carentia,sed incomparabiliter minus quam damnati adulti.parua est ergo pœna paruulorum.

An omnium paruulorum sit pœna æqualis.
Quæst. DCLXXII.

QVAERETVR, an omnium paruulorum sit pœna æqualis.

Aliqui dicunt,quòd sic, quia pœna illorum consistit in sola priuatione,siue carentia visionis,& tamen priuatio non suscipit magis & minus,ideo nõ punietur vnus plus altero.

Sed obijcietur ꝙ sic, quia in damnatis est pœna carentiæ: & tñ non solum in pœna sensus est inæqualitas in damnatis,sed etiam in pœna carentiæ,vt ostensum est supra.s.quia vnus magis tristatur quam alius. ergo & sic poterit vnus paruulus magis tristari de carentia quam alius.

Dicendum ꝙ omnium paruulorum est pena æqualis,cum tamen damnatorum adultorum non sit pœna æqualis,& ratio differentiæ est, quia pœna ista carentiæ in paruulis est propter peccatũ,& illud in paruulis est æquale.in damnatis autem adultis non est æquale,ideo in paruulis est æqualis pœna,in adultis nõ. Et patet quia paruuli nihil omnino egerunt per qđ dicantur peccasse, sed solum per vnionem animæ ad corpus cõtractum fuit in eis originale peccatum, sed vniri animam est æquale in omnibus,& lex illa a qua venit peccatum originale est æqualis oĩbus, ideo non est aliquo modo inæquale peccatũ originale in diuersis,ideo pœna carentiæ pro illo nõ dẽt esse inæqualis. secus de adultis damnatis, quia peccata illorum fuerunt inæqualia,ideo tam carentia quam pœna sensus erunt in eis inæquales.Secundo quia illud in quo pœna carẽtia damnatorum adultorum est, inæqualis est carentia boni,quod ipsi optauerunt.nam quanto aliquis ardentius amabat bonum illud in quo peccauit, & propter quod damnatus est, tanto vehementius illud amat post mortẽ,& quia frũ illo non potest,neq; cogitare de illo delectabiliter,affligitur valde.quanto ergo magis peccauit in re amata in seculo, tanto magis tristatur de eius carentia post mortem, & tamen paruuli nihil tale amauerunt de quo doleant, nunc propter carentiam, ergo nõ magis vnus dolet quam alius.

Tertio quia quantum ad carentiã visionis Dei adhuc non est paruulis causa inæqualiter tristandi. nam damnati adulti possunt de ea tristari inęqualiter,quia quanto magis peccauerunt, tanto se fecerunt magis indignos illa visione qua carent. Et ideo quanto ipsi se ab ea magis elongauerunt,tanto magis tristabunt, sed paruuli non peccauerunt magis, & minus, vt inęqualiter mererentur carere illa visione, ergo non tristabuntur inæqualiter carendo ista visione.

Quare paruuli puniuntur apud inferos cum nullum peccatum commiserint. Quæst. DCLXXIII.

QVAERETVR, quare paruuli puniũtur apud inferos.nam vr̃ ꝙ nullam pœnã pati debeant magnam aut paruã,quia nullo modo peccauerũt, pœna autem pro peccato dat̃.Aliq dicũt, ꝙ puniuntur sine culpa,non tñ sine causa, quia similis modus est de iure humano in multis casibus.nam filij eorum qui cõmiserunt crimen lęsæ maiestatis priuãtur successione paterna.extra de hæreti.ca.vergentis.& filij hæreticorum,licet hæretici nondum sint, quia bona hæreticorum iubentur publicari, & in multis alijs casibus exercetur pęna in eos qui non peccauerũt, cum sit aliqua causa faciendi.s.quia nascunt̃ de illis qui peccauerũt, vel propter alias ſm varios casus. Aliquis dicet forte hoc tenere de iure humano, in quo necesse est interdum puniri ĩnocẽtes ne noxij omnino impuniti euadãt,& non potest ministrari iustitia pure apud homines, quia interdum non possunt, interdum nesciunt, sed de Deo,secus erit qui omnia scit,& oĩa potest. Et ideo in iudicio eius, in quo defuncti consistunt nõ punietur aliquis sine culpa. Sed obijcietur ꝙ adhuc secũdum diuinum iudicium puniũtur aliqui sine culpa, cum pro alieno peccato affligantur.s.filij pro patrib⁹. eod.c.vergẽtis.s.pro multis casibus ſm diuinum iudicium filij pro patribus puniũtur. & illud allegatur ibi ad ostẽdendum,ꝙ licitum est ſm iura humana puniri aliquos pro peccato aliorum,cum ẽt ſm diuinũ iudicium sæpe fiat.Sed dicendum ꝙ hoc non stat.Primo, quia dr̃.eo.c.vergentis,ꝙ filij pro patribus.i.pro peccato patrum sæpe a Deo puniuntur,& tñ hic nõ puniũtur filij pro patribus, quia forte patres sunt innocẽtes & sancti,& filij eorum decedẽtes sine baptismo sunt æternaliter dãnati,& filij malorum qui baptizati decedunt saluãtur, ideo non faciunt ad hoc peccata patrũ. Secũdo, quia ista punitio hẽt locum in viuẽtibus quæ est pœna tpalis,secus de pœna ęterna: & ita dr̃ in alleg.c.vergentis.ꝙ filij pro patribus temporaliter puniunt̃,& ideo innuitur ꝙ non puniãtur æternaliter,& tñ pœna paruulorum æterna est,quia illi dãnati sunt. ergo nõ inferẽ pro peccato patrum. & verum est, ꝙ interdum vni viuenti potest dari pœna pro alio, & tñ post mortem nemo punitur ꝓ alterius peccato, siue sit pęna ęterna,sicut dãnatorum, siue tpalis sicut purgatoria.quibus autem dẽt pęna tpalis pro aliis,& qñ, & qũo est hoc iustum,& quare nunq̃ post mortem vnus pro alio puniatur,declaratum est late supra 5.q.q. 35.& 36.Et ideo non est nunc ad propositum, cũ ista sit pœna post mortem,& sit æterna. Dici ergo potest dupliciter.vno modo,ꝙ puniunt̃ paruuli post mortẽ, & pro peccato suo. nã peccauerunt originaliter.i. incurrerunt in illud, quia cũ deberent nasci in originali iustitia nascuntur sine illa. & hoc peccatũ non est alicuius alterius,sed ipsorum, qa ipsi sunt sine iustitia illa,& sine charitate.Cum aũt obijcitur,ꝙ nõ peccarũt,verum est ꝙ nõ commiserunt aliquod peccatum per actum ꝓpriæ voluntatis cõmittendo vel omittendo,& tñ inciderũt in istud originale qđ est propriũ ipsorum,& non alicuius alterius, & peccatum est sufficiens causa pęnę,ideo ipsi pro illo puniunt̃. Aliter potest dici,ꝙ pęna non dat̃ a Deo maxime post mortem, nisi pro peccato,qđ est proprię voluntatis,siue cõmissio,siue omissio sit.& de paruulis dicendum, ꝙ nullũ peccatũ habuerunt, quia per nullum actum voluntariũ peccauerunt,ideo neq; pœnam vllam pati debent. Cum aũt obijcitur,ꝙ pœnã habent.põt dici ꝙ non habent,quia eis nihil infligitur à Deo,nisi carentia visionis Dei,& ista non vr̃ pœna,quia pœna est,qñ nobis ſęsio infligitur,aut bonum nostrum, quod possidemus aut quod alias debitum est, aufertur:sed hic nihil istorum est,quia paruuli nondum habebant diuinam visionem,dum viuerent,neque erat eis debita.nam aut deberetur naturaliter,aut ex merito, non ex merito, quia nihil meruerant per se,neque per alios,i. per Ecclesiam,vel fidẽ fidei, quia illa nõ receperũt: non ẽt naturaliter,quia nõ attingit hõ naturaliter ad visionẽ Dei,

Dei,nec aliquis intellectus creat⁹, nisi detur ei a Deo supernaturaliter lumen habituale quod est lumẽ gloriæ,sed non est pœna,quòd non detur alicui id, quod non est ei debitum:ideo non est pœna, quòd paruuli careant visione Dei.& ita est de honore,vel de aliqua re quæ nulli debita est,siquis eam vni det,& non alteri,vel nulli det, nulli facit iniuriam: & ita quòd illegitimi non promoueant̃ ad honores, vel non obtineãt beneficia,quod de iure fit,non est illis pœna, quia honor & beneficium nulli naturaliter debentur.ꝙ ergo iura decreuerint illa dari quibusdam,& alijs non, nulla eis fecerunt iniuriam.

Si autem obijciatur,ꝙ præter carentiam habent pęnam positiuam tristitiæ. Dicendum quòd ista est per accidens,quia a Deo non habent,nisi quòd careãt visione,idest quòd non ostendit eis seipsum,ꝙ vero tristentur de illa carentia magis est ab eis,inquãtum cogitant se nõ habere illud bonum, quod habere poterant si non decessissent sine sacramento fidei, & ambæ istæ positiones sunt satis rationabiles. & ista vltima videtur magis sine calumnia, vt qui non peccauit nullam pœnam accipiat.Si autem teneatur prędecẽs est dicendum quòd illi non commiserunt peccatum per actum voluntatis,ideo non datur eis aliqua pœna positiua qualis respondet peccato per actum voluntatis:sed datur pœna in sola carentia,sicut peccatũ constitit in carentia,idest,quòd nihil egerunt,& tamẽ iustitiam originalem non habuerunt:ideo neque visionem Dei acceperunt,& hoc magis accedit ad modũ communem loquendi Sanctorum.nam dicit Augus. leuissimam esse pœnam paruulorum,& tamẽ verior videtur alia,idest,quòd neque peccauerunt,neq; pœnam habent.& hoc stricte accipiendo verum est. interdum tamen modus loquendi scripturæ non concordat huic locutioni,vt cum dicitur ꝙ omnes nasci mur filij iręː & tamen filius iræ est qui dignus est ira, idest pœna.etiam dicitur ꝙ in Adam omnes moriuntur,& in Christo omnes viuificantur.ideo signat̃ peccatum esse in quod paruuli incurrunt, & sic pœna respondebit eis.vnde potest vtraque solutio teneri.

Qui teneantur in Lymbo paruulorum.
Quæst. DCLXXIIII.

QVAERETVR qui teneantur in Lymbo paruulorum.

Dicendum, ꝙ soli paruuli quibus, neque propria, neque aliena merita subueniunt, neque tamen mala commiserunt,quibus damnatio aliorum debita sit.

Ex hoc autem necesse est,quòd omnes qui in loco illo sunt paruuli sint.nam non vadunt illuc,nisi q nulla bona,aut mala egerunt: & tamen tales nõ possunt esse,nisi paruuli. ergo soli paruuli illum statũ habent. & patet,quia si bona aliqua egissent per illa essent digni vita æterna , si aliqua mala egissent, essent digni gehenna ignis,sed neutrum accipiunt,ergo neq; bonum,nec malum egerunt:sed hoc solum accidit hominiı in parua ętate,quia mox vt venerit ad vsum liberi arbitrij,& alicuius discretionis: necesse est, vt bonũ aliquod, aut malum faciat,quia non sunt actus nostri indifferentes,sed mali aut boni.ergo quicũque discretione vtitur,idest iudicio quodam statim peccat, aut recte agit,sed qui nondum vtuntur discretione paruuli sunt,ergo soli paruuli in loco illo sunt. Dicitur etiã quibus non suffragantur merita propria, aut aliena. nam ad vitam æternam nemo ire potest sine merito, idest sine charitate,& gratia.nam charitas est meritoria vitæ æternæ,& soli existenti in gratia datur vita æterna. hæc autem dicũtur aliquando merita propria, aut quãdo quis est in charitate,& per illam operatur, quia actus eliciti a charitate, vel imperati ab ea faciũt hominem dignum bonis gloriæ,& sunt ibi merita ꝓpria,quia per actum propriæ voluntatis dicuntur merita aliena,quãdo charitas & gratia sunt in aliquo, & nõ præcessit aliquis actus in eo dispositiuus ad illa habendum qui esset actus voluntatis, nec secutus est aliquis actus postquam illa habuit. sic est in paruulis non uiter baptizatis.nam habẽt fidem,spem, charitatem, & omnes virtutes gratuitas,ita vt nullus habit⁹ virtutis eis desit,vt patet de summa Trini.c. in cle. in fine.his autem propria merita nõ suffragantur, sed aliena, quia per actum Ecclesiæ susceperunt virtutes, & gratiam in sacramento fidei.& ideo isti nõ vadunt ad Lymbum puerorum.

Sed dicendum,quòd non sufficit non suffragari ꝓpria merita vel aliena, quia malis existentibus in peccato mortali non suffragantur merita aliqua sua, neque aliena:& tamen non vadunt ad Lymbum puerorum,quia requiritur, quòd etiam non habeant ꝓpria demerita,quia tunc damnantur ad gehennã: & ideo necesse est,vt neque merita aliqua, neq; demerita habeat qui ire debet ad Lymbum puerorum.Et sicut requirit,ꝙ nulla merita, neq; demerita habeat in actu, ita ẽt ꝙ nunquam habuerit, quia qui aliquãdo habuerit merita,aut demerita,non potest illuc ire. De meritis patet,quia aut sunt propria,vel aliena. Si aliena,sicut sunt virtutes,& gratia datæ in baptismo, aut qũocunque per actum & meritum aliorũ,manebũt semp ista,& nunquam tollentur sine proprio demerito,i.si ne peccato mortali,quod committat ille qui charitatẽ hẽt.nam charitas non potest perire, nisi per peccatum mortale oppositum , si non committat peccatũ mortale manet semper charitas, sed decedens in charitate habet vitam æternam.Si aũt committat peccatum mortale,vt perdat merita aliena,iam nõ ad Lymbum puerorũ,sed ad gehennam ignis damnari necesse est.Si vero sint merita propria,i.per charitatem , & virtutes quas quis hẽt eliciat actum meritoriũ aliquẽ, iam non poterit ire ad Lymbum puerorum,qa quãdiu manserit in charitate ſm quam operatus est meritorie est dignus vita æterna,cum vero ꝺriũ fecerit,i. mortale peccatum per qđ charitas perit,iã est dignus gehenna,& sic non ibit ad Lymbũ puerorum. Si aũt propria demerita habeat quæ sunt ipsum actũ mortale,planũ est,ꝙ gehenna est dignus,non ergo Lymbo puerorum:& est necesse ꝙ postquam aliquis merita, vel demerita habuerit propria vel aliena,nunq̃ sine illis sit,eo ꝙ non potest vnum tolli,nisi ꝓ alterum.sunt enim, vt priuatiue opposita:ideo necesse est ineſſe vicissim susceptibili:si.n.semel merita insunt,i.charitas & gra̅ semp manebunt,nisi p peccatũ mortale actuale tollantur. nam iã non potest superuenire peccatũ originale;cũ illud a sola origine insit, & cum desierit esse semel,nunquam postea inest, & qñ peccatũ mortale inest est dignus quis gehenna. illud aũt manet ſp nisi rursus charitas venerit per q̃ tollat̃. ergo postquã quis peccauit mortaliter, vel fuit semel in charitate: necesse est ſp esse in charitate, vel in peccato mortali,& non põt dari status medius,eo ꝙ vnũ non põt tolli,nisi per alterum,& sic necesse est, ꝙ siqs damnat̃ ad Lymbũ puerorum,ꝙ hoc sit, quia nondũ habuit aliqua merita propria,aut aliena,neq; ẽt demerita. Amplius dicendum,ꝙ necesse est istos qui damnantur ad Lymbum puerorum decedere in parua ætate,ſ. ante annos discretionis.nã post annos discretionis non est aliquis sine meritis,aut demeritis:& patet, qa merita aliena,i.charitatẽ,& gra̅m,atque cæteras virtutes põt recipere,qa ipsa die qua nascit cũ ista aduenıãt per sacr̃m baptismi,vel alias adueniebant cito p fidẽ parentum,& ita ante annos discretionis. Si vero ista aliena

merita nunquam adueniant, ſicut in infidelibus qui nunquam conuertuntur, vel tarde adueniãt, ſicut in eis qui conuertuntur in medio ætatis, vel ſenectute, neceſſe eſt, ꝙ propria merita, vel demerita veniant in principio ætatis qua quis diſcretione, ideſt iudicio, & electione vti poteſt, nam ante tempus illud nulla eſt proprie electio, neque operatio humana in homine, ſed potius animalis vel naturalis: tũc vero incipit operari humane, ideſt ſecundum intellectum, & voluntatem, & quia operationes noſtræ non ſunt indifferẽtes, ſed bonæ aut malæ, neceſſe eſt ſtatim ĩ primis operationibus fieri aliquẽ in gratia, aut in peccato mortali. nam ſi eligat aliquid, quod ſit contra dictamẽ rationis naturalis iam eſt in peccato mortali, & de illo nunquam poteſt liberari, niſi per charitatem, quæ facit hominem dignum vita æterna, vt dictum eſt. ideo iam ille erit dignus vita æterna, & non Lymbo puerorum. ſi vero bonũ elegerit ſe totaliter conuertẽdo in Deum, formabit Deus talem actum infundendo gratiam & charitatem, & iam ille erit in gratia: ideo erit dignus vita æterna quouſque rurſus peccet mortaliter. Si autem daretur quòd aliquis veniens ad ætatem diſcretionis nullum actum eliceret meritorium aut demeritorium, adhuc iſte eſſet dignus gehenna, & nõ Lymbo puerorum, quia peccat per omiſſionẽ, cum teneatur aliqua bona neceſſario facere, & nõ facit, peccat mortaliter: vt quia tenetur dimittere infidelitatis ſtatum, & ſuſcipere ſacramentum fidei, & fidem. quandiu ergo moratur hęc facere poſt annos diſcretionis, quando audiuit aliquid de his, & intellige re potuit, & non venit ad fidei ſacramentum, tandiu eſt in peccato mortali actuali per omiſſionem. ideo etiam ſi iſte nullum alium actum malum committeret, ex hoc ſolo ſi tunc, aut ſic decederet damnaretur ad gehennam ignis. nam poſtquam venit ad ætatem diſcretionis iam habet aliquid maius, per quod nõ poteſt ad Lymbum puerorum ire, ſed aut ad vitam ęternam, aut ad gehennam ignis, & ita paruuli Iudæorũ, vel aliorum infidelium quandiu ſunt ante annos diſcretionis, ſi decedant damnantur ad Lymbum, eo ꝙ ſolum originale habẽt, quia ante annos illos, nec poſſunt bonum, aut malum agere. Si autem peruenirent ad annos diſcretionis, iam neceſſe eſt illos dãnari ad gehennam ignis, cum oporteat peccare, aut committendo, aut omittendo, quandiu in ſtatu infidelitatis manent.

Quomodo & quando in quacunque lege tollebatur omnibus peccatum originale, vt per hoc ſciamus, quando quis damnatur ad Lymbum puerorum, & quando non.
Quæſt. DCLXXV.

SED quoniam ſolum peccatum originale eſt cauſa, vt deducatur quis ad Lymbum puerorum, & ſolum illud peccatum habet qui illuc vadit, quia ſi habet actuale aliquod damnatur ad gehennam, vt dictũ eſt. Quæretur quando, aut quomodo tollitur hominibus peccatum illud, vt per hoc ſciamus, quando ꝙs poteſt damnari ad Lymbum puerorum, & qñ non.

Dicendum ꝙ peccatum originale poteſt tolli per actum proprium vel alienum: & fundamentum eſt, quòd originale peccatum cum ſit mortale, non poteſt tolli, niſi per charitatem & gratiam. eo ergo modo tollitur originale quo gratia, & charitas dãtur. aliquando autem dantur per actum alienum, vt quãdo quis ante annos diſcretionis ducitur ad ſacramẽtum fidei, ideſt Baptiſmum, vel ad Circũciſionem tempore ſuo, quando illa habebat vim, vel quãdo in fide parentum dicitur quis ſaluari, nam tunc nõ eſt actus aliquis eius qui liberatur a peccato, cum ante annos diſcretionis non habeat quis propriũ actum liberi arbitrij ſaltem conſummate. Per actum proprium adueniunt charitas & virtus, quando non habuit eas per actum alienum in ætate paruula: & poſtea per conuerſionem in Deum ſecũdum motum liberi arbitrij qui motus informatur charitate, liberatur ille a peccato.

Circa hoc ergo dicendum, quòd aut eſt in ſtatu legis Euangelicæ, ſ. poſtquam illa cępit obligare omnes homines, aut prius. Si in ſtatu legis Euangelicæ dicẽdum ꝙ non eſt alius modus habẽdi remiſſionem de peccato originali per actum alienum, niſi per ſuſceptionem baptiſmi, ſiue in maſculo, ſiue in fęmina, & hoc ante annos diſcretionis, quando ſolum originale eſt in homine: & hoc eſt generale, tam ad fideles quã ad infideles, quia omnes tenentur ad legem Chriſti. filij ergo Chriſtianorum quandiu nondum baptizati ſunt, manent in peccato originali, & ſi exceſſerint tẽpus conſuetum ab Eccleſia ad baptizandum, & nondum baptizati fuerint, manent ipſi in originali, & parentes eorum, vel qui de eis curã habere debent, ſunt in peccato mortali omiſſionis. ſi vero peruenerint ad ætatem diſcretionis, & ſcientes ſe non baptizatos nõ procurauerint ſe baptizari, ſunt iam in peccato mortali actuali, ſiue expreſſe contempſerint, ſiue non aduerterint, aut neglexerint, & qui de eis curam habẽt etiam peccant mortaliter, & cęteri qui hoc ſciuerint, ſi non denunciauerint ei qui hoc emendare poteſt ẽt peccant, quia in grauem contumeliam legis Chriſti redundat, vt aliquis de parentibus Chriſtianis ortus ſit, & tamen non baptizetur, aut baptizari nolit. vnde ſi admonitus baptizari nollet, deberet per ſingulares principes occidi velut pro apoſtaſia à fide. nam ſicut qui ſuſcepta ſemel fide receſſit ab ea conuerſus ad Iudæos, vel paganos occidendus eſt per ſecularem poteſtatem, ita & exiſtens filius Chriſtianorum ſi nolit tenere, aut ſuſcipere fidem quam parentes tenẽt, & ad quam filij ex origine obligantur, occidẽdus eſt, quia apoſtaſiam veram committit cum ad fidẽ obligatus eſſet, licet nondum illam ſuſcepiſſet, quia erat filius illorum qui in illa, & ſub ea erant.

Si autem ſint paruuli paganorum, aut Iudæorum quandiu paruuli ſunt ante annos diſcretionis ſunt in originali ſolo cum non baptizentur, quia nõ eſt alius modus tollendi originale, niſi per Baptiſmum nunc, ſed parentes eorum non incurrunt ex hoc in peccatũ mortale, quòd non faciunt baptizari filios, quia iam ipſi ſunt in peccato mortali, quia cõtemnunt venire ad legem Chriſti, & hoc ſolum peccatum habere poſſunt circa omiſſionem illius, ideo ſicut per omiſſionem cæterorum mandatorum legis Chriſti non peccant, quia non ſunt ſub illa, ſed ſolũ peccant vno peccato omiſsionis, vel contemptus, ſ. quia nolunt venire ad illa, ita & omittẽdo baptizare filios ſuos nõ peccãt, ideſt quòd committant nouum peccatum ſuper cætera quæ habent. nam non committunt aliud quia non obligantur ad aliquid de lege Chriſti quãdiu nõ ſunt ſub ea: ſed nondum ſunt ſub ea, quando non ſunt baptizati, ergo non obligantur ad aliquid eius, ſed ſolum ad ſuſcipiendum eam, quod non eſt aliquid eius, ſed baptizare filios eſt aliquid legis Chriſti, ergo infideles non obligantur ad baptizandum filios ſuos, & ita cum non habeant ſpecialiter iſtam obligationem non poteſt eſſe ſpecialis omiſſio, & conſequenter neque ſpeciale peccatum non baptizando filios, & ita non plus peccat infidelis nolendo baptizari ipſe ſolus quam ſi nolit ſe baptizari, neque filios ſuos: dum tamen non expreſſe prohibeat eos volentes baptizari, quia tunc eſſet ſpeciale peccatũ, quod non generet ad omiſſionẽ, aut contẽptũ, ſed ad alterũ genus. & pro hoc poterat Iudæo imponi pœna quaſi offendat

dat ſpecialiter Chriſtum. non tamen poterit puniri, ſi omittat ipſe baptizari, & filios ſuos etiam nolit baptizari, apparet ergo, quòd non peccat omittendo baptizare filios. ſecus de Chriſtiano qui iam eſt ſubditus legi Chriſti, & tenetur ad omnia quæ eius ſunt, ideo ſi non facit baptizari filium ſuum ſtatim, vt eſt cõſuetudo Eccleſiæ peccat mortaliter omittendo, vel contemnẽdo. Cum vero paruuli Paganorum, aut Iudęorum veniunt ad annos diſcretionis, & audiunt atque intelligũt aliquid de lege Chriſti, etiam ſi nihil aliud committant peccant mortaliter omittendo baptizari, & ſunt digni gehenna, & tamẽ peccatum originale nunquam deletur in eis, quia non eſt aliquid, per quod deleatur. Si tamen filius Chriſtiani, aut Pagani non fuerit baptizatus infra annos diſcretionis, & poſtea ad illos perueniens conuertat ſe ad Deum proponens baptizari, iam in ipſo actu conuerſionis tollitur originale, & omnia alia mortalia ſiqua ſũt, & hoc eſt tolli per proprium actum, ſed cum propoſito Baptiſmi. nam fidem iam habet in ipſo actu conuerſionis, & cęteræ virtutes infunduntur. Eſt tamen adhuc neceſſarius Baptiſmus, quia aliàs peccaret mortaliter non accipiendo quando poſſet, & propoſitum fuiſſet inutile.

Quomodo tollebatur originale ante Chriſti legem.
Quæſt. DCLXXVI.

ANTE Chriſti legẽ obligãtem vniuerſaliter erat alius modus tollendi peccatũ originale, & quia non erat vnicus ſtatus obligans omnes homines, non erat vnicus modus tollendi originale. apud Iudæos. nam erat datus ſpecialis modus, ſ. Circunciſio. nam hoc illis conferebat Circunciſio, quod nobis Baptiſmus, ſ. tollebat peccatum originale, & dabat gratiam, quia impoſſibile eſt mortale tolli, niſi gratia detur, ſed nõ aperiebat vitæ æternæ ianuam, ſicut Baptiſmus, & tamen, quia Circunciſio fiebat in membro determinato per amputationem particulæ fiebat in ſolis maſculis, & in die octauo, & quia non erat eius alius modus tollendi originale, manebant paruuli in originali vſque ad octauum diem, & tunc tollebatur per Circunciſionem. vnde ſi ante octauum diem decederent, neceſſe erat illos in originali decedere, & damnabantur ad Lymbum puerorum, quia in ſolo originali decedebant. nam non poterãt tunc aliud peccatum habere, & ita ibant ad Lymbum puerorum. Si autem in die octauo nõ circunciderẽtur peccabant mortaliter parentes, vel qui curam paruulorum habebant, & occidendi erant pro tali peccato, quia videbantur committere apoſtaſiam a lege Dei. nam ſi paruuli ad etatẽ diſcretionis venientes nollent circuncidi occidendi erant. Gen. 17. cap. ſ. anima cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit de populo meo. ergo quando illi non poterãt velle, aut nolle propter ætatem, illi qui eorum curam haberent ſi non facerent, videbãtur idem peccatum committere, ideo perire debebãt de populo, ſ. occidendi erãt. Cum vero paruulus peruenirет ad annos diſcretionis ſi caſu circunciſus non eſſet, & circuncidi nollet, iam peccabat mortaliter, & occidendus erat, eo quòd apoſtaſiam committebat, & quia Deus expreſſe dixerat de maſculo, quòd ſi carо præputij eius circunciſa non eſſet periret de populo ſuo, ideſt occidi deberet, vt non maneret in populo. Gen. 17. c. & tamen nunquã poterat ſaluari de peccato quouſque conſentiret circuncidi, cũ non eſſet alius modus ludæis liberandi ſe de peccato originali, ſicut neque nobis liberandi nos, niſi per Baptiſmum. ſiquis tamen caſu non circunciſus perueniret ad ætatem adultam, & intelligens ſe obligatum ad circuncciſionem conſentiret circũcidi, eo ipſo quo eligeret circuncidi, erat liber ab omni peccato, & infundebatur charitas, & gratia, & omnis virtus, ſicut in adulto qui eligit baptizari, & tamen tenetur habita opportunitate ſtatim circuncidi, quod ſi non faceret iam peccaret mortaliter, & nihil prodeſſet ei propoſitum de Circunciſione.

De mulieribus apud Iudæos non erat idem remedium, quia non poterant circuncidi, ideo dicendum, quòd tollebatur eis peccatum originale (vt quidam volunt) per ſacrificia, & cæremonias legales factas a parentibus, & tamen hoc non multum cõuenit, quia tunc cum ablatio peccati originalis eſſet res multum neceſſaria, ſtatuiſſet lex aliquas cæremonias, vel ſacrificia pro fęmina fieri, ſed nihil ſtatuit, vt patet ſiquis inquiret omnes libros legis, ergo non tollebatur per hæc.

Sed dicendum, quòd tollebatur peccatum originale in mulieribus apud Iudæos in fide parentũ. erãt enim omnes Iudæi fideles, licet mali eſſent, quia legẽ Dei tenebant, & ſub fide vnius Dei manebãt, & ideo in fide illorum ſaluabantur filiæ, & dato quòd patres nullam fidem haberent, vtpote quia tacite colerent idola, & non crederent eſſe vnicum verum Deũ quẽ credebant alij Iudæi, adhuc ſaluarentur filiæ in fide aliorum cognatorum, quia de parẽtibus fidelibus naſcebantur, & ſub profeſſione fidei manentibus, licet ſecrete aliud tenerent, & dato quòd publice illud dicerẽt, & lapidarentur velut idolatræ, adhuc filiæ eorũ ſaluabantur in fide cognatorum, vel populi Iudęorũ in quorum eccleſia naſcebãtur, & ad tenendum profeſſionem Dei illorum, & cuſtodiam totius legis.

Eſt tamẽ dicẽdum, quòd apud Iudæos erat melior conditio fęminarum quam virorum quãdiu durauit ſtatus ille. nam viri ante octauum diem non circuncidebantur, & cum ille modus eſſet ſolus tollendi peccatum originale, ſiqui morerẽtur ante octauum diẽ neceſſe erat illos mori incircunciſos, & damnari ad Lymbum puerorum pro peccato originali. mulieres autem cum ſaluarentur de peccato in fide parentum ſtatim, vt naſcebantur ſaluabantur. nam cum nõ eſſet dies cõſtitutus ad remedium earum, ſtatim vt naſcebantur habebant remedium. Item quia erat ſalus in fide parentum. ſi ergo fides illa futura eſſet tandiu expectaretur remedium quouſque fides adueniret, & tamen fides parentum præcedebat, ideo ſtatim, vt fęminæ eſſent accipiebant remedium: non cenſebantur autem eſſe quouſque de vtero prodirẽt in lucem, ideo non accipiebant remedium antequam naſcerẽtur. vnde ſi contingeret in vtero mori aliquem, damnabatur illa cum paruulis in Lymbo, quia cum nondum cępiſſet eſſe pars populi Iudæorum non poterat ei prodeſſe fides illius populi. & ſic per accidens quãtum ad liberationem de peccato melior erat conditio fęminarum quam maſculorum.

Quomodo Gentiles ante Chriſti datam legem ſaluabantur, & tollebatur eis originale. *Quæſt. DCLXXVII.*

ALIVS erat ſtatus Gentilium antequã lex Chriſti inciperet vniuerſaliter obligare. nam illi nõ obligabantur ad legem Moyſi tenendam, neque ad Circunciſionem, ideo neceſſe erat, quòd poſſent ſaluari ſine lege illa, quia ſicut natura nullo tẽpore ceſſat prouidere quantum ad modum eſſendi naturalẽ, ita & multo fortius ipſe Deus nõ ceſſat prouidere aliquo tempore quantum ad ſalurem animarum in eſſe ſpirituali, cum eſſe ſpirituale ſit excellentius quam naturale, & tamen deficeret ſi nõ daret aliquem modũ ſalutis pro omnibus hominibus: & quia nihil eſt

magis

magis neceſſariū q̄ ſalus ſpiritualis, debuit ſemper eſſe ſub neceſſitate id, p̄ quod determinate eſſet ſalus. vnde ſi non eſſet ſalus a peccato, niſi per Circunciſionē, vel obſeruationem legis Moyſi obligarentur omnes homines ad illam, & tamen non obligabantur, ſed ſoli Iudæi. ergo non erat iſte ſolus modus, ſed poterant liberari Gentiles ſine Circunciſione, & lege Moyſi de peccato originali. Dicendum ergo de paruulis Gētiliū a principio mundi vſquequo cēpit obligare vniuerſaliter lex Chriſti, ſiue ſtante lege Moyſi, & Circunciſione, ſiue nondum datis, quòd aut naſcebantur de parentibus fidelibus, aut non. vocantur fideles illi qui vnum Deum crederent, & idola non colerent, licet non haberent cognitionem ampliorem de Deo, ideſt explicitam, quia non obligantur ad hāc. Infideles dicuntur qui non credebant vnum Deum, ſed errabant circa idola colentes ea, vel putātes deorum multitudinem. Si autem eſſent parentes fideles ſaluabantur filij de peccato originali in fide parentū. & dicendum, quòd ſaluabantur, ſicut fœminæ Iudæorum in fide parētum, ſic dicit Grego. & Magiſt. 4. Sen. Di. 1. Et ideo dicendum, quòd ſtatim, vt naſcebantur liberi erant. vnde non poterant iſti damnari ad Lymbum paruulorum, quia ſtatim accipiebāt remedium contra peccatum originale, & erat melior cōditio illorum quam noſtra, & Iudæorum. nam paruuli noſtri etiam in fide parentum non ſaluantur ſi realiter non fuerint baptizati, & paruuli Iudæorum ſi ante octauū diem morerentur peribant, neque proderat eis fides parentum, quia erant iſtis determinata remedia conſtituta, ideo realiter conferri illa debebant. Secus de paruulis Gentilium fidelium quibus fides parentum ſtatim ſubueniebat, quia nō erat aliquod aliud remedium conſtitutum, quod tempus exigeret. fides autē iam erat actu, ideo ſtatim ſubueniebat. Si autem erāt filij infidelium non poterant meritis, neque fide parentum ſaluari, ideo cum non eſſet aliquid cæremoniale conſtitutum, per quod eſſet ſalus, non poterant paruuli iſti ſaluari de peccato, niſi per merita propria. Iſta autem nō poterant eſſe infra annos diſcretionis, quia tunc non eſt aliquis actus meritorius, aut demeritorius, quia neque eſt proprie humanus, ideo quicūque tales decederēt citra annos diſcretionis decedebant in originali peccato, & ſaluari non poterant, ſed in Lymbo puerorum erant. Cum autem iſti peruenirent ad annos diſcretionis, & inciperent operari bonum, & malum, poterāt liberari. nam per primum actum meritorium quem exercerent liberarētur de peccato originali, vt ſi conuerterentur ad Deum eliciētes actum amoris in ipſum, erat actus meritorius, quia in ipſo actu infundebat Deus charitatē, & cēteras virtutes in animā illius, ſicut in baptizato influit, & iuſtificaretur ſtatim, & formaretur ipſe actus, ita vt eſſet meritorius, & tunc neceſſe erat non ſolum peccata mortalia ſiqua actualia præceſſerant tolli, ſed ēt ſimul ipſum originale, quia impoſſibile eſt cum charitate ſtare peccatum aliquod mortale, & tamen originale eſt mortale, licet non ſit actuale, ideo deletur per charitatem, & ideo ſiue iſte in bono, ſiue in malo finiret dies ſuos, nō poterat dānari pro originali, quia cum illud ſemel dimiſſum fuerit non poterat poſtea rediret. Siquis autem eſſet qui in tota vita non haberet aliquem actum meritorium, ſed ſemper eſſet in mortali, poſtquam peruenisſet ad annos diſcretionis habebat peccatum originale ſemper, & in eo decedebat, quia nihil erat in ipſo, per quod illud peccatum deleretur, ſed illud manebat ſimul cum mortalibus actualibus.

Quomodo puniretur qui decederet ſimul in originali, & in mortali peccato. Quæſt. DCLXXVIII.

SED tunc quæretur quid eſſet de illo qui decederet ſimul in originali, & in mortali actuali quomodo damnaretur. nam pro actualibus competeret ei pœna gehennę, pro originali competeret pœna Lymbi puerorum.

Dicendum, quòd non eſt dubium quin deberet talis damnari ad gehennā ignis. nam iſte deceſſit in peccato mortali actuali. ergo debetur ei ignis eternus. Cū autem obijcitur de peccato originali, quod ſimul habet cum actuali. Dicendum, quòd non obſtat. Primo quia ad hoc, quòd quis damnetur ad Lymbum puerorum non ſufficit, quòd habeat peccatum originale, ſed etiam requiritur, quòd nulla demerita propria habeat, vt ſupra dictum eſt: habet autem iſte peccata actualia, ideo damnabitur ad gehennam. Secundo fit hoc propter conditionem pœnarum, quia pœna Lymbi includitur in pœna gehennæ, & non è contrario, iō qui peccauit mortaliter, & originale contraxit habebit pœnam gehennæ, & non damnationem Lymbi. nam pœna Lymbi eſt ſola carentia, pœna gehennę eſt tam carentia quam afflictio ignis, ideo qui puniēdus erat in Lymbo poterit puniri in gehenna, & non è contrario, ideo illi in gehenna damnabuntur.

Quomodo punientur in gehenna pro peccato originali illi qui in eo deceſſerunt. Quæſt. DCLXXIX.

SED tunc quæretur quomodo punientur in gehenna illi pro peccato originali.

Dicendum, quòd non affligentur in igne pro illo. nam ſi ſolū eſſet nō competeret aliqua afflictio ignis pro illo. ergo cum fuerit cum illis non erit pro ea pœna ſenſus. Sed dicendum, quòd ſicut competebat pro eo ſola pœna carentiæ, ita erit in gehenna, quòd carebit viſione diuina in æternum. Et tamen aduertendū eſt, an iſta carentia ſit maior pro peccato originali ſimul cum actuali quam pro actuali ſolo.

Aliquis dicet, quòd ſic, quia licet carentia inquantum eſt priuatio ſit non ens, & ideo non habeat magis, nec minus, tamen inquantum eſt reſpectu alicuius boni, quod eſt inæquale, poteſt eſſe maior, & minor, & ſic dicimus aliquos damnatos ad gehennā habere maiorem pœnam carentiæ quam alij habeant.

Dicendum, quòd non eſt maior pœna carentiæ ei qui damnatur ad gehennam pro actuali ſimul cū originali quam ei qui damnatur pro ſolo actuali. & ratio eſt, quia originale non habet aliquam cauſam addendi ad carentiam quæ eſt pro actuali.

Cum vero obijcitur de actualibus inter ſe. Dicendum, quòd verum eſt, quòd carentia quæ competit pro vno eſt maior quam illa quæ competit pro alio, & ſi iungantur duo peccata actualia eſt maior pœna carentiæ. & ratio eſt, quia accipitur carentia quātum ad bonum illud quod peccans amauit, & quo fruebatur, & nunc poſt mortem illud amat, ſed non poteſt eo frui, quia non habet, & iſta carentia eſt afflictiua, & quanto quis poſt mortem ardentius amat bonum quod viuens amauit, tanto carentia eſt pœnalior, & maior, & tamen quanto quis magis peccauit viuens, tanto ardentius poſt mortem amat. ergo tanto pœnalius caret.

Secundo accipiendo carentiam reſpectu viſionis Dei dicitur maior carentia quanto quis magis de illa dolet. nam dolent damnati de carentia viſionis tantomagis quanto magis eam viuentes concupiuerūt, ſed tantomagis quanto fuerunt ſibiipſis maior cauſa perdendi illam, & tamen quanto quis magis peccauit tanto magis fuit cauſa non habēdi viſionem Dei. ergo quanto quis magis peccauit tanto eſt maior illa carentia, & tanto grauius de illa dolet.

Sed neutri iſtorum modorū cōpetit reſpectu peccati originalis: vnde ſicut damnati in Lymbo puerorum non ſuſtinent inæqualiter iſtam carentiam, ita & originale additum ad actuale non addit aliquid ad pœnam carentiæ. & patet, quia non conuenit primus modus, quia qui habet peccatum originale ſecūdum illud non peccauit circa aliquod bonum creatū amādo illud indebite quo poſtea careat, cū originale peccatum non dicat aliquem actum voluntariū, nec qui habet originale amauit aliquid creatum quo caret, iō ex hoc non poteſt accipi maius, aut minus in carentia, cum neque ſit aliqua talis carentia, & ita qui habet originale cum actuali ex hac parte nihil addit ad carentiam, quæ debetur pro actuali, quia non ſunt vnius modi.

Secundus modus etiam non competit, quia licet exiſtentes in originali ſolo habeant carentiam viſionis Dei, tamen non poteſt accipi maioritas, & minoritas huius carentiæ ſecundum, quòd aliquis ex proprijs actibus magis ſe elōgauit ab illa viſione, ſed per originale non demeruit quis ex proprio actu viſionē Dei, quia originale non dicit actum voluntatis, ſed aliquid præter voluntatem contractum. ergo non facit aliquam grauitatem carentię ipſum originale, ſed q̄d libet actuale facit illam, ſecundum quòd magis, aut minus offendit peccās Deum per illud ex propria malitia voluntatis, & ſic originale cum actuali non dicit aliquod demeritum proprię volūtatis plus quam ſolum actuale, ideo non eſt maior pœna illius carentiæ pro actuali, & pro originali non habet aliquid plus ad pœnam quam ſi haberet ſolum actuale.

De ſtatu paruulorum in Lymbo tam ante diem iudicij quā poſt. Quæſt. DCLXXX.

QVAERETVR nunc de ſtatu iſtorum paruulorum in Lymbo tam ante reſurrectionem, & diem iudicij quam poſt.

Dicendum, quòd ante iudiciū ſunt paruuli illi animæ ſeparatæ manētes in tenebris inferorum ſine pœna ignis, & cuiuslibet afflictiui, ſolam carentiā diuinę viſionis habentes, de qua non multum triſtātur, quia non perdiderunt illā ex proprio actu, ſed ex alieno. Habēt autem animæ iſtorum paruulorum cognitionem minorem quam aliæ animę damnatorum cęteris paribus. nā alij damnati deceſſerunt adulti, & habuerunt cognitionem dum viuerent, & multi ipſorū perfecti fuerunt varijs ſcientijs, & cognitionibus, ſed qui in Lymbo ſunt omnes deceſſerunt paruuli ante annos diſcretionis, vnde nullam cognitionem ſcientificam, vel pro aſſuetudinem potuerunt hic habere quæ maneret in anima ſeparata, ſicut manet in alijs damnatis cognitio quam habuerunt in vita, ideo ex hac parte qui in Lymbo ſunt minores ſunt in intelligendo omnibus damnatis. manet autem ſolū eis intelligendi facultas ex influxu ſubſtantiarum ſeparatarum, quia omnis anima ſeparata recipit ſpecies per quas intelligat a ſuperioribus ſubſtantijs, quia tamen eſt inæqualitas naturalis in viribus intelligendi inter animas, ſicut oſtenſum eſt ſupra, illæ animæ quæ excellentiores ſunt naturaliter intelligēt perfectius alijs minoribus animabus. Et ideo aliquæ animæ paruulorum in Lymbo, quia erunt naturaliter maiores quibuſdam animabus damnatis in gehenna, ex hac parte per ſpecies acceptas ab intelligentijs, abundantius intelligent, & æquabuntur ſimpliciter in intelligendo quibuſdam illarum, aut erunt maiores.

Si vero conſideretur tempus poſt iudicium reſumentanimæ illæ paruulorum corpora ſua, non quidem talia, aut tanta qualia, & quanta habuerunt cum decederent, quia omnes hi erant paruuli infra annos diſcretionis quando deceſſerunt, vt dictum eſt ſupra quando autem reſurgent erunt corpora eorū ad tantam magnitudinē in quanta erant futura in anno tricesimo vitæ, ſi illuc peruenisſent, vt oſtenſum eſt ſupra 22. c. quæſt. 251. & tenet Magiſt. 4. Sen. Di. 44. ideo non erunt tunc, vt paruuli, ſed vt viri integri, & tūc reſumptis corporibus poterunt habere cognitionem a ſenſu, ſed pauca erit eorum cognitio, quia manebūt ſemper in tenebris inferorum, niſi ad punctum, vel paruum tempus, quando ſiſtētur coram Domino in iudicio. nam videbunt tunc cęlum, & terram, & elementa, & alios homines beatos, & damnatos: ſtatim vero retrudētur in tenebris inferorum, vbi nulla erit lux, & ideo cognitio ſenſitiua quæ eſt maxime per viſum, vt dicitur 1. Metaphy. parum proficiet, & dato, quòd ſit ibi illa parua lux fuſca, quæ potius tenebra q̄ lux dicitur, non poterunt per illam videre, niſi alios damnatos qui ſecum ſunt. per alios etiā ſenſus pauca cognoſcent, quia nō erit ibi ſenſibilium multa diuerſitas, ſicut nunc, ſed ea ſola quæ ad pœnarum inflictionem pertinēt aliorum dānatorum in gehenna quos iſti paruuli videbūt, & ideo parum adder in eis cognitio ſenſitiua. manebit autē cognitio intellectiua per influxū a ſubſtātijs ſeparatis quæ erit æqualis ad priorem. nā non minuetur per adiunctionem corporum. Nā cum eſſet tunc corruptibilitas corporum, non impediretur anima recipere influxum ſuperiorum, quā nunc in ſtatu corporis corruptibilis impeditur habere. Etiā non addet coniunctio corporis ad cognitionem intellectiuam, eo quòd cognitio ſenſitiua quæ eſt per vnionem ad corpus erit parua in paruulis, & in damnatis, vt dictum eſt. & iſtum modum tenebūt in æternum, vt nunquam affligantur aliquo exteriori leſiuo, ſemper tamen teneantur in loco tenebrarum, & viſione Dei careant de qua triſtantur.

An ſit Purgatorius locus, vel ſit purgatio aliqua poſt mortē. Quæſt. DCLXXXI.

NVNC iam de tertio ſinu inferorū, ideſt de Purgatorio eſt dicendum. & primo eſt dubium, an ſit purgatorius locus, vel ſit purgatio aliqua.

Aliqui dicunt, quòd non ſit Purgatorium ſaltem poſt mortem, ſed ſi aliqua purgatio ſit illa fiat in vita, quia ſi eſſet Purgatorium eſſet labor aliquis poſt mortem bonis viris decedētibus in charitate cum purgari dicat pœnalitatem, & tamen non habent illā pœnā, ſed ceſſationem a laboribus Apoc. 14. c. beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo dicit ſpiritus, vt requieſcāt a laboribus ſuis. ergo ex tunc, ſ. cum moriuntur non habent labores illi qui moriuntur in Domino, ſed dicuntur mori in Domino illi qui in charitate decedunt, ergo nulla purgatio his manet. Secundo, quia ſicut ſe habet charitas ad præmium æternum, ita ſe habet peccatum mortale ad ſupplicium æternum, ſed exiſtentes in peccato mortali ſtatim deportantur ad ſupplicium æternum, ergo decedentes in charitate ſtatim ibunt ad vitā ęternā, ideo nō manebunt purgationes aliquæ poſt vitā. Tertio quia Deus ſummę miſericors pronior eſt ad præmiādum pro bono quā ad puniendū pro malo, & tamen, ſicut illi qui in charitate ſunt faciunt interdum aliqua mala quæ nō ſunt digna æterno ſupplicio, ſicut ſunt venialia, ita & exiſtentes in peccato mortali faciunt aliqua bona, quæ non ſunt digna præmio æterno, vt quia ſunt bona ex genere, ſed non ſunt accepta ad merendum ex conditione

ditione faciẽtis. ergo ſicut prędicta bona nõ præmiãtur poſt hanc vitam in damnatis, multominus puniẽtur prædicta mala poſt vitam in bonis, & ita non erit Purgatorium poſt mortem.

Dicendum, quòd non eſt dubium quin poſt mortem maneat purgatio quædam, & ad hoc aſſignetur locus purgatorius. & patet primo quia 2. Macha. 12. c. dicitur: ſancta atque ſalubris cogitatio eſt pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur: ſed pro defunctis qui in paradiſo ſunt non eſt orandum. Primo, quia nullo indigẽt cum beati ſint. Secundo, quia orationes noſtrę eis prodeſſe non poſſunt ad maiorem gradum glorię. etiã pro illis qui ſunt in inferno non eſt ſanctũ orare, quia licet indigeant non poſſunt iuuari noſtris precibus, cum a peccatis abſolui nequeãt: neque etiã pro illis qui in Lymbo puerorũ, quia illi dãnati ſunt, licet non pro actuali, ſed pro originali, quod eſt mortale, & ab illo nunquam poſſunt abſolui, non etiam eſt orãdum pro illis qui in ſinu Abrahæ, quia ibi nulli ſunt. Niſi forte dicatur, ꝙ tempore quo illud verbum dictum eſt erant ibi aliqui. Dicendum, ꝙ etiã hoc nõ tenet. Primo quia dicitur in prædicta auctoritate, vt a peccatis ſoluantur. ergo illi qui defuncti ſunt, & pro quibus oramus in aliquibus peccatis ſunt, ſed illi in nullis peccatis erãt. quia aliàs non irent ad locum illum, ergo non oramus pro illis. Secundo, quia aut oraremus pro acceleratione beatitudinis eorũ, aut pro augendo beatitudinem. nõ primo modo, quia non poterant illi ad beatitudinem intrare vſq; ad mortẽ Chriſti. & de hoc erat iã tempus determinatũ apud Deũ, & non poterat anticipari, nec poſteriorari. ergo fruſtra erat pro hoc orare: non etiã ad augẽdum eis gloriã, quia nullus poteſt alteri mereri gloriam, ſed per actum proprium meretur illã ſibi quiſque, ita neque poteſt mereri augmẽtũ glorię. ergo nulla cauſa manet orãdi pro illis. relinquitur ergo, quòd alij ſint qui in charitate decedant, & in aliquibus peccatis quibus compẽtat purgatio, & de his intelligetur, quòd a peccatis ſoluantur mortui orationibus noſtris.

Item quia cõtra iuſtitiam Dei loquitur qui Purgatorium negat. nam aliàs manerẽt aliqua mala impunita, cum contingeret aliquos in charitate decedẽtes aliqua mala adhuc habere quæ punitione digna ſint, I & illa manerent impunita ſi nõ eſſet purgatio poſt vitam. ergo poni debet. Tertio quia eſt contra cõditionem beatitudinis. Eſt enim beatitudo in viſione Dei. ad hãc autem nõ poteſt recipi, niſi qui omnimodam munditiam habet. iuxta illud ſupra 5. c. beati mundo corde quoniã ipſi Deũ videbunt. ſed cõtingit aliquos decedere in charitate qui adhuc nõ penitus ſint mundi, vel a peccato, vel à pœna, ergo aliqua purgatio eis reſtare debet poſt mortem antequã ad beatitudinem tranſeãt. Quarto quia repugnat auctoritati vniuerſalis Eccleſiæ qui Purgatorium negat. nã Eccleſia vniuerſalis per totum orbem diffuſa pro mortuis orat, & iſta eſt potiſſima occupatio eius. ſed oratio eius eſſet inutilis ſi nulli eſſent qui purgarẽtur, quia pro exiſtẽtibus in Paradiſo, aut in inferno nõ prodeſt oratio. ergo alij ſunt quibus proſit, & iſti ſunt qui purgantur. nã repugnare vniuerſali Eccleſiæ hęreticum eſt. ideo ſine dubio eſt Purgatorium poſt mortem, & purgantur quædam animæ a peccatis. de quo dicetur etiam infra quæſt. 687.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd morientibus in Domino manent labores aliqui poſt hãc vitã. & ad auctoritatem dicendum vno modo, quòd intelligitur de laboribus meritorijs ad gloriã, vel gradum gloriæ, & non de laboribus pœnalibus ad purgãdum. & verum eſt, quòd dum viuimus nitimur opera multa bona facere, vt quãto plura fecerimus tãto maF ior gloriæ gradus nobis detur, poſt mortem autẽ ceſſam⁹ ab his laboribus, quia nulla operatio noſtra, aut aliena prodeſt nobis ad augmentum gloriæ, ſicut neque ad merendum gloriam.

Aliter poteſt dici, quòd ceſſant a laboribus, ſincertitudinis: non autem a laboribus pœnalitatis. nã quandiu quis viuit incertus eſt, an vitã æternã habebit, poſt mortem vero certum eſt, an habiturus ſit eã, licet nõdum habeat, quia nõ poteſt iã fieri mutatio circa merita, & demerita, ſicut in vita, & ideo in vita adhuc sũt labores, in morte autem ceſſant, quia ſiquis in Domino moritur certum eſt, quòd habebit vitã æternã. Ad ſecundum dicendum, quòd nõ eſt ſimile de charita-
G te, & peccato mortali. nã charitas eſt cauſa vitæ æternæ inquãtum eſt quoddã bonum, peccatum mortale cauſa pœnæ æternæ inquãtum eſt quoddã malum. aliter autem ſe habet malum quã bonum, quia bonum non prouenit ex qualibet cauſa boni, ſed ex cauſa integra, ideſt ex concurſu omnium cauſarum particularium boni, malum vero non exigit cõcurſum cauſarum, ſed fit ex defectibus ſingularibus, ideſt quilibet defectus boni cauſat malum, & quia vita æterna, quę eſt bonum ſimpliciter in ratione præmij, non datur, niſi pro bono ſimpliciter in ratione meriti, & charitas non habet rationem boni ſimpliciter, aut perfecti quãdiu manet cum ea aliquis defectus, & iſte eſt, ſiue ex peccato veniali, ſiue ex quocunque paruo malo,
H quod ſtat cum charitate, non preſtat vitã æternã decedẽtibus charitas, etiã ſi in ea deceſſerint ſtatim, vt decedunt: ſecus de peccato mortali, quod eſt cauſa gehẽnæ per modum demeriti. nã ad illius integritatem non requiritur concurſus multorum, ſed tãtum malum eſt ipſum peccatum mortale, vt ſtatim conferat pœnã æternam, & hoc generaliter accidit circa rõnem boni, & mali, quia ad hoc, quòd aliquid ſit bonũ multa requiruntur, & non eſt bonũ ex qualibet cauſa bonitatis. ad eſſe autem malum non requiruntur multa, ſed ex quolibet defectu bonitatis ſtatim. Et quis ſufficienter malus: immo nũquã eſt aliquis malus ex cõcurſu omnium defectuum boni, quia tunc eſſet malum ſine aliquo bono, quod eſt impoſſibile. nã bonũ poteſt eſſe purum, ideſt, quòd nihil mali habeat: malum vero non poteſt eſſe purum, ideſt, quòd nihil boni habeat, quia malum non eſt, niſi in bono, cum malum nihil dicat, niſi ens defectuoſum, vel defectũ boni in ente, ſed bonum eſt ens quodlibet. ergo ens defectuoſum eſt bonum, & ita malum non eſt, niſi ipſum bonum, quia ergo bonum poteſt ſeparari a malo, & malum nõ poteſt ſeparari a bono, facile eſt malum eſſe, quia non requiruntur multi defectus. difficile eſt autem bonum eſſe, quia requiritur cõcurſus, & integritas omnium cauſarum bonitatis. cum ergo ad eſſe malum non requiratur integritas, peccatum mortale, licet ſecum permittat aliquod bonũ, eſt cauſa ſufficiens ad deducendũ ſtatim in gehennã, ſed cha
K ritas non eſt cã ſufficiens ad deducẽdum ſtatim ad vitã æternã, quia non habet rõnem integri, & boni ſimpliciter quãdiu cum ea ſtat aliquid, quod adimit de ratione boni. Ad tertium dicendum, quòd verum eſt, quòd Deus eſt pronior ad præmiãdum quã ad puniẽdum, & ideo ſi æqualis cauſa eſſet ex parte bonorum quæ fecit qui eſt in mortali, vel decedit in eo ad hoc, quòd illa præmientur, & ex parte malorum quæ habet ille qui in charitate decedit, potius Deus præmiaret bona quædã quę ſunt in dãnatis quã puniret mala quædã quæ ſunt in decedẽtibus in charitate, & tũ nõ eſt æqualis ratio, quia ad hoc, ꝙ puniatur quis pro malis quæ commiſit, etiã ſi ſint parua, non impedit charitas, ad hoc vero, quòd puniat pro bonis quæ fecit qui in mortali decedit, non eſt aliquid, quod adiuuet. & ratio

ratio differentię eſt, quia cum charitate poteſt manere malum aliquod quod habeat rationem mali, & tamen cũ peccato mortali non poteſt manere aliquod bonum, quod vere habeat rationem boni, & ideo in decedẽte in charitate manet aliquid puniendũ, quia manet aliquid in ratione mali. in decedẽte autem in mortali non manet aliquid præmiandum, quia non manet aliquid ad rationem boni.

Circa quod ſciendum, quòd decedens in mortali ſi bona aliqua fecit, aut fecit ea manẽs in mortali, aut quando non erat in mortali. Si primo modo illa ſunt mortua: nunquã enim habuerũt vim cum fuerint facta ab eo qui erat ſine charitate, & conſequenter tũc quãdo facta ſunt non erãt meritoria, & ideo nunquã poſtea per aliquid adueniens potuerunt effici merito ria: vnde etiã ſiquis in charitate decederet ſaltem pro illis nunquã haberet præmium, licet haberet pro alijs quæ in charitate feciſſet. Si autẽ facta ſunt bona opera in charitate, & poſtea ſuperuenit peccatum mortale, fuerũt quidem illa viua, quãdo nata ſunt, ſed poſtea mortificata ſunt per mortale aduenies. hoc autem facit mortificatio, quòd quando manet nunquã eſt opus actualiter cauſa præmij, ceſſante vero illa redit ad hoc, ꝙ præmio dignum ſit, ſed ſi mortificatio ſit perpetua cum impedimentum ſit perpetuũ idem eſt ac ſi opus eſſet mortuum, & quia moriens in mortali non poteſt reſurgere de illo manet mortificatio perpetua, ideo opera bona facta in charitate non magis erunt digna præmio in damnatis quã quę in mortali facta ſunt. vnde Deus non inuenit in dãnatis aliquid, quod præmiare poſſit, licet ipſi bona aliqua egerint, ſecus eſt de malis quæ commiſerunt decedentes in charitate, quia manent illa adhuc in ratione mali, cum charitas non tollat illa. nã charitas tollit illa malis quibus aduerſatur, ſed non aduerſatur omni malo immo ſoli malo quod auertit a Deo tãquam a fine, ſed ab hoc ſolum mortale peccatum auertit, veniale autem peccatum, vel obligatio ad pœnam non auertit a Deo, cum ſtet amare Deum ſuper omnia, & habere pœnam quandã, vel facere quãdam retardationẽ in progreſſu in Deum, quę fit per veniale non auertẽdo a Deo velut a fine, quod fit ſolum per mortale, & tamẽ tã veniale quã obligatio ad pœnã ſunt mala quę dã. ergo debetur eis pœna. & ſic ſtat decedentẽ in charitate puniri, licet decedens in mortali non poſſit pro aliqua cauſa præmiari.

An locus purgatorius ſit vnus, vel plures, & vbi, & quare ſic vocetur. Quæſt. DCLXXXII.

QVAERETVR vlterius, an ſit aliquis vnus locus qui Purgatorius dicitur, & vbi, & quare ſic vocetur.

Dicẽdum ad primum, ꝙ locus Purgatorius eſt aliquis vnus locus determinatus. nã cum purgatio poſt mortem fiat non ſit vbicunque indiſtincte, ſed locus eſt quidã determinatus ad purgationem, ſicut eſt locus determinatus gehennę dãnatorum, licet inueniãtur purgari aliqui in diuerſis locis, hoc tamen ſpeciale eſt. generale vero eſt, ꝙ ſit vnus locus purgationis determinatus, de quo declaratũ eſt ſupra. Ad ſecundum dicendum, quòd iſte locus nõ eſt ſupra terram, ſed infra terrã. nam ſupra terrã eſt locus animaliũ, qa eſt locus generationis, & corruptionis quæ ad animalia pertinent. animæ autem ſeparatæ non ſunt generabiles, aut corruptibiles, ideo non eſt locus eorũ ſuper terrã, ſed eſt locus ſupra cęlum pro eis qui habent gloriam. Eſt autem locus infra terram pro eis qui habent pœnam, ſed qui purgantur pœnam habent, ideo locus purgatorius eſt ſub terra, & eſt iuxta gehẽnam A damnatorum, ita vt idem ſit numero ignis gehennæ, & ignis purgatorius, vt oſtenſum eſt ſupra.

Ad tertium dicendum, ꝙ vocatur purgatorius locus ad differentiã omnium aliorum locorum in quibus tenentur animæ ſeparatæ purgare enim eſt mundare. Et ideo vocatur locus iſte purgatorius, quia aliquid mundatur in eo: purgare enim eſt purum agere. animæ autem ſunt quæ purgantur, quia illæ ſunt quæ aliquando immundæ ſunt, & ſi ab eis tollatur illa immunditia dicũtur purgari. immundicia vero, vel impuritas reſpectu animæ non eſt, niſi peccatum, vel qđ ex peccato conſequitur. & de hoc purgatur anima, vt pura maneat. & ex hoc patet, quòd nullus locus animarũ ſeparatarũ poſſit vocari Purgatorius, niſi vnus. De cęlo patet. nam in empyreo ſunt animæ beatorũ, & locus ille non poteſt vocari Purgatorius, quia animæ ibi exiſtentes non poſſunt purgari, cum non purgetur, niſi quod impurum eſt, & tamen animę beatorum ſunt omnino purę, quia neque manet in eis peccatum aliquod neque peccati reliquiæ, ergo locus ille non vocatur Purgatorius. De gehẽna eodem modo. nam licet ibi ſit afflictio per quã quis poſſet purgari: tamen nullus ibi exiſtens purgatur, eo quòd qui purgatur purus agitur, tamen qui in gehẽna ſunt nũquam erunt puri, ſed manebunt ſemper peccata eorum, ergo non eſt Purgatorius locus ille. De Lymbo puerorum eſt eadẽ ratio, quia licet pueri in ſolo originali deceſſerint in illo manent ſemper, cum non ſit aliquid per quod tollatur illud, & ideo in æternum illi in peccato manent, & ſic non purgantur. Amplius omnis purgatio fit per pœnam poſitiuam, & per illud, quod habet vim mundatiuam qualia ſunt ignis, & aqua. ſed in Lymbo puerorum non eſt aliqua pœna afflictiua, ideo non eſt purgatio. De ſinu Abrahæ idẽ dicimus. non eſt enim purgatorius locus, quia exiſtẽtes ibi non habent aliquid purgandum. nã neque peccatũ habent, neque reliquias peccati, ſed mundi ſunt, ideo non purgãtur. Etiam quia locus ille nullam pœnam habet, & tamẽ ſine pœna nulla eſt purgatio. Manet ergo ſolus locus Purgatori⁹ ille in quo aliqui ſint qui peccata, vel impuritates adhuc habeant, tamẽ tolli poſſint illæ impuritates. peccata autẽ mortalia tolli
D non poſſunt, ideo ſolum eſt hoc pro illis qui deceſſerunt in venialibus, vel cum incompleta ſatisfactione. nam ſatisfactio incõpleta finiri poteſt per toleratio-nem pœnarum, & venialia tolli poſſunt, quia nõ auertunt directe a Deo, & iſta faciebant immundam animam, ideo locus ille in quo manet quis poſt mortem ad hoc, quòd iſta tollãtur Purgatorius locus eſt, quia pura efficitur anima per ablationem iſtorum.

Quæ ſit pœna Purgatorij. Quæſt. DCLXXXIII.

QVAERETVR de pœna Purgatoria quantum ad ſuam acerbitatem, an ſit magna, vel parua. & primo eſt dubium quæ ſit pœna Purgatorij.

Dicendum, quòd pœna prima ſui diuiſione diuiditur in pœnam damni, & pœnam ſenſus, quæ eſt læſio aliqua, quæ vel ſenſu, vel intellectu apprehenditur, & de his eſt dubium, an vtraque ſit apud Purgatorium.

De pœna ſenſus dicendum, quòd non eſt dubium quin ſit in Purgatorio. primo quia omnes dicunt eſſe Purgatorium ignem. Secundo apparet ex ratione purgationis, quia accipitur purgatio proprie in corporibus, quando aliquæ impuritates eis adhærentes tolluntur, & inde trãſumitur ad ſpiritum puritas, & purgatio, vt dicatur purgari ſpiritus, quãdo tollitur ab eo id, quod inficit ipſum, ſolum autem peccatum, & reliquiæ peccati illum inficiunt. nam concretio corporalium rerum non poteſt ſpiritum polluere, quia nõ

poſſunt

possunt adhærere substantiæ spirituali, quia nihil potest adhærere, nisi rei grossiori, & quodammodo materialiori, spiritus autem est immaterialior corpore, ideo nulla concretio sordium corporalium potest esse ad spiritum, sed per peccatum, quod est actio spiritualis potest inficiri spiritus, & inficitur, & iō sicut impuritas accipitur in spiritu per habitudinē ad corpus, ita & purgatio dicitur secundum similitudinē ad corpus. in corporibus autem duo sola habent vim purgādi, s. ignis, & aqua, sed ignis plus, vnde illa quę possunt sustinere ignem magis purgantur per ignem quā per aquam, eo quòd ignis tollit vniuersas sordes tam intrinsecas quam adhærentes, & hoc modo purgantur metalla quæ possunt sustinere ignem. aqua autem solum purgat auferēdo exteriores maculas quæ sunt ex quadam concretione: interius autem non purgat, & adhibetur illis qui ignem non sustinent, vt vestibus, & lineis rebus, & similibus. de quo dictum est supra. Ita ergo in purgatione animæ oportet, quòd fiat per aquam, aut ignem, sed quicquid horum sit infert pœnam sensus, ideo in Purgatorio est pœna sensus.

De pœna autem damni quæ est pœna carentiæ est dubium. Aliqui enim dicunt, quòd non sit ibi pœna carentiæ, quia ista est pœna damnatorum. Et hoc propter duo. Primo quia existētes in Purgatorio nō sunt damnati, sed carentia est pœna dānatorum, ergo non est in Purgatorio. Secundo, quia si esset pœna carentiæ in Purgatorio esset maior pœna Purgatorij quam Lymbi puerorum. sed hoc videtur inconueniēs, quia in Lymbo puerorum sunt dānati, in Purgatorio existentes non sunt dānati, ideo maiores debent esse pœnæ eorum qui sunt in Lymbo quam eorum qui sunt in Purgatorio, & tamen si existētes in Purgatorio habent pœnam carentię cum presupponātur habere pœnam sensus, & illi qui sunt in Lymbo solum habeant pœnam carentiæ, videbuntur esse maiores pœnæ Purgatorij, quod est inconueniens.

Dicendum, quòd non est dubium quin existentes in Purgatorio habeant carentiam visionis Dei. nam quandiu ibi sunt Deum non vident, & sunt apti videre, ideo carentiam habent.

Aliqui dicunt, ꝙ ibi est non videre Deum, non est tamen proprie carentia visionis Dei, quia carentia sonat in pœnam, & tamen non habent illi pœnā in hoc, quòd Deū non vident. ergo non dicuntur habere carentiam visionis, sicut & nos quidem nunc non videmus Deum, sed non dicimur habere carētiam visionis Dei, quia nulla pœna est nobis nunc non videre Deum, quia aliàs ante mortem inciperent pœnæ pro peccatis quæ in alio seculo inferuntur.

Item in Lymbo sanctorum nemo videbat Deum, & tamen non dicebatur ibi esse pœna, quia illi cū nullum peccatum haberent nullam pœnam habebant, & ideo licet non viderent Deum, non dicerentur habere carentiam visionis. Et sic existentes in Purgatorio, licet non videant Deum non dicentur habere pœnam carentiæ.

Dicendum, ꝙ existētes in Purgatorio, sicut Deum non vident, ita & carentiam diuinæ visionis habent, quia carentiæ est non habere illud quo quis indiget, & ad quod habendum aptus est. sic est autem de existentibus in Purgatorio, quia illi Deum non vident, & apti sunt ad videndum eum, & visio illa consolatiua esset eorum, ideo dicuntur habere carentiam visionis.

Et ad primam rationem dicendum, quòd non est simile, quia viuentes non sunt apti pro hoc statu videre Deum, nam videre Deum est beatitudo, & ista est limitata post mortē, quia tota vita est via, vt mors sit terminus, & ideo quandiu viuimus non est pœna, ꝙ non videamus Deum, quia nō sumus apti pro hoc tēpore beatificari, sed statim, vt anima soluta est corpore est apta ad beatificationē. & actualiter esset beata, nisi aliquid impediret: viuentes autem nō sunt vnquā actualiter beati, licet non habeāt peccata, neque obligationes ad pœnam quę impediāt, ideo viuentibus non est pœna non videre Deum, & consequēter non habent carentiā visionis, quia pro hoc statu non sunt apti videre ex statu, vel decreto diuinæ diffinitionis: mortuis autem non videre Deum pœna est, quia apti sunt videre Deum statim, vt moriuntur, & viderent realiter, nisi aliquid aliud impediret, & illud impedimentum est pœnale. Ad secundum dicendum, ꝙ existentes in sinu Abrahæ non habebāt pœnā quæ directe infligeretur illis in pœnā, quia non erāt in aliquo peccato, neque obligatione pœnæ, sed indirecte erat quædā pœna non videre Deum, & vere carentia erat, sed parua pœna erat. de quo magis dicetur infra. existentibus autē in purgatorio carētia illa ineſt quæ pœna est, & maior, & non est inconueniens, quia ibi est peccatū aliquod, s. veniale, & obligatio ad pœnas aliquas pro inexpleta satisfactione, debetur ergo pro tunc carentia diuinæ visionis, quia alias cum illa non posset stare aliqua pœna sensus, & tamen necesse est pœnam purgatoriam esse pœnam sensus, ideo oportet simul esse pœnam carentiæ visionis Dei.

Responsio ad rationem positam supra in princ. quæst. quæ probabat non esse in Purgatorio pœnam carentiæ.
Quæst. DCLXXXIIII.

CVM autem obijciebatur, quòd existentes in Purgatorio non haberēt carentiā visionis, quia illa est pœna dānatorum. Dicendum, ꝙ carētiam habent, sed nō eo modo quo est pœna dānatorum. multum enim differt inter carentiā visionis Dei, vt est pœna dānatorum in gehenna, & vt est pœna existētium in Purgatorio. Primo quia in damnatis est pœna perpetua, in existentibus in Purgatorio est pœna temporalis. nam non finietur damnatio eorum qui in gehenna, finientur tamē pœnæ eorum qui sunt in Purgatorio. Secundo, quia dānatis est carētia, vt pœna directa. existētibus autem in Purgatorio est, vt indirecta. & ratiō est, quia carentia visionis Dei est pœna peccati, vt in peccato est auersio quædam a Deo, velut per peccatum tollitur Dei formitas quæ est secundum gratiam, & charitatē, & hæc nō sunt, nisi in peccato mortali. nā in mortali actuali est auersio, & ideo competit ibi ex parte Dei, ꝙ auertatur a nobis, vt non videamus ipsum. in mortali nō actuali, sed originali nō est auersio, sed tollitur deiformitas, aut fit, ꝙ homo nō sit deiformis, cum non possit stare illud cum gratia, vel charitate, ideo competit carentia visionis Dei, quia visio non fit, nisi per similitudinem rei visę, & ideo cum sit elongatio magna a Deo eorum qui non sunt deiformes, non debent illi videre Deum, & ideo damnatis tam in gehenna quam in Lymbo puerorum directe competit nō videre Deum, existētibus autem in Purgatorio non est pœna directa nō videre Deum, quia illi non sunt in auersione Dei, nā nō sunt in aliquo peccato mortali actuali, vel originali, ideo nō debent directe carere visione Dei, sed per accidēs fit hoc, s. quia competit eis pœna sensus ad purgāda peccata venialia, vel ad explendam pœnalitatē inexpletæ satisfactionis: & quia cum visione clara Dei non potest stare aliqua pœna, non poterit esse pœna sensus purgatoria quin simul sit carentia visionis diuinæ, & hoc est esse pœnam indirectam. Tertio quia nō est eodem modo carentia Dei in damnatis, & existentibus in Purgatorio: nā existentes in Purgatorio non simpliciter carē

Deo. habent enim ipsum quantum ad deiformitatē, quia sunt in gratia per quam homines deiformes sunt, & est quidam modus habendi Deum. damnati autem nō sunt in gratia, quia sunt in peccato mortali, ideo simpliciter carēt Deo, & ob hoc proprie carent diuina visione, existentes autem in Purgatorio, quia non carent Deo, neque dicuntur carere diuina visione simpliciter, licet Deum non videant, saltem non est idem modus carendi.

Quarto differunt quantum ad magnitudinem pœnalitatis in carendo. nam damnati in gehēna magnā tristitiam sustinent de illa carentia: existentes autē in Purgatorio paruā habent. Primo quia sciunt damnati in æternum se carituros illa visione, & ideo ex desperatione est eis magna tristitia: existentes autem in Purgatorio sciunt se ad tempus carituros solum illa visione, ideo non est desperatio de illa, & consequenter oritur minor tristitia.

Secundo, quia magnitudo tristitiæ in ista carentia est secundum magnitudinem demeritorum, secundum quæ demeretur quis elongari ab illa visione, & hoc modo quanto aliquis magis peccauit tanto apud inferos grauiorem tristitiam sustinet de ista carentia, sed existentes in Purgatorio sciunt se non habere ad præsens aliquid, secundum quod demereantur elongari a visione Dei, immo habent gratiam secundum quam apti sunt videre Deum, nisi per accidens pœna sensus quam tolerant impediret hoc, ideo minus tristantur de carentia illa, ideo non est talis pœna ista carentia in existentibus in Purgatorio, sicut in damnatis. Sed obijcietur, quòd sit maior tristitia in existentibus in Purgatorio de carentia visionis quam in damnatis, quia quanto quis magis amat tanto magis dolet de absentia rei amatæ, & tamen existentes in Purgatorio sunt in charitate, & ita amāt Deum, damnati autem non amant Deum, sed potius oderunt, ideo non tristabuntur ita de absentia eius, sicut existentes in Purgatorio.

Dicēdum, quòd magis tristantur existentes in inferno. & est dicendum, quòd illi non amant Deum, & ideo non tristantur de eius absentia inquātum est aliquid amatum in modum amicitiæ, sed tristātur de absentia illius inquantum cupiunt illius visionem, vt sibiipsis quoddam bonum delectabile, & ideo nō est mirum si hoc modo magis tristentur quam existentes in Purgatorio, qui Deum ex charitate diligunt, vt amicum, & cui bonum volunt, & nō vt bonum sibiipsis vtile, vel delectabile. Sed dicendum, quòd adhuc istud non stat. nam existentes in Purgatorio, & etiam beati dupliciter Deum diligunt, s. amore amicitiæ, & concupiscentiæ. nam amant eum, vt amicum inquātum ei bona volūt, & illum, vt bonum pro seipsis volunt, & iste est amor concupiscentiæ inquantum ille habitus delectaret eos, sicut bonum delectabile possessum ab eis, & vtroque modo ardentius volunt boni quam damnati. nam nulla ratio est, vt dicamus, ꝙ damnati potius cupiunt visionem Dei quasi bonum delectabile quam boni, cū appetitus beatitudinis etiā in vniuersali magis esse debeat ardenter in bonis quā in malis, quorū non est appetitus deordinatus: in particulari autem magis videtur, quòd boni cupiāt Deū, vt bonum beatificans quam damnati, inquantum boni magis credunt, quòd Deus sit summum bonum ꝙ damnati, & tunc si dicamus maiorem esse tristitiam quanto est maius desiderium, erit maior tristitia bonorum qui sunt in Purgatorio de carentia visionis diuinæ quam damnatorum. Et tamen dicēdum, quòd magnitudo tristitiæ, vt est ibi pœna nō insurgit ex magnitudine desiderij, sed inquātum quis cognoscit se carere bono illo ex culpa sua, ideo quāto quis ex maiori culpa illo bono caret tanto magis affligitur de carentia, & hoc modo damnati in gehenna magis dolent de carentia visionis quā paruuli in Lymbo, quia paruuli non demeruerūt per aliquem actum propriæ voluntatis carere visione, damnati autem in gehēna demeruerunt visionem hanc, sed ita est, quòd omnes damnati tam in Lymbo quam in gehenna habent in se actualiter aliquid, propter quod directe carere debent visione illa, s. peccatum mortale actuale, vel originale: existentes autem in Purgatorio nihil habent per quod demeruerint actualem, quia nō sunt in peccato mortali, sed in charitate, ideo minus tristantur illi de hac carentia quam damnati, licet magis cupiant illam.

Ad secundum dicendum, quòd vno modo potest dici maiorem esse pœnam existētium in Purgatorio quam puerorum in Lymbo existentium. nam pueri nullam pœnam habent secundum quosdam, quia nō peccauerunt, & carentia illa visionis nō est pœna quædam, neque carētia, cum naturaliter nō sufficiat quis ad videndum Deum, & sic non priuatur quis eo bono, quod habet, vel quod sibi debitum est: existentes autem in Purgatorio habent aliquam pœnā, ideo erit hoc modo maior quam paruulorum in Lymbo. Et cum dicitur, quòd est inconueniēs, quòd pœna non damnatorum sit maior quam damnatorum, dicendum quòd sic nō debēt vocari paruuli damnati, quia licet non videant Deum non debent dici illud sibi infligtum esse in pœnam alicuius peccati, quod signat hęc dictio damnatus, sed quòd nō datur eis visio Dei, quia non inuenitur in eis charitas, quæ requiritur ad beatitudinem. Aliter potest dici, quòd paruuli sunt damnati, & pœnam habēt, & illa maior est quam pœna existentium in Purgatorio, quia pœna Purgatorij est temporalis, & cum spe certa vitæ æternæ, pœna autem puerorum in Lymbo quantumcūque sit remissa, est æterna, & sine spe vitę æternę, sed cum certa desperatione. ergo simpliciter maior est pœna paruulorum in Lymbo quam existentium in purgatorio. Aliter potest dici, quòd sit maior pœna existentiū in Purgatorio quam paruulorum, & cū dicitur, ꝙ sit inconueniens, quia maior debet esse pœna damnatorum ꝙ non damnatorum, dicendum quòd est verum de dānatis ad gehennā, secus de paruulis, quia paruuli non habent pœnam sensus in qua comparentur existentibus in Purgatorio: damnati autem ad gehennam habent pœnam sensus secundum quam possunt dici esse in grauiori pœna quam in Purgatorio existentes, licet istud potest considerari, aut simpliciter, aut secundum acerbitatem. si simpliciter pœna cuiuslibet damnati in gehenna est maior, quia est pœna sensus durās in perpetuum, & pœna Purgatorij est temporalis. si secūdū acerbitatem potest pœna aliquorum existentiū in Purgatorio esse acerbior pœna aliquorum damnatorum, quia quidam dānati parua commiserunt propter quæ damnati sunt, & ideo pœna eorum non est magna secundum acerbitatē læsionis, sed est magna, quia est perpetua, & cū desperatione, & istud non est inconueniens, cum simpliciter maneat maior pœna cuiuslibet damnati quam cuiuslibet existentis in Purgatorio, & ita manet ex precedentibus, ꝙ in Purgatorio sunt duæ pœnæ, s. damni, & sensus.

An pœna sensus quæ est in Purgatorio sit maior omni pœna quæ sit in hac vita. *Quæst. DCLXXXV.*

QVAERETVR circa pœnā sensus quæ est in Purgatorio cum habeat quandam acerbitatem, an sit maior omni pœna tēporali quæ sit in hac vita. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia quāto aliquid est magis passiuum,

uũ, magis affligitur si læsionis sensum habet, sed corpus est magis passiuum quam anima separata, tum quia habet contrarietatem ad ignem agentem, tum quia habet materiã quæ est susceptiua qualitatis agẽtis, anima autem non habet contrarietatem ad ignẽ, quia non habet aliquam qualitatem naturalem, etiã non est susceptiua qualitatis agentis, cum non sit materialis. ergo maior est pœna quam patiuntur corpora animata in hoc mũdo, quam illa quam patiuntur animæ separatæ in Purgatorio.

Secundo, quia pœna Purgatorij ordinatur ad purgationem venialium, sed venialia sunt minima peccatorum, & pro minimis debet dari minima pœna, quia iuxta mensuram delicti debet esse plagarũ modus. ergo erit pœna Purgatorij minima, & sic minor erit quam pœna quam tolerant in hoc mundo corpora animata.

Tertio quia reatus pœnæ cum sit effectus culpæ nõ intenditur, nisi intendatur culpa, sed in eo cui dimissa est culpa, non potest iam culpa intendi. ergo in illo cui dimissa est culpa peccati mortalis pro quo plene non satisfecit in vita, non crescit reatus in morte, sed in hac vita non erat illi reatus grauissimæ pœnæ, ergo post vitam non erit pœnæ grauissimæ, & sic nõ erit pœna grauissima.

Dicendum, quòd pœna purgatorij est maior quam quælibet pœna huius vitæ. dicit enim Augustinus in quodam sermone, quòd ille ignis Purgatorij durior erit quam quicquid in hoc seculo pœnarum, aut sentire, aut videre, aut cogitare posset aliquis.

Circa hoc autem dicendum, quòd in Purgatorio est duplex pœna. vna damni, alia sensus. Pœna dãni est carentia diuinæ visionis inquantum animæ quandiu ibi puniuntur retardantur a diuina visione. Pœna sensus inquantum cruciantur in igne. vtraque autem est grauior quam pœna aliqua huius vitæ. De pœna damni patet, quia quanto aliquid magis desideratur tanto absentia eius magis contristat in eo qui erat aptus recipere illud bonum, & quia affectus quo desideratur summum bonum est intensior post hanc vitã in animabus sanctis, quia non retardatur prædictus affectus mole corporis, sicut nunc, etiam quia soluta corpore iam est in termino fruendi, & realiter iam frueretur, nisi aduenisset aliquid, quod iam impediret, & ideo de retardatione ista maxime dolet, idest magis dolet anima separata quam coniuncta hic, licet magis dolent de prædicta carentia animæ damnatorum in inferno quam animæ bonorum in Purgatorio propter aliam rationem, vt ostensum est præced. quæst.

Dicendum etiam, quòd pœna sensus quæ dicit quẽdam dolorem, est maior in Purgatorio quã in hac vita. Aliqui autem dicunt causam esse huius, quia quãto pœna est vniuersalior tanto est maior, & tamẽ anima separata tota patitur propter simplicitatem suã, nõ est autem sic de corpore quod partes habet, ideo maior est pœna animæ in Purgatorio quam hominis in vita.

Sed dicendum, quòd non est ista causa, quia tũc sequeretur, quòd damnati ante iudicium grauius punirentur quam post iudicium, & sic mitigaretur postea eorum pœna. sed falsum est, quia potius erit maior extensiue, ideo non est ista causa. Sed ratio huius est, quia dolor non est læsio, sed læsionis sensus. nam res inanimatæ læduntur quãdo teruntur, vel minuuntur, & tamen non dolent, quia prædictam læsionem nõ sentiunt, & ideo quanto aliquid magis sentit læsionem tantomagis dolebit etiam si læsio sit minor: vnde læsiones quæ fiunt in corpore in locis maxime sensibilibus sunt causantes maximum dolorẽ, & ideo quia totus sensus est ab anima, necesse est quòd si aliquid læsiuum agere possit in animã lędendo, quòd illa maxime doleat, & quia ignis agit lædẽdo in animam separatam, vt ostensum est supra, necesse est quòd magis affligatur anima per actionem ignis quam homo in hac vita, & ideo siue accipiatur sola pœna sensus, siue a fortiori si accipiatur pœna sensus, & dãni simul, necesse est, q̃ pœna Purgatorij sit maior quam quælibet pœna huius vitæ.

Ad primum in contrarium dicendum, q̃ pœna animæ separatæ est maior quam hominis viuentis hic. Et cum dicitur, quòd quanto aliquid est magis passiuum, tãtomagis affligitur si sit sensitiuum passionis. Dicendum, quòd nõ sufficit esse magis passiuum, sed fieri passionem, & esse sensationem illius, & esse maiorem passionem, & maiorem sensationem, vel æqualem sensationem cum maiori passione, vel maiorem sensationem cum æquali passione. Et ideo potest esse aliquid minus passiuum, vel habere minorem passionem, & habere maiorẽ dolorem, quia habet maiorem sensationem: vnde (vt proprie loquamur) nõ requiritur passio ad hoc, quòd sit dolor. nã passio abijcit aliquid a substantia, sed ab anima non abijcitur aliquid, ideo nõ potest esse passio eius, sed læsio est, ideo est vere in ea dolor. Et cum dicitur, quòd corpus est magis passiuum verum est accipiendo passiuum, id. est susceptiens lęsionem: accipiẽdo proprie solum corpus est passiuum, anima autem non est passiua, sed cum dicitur, quòd ideo erit maior dolor corporis, nõ sequitur, quia licet sit corpus magis passiuum, est tamen minus sentiens passionem quam anima, ideo dolor eius erit minor.

Sed tunc dicetur, quòd sic videtur semper manere, quòd minor sit pœna damnatorum post iudicium quam prius, eo quòd tunc resument corpora, & aget ignis in corpora, & tamen non erit tunc minor sensatio læsionis, neque minor dolor.

Dicẽdum, quòd in animam separatam directe agit ignis saltem, vt est instrumentum diuinæ iustitiæ, & quia ipsa est magis sentiens læsionem magis dolebit quam res corporea in quam agit aliquid nociuum, & ideo si in damnatorum corpora post resurrectionem directe ageret ignis, sicut nunc in corpora viuorum, & non ageret in animas, esset minor pœna damnatorum post iudiciũ quam nunc, & tamẽ aget ignis in corpora damnatorum actione directa, inquantum sunt animata sentientia, sicut agit nũc in corpora nostra, & causat dolorem: aget etiam directe in animas eorum, licet coniunctæ sint corporibus, & erit actio inquantum sunt instrumenta diuinę iustitię subiecta, & ista actio causabit tãtam sensationem, & dolorem quantum causabat, quãdo erat anima separata: nunc vero agit ignis directe in corpora nostra, sed non agit in animas, quia non operatur nunc, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, sed solum, vt agens naturale, ideo dolor damnatorum post iudicium nõ erit minor quam ante iudicium, sed potius erit maior extensiue.

Ad secundum dicendum, quòd pœna Purgatoria est tam pro venialibus quã pro satisfactione inexpleta, & cũ dicitur, q̃ sunt peccata venialia minima, potest dici, quòd est verum respectu mortalium, & ideo pœna peccatorum venialium est minima quæ debetur pro mortalibus, non tamen sequitur, quòd sit de minimis pœnis huius vitæ, cum omnes pœnæ tãmortalium quam venialium quæ dantur iudicio Dei, sint maiores quam quælibet pœnæ huius vitæ. Aliter potest dici, quòd acerbitas pœnæ purgatoriæ non est tantum ex magnitudine peccati, aut ex magnitudine læsionis quantum est ex dispositione patientis: potest enim esse, q̃ materialiter sit aliqua pœna huius vitę tãta, aut maior quam pœna purgatoria, sed non potest esse tam afflictiua aliqua hic, sicut in Purgatorio, vt pote si applicetur hic ali quis ignis æqualiter agens, vt agit ignis purgatorius, licet sit cõparatio quasi æquiuoca, s. q̃ tantum agat naturaliter aliquis ignis hic, vt agens naturale, quãtum agit ignis purgatorius, vt est instrumentum diuinæ iustitiæ, tunc pœna materialiter est æqualis, & tamen ex illa punitione æquali sequitur inęqualis dolor, quia magis punitur, & affligitur anima ibi q̃ corpus hic, quia aia est magis sensitiua læsionis, sicut in eodem igne si ponatur homo, & equus, vel asinus, minus dolebit equus, q̃ homo, & duo homines non eiusdem complexionis positi in eodem igne inęqualiter affligũtur: nam paruuli quia teneriores sunt, magis affliguntur, q̃ viri duri, & tñ licet iudex hoc sciat, non peccat dando pro eodẽ delicto duobus hominibus eandem pœnam materialiter, quãuis vnus magis affligatur q̃ alius, ita Deus in Purgatorio dat tantã pœnã materialiter, quantã daturus esset hic eis viuentibus, & tñ si daret illã viuentibus, minus affligerentur, quia minus illam sentirent.

Ad tertium dicendum, q̃ nõ intenditur reatus pœnę, nisi intendatur culpa, & ideo postq̃ peccatum cõmissum est, neq; põt intendi culpa, nec reatus pœnæ, & maxime postq̃ dimissa est culpa, & cum dr, q̃ dimisso peccato mortali, manet reatus nõ ad maximã pœnã, ergo non augebitur post mortẽ, vt sit in Purgatorio maxima pœna, põt dici, vt supra, q̃ non est reatus ille ad maximam pœnam, tamen illa parua pœna, cuius est reatus, est maior omnium pœnarum huius vitæ, sed parua erat respectu pœnarum debitarum pro peccatis mortalibus.

Aliter potest dici, q̃ etiam reatus ille pœnę qui manet dimisso peccato mortali, non est ad maximã pœnam, quæ possit esse huius vitæ, sed aliæ maiores possunt esse in hac vita, & tamẽ nulla potest inferre maiorem dolorem alicui in hac vita, quàm inferat pœna purgatoria animabus separatis: aliqua actio tamen pœnalis est hic, quæ si infligeretur eadem materialiter animæ separatæ esset maiorem dolorem inferens quàm quæcunque pœna purgatoria, quæ nunc sit, & hoc est ex dispositione patientis.

An pœna purgatoria sit voluntaria.
Quæst. DCLXXXVI.

QVAERETVR, an pœna purgatoria sit voluntaria, vel contra voluntatem sustinentium.

Aliqui dicunt, q̃ sit volũtaria, quia qui sunt in Purgatorio rectum cor habent, sed rectitudo cordis hæc est, vt quilibet voluntatem suam voluntati diuinæ conformet, vt dicit Ambro. cum ergo Deus velit existentes in Purgatorio puniri, sequitur quòd ipsi pœnam illam sponte sustinent.

Secundo, quia omnis sapiens vult illud sine quo non potest peruenire ad finem intentum, sed illi qui sunt in Purgatorio sciunt se non posse peruenire ad gloriam, nisi prius illam pœnam sustineant, ergo volunt illam sponte sustinere.

Alij dicunt, quòd non sit voluntaria, sed contra voluntatem, quia nullus petit, aut cupit liberari ab illa pœna, quam sponte sustinet, sed qui in Purgatorio sunt, cupiunt liberari ab illa pœna, & illud pe tunt, vt de multis eorum inducit Greg. in Dialo. ergo non sustinent sponte.

Dicunt aliqui, quòd pœna Purgatorii nullo modo est voluntaria, quod qui eam sustinent, sunt ita absorpti pœnis, quòd nesciunt se per pœnam purgari, sed putant se esse damnatos, & ideo cum nullo modo credant aliquid boni sibi esse per pœnam illam non volunt eam.

Sed hoc falsum est, primo quia existentes in Purgatorio vident se non esse in loco damnatorum nec inter illos, ergo non credunt se damnatos.

Secundo quia existentes ibi visitantur ab Angelis, & recipiunt consolationes aliquas, vt asseritur, ergo videtur, quòd non possint ignorare se esse saluandos.

Tertio quia sunt in charitate fide, & spe, & est ordinata eorum affectio: ideo non est verisimile, q̃ talis ignorantia inciderit eis, per quàm simul desperationem habeant.

Quarto & præcipue, quia si putarent se damnatos scirent se non posse liberari, & ideo non peterent liberationem, & tamen illã petunt, vt patet per Grego. in Dialo. qui introducit aliquos illud petentes, ergo non credunt se damnatos.

Est ergo dicendum, quòd existentes in Purgatorio sciunt se per illam pœnam purgandos, & ideo illa pœna est aliquo modo volita ab eis, dicitur enim aliquid dupliciter voluntarium. Vno modo simpliciter, vt quòd quilibet sit fęlix, nam hoc sine aliqua conditione, aut ordinatione in alterum petitur. Alio modo est volitum sub cõditione, vt quis vult sibi abscindi manum putridam ne moriatur.

Sed dicendum, quòd eorum, quæ sunt voluntaria sub conditione quędam sunt volita, licet pœnalia inquãtum per pœnam aliquid bonum acquirimus. Alia autem voluntaria inquantum sine pœna illa non peruenimus ad bonum, quod optamus. Primo modo res pœnalis est volita, quia assumit eam voluntas sponte, cum non sit, & facit eam esse sicut in pœna satisfactoria quam sponte homo assumit etiam nullo illam imponente, vel si ab alio sit non vellet homo illam non esse, sed potius cupit, quòd sit, sicut in martyrio: nam pœna martyrij est volita, & desiderata, & solicite inquisita a quibusdam, vt ad illam perueniant.

Secundo modo est talis pœna, quòd per eam nullũ bonum nobis accrescit cuius illa sit causa directa, sed ad aliquod bonum optatum non poterimus peruenire nisi mediãte illa, sic est de morte naturali: nam per eam nihil meremur, & tamen non potest quis peruenire ad beatitudinem nisi per mortem, cupit ergo aliquis mortem, vt ad beatitudinem veniat, sed tunc pœna non est sic volita sicut prius, quia non cupit homo illam, vt sit, sed vt transeat, & vt iam non esset, & ideo licet mors nulla sit volita inquantum non itur ad beatitudinem nisi per illam, tamen cupit quis liberari ab illa, ideſt, quòd cito transeat, sed a satisfactione nemo petit liberari, & a martyrio, licet vtrunque sit volitum non ęqualiter est volitum, sed pœna satisfactoria, & pœna martyrij sunt magis voluntaria quàm mors naturalis.

De pœna purgatoria dicendum, quòd est volũtaria, sciunt enim defunctorum animæ, quòd non possunt peruenire ad beatitudinem nisi sustineãt pœnam purgatoriam, ergo illam voluntarie sustinent, non tamẽ est voluntarium absolute.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd illud probat voluntarium condõnatum, non enim habet pœna purgatoria, aut aliqua pœna aliqd propter quod absolute appetatur, sed propter finem aliquem potest appeti, quod ergo existens in charitate velit sustinere pœnam purgatoriam, vt se conformet diuinæ voluntati, cui bonũ est se conformare nõ est velle absolute, sed sub conditione, quia motiuum volendi non est ibi aliqua intrinseca conditio rei volitę, sed conditio extrinseca, & quidquid illud sit, quod taliter volumus conditionate volumus, quia non ipsum, sed alterum volumus, propter quod illud volumus.

Ad secundum dicendum, quòd est volitũ sub conditione finis id, quod volumus, quia aliter non peruenimus

nimus in finem, & ideo non est simpliciter volitum, licet sit voluntarium potius q̃ inuoluntarium. Ad rationem in contrarium quæ ostendit non esse voluntariã pęnã Purgatorij, quia petimus ab ea liberari, dicendũ, q̃ malũ pęnale est aliqñ volitũ cõditionate, & tñ dupliciter, aut quia sine illo nõ põt haberi finis, aut quia p illud melius, & perfectius habetur. Primũ de se nõ cõfert ad id quod optat, sed est sine quo nõ habebit, & iõ est aliquo modo voluntariũ, sed parũ secũ dũ cõfert directe ad id, quod appetit, & ideo illud est magis volitũ, vt dictũ est supra. De pœna Purgatorij dicendũ, q̃ est voluntaria primo istorũ duorũ modorũ, iõ est parũ voluntaria, quia nõ est voluntaria, sicut martyriũ, & satisfactio, sed sicut mors naturalis. Et patet, quia pœna purgatoria nihil confert directe ad vitã æternã, sed satisfactio, & martyriũ multum conferunt. Et patet, quia sicut per mortẽ naturalẽ peruenit homo ad vitã æternã, quia aliter peruenire non posset, & tñ mors illa nõ cõfert morienti aliquid plus de vita æterna, q̃ meruit antẽq̃ morereť, vel inciperet sustinere afflictionẽ illã mortis, & ideo ipsa nihil confert directe ad vitam æternam, ita & pœna purgatoria, quia ẽt siquis maneat in Purgatorio per decẽ annos non habet per hoc plus de vita æterna, q̃ habiturus erat si statim vt moritur permitteretur euolare, & hoc est, quia pęna purgatoria nõ est meritoria, nec satisfactoria: nam mereri non accidit post hanc vitã. Secus autem est de pœna martyrij, quia licet illa non sit absolute volita cum pœna sit, est tñ volita quia facit peruenire ad vitã æternã multũ excellenter: facit enim martyriũ multũ directe ad vitã æternam: nã siquis sine martyrio ad vitã ęternam perueniat minori gloria fruetur: si aũt ipsemet cum martyrio transeat multo abundantius gaudebit: & ita illud augmẽtum gloriæ pręstatur directe per martyriũ, quod aliàs non pręstaretur, & quantũ ad illud est martyrium directe volitũ, & iõ ẽt si sciat se posse peruenire secure ad vitã æternã sine martyrio, magis vult peruenire cum martyrio, vt abundantiorem gloriam hẽat, & iõ a tali pœna nõ optant quidã liberari: immo multi sunt qui petunt specialiter a Christo, q̃ non permittat eos trãsire ex hac vita sine agone martyrij: secus de morte naturali, quia nullus appetit eã directe, vnde si posset quis peruenire ad vitã non expertus naturalẽ mortẽ, vellet sine illa trãsire: sic enim Apostolus dicit. 2.Corint.5.c. q̃ cupit nõ quidẽ expoliari, sed superuestiri, i.nõ cupit priuari corpore, vel separari aĩam a corpore, quod p mortẽ fit, sed superindui pfectionẽ glorię, q̃ dabit corpori in resurrectione. Sic etiã est de pœna purgatoria respectu satisfactorię, quia pęna purgatoria non auget aliquid ad gradũ vitæ æternæ, potius q̃ mors naturalis, iõ nõ põt directe desiderari, sed solũ inquantum non põt, qui in huiusmodi est peruenire aliqñ ad vitã æternã, nisi tolerata prius pœna purgatoria, vult sustinere illã, sed satisfactoria pęna est magis desiderabilis, inquantum confert directe ad vitam æternã, s. quia per illã augetur directe gradus in vita ęterna: & ratio est, quia nullus actus est satisfactorius, nisi meritorius, neq; aliquis põt satisfacere, nisi qui in charitate est, & quãdiu est in illa, & tñ qui talis est necesse est vt mereatur, ergo & qui satisfacit meretur, sed adueniente maiori merito, vel continuato opere meritorio, necesse est esse debitũ maiorẽ gradũ glorię, ergo qui satisfacit sem p acquirit maiorẽ gradum glorię. Pro quo sciẽdũ, q̃ in quolibet opere bono ex genere facto ex charitate, duo cõsiderant: primũ est, q̃ ex charitate fit, secundũ q̃ aliquid difficultatis, vel laboris cõtinet ille actus. Quantũ ad primũ hẽt actus, q̃ sit meritorius vitæ æternæ, & ita p illũ de nouo põt quis mereri vitã ęternam si nondum meruerat, vel si meruerat augebitur gradus gloriæ debitæ. Quantum ad secundum competit actui, quòd sit satisfactorius, quia per satisfactionem redimimus pœnã nobis debitam auferendo illam, & ideo pœna aufert pęnam, & sic simul per eundem actum satisfacit quis pro peccato præterito, & meretur maiorem gradum gloriæ quàm meruisset antequàm peccaret, & ideo pœna satisfactoria debet esse directe volita, non quidem absolute, quia pœna est, sed directe inquantum facit ad augmentum gloriæ, & sic magis voluntaria est pœna satisfactoria, quàm purgatoria, cum per purgatoriam nullus gradus gloriæ debeatur, sed per satisfactoriam acquiritur gradus gloriæ, & ideo a pœna purgatoria petet aliquis, & cupiet liberari, quia per illam in nullo perficit: a pœna autem satisfactoria non petit aliquis sapiens liberari, sed sponte illam subibit, quia per eam meretur, licet ergo vtraque sit aliqualiter voluntaria, minus est voluntaria pœna purgatoria. Quando ergo dicitur, quòd nemo petit se liberari a pœna quam sponte sustinet, dicendum quòd si sponte sustineret, inquantum facit ad augmentum alicuius boni non peteret se ab ea liberari, sed si non facit ad augmentum boni, dato quòd sit necessaria ad perueniendum in bonum, & ideo sit voluntaria, petet quis liberari ab ea, quia illa in se nullam habet intrinsece rationem desiderabilis.

An animæ in Purgatorio puniantur per dæmones, vel per Angelos. Quæst. DCLXXXVII.

QVAERETVR an animæ in Purgatorio existẽtes puniantur per dæmones.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicit Magister 4.Senten.distinct.47. quòd animę in pœnis illos habebunt tortores, quos in culpa habuerunt incentores, sed dæmones incitant ad culpam tam ad mortalem, q̃ ad venialem, ad mortalem quidem si possunt, sin autem ad venialem, sed pro veniali datur pęna purgatoria, ergo videtur q̃ dæmones torquebunt animas in Purgatorio pro venialibus. Secundo, quia purgatio competit iustis in hac vita, & post hanc vitam, sed in hac vita purgantur per pœnas a diabolo inflictas, sicut patet de Iob: ergo videtur quòd a fortiori post hanc vitam torquebuntur, & purgabuntur per pœnas inflictas a dæmonibus.

Alij dicunt, quòd non purgantur per dæmones, quia iniustum est, q̃ post q̃ quis de aliquo triumphauit, subijciatur ei non victus ab eo, sed qui sunt in Purgatorio triumphauerunt de diabolo, quia decesserunt sine mortalibus, ad quæ dæmones nituntur sem per inducere, ergo non torquebuntur a dæmonibus, quia per hoc rursus eis subijcerentur, quod iniustum erat. Dicendum, q̃ existentes in Purgatorio non quidem torquebuntur a dęmonibus, neq̃e ab Angelis, sed a Deo solo, & hoc non est inconueniens, cum idẽ fiat circa dãnatos in gehẽna post iudicium. Primum patet: nam non erat iustum, q̃ existentes in Purgatorio subiicerẽtur dęmonibus ad hoc q̃ eos torquerẽt. Primo propter dignitatem ipsorum, & indignitatem dæmonum: nam illi sunt ciues futuri vitæ æternæ, cuius habent iam certam promissionem, & spem, quia in charitate decesserunt, & in illa manent, & licet pœna aliqua eis debeatur, cum honore quodam debet infligi. Secundo propter indignitatem dæmonum, qui tam indignos se ex sua iniquitate reddiderunt, vt iam bestiæ, & pecora, & serpentes, in sacra scriptura nominentur: ideo iniustum est, vt tam indignis concedatur tam excellens ministerium, ideſt, super tam excellentes, scilicet, super conciues Angelorum, qui vocantur filii Dei.

Tertio,

Tertio, & præcipue ne durius hoc tolerent animæ defunctorum: nam eandem pœnam multo tristius qs tolerat s̃m q̃ ab alio, aut alio infligitur, & ideo potius vellet quis a quolibet ignoto pati duplã pœnam, q̃ ab hoste pati simplam, sed dęmones hostes sunt eorum, qui in charitate manent, & illorũ qui in charitate decedunt, ergo non debent ab eis puniri post mortem.

Quarto, quia dæmones de hoc valde gauderent, & insultarẽt animabus defunctorum: nam sunt dæmones superbi valde, & inuidi, & ideo ex hoc valde dolent, qñ in tentationibus superantur ab hominibus, qui sunt minores s̃m perfectionẽ naturalẽ, & credũt se tũc valde deiectos, & humiliatos, & irascunt valde hoĩbus, q̃ superare nõ potuerũt: vnde quia oẽs qui in Purgatorio sunt, superauerũt dæmones tentantes ipsos de peccato mortali, valde irascũtur dęmones cõtra illos, & oderunt eos, & si cõcederetur eis potestas torquendi illos, desęuirent in eos effundentes totam indignationem suam, etiam si non possent plus illos punire, q̃ Deus permitteret: hęc aũt esset quædã cõsolatio dęmonibus, & afflictio magna aĩabus in charitate existentibus, sed Deus nõ debuit permittere, q̃ dæmones ita gaudeant ad alleuiãdum aliqualiter suam miser ã, nec q̃ aĩæ in charitate existentes affligantur molestius, quàm iustum sit ab indignis, ideo non cõcedet dæmonibus torquere existẽtes in Purgatorio.

De Angelis etiam bonis dicendum, quòd non torquent animas existentes in Purgatorio. Primo, quia conciues sui sunt, & esset molestum Angelis punire, tam acriter eos quos tam vehementer diligunt, sed Deus nullam molestiam infert Angelis bonis, quia iam beati sunt. Secundo, quia etiam hoc esset molestum animabus, quę torquentur, s. quòd amici sui, & quorum conciues sunt, & ęquales in gloria torqueãt eas, melius autẽ quis torquetur, & tolerabilius quantum ad animum, quando torquetur ab ignoto, & ad quem nullum vinculum amoris, aut coniunctionis specialis habet, quàm cum torquetur ab hoste, aut amico: & ratio est, quia si torquetur ab hoste, dolet q̃ torquetur, quia gloriatur inimicus de malo eius, qui autem ignotus est non gloriatur, quia non odit eum quem non agnoscit, si autem torquetur quis ab amico dolet, q̃ ab eo a quo bona recipere debuit, mala recipit iuxta illud Psal. 54. Si inimicus meus maledixisset, mihi sustinuissem vtique, & si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. tu vero vnanimis dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. q.d. quia tu qui capiebas cibos mecum me maledixisti non est sustinendum, ignotus autem non capiebat cibos dulces, neque vnanimis erat, ideo tolerabilius sustineretur, quòd ille mala inferret, quàm amicus, & ita Angeli, quia amici sunt existentium in Purgatorio, non conuenienter eos torquent, & tamen Angeli sunt huiusmodi, sic Christus dixit, supra 22. & Luęc 20.cap. s. In resurrectione non nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei, vel æquales Angelis Dei, & Apostolus dixit ad Hebr.1.cap. Sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos q̃ hæreditatem capiunt salutis, & ipse Angelus dixit ad Ioannem, quando voluit pronus cadere, vt eum adoraret, s. conseruus tuus sum, & fratrũ tuorũ testimoniũ habẽt ũ Iesu Christi, ipsum adora, Apoc.1.& 9.c.

Tertio, quia Deus non subijceret Angelos huic tam prauo ministerio, scilicet, vt torquerent animas solutas a corporibus, quia torquere est actus cuiusdam duriciei, Angeli vero mites sunt, & beati, ideo nihil tale agunt. Et ita apparet quòd existentes in Purgatorio, nec a dæmonibus, neque ab Angelis torquentur.

An damnati torquentur ab Angelis post iudicium, vel a dæmonibus. Quæst. DCLXXXVIII.

SECVNDVM principale erat, quòd etiam damnati non torquentur post diem iudicij ab Angelis, neque a dæmonibus. De Angelis autem dicendum est, quòd neque ante iudicium, neque post iudicium torquent damnatos, & causa est, quia huic tam turpi, & prauo ministerio non sunt Angeli boni deputandi, qui tam excelsæ dignitatis sunt. Secundo, qa si circa istos Deus deberet vti aliquibus ministris, maxime vteretur Angelis malis, quia circa malos qui nullius dignitatis sunt, debent mali Angeli esse ministri, & non Angeli excellentes, sed dicitur quòd mali Angeli non sunt ministri circa hos, ergo neque boni sunt ministri. Tertio, quia ministerium istud esset perpetuum: nam damnati in æternum puniuntur, & ideo si Angeli boni eos punirent, maneret hoc ministerium in æternum, sed hoc est inconueniens, quod sint in perpetuum ad officium torquendi alligati, cũ ipsi beati sint, ergo non competit eis.

De dæmonibus putant aliqui, quòd competat eis ministerium torquendi damnatos. Primo, quia dicitur, quòd eosdem habebunt tortores quos habuerũt in culpa incentores, & tamen dæmones fuerunt incentores ad hoc, q̃ peccarent mortaliter damnati, & damnarentur, ergo & ipsi erunt tortores. Secundo, quia ad dæmones competit esse ministros rerum durarum, & iræ Dei. sic dicitur Psal.77. Misit in eos iram indignationis suæ immissiones per Angelos malos, sed pœna damnatorum est ira Dei, ergo per Angelos malos maxime ista inferetur. Tertio, quia non est istud ministerium indignum dęmonibus propter vilitatem: nam talis dignitatis sunt dæmones, vt ista eis competant: nam sicut ipsi se indignos fecerunt sponte se faciẽtes ministros culpæ, quæ est deterior, quàm pœna, ita & poterunt esse ministri pœnæ, & in nullo humiliantur infra suam dignitatem.

Dicendum, quòd ante diem iudicij damnati torquentur per dęmones, sed post iudicium non. Primũ patet, quia sicut Deus permisit nunc principatum huius mundi dæmonibus, quantum ad malos dum viuunt, ita & a fortiori cõcedet principatum post mortẽ quãdiu durat principatus sup alios viuẽtes, cũ mortui mali magis sint alieni a Deo, q̃ viuentes mali qui adhuc possunt esse boni. Quòd vero principatus concessus sit nunc dæmonibus, patet quia supra 12.cap. dixit Christus, si Sathanas in seipsum diuisus est, regnum eius quomodo stabit? ergo præsupponit quòd regnum habet Sathanas, quia aliàs friuola esset ratio.

Item quia dicitur eodem cap. Si in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei, ideſt, si ego in potestate Dei eijcio dæmonia, iam regnum dæmonum finitum est, & superuenit regnum Dei, per quod regnum dæmoniorum tollitur.

Item quia dicitur Ioan.12. Nunc iudicium est mũdi, & princeps mundi huius eijcietur foras, & vocat principem mundi dæmonem: nam de Deo planum est, q̃ nõ eijcietur foras, quia nemo eũ eijcere põt foras, ẽt qa tunc Christus de seipso diceret, q̃ eijceretur foras. Item Ioã.14.cap. dicitur, Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, i. dęmon non hẽt aliquid in me, qui est princeps mundi: Apostolus quoq; eũ principẽ noĩat cũ dicit: Principatus, & rectores tenebratũ, & spiritalia nequitię in cœlestibus ad Ephes.6.c. & iõ q̃ quãdiu durat principatus dęmonũ in mũdo istо sit principatus ipsorũ ad torquẽdũ aĩas, quas ad inferos ducunt, non est inconueniens.

Quinto patet, quia videt q̃ dæmones aliter se hñt ante iudiciũ, q̃ post iudiciũ: nã qñ Christus excluſit

dæmones

dæmones de arreptitijs dixerunt illi, quid nobis & tibi veniſti ante tempus torquere nos? ſupra 8. cap. ergo videtur quòd nunc aliquam poteſtatē habent, & aliquando carituri ſunt illa, ſed non eſt iſta poteſtas, niſi quam ſuper homines exercent, ergo videtur ꝙ torquent animas damnatorum.

Sexto patet, quia dæmones nunc torquent homines viuentes, realiter inferendo eis pœnas, ergo a fortiori torquebunt animas damnatorum hoc tempore: patet primū, quia 1. Reg. 16. dicitur, ꝙ ſpiritus Domini malus exagitabat Saulem, & idem 18. cap. & in tota ſerie Euangeliorum apparet, ꝙ Chriſtus liberabat vexatos a dæmonibus de poteſtate dæmonū, & ꝙ dæmones aliquando mittebant in ignem, & aliqñ in aquam eos quos vexabant, ſupra 17. & Marci 8. & Lucę 9. c. ergo & a fortiori nūc in inferno torquebūtur a dæmonibus animæ damnatorum ſeparatæ: etiā Apoſtoli hoc faciebant ꝙ dæmones torquerent malos, vel peccantes viuentes, vt fecit Petrus, & Paulus, ergo & in inferno torquebunt.

Poſt iudicium damnati a dæmonibus non torquentur.
Quæſt. DCLXXXIX.

SECVNDVM, ſcilicet, ꝙ poſt iudiciū non torqueā tur damnati a dęmonibus patet, quia poſt iudiciū tolletur omnis poteſtas, & principatus dæmonū ſup homines, ideo non torquebuntur ab eis, & patet quia tunc non inferent mala viuentibus, ſicut & nunc, ꝙa non eſt tempus exercitationis, ideo neq; ſuper mortuos habebunt principatum. Secundo, quia expreſſe dicit ſcriptura eorum principatum tunc ceſſaturum. 1. Cor. 15. cap. ſ. Deinde finis cum tradiderit regnum Deo & Patri, & euacuauerit omnē principatū, & poteſtatē, & virtutē, & loquitur de ordinatione dæmonum, quæ nunc eſt p̄m quā cōſiderantur principatus, & poteſtates, & tunc iſta euacuabuntur, ideo nō manebit aliqua poteſtas dęmonibus ad torquendū damnatos, neq; torquebunt eos realiter, ꝙa Angeli boni nunquā̄ torquent damnatos: dæmones autem torquent illos ante diem iudicij, ſed poſtea non.

Tertio hoc accidit, vt dæmones non conſolentur aliqualiter: nam gaudent inferendo malum hominibus: ꝙa oēs oderunt tam bonos q̄ malos, & vellēt eos eſſe damnatos, & ſi permitteretur ꝙ in æternum torquerent illos, maneret ſemper aliqua conſolatio dæmonibus, ſed hoc iniuſtū eſt, ꝙ ſicut hoīes peccauerunt, ita & dęmones, & vtriq; ſunt digni pœna, & illā tolerant, ſed hoīes nō torquent dæmones, ergo neq; iuſtum eſt, vt ſemper homines torqueantur a dæmonibus, ſed vtrique pœnā ſuā ſuſtineāt, quæ non inferat ab alterutris. Sed obijcietur, ꝙ tunc non deberet manere aliqua poteſtas dęmonū ſup hoīes, vnde neque nunc deberent torquere dānatos, quia ſic gaudent ꝙ ſubijciantur eis hoīes. Dicendum, ꝙ iſtud non fit ad dæmonū priuilegiū, vel quaſi concedatur eis gaudiū in hoc ꝙ torquent hoīes, ſed propter exigentiā diuinę prouidentię: nā pertinet ad illā ꝙ permittat hoīes nunc exerceri ad eorū meritū, vt q̄ probati ſunt manifeſti fiāt, iſta aūt exercitatio eſt in malorū pęnaliū inflictione, & in incitatione ad mala culpæ. primū autē poterat aliqualiter cōuenire Angelis bonis, licet nō totaliter, Secundū aūt nullo modo poterat eis cōuenire, ꝙa incitare ad peccandū nō conuenit, niſi ei, qui malus eſt, & Deū odit, iō iſtud miniſteriū non potuit cōuenire niſi dæmonibus, qui mali ſunt, & Deū oderūt, & hoīes, & iō nō curant an aliquis offendat Deū, & immo potius gaudent, inquātū p illā offensā ſciūt ꝙ ſequit̄ pęna ęterna a Deo inflicta eis quos ad peccatū impulerint: cū ergo dęmonibus ſit tradita iſta exercitatio, ſ. conceſſa, vel permiſſa non imperata eis, debuit neceſſario cōcedi ptās aliqua ſup hoīes. Sed obijcietur, ꝙ hoc debuit eſſe ſup viuentes qui exercitantur, ſed nō ſup mortuos circa quos nullū exercitiū eſt, ꝙa illi iā ſunt in termino. Dicendū, ꝙ cū vſq; ad diē iudicij duret vita hoīum ſup terrā, qñ p̄ſt bonū, & malū agere, dēt ſemp durare ptās dęmonū, vt ſemp exercitare poſſint hoīes, ꝙa tādiu exercitabiles ſunt, & hoc nō pōt cōueniēter fieri p aliquos, niſi p dæmones, iō illis hoc dēt p̄mitti. ꝙ vero apud inferos p̄mittat eis interim torquere dānatos, non fit quaſi iſtud p̄ineat ad exercitationē, ꝙa iā ceſſauit exercitatio, ſed ꝙa iuſtū eſt, vt aliqd concedat dęmonibus ſup dānatos ad eorū triſtitiā: nā dānati dū viuerēt ſubiecerūt ſe ſpōte dęmonibus, aſſentiēdo eorū ſuaſionibus, iō debēt contra voluntatē ſuā aliqñ illis ſubijci, & hoc fit poſt mortē, vt ſentiāt eos tortores eē in pęnis, & dęmones gaudeāt de malo, quod inferūt dānatis, ꝙa dānati voluerūt aſſentire eorū illicitis ſuaſionibus, hoc aūt nō dēt durare in ęternū, ne tāta cōſolatio dęmonibus cōcedat̄, iō nō fuit aliqd tp̄s tā cōueniēs, q̄ vt nūc qñ habēt exercitationē ſup viuētes habeant punitionē ſup mortuos: poſt iudiciū vero ꝙa ceſſabit exercitatio, & principatus ſuper viuentes, ēt ceſſabit ſup mortuos.

A quibus torquebuntur damnati poſt iudicium, iuxta propriam ſententiam. Quæſt. DCXC.

DE punitione ergo damnatorum poſt iudicium dicēdum, ꝙ neque fiet ab Angelis bonis, neque a dæmonibus, ſed a Deo: iuſtitia enim Dei ſuccendet ignem illum, qui ardebit in æternum: in quo puniendi damnati. non eſt enim ad hoc conueniens miniſterium dæmonum, neque Angelorum bonorum, quia pœna damnatorum ſemper erit in igne, & ideo ſi aliquod miniſterium circa iſtas pęnas eſſet, aut fieret apponendo ignem, vel fouēdo ne extingueretur, aut miniſtrando taliter, vt quilibet puniatur, quātum expedit, ſed neutrum iſtorum eſt: non primum, quia Deus ſuccendet ſemel illum ignem, qui nunq̄ extinguetur, & ideo non oportebit, ꝙ dæmones apponant fomenta, ante diem autem iudicij poterat eſſe aliud, quoniam vſq; ad illum diem durat ſtatus corruptionis, & forte poſſet fieri per dęmones materialis appoſitio fomentorū, ſed de hoc magis dictum eſt ſupra, ſed poſt diem iudicij nō erit conueniens aliqua poſitio materialis fomēti. Quātū ad ſecūdū nō erit neceſſariū, immo nō poterat eſſe conueniēs dęmonū, aut Angelorū miniſteriū, ꝙa nō ſufficiet ad hoc: nā idem erit ignis, & inæqualiter puniet ſingulos q̄dē f̄m exigētiā peccatorū ſuorū, quod nō pōt fieri niſi p Deū, ꝙa oportet eē hic vnū de duobus, ſ. ꝙ aut Deus auget, & minuit vires eiuſdem ignis, cum ſit vnus numero, quantum ad omnes, aut manentibus æqualibus viribus ignis, quia vnus eſt facit Deus damnatos ipſos magis, aut minus paſſibiliores ab igne, vt magis, aut minus crucientur, & vtrunque eſt ſuper naturam exercere poteſtatem, ſcilicet, aut ſuper naturam hominis, aut ignis, ſed hoc non poſſunt dæmones, neque Angeli, neque aliqua creatura, ſed ſolus Deus, ideo non ſunt apti ad hoc miniſterium dæmones, nec Angeli, ſolius ergo Dei iuſtitia ſuccendet, & conſeruabit ignem, in quo in æternum tam damnati homines, quā̄ dæmones patientur.

Sed obijcietur, ꝙ Deo non competat hoc: nam dicimus, ꝙ Angelis non competit, quia clemētes ſunt, & non inferrent tantam punitionem, ſed Deus clementior eſt Angelis, ergo multominus ei competit. Secundo, quia dicitur, quòd punire damnatos nō cōmittitur Angelis, quia eſt vile miniſteriū, & minus, q̄ vt competat dignitati Angelorum, multominus ergo competet dignitati Dei.

Dicendum, quòd ad Deum competit iſta punitio, ipſe enim eſt iudex rectus, qui tam bonis præmia quā malis pęnas diſtribuit. Et ad primum dicēdum, quòd Deus eſt clementior Angelis, & tamen cum clementia ſtat punitio illa, nō enim repugnāt ſibi in Deo miſericordia, & iuſtitia, cum vtraque limites ſuos teneat, & cū dicitur, ꝙ Angeli non puniunt propter clementiam, eſt verū de bonis qui in Purgatorio ſunt, ad quos Angeli ſunt clementes, quia amici, & conciues eorū ſunt, & non puniunt eos, ſecus de damnatis ad quos omnis ſeueritas iuſtitię tenenda eſt, quia alieni a Deo ſunt, & ideo quiſque illos punire poſſet niſi aliud obſtaret. Ad ſecundum dicendum, quòd illud miniſterium non committitur Angelis propter patuam dignitatem, immo propter indignitatem illius, & tamē Deus hoc efficit, & cauſa eſt, quia Deus non efficit illud per modum miniſterij ſicut dęmones, & Angeli efficerent, ſed per modum imperij, quia natura tota ei obedit, & ideo ſicut creare omnia naturalia non fuit Deo indignitas, ſed dignitatem illius infinitam oſtendit, ita & punire damnatos per hoc, ꝙ ignis, & ipſa natura dānatorū obediat diuinę voluntati, eſt Dei dignitas: Angelis autē non poteſt per modū imperij competere, quia ipſi non dominantur naturę rerum, ideo Deus conuenienter illud facit, & non Angeli.

Exiſtentes in Purgatorio a Deo ſolo torquentur.
Quæſt. DCXCI.

DE exiſtentibus autem in Purgatorio dicendum, quòd nec a dęmonibus nec ab Angelis torquētur, ſed a Deo ſolo, qui ſuſcitat ignem illum, & facit ardere in certo modo, licet ignis idē eſt numero, qui torquet damnatos, & exiſtentes in Purgatorio, ſed dānati ſunt in parte inferiori, Purgatorium vero ſupra, & peruenit idem ignis ad vtroſque, vnde ſuccenſus apud damnatos manet etiam apud purgandos, verū tamen apud damnatos aliquid efficiunt nunc dęmones quo damnati ſentiunt ſe ſubditos illis, & torqueri ab eis, ſed apud purgandos hoc non efficiunt, ideo non torquent eos.

Sed obijcietur, quòd Deus non puniat purgandos, quia ſupra dicebatur, quòd Angeli non torquebant eos, quia amici eorum ſunt, & non inferrent eis tātos cruciatus, a fortiori ergo Deus, qui magis eos diligit quā̄ Angeli non torquebit eos. Dicendum, quòd licet Deus clementior, & benignior ſit quā̄ Angeli, & magis eos diligat, tamen conuenit ei punire illos, & non Angelis. Primo quia quando alicui competit aliquid ex neceſſitate officij non imputatur ei ad malum, etiam ſi contra quemlibet exerceat rem officij illius, ſed Deo inquantum ſummo diſtributori cōuenit naturaliter diſtribuere pęnas, & prędia omnibus, quòd ergo etiam amicis ſuis pœnas diſtribuat cū eas merentur, non reputatur durum ei, qui tolerat, quia alias videretur Deus ſeipſum negare ſi id, quod erat iuſti iudicis non efficeret, ſecus de Angelis quibus nō competit ex natura diſtribuere, aut inferre pœnas: ideo moleſtius ferrent purgandi torqueri ab Angelis quā̄ a Deo.

Secundo & prędipue, quia aliter Angeli inferrent pęnas, aliter Deus: nam Deus infert pęnas, vt iudex diffiniens, non vt tortor exequens, ſeueritas autem non videtur eſſe in diffiniēdo, ꝙ aliquis puniatur, ſed in inferendo ei realiter pęnas illas, & alicui mādat quis pęnas corporale infligi cui nequaquam ipſe inferret, ꝙa ſtatim flectetur ad miſericordiam: Angeli autem non ſunt iudices, ſed Deus; ideo ipſi non poterant punire nisi vt tortores. Secus de Deo, qui iudicat pęnas inferendas, & ipſe non eſt tortor, ſed ſubminiſtrat ei ad nutum ipſa natura rerum, ſ. ignis, & natura punitorū, & ideo tortor eſt ibi ignis, & non Deus, quaſi ignis ſit miniſter intelligens volūtatem Dei, & exequens illā, & hoc modo non eſt incōueniens, ꝙ Deus torqueat purgandos quos diligit, quia nō torquet ipſe eos, ſed torqueri facta, & ita nec dęmones nec Angeli torquēt purgandos. Sed dicendum, quòd ſatis poteſt teneri dęmones comitari purgandos in exitu, & aſſiſtere eis in punitione, de exitu de corpore planum eſt, quia ipſi cupiunt rapere omnem animam, vt deducant ad tartara, neſciūt autem de meritis, aut demeritis, quia iſta ſunt in Dei iudicio, & etiam pertinent ad interiora animę noſtrę, quæ non ſcrutatur demon: ideo quamlibet animam vellet ſecum trahere, & inſidiatur in morte, vt trahat, & vere omnes traheret ſi permitteretur, illas autem non trahit quas non permittitur accipere, & tunc cum ipſe conatus fuerit ſingulas tenere, & non permiſſus fuerit ſcit illas ad ſe non pertinere, & accuſat eas de peccatis præteritis quaſi ſint adiudicandę ei, ſicut eſt in tentatione, & nocumento corporali, dęmones enim omnes homines arriperent, & occiderent, aut inferrent mille nocumenta ſi non cuſtodirentur a Deo per Angelos, cum autem dęmon conatus fuerit aliquem inuadere, & nō potuerit, quia cohibetur, ſcit illum cuſtodiri a ſuperiori virtute, & tunc ceſſat cohibitus, verum tamen rurſus, & iterum inuadit, quia nō fatigatur neque erubeſcit quouſque inueniat hominem propter demerita ſua ad tempus deſtitutum Angelica cuſtodia, & tunc nocet illi quātum poteſt, & noceret vſque ad mortem ſi permitteretur, in exitu ergo de corpore ex maiori deſiderio dęmones obſeruant omnem animam, vt rapere poſſint eam ſi permittantur, & ſi non permittūtur objciunt ei ſaltem peccata vetera, quę eis ſuadētibus illa commiſit, & ideo ſibi adiudicari petunt, ſed reſpondetur eis remiſſa illa eſſe per pęnitentiam, & ſic illi coguntur ab importunitate ſua ceſſare. Sed cum animæ ad loca purgatoria deferuntur, & ſi dęmones nō poſſint eas tenere, quia Angeli eas ferunt, ſequuntur tamen eas, vt ſic aſſiſtant earum pęnis, & in Purgatorio non recedunt ab eis, non tamen inferunt aliquas pœnas, aſſiſtunt tamen eis, quia gaudent, & ſatiantur aliqualiter de pęnis earum: nam & ſi nō ſint in poteſtate eorum, volunt tamen, quòd quomodocunque puniantur, iſtud autem eſt ſatis rationale, quia locus damnatorum, & purgandorum coniuncta ſunt, immo ignis idem eſt vtrorumque, & ſic cum dęmones ſint inter damnatos non eſt mirum, quòd aſſiſtant purgandis.

Sed nunquid ex hoc animæ purgandæ moleſtiam ſentiunt, quia dęmones aſſiſtunt eis, & gaudent atque ſatiantur de malo eorum?

Aliquis dicet, quòd ſic, quia propter hoc non permittitur dęmonibus torquere animas, & ideo videtur, quòd nec permitti debēt aſſiſtere animabus dum purgantur.

Dicendum, quòd permittuntur aſſiſtere, & iſta nō obſtant, quia non redditur moleſtia animarum maior quā̄ iuſtum ſit ex hoc, quòd dęmones aſſiſtunt. nam ſi torquerent eas dolerent illę prętęr modum, & tamē ſic non dolent, quia ſciunt animę, quòd dęmones nullam poteſtatem habent ſuper eas, ſed ſunt quaſi penitus alieni, ideo potius ex eo, quòd vident illos aſſiſtere, & cupere malum earum, & non poſſe aliquid efficere inferendo malum, habet in ſe quandam cōſolationem quaſi ſint liberatę de poteſtate eorum, & ideo idem eſt ac ſi dęmones non aſſiſterent pœnis earum.

Responsio ad 1. rationem principalem in diuersum, factam in princi. q prin. 687. Quæst. DCXCII.

AD primum argumentũ circa hoc factum in principio q. dicendum, quòd ibi Magister loquitur de damnatis, quòd habebunt dæmones, vt tortores, quos habuerunt, vt incentores ad peccatum, quia ad mortalia impulerunt eos. Cum autem dicitur, quòd etiam dęmones ad venialia &c. dicendum, quòd proprium est dęmonum impellere ad mortalia, quia per hæc auertunt homines a Deo, & efficiunt eos suos, vt ad ęternam deputentur miseriam, & ab eis torqueantur, per venialia autem nihil istorum fit, quia non est homo debitor mortis ęternę, neque subijcitur dęmonibus ad pœnam: ideo nõ est de intentione eorum impellere ad peccatum veniale, & tamẽ quando nõ pñt in mortale inducere saltẽ vellent quoquo modo possent ducere in peccatum, & ita inducunt in veniale, & tñ non oportet, q̃ propter peccatum veniale subijciatur homo torquendus dęmonibus, quia nullo dęmone inducente incidit homo in venialia, quę homo nõ potest euitare: nã nemo potest euitare omnia venialia licet singula possit euitare, & ideo licet dęmones impellant hominem in quędam venialia, quia tamẽ per illa non efficitur homo suus, nec auertitur a Deo non debet eis tradi, sic autem est de manẽtibus in Purgatorio, quia in nullo mortali sunt, sed in charitate: ideo non debent puniri a dęmonibus. Ad secundum dicẽdum, q̃ post mortem nunquam puniuntur boni a dęmonibus, in vita autem interdum puniuntur. Et cum dicitur tam in vita quam in morte purgantur homines, dicendum q̃ non fit purgatio in vita, sed solũ post mortem: nam in vita pœnę, aut inferuntur bonis, aut malis, si bonis proficiunt per eas ad maius bonum per meritum spontaneę patientię, & ideo non solum tolluntur pœnę debitę per modum compensationis, vel ęquiualentię inquãtum datur pœna pro pœna, sed etiã est ibi meritum per hoc, quòd patienter ex charitate tolerantur, & hoc vocamus satisfactionẽ, & non purgationem, quia in purgatione tollitur malum, sed nõ augetur bonum, in malis autem viuentibus, & punitis neque purgatio fit, neque satisfactio, quia mali cum puniuntur non cessant a peccato, sed deteriores efficiuntur, & tunc non est purgatio, sed prævaricatio, & deterioratio. Si autem dicatur, q̃ mali interdũ puniti ad bonum conuertantur, non est purgatio tãtum, sed satisfactio, quia boni efficiuntur, & merentur per actũ conuersionis in Deum, & per spontaneam tolerationem pœnarum, & ideo non potest dari in vita, q̃ sit propria purgatio, vnde nõ est nisi post mortem in bonis, qui iam per pœnas mereri non possunt, & tollitur malum, quod in eis erat, i. venialia, vel obligatio ad pœnam pro inexpleta pœnitentia, & sic non est verum, q̃ dęmones admittantur aliquando ad purgandum homines, bene tamen admittuntur ad vexandum, quæ vexatio est interdum meritoria, & satisfactoria interdum autem, neque purgatoria est, vt dictum fuit. Cũ vero dicitur, q̃ boni affligũtur in vita, interdũ a bonis, & interdum a malis. Dicendũ, q̃ verum est de malis, patet sicut Sathan, & Angeli mali afflixerũt Iob, vt patet Iob. 2. c. De bonis Angelis patet, vt de illo Angelo, qui afflixit Iacob, quando luctatus est cum eo, & reddidit eũ claudum, quia emarcuit neruus femoris eius, & ita tenet Diony. 4. ca. de Di. No. & colligitur Gene. 32. c. q̃ autem mali Angeli nunc vexent bonos interdum non est inconueniens, quia nunc est tempus pugnę, & hostilitatis, totum enim tẽpus vsque ad mortẽ datur nobis ad exercitationem, & exercitatio est cũ dęmonibus, cum quibus dixit Apostolus nobis esse colluctationem ad Ephe. 6. c. Et ideo q̃ nunc boni cũ dęmonibus torquentur quis ibi. De prima patet, quia contingit aliquos decedere in venialibus non existẽte aliquo mortali, & hi purgantur ibi quousque mundi efficiantur non manente venialia. De secunda causa patet, quia aliqui decedunt sine mortali, & forte sine veniali, & tamẽ pro peccatis mortalibus de quibus aliàs doluerunt, non expleuerunt satisfactionem debitam secundum determinationem diuinę taxationis, oportet ergo quòd illam partem inexpletam expleant, & ita manebunt in Purgatorio quousque expleat sit.

Ex hoc apparet necessitas ponendi locum Purgatorium, & purgationem fieri post mortem cõtra eos, qui hoc negabant. De primo horum patet, vt cũ quis decedit in veniali nullo existẽte mortali, quia hoc cõtingit cũ sępe quis habeat venialia non existente mortali: nam euadere omnia mortalia est facilius, euadere autem omnia venialia, ideſt, q̃ nullum committat est velut impossibile homini nisi ex priuilegio, qui autẽ sic decedit non potest illico ire ad vitam ęternã, quia illuc non potest intrare aliquis nisi totaliter mundus: nam ad illam ciuitatem sanctam nihil immundum intrabit Apo. 22. c. etiam non vadunt isti ad gehennam ignis, quia ibi sunt damnati, & tamen iste, qui in charitate est nõ potest damnari, quia vniuersa peccata operit charitas Prouer. 10. ca. damnatio autem fit pro peccato mortali, ideo qui non decedit in mortali nõ põt damnari Ioã. 11. ca. qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet, & omnis, qui viuit, & credit in me nõ morietur in ęternum, ergo oportet dari locum medĩ in quo tollãtur, & purgentur peccata ista. Aliqui dicunt, q̃ nõ est locus purgatorius animabus deputatus post mortem, & dicunt, quòd purgatio venialium fiet per ignẽ conflagrationis in die iudicij, & hoc putatur cõuenire, quia ita ponimus, quòd illorum electorũ, qui tunc inuenti fuerint peccata purgabuntur per illum ignem conflagrationis, vt sic possint mundi transire ad vitam ęternam, illud ergo quod in quibusdam fieri dicimus omnibus videtur, quòd possit conuenire.

Sed dicendum, quòd licet ille ignis poterat sufficere ad purgationem cuilibet sustinenti eum, tamen nõ poterit hic mundari a venialibus ille, qui ante iudiciũ inuenietur mortuus. Primo quia necesse est, quòd anima soluta a corpore aliquod receptaculũ habeat, & statim incipiat habere pœnam, vel gaudium pro his quę fecit: nam poni, quòd animæ aliquę sint solutæ, quæ neque gaudium nec pœnam habeant absurdum videtur, quia damus aliquid ociosum, & inordinatum. Secundo quia animę decedentes in charitate, licet venialia habeant, sunt dignę vita ęterna propter charitatem, quòd ergo tandiu expectent non habendo gaudium vitę ęternę, vt in fine mundi in cõflagratione expientur peccata earum est inconueniens, quia videtur multum tempus gloriæ eis adimi.

Tertio quia est aliud maius inconueniens: nam datur sic pœna magna animabus, quæ ad purgationem eis non proficit: nam toto hoc tempore, quod est inter mortem, & diem iudicij manerent sic sine gloria, & hoc est eas carere visione Dei, & ista carentia est magna pœna: nam ostensum est, quòd in damnatis maior pœna est carentia quàm pœna sensus supra, ita & in decedentibus in charitate, quia valde afficiuntur ad videndum Deum magna pœna erit non videre, potissime cum sint dispositi iam ad videndum, quia sunt in charitate, & post vitam, & ista pœna non esset eis purgatoria, quia ponunt, quòd expectent vsque ad diem iudicij, vt ibi per ignem conflagrationis purgentur, ergo videtur, quòd ista magna pœna carentię nihil eis contulit, & hoc est incõueniens, quia sustinere pœnam per quam neque mereantur, neque purgentur, neque satisfaciant ad solos damnatos pertinet, sicut patet de pœna inferni, quæ damnatis non prodest, sed isti non sunt damnati cum decedant in charitate, ergo necesse est, quòd pœna prosit eis, aut non habeant illam: inconueniens ergo ponũt cum per istam pœnam carentię nihil dicant purgari, sed postea per ignem conflagrationis.

Quarto quia etiam si animæ expectarent, vt illo tempore purgarentur, adhuc inconueniens esset, quia animæ erunt vnitæ corporibus, & tamen ignis conflagrationis non erit nisi pro corporibus depurandis, non autem ad animas affligendas. Si tamen aliquis dicat, quòd ignis ille, vt instrumentum diuinę iustitiæ poterit etiam agere in animas, licet sit datus solũ ad agendum in corpora non est inconueniens, quia etiam ignem inferni ponimus agere in animas separatas damnatorum. Sed tunc si in fine mundi ponitur ignis, qui purget animas solutas a corporibus, qui in charitate sunt, quare non multo melius ponetur ignis, qui animam statim egressam purgare incipiat, & purgatam transmittat ad vitam ęternam, & non perdetur tãtum tempus inutiliter, scilicet, in quo anima non habeat vitam ęternam in quo haberet si statim purgaretur? & isto modo nullum inconueniens sequetur, & alio modo sequuntur inconuenientia supra posita.

Quinto & præcipue, quia isti, qui dicunt purgationem venialium futuram per ignem conflagrationis, ponunt quòd animæ interim erunt in gloria, cum in charitate recesserint de corporibus, & in cõflagratione purgentur, sed non stat, quia tunc daretur, quòd postquàm aliquis erat beatus efficiatur miser, quod est absurdum: nam beatitudo non est mutabilis, vt Aristo. vult beatum non esse, vt Cameleonta quendã 1. Ethico. & tamen ita erit hic, quia animæ, quæ ad vitam ęternam transferuntur hoc ipso beatę sunt, si vero per ignem conflagrationis debent purgari, necesse est, quòd pœnã sentiant, sed impossibile est, quòd existente Dei visione, quæ hominẽ beatificat sentiat homo aliquod malum, ergo ad hoc, quòd pœna purgatoria tunc sit, necesse est desinere beatitudinem esse ad illud paruum tempus, sed qui desinit esse beatus efficitur miser, ergo animæ semel beatæ efficerentur miserę, vel non beatę, & vtrunque est cõtra conditionem beatitudinis, & est absurdum.

Sexto quia qui volunt sic pœnam purgatoriam dare, ideo faciunt, quia putant, quòd cum tunc resumẽtur corpora, in corporibus resumptis erit purgatio p ignem conflagratoriũ, sed non stat, quia ignis ille præcedit resurrectionem aliquo modo, cum sit dispositio quędam ad resurgendum, scilicet, depurando omnia, vt maneant corpora pura, quæ resumentur in resurrectione, qualia decet esse post mundum innouatum, vt maneant in æternum, ergo post resurrectionẽ corporum nõ manebit ignis conflagrationis in quo possint corpora resumpta torqueri. Septimo, quia ad hoc, quòd fiat purgatio oportet esse pœnam eorum, qui purgantur, & tamen nõ poterit esse ibi pœna, quia corpora post resurrectionem erunt incorruptibilia, ergo non poterunt tunc purgari.

An corpora post resurrectionem possint pati ab igne, vt sic purgentur a peccatis venialibus. Quæst. DCXCIIII.

SED dicetur q̃ possint pati ab igne adhuc post resurrectionem: nam non erit passio illa naturalis per corruptionem, & resolutionem, & calefactionẽ corporum, sicut nunc est, sed erit actio intentionalis, per causationem doloris sine naturali transmutatione, sicut fiet in corporibus damnatorum post resurrectionem, vt ostensum est supra.

Responsio ad 2. rationem principalem in diuersum, factam in princi. q prin. 688. Quæst. DCXCIII.

AD secundum dicendum, quòd licet dæmones affligant hominem in vita nõ est valde molestum homini, quia nescit se ab illo vexari, cum homo viuens non videat dęmones neque agnoscat, licet putet interdũ se pati a dęmonibus, sed nescit veritatem, & dato, q̃ sciat nescit an vnus, vel multi sint, & qui sint, aut quales, aut qualem intentionem habeant ad hominem, & an in hoc gaudeant valde, vel quomodo se habeãt, post mortem vero anima cognoscit dęmones, quia sunt substantiæ separatæ, & vna substãtia separata cognoscit aliam, & anima omnes substantias separatas, vt ostensum est supra, & scit anima an vnus, vel multi dęmones affligant eam, & qui sint determinate, & vident ẽt quomodo insultant ei, & qũo de pœna eius lãdent ẽt quomodo insultant ei, & qũo de pœna eius lãdent ẽt quomodo insultant ei, & qũo de pœna eius lãdent

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia in corporibus damnatorum poteſt hoc fieri, eo quòd licet illa poſt reſurrectionem ſint incorruptibilia quoque impaſſibilia erunt, vnde impaſſibilitas ponitur vna de dotibus corporis: ideo neque poterũt pati aliquid in corporibus illis cum ſint corpora beatorum. Niſi forte dicatur, quòd iſti quibus aliquid purgandum maneret, reſumerẽr corpora adhuc paſſibilia, vt in eis purgarentur. Sed hoc eſt abſurdum, quia poſt reſurrectionem nulla fiet mutatio circa res naturales, vel corporales, ideo ſi tunc acciperent illa paſſibilia in æternum ſic manerent, quod eſt inconueniens, maxime, quia non poteſt hoc vllo modo concedi, quia Apoſtolus ponit 1.Co.15. reſumi corpora ĩpaſſibilia.

Dicendum, ergo quòd non eſt verum, quòd purgatio fiat per ignem conflagrationis de venialibus, G ſed dicentes hoc decepti ſunt ex quadam generali ſimilitudine, quæ non eſt ſimilitudo, ſcilicet, quia ibi purgabuntur, qui tunc inuenti fuerint viuentes, quãdo venerit dies ille iudicij, & de iſtis neceſſe eſt ſic poni, & non eſt inconueniens aliquod.

Primo quia illi erunt in corporibus adhuc paſſibilibus, ſcilicet, quia adhuc viuent, talia autem corpora dolorem ſuſtinent ab igne, & realem tranſmutationem atque reſolutionem.

Secundo quia non erit modus alius quo peccata talium purgentur: nã ponuntur illi eſſe tunc in charitate, & morituri in charitate, & ideo damnari non H poſſunt, habent tamen aliqua venialia de quibus purgari debent, & poſt iudicium, vel reſurrectionẽ non poſſunt purgari, quia tunc non eſt tempus niſi plenę beatitudinis, aut totalis damnationis: ideo neceſſe eſt in illo paruo tempore, quod eſt ante reſurrectionem, & quandiu durat adhuc ſtatus corruptionis, & pœnalitatis fieri purgationem, & ita fiet per illum ignem.

Tertio quia etiam ſi nihil maneret purgandum in electis, adhuc tranſirent per ignem illum, vt morerentur, & reſurgerent, & ideo cum ignem illum aliàs experturi erant, prodeſt eis ad hoc, quòd ſi aliquid inuenit purgandum pœnalitate ſua quam infert purgat illud, & ita prodeſt, ſi autem nihil purgãdum inuenit nihil purgat, & ideo neceſſe eſt illum I ignem conflagrationis in illis, qui viuentes inueniẽtur die illo diuerſimode ſe habere: nam in eis, qui damnandi ſunt, quia decedunt in mortali erit ſæuus ignis, quia inferet duriſſimum cruciatum, cum ibi incipiat infernus ſuus, in electis autem dupliciter ſe habebit: nam quidam erunt in tanta vitę ſublimitate, quòd nihil purgandum habebunt. Alij vero venialia aliqua, vel inexpletas peccatorum prẽteritorũ habebunt ſatisfactiones, qui minus perfecti ſunt, aut verę imperfecti.

De primis dicendum, quòd tranſibunt per illum ignem ſine vlla pœnalitate quaſi inſenſibiliter, vel in ſopore, vt ſicut liberi ſunt penitus a peccato, ita & penitus ſint liberi a pœnalitatibus, & ſicut immiſit K Dominus ſoporem in Adam, & ſine dolore eius abſtulit vnam de coſtis illius de qua fœminam formauit, ita & illos Deus per ignem conflagrationis faciet tranſire inſenſibiliter de hac vita nullo dolore grauatos, niſi forte quantum in morte naturali, quæ eſt omnibus communis dolituri erant, quod adhuc an taliter ibi ſuſtineant incertum eſt, vel prorſus ſine dolore tranſeant, hoc tamen certum eſt, quòd non delebunt per illum ignem ſicut, qui in flammis vitam perdunt, quod ſine acerbiſſimo dolore non fit, quantum vero ad eos, qui iandiu mortui ſunt, nihil eſt ad propoſitum, quòd per illum ignem purgentur, ideo non purgabuntur.

An venialium purgatio fiet poſt iudicium per conflagrationem ignis. Quæſt. DCXCV. F

Sed obijciunt adhuc, quòd purgatio illa fiet per ignem conflagrationis, qui in die iudicij apparebit, & oſtendunt iſtud, quia 1. Corin.3. cap. vbi ponitur de purgatione peccatorum dicitur, ſi cuius opus manſerit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit detrimentũ patietur, ipſe vero ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: & videtur iſte ignis eſſe conflagrationis, quia ſtatim ante hoc, eodem cap. videtur de hoc dixiſſe cum ait, vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit, ſed dies Domini eſt dies iudicij, & tunc reuelatur Deus omnibus hominibus cum igne conflagrationis, & apparebit de opere cuiuſque quale ſit, ergo videtur, quod ignis cõflagrationis purgabit peccata, quia per illum dicitur ſaluari, qui hæc ſuperędificat, ſed non ſaluatur per illum, niſi qui purgatur, maxime cum dicatur, quòd patietur opus detrimentum, ſcilicet, quia conſumetur, ergo venialia conſumentur per illum ignem, & habentes ea purgabuntur de illis, & ſalui erunt.

Dicendum, quòd purgatio non fiet de venialibus per ignem conflagrationis niſi quantum ad illos, qui tunc viuentes inuenti fuerint, vt ſupra dictum eſt, quantum ad alios vero fiet purgatio per ignem Purgatorium ſubterraneum, qui nunc eſt. Ad auctoritatem Apoſtoli poteſt dici vno modo, quòd ignis conflagrationis oſtendet qualia fuerint opera, & conſumet ea quantum ad illos, qui tunc inuenti fuerint viuentes, ſed quantum ad alios, qui iam prędefuerunt non faciet aliquid ignis ille.

Sed dicendum, quòd licet hoc verum ſit, non facit ad propoſitum, quia dicitur, eodem cap. vniuſcuiuſque opus quale fuerit ignis probabit, ergo omnium hominum opera probabuntur per illum ignẽ, & ita neceſſe eſt, quòd iſte ignis de quo Apoſtolus dicit, extendatur ad omnes homines, ſed ignis conflagrationis ſecundum illum ſenſum extẽdetur ſolum ad eos, qui tunc viuentes inuenientur, ergo nõ eſt ad propoſitum. Aliter ergo poteſt exponi, quòd intelligatur de die iudicij, quòd ille vocetur dies Domini, quia tunc erit Deus Dominus, quia omnia erunt ei plene ſubiecta, & tunc dicitur Filius tradere regnum Deo, & patri, cum ſubiecta fuerint omnia pedibus eius, & loquitur de iudicij die 1. Corin, 15. ca. & cõuenit hoc, quia dicitur vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, & ſequitur, dies enim Domini manifeſtabit, ſcilicet, nũc abſconditum eſt de operibus, & operantibus, quia quædam putantur eſſe opera bona, & ſunt mala, & alia è contrario, & operantes quidam putantur mali, & ſunt intrinſecus boni, alij vero prætendunt ſe bonos, & mali ſunt: iſtę occultationes poterunt manere inter homines vſque ad diem iudicij, tunc vero manifeſta erunt opera cuiuſque omnia an bona, vel mala fuerunt, quia Deus manifeſtabit illa toti mundo, & laudem dabit bonis, & confuſionem, & verecũdiam malis coram toto mundo, & Angelis Dei, ſic dicitur 1. Corin. 4. capitu. itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo, & ideo manifeſtatio iſta in die iudicij erit. Quod autem dicitur, quòd Deus tunc in igne reuelabitur, poteſt dici, quòd Apoſtolus notat ordinem rerum, & concomitantiã, quia verum eſt, quòd cum igne cõflagrationis veniet Dominus, & tamen ille ignis nõ faciet ad manifeſtationem operum bonorum, & malorum.

Sed dicendum, quòd nec iſta expoſitio poteſt applicari ad totã literam Apoſtoli: nam quod de igne ponitur

ponitur non facit ad propoſitum ſecundum iſtam applicationem. Etiam non poteſt ſtare, quia non ponitur, vt dicens concomitantiam rerum, ſed ponitur, vt redditiuũ cauſę precedẽtium: nam cum dixit de manifeſtatione, quòd dies Domini declarabit, additur, qa in igne reuelabitur, ergo cauſa manifeſtationis operũ eſt, quia reuelabitur Deus in igne, ideſt, cum igne, & ſic ignis facit directe ad manifeſtationem illam.

Secundo quia ſtatim adiungitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit igne probabit, & ſic non erit notificatio illa niſi per manifeſtationem ignis, ſed tunc non erit pœna purgatoria alicuius, ſcilicet, poſt reſurrectionem, ergo nõ poteſt accipi de declaratione tunc facta, nec de igne conflagrationis.

Dicendum ergo aliter, quòd intelligitur de die B mortis, & de igne purgatorio, & patet, quia dies Domini vocatur dies iudicij propter cauſam ſupra dictã, & quia eſt dies aduentus Dei ad iudicandum, & de hoc exponunt aliqui illud ad Theſſa. 1. cap. 5. ſcilicet, dies Domini ſicut fur ita in nocte veniet, ſed dies mortis cuiuslibet eſt dies quo Deus ad ipſum venit, ſcilicet, ad iudicandum, ideo vocatur eadem ratione dies Domini qua dies iudicij generalis: nam ad omnes morientes Deus venit, ad bonos quidem venire Chriſtus dicitur, vt eos vita æterna dignos iudicet, ad malos autem venit, vt eos ad pœnam gehẽnę condẽnet, & de vtriſque ſcriptura loquitur vocans diem mortis diem aduentus Chriſti, ſic patet præceden. ca. C vigilate, quia neſcitis qua hora filius hominis veniet, ideſt, neſcitis in qua die, & hora morieminı: nam non intelligitur de die iudicij, fruſtra enim de illo diceretur, vt ibi expoſitum eſt: nam ante illum quilibet ſalnus, aut damnatus eſt. Item de bonis ſpecialiter patet Ioan. 14. cap. ſcilicet, ſi abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis, ſed manifeſtum eſt hoc intelligi de morte corporali Apoſtolorum, per quã ſtatim tranſierunt ad vitam æternam cęli empyrei vbi Chriſtus eſt, ergo in morte venire ad bonos dicitur, & Ioan. 21. cap. de Ioanne Euangeliſta dixit Chriſtus ad Petrum ſic eum volo manere donec veniam, ideſt, D volo, quòd maneat ſine tormento martyrij vſque ad diem mortis, in qua ego veniam ad tollendum eum ad me. De malis autem, quòd veniat ad mortem eorum patet Apoc. 3. age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, ideſt, faciam te iam non eſſe in numero bonorum, ſed inter damnatos.

Quomodo dies mortis vniuſcuiuſque reuelabit opera vniuſcuiuſque vbi declaratur Apoſtoli dictum ad Theſſal. 1. cap. 5. dies Domini ſicut fur in nocte &c. Quæſt. DCXCVI.

Sed quomodo dies Domini, ideſt, mortis reuelabit opera vniuſcuiuſque? E

Dicendum, quòd verum eſt, quia dum viuimus incertum eſt de quolibet an odio, vel amore finaliter dignus ſit, ſed oĩa in futurũ reſeruant incerta Eccleſiaſtes 9. cap. etiam de oĩbus non eſt manifeſtũ, per quæ opera Deo placeat, & p q̃ diſpliceat, & quę ſint digna honore, & quę pœnalitate, in die autem mortis manifeſtabitur, quia tunc per experientiã eorum, quæ ſentiet ſciet an Deo placuerit, vel diſplicuerit, & quantum: nam iudicabitur a Deo ad pœnam, vel ad gloriam, & ſciet ad quantum condemnatur, vel beatificatur, & iſta erit certa cognitio meritorum, & demeritorum, quæ ſunt opera noſtra, & quia nullus eſt in cuius morte non fiat iſta manifeſtatio, quia quilibet ad bonum, vel ad malum iudicatur, eſt verum, quòd dies Domini manifeſtat opus cuiuſcunque. A

Sed iſtud differt inter manifeſtationem, quę fiet in die generalis iudicij, & manifeſtationem, quę fit in morte cuiuslibet, quia in die iudicij vniuerſalis quilibet ſciet opera propria, & opera cuiuslibet ſiue bona ſiue mala manifeſtabuntur toti mundo, ita vt cuiuslibet electi, vel damnati, omnes homines electi, vel dãnati ſcient opera, quia Deus illa omnibus reuelabit, vt oſtenſum eſt ſupra, & de iſta manifeſtatione dicitur 1. Corin. 4. ca. itaque nolite adhuc ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo, manifeſtatio autem, quæ erit in morte non fit toti mundo, ſed fit cuique de proprijs: nam nullus eſt nunc memor omnium peccatorum ſuorum mortalium, & venialum vſque ad minima, & multa fecit in quibus forte neſciebat an Deum offenderet, & offendit, & aliqua fecit in quibus neſciebat quantum Deo placuit, & valde placuit, & itta omnia manifeſtantur in morte, vt ſciat quiſque qualiter iuſte abſoluitur, aut damnatur, aut pœnam purgatoriam patitur, & quare tantam, & ita vtrobique fit manifeſtatio, vel reuelatio Dei, ſcilicet, in iudicio generali, & in morte.

De igne autem cum dicitur, quòd Deus reuelabitur in igne verum eſt, quòd vtrobique Deus reuelatur in igne: nã in die iudicij Deus apparebit cũ igne, qui erit ignis conflagrationis præcedens faciem iudicis Pſal. 9. ſcilicet, ignis ante ipſum præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius, ſcilicet, damnatos quos præcipue inflammabit, licet omnes alios quos viuentes inuenerit exuret, & Pſal. 49. dicitur Deus noſter manifeſte veniet, Deus noſter non ſilebit, ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida, & ſic, quia per iſtum ignem præcedentem cognoſcetur aduentus Dei, dicitur reuelari Deus in igne, ideſt, cum igne, vel per ignem. De die autem mortis eſt verum, quòd Deus reuelabitur in igne, qa manifeſtabitur iudicium Dei purgandis per ignem: nam quiſq; iudicatus a Deo pro oĩbus venialibus, vel inexpleta ſatisfactione cognoſcet quantitatem iudicij diuini per ignem, & quantitatem peccatorum ſuorum, & apparebit de oĩbus ſuis, an bona, vel mala erant, & an parum mala, vel multum mala per hoc, quòd ad magnam pœnam ignis Purgatorij quis adiudicatur, vel ad paruam, & ſic verum eſt, quòd Deus reuelabitur in igne, ideſt, cum igne, quia etiam ſiquis non cognoſceret iudicium Dei de ſe cognoſceret illud per ignem purgantem, & cum dicitur, q vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit, quia quidam parum quidam multũ igne Purgatorio affligentur, & ideo dicendum, quòd litera illa intelligitur de die mortis, & igne Purgatorio.

Sed adhuc dicẽdum, quòd ſiquis totaliter literam E illam applicare voluerit accipiet eam per metaphorã dictam de operationibus bonis, & malis omnium hominum quomodo cognoſcẽtur, & ſuperadditur aliquid de igne Purgatorio.

Primum apparet, ſcilicet, quòd de operibus bonis, & malis omnium hominum intelligatur, & non de ſolis, qui purgantur, quia facit Apoſtolus quandam comparationem ſicut in ædificatione: nam poſito bono fundamento in ędificatione, poſſunt poni alia ad conſummationem operis, quę ſunt pulchra, & ſine vllo periculo ignis.

Alia autem poſſunt poni, quæ licet ad ędificationẽ conueniant, periculum tamen habent. De primo ſiquis ſuper fundamentum ædificauerit aurum, & argentum, & lapides precioſos, manifeſtum eſt, quòd

iſta

ista non timebunt ignem, quia non consumuntur per ignem, periculum autem maximum ędificiorum est ab igne. Si autem quis supra fundamentum adiecerit lignum, fęnum, & stipulam potest quidem domũ facere, quia de his tribus solent domus fieri, sed erit ędificium subiectum periculo ignis, & quando superuenerit ignis consumet illud, ita in operationibus ponitur fundamentum, & supra illud varia apponuntur, quæ possint conuenire fundamẽto dicit autem Apostolus esse fundamentum Christum, quia fundamentum aliud nemo ponere potest pręter id, quod positum est, quod est Christus, & est verum, quia nemo potest ponere aliud fundamentum ad operationem rectam, immo & quodcunque alterum ponatur, repugnat operationi recte, supra fundamentum autem G ponuntur ea, quæ aliquo modo possunt conuenire fundamento: nam quę nullo modo ei conueniunt non dicuntur poni super illud, sed super Christũ non potest poni peccatum mortale, quia illud statim repugnat Christo, & impossibile est manere cum Christo eum, qui peccat mortaliter, sed quidquid ædificatur manet super fundamẽtum, ideo necesse est, quòd omnia ista, quæ dicuntur ædificari ab Apostolo super fundamentum, quòd non sint peccata mortalia, & iste videtur esse sensus conueniens pro nunc, sed dicuntur superædificari aurum, & argentum, & lapides pretiosi, & lignum, fęnum, & stipula, ergo videtur, quòd nihil horum sit peccatum mortale, sed tunc distinguentur ista, qa lapides pretiosi, aurum, & argen- H tum sunt diuersa bona opera, quæ secundum gradũ, & magnitudinem differunt, sicut inter se in preciositate, & nobilitate naturę differunt aurum, & argentũ, & lapides pretiosi, lignum vero, fęnum, & stipula signabant opera mala, quæ possunt manere cum Christo, & ista sunt venialia, quia venialia non auertunt a Deo, mortalia autem auertunt, & ista venialia distinguuntur inter se secundum gradum sicut hæc tria cremabilia.

Hoc autem supposito apparet, quòd non loquatur Apostolus de solis purgandis, quia tunc non poneret differentiam inter ædificia: nam aurum, argentum, & lapides pretiosi, quia non consumuntur nec purgantur per ignem, eo quòd pura sunt, non possunt signare rem pertinentem ad purgationem, sed lignum, fęnum, & stipula ista signant, ideo signat in generali cõparationem omnium bonorum operum, & malorũ, scilicet, quòd quędam patiuntur ab igne alia non, bona non indigent purgatione, mala autem consumuntur, & ideo de omnibus operibus intelligitur. I

Secundo patet, quia dicitur in litera, si cuius opus arserit detrimentum patietur, & ita signatur, quòd quædam opera ardebunt alia non, sed ea, quæ non ardent non pertinent ad purgationem, cum purgatio fiat per ignem, ergo ponitur ibi non solum de purgatione per ignem, sed etiã de bonis operibus, quę purgatione non indigent, neque purgari quis secundum illa potest, quia pura sunt, & purum hominem K reddunt.

Tertio patet, quia dicitur vniuscuiusque opus manifestum erit, ergo in die mortis erunt manifesta opera omnium hominum, saltem ipsis hominibus morientibus, & tamen non purgantur omnes homines, quia aliqui vadunt ad vitam æternam, aliqui ad gehẽnam, qui cremantur, alij ad ignes purgatorios, qui purificantur, ergo non solum agitur de purgandis, sed etiam de omnibus hominibus bonis, & malis, quia omnium opera manifesta erunt.

F *Secundum q̃ tractetur ab Apostolo de purgatorio specialiter. Quæst. DCXCVII.*

SECVNDVM quod est notandum in hac auctoritate Apostoli est, quòd agatur hic etiam de Purgatorio specialiter, quia dicitur si cuius opus arserit detrimentum patietur, detrimentum dicit damnum, & damnum est quędam diminutio, qui autem damnatur non patitur damnum, quia non diminuitur in rebus, sed totus perit: ideo detrimentum patitur, qui pœnam patitur, sed non damnatur, & ista est quędam purgatio.

Secundo & apertius, quia dicitur, eodem cap. in litera consequenter, ipse autem saluus erit, & tamen, qui detrimentum operis patitur, & saluatur non potest esse nisi, qui purgatur, quia qui statim mortui trãseunt ad vitam ęternam non patiuntur detrimẽtum, quia opera bona meritoria vitę ęternę in nullo possunt pati detrimentum, neque ipse secundum ea, qui autem pereunt æternaliter non sunt salui, ergo necesse est poni statum medium illorum, scilicet, qui pœnas aliquas post mortem sustinent, & saluantur, & illi sunt, qui purgantur in igne post mortem.

Tertio quia additur ad hoc declaratio quędam, scilicet, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ, hoc autem est, quod conueniens est purgandis, quia per ignem purgatio fit, ergo apparet, quòd de Purgatorio etiam Apostolus loquatur ibi specialiter.

Et sic dicendum, quòd in litera illa ponuntur tres modi operum, quæ inueniuntur in hominibus, & nõ sunt plures modi, quædam sunt digna damnatione, alia vita ęterna, alia purgatione, hęc tria simul signatur cum dicitur, vniuscuiusque opus manifestum erit, sed homines sunt istorum trium modorũ, ergo omnium ipsorum opera manifestabuntur, & sic de omnibus loquitur Apostolus.

Secũdo quia dicitur dies Domini declarabit: nam verum est, quòd dies Domini, ideſt, dies mortis, declarabit omnia hęc tria genera operum, & operantes: nam in morte apparebit cuique an opera sua fuerunt digna vita ęterna, vel pœna ęterna, vel flamma purgatoria per hoc, quòd quilibet homo assequitur vnum de his tribus locis.

Tertio etiam, quia dicitur vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit: nam ad omnia tria genera operum extenditur, & ignis distinguit illa, non quòd ignis omnia vrat, sed quòd per operationem ignis appareat qualia sint: nam opera digna vita ęterna non poterunt tangi ab igne, & ideo qui ea egerunt non lędentur ab igne, & per hoc apparebit qualia erũt opera illa, cum habens illa merito eorum non possit ab igne tangi, qui vero opera digna morte ęterna habuerit, habebit probationem ex igne per hoc, quòd ignis tam opera quàm opera facientem consumet in ęternum puniendo, qui vero egerit opera digna purgatione per hoc manifestus erit, quòd opera sua consumentur, & tamen operans saluabitur, nam cõsumptis impuritatibus operum purus euolabit ad vitam ęternam.

Cum autem dicitur, si cuius opus manserit, qui ędificauerit mercedem accipiet, intelligitur de solis operibus dignis vita ęterna: nam per illa accipiet homo mercedem, per alia autem non recipiet nisi detrimẽtum, aut damnationem.

Cum vero dicitur, si cuius opus arserit detrimentum patietur, licet ex vna parte possit referri ad omnia mala opera, quia omnia illa ardebunt, tamen quia adiungitur, ipse autem saluus erit, necesse est intelligi de solis, qui purgantur, quia illi saluantur.

Cum dicitur, quòd aliqui ędificant aurum, & argentum,

gentum, & lapides pretiosos, & alij lignum, fęnum, & A stipulam, potest intelligi de omnibus tam de bonis quàm de damnatis, & purgandis, & tamen secũdum expositionẽ quam nunc possumus signat solum bonos, & purgandos, non autem damnatos. Et ita apparet, quòd in auctoritate Apostoli aliqua ponuntur, quę pertinẽt ad omnes homines damnatos, & bonos, & purgandos, alia vero ad quosdam solos, & tamen non potest euitari quin ibi dicatur de purgatione peccatorum, quæ fit post mortem per ignem, & hoc est, quod volebamus inducere, & ideo non intelligitur ignis ille de igne conflagrationis, qui in die iudicij apparebit, & sic non erit ille ignis in quo purgabuntur venialia, quæ non fuerint hic consumpta, sed oportet poni ignem Purgatorium post mortem, in quo pur- B gentur, qui huiusmodi peccata habent.

Quare quis torquetur in purgatorio, scilicet, si decesserit in aliquo onere implendo &c. Quæst. DCXCVIII.

AMPLIVS autem apparet hoc ex conditione inexpletarum satisfactionum pro peccatis prętеritis, quia aliqui sunt, qui decedunt inexpleta illa, scilicet, tam satisfactione imposita per Ecclesiam quàm satisfactione debita secundum Dei iudicium, contingit enim vtranque esse impositam, vt siquis mox, vt impositа fuerit sibi pœnitentia per sacerdotem moriatur, aut post paucos dies, ita quòd nondum expletum sit quod sacerdos iniunxerit: nam tunc vtraque C satisfactio inexpleta manet, differunt quidem hæ satisfactiones, non quidem velut diuersę, sed quia vna superaddit ad aliam: nam quia quantitas pœnitentię est redacta ad arbitrium sacerdotum imponuntur, vt communiter paruę pœnitentię, & quę non sufficiunt ad satisfaciendum pro peccatis: ideo licet expleatur illa pœnitentia, adhuc manet homini pœna purgatoria, siquis tamen expleat satisfactionem taxatã a Deo non maneret ei pęna purgatoria. Ista autem taxatio pęnę pro singulis peccatis, quæ a Deo fit est nobis, & toti Ecclesię ignota, nec potest omnino notificari, & tamen siquis compleat manet liber ab omni debito, D pœnæ post hanc vitam, interdum autem homo expleteam, & addit aliquid, & tunc non solum nulla pœna manet ei post vitam, sed etiam crescit in meritо, vt communiter tamen non explent homines istã satisfactionem debitam secundum Dei taxationem pro omnibus peccatis suis, & ideo necesse est manere pœnam post mortem: nam iste non potest decedens statim deduci ad vitam ęternam, neque ad gehennã, ergo necesse est locum medium poni non ad vitam ęternam, quia non intrat illuc, nisi qui mundus est, & tamen qui obligatus est ad aliquam pœnam, licet nullum ei peccatum maneat non est penitus mundus, etiam quia esset melioris conditionis cito moriens, & qui paruas pœnas hic tolerauit, vel qui paucas tole- E rare voluit: nam haberet ille moriens statim vitam ęternam, sicut ille, qui expleta satisfactione decessit, & hoc inconueniens est: ideo manent pœnę, quę inexpletę sunt.

Item ad diuinam iustitiam pertinet, quòd ille plene pro peccatis suis puniatur, qui peccata commisit, sed iste viuens non explenit pœnam debitam, ergo manet ei post mortem. Neque iste damnabitur ad gehennam, quia decedit in charitate, & sine aliquo peccato veniali, & mortali, manet ergo locus medius, scilicet, in quo pœnæ sint, & tamen non ęternę, sed expleatur satisfactio, quæ hic fuit inexpleta, & tunc anima euolet ad vitam ęternam. Neque obstat, quòd pœnæ istæ debitę completè soluantur in igne conflagrationis; nam hoc non potest esse, vt ostensum est supra, erit ergo locus medius, qui Purgatorius dicitur, in quo temporaliter animę maneant ad explẽdam satisfactionem.

Item Apostolus de signauit hunc locum Purgatorium, & conditionem eius post mortem 1. Corin. 3. cap. cum dixit, quale vniuscuiusque opus fuerit dies Domini declarabit, ideſt, dies mortis, qui vocatur dies Domini, vt supra ostensum est, dicitur si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, ergo post mortem consumuntur opera alicuius, ideſt, peccata per ignem, ipse tamen saluatur, sed hoc non est nisi in igne purgatorio temporali, ergo necesse est poni illum.

Item ostenditur hoc ex consuetudine generali vniuersalis Ecclesię introducta ab Apostolis orandi pro mortuis, non tamen orat pro existentibus in vita ęterna, quia non indigent, neque eis orationes nostrę prosunt, non etiam pro existentibus in inferno, quia licet orationes essent eis necessariæ, non possunt prodesse, quia sunt in peccato mortali: ideo orant pro illis, qui in charitate sunt, & indigent, quia isti susciperе possunt, & indigent, non autem indigent, nisi qui in pœnis sunt, non possunt autem recipere, nisi qui sunt in charitate: ideo oportet esse aliquos tales, & hi sunt de quibus dictum est, quòd purgantur post mortem de peccatis venialibus, vel de satisfactione inexpleta.

Item hoc dicit Gregorius Nisenus in sermone de defunctis: siquis in hac labili vita purgare peccata minus potuerit, post transitum hinc per Purgatorij ignis conflagrationem cuius magis ac magis fidelis sponsa dona, & hostia in passionis memoriam offert pro filijs, quos ipsa verbo, & sacramento rei præclare genuit pœna alacriter expeditur, secundum quod prædicamus dogma veritatis seruantes, ita & credimus. Item Theodoricus episcopus dicit super illud 1. Cor. 3. cap. sicut Apostolus dicit, quòd saluabitur sic tanquam per conflatorium ignem purgantem quidquid interuenit per incautelam prauæ vitæ ex puluere saltem pedum terreni sensus, in quo igne tandiu manet quandiu quidquid corpulentię, & terreni affectus inhęsit purgetur, pro quo mater Ecclesia orat, & dona pacifica deuote offert, & sic per hoc mundus videtur purus exiens, Domini Sabbaoth purissimis oculis immaculatus assistit.

Præcedentia autem dicta sunt, quia aliqui erraverunt putantes non esse purgationem aliquam post vitam, & occasio fuit istis errandi, quia volentes vitare vnam hæresim inciderunt in aliam, sicut Arrius dum vitare voluit errorem Sabellij confundẽtis personas diuinas, & efficientis eas esse vnam incidit in contrarium errorem, vt essentiam quoque diuideret ponens tres personas substantialiter distinctas: & Eutiches dum vitare voluit errorẽ Nestorij diuidentis in Christo duas personas, scilicet, aliam hominis, aliam Dei incidit in errorem contrarium, quia posuit vnam naturam esse hominis, & Dei cum duæ sint, sic & Origenes errauit dicens, post mortem omnes pœnas esse purgatorias, ideſt, temporales, & ideo finiendas aliquando, scilicet, quòd tam pœnæ dæmonum quàm oĩum damnatorum terminentur aliquando, & omnes liberandi sunt, & saluandi, quod falsum est, ideo aliqui volentes hunc vitare errorem dixerunt esse post mortem nullam pœnam purgatoriam, sed aut nullam, aut ęternam, & ita abstulerunt isti purgatorium post mortem.

Sed dicendum, quòd etiam istud est error, quia oportet poni pœnam purgatoriam, quia sicut decedentes in mortali habent pœnam ęternam, ita decedentes in venialia, vel in satisfactionibus non expletis habent pœnam temporalem, & ista est purgatoria

propter

propter causas supra positas,& sic sancta mater Eccle sia nullam hæresim asserit, sed inter omnes hęreses mediam viam tenet,quę est catholica professio.

An per lignum, fœnum, & stipulam intelligat Apostolus venialia, & quomodo ædificentur super fundamentum.
Quæst. DCXCIX:

SED quia dictum est supra de ligno,fœno,stipula, per quę solent aliqui accipere res pertinentes ad purgatorium,quæ sunt peccata venialia, quęritur an sint peccata venialia, vel mortalia, vel quid sit, & quomodo ędificentur supra fundamentum.

Aliqui dicunt, quòd neque sint venialia, nec ędificentur supra fundamentum, quia supra summum nihil potest ędificari,sed fundamentum ędificij spiritualis est in summo, vt dicit Glo.1. Corin.3.cap. super illud,ergo nihil potest ędificari.

Secundo quia ędificium per fundamentum sustentatur. sed peccata venialia non sustentātur per fundamentū spirituale, quod est fides per dilectionem operans,ergo lignum, fœnum, stipula quæ superædificantur non sunt peccata venialia.

Tertio quia super illud Isa. 5.ca. vę qui coniungitis domum ad domū dicit Hierony.hęretici coniungunt dogmata dogmatibus, qui super fundamentum debuerunt ędificare aurum,& argentum,& lapides preciosos,ędificant lignum,fœnum,& stipulam, sed hęretici dogmata falsa confingentes non peccant venialiter, sed mortaliter, ergo lignum, fœnum, stipula non sunt peccata venialia.

Quarto quia secundum Ambro. doctrina Apostolica est fundamentum, ille autem superædificat, qui veniens post Apostolos docet siue bonus siue malus sit,sed bene docentes post Apostolos ædificant aurū, & argentum, & lapides preciosos in quibus doctrina præclara signatur mali autem,qui docent ędificant lignum, fœnum, & stipulam, in quibus vana, & friuola doctrina signatur, sed vana doctrina, & friuola circa ea, quæ fidei sunt, est peccatum mortale, ergo per lignum, fœnum, & stipulam non signantur venialia, & sic non purgantur ista igne purgatorio.

Dicendum, quòd nō est dubium quin per lignum, fœnum,& stipulam secundum Apostolum intelligātur venialia:nam ipse ponit ista per ignem cremanda, eos tamen, qui ista portant saluandos esse 1. Corin. 3. cap. & hoc non fit circa mortalia, quia non saluatur, qui illa habet,neque etiam bona opera signātur, quia illa non cremantur per ignem,ergo venialia sunt,quę tanguntur,& consumuntur ab igne, sed qui ea portāt saluantur. Secundo patet,quia istud tenet Aug.super Epistolam ad Corin. dicens, post istius sane corporis mortem donec tempus veniat ad diem damnationis, & remunerationis, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum, qui ædificāt lignum, fœnum,& stipulā, huiusmodi ignem dicantur perpeti,quem alij nō sentiunt,qui huiusmodi ędificia nō portauerunt,vt inueniat ignē trāsitorię tribulationis venialia cōcremantē non redarguo,quia forsitan verum est.

Tertio apparet, quia venialia peccata adiuncta charitati possunt consumi per ignem: nam non respondet eis pœna ęterna,ideo secundum modum loquendi scripturæ per metaphoram conuenienter signātur per aliqua,quę igne consumuntur,& sic sunt lignum, fœnum,stipula,& non sicut aurum,& argentum, quæ igne non consumuntur,quia pura sunt.

Quare peccata venialia non fuerunt ab Apostolo designata per vnum tantum,sed per multa,& an illa inter se differant.
Quæst. DCC.

SED dicetur quare posuit Apostolus multa: nam sufficiebat poni vnum, vt diceret lignum, vel fœnum,aut quod voluisset.

Dicendum, quòd fuit ad designandum conditionem peccatorum venialium in combustione:nam sicut se habent venialia in essendo, ita se habent in pœna,quæ eis respondet, & quia non sunt omnia venialia vnius modi,neque etiam debetur eis idem modus pœnæ ignis: ideo per diuersa cremabilia signari debuerunt.

Sed quæretur quare ista combustibilia plura non ponuntur vnius modi,sed quędam magis durantia in igne, & alia minus.

Dicendum,quòd factum est ad ostendendum conditionem venialium, nullum enim veniale habet pœnam ęternam, sed temporalem si charitati adiūctum sit, & tamen quibusdā respondet pęna longa, alijs pœna breuis, & ita sicut sunt multi modi venialium, ita quędam citius, alia tardius cōsumuntur, & tardius,& citius liberantur, vel purgantur, qui ea habent, & ad hoc ponuntur cōuenienter ista tria, quę differunt inter se in tardiori, & velociori combustione: nam lignum tarde consumitur, stipula cito, fœnum medio modo. Sed quæretur quare potius posuit Apostolus tria combustibilia quàm plura,aut pauciora.

Dicendum,quod ista differentia, quę est inter peccata venialia quantum ad tardam, & velocem combustionem est secundum quantitatem,& non secundum speciem,& differentia secundum quantitatem, aut magis, & minus potest crescere in infinitum, & ideo posset ponere in infinitum Apostolus differentias combustibilium,sed ęqualiter non poterat nobis designari diuersitas combustionis peccatorum venialium, quia differentię indiuiduorum multiplicātur in infinitum:ideo debuerunt ista ostendi quantum sufficerent exemplariter. Ad hoc autem fuit conueniens distinctio trimembris, quia fit secūdum quantitatem, & omnis perfectio quantitatis ternario numero cōprehenditur propter principium rei,medium,& finē, & etiam quia in corporibus ista tria considerantur, l. latitudinem,longitudinem,profunditatē, & ita Arist. laudauit hunc numerum 1.de Cę.& Mun.& dixit illū competere in sanctificationibus deorum,& ita cōueniēter Apostolus tria combustibilia posuit, quia quædam sunt maxime durātia in igne, quędam minime, quędam medio modo,maxime durantia venialia per lignum designātur,minime autem durantia, & leuissima omnium venialium per stipulam, quę in igne minime durat, mediocria autem in venialibus ostenduntur per fœnum,quod medio modo inter lignum, & stipulam durat.

Ad primum dicendum, quòd eo modo quo Christus,aut fides, vel charitas dicūtur esse fundamētum, conuenit ædificari aliquid super illa:nam super fundamentum semper aliquid ponitur, quia aliter non est fundamentum, in spiritualibus autem accipitur fundamentum, & hoc secundum conditionem fundamenti in materialibus.Habet enim se in materialibus res ędificata ad fundamētum dupliciter. Vno modo, quia est posterior fundamento: nam fundamentum prius ponitur, & ideo quod ędificatur posterius est. Alio modo, quia quod ędificatur ponitur supra fundamentum, & est excellius illo. In spiritualibus fundamentum vocatur propter primam comparationē, & non propter secūdam. Nam Christus, vel fides,aut charitas est fundamentum,& hoc est prius omnibus, quæ nos superędificamus, quòd ab ista ratione prioritatis potest vocari fundamētum, quod Apostolus dixit,quòd nemo aliud potest ponere quàm sit positū, & est Christus. quantum ad secundum non dicuntur aliqua fundari super fundamento, quia non sunt opera nostra excellentiora fundamento, immo illud est maius,& altius omnibus,& ita argumētum procedit, quòd super summo non potest aliquid ędificari, scilicet,vt sit superius, sed bene aliquid dicitur super illo ędificari, ita vt fundamētū dicatur ad illud prędedere.

Responsio ad 2.rationem posi.q.699.quomodo ędificantur super fundamentum venialia. Quæst. DCCI.

AD secundum dicēdum,quòd venialia,quæ sunt lignum,fœnum,& stipula ędificantur super fundamento,quod est Christus,vel est charitas,quia accipiunt stabilitatem ab illo.

Est autem verum, quòd de ligno, fœno, & stipula quid sint,multi dubitant. Et aliqui volunt, quòd sint peccata mortalia, & hoc cōuenit aliqualiter intentioni Apostoli,aut cōuenire videtur, inquantum ipse dixit se posuisse fundamentum sicut ponit sapiens architectus,& dicit,quòd illud fundamentum est Christus, & quòd nemo aliud fundamentum ponere potest,& manifestum est,quòd ibi loquitur de fundamēto doctrinę, quia ipse docebat Corinthios, & tamen ędificatio, & fundamentum debent esse eiusdem cōditionis,sic ergo ad doctrinam pertinet fundamentū, & etiā ędificatio, & ita videtur Apostolus facere differentiam ibi bonę doctrinę, & malę doctrinæ, & tamen mala doctrina est peccatum mortale, ergo de mortalibus ibi loquitur, & illa erunt lignum, fœnum, & stipula.

Sed dicendum,quòd istud potest aliquo modo intelligi,ibi tamen ad istum sensum non potest applicari tota litera. Et patet primo, quia non faceret differentiam Apostolus inter lignum,fœnum,& stipulam, quia per stipulam signantur leuissima cremabilia, & tamen nullum mortale est tale, quia omne mortale durat in ęternum in combustione,stipula autem subito consumitur,ergo non posita est ista distinctio ligni, fœni,& stipulę pro mortalibus.

Secundo quia dicitur, si cuius opus arserit detrimentum patietur,ipse autem saluus erit, & tamē, qui in mortalibus decedit non potest saluari,ergo non signantur mortalia per hæc,& istud est necessarium argumentum.

Tertio quia si per lignum, fœnum, & stipulam signarentur mortalia, esset insufficiens distinctio Apostoli,deberent enim poni tria membra,quia per aurū, argentum, & lapides preciosos necesse est accipi sola opera bona, quia illa sola non patiuntur ignem, si ergo per lignum,fœnum,& stipulam signentur mortalia, per aurum, argentum, & lapides preciosos opera bona, necesse est accipi alterum membrum pro peccatis venialibus,quę in igne consumuntur,sed nō manent semper sicut mortalia, & ideo non accipiuntur lignum &c.pro mortalibus.

Vnde dicendum, quòd licet possunt aliquo modo mortalia vocari lignum, fœnum, & stipula, & quòd Apostolus intellexerit de eis, tamen tota litera illa nō potest applicari secundum illum sensum, accipiendo autem de venialibus potest applicari litera tota sine calumnia, & tamen si mortalia accipiantur per hæc poterit dici,quòd hęc fundantur super fundamētum, quod est Christus, vel fides,aut charitas, vt infra dicetur statim.

Alij dicunt,quòd per lignum,fœnum, & stipulam accipiantur non venialia, sed opera bona quibus aliquis motus peccati venialis se immiscet, vt si quis faciat bonū in quo insurgit aliquis impetus inanis glorię,& dicunt talia opera ędificari super fundamētum quod est Christus, vel charitas quantum ad id, quod est in eis de bono,non quantum ad peccatum veniale quod ibi intercidit.

Sed dicendum, quòd non stat, primo quia si non ędificantur ista opera super fundamentum nisi quantum ad illud, quòd sunt pura bona:ideo non differrēt ab auro,argēto,& lapidibus preciosis, & tamen Apostolus ponit aliam ędificationem auri,& argenti,& lapidum,& aliam ligni,fœni,& stipulę, ergo non vocantur prædicta lignum,fœnum,& stipula.

Secundo & præcipue, quia hæc ędificata dicuntur vrinā dicitur, si opus alicuius arserit, & opus eius vocatur,quod superędificauerit, & ędificatur ibi lignū, fœnum, stipula, & non vruntur nisi inquantum ędificata,sed inquantum ędificata dicunt isti illa esse bona, sed bona non vruntur,sed mala, ergo non est conueniens positio,sed necesse est accipi per lignum, fœnū, & stipulam peccata venialia,& illa vrūtur, & illa quoque super fundamentum ędificantur, & ita non est inconueniens.

Cum vero obijcitur, quòd ędificium sustentatur super fundamentum,& non potest veniale sustentari super charitatem,vel fidem operātem per dilectionē.

Dicendum,quòd non solum super charitatem, vel fundamētum spiritualis ędificij fundatur veniale, sed etiam mortalia, quia dicitur aliquid tripliciter super fundamentum ędificari. Vno modo directo situ, ita quòd supra fundamētum firmetur,& sic solum bona opera fidei formatæ,idest,fidei, & charitatis fundātur supra fundamentum,quia fundamentum est charitas, vel fides operans per dilectionē,& dicuntur hoc modo superędificari,sed quia superędificari est super fundamētum esse, & super dicit diuersam habitudinem, ideo superędificari dicuntur aliqua diuersimode. Secundo enim modo dicitur superędificari, quod iuxta fundamētum est,quia super signat iuxta, vt illud Psal. 137.Super flumina Babylonis illic sedimus,ideſt, iuxta flumina, non enim erant super flumina, quia non erant super aquam,& hoc modo venialia ędificantur super fundamentū, quia licet directo situ non erigantur supra fundamentum,stant tamen iuxta illud, & ei non aduersantur,quia charitatem siue fidem formatā non tollunt. Tertio modo dicitur aliquid esse super ideſt post, & sic vocamus superstites eos, q̄ post mortē aliorum manent, & sic mortalia quoque ędificantur super fundamētum,quia postquàm quis charitatem, vel fidem formatā habuerit peccat mortaliter, & ista operatio dicitur ędificatio, quia omnis operatio nostra nomine ędificationis designatur per metaphorā, & super fundamentum est,quia post illud est,& tamē non est supra illud,ideſt,quòd erigatur supra illud,immo potius fundamentum ipsum destruit,quia nō potest manere fundamentum cū peccato mortali,& verum est,quòd qui talia opera habuerit, vel superędificauerit patietur detrimentum,quia ardebit opus eius, & tamen ipse non erit saluus sicut dixit Apostolus, ipse autem saluus erit quasi per ignem, quia illud non potest accipi nisi de peccato veniali, vt supra dictum est.

Ad tertium dicendum,q̄ sensus scripturę est vnus quē intēdit ille,q̄ scripsit, & ille est verus sensus literę, & vocatur principalis,multos in sensus potest recipere scriptura, non q̄ sint sensus eius, sed quia possunt ei adaptari,& ita est de sensu quem dedit Hieron. per illam applicationem,scilicet, quòd hęretici dogmata dogmatibus adiungunt cum ędificant lignum, fœnum, & stipulam, quia non est sensus quem Apostolus

lus voluit facere, sed quem litera pati potest per applicationem. Et hoc patet, quia non posuit illum Hiero. exponendo illum locum Apostoli, sed exponēdo Isaiam, & applicat illa verba ad sensum Isaię, & interdum in talibus non tenetur sensus principalis scripturę, sed taliter qualiter facere potest ad propositum illius scripturę ad quam applicatur.

Aliter potest dici, quòd etiam illud intēderit Apostolus loquens contra eos, qui praua docēt, quorum opera cremabuntur per ignem, & tamen non potest isto modo tota litera Apostoli applicari, vt supra dictum est.

Ad quartum potest dici, quòd potest per fœnum, lignum, & stipulam signari doctrina quorūdam inconueniens, & tamen non est necesse, quòd isti peccent semper mortaliter. Siquis enim circa fidem falsa prædicet, vel scandalosa, peccat mortaliter, aliquis autem potest prędicare, vel docere friuola, vel vana, q̄ tamen nō sunt falsa nec aduersantur directe fidei, sicut de illo Episcopo, qui grammaticam populo exponebat cum legem Dei deberet docere, & talis non semper peccat mortaliter. sed potius venialiter, vel si recta docens dicat ex inani gloria, quia tunc ista inquantum habent quandam impuritatem siue ex parte docentis siue ex parte suiipsorum possunt vocari lignum, fœnum, & stipula, ergo erunt venialia, & ędificabuntur super fundamentum.

Aliter potest dici, quòd non est sensus de falsa doctrina hæreticorum, quę est peccatum mortale, sed est sensus iste per applicationem, & non sensus principalis Apostoli, sicut dicebatur de dicto Hieronymi.

An sint ijdem, qui ædificant lignum, fœnum, & stipulam, vel diuersi. Quæst. DCCII.

QVAERETVR etiam occasione prędcedentium, an sint ijdem, qui ędificant lignum, fœnum, & stipulam, vel diuersi.

Aliqui dicunt, quòd ijdem sunt, qui vtraque ędificant, quia secundum August. per aurum signatur Dei contemplatio, per argentum dilectio proximorum, per lapides pretiosos bona opera, sed illi, qui aliquos inordinatos affectus habent ad res temporales qui dicuntur lignum, fœnum, & stipulam ędificare, cōtemplantur aliquando Deum, & diligunt proximum, & aliqua bona opera faciunt, ergo ijdem sunt, qui vtraque ędificant.

Secundo quia sicut dicitur 4. Sen. dist. 21. illi ędificant aurum, & argentum, & lapides pretiosos, qui cogitant, quę Dei sunt, quomodo placeant Deo, sed tales etiā committunt venialia, quia nemo est, qui possit dicere, quòd peccatum nō habet 1. Ioan. 1. ergo cum venialia sint lignum, fœnum, & stipula ignem sustinebunt, qui vero superędificant aurum, & argentum, & lapides pretiosos, de vtroque igne securi sunt, non solum de illo, qui cruciaturus est impios in ęternū, sed etiam de illo emundatorio quo purgabūtur quidam saluandi, ergo non sunt ijdem, qui vtraque superędificant, cum quidam sint securi, & alij non.

Dicendum, quòd de hoc non immerito dubitari potest, eo quòd ex litera Apostoli non videtur manifeste an de diuersis, vel de eisdem dicatur: nam litera habet sic, fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus, siquis autem superędificat super fundamētum hoc aurum, argentum, & lapides pretiosos, lignum, fœnum, & stipulam vniuscuiusque opus manifestū erit, & ita omnia posuit sub eodem contextu, vnde poterat intelligi, quòd idem omnia ędificaret.

Sed est dicendum, quòd aut aurum, argentū, & lapides pretiosi signant omnia opera bona, aut quædā specialiter: nam opera bona signant: si enim signent omnia opera bona necesse est, quòd ijdē sint, qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, & aurum, & argentū, & lapides pretiosos, quia illi, qui opera bona faciunt peccant aliquando venialiter, & tamen venialia signātur per lignum, fœnum, stipulam. Si autem accipiatur aurum, argentum, & lapides pretiosi pro quibusdam bonis operibus specialiter, dicendum est, quòd non sunt ijdem, qui vtraque superædificant.

Est autem dicendum, quòd Apostolus non voluit esse eūdem, qui omnia ędificaret. Primo quia dicitur vniuscuiusque opus manifestum erit, & ita nō est idē ędificās, quia dicitur vniuscuiusque opus, & sic est distinctio operum, & operantis. Secundo quia dicitur, si cuius opus arserit detrimētum patietur, ergo videtur, quòd aliquorum opera ardent, & aliorum non, & tamen si ijdem essent, qui vtraque ędificarēt, omnium opera arderent, & omnes paterentur detrimentum, sed non vult hoc Apostolus, ergo non sunt ijdem, qui vtraque ędificant.

Fœnum, lignum, & stipula quid significent. Quæst. DCCIII.

CIRCA hoc autem dicendum, quòd per fœnum, lignum, & stipulam signentur venialia, & nemo sit tam bonus, qui aliquando non peccet venialiter, non dicuntur tamen omnes ędificare lignum, fœnum, & stipulam, sed aliqui. Sic enim distinguimus actiuos, & contemplatiuos, & dicuntur actiui ab agendo, & contemplatiui a contemplando, & tamen actiui aliquando contemplātur, & contemplatiui aliquando agunt, non ergo dicuntur ab eo, quod solum habent, sed ab eo, quod præcipue habent, vel cui magis insistunt. Ideo cōtemplatiui dicentur, qui magis contemplationi quam actioni insistunt, & actiui, qui magis actioni quàm contemplationi, licet quisque ad vtramque rem se habeat. ita licet omnes boni ędificent simul aurum, argentum, lapides pretiosos, & lignum, fœnum, stipulam, non dicuntur omnes ędificare lignum, fœnum, stipulam, sed qui bona pręcipua faciunt, etiam si aliqua venialia cōmittant non dicuntur ædificare lignum &c. quia ardore bonorum operum non manent illa parua venialia: nam Apostolus non loquitur de ista ædificatione nisi inquantum manet in homine vsque ad mortem, ita vt purgari indigeant aliquo igne post mortem: si autem committat hic quis venialia, quæ non maneāt vsque ad mortem, non dicitur ędificare venialia, quia nō inuenitur in eo tempore mortis aliquid quod per ignem transeat, ac si nunquam ędificasset lignum, fœnum, stipulam, sed manent in eo sola bona opera, & ita videtur iste ędificasse solum lapides pretiosos, aurum, & argentum, tales autem aliqui sunt, qui magnā charitatem habentes afficiuntur valde ad Deum, & ad proximum, & ideo si interdum hic ex affectione temporaliū aliqua venialia committāt sunt illa parua, & in tanto incēdio charitatis consumuntur, ita vt nō maneant, neque appareant, & sic post mortē non manet aliquid de his purgandū. Alij autem sunt, qui & si bona faciant, tamen hęc terrena amāt, quibus magno affectu inhęrent, licet illa non præponāt Christo, quia tunc destruerent fundamentū peccando mortaliter, & in his affectibus perseuerant vsq; ad mortē, & ideo licet bona opera faciant manent cū eis venialia, q̄ volcantur lignū, fœnū, stipula, & non consumuntur, quia manent semper in his desiderijs, & charitas eorū non est tanta, vt consumere possit venialia, iō dicūtur hi ędificare venialia, & non aurū, argentū, lapides pretiosos,

sos, licet bona opera faciant, & hoc maxime, quia ex commissione venialium bona opera obscurantur, & non retinent vigorem illum, qui requiritur ad hoc, q̄ signentur per aurum, & argentum, & lapides pretiosos, quę omnia valde vitent. Et ita respōdet Magister 4. Sen. dist. 21. Non omnis, qui venialiter peccat lignū, fœnum, & stipulam ędificat, sicut è contrario nō omnis, qui cōtemplatur Deū, & diligit proximū, & opera bona facit ędificat aurum, argentū, & lapides pretiosos, & tamen in auro intelligitur contēplatio Dei, in argento dilectio proximi, in lapide pretioso bona opera, sed illi, qui ędificāt lignum, fœnum, stipulā Deū cōtemplantur, proximum diligunt, & opera bona faciunt, neque ędificant aurum, argentum, lapides pretiosos, hęc enim ille ędificat, qui sic illa tria facit, vt cogitet ea, quę Dei sunt, quomodo placeat Deo, per lignum vero, fœnum, & stipulam accipi possunt rerū secularium quamuis licite concessarum tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint, hæc ergo ędificat is, qui cogitat, quæ mundi sunt, & quomodo placet mundo, qui circa diuitias suas quodam carnali tenetur affectu, & tamen ex eis multas eleemosynas facit, neque pro eis aliquid fraudis, aut rapinę molitur, & infert statim Magister ibidem dicens. Ex his igitur patet, quòd non idem homo simul hęc, & illa ędificat, illa enim ędificatio perfectorum tantum est, qui nō cogitant placere mūdo, sed tantum Deo, quia & si venialiter aliquando peccant, feruore charitatis, ita assumitur in eis peccatum sicut gutta aquę in camino ignis, & ideo nunquam secū portant cremabilia, hæc autem ędificatio minorum est, qui non tantum Deo, sed etiam mundo placere cogitant Deum, tamē præponunt, si vero mundum præponerent nō superędificarent, sed destruerent fundamētum. affectiones igitur carnales quibus dediti sunt domibus, coniugibus, possessionibus (ita vt nihil præponatur Christo) illis tribus significātur, quę in mentes perfectorū non cadunt, & si alia venialia admittant, in cordibus vero minorum sępe durāt vsque in finem, qui cum talibus ędificijs transeunt, sed soluētur in igne, ipsi vero meritō fundamenti salui erunt, grauissimam tamen pœnam sentient. Argumenta in oppositum ex dictis solui possunt. Sed ad primum dicendum est, quòd qui ędificant aurum, argentum, & lapides pretiosos committunt venialia interdum, & tamen non ob hoc dicuntur ędificare lignum, fœnum, stipulam, quia absorbentur ista venialia feruore charitatis eorum, & sic nō manent vsque ad mortem, vnde non portant secum aliqua cremabilia, sed pro tanto dicitur ista ędificatio, q̄ ille, qui talia ędificauerit habebit aliquid quod cremetur post mortem, ideo nō ędificant hi lignum, fœnum, & stipulam. Cum vero è cōtrario arguitur de illis, qui venialia committunt, quia hi Deum contemplantur, & proximum diligunt, & bona opera faciunt, quę signantur per aurum, argētum, & lapides pretiosos. Dicendum, quòd non sufficit, sed debet esse tanta charitatis, vt consumantur ista in eo viuente, & nō maneant post mortem quasi nihil ędificasset nisi aurum, argentum, & lapides, quia nihil haberet cremandum. Ad secundum potest dici vno modo secūdum intentionem Magistri, 4. Sen. di. 21. q̄ nō omnes peccantes venialiter dicuntur ędificare lignum, fœnum, & stipulam, sed soli illi, qui quodam affectu carnali tenentur ad coniuges, domos, & possessiones, & hæc dicunt signari per fœnum, lignum, stipulam, & ideo posuit Apostolus tria cremabilia, quia illa tria sunt, de perfectis autem dicit, q̄ non habent tales affectus, ideo licet peccent venialiter non ędificant lignum, fœnum, & stipulam. Sed hoc non multum stat, tum quia omnia venialia quæcunque sint si vsque ad mortem maneant, cremantur igne Purgatorio, ideo vocantur lignum, fœnum, & stipulam, & ideo non est verum, q̄ illa tria sola vocētur sic, tum quia etiam in electos cadit affectus istarum rerum, licet minus eis inhęrear, & absorbeatur feruore charitatis, ideo ipsi quoque perfecti, & electi quicunque hoc modo ędificarēt lignū, fœnum, & stipulam. Dicendum, ergo q̄ sicut dictum est supra, q̄ perfecti incidunt in venialia, & possunt incidere in quęcunque venialia, quæ vocantur lignum, fœnum, stipulam, sed parum in eis manent cum absorbeantur ab incendio charitatis, ideo nō dicuntur ędificare hęc, quia soli illi talia ędificant, qui ista in morte secum ferunt cremanda, & tunc velut cremabilia diuersa vocantur lignum, fœnum, stipula, sed perfecti viri non habent talia in morte, quia omnia consumuntur in eis viuentibus ex feruore charitatis, ideo nō dicuntur illi ędificare lignum, fœnum, stipulam, licet mortaliter peccent, sed soli imperfecti.

An venialia adiuncta mortalibus vocari possint lignum, fœnum, & stipula, idest, an peccatum veniale adiunctum mortali puniatur pœna æterna, vel temporali. Quæst. DCCIIII.

QVAERETVR an venialia adiuncta mortalibus vocari possint lignum, fœnum, stipula, ita vt tēporaliter crementur, & consumantur.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia iuxta differētiam culparum debet esse differētia pœnarum, sed culpa mortalis in infinitum excedit venialē, ergo & pœna debita pro mortali excedit in infinitum pœnam debitam pro veniali, sed non potest hoc esse secundum acerbitatē, quia acerbitas quælibet pœnę est finita, neque aliquis posset susc ipere infinitam acerbitatem pœnæ, ergo debet esse differentia secundum durationem, & ita peccatum veniale adiunctum mortali habebit pœnā tēporalem, quæ finiatur, & ideo vocabitur lignum, fœnum, stipula, quia propter hoc sic vocantur, quia cito consumuntur. Secundo quia Deus non est acceptor personarum Act. 10. & ad Ro. 2. ca. esset tamen acceptor personarū si pro eodē delicto, & ęquali puniret duos homines inęqualiter, sed decedentes in charitate puniuntur tēporaliter pro venialibus, ergo & decedens in mortali simul cum veniali punietur temporaliter solū pro veniali, licet, p mortali puniatur ęternaliter. Dicendum, q̄ cum mortale, & veniale simul sunt, non quæritur an mortale sit lignum, fœnum, & stipula: nā licet, vt supra dictū est possint vno modo mortalia sic vocari, quia patiuntur ignem, tamen non pōt tota litera Apostoli applicari secūdū ea, etiā quia non conuenit eis alia proprietas horum. s. q̄ cito consumant, cū mortalia in ęternū maneāt in igne, sed dubitatio est de venialibus an cōiuncta cū venialibus vocētur lignum, fœnum, & stipula, & habeant punitionē temporalem solum. Est ad hoc dicendum, q̄ aut veniale manet post mortem cū mortali quātum ad culpam, aut solum quantum ad reatum pœnę, si quātum ad culpam, dicendū, q̄ nunquam potest dimitti, quia nullum peccatū potest dimitti ei, qui non habet charitatem, sed damnatus nunquam habebit charitatem, ergo nō poterit ei dimitti aliquod peccatum veniale, sed manente peccato semper manet pœna eius, ergo illius venialis erit pœna perpetua, quia nō tollitur peccatum. Si autem sit dimissum quantum ad culpā, vtpote quia dimissa fuerūt alicui venialia per charitatē, & statim peccans mortaliter decessit, non manet ibi culpa venialis, sed manet reatus ad pœnam. Est tunc dubium de pœna debita pro illo veniali an durabit in ęternum, vel erit temporalis. Et circa hoc sunt duæ positiones, vna est, q̄ licet in damnatis maneat pœna

ęterna

Universidad de Deusto

ęterna pro mortalibus, tamen pęna debita pro venialibus aliquando terminatur, & sic manent in minori pęna quàm prius. Alia positio est, quòd sicut pęna pro mortali durat in ęternũ, ita pœna pro veniali in inferno. Sed dicendum, quòd licet prima positio videatur prima facie verisimilis, & aliqui teneant eam, tamen non est secura, quia sicut nõ potest tolli post mortem culpa venialis propter causam dictam, ita neque potest tolli reatus alicuius pęnę: nam Matth. 5. cap. super illo verbo, Non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem dicit Glo. idest, minuta peccata, sed ille, qui in mortali peccato recedit nihil potest reddere, ergo pro peccatis venialibus punietur ęternaliter.

Secundo quia si habens reatum pœnæ pro peccato veniali puniretur temporaliter in inferno, etiã pro mortali peccato puniretur tẽporaliter, quia pro mortali peccato non debetur pęna in ęternum durans directe, quia alias quando quis contereretur nunquam posset satisfacere pro illo peccato, cum debeat soluere totam pœnam ad quam tenetur, sed manifestum est, ꝙ satisfacit soluendo pœnam temporalem, ergo pro mortali peccato non debebatur directe ęterna pęna, sed per accidens, scilicet, inquantum manens in inferno est in mortali, & qui sic est, non potest incipere vnquam soluere, & ideo etiã si esset pęna vnius diei fieret per accidens ætetna, sed ad hoc, quòd liberetur a pœna debita pro veniali oportet illam soluere, sed nõ potest, quia est in mortali, ideo cũ nunquam incipiat soluere aliquam partem illius pęnę, manet semper debitor totius pœnæ illius, vnde non differt illam esse magnam, vel paruam, quia per accidens efficitur ęterna.

Secunda ergo positio tenẽda est, scilicet, quòd maneat pęna pro veniali in ęternum, Deus enim nihil inordinatum relinquit, sed non põt ordinari culpa nisi per pęnam, ideo nunquam dimittitur culpa sine pœna: in illis autem, qui damnantur non põt aliqua culpa dimitti, neque aliquis reatus tolli cum sine charitate maneant, per quam culpa purgatur, & remittitur reatus, & ideo in moriẽtibus in mortali semper manebit culpa venialis, si in illa erant quando decesserunt, aut manebit reatus pęnę si erant obligati ad aliquam pœnã pro venialibus, dato ꝙ culpa venialis dimissa fuisset, & in illa pęna manebunt in ęternum, quę sit eis æterna per accidens, s. quia est sine charitate. Ad primũ in contrarium dicendum, ꝙ tantum differunt inter se pęnę peccatorum quantum peccata differunt in infinitum, nõ ꝙ culpa sit realiter infinita, sed quia auertit, & separat hominem a Deo, qui est bonum infinitum, veniale autem non separat a Deo cum possit stare cũ charitate, & etiã omnia venialia simul sumpta si possent superaddi in aliquo non auertunt a Deo, quia tamen neutra culpa est in se infinita, neutri debetur per se pęna infinita: nam pęna peccati mortalis nõ est per se, aut directe infinita, quia tunc non posset quis pro ea satisfacere cum esset in gratia, & tamẽ satisfacit, ergo est finita iuxta cõditionem culpę, & etiam est quædam maior alia, nam non ponitur pœnitentia ęqualis pro omnibus peccatis ab homine, nec a Deo datur æqualis pœna purgatoria, ideo non est directe infinita, sed finita, & pro qua potest homo satisfacere, sed pro tanto efficitur pęna ęterna peccati mortalis, quia manet homo separatus a gratia, sed idem fit in veniali, ergo eadem ratione pęna peccati venialis, quę erat directe temporalis efficitur per accidens ęterna, & nõ est inconueniens.

Ad secundum dicendũ quòd non est acceptor personarum Deus, & tamen sine illa est pęnã inęqualis, quia existens in Purgatorio punitur pro veniali temporaliter, & in inferno existens pro eodem punitur ęternaliter, quia existens in Purgatorio habet gratiam, & charitatem, in cuius virtute purgantur, & dimittuntur peccata: ideo si est culpa venialis tollitur, vel purgatur per gratiam, cum pęna si non est reatus pœnæ remittitur, & tollitur, sed damnatus in inferno caret gratia per quàm fit remissio peccatorũ, ideo purgatur culpa venialis si manet, neque tollitur reatus, aut minuitur, neque pœna aliqua sufficit ad illum expiandum, cum ab existente in peccato nihil Deo soluatur, & sic fit iustum, ꝙ pro peccato veniali detur pœna ęterna non directe, sed per accidens. Simile est de mortali peccato, quia damnatus nunquam potest finire pęnam debitam pro mortali manens in inferno, & tamen si habita contritione de illo statim decedat, tolerabit totam pęnam debitam pro illo in Purgatorio, & illa erit temporalis, sic etiam quantum ad illos, qui hic satisfaciunt, quia poterit quis satisfacere sufficienter pro mortali, ita vt moriens non sit obligatus ad aliquam pęnam purgatoriam, & tamen si est quis in mortali, etiam si sponte toleret pœnas ad satisfaciẽdum pro mortalibus præteritis nunquam satisfaciet, neque incipiet satisfacere, sed manebit obligatus ad totam satisfactionem ac si nunquam cępisset satisfacere, & ita apparet quãdo venialia sunt adiuncta mortalibus, non possunt vocari lignum, fœnum, stipula, quia eorum purgatio non finitur cito sicut consumũtur cito in igne, lignum, fœnum, stipula, sed debetur eis per accidens pœna ęterna sicut mortalibus.

An vermis fletus, stridor dentium, ignis, aquæ niuium, tenebræ sint in Purgatorio. Quæst. DCCV.

QVAERETVR de pœna purgatoria in quibus consistit, & non quæretur de carentia visionis diuinæ quam habent manentes ibi per accidens, & a qua retardantur, quia ista in sola priuatione consistit, sed de pœna sensus quæritur, & hoc est, quia in inferno quoque damnatorum est pœna sensus, & ponuntur ibi multa, nam ponitur vermis, fletus, stridor dentium, ignis, aquæ niuium, tenebræ, vt supra ostensum est, an talia sint in purgatorio.

Aliqui putant, quòd omnia ista sint ibi, quia pœna purgatoria, & damnatorum non videtur differre, nisi quia vna est temporalis, alia ęterna, ergo quantum ad cętera similis erit, & ideo omnia, quæ inueniuntur in pœna damnatorum inuenientur in Purgatorio.

Dicendum, quòd proprie in Purgatorio est pœna ignis, & non videtur ponenda alia pœna nisi ista, quia nullam aliam inuenimus in sacra scriptura, nec a sanctis doctoribus nominari. De igne autem, quòd ibi ponatur patet, quia hoc Apostolus asserit 1. Corin. 3. ca. dicens, cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit quasi per ignem, ergo ignem patietur.

Secundo quia dicit, quòd opus vniuscuiusque probabit ignis, & ideo dicit venialia signari per lignum, fœnum, stipulam, quia illa sunt cremabilia, quasi ira venialia sumantur per ignem, & depurentur illi, qui ea habuerint.

Tertio quia dicit Grego. quòd sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ita sub eodem igne cruciatur damnatus, & electus purgatur, ignem ergo Purgatorium esse posuit.

Quarto quia dicit August. super Epistolam ad Corin. post istius corporis mortem quousque perueniatur ad diem damnationis, & remunerationis, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum, qui ædificauerunt lignum, fœnum, stipulam, huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alij non sentiunt, qui

qui huiusmodi ædificia non portauerũt, vt inueniãt ignem transitoriæ tribulationis venialia concremantem non redarguo, quia forsitan verum est, sed quia dicitur saluus erit, quasi per ignem contemnitur ille ignis, grauior tamen est quã quicquid homo pati potest in hac vita, & ita ignem posuit venialia concremantem, & nihil aliud.

Quinto idẽ videtur ex conditione nominis, s. quia qui venialia habent purgari dicunt, sed purgatio post hãc vitam dicitur ad similitudinem purgationis quæ fit in corporibus quæ est proprie dicta, & illa fit per remotionem sordium aut macularum, quæ adhærent vel ablationem impuritatum quę alienę sunt, & se immiscent naturæ rei. Ista autem purgatio hic nõ fit, nisi per ignem & aquam, quia ista duo habent vim tollendi impurum: sed hoc interest, quia aqua nõ potest tollere nisi maculas in superficie concretas quæ leuiter adhærent, ipsam vero impuritatem quæ penetrat corpus, & interius se infudit, aut rei se immiscuit non purgat aqua, sed ignis. Et ratio est, quia aqua rem intergram sinit, solam autem superficiem tangit, ignis vero agendo rem ipsam resoluit vsque ad minima: & iõ potest separare quicquid est alienum quantumcunque se immiscuerit: & ideo ignis est directe, & totaliter purgatiuus, & ipse solus adhiberetur in purgationibus, sed non adhibetur, quia quædam sunt quæ nõ sustinẽt ignem, sicut ligna, vestes, & similia. vnde purgantur ista, vt possunt leuiter, s. per aquam, quæ vero ignem sustinent perfectè purgantur vt metalla, sic patet Num. 31. ca. vbi Deus iussit lustrari omnia quæ de præda Terræ Madian ducebantur, & aliter non introduci in castra, & dixit quòd illa quæ poterant transire per ignem purgarentur per illum, quæ vero non poterant transire per ignem mundarẽtur per aquam lustrationis: & hoc etiam Deus attendit in purgatione mundi: semel enim mundũ purgauit de peccatis abominabilibus quæ inundauerant tempore Noe, & postea purgaturus est in fine seculi, quãdo resurgemus: primam purgationem fecit per aquam immittendo diluuium, secundam faciet per ignem conflagrationis: sed primam ideo fecit per aquam quia volebat ꝙ adhuc homines, & animalia manerent in mundo, & si per ignem purgaretur cõsumerentur omnia, & nõ manerent arbores neque mixta aliqua, sed omnia resoluerentur vsque ad componentia, quod nõ erat cõueniens: misit ergo aquam ad purgãdum, quę animalia quidem occidit, sed nõ consumpsit arbores & plãtas, neque abstulit vim seminalẽ de terra quæ est corporum mixtorum. secunda autem purgatio fiet per ignem qui omnia resoluet, vnde non manebunt animalia, nec plantæ, neque vis aliqua germinatiua in superficie terræ, quia ista est vis mixtorũ, sed manebunt omnia simplicia & pura præter hominem, ꝙ de mixtis manebit, & illa erit perfecta purgatio, & tũc fiet, quia iam non erunt mixta ad aliquid vtilia, vnde mundus poterit sustinere illam purgationẽ. De purgatione animarum idem est, nam erit illa purgatio totalis, ita vt nihil immundum maneat in animabus quæ habitare sunt gloriam, ergo fiet per ignem. Nisi forte dicatur, quòd anima nõ potest sustinere ignem, sed falsum est, quia ignis non potest corrumpere, aut dissoluere animam, quia incorporea est, ideo fiet purgatio illa per ignem, & non per aquam.

Sexto patet, quia solẽt quærere doctores quare pœna inferni multis nominibus solet appellari, vt ignis, sulphur, spiritus procellarum, pœna autem purgatoria vnico nomine, s. ignis designatur. & dicũt causam esse, quia pœna inferni est ad affligendum, ideo nomina tur ab omnibus illis rebus quæ nos affligere possunt, aut solent, pœna autem purgatoria dicitur ad purgãdum, sed ignis habet istam vim, ideo solum nominatur ignis, & ita videtur quòd sit ignis in Purgatorio, & nulla alia pœna.

An aliqua pœna de his quæ sunt in Inferno sit in Purgatorio, vt vermis, & aquæ niuium &c. Quæst. DCCVI.

SED quòd aliqua pœna de his quæ dicuntur esse in inferno sit in Purgatorio non est inconueniens: constat tamen quòd non ponuntur ibi omnes quæ ponuntur in inferno.

De verme autem dicendum, quòd non sit ibi, quia Christus posuit specialiter vermem in inferno. Mar. 9. cap. scilicet, vbi vermis eorum non moritur, de Purgatorio nihil dicitur. Secundo quia vermis dicitur esse stimulus quidam pungens conscientiam ex recordatione peccatorum inquantum illa turpia erant, & manet vermis iste in damnatis, quia manent adhuc in peccatis, sed existentes in Purgatorio non sunt in peccato, sed in charitate & gratia, & solam pœnam habent pro peccato præterito, ergo non habent prædictum remorsum, sed potius consolationem quandam inquantum per compunctionem cordis in vita prædicta peccata ablata sunt, & non est aliquid de pœnis damnatorum quod minus conueniat existẽtibus in Purgatorio quam vermis.

De aquis niuium, an ibi sint dicendum, quòd non est certum, sed tenendum quòd non. Primo quia adhuc non est certum, an damnati tales pœnas habeant, quanto magis qui purgantur.

Secundo quia dato, quòd sint in inferno non conuenit eas esse in Purgatorio, quia aut ponũtur ad purgandum, aut ad affligendum, non primo modo, quia aqua imperfecte purgat, ignis autem est qui complete purgat, & si aqua parum purgat, multomin⁹ aqua gelida qualis est aqua niuium, si ponatur ad affligendum non est necesse, quia ignis ille tantum cruciatum infert (vt ait August.) quòd excedit omnem pœnam huius vitæ.

De fletu & stridore dentium, an sit apud purgãdos non est certum: non est enim magnum inconueniẽs quòd ibi ponantur, quia fletus nõ signat emissionem lachrymarum, sed quãdam tristitiam talem qualem solent habere qui lachrymas fundũt: sed planum est eos qui purgantur tristitiam habere, ideo potest eis adaptari fletus & stridor dentium. Sed potius videtur dicendum, quòd ista ibi nõ sint. primo quia Christus ista dixit de damnatis supra decimotertio capit. de eis autẽ qui purgantur nihil tale dixit, ideo videtur quòd non sint hæc apud eos. & est ratio ista conueniens, qa ista pure habentur ex fide, cum ratio naturalis ad hoc non sufficiat: fides autem ex auditu est ad Roman. 10. cap. ideo sicut impietas est quædam tradita in scriptura non credere, ita est dementia ea quæ tradita nõ fuerint in fidem recipere, quia fides mensuram habere debet, sed circa Purgatorium nihil tradit scriptura, nisi ignem, ergo non est asserendum aliquid esse ibi, nisi ignem.

Secundo quia ista competunt damnatis post resurrectionem, nam stridor dentium dicit quandam concussionem dentium ex frigore vel dolore, vel iracundia: fletus & si non ponat fluxum lachrymarum dicit quãdam commutationem vultus, & obfuscationem ex tristitia, ideo sunt hæc in habentibus corpora, animæ autem in Purgatorio solutæ sunt a corporibus, ideo eis non competunt, damnati autem post resurrectionem resumũt corpora, ideo illis pñt competere.

Tertio patet hoc, & efficacius, quia ista videtur intentio Christi, nam qñ ponit de fletu & stridore dentiũ in damnatis. sup. 13. c. dicit esse post resurrectionẽ,

scilicet, quando mittet Filius hominis Angelos suos, F & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem mittent in caminum ignis, & ibi erit fletus, & stridor dentium, tunc fulgebunt iusti sicut sol. sed vtrunque manifestum est futurum esse in resurrectione, quando resumentur corpora, & tunc non erunt animæ in Purgatorio, ergo videtur q̃ non competit hoc purgandis.

De tenebra autem, an sit in Purgatorio non est dubium, quia locus ille tenebrosus erit, cum sit in corde terræ, & non perueniat illuc aliqua illustratio luminarium cœli, & ignis inferni, vel Purgatorij paruam lucem præstet, sed hoc non multam pœnam infert animabus separatis, quę non vtuntur sensu visus, cui obest tenebra auferendo cognitionem. G

Item quia hoc non datur specialiter in pœnam, nã etiam existentes in sinu Sanctorum patrum erant in tenebris, cum essent in corde terræ iuxta Purgatoriũ, & tamen illis non debebatur aliqua pœna: ideo magis erat hoc ex conditione loci quam specialiter in pœnam.

Ex his apparet, quòd apud Purgatorium proprie non ponitur, nisi pœna ignis de pœnis sensus, licet aliquæ aliæ pœnæ aliqualiter possent adaptari, sed non assignantur a sacra Scriptura, nec a sacris Doctoribus.

An decedentibus in peccato mortali actuali, vel in originali competat locus Purgatorius. Quæst. DCCVII. H

QVAERETVR de pœna Purgatorij quibus competat. Dicendum quòd eis qui decedunt in solo peccato veniali, vel in solo reatu pœnæ temporalis, vel in vtroque. eis autem qui decedunt in peccato mortali actuali vel originali, non competit locus Purgatorius. Etiam qui in gratia decedẽtes ab omni culpa & reatu pœnæ liberi sunt, descendere non possunt ad Purgatorium.

De primo patet, contingit enim q̃ aliquis decedat in charitate, & etiam non habeat reatum alicuius pœnę temporalis pro peccato mortali, vtpote si expleuit omnem satisfactionem debitam in hac vita, & tamẽ decessit in veniali aliquo, quia difficile est, q̃ quis euitet venialia, immo nemo potest omnia euitare, licet singula possit, nisi ex speciali priuilegio, & ita poterit committere talis aliqua venialia, sed manens in illis non potest habere vitam ætèrnam, quia est quidã modus impuritatis peccatum veniale cum culpã dicat, ideo oportet expiari antequam transeat ad vitam æternam, sed non potest fieri expiatio, nisi per pœnam purgatoriam, ergo per illã purgabitur quousque consummatur illud veniale. I

Secundo patet hoc. 1.Cor.3.c. in applicatione Apostoli, nam dixit ædificare fœnum, lignum, stipulã eos qui venialia committunt & in eis decedũt, quia opus istorum dicit comburendum per ignem, & ille est ignis Purgatorius.

De secundo apparet, quia potest aliquis sic decedere, q̃ virtute contritionis, & per magnitudinem charitatis deleantur non solum mortalia sed etiam venialia: & ita nulla culpa maneat ei: maneat tñ aliquis reatus pœnæ, tam pro mortalibus quam pro venialibus, vt si pro mortalibus non potuit viuens explere satisfactionem dignam, manet enim tunc illa portio pœnæ sustinenda, & non poterit talis recipi ad vitam æternã antequam prædictam pœnam soluerit, cum talis reatus facit quãdam impuritatem, & nullum impurum recipitur ad vitam ęternam. quomodo tñ post mortẽ possit tolli aliquis reatus pœnæ, & maxime qũo possit dimitti aliqua culpa (quod videtur esse difficilius) dicetur infra. De tertio patet, quia cõtingit aliquem K decedere in culpa veniali, & simul manere in rẽatu alicuius pœnæ pro imperfecta satisfactione, & hoc rã pro peccato mortali quam veniali. Nam dimissa vtra que culpa contingit manere pœnam residuam q̃ non expleta est pro vtroque: nam tam pro peccato mortali quam veniali respondet aliqua pœna inquantum vtrunque est peccatum, & nullum est peccatum pro quo non debeatur pœna aliquanta. Et ideo nullum est peccatum cuius pœnam non contingat manere aliquam pœnam, & illa est soluenda in morte.

De quarto patet, quia decedenti in mortali nõ debetur purgatoria pœna, eo quòd pro mortali debetur directe pœna æterna, & dato quòd quis decedat in veniali, si fuerit ei adiunctum mortale iam veniale non est, vt lignum, fœnum, stipula, sed crematur in æternum, cum non possit dimitti illud peccatũ post mortem, sed indirecte datur pœna æterna pro eo. Etiam dato, quòd non maneat culpa venialis post mortem, sed pœna debita pro peccato mortali vel veniali, non potest tolli ille reatus, sed fit pœna æterna per accidens quantumcunque illa parua futura esset, vt ostensum est supra. sed pœna purgatoria est temporalis, iõ non debetur huic pœna purgatoria quæ est temporalis, sed pœna inferni quæ est æterna. De quinto dicendum q̃ non cõpetit eis pœna purgatoria, quia ista culpa competit ei qui aliquid purgãdum habet, & illud non potest esse nisi culpa, aut pœnæ reatus, ergo qui nihil horum habent non adiudicantur ad pœnam purgatoriam, & sic patet qui sunt illi qui adiudicantur ad Purgatorium. Et hoc patet, q̃ paruuli nõ possunt ire ad Purgatorium, quia non competit ibi pœna, nisi pro peccato actuali, siue mortali, siue originali: & tñ non peccat actualiter, nisi qui est iam ætatis discretæ, idest in annis discretionis, & talis non vocatur paruulus: iõ non puniuntur paruuli in Purgatorio. possunt autem paruuli damnari vel beatificari. de damnatione patet, quia qui paruuli moriuntur non susceptо baptismo pereunt ęternaliter. Etiam paruuli ante annos discretionis q̃ susceptо baptismo decedunt accipiũt vitam æternam. Et ideo ista duo loca competunt paruulis, non autem Purgatorius locus, neq; Gehenna ignis.

Quo tempore cœpit esse pœna Purgatorij, & quæ gentes illuc descendebant. Quæst. DCCVIII.

QVAERETVR quo tpe cępit esse pœna Purgatoria, & de quibus gentibus descendebant homines illuc. Ad primum dicendum, q̃ aut vocatur pœna purgatoria materialiter ipse ignis affligẽs eos qui ibi manent, aut ipsa toleratio mali lædentis, vel actualis læsio. Si accipiatur primo modo dicendum, q̃ pœna purgatoria est a principio mundi. nam statim vt Deus creauit mundum creauit infernum, immo necessarium est creatum esse in prima die, quia Deus creauit primo Angelicam creaturam, & lucem, & materiã, & tempus, & tñ Angeli statim vt creati sunt peccauerunt, & statim damnati sunt, & damnatio eorum fuit ad gehennam ignis, ergo oportuit gehennam creatã esse in principio rerum: & tamen ostensum est supra, q̃ idem numero est ignis inferni, & ignis purgatorij, sed differt situ, quia in parte inferiori affligit damnatos, in superiori autẽ torquet purgandos, ergo ignis Purgatorius a principio seculi est.

Accipiendo secundo modo est dicendum, quòd incępit pœna purgatoria ex eo quo homines cęperũt mori cum quodam reatu pœnæ sine culpa mortali: sed quis fuerit primus istorum non constat. nam de homo Adam, an descenderit ad Purgatorium non est manifestum. nã putant potius q̃ hic expleuerit pœnã debitã pro pcõ suo, & in morte descenderit ad sinũ Abrahę, & satis

& satis est hoc verisimile cum ille fuerit in delitijs paradisi, & in tanta (vt dicam) fœlicitate, & illam perderit. nam postea ad se reuersus pœniteret acriter, & non flecteretur ad voluptates huius seculi quæ nullæ sibi erãt in quibus peccaret, sed abstineret in eis, ideo potius videtur quòd decederet in magna perfectione virtutum, & sic nulla pœna purgatoria ei competeret si esset in Lymbo Sanctorum patrum. Quis ergo primus illuc descenderit, & quo tempore prorsus occultum est. A

Ad secundum dicendum, q̃ de omnibus gentibus descendebant aliqui ad Purgatorium, sed nulla gens erat de qua non possent homines saluari, ergo nulla erat de qua non possent aliqui descendere ad Purgatorium. Et patet hoc, quia ab initio seculi vsque ad diluuium, quando fuit prima ætas, poterant omnes homines saluari, quia nulla lex positiua erat ad quã obligarentur, sed solum lex naturalis, quam Deus indiderat mentibus hominum, & viuendo secundum illam saluarentur, nemo autem erat qui illam implere non posset: ideo nemo erat qui non posset saluari, & si interdum homines agerent contra dictamen legis naturalis, siue agendo contra Deum, siue contra proximum (quod quotidianum est) per solam contritionẽ tollebatur peccatum, quia non erat tũc obligatio ad confitendum, quæ inducta fuit in nouo testamento: manebat autem postea toleranda pœna pro illo delicto, & si illam sustineret quis sponte hic, satisfaciebat pro ea per opera satisfactoria meritoria: si autem non expleret pœnam satisfactoriam, manebat pœna purgatoria post mortem, sicut & nobis nunc accidit. Et sicut fit circa peccatum mortale, ita fiebat circa venialia: nam pro illo debetur quædam pœna. Si autẽ quis in illa ætate decederet in veniali satisfacto pro mortali, manebat ei pœna purgatoria pro veniali, quod post mortem purgabatur, & idem si maneret reatus pœnæ pro veniali, quod post mortem purgabatur, & idem si maneret reatus pœnæ pro veniali nõ manente culpa veniali, quia necesse erat tantam pœnam sustineri post mortem, quantus erat ille reatus. B

De tempore autem post diluuium vsque ad legem datam Moysi idem omnino fuit: nam nulla erat tunc lex positiua quæ circa Deum obligaret homines ad aliquid, sed sola lex naturalis, & ideo secũdum illam viuẽdum erat, & sic poterat quisque saluari si vellet, & contingebat multos descendere ad Purgatorium modo suprapositо. Cum autem data fuit lex Moysi, quæ erat diuina, tenebantur iam homines illi ad aliquid speciale faciendum, ideſt ad Circuncisionem recipiendam, & adimplendam totã legem, & sine hoc non erat salus.

Et ideo credere solent aliqui, quòd omnes qui nõ tenebant legem Moysi erant in statu damnationis, & ideo nulla bona faciendo poterant saluari, & consequenter non poterant descendere ad ignem Purgatorium, quia non potest ad Purgatorium descendere nisi qui aliquando ad vitam æternam venturus est.

Sed dicendum q̃ non stat, quia lex illa non fuit data, nisi Iudæis de progenie Iacob: & ideo etiam si cæteri non seruarent eam non peccabant. Et patet hoc sæpe ex tenore ipsarum legum, nam dr̃, homo de filijs Israel, & de aduenis qui peregrinant inter vos &c. Isti ergo soli peccabant non custodiendo legem, vocantur autem aduenæ ipsi Gentiles, qui sponte suscipiebant Circuncisionem, nam per hoc se obligabant ad obseruandum legem, & etiam omnes posteri eorum qui nascebantur in iudaismo tenebantur ad istã obseruationem, cæteri per obseruationem solius legis naturæ saluabantur. Sed hæc lex sufficienter vetat omnia mala, nam per eã vitatur cultus idolorum, & C omne malum quod est tam in fide, quã in moribus, & qui illam seruaret saluaretur, qui autem infringeret habebat remedium cõtritionis, sicut & nunc tollebatur peccatum & satisfactio incompleta complebatur in Purgatorio, & ideo talis modus fuit durante lege Moysi apud Gẽtiles qualis fuerat ante datam legem, quia non obligabãtur ad plura. & iste status fuit omnium Gẽtilium vsque ad legem Christi plene publicatam, quando cępit generaliter omnes obligare, quia tunc aliud fuit.

De Iudæis autem idem erat a datione legis Moysi vsque ad tempus quo publicata fuit plene lex Euangelica, nam tenebantur ad legem Moysi totam quæ eis specialiter data erat, & insuper ad totam legẽ naturalem, quia obligatio illius nunquam cessat, sicut & nunc tempore legis Christi: & ideo Iudæi qui vtrunque implerent euadebant omnem pœnam, si autem peccarent contra aliquam earũ, & non satisfacerent hic post plene pro peccato, manebat pœna purgatoria eis post mortem: & ita omnes tunc poterant descendere ad Purgatorium, quia omnes poterant saluari. Data autem & plene publicata lege Christi cœperunt quæque gentes obligatæ esse specialiter ad illam, & tunc non potuit esse salus sine illa, quia ita dixit Christus, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non poterit intrare in regnum Dei Ioann.3. ca. & Mar.16. dicitur, qui crediderit & baptizatus fueris saluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur. & quia nemo potest descendere ad pœnam purgatoriam, nisi qui aliquando habiturus est vitam æternam, & decessit in charitate, sed non possunt saluari, nisi qui fidem istam tenent, ergo solũ Christiani possunt descendere ad Purgatorium, vnde neque Iudæi, nec Sarraceni, neque Pagani cæteri possunt descendere ad Purgatoriũ, quia necesse est illos mori in peccato mortali, cum non recipiant fidem ad quam tenentur. Omnes autem decedentes in mortali damnãtur ad Gehennam si sunt adulti: ideo omnes hi condemnantur æternaliter, & soli Christiani descendunt ad Purgatorium. D

Quomodo se habeẽt existentes in Purgatorio ab initio mundi, & nunc quantum ad permanentiam in loco illo. Quæst. DCCIX.

QVAERETVR, quomodo se haberent existẽtes in Purgatorio a principio mundi & nunc.

Dicendũ quòd causa quærendi est, quia pœna purgatoria non est æterna, sicut pœna Gehennæ, & ideo aliquando finiebatur, quomodo autem finiretur erat dubium. De hoc autem tẽpore quo est data lex Christi, & recepta, vel saltem post passionem Christi dicẽdum, quòd decedentes ad Purgatorium manent ibi quousque vniuersa peccata, & reatus pœnarum peni tus soluerint: solutione autem facta euolant inde animæ ad vitam æternam. & hoc non potius est in animabus Christianorum quam Iudæorũ. Nam si mortuo Christo aliquæ animæ Iudæorum tenebantur in Purgatorio, & expleuerunt tunc, vel paulo post purgationem suam, statim euolauerunt, & idem de Gentilibus erat. Causa huius est, quia animabus existentibus in Purgatorio debetur vita æterna, & non impedit aliud, nisi quia non sunt purgatæ, facta ergo purgatione statim euolabunt, nam Christus aperuit ianuam vitæ æternæ, & non est aliquod impedimẽtum illuc introeundi. E

De tempore autem ante Christi mortem dicẽdũ, quòd descendentes ad Purgatorium manebant ibi quousq; esset plene facta purgatio, & illa cõpleta non pote-

poterant euolare ad vitam æternam, quia nondum F
aperta erat ianua, quia precium noſtrum nõdum erat
ſolutum. Etiam non manebant in pœnis purgatorijs,
quia iniuſtum eſſet, quòd poſt expletam ſatisfactionẽ
puniretur quis: & tamen non manet aliquis in Pur-
gatorio, niſi quandiu punitur, & purgatur, ergo exple
ta ſatisfactione transferebantur inde, & hoc erat ad
Lymbum ſanctorum patrum, ideſt ſinum Abrahæ.

Et iſtud patet, quia animabus ſeparatis cõpetit ali-
quod receptaculum, & nulla eſt regulariter, niſi in re
ceptaculo ſuo, ſed anima ſic purgata non erat in Pur-
gatorio, ergo erat in aliquo aliorum, nõ autem in in-
ferno damnatorum, quia illi ſunt damnati: exiſtentes
autem in Purgatorio non ſunt damnati, quia in cha G
ritate deceſſerunt. Item quia non tranſitur de minori
pena ad maiorem, ſed potius de maiori ad minorem,
vel de pœna ad gaudium, & tamen pœna gehennæ
eſt multo maior quam purgatoria, ergo non trãſitur
de Purgatorio ad gehennam. Etiam non tranſitur ad
Lymbum puerorum, quia illi damnati ſunt, cum de-
ceſſerint in peccato mortali originali: ſed exiſtentes
in Purgatorio ſunt in charitate.

Item ſtatus paruulorum eſt perpetuus in tenebris,
ſed pena purgatoria non eſt æterna, ergo non tranſi-
tur de Purgatorio ad Lymbum puerorum. Non tran
ſibatur etiam tunc ad vitam æternam, quia tunc non
erat aperta ianua vitæ æternæ, quæ aperta fuit per ſan
guinem Chriſti actualiter fuſum, ſed non manet ta- H
men aliquis locus, niſi Lymbus Sanctorum. ergo ne-
ceſſe erat illuc transferri prædictos. Secũdo patet idẽ
quia ad Lymbum Sanctorũ directe ibant illi qui hinc
exiſtentes ſine aliquo peccato, & reatu pœnæ decede-
bant, & ibi manebant quouſque aperiretur vitæ æter
næ ianua per mortem Chriſti, ergo illi qui in Purga-
torio mundarentur ab omni reatu pœnæ, & culpa ſi
quam habebant, neceſſe erat q̃ ad Lymbum Sancto-
rum tranſirent, & ibi expectarent apertionẽ vitæ æter
næ: quia ſi tales de hac uita exirent quales de purgato
rio exibant irẽt immediate ad Lymbum Sanctorum,
ergo exeuntes de purgatorio ſtatim tranſirent ad Si-
num Sanctorum patrũ, & iſte erat modus animarum
qui purgabantur omni tempore. 1

Quandiu durabit pœna purgatoria. Quæſt. DCCX.

QVAERETVR quandiu durabit pœna pur-
gatoria.

Dicendum q̃ ſi quæratur reſpectu cuiuſ-
libet perſonæ, durabit in quolibet tandiu
quandiu omnia peccata ſua, i. venialia & reatus pœna-
rum tam pro venialibus, quam pro mortalibus pur-
gauerit, ſiue iſta purgatio pauco tempore ſiue longo
duret.

Si autem quæratur de tota pœna purgatoria quan-
diu duret, dicendum q̃ durabit vſque ad diem iudicij:
nam poſt diem illum non erit pœna purgatoria. Hæc K
autem differentia eſt inter receptacula animarũ: ſunt
enim quinq; i. Cœlum empyreum, Gehẽna, Lymbus
puerorum, Purgatorium, Sinus Abrahæ. tria autẽ ho-
rum manebunt in æternum. i. q̃ ſemper erunt animę
in eis vel homines, duo autem illorum ceſſabunt eſ-
ſe receptacula. nam cœlum empyreum nunc cõtinet
animas beatorum, & poſt reſurrectionem cõtinebit
in æternũ ipſos beatos reſumptis corporibus. Gehen
na autem, i. infernus damnatorum nunc continet dę
mones, & animas damnatorum, poſt diem vero iudi-
cij continebit ipſos damnatos in æternum viuẽtes in
pœnis. Lymbus autem puerorum nunc continet aĩas
paruulorum defunctorum ĩ ſola culpa originali, poſt
diem autem iudicij manebũt ibi pueri ipſi reſumptis
corporibus in æternum. De Purgatorio ſecus eſt, quia
continet nunc animas quæ purgantur ibi ſucceſſiue,
poſt diem autem iudicij nemo erit qui purgetur, iõ
nemo manebit ibi. De Sinu Abrahæ ſimul cauſa eſt:
iam enim euacuatus eſt locus ille, quia ibi detinebã
tur animæ iuſtorum quæ nulli pœnæ obnoxiæ erant,
ſed expectabant vitam æternam, & nihil retardabat
eas, niſi quòd ianua vitæ æternæ non erat aperta, ideo
poſtquam aperta fuit nõ manſit aliqua anima ibi, ſed
aperta fuit iſta ianua in morte Chriſti: ideo tunc om-
nes animæ quæ ibi manebant liberatæ ſunt inde, &
non fuit poſtea aliqua cauſa, quòd aliqua anima de-
ſcenderet illuc, cum non deſcenderent, niſi ad expe-
ctãdum apertionem ianuæ, & iam erat aperta ianua.

Ratio diuerſitatis iſtorum eſt, quia tria receptacu-
la prima habent cauſam neceſſariam permanentiæ:
ideo animæ illuc deſcendentes manent ibi in æternũ,
duo autem habent temporalem cauſam, ideo nõ ma
nent ſemper ibi. De primo, ſ. cœlo empyreo manet,
quia ille locus eſt vltimę fœlicitatis qui datur decedẽ
tibus in charitate: ideo neceſſe eſt, quòd qui ſemel ibi
fuerit, in æternum ibi maneat. Primo quia fœlicitas
eſt maximum bonum & vltimum, & poſt vltimum
nihil eſt, ideo qui habet vitam æternam quæ eſt vlti-
mum, nihil poſtea habere poteſt ita vt illud perdat.
Secundo quia datur illud pro charitate, & tamen cha
ritas ſemper manet in eo qui deceſſit in charitate, er-
go ſemper manebit in loco illo qui reſpondet ei pro
charitate.

De Gehenna, quòd ſemper maneant ibi damnati,
cauſa eſt, quia habent illi pœnam extremam quæ eſt
totalis miſeria, & ſicut beatitudo eſt finis & vltimũ,
ita miſeria eſt vltimum, ideo poſt illam non poteſt ali
quid aliud expectari. Secundo quia illi damnati decef
ſerunt in peccato mortali, & nõ poteſt poſt mortem
tolli peccatum mortale, ergo ſemper manebit pœna
quæ pro illo peccato reſpondet, & ita æterna erit pœ-
na. De Lymbo puerorum eſt eadem ratio, quia illi
deceſſerunt in mortali, ſicut damnati ad Gehẽnam,
ſed hoc intereſt, quia damnati ad Gehennam ſunt
ibi propter actuale, damnati in Lymbo puerorum
ſunt ibi propter originale, & vtrunque eſt mortale, &
neutrum poteſt remitti poſt mortem, ergo etiam ille
ſtatus eſt perpetuus.

De Sinu Abrahæ quare non maneant ibi animę in
æternum, immo quare iam non maneant dictum eſt,
quia non erat ille locus alicuius pœnæ, nec aſſignatus
pro aliqua cauſa ſpeciali, ſed ſolum ad expectationẽ
quouſque aperiretur ianua cœli quæ iam aperta eſt,
ideo poſt paſſionem Chriſti nemo illuc iuit, & nulla
anima ibi manſit, ſed tam animæ Iudæorum quam
Gentilium, quæ tunc ibi manebant, in cœlum cum
Chriſto aſcenderunt.

De Purgatorio dicendum quòd ſolum durabit vſ-
que ad diem iudicij, & non in æternum.

Primo quia etiam cauſa eũdi illuc eſt temporalis,
ſcilicet culpa venialis, aut reatus pœnæ temporalis in
eo qui in charitate decedit, & tamen omnium dece-
dentium in charitate ſunt pœnæ temporales, cum de-
beatur eis vita æterna aliquando propter charitatem,
ergo in Purgatorio non poſſunt ſemper manere.

Secũdo quia ſi maneret aliquis in Purgatorio poſt
diem iudicij, aut hoc fieret, quia moreretur poſt iu-
dicium, aut quia prius decedens non poſſet purga-
ri, niſi vltra diem iudicij ibi maneret. non primum
quia poſt diem iudicij nemo morietur, ergo nullus
deſcendet ad Purgatorium, non ſecũdũ quia quęcun
que pœna purgatoria ſit hominis exiſtẽtis ibi poteſt
finiri in breui tempore, vtpote ſiquis decedat p men-
ſem ante diẽ iudicij, & reatus pœnarum ſuarũ exigat,
quòd

q̃ per annum torqueatur poterit illã pœna ita intẽdi, A
q̃ tantam pœnam ſuſtineat in vno menſe quãtam ſu
ſtinere deberet in vno anno: & ideo omnium pœna
purgatoria qui ante diem iudicij deceſſerint, poterit
terminari in iudicio. Et adhuc grauius eſt de illis qui
morientur in ipſo die iudicij: nam tunc multi viuen-
tes inuenientur, quorum aliqui decedentes in chari-
tate habent aliquid expiandum per pœnam purgato
riam, & tamen illi non manebũt poſt diem iudicij in
Purgatorio, ſed in igne ipſo cõflagrationis, dum mo-
riuntur ſuſtinebunt pœnam ſufficientem ad purgan-
dum, ideo non oportet, quòd poſt diem iudicij ma-
neant in pœna purgatoria.

Sed iſta adhuc non ſufficiunt, quia per hæc oſtendi
tur poſſibilitas ad hoc, quòd detur omnis pœna pur- B
gatoria ante diem iudicij, ſed quia fit hoc præter con-
ſuetudinem præcedentium purgationũ, adhuc opor
tet oſtendi, an ſic fiat. Et patet, quia nunc ſi reatus pœ
næ alicuius exigit, vt per annum maneat in Purgato-
rio, tandiu manet, & non abbreuiatur tempus, ita vt
intendatur acerbitas pœnę. Quòd ergo ad hoc, quòd
terminẽt omnis pœna purgatoria in die iudicij opor
teat, quòd tempus breuietur, & intendatur acerbitas,
eſt aliquid ſpeciale & extraordinarium, ideo non eſt
concedendum fieri ſi non datur cauſa, quia poſſet ali-
quis dicere, quòd quorũdam terminabitur pena pur-
gatoria triennio, vel quadriennio poſt diem iudicij.

Sed dicendum, quòd non eſt verum, & cauſa eſt,
quia ſi pœna aliquorum terminabitur poſt diem iu-
dicij, aut illo tempore recipietur pœna in anima ſepa C
rata, aut in corpore, & anima reunitis, non primo mo
do, quia manerent adhuc quædam animæ ſeparatæ,
quæ nondum reſumpſiſſent corpora, & hoc eſt incõ-
ueniens. Primo quia homines quorum ſunt illæ ani-
mæ, nondum reſurrexiſſent, ſed adhuc reſurrectio il-
lorum expectaretur poſt diem iudicij, & ſic non eſſet
dies iudicij dies generalis reſurrectionis, cum multi
poſtea reſurgẽrent, & tamen ille vocatur dies genera
lis reſurrectionis, ergo neceſſe eſt, quòd omnes tunc
reſurgant, & ſic nullæ animæ manebunt in Purga-
torio.

Secundo, quia oportuit poni reſurrectionem gene D
ralem in qua ſimul omnes reſurgerent quotquot ali
quando reſurrecturi erunt, quia ob hoc non reſurgit
quis ſtatim, vt moritur vel parum poſt, ſed expectant
omnes vnum diem in quo reſurgant. ergo non erunt
aliqui reſidui in Purgatorio qui nõdum ſurrexiſſent.

Tertio, quia ita fuit conueniens ad commune gau
dium Sanctorum, vt omnes accipiant ſimul ſtolas im
mortalitatis ſuæ & gaudium, dicẽte Apoſtolo ad He-
bræ. 11. ca. Deo aliquid melius prouidente pro nobis
ne ſine nobis conſummarentur, ideſt, vt Sãcti priores
non acciperent perfectionem ſuam totam ſine poſte E
rioribus fecit Deus, quòd omnes ſimul reſurgerẽt, &
ſimul acciperent gloriam corporum in qua erat vlti-
ma conſummatio, quia poſt illam nihil expectatur,
& tamen exiſtentes in Purgatorio pertinent ad San-
ctos, ergo non debent alij conſummari ſine eis, ergo
non reſurgent illi poſt generalem reſurrectionem, &
ſic non manebunt poſt illam in Purgatorio.

Quarto quia ad hoc datur reſurrectio generalis, vt
ſit iudicium generale, & ſignũ huius eſt, quia in die il-
la qua omnes reſurgent, erit iudiciũ generale, vt col-
ligitur prædicenti ca. & tamen non erit generale iu-
dicium, ſed aliquę animę manent adhuc in pœnis pur
gatorijs, & non veniunt ad iudicium, ergo oportet il-
luc venire omnes. Nam ſacra ſcriptura teſtatur, quòd
omnes homines ſtabunt ante tribunal Chriſti, & ſu-
pra dicitur, quòd congregabuntur ante eum omnes
gentes, ergo nullus deerit: maxime, quia iſta congre-
gatio fiet propter honorem Chriſti, vt totus mundus
eum ſimul videat oculis carnis, & vt dominum, & iu-
dicem ſuum videant, & timeant. Etiam vt tunc ma-
niſeſtentur opera omnium omnibus, & omnes bo-
ni accipiant laudem, & mali opprobrium. 1. Corint. 4.
cap. & tamen iſta non poterunt fieri, niſi omnes ho-
mines ſimul ſint, & viuentes ſint, quia animæ ſepara-
tæ non veniunt conuenienter in congregationem
hominum, quia non eſt eis commercium, aut cõuer-
ſatio, quia hoc eſt in cognitione, & conceptuum de
riuatione, in quorum neutro conuenit homo cum a-
nima ſeparata. Nam cognitio humana eſt per ſen-
ſum, animarum vero ſolum intellectualis: & ita ho-
mines non apprehendent animam ſeparatã eſſe præ-
ſentem aut abſentem, quia nullo ſenſu anima ſepara-
ta percipitur. De deriuatione cõceptuum patet, quia
per verbum vocale deriuat homo verbum mentale,
anima autem non habet verbum vocale: ideo nõ eſt
cõſortium hominum ad animas ſeparatas. cum ergo
in iudicium generale homines veniunt, non venient
ibi animæ ſeparatæ, ſed omnes erunt homines in car-
ne, vt mutuo ſe videant, & ita laudentur boni, & con-
fundantur mali, ſed hoc non fiet de animabus ſepara
tis, ideo neceſſe eſt, quòd non maneant tunc in Pur-
gatorio: ſed quòd veniant ad iudicium vnitę corpori-
bus, aut ſi tunc non veniunt, cum non ſit tunc iudi-
cium generale, neceſſe eſt congregari rurſus finita pę
na illarum animarum generale iudicium, vt ab om-
nibus ſimul Deus videatur, & ſimul laudentur, & cõ-
fundãtur qui hoc ſuſcepturi ſunt. ſed hoc falſum eſt,
quia ſemel tantum illud fiet, ergo omnes tunc reſur-
gent. Et ſic non manebunt aliquæ animæ in pena pur
gatoria poſt diem iudicij.

Si autem detur ſecundum, ſcilicet, quòd animæ il-
læ reuniantur corporibus ſimul cum alijs animabus,
& ſint in iudicio, & quòd finito iudicio redeant ad
ſuas pœnas purgatorias non ſtat. Primo quia in reſur
rectione omnia corpora beatorum erunt impaſſibi-
lia, vt colligitur. 1. Corinth. 15. cap. Et ideo non pote-
runt iſti ſuſtinere pœnam aliquam.

Sed forte dicetur quòd ſuſtinebunt pœnam in ani
ma, & non in corpore, & ita erit impaſſibilitas cor-
poris.

Dicendũ quòd non ſtat, quia impaſſibilitas eſt dos
corporis proueniens ex beatitudine animæ per quan
dam redundãtiam in corpus: talis enim eſt habitudo
qua omnes dotes corporis fiunt, ſcilicet ex redundan
tia animæ in corpus, ergo ad hoc, quòd ſit impaſſibili
tas corporis: neceſſe eſt præcedere beatitudinem ani-
mę, ſed animã beata non poteſt pati pœnam, quia nõ
ſtat pœna cum beatitudine, ergo non poterunt pati
in anima nec corpore, poſtquam habuerint corpora
impaſſibilia.

Debet ergo dici, quòd reſurgerent iſti, & tamẽ nõ
acciperent corpora impaſſibilia, ſicut neque animas
beatas, vt ſic poſt reſurrectionem poſſent tolerare pę
nas purgatorias.

Sed non ſtat, primo quia nihil differrent tunc cor-
pora iſtorum a corporibus damnatorum, & animæ
parum differrent. nam non haberẽt aliquam dotem
corporis. ſi enim vna carent nullam habent, cum om
nes ſimul influantur in corpus ab anima, & ita nul-
lam tunc haberent corpora illorum, ſicut nec corpo-
ra damnatorum: corpora autem cæterorum habent
dotes, ſcilicet beatorum. etiam animæ eorum nõ dif-
ferrent ab animabus damnatorum, quia neutræ ſunt
beatæ, ſed paſſibiles, & actu patientes pœnam, quod
non eſt conuenienter dictum, quia in reſurrectione
erit totalis differentia bonorum a malis. Secundo, qa
ſi tunc eſſent corpora illorum paſſibilia, & nullã dotẽ

habentis, oportet et rursus illa mutari cum transitura F
essent ad uitam æternam, ut essent impassibilia, &
clara, agilia, & subtilia: & tamen post diem iudicij nō
damus mutationem fieri in aliqua re, sed omnia ma-
nere in statu suo, ergo non accipiētur dotes in corpo-
ribus post resurrectionem, sed in resurrectione.

Tertio, quia hoc dato manerent isti in pœnis pur-
gatorijs coniūcti damnatis & dęmonibus, hoc tamē
interest, quia nunc boni & mali iuncti & mixti sunt,
& manebunt sic vsque ad finem seculi, in ipso autem
iudicio separabuntur. Nam ita dicitur quòd congre-
gabuntur ante Christum omnes gentes, & separabit
eos ab inuicem, sicut separat pastor oues ab hædis. &
ideo ex tunc manebunt diuisi in æternum, & tñ qui
sunt in pœnis purgatorijs in inferno sunt, & coniun- G
cti dęmonibus & damnatis, cum idem sit ignis ī quo
ardent damnati, & qui purgantur, vt ostensum est su-
pra. ergo non fiet purgatio aliqua post diem iudicij.

Quarto, & pręcipue, quia non pōt dari purgatio ali
qua, nam aīæ bonorum erunt, & tunc beatę, & corpo
ra eorum erunt impassibilia. ergo nulla pœna erit in
eis cum non possit esse in corpore neque in aīa, & pa-
tet istud, quia in resurrectione erunt corpora impassi
bilia, ita enim dicit Apostolus resurgere oīa corpora
bonorum, vnde 1. Cor. 15. c. ponuntur oēs dotes cor-
poris quas accipient ipsa corpora bonorum in resur-
rectione: sed hoc nō fit sine beatitudine animæ. ergo
statim ex resurrectione erunt impassibiles oēs boni, H
sed quicunque sunt in pœnis purgatorijs patiuntur,
ergo impossibile, q̄ post diem iudicij sit aliquis in pę-
na purgatoria. Quinto & adhuc apertius patet, quia fi
nito iudicio non erit nisi beatitudo æterna & pœna ę-
terna, quia supra in litera dr̄, ibunt hi in vitam æternā,
& illi in supplicium æternum. ergo oēs boni qui erūt
in dextra erunt statim in vita æterna, & oēs qui erunt
in sinistra qui sunt mali, erunt in pœna æterna, & sic
non poterit aliquis habere pœnam purgatoriā tunc.
Sexto quia 1. Thess. 4 c. dicit Apostolus de resurgenti
bus, rapiemur obuiam Dño cū illis in aera, & ita sem
per cum eo erimus, ergo vr̄ q̄ oēs boni qui in Christo
mortui sunt rapientur in resurrectione in aera cum
Christo, & erūt postea sp̄ cum Christo, si tñ aliqui eo- I
rum sustinerent pœnas purgatorias post iudicium, nō
essent semper cum Dño, quia esse cum Dño eo mo-
do quo Apostolus ponit est esse in beatitudine, ergo
non habebunt aliqui pœnam purgatoriam tūc. Septi-
mo, quia ad Hebr. 11. c. dr̄, Deo pro nobis aliquid me
lius prouidente ne sine nobis consummarentur. & tñ
consummatio esset quorundam, & nō oīum Sancto-
rum simul, si quidam acciperent tam gloriam animę
quam corporis manentibus aljs in pœna, ergo non
erit sic, sed simul cōsummabit gloria oīum, & gloria
aliquorum, sed in die iudicij consummab̄ gloria om-
nium bonorū qui non manent obligati ad aliquā pę-
nam, ergo consummabit gloria oīum: sed hoc nō po
test fieri, si manet aliquorum pœna purgatoria post iu
dicij diem, ergo non erit post illum diem pœna purga K
toria, & consequenter dicēdum est, quod supra dice-
batur, s. q̄ quorundam abbreuiabitur tps pœnę purga
toriæ, s. eorum qui pauco tpe ante diem iudicij defun
cti sunt, & ī̄m conditionem pœnæ tolerandæ cōpe-
tebat eis, q̄ longo tpe manerēt in Purgatorio, & quia
in breui superuenit dies iudicij non potest extendi vl-
terius pœna purgatoria, & cum iustitię, & taxationem
pœnæ a Deo factæ nihil subtrahi debet, oportet q̄ id
quod deest de tempore suppleatur in acerbitate pœ-
næ, vt siquis per duos menses sustinere deberet con-
tinue pœnam ignis in acerbitate decem graduum, &
sustineret eam in vno mēse in acerbitate viginti gra-
duum, aut in alia proportione. Quorundam autē erit

pœna purgatoria in corpore in vita, s. illorum qui in-
uenientur viui in ipso die iudicij superueniente igne
conflagrationis, nam tunc in ipso paruo spatio quo
moriuntur sustinebunt tam acerbam pœnam, q̄ equi
ualeat toti illi tempori quo anima separata manere
deberet in pœnis Purgatorij.

Et ita concluditur, q̄ post diem iudicij non mane-
bunt, nisi tria receptacula hominum. s. cœlum empy
reum, Gehenna, Lymbus puerorum: nam locus Pur-
gatorius, & Sinus Abrahæ, nec animas, nec homines
vllos post iudicium continebunt.

*An in Purgatorio possit quis purgari a culpa veniali sine pec-
cato mortali, idest an venialia sola remittantur post mortem
quo ad culpam, & quæ sint illa, & de modo remittendi eo-
rum, & per quid, & quo tempore. Quæst. DCCXI.*

QVAERETVR, an in Purgatorio possit quis pur-
gari a culpa sine peccato, & non quęrit de mor
tali, sed de culpa veniali.

Aliqui dicunt quòd nō, quia super illo verbo. 1. Io.
5. c. s. est peccatum ad mortem &c. dicit glo. peccatū
quod in hac vita non corrigitur frustra post mortem
eius venia postulatur, ergo nullum peccatum potest
remitti post mortem si frustra petitur illius remissio.

Secundo, quia eiusdem est labi in peccato, & libe-
rari a peccato, idest ad eundem statum pertinet, quia
videtur inconueniens, quòd quis ponatur in statu in
quo possit peccare, & non possit a peccato resurgere:
sed post mortem nō potest quis peccare mortaliter,
nec venialiter, ergo nō poterit absolui a peccato mor
tali nec a veniali, & ita non poterit tolli culpa venia-
lis, idest peccatum ipsum.

Tertio, quia dicit Gregor. quòd talis quisque in iu-
dicio præsentatur qualis hinc exit de corpore, & ha-
betur in Decre. 25. distin. ca. qualis. ergo non expiabi-
tur peccatum veniale post mortem, sed manet sem-
per, quia alias non præsentaretur talis in iudicio, sed
ante iudicium expiaretur peccatum.

Quarto, quia Eccles. 11. cap. dicitur. lignum vbi ce-
ciderit ibi erit, & intelligit̄ de casu hominis post mor
tem, quòd qualis fuerit cadens per mortem talis ma-
nebit postea. si ergo per mortem in veniali corruit, in
veniali semper manebit, & nunquam expiabitur per
pœnam purgatoriam.

Quinto quia (vt communiter tenetur) nō deletur
aliqua culpa, vel peccatum actuale, nisi per contritio-
nem, sed post mortem non est contritio q̄ę est actus
meritorius, quia tunc nō erit meritum, neque deme-
ritum. Etiam quia vt dicit Damasce. quod est angelis
casus, est hominibus mors, & tamen Angeli post ca-
sum non potuerūt mereri, neque demereri, & ita ne-
que de peccato suo resurgere. ergo ita de hominibus
per mortem est, quòd non possunt postea mereri, ne-
que demereri, & ita neque conteri, & de peccato ali-
quo actuali resurgere: manebit ergo semp post mor-
tem peccatum, quod fuit in homine moriente, & ita
non expiabitur veniale.

Sexto quia veniale peccatum non est in nobis, nisi
ratione fomitis, nam Adam si mansisset in statu inno
centiæ non peccasset ibi, nec venialiter, vt Doctores *Quid sit fomes.*
tenent, & tamen in anima separata nō manet fomes,
quia non manet sensualitas corrupta, fomes autem
uocatur lex carnis ad Roman. septimo capitu. sed ani-
ma in Purgatorio manet absoluta a carne, & sen-
sualitate, ergo non manet ibi fomes, & consequen-
ter non potest peccare venialiter, & ita neque peccet
ueniale, si quod manserit, expiari, quia idem est sta-
tus peccandi, & a peccato resurgendi. Vel quod plus
est, non manebit veniale, quia non manet fomes, &

ita

ita non erit aliqua remissio venialis necessaria post A
mortem, quia nullum veniale potest manere.

Septimo quia nullum mortale potest dimitti, aut
poterit per pœnam purgatoriam, & patet quia pecca
ta venialia damnatorum non dimittuntur, sicut non
dimittuntur mortalia ipsorum, sed habent pœnā per-
petuam, sicut mortalia, vt ostēsum est supra: peccata
autem venialia bonorum videtur, q̄ in morte dimit-
tantur, quia minima pœna, dum tamen sit voluntaria,
sufficit ad dimissionem venialium, vt aspersio aquæ
benedictæ & similium, sed mors est maxima pœnarū,
quia est vltimum terribilium. 3. Ethico. ergo a fortio
ri per mortem in eo qui est in charitate, & mors volū
tarie acceptatur, delebuntur venialia, & ita non ma-
nebit post mortem aliquid quod deleatur.

Sed dicunt aliqui, quòd non tenet argumentum,
quia mors est pœna debita pro originali, ergo non po-
test esse debita pro veniali, neque potest esse deletiua
illius. Sed ꝺ, quia peccatum originale deletum est in
baptismo, qui ordinatur specialiter contra originale
peccatū, ergo pōt mors esse pœna deletiua venialis.

*An post hanc vitam deleatur aliquod peccatum quantum ad
culpam. Quæst. DCCXII.*

CIRCA hoc dicunt aliqui, quòd nō potest aliqua
culpa deleri post hanc vitam, idest non dimittit̄
aliquod peccatum quantum ad culpam. Et modum
ponunt ad hoc, quia siquis in peccato moritur, aut il-
lud est mortale, aut veniale. si mortale non potest di-
mitti post mortem si in vita non fuit dimissum, quia
manet talis sine charitate, & in hoc nō potest fieri re-
missio peccatorum. si autem sit veniale, aut est cum
mortali, aut sine illo, si cum illo neutrū deletur, quia
sicut non potest remitti peccatum mortale post mor
tē, quia deficeret ibi charitas quæ est principium re-
missionis omnium peccatorum, ita neque potest di-
mitti veniale quātum ad culpam cum non sit ibi cha
ritas, si autem solum esset veniale posset dimitti. Sed
isti dicunt, q̄ non est solum, sed quicūque decedit in
veniali, decedit etiam in mortali, & etiam dicunt es-
se quia gratia finalis purgat culpam venialem in eo q̄ D
decedit in gratia, vel charitate. & causa est, quia dicūt
q̄ peccatum veniale contingit ex eo, q̄ aliquis habēs
Christum in fundamento nimis aliquod temporale
diligit, qui quidem excessus ex concupiscentiæ corru
ptione procedit, vnde si gratia omnino concupiscen
tiam vincat, nō manet aliquis locus veniali, sic fuit in
beata Virgine, in qua gratia sanctificationis vincebat
omnem concupiscentiam, ideo non erat in ea locus
alicui veniali, & ita dicunt, q̄ cum in morte omnino
diminuatur & adnihiletur concupiscentia, quia po-
tentiæ animæ totaliter gratiæ subijciuntur, vr̄ q̄ neces
sario omne veniale expellitur. Sed dicendum q̄ non
stat, est enim positio ista friuola, tam in se quā in sua
causa, in se quidem, quia tā dictis Christi q̄ Sāctorum
vr̄ aduersari. De dictis Christi patet, qa sup. 12. c. dr̄ q̄ q
peccauerit in Spiritūsanctum, nec in hoc seculo, neq;
in futuro dimittet ei, ergo innuitur q̄ aliquæ culpæ,
vel peccata post hoc seculū in futuro remittunt, quia
alias frustra diceretur, neque in futuro. Secundo quia
cōsonat hoc dictis Apostoli. 1. Cor. 3. c. vbi dicit quos-
dam ædificare lignum, fęnū, stipulā, & q̄ qui illa ædifi
cauerint detrimentum patient̄ per ignē, ipsi tñ p ignē
saluī erunt. ergo vr̄ q̄ ipsas culpas originales ignis Pur
gatorius consumit. De dictis Sāctorum patet, quia di-
cit Aug. q̄ spiritus defunctorum qui ædificauerunt li
gnum, fęnum, stipulam, inueniunt ignem transitorię C
tribulationis venialia concremantem, ergo ille ignis
cremat post mortem venialia, & purgat ea. Itē Greg.

4 Dial. & Aug. lib. de vera Pœnitentia. dōt quasdā cul-
pas leues remitti in futuro seculo, & non pōt hoc in-
telligi de pœna debita pro culpa, quia si culpa, i. macu-
la & reatus pœnæ æternæ in vita tollunt̄, quantæcunq;
pęnę maneant pñt post mortem expiari: ideo necesse
est intelligi de peccato quantū ad id qđ ab aliquibus
large vocatur culpa, nam tunc verū erit, q̄ paruæ cul-
pæ dimittantur post mortem, i. veniales, i. peccata ip-
sa, & non solū peccatorū pœnas. de mortalibus nō est
verum, q̄ dimittant̄ post mortē culpæ, i. peccata mor-
talia, sed solæ pœnæ. Item Magister. 4. Sen. dis. 21. mo-
uet qōnem hanc, & rñdet. s. ex quo dat̄ intelligi, sicut
sancti Doctores trādūt, q̄ quædam peccata in futuro
dimittunt̄: quædam. n. culpæ in hoc seculo relaxātur,
quædam vero paruę ēt in futuro, quæ qđē post mortē
grauant, sed dimittūtur si sunt digni, si bonis actibus B
in hoc seculo meruerunt, vt dimittatur eis. Quātum
ad radicē suā peccat ista opinio. nā quod dicit oīri ve-
nialia ex fomite, vel concupiscentia, & iō nullum ve-
niale esse, qñ gra vincit concupiscentiā verum est, sed
q̄ addunt, s. in infirmitate, vel morte diminui & adni-
hilari concupiscentiā, ita vt potentiæ aīæ totaliter sub
dant̄ gratiæ nihil est, quia defect⁹ corporalis qualis est
in vltimo vitæ nō aufert concupiscentiæ corruptionē
aut diminuit q̄tum ad radicē, sed solum quantum ad
actū, sicut patet de illis q̄ grauiter infirmant̄, qa quan-
diu infirmant̄, non habent concupiscentiā actualiter
pungentē, sed cū conualuerint de ægritudine redeūt
in eis punctiones, & stimuli concupiscētiæ. Etiā defe- C
ctus corpalis non trāquillat potērias aīæ, vt eas gratię
subijciat, quia tranquillitas potentiarū, & subiectio ea
rū ad gratiam est, qñ inferiores vires obediunt supio
ribus q̄ lege Dei condelectant̄, quod in statu ęgritudi
nis non est, qa vtrarūq;. i. superiorū, & inferiorū actus
impedit̄ in magno defectu corporali. nisi forte dicat̄,
q̄ tranquillitas aīæ, vel subiectio virium inferiorū ad
superiores dicat̄ priuatio pugnæ, sicut accidit in dor-
mientibus, qa tunc non est pugna virium inferiorū ꝺ
superiores actualiter: & tñ non ob hoc dr̄ somnus di-
minuere concupiscentiā, aut vires aīæ trangllare, aut
eas subijcere gratię, quia statim cessante somno redit
pugna, sicut prius, quod nō fieret si esset diminuta cō D
cupiscentia, vel ablata, aut trangllatæ vires aīæ. Item
dato q̄ defectus ille corporis diminueret concupiscē
tiam in radice, & vires aīæ subderet gr̄ę, quod falsum
est, non sufficeret ad purgationē culpæ venialis iā cō-
missæ, q̄uis sufficeret ad vitationem futuræ culpæ, qa
culpa actualis, siue mortalis, siue venialis non remitti
tur, sine actuali contritionis motu, q̄tumcūq; ad hoc
sit intentio habitualis, qa illa non sufficit, cōtingit aūt
q̄ aliquis dormiens moriat̄ qui est in gratia, q tñ hēt
veniale, & de isto nō potest dici, q̄ remittat̄ in eo pec-
catum veniale in vita, cū non potuerit habere actum
intendendi, nec cōtritionis, & ideo sequeret̄ q̄ nunq̄
liberaret̄ iste a pœna, & ꝺñr nunq̄ hr̄et vitam ęternā, cū
existēs in culpa, vel reatu pœnæ nō possit esse beatus.

*Aliorum positio circa suprædictam difficultatem, an post mor- E
tem remittatur peccatum veniale. Quæst. DCCXIII.*

ALII ergo dūt ad hoc, q̄ nō remittit̄ peccatū ue
niale post mortē, neq; ēt manet, quia uolunt q̄
oē ueniale, qđ in uita non delet̄, efficiat mortale post
uitā, & ita puniet̄ æternaliter iā non pro veniali, sed p
mortali, & dūt causam esse huius, qa peccatū mortale
efficit ipsum, quod erat ueniale dū placet, & tñ uenia-
le, qđ in uita non deletur placet, ideo efficit̄ mortale.
Sed dicendū q̄ non stat, primo quia tunc nullū pecca
tū esset ueniale, sed oīa mortalia, quia cum ueniale sit
actuale, & omne actuale sit uolūtarium, quia efficit p
imperium & electionem uoluntatis, necesse est q̄ oē

veniale placeat: & ita omnia peccata actualia essent F
mortalia, quod falsum est, quia tūc frustra, & falso distingueretur actuale in veniale, & mortale.

Secūdo quia ad hoc nihil faceret mors: nam si per complacentiam venialia efficerētur mortalia, etiam viuentibus efficerentur mortalia, & non differret superuenire mortem, vel non superuenire.

Sed est dicendum, quòd complacentia facit peccatum mortale nō quælibet: sed ea qua sic res nobis placet, vt ea fruamur: & in hoc stat tota peruersitas volūtatis nostræ, scilicet, cū fruimur vtibili, & vtimur fruibili, sed complacentia quæ nobis res facit, non fruendo non facit mortale, vnde etiam si sit deordinata cō placentia, si non peruenit ad fruitionem non causat G
peccatum mortale.

Pro quo sciēdum, quòd potest complacere nobis creatura dupliciter, scilicet ordinate & deordinate. Si ordinate non est peccatum aliquod, vt cum aliquid amamus ex charitate, sicut est de proximo, nam non possumus eum amare quin placeat nobis bonū eius, quia talis est conditio amicorum. 8. Ethicor. Si deordinate, ideſt non secundum charitatem, aut complacet nobis tantum res illa, quòd fruamur ea, aut est cō placentia citra fruitionem. Si primo modo est peccatum mortale, & hoc est quando quis magis gaudet de re aliqua quam de Deo, & potius eligit offendere Deum manifeste quam carere bono vel delectabili, quod habet in amando rem illam. Ista complacentia H
nunquam potest esse sine peccato mortali, quia solo Deo fruendum est, & in tali complacentia creaturæ fruimur creatura. Alia est complacentia deordinata, quando placet nobis de re plus quam ratio suadeat, & tamen non peruenit complacentia ista vsque ad fruitionem, & signum huius est, quando potius vellet quis carere ista re amata, vel delectatione, quā habet circa illam, quam offendere Deum manifeste, vel quomodolibet, nam tūc Deo fruitur quem offendere non vult, & non re quam nō tantum diligit, vt potius ea carere velit quam Deum offendere: & tamen si poneret rem, vt finibilem faceret eam finem simpliciter, & præponeret eam Deo, hæc complacentia causat veniale. Licet ergo in peccato veniali sit complacentia non efficitur mortale, quia nō est cum fruitione, vnde licet maneat illa complacentia vsque ad mortem non potest aliquem facere dignum damnatione, sicut peccatum mortale. I

Item non stat, quod isti volunt, quia putant ideo veniale in morte effici mortale, quia manet ista complacentia vsque ad mortem, & tamen interdum est falsum, quia complacentia nominat aliquid actuale, & non potest esse, nisi secundum actum volūtarium. Contingit autem, quòd aliquis postquam commisit peccatum veniale, nunquam cogitauit de tenendo illud, vel non tenendo: sed forte cogitat, quòd triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, & ī hac cogitatione obdormit & moritur, tunc non est complacentia actualis vsque ad mortem, per quam efficiatur illud veniale mortale: & tamen non dimittitur in vita, quia post commissionem illius, sicut non potuit habere complacentiam de eo, ita neque displicentiam, ideo manet post mortem: ideo dimittetur post mortem, vel dabitur pœna æterna pro veniali, quod est sine mortali, sicut datur pro mortali, & hoc est absurdum.

De modo remittendi venialium post mortem.
Quæst. DCCXIIII.

DICENDVM ergo est, q̄ dimittatur aliquod peccatum veniale post mortem quantum ad culpam: sed quis sit modus dimittendi est dubium.

Aliqui dicunt, q̄ in peccato veniali nihil aliud est remissio culpæ quam solutio pœnæ temporalis debitæ pro culpa vel peccato, & quia pœna temporalis potest tolerari post mortem, dicunt q̄ potest remitti culpa post mortem, & dicūt, q̄ causa huius est, quia post actum peccati transeuntem culpa quæ manet nihil est, nisi reatus ad pœnam debitam, iste autem reatus in peccato veniali non est, nisi ad pœnam temporalem, ideo soluta pœna ista in Purgatorio non manet aliquid, ideo dicitur culpa venialis remissa. de mortali autem non est sic, quia pœna debita ei (vt dicunt) nō potest esse totaliter soluta, nisi primo pœna ęterna sit commutata in temporalem, & istam commutationē vocant remissionem peccati mortalis. Ista autem remissio non fit, nisi per ordinatam displicentiam volūtariam, qualis post mortem non potest haberi, & ita non potest dimitti mortale (vt dicunt) post vitam. sed pœna eius dimittitur dimisso in vita ipso mortali.

Sed iste modus non est conueniens, quia non consonat modo loquendi Sanctorum, qui distinguūt inter remissionem culpæ, vel peccati, & remissionem cuiuscunq; pœnæ, & maxime inter remissionem culpæ, & solutionem pœnæ debitæ illi culpæ: & tamē secundum istum modum nihil aliud est remitti culpā, vel peccatum veniale quam solui pœnam eius: dicimus tamen per contritionem, vel alios actus bonos ad hoc ordinatos tolli peccatum veniale vel remitti: nondum tamen est pœna illius soluta, sed manet obligatio ad illam in Purgatorio vel in vita.

Alij autem dicunt, quòd remittitur peccatum veniale in vita ista, vel potest remitti, nō quidem per pœnam aliquam interiorem vel exteriorem, quia illa nō est necessaria ad hoc, sed per aliquem actum qui sit Deo magis acceptus quam displiceat ei peccatum veniale, & hoc quòd ille actus sit relatus ab operante ad remissionem venialis peccati, vel nō sit ab eo ad hoc relatus: sed ad hoc ordinetur a Deo qui acceptat illi actum ad hoc: & hoc modo ponunt remitti peccata venialia quantum ad culpam alicui post mortem, qa si quis in charitate, & cum venialibus deceſſit, licet ipse viuendo nunquam fecit aliquem actum superueni- I
entem his venialibus hac intentione, vt per eum remitterentur venialia, & post mortem non habeat aliquem actum nouum merendi, tamē Deus potest ordinare illos actus meritorios quos iste viuēdo exercuit ad hoc, vt nunc post mortem per illos deleantur venialia huius, licet ad hoc non ordinauit iste.

Sed tunc dicetur quomodo ergo post mortem fit ista remissio, quia poterat fieri in vita nam ista merita fuerunt in vita & non post mortem, & ab isto non ordinantur ad remissionem venialium, sed a Deo, quo modo ergo non fuerunt remissa in vita, quia potius tunc debuerunt remitti?

Respondetur ad hoc, quòd remissio fieret in vita, nisi propter impedimentum, quia causa impedibilis quandiu est actu impedita nō ponit effectum suum, cum vero non est impedita ponit effectum, & ita licet merita moriētis quæ ille in vita habuit essent causa sufficiens ad delendum venialia in vita: manent tamen impedita, vt quia manet semper ille in veniali, & impossibile est remitti peccatum, quandiu quis in illo manet actu per complacentiam, vel continuationem actus: post mortem autē statim cessat actus peccati venialis, & complacentia actualis, ideo non manet tunc impedimentum aliquod, & sic remittuntur post mortem venialia, quæ non erant dimissa in vita.

In

In instanti mortis remittuntur venialia.
Quæst. DCCXV.

EX hac autem positione duo sequuntur, primum quòd in instanti mortis remittuntur venialia. nā pro tanto dicta sunt remitti post mortem, & nō in vita, quia in vita manet quis actu ī veniali, sed post mortem non, & tamen in instanti mortis non potest quis habere actum venialis peccati continuando illud, neque in actuali complacētia, quia in instanti mortis est quilibet mortuus, quia in instāt aneis idem est fieri, & factum esse, sicut in instanti generationis est res generata, ita in instāti mortis est quis mortuus. ergo quod non potest post mortem, nō potest in instanti mortis, sed post mortem (vt dictum est) nemo potest peccare venialiter, neque actualem complacentiā habere de peccato veniali, ergo neque in instanti mortis. & con B
sequenter tunc remittetur peccatum veniale.

Secundum est, quòd omnia peccata venialia morientis in charitate remittentur in hac vita quantum ad culpam, nisi ipse moriens cōtinuauerit semper venialia, vel aliquod ipsorum vsque ad mortem, vel instans mortis. Et patet hoc, quia dicunt per merita vitę quando nō fuerint impedita sine aliqua pęna ad hoc ordinata, remitti venialia, & tamen quando non continuat quis venialia nō est impeditus, ideo statim remittentur in vita, quādo cessauerit illud impedimentum. Dicūt autem hoc rationabiliter positum, & specialiter secundum s. quòd etiam in vita dimittantur C
venialia, nisi posuerit quis impedimentum continuando ea.

Veruntamen aliqui dicunt non fieri sic, sed seruari totam remissionem venialium quantum ad culpā ad instans mortis, & dicunt, quòd Deus hoc facit ex intentione, quia vult, quòd remissio venialium quasi quoddam præmium sit, & ideo datur homini, quādo est tempus recipiendi præmia. Est enim pręmium post viam, sicut meritum est in sola via, sed in instanti mortis desinit homo esse viator, ideo pro tunc dicū; quòd reseruat Deus remissionem venialium, & non facit eam prius, & simile esse dicūt, quia cum per quēlibet actum meritorium mereatur homo augmentū D
gratiæ, quæ est vt dispositio necessaria ad augmētum gloriæ, non tamen post quemcunque actum meritorium auget Deus gratiam proportionatam illi merito, sed reseruat illam, vt videtur ad instans mortis. eodem modo de ista deletione venialium quæ est quasi quoddam pręmium non principale istorum meritorum, sicut & augmentum charitatis, vel gratiæ, quòd non fiāt ista statim post meritum, sed reseruentur ambo ad instans mortis, & quòd tunc dētur præmia hęc est conueniens, quia tunc primum est homo extra statum viatoris, & non impeditur homo recipere tūc augmētum gratiæ, vel deletionem venialium. Aliqui autem dicunt, quòd non fit tunc conueniēter remissio venialium per merita præcedentia, quia potius indiget tunc homo gratia, & meritis precedentibus cōtra tentationes imminentes, quā vt fiat remissio pec- E
catorum. Ad hoc respondent, q̄ non est verum, quia non indiget tunc homo gratia aliqua contra tētationes, nam nullæ tunc sunt: in quolibet enim tempore ante mortem potest esse tentatio aliqua: sed in instāti mortis nulla est, quia in illo homo est mortuus, ergo potest fieri tunc conueniēter remissio. Alij autem dicunt, q̄ fit remissio peccatorum venialium post mortem per ignem Purgatoriū in eo qui in charitate decessit, quia pęna illa voluntaria virtute gratię habebit vim expiandi peccata quæ cum gratia stare possunt, & ideo tam culpa quam pęna delebitur per pœnam purgatoriam.

An peccata venialia remittantur post mortem scilicet in instāti mortis, vel in tempore sequenti. A
Quæst. DCCXVI.

SED dicendum, quòd quia præsuppositum fuit in dictis præcedentis opinionis venialia remitti post mortem, & non in vita. Est dubium, an verum sit. Et dato, quòd dimittantur post vitam, aut dimittantur in instanti mortis, vel in tempore sequenti,

Circa primum dicendum, quòd nullus vnquā sensit, quòd omnia venialia cuicunque remittātur post mortem, quia est absurdum. Primo quia tunc nullus homo esset quantumcunque sanctus qui non maneret semper in peccato veniali, cum culpa venialis non esset ei dimissa vsque post mortem, & tamen aliquos dicimus esse puros ab omni mortali, & veniali, dum viuunt. B

Secundo, quia quòrūdam est tam magna charitas, quòd etiam si venialia committant, absorbentur illa in incendio charitatis, ita vt non maneant, vt dicit Aug. & Magister, 4 Sen. di. 21.

Tertio quia manifestum est, quòd quędam opera, vel cęremoniæ ponūtur per quę remittitur culpa venialis, vt per benedictionem episcopalem, per cōfessionem generalem, per tūsionem pectoris, per aspersionem aquæ benedictæ, & similia, & tamen multi ista exercent, aut se illis subijciunt, ergo in multis remittuntur venialia in vita, vel omnia, vel quædam.

Quarto, quia aliter non starent verba Apostoli de ædificantibus lignum, fęnum, stipulam, & ędificantibus aurum, argentum &c. Nam aliqui sunt qui nō dicuntur ædificare lignum &c. s. quia post mortem ista secum non fuerunt cremanda, & ideo transeunt nequaquam per ignem, & tamē si venialia remitterentur post mortem, omnis homo ædificaret lignum, fęnum, stipulam, cum omnis homo commisit hic aliqua venialia. ergo non remittuntur omnia post mortem, sed quædā sunt quæ in morte nulla venialia habent. prædicta apparēt ex Magistri expositione 4. Sen. di. 21. nam dicit, quòd illi qui lapides, aurum, & argētum ædificant venialia committunt, & tamen non dicuntur ædificare lignum &c, quia non manent ista in eis vsque ad mortem.

Quinto, & adhuc efficacius patet, quia si in omnibus remitterētur culpæ veniales post mortem, nullus esset qui non descēderet ad Purgatorium, & non pateretur pœnas purgatorias. Et hoc falsum est. primo quia post mortem qui ponūt venialia dimitti, in Purgatorio ponunt ea dimitti, vt innuit Augustinus, & Grego. & Magister aperit 4. Sen. dis. 21. ideo ad infernum descenderint, vt ibi dimittantur. Secundo, quia post dimisionem culpæ, vel peccati cuiuslibet manet adhuc pęna debita illi peccato, & non est eadem remissio culpæ, & solutio pęnæ, ideo manet adhuc cuilibet soluēda pęna omnium venialium quorum culpæ remissę fuerūt, & ita quilibet post mortem tolerare habet pęnam purgatoriam. Sed hoc est absurdum, quia manifestum est, quòd multi sunt qui statim, vt exeūt de corpore euolāt in cęlum, sicut est de omnibus sanctis martyribus, confessoribus, virginibus, & generaliter de omnibus illis quorum memorias Ecclesia cęlebrat. ergo non est verū, quòd remittantur post mortem omnia venialia. Secundo quantum ad hoc, quia quidam in hac vita egerunt opera multa meritoria, & satisfactoria, per quæ non solum de mortalibus siqua erant, sed etiam si aliqua venialia commissent poterant satisfacere, & insuper restabant multa meritoria, & satisfactoria. ergo nihil relinqueretur istis post mortem satisfaciendum, & consequenter, nec

pęnas

pœnas purgatorias sustinerent, si autem detur oppositum erit inconueniēs, scilicet quòd isti facerent opera sufficientia vltra satisfactionē, & tamen manerent eis aliquæ pœnæ post mortem: multi igitur sunt quibus remittūtur omnia venialia hic. Apparet ergo ex dictis, quòd non remittuntur omnia venialia post mortem, sed multa relinquentur remissa in vita totaliter. Cum ergo dicitur, quòd remittūtur venialia post mortem, non est sensus, quòd omnia venialia remittuntur tūc quasi nulla sint remissa in vita: immo locus, vel tempus remittendi ea ordinarie est vita: aliqua tamē sunt quæ non remittuntur, nisi post mortem, scilicet, quia accidit sic fieri.

Quæ sunt venialia quæ remittuntur post mortem, & quare non fuerant dimissa in vita. Quæst. DCCXVII.

SED tunc manet dubium cum remittantur aliqua post mortem quæ sunt illa, & quare non fuerunt remissa in vita.

Aliqui dicunt, quòd ista sunt omnia illa in quibus mansit quis quandiu vixit. sic enim multa venialia a quorum actu, vel complacentia nō cessat quis vsque ad mortem, & de illis manifestum est, quòd non remittuntur quandiu homo viuit: omnia autem alia a quibus quis cessat dicunt remitti per charitatē in qua quis manet. & istud verum est, quòd quādiu quis manet in peccato, vel complacentia illius non potest remitti, quia includit contradictionem esse hominem in actu peccati, & remissum esse sibi peccatum illud: cum vero quis cessat ab actu peccati, & ab actuali cōplacentia est aliud, quia tunc non est inconueniēs remitti, & tamen an actualiter remittatur est dubium. si autem concedatur actualiter remitti, est dicēdum, quòd statim, vt quis cessat ab actu, vel complacentia peccati venialis remittitur ei, & nō requiritur aliquis actus vlterior, & ideo possunt quædā venialia remitti alijs manentibus, vt siquis commiserit multa venialia, & a quorundam actu, & complacētia cessauit, ab aliorum vero actu, vel complacentia nō. nam remittentur illa a quibus cessauit, & alia non: si qua autem sint quorum actus, vel complacentia maneat vsque ad mortem, non possunt tolli in vita, ideo de illis dubium non est quin post mortem remittantur.

Sed de illis a quorum actu, vel complacentia actuali cessauit quis in vita, an eo ipso tollātur, est dubium.

Aliqui enim dicunt, quòd non tollantur per hoc, quia non sufficit cessare a peccato, sed dicunt requiri aliquid actuale ad remissionem illorum quantum ad culpam. vnde dicunt, quòd non potest remitti peccatum veniale sine contritione.

Dicunt autem triplicem esse cōtritionem, s. actualem, habitualem, & medio modo inter vtramque. prima non requiritur, secunda non sufficit, tertia sufficit, & hanc dicunt esse necessariam.

Vocatur enim contritio actualis qua quis actu dolet de omni peccato commisso de quo memoriā habet, & de omnibus quæ memoriam effugerūt, & ista contritio requiritur ad dimissionem venialium, nec est aliquod veniale, quod alio modo possit remitti, nón requiritur autem tanta, aut talis cōtritio ad deletionem venialis, quia venialia nō tollunt gratiam, sed stant cum illa: mortalia autem tollunt illam, ideo requiritur actualis cōtritio ad restitutionem gratiæ, ad venialia autem non potest requiri actualis dolor, quia stant venialia cū gratia quæ restituitur per dolorem. contritio habitualis est, idest habitus mouens ad cōtritionem, & ita habitus pœnitētiæ cuius actus est contritio dicitur contritio habitualis. Est autem pœnitentia sic virtus moralis, & non sacramentum, & illa mouet ad dolendum de malis commissis, & tunc sequeretur, quòd quandocunque haberet quis habitū pœnitentię esset dimissum veniale, sed habitum illum habemus quandocunque habemus gratiam. ergo nō posset stare veniale cum gratia, sed statim, vt quis haberet gratiam essent dimissa venialia, sed falsum est, quia homo in gratia manens potest ea committere, ergo potest ea retinere cum gratia, quia non repugnant gratiæ.

Contritio autem medio modo est illa quæ est minor quam habitualis, & est maior quam actualis, i. quando quis non habet cogitationem actualē de venialibus, neque in speciali de singulis, nec in generali de omnibus, sed elicit aliquem actum tam excellentem, ex cuius virtute sequitur, quòd si haberet actualem cognitionem, vel memoriam de venialibus singulis, vel de aliquo eorum, haberet displicentiam explicitam de illis, & ista contritio requiritur, & sufficit ad veniale: non autem sufficit ad mortale. nā existens in mortali quantumcunque eliciat actum excellentē ex genere si non dolet de cōn. isis actualiter non potest remitti peccatum, quia actus ille excellens nihil valet cum non fiat ex charitate. secus de illo qui erat in gratia, & commiserat venialia, & talem actum habuit. nam ille actus est meritorius, & continet virtualiter contritionem, ideo sufficit ad remissionē venialium, quorum actus, aut complacentia non manet actu, quia illa non possunt tunc dimitti.

Quodnam iupradictorum sit verius. Quæst. DCCXVIII.

SED quid istorum duorum verius sit est aliqualiter dubium. Dicendum videtur, q̄ illa venialia quæ remittuntur in vita nō remittūtur per hoc solum, q̄ cessat quis a continuatione illorum, vel ab actuali complacentia, nam sequerētur inconuenientia. Primum est, q̄ gratia ex se sola sufficeret ad tollendum venialia, & statim tolleret, nisi poneretur obex. Est autem obex ad remissionem peccati ipsa actualis complacentia de peccato, vnde gratia tunc non sufficit ad remittendum, sed si non fictitia complacentia, vel actus, ponūt, quòd statim remittatur peccatū, vt factum est, vel vt cepit quis esse in charitate, & ita gratia de se sufficeret ad tollēdum venialia, sed falsum est, quia tollitur peccatum per aliquid ex oppositione formali, vel virtuali: non est autem talis inter gratiā, & veniale, quia existēs in grātia potest committere veniale, & manebit gratia, ergo non est oppositio, & consequenter, nec gratia per se tollet venialia, sed tollet mortalia, quia habuit oppositionem. nam siquis committit mortale statim perdit gratiā. ergo si gratia redeat statim peribit mortale. vnde habet gratia virtutem tollendi mortalia, & non venialia. Si autem obijciatur, quòd a fortiori possint tolli venialia quam mortalia cum sint minora. Dicendū, quòd nō sequitur. nam ista ablatio fit ex ratione oppositionis, & quia mortalia opponuntur gratiæ tollūt se mutuo, & ita non tollentur venialia ex sola vi gratię, sed ex aliquo actu. Secundo, quia regulariter solent multa assignari per quæ tollantur venialia, vt benedictio episcopalis, aquæ benedictæ aspersio, tunsio pectoris, cōfessio generalis, oratio dominica, ardor charitatis. Et hæc omnia dicuntur tollere venialia, quando fiūt ab aliquo existente in charitate, & tamen si sola cessatio a venialibus ab eo qui est in gratia sufficeret ad remissionem venialium quantum ad culpam, non poneretur aliquid actuale, & specialiter actus determinati, & tamen communis doctrina theologorum, & iuristarum ponit, quòd per hæc remittantur peccata venialia. ergo non sufficit ad remissionem cessatio ab illis

illis cum præsentia gratiæ. Ex hoc autē sequitur, quòd illa peccata venialia circa quæ non habuit quis contritionem medio, idest, vel actualem displicentiā, vel aliquem actū excellentem, in cuius virtute contineatur implicite displicentia in vita, non remittuntur in vita, licet gratiā habeat, & cesset ab illis, & licet multa sint per quæ in vita tollantur venialia, vnum specialiter est, quòd per quod tolluntur, s. feruor charitatis. & ratio est, quia in formis ablatio, vel corruptio fit p oppositionē, & quia mortale opponitur charitati da to mortali tollitur charitas, & posita charitate tollitur mortale. veniale autem non tollit gratiam, sed retardat feruorem, vel impedit feruorem. nā habitualiter non potest diminuere gratiam, sed feruorem diminuit, qui non est aliquid ipsius charitatis velut gradus eius. Et ideo sicut opponitur feruori charitatis quem minuit, ita per feruorem charitatis tolletur veniale, & non per charitatem. feruor autem accidit in aliquo actu charitatis, ideo venialia directe tolluntur quantum ad culpam per aliquem actum feruentem charitatis.

Per quid tolluntur venialia post mortem. Quæst. DCCXIX.

SED cum dicamus aliqua peccata venialia tolli post mortem quæ non fuerunt dimissa in vita, est dubium per quid tunc tolluntur.

Aliqui dicunt, vt supra patuit, quòd per sola merita quæ præcesserunt in vita, quæ Deus tunc noviter acceptat, vt per illa faciat remissionem, & hoc dupliciter. Primo quia quædam fuerunt in vita impedita, vt non possent efficere illam remissionē. Secundo, quia quædam, licet non sint impedita, tamen non acceptātur a Deo in vita ad remissionē, sed post mortem. De primis verum est, sicut supra dictum fuit, s. quādo quis habet bona opera meritoria, & simul cū illis committit venialia, vel prius commisit in quorū actu, vel complacentia permanet vsque ad mortem. nam certum est, quòd ista sunt semper in vita impedita per actualem commissionem peccati ad illud remitti faciendum, & ideo quandiu talis viuit nihil est per quod prædicta venialia remittantur. De secundis non videtur concedendum, quòd dimittantur post mortem, quia tunc a Deo acceptentur merita, & nō prius. nam non ponitur, quòd ista sint impedita, sicut prius dicebatur, sed quia Deus tunc vult ea specialiter acceptare, & hoc non stat, quia aut ista merita vitæ pcedētis sunt de illis actibus quos supra nominauimus qui specialiter pertinent ad remissionem venialium, aut non. Si sunt de illis, manifestum est, quòd dimittentur peccata venialia in vita quantum ad culpam, cum ita doctrina communis habeat, quòd per illa dimittantur venialia, & si non dimitterentur daretur, quòd nullus modus esset dimittendi venialia in vita, sed omnia post mortem dimitterentur, quod falsum est, vt dictum est supra: si autem essent alia opera bona communia parua, vel quæ nō fiunt ex ardore charitatis, licet sint facta in charitate, manifestum est ex dictis præcedent. quæst. quòd illa non habuerūt vim dimittendi peccata tunc, quando facta sunt, ergo neque Deus post mortē acceptabit illa, vt digna remissione venialium cum Deus iuste acceptet. Dicendū est ergo secundum aliam positionem habitam prece den. quæ. quòd fiet remissio ista post mortem per aliquam operationem quæ habeat vim remittēdi hæc, & directe ordinetur ad remissionem hanc. Quæ autē sit ista operatio dicunt qui hoc tenent, quòd est voluntaria pœnę toleratio virtute gratiæ quæ manet cū venialibus: nam actus ille voluntarius ordinatur directe ad remissionem venialium, quia pro illorum remissione eligit qui est in Purgatorio tolerare illā pœnam, & iste actus, licet sit bonus ex genere, non acceptatur a Deo, nisi quia est cum gratia, & sic tolluntur venialia per quendam motum post mortē qui est acceptus Deo loco contritionis.

An vera sit illorum positio qui ponunt venialia dimitti post mortem per aliquam operationem. Quæst. DCCXX.

SED obijcietur, quòd non stet, quia tunc daretur actus meritorius post mortem: nam nō potest remitti culpa sine actu meritorio in viuente. si ergo post mortem ponimus necessariū actum eius cui fit remissio, ad remissionem ponemus meritorium actum, & maxime, quia dicitur, q̄ ille actus voluntariæ tolerationis pœnarum cum gratia, aut virtute gratiæ sufficit ad expiandum venialem culpam, vnde actum meritorium videmur ponere, quia alias non diceretur ibi de adiutorio gratiæ, & tamen post mortem non ponimus actus meritorios, neque satisfactorios, quia alias daretur, quòd posset quis maiorē gradum in vita æterna habere quam meruisset hic, cum in Purgatorio posset habere actus meritorios. & hoc dato maiora essent merita Purgatorij quam vitę, quia ibi anima nulla mole carnis tenetur, aut trahitur quin libera eat in Deum, & non impedit aliquis impulsus peccati, quia iam ibi non potest, neque venialiter peccare cessante ibi fomite, & hoc est absurdum. Item quia si possent mereri animæ quæ sunt in Purgatorio possent a fortiori illæ quæ sunt in vita æterna, quia liberę ab omni peccato, & appendicio peccati sunt, & sic crescerent sic premium essentiale post mortem, quod falsum est.

Si quis autem dicat, quòd existētes in Purgatorio merentur, & non in cęlo, erit inconueniens, quia tūc sequeretur, quòd melioris conditionis essent qui in Purgatorio manent, & in peccato veniali, & obligatione pœnarum decesserunt, quam qui ista non habebant, quia datur illis locus merendi post mortem, & istis non. sed hoc absurdum est, ideo nec manentes in Purgatio mereri possunt.

Dicēdum etiam, q̄ neque satisfacere possunt, quia satisfactio non est, nisi per actum meritorium, & ideo vbi non est actus meritorius, neque erit satisfactorius. & apparet, quia nunc fit hoc, q̄ existentes in peccato mortali non satisfaciāt in aliquo, licet sustineant pœnam voluntarie, & hoc est, quia non possunt mereri per actus factos in mortali, in Purgatorio autem, licet sint homines in charitate non habent locum merendi, vt dictum est. ergo nec satisfaciendi. Secūdo patet, quia si ibi esset satisfactio cito liberarentur homines de Purgatorio, & per leuiores pœnas purgarentur quam hic sustineant in satisfaciendo, sed hoc est contra communem doctrinam, quia omnes tenēt, quòd breuius hic, & per actus minus pœnales potest quilibet satisfacere quā purgetur in Purgatorio, ideo non videtur, quòd per actum aliquem voluntatis nostræ expietur peccatum veniale quantum ad culpam post mortem.

Dicendum, quòd post mortem nō est aliquis actus meritorius, neque satisfactorius, & ideo non tolluntur venialia post mortem per modum meriti, neque satisfactionis.

Sed considerandū, q̄ in veniali peccato in fieri est culpa quæ est deordinatio actus a debita rectitudine, & illa non manet post factum peccatū, sed manet aliquid loco culpæ a quo habet, q̄ sit peccatum, s. q̄ fuerit factus actus deordinate, & in mortali relinquit maculam, in veniali autem non est macula, quia non perditur

perditur charitas, sed illud quicquid sit a quo veniale vocamus veniale postquam commissum est dicitur cõuniter culpa, & contingit remitti peccatũ quantum ad hoc, & quantum ad pœnam debitam illi peccato. Si autẽ nullo modo remissum est veniale in vita, oportet vtroque modo remitti post mortẽ, & est distincta remissio eius quantum ad culpam, & distincta quantum ad pœnam: nam idem facimus in mortali, quia remissio quantum ad culpam, vel maculam fit per modum contritionis, & meriti, remissio quantum ad pœnam fit per modum satisfactionis, & non contritionis, neque meriti. ita & in veniali. nam in vita pẽr contritionem mediam inter actualem, & habitualem remittuntur venialia quantum ad culpã, quãtum ad pœnam remittuntur per quęcunque opera satisfactoria. Ita post mortem oportet hoc distingui. & dicendum, ꝙ pœnã remittitur in Purgatorio non per actum satisfactorium, sed inquãtum realiter soluitur, quia manet ibi anima aliquanto tẽpore, remissio culpæ non debet esse per illam tolerationem pœnæ, quia non differret tũc remissio pœnæ a remissione culpæ, sed fit illa remissio per actum voluntarium, ideſt quo quis se sponte subijcit illi pœnæ purgatoriæ tolerandę inquantum a Deo volita est ad expiationem peccati, & tunc non est vere ille actus meritorius, quia alias mereretur per eum qui est in Purgatorio aliquẽ gradum gloriæ maiorem quam prius. & falsum est, sed est similis meritorio actui inquantum Deus acceptat illum ad remissionẽ culpæ, vel peccati venialis, quod alias non poterat remitti. Et per hoc dicendum ad ea quæ obijciuntur, quòd verum est in Purgatorio non esse actum meritorium, nec satisfactorium, sed est aliquis actus similis meritorio, & ponitur hoc ex necessitate solum quantum ad remissionem venialiũ quæ aliter post mortem fieri non poterat: nam si poneretur meritum aliquod vere, aut satisfactio post mortẽ sequerentur inconuenientia supra posita.

An venialia remittantur post mortem, quia Deus acceptat merita vitæ. Quæst. DCCXXI.

AD id vero quod supra dicebaꝫ, ideſt fieri remissionem venialium post mortẽ, quia tunc Deus I acceptat merita vitæ respondendum est. Et dicendũ, quòd non fit remissio post vitam quasi tunc acceptẽtur merita: nam illa, vt essent ad remissionem peccati post mortem oportet, quòd in vita essent ad hoc sufficiẽtia, & nihil impediret tunc fieri remissionem, nisi quia Deus reseruabat remissionem illã vsque post mortem, sed hoc non est rationale, quia si in vita fieri poterat potius fieret quam post mortem, quia quanto citius fit remissio peccati tanto melius est. Secundo non stat, quia id, quod allegatur in fundamentum non tenet, quia dicitur, ꝙ Deus reseruat istam remissionem peccatorum venialium per merita vitę vsque post mortem, quia est quoddam præmium, & vsque ad tunc seruantur præmia, & tamen non stat, quia si ob hoc seruarentur vsque ad mortem seruaretur remissio omnium venialium vsque tũc. sed hoc falsum est, quia ostensum est supra. ꝙ multa venialia remittuntur in vita. ergo non est verum, ꝙ reseruantur aliqua, vt remittantur tunc ex hac ratione. Tertio quantũ ad hoc, quia dicitur, quòd ita est de merito, quòd per quemlibet actum meritoriũ meretur homo gradum aliquem vitæ æternæ, & tamen non augetur in quolibet bono opere gradus gratię, aut charitatis, cui competat gradus maior glorię. sed hoc non est verũ, quia non meretur homo per quemlibet actum charitatis augmentum gratiæ, vel charitatis, cũ non agat homo in quolibet actu ex toto conatu habitus charitatis quem habet, nec ex toto conatu capacitatis naturę, & ita licet quilibet actus charitatis sit secundum se meritorius vitę eternę, non tamen est quilibet meritorius augmenti charitatis, & tamen si aliquis actus sit per quem mereatur quis prædictum augmentum statim augetur charitas per illum actum, per quẽ meruit, & non expectatur ad aliud tempus augmentum illud. Quarto, quia non est simile, quia dato, quòd nõ augeret charitas in quolibet actu per quẽ illius augmentum meruisset, tamen nemo dicit, quòd augmẽtum illius expectatur vsque post mortẽ, ergo neque dici debet, ꝙ remissio venialium fiat post mortem si merita per quæ hoc fiat sint in vita, & non sint impedita, quia manifestũ est, quòd omnes confitentur augeri in homine charitatẽ in vita, licet non per quemlibet actum, & hoc est propter causam prædictam.

Quod vero postea obijcitur nõ fieri tunc remissionem venialiũ per merita vitę, quia gratia est tunc magis necessaria contra tentationes dæmonum, nihil facit, quia (vt dictum est) instans mortis est tunc, quando tentatio nulla est, quia tentatio est in viatoribus, & tamen instans mortis est post viam. nam tunc primum desinit aliquis esse viator. ergo non obstant tẽtationes. Item quia dato, quòd fieret tunc retributio in hoc, quòd venialia remitterentur per merita vitæ, non tollitur quin illa merita diminuantur quantum ad hoc, quòd adiuuent contra tentationes si tunc aliquæ essent, quia remuneratio meritorum nostrorum non exhauritur per hoc, ꝙ Deus nos liberat de tentationibus, quia nihilominus per actus illos charitatis meremur vitam æternam, ac si nunquam liberati essemus de aliquibus tentationibus, quia meritũ est respectu præmij: ipsum autem premium, quod charitati respondet est vita æterna, & gradus determinatus in illa est secundum quantitatem gradus charitatis, & ideo nihil minus est, quod possit constitui, vt præmium talium actuum. Vnde licet Deus multa bona faciat operantibus secundum charitatẽ, bona illa quę temporaliter suscipiunt, non sunt premium debitum actibus charitatis, ita vt non respondeat præmium in vita æterna, neque etiã per ista bona temporaliter suscepta minuitur aliquid de gradu gloriæ qui respondet actibus charitatis, ac si nullum bonum temporale susceptum esset ab operantibus secundum charitatẽ, quia tunc malæ conditionis essent illi qui aliqua bona temporalia a Deo reciperent, quia aliquis gradus vitæ æternæ recompensaretur eis per bona temporalia, & tamen nulla talis compensatio potest fieri propter distare improportionabiliter, & ideo non est verum, quòd reseruetur remissio venialium post mortem quasi Deus tunc acceptet merita vitæ ad remissionem illam, & non prius, sed fit remissio venialium aliquando in vita, aliquãdo post mortem: cum enim actus determinati ad remissionem præcedunt in vita fit remissio in vita, cum vero non sunt in vita fit remissio post mortem per voluntariam susceptionem pœnæ purgatoriæ, vt dictum est.

Quo tempore fiat remissio venialium post mortem. Quæst. DCCXXII.

ALIVD dubium erat de tempore quo fiat remissio dato, quòd post mortem fiat remissio.

Et dicunt aliqui, quòd in instanti mortis fit, quia tunc est quis mortuus, & desinit esse viator.

Sed dicendum, quòd hoc conuenit positioni illorum qui dixerunt reseruari remissionem vsque post mortem: nam si dicant reseruari eo, quòd merita fuerunt impedita in vita per continuationem actus peccati venialis conueniens est, quia in instanti mortis cessat homo peccare, ideſt postea non potest peccare mortaliter, neque venialiter, & ideo tunc merita cessant esse impedita, & sic fiet remissio: vnde si ista sola ponentur causa remissionis post mortem, & non in vita, concederetur, ꝙ in primo instanti post mortem remitterentur venialia.

Alius autem modus ponebatur, s. quòd remitterẽtur post mortem, quia Deus acceptabat post mortẽ merita, & non prius. & hoc modo verum est, ꝙ etiam in instanti mortis fieret remissio, quia illud est post vitam, & incipit homo non esse viator.

Sed dictum est supra, quòd non est verũ, quòd propter hoc fiat remissio venialium post mortẽ, sed quia interdum non est aliquis actus ante mortem per quẽ fiat remissio, & est post. vt quia est tunc spontanea toleratio pœnæ virtute gratię quam habet patiens. tenẽdo ergo hunc modum est dubium, quãdo fiat remissio venialium post mortem. Et aliqui dicunt, ꝙ cum fiat per actum, ideſt voluntariam tolerationem pœnæ non potest fieri in instanti, quia pœna non toleratur in instanti. Dicendum autem, ꝙ post mortem contingit dupliciter remitti veniale, s. quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Accipiendo remissionẽ quãtum ad culpam videtur, quòd fiat in instanti mortis. Remissio autem quantum ad pœnam fiat per magnã, aut paruam succesſionem. Et primum patet, quia remissio culpæ fit per modum contritionis, & non per modum satisfactionis, sicut & in vita fit tam in culpa mortali quam veniali, ideo non requiritur aliqua toleratio actualis pœnarum, sed motus causa per modũ contritionis, licet non sit contritio, & iste motus erit in instanti in anima separata quam nihil impedit ab actu suo, & ideo in instanti mortis poterit esse, & tũc fiet remissio, & nullus alius actus est, nisi quòd anima in ipso instanti vult totam pœnam sequentem a Deo taxatam tolerare sponte, & hunc actũ Deus acceptat, & sic fit remissio peccatorum venialium quãtum ad culpam: vnde etiam si sint valde multa non videtur, quòd maneant, nisi in illo instanti, & hoc verisimile est, quia non est difficilius tolli venialia mille quantũ ad culpam quàm vnum, secus in pœna. & ita apparet in remissione mortalium quantum ad culpam, quia per vnicum actũ contritionis tolluntur omnia quotquot sint, & non requiritur maior cõtritio ad tollendum mille quam vnũ, & ita erit de venialibus, quòd simul omnia tollentur post mortem in ipso instanti mortis quantum ad culpam. Secũdum, s. de remissione pœnæ patet, quia illa est per modum solutionis, & satisfactionis, & compensationis, sed toleratio pœnę non fit in instanti, ideo nec illa remissio, sed per aliquantum tempus secundum magnitudinem, aut paruitatem venialium commissorũ. & sic apparet in remissione mortalium in vita: nam satisfacimus pro eis longo tempore, & per multos actus quantum ad pœnam pro eis debitam, sed quantum ad culpam in instanti fit remissio. Item patet, quia cum remissio venialium post mortem quantum ad culpam fiat in instanti, si remissio quantum ad pœnam fieret in instanti, nemo haberet causam manendi ibi, nisi per instãs, & tamen nullus manet in Purgatorio solum per instans, sed per aliquantum tempus. ergo non fit remissio pœnæ purgatoriæ, nisi per temporis aliquãtam dilationem, secũdum magnitudinem, aut paruitatem venialium commissorum.

Responsio ad primam rationem princ. positam supra in quæst. princ. 711. Quæst. DCCXXIII.

NVNC respondendum ad argumẽta facta supra, & ad primum dicendum, quòd intelligitur illa

glo. de mortali: nam mortale, quod nõ dimittitur hic quantum ad culpam non potest postea dimitti, quia nõ manet charitas post mortem, quæ est principium dimittendi peccata. de veniali secus est, quia decedẽs in illo manet in charitate, & ideo potest post mortẽ culpa tolli. Aliter potest dici, ꝙ est verũ generaliter, ꝙ nullum peccatum potest tolli post mortem, quod in vita non fuit correctum, & ideo etiam veniale si in vita non corrigatur non potest dimitti post mortẽ, tũc autem corrigitur in vita, quando actus meritorij trãsierunt in vita in quorum virtute remittatur, non autem intelligẽdo, quòd per actus vitæ remittatur, quia tunc in viuente remitteretur, sed quòd præcesſit charitas in vita quæ deducta est per aliquem actum, & illa manet post mortẽ, & in virtute eius elicitur actus post mortem per quẽ remittitur veniale, s. sponte velle tolerare pœnam a Deo taxatam, & censetur peccatum illud in vita correctum, quia in vita præcesſit, & manet nũc id, per quod remittatur post mortem veniale, & sic dicitur in vita correctum. Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd eiusdem est peccare, & a peccato liberari, vel resurgere, & tamen nõ est necesse, quòd pro eodem instanti competant ista eidem. Vnde peccare mortaliter, vel venialiter solum contingit in viuente, & tamen liberari de peccato cõtingit post vitam. quòd vero post mortem nõ peccet quis mortaliter est verum, nam aut est de damnatis, aut de saluandis. Si primo modo nõ peccat, quia nullus actus suus quantumcunque sit deordinatus reputatur ei ad culpam, cum Deus non concurrat cum eo ad dãdum gratiam per quam possit bene agere, & ita ostensum est supra. quòd neque dæmones, nec cæteri damnati possunt peccare mortaliter. De saluandis est manifestum, quia post mortem firmantur in charitate, & iam non possunt malũ velle auertẽdo se a Deo. De veniali etiam patet, quia illud committitur ex corruptione fomitis, & tamen in animabus solutis a corpore non manet fomes, quia non manet sensualitas, ideo nec manet principium peccandi venialiter: sed de liberatione de peccato est secus, & in peccato distinguuntur resurgere, & liberari. resurgere est per actum voluntatis qui est actus proprius resurgentis, & est per modum meriti: liberari autem est per, actum alienum, & ideo stat, quòd possit liberari etiam si nõ possit cadere, quia liberari est per actum alienum, cadere autem per proprium. Sed resurgere, quod est per actum proprium est dubium quomodo possit, quando non potest cadere. Et ideo dicẽdum, quòd in peccato remittendo duo considerantur, scilicet pœna, & culpa, vel peccatum, pœna autem peccati tollitur per pœnæ tolerationem, & ista potest fieri post mortem sine aliquo actu proprio, ideſt sine electione, & istud est liberari. Siquis enim peccauit venialiter in vita, & remissa est culpa, & mansit pœna, non requiritur ad totalem remissionem, nisi toleratio pœnæ, quæ etiam si non esset voluntaria si sumeretur de homine inuoluntarie sufficeret, & per illam esset homo liberatus simpliciter de obligatione peccati, & iã non teneretur ad aliquid, & de tali liberatione non est aliqua difficultas quomodo post mortem fiat. Idem est de pœna debita pro mortali, si non sit pro ea satisfactum in vita manet toleranda in Purgatorio, & per illam tolerationem liberatur simpliciter ab illa, si autem sit remittẽda culpa, exigit actum proprium qui est resurgere, & talis actus est in vita, quia hic meremur, & satisfacimus, & ita pro hoc statu competit simul cadere, & resurgere. post mortem non competit cadere in mortale, nec in veniale: competit tamẽ resurgere de veniali, sed non de mortali, quia de veniali non resurgimus simpliciter per illud, quod est post

In peccato remittendo cõsiderantẽ duo.

mortem

mortem, sed per charitatem quæ habita fuit in vita, & manet post mortem, & cum illa est actus voluntarius tolerandi pœnam quem Deus acceptat ad remissionē peccati venialis, & tamen non est iste actus meritorius simpliciter, qualis est actus per quem vere resurgimus, sed hoc habet ex actibus vitæ, s. per merita vitę meruit ille, vt per voluntariam tolerationem pœnæ post mortem resurgeret. vnde actus vitæ non sufficit ad remissionem culpæ venialis in vita, quia forte fuit veniale post illum actum, vel quia erat tūc impeditus, vel quia non erat talis, vt sufficeret ad delendum veniale tunc. rursus, & actus post mortem non sunt meritorij, nec satisfactorij, ideo nō sunt per quos resurgamus, sed illi cum adiutorijs actuum vitæ sufficiunt, s. quia actus volūtarius tolerandi post mortem accipit, vt per illum totaliter venialis culpa tollatur, quia illud meruit actus vitæ in charitate factus, sed nō meruit actus vitæ deletionem, quia tūc per illum fieret sine aliquo vlteriori adiuncto, sed meruit, vt per actum qui est post mortem fieret illa deletio, & non est hoc inconueniens, quia duo actus faciunt, quod vnus illorum non poterat.

Ad tertium dicēdum, quòd qualis anima hinc exit talis præsentatur in iudicio, & tamen venialia remittuntur post mortem, quia eodem capit. qualis. vigesimaquinta distinct. cum Gregor. istud dixerit adiunxit quasdam culpas in futuro seculo relaxari quæ hic nō relaxantur. & eadem dist. capit. qui in aliud. sed quòd talis in iudicio præsentetur, potest dupliciter intelligi.

Vno modo de iudicio particulari quo quis iudicat in morte, s. qualis egredit anima de corpore talis præsentatur statim Christo iudicanda, siue cum mortalibus, siue cum venialibus, & tamen post iudiciū illud purgatur de quibusdam culpis, quæ hic non fuerunt ablatæ, & ad pœnam illam conflatoriam in illo iudicio adiudicatur.

Alio modo potest accipi de iudicio generali, quòd talis præsentabitur homo in iudicio generali qualis hinc exiuit, s. in eodem statu & verum est, quia status est duplex, scilicet damnatorum, & beatorum. nam mansio Purgatorij non est status, quia non dicit terminum, sed viam. ad damnationem autem facit mortale peccatum, ad beatitudinem charitas, ideo charitas, & peccatum mortale faciūt ad statum: peccatum autem veniale in eo qui decessit in charitate nō obligat, nisi ad pœnam purgatoriam quæ non facit statū, ideo etiam si peccata venialia dimittantur alicui post mortem. non mutatur status eius, quia per illa nō debebatur ei status. secus si dimittātur mortalia, vel qui in gratia decessit committat mortalia, quia tunc mutaretur status, s. quòd ille qui egressus est de corpore in statu damnationis presentaretur postea in statu salutationis, vel è contrario, quod falsum est, ergo verum est, quòd qualis quis egreditur talis præsentatur in iudicio generali, idest in mortali, vel in charitate, sicut decessit.

Ad quartum dicendum, quòd casus ligni facit statum eius, quia vbi cadet ibi manet, & ideo ita est verum de homine, quòd status ille quem habuerit per casum, idest mortem manebit semper ei. & tamen venialia non faciunt statum, sed gratia, & peccatum mortale, ideo qui in mortali decesserit semper manebit in eo, qui in gratia, semper in illa erit, sed qui in veniali decedit non habet statum, quia veniale non constituit hominem in statu, vt dictum est, ergo purgabuntur venialia post mortem.

F *Responsio ad quintam rationem principalem positam supra in quæstione princ. 711. Quæst. DCCXXIIII.*

AD quintum dicendum, quòd post mortem delentur venialia quantum ad culpam. & cum dicitur de peccato actuali, quòd non deletur, nisi per contritionem, dicendum quòd in vita mortalia delētur per contritionem actualem, & nō alio modo: venialia autem non exigunt contritionem actualē, sed sufficit media inter actualem, & habitualem, vt dictū est supra. & ideo quilibet actus charitatis cum feruore sufficit ad delendū venialia, quia ille continet charitatem implicite, vt supra dictum est: post mortē autem non ponimus contritionem. est tamen aliquid G æquipollens in Purgatorio in animabus, s. spontanea toleratio pœnarum, & per illam deletur pœna, nō quidem per actualem tolerationem pœnæ, sed per voluntatem, vel electionem de tolerando id, quod a Deo taxatum est.

Cum autem obijcitur, quòd ille actus per quem remittitur peccatum est meritorius, & post mortē non est meritum. Dici potest vno modo secundum quosdam, quòd post mortē nō est meritum respectu præmij essentialis, quia per mortem cōstituitur homo in statu illius, quia sicut determinate meruit illud, ita & non potest post mortem demereri, ita neque potest magis, aut minus mereri, sed manebit in gradu illo in quo mors eum inuenit, sed respectu præmij accidentalis non est incōueniens, quòd sit meritum aliquod ex hoc quantum ad illum qui aliquo modo manet in via, sed ita est de remissione pœnæ purgatoriæ, ideo potest quis post mortem per aliquem actum mereri remissionem venialium quantum ad culpam.

Istud autem videtur conueniēter dictum. nam aliqui post mortem sunt totaliter ī termino, & ideo de illis est dicendum, quòd nullo modo possint mereri. Alij autem sunt totaliter in via, sicut qui viuunt, & illi possunt per omnem modum mereri, & demereri. Alij sunt post mortem partim in via, & partim in termino, ideo illi quantum ad aliquid possunt mereri, & non quantum ad omnia.

De primo patet, vt de illis qui sunt in vita æterna, vel in inferno. nam illi nullo modo sunt viatores, cū nihil vltra expectent vltra id, quod habent, sed meritum competit viæ, ideo isti nullo modo merebuntur, idest neque quātum ad præmium essentiale in beatis, neque quātum ad accidētale, idest aureolam, sed manebit semper præmium equale. Damnati eodem modo se habent quātum ad demereri, quia non possunt iam in aliquo demereri, vt maiorem pœnam habeāt, & non cōsideratur in eis demeritum secundum præmium essentiale, & accidentale, quia non datur pœna opposita ad duo illa præmia, sed etiā si talis distinctio inueniretur, non posset demereri damnatus quātū ad aliquid. De secundo, s. de illis qui in via, patet q̄ possunt mereri quantum ad omnem modum, idest K quantum ad præmium accidentale, & essentiale, quia illi sunt viatores per omnem modum, & meritum, & demeritum competit viæ, ideo nullus modus meredi est quo non possint mereri, & nullus modus demerēdi quo non possint demereri. & hoc, quia est in eis proprie actus liber, & est aliquid ad bonum incitans, & aliquid impediens, & non est necessitas bene agēdi, sicut in beatis, neque necessitas male agendi, sicut in damnatis, vel impossibilitas ad bene agendum, & ideo isti merentur vitam æternam, merentur etiā remissionem peccatorum.

De termino patet quantū ad illos qui sunt in Purgatorio: nam partim sunt in via, & partim non. inquātum enim sunt certi de vita æterna per charitatem quam

quam habent, & in qua decesserunt desinunt esse viatores. nam qui primus viator est de termino, idest de beatitudine, & damnatione incertus est, qui autem in charitate decessit est certus de beatitudine, ideo quantum ad hoc desinit esse viator. etiam sicut viuēti dubium est de beatitudine, ita est dubiū de gradu beatitudinis, licet illam sit habiturus. cum vero moritur statim est determinatus ei gradus beatitudinis quantus secundum se competit illi gradui charitatis. ideo quantum ad hoc est status potius quam via, & tamen manet aliquid de via in his, quia non realiter apprehenderunt vitam æternam. etiam quia adhuc pœnam habent, sicut viatores. etiam quia peccata aliqua manent in eis, sicut in viatoribus, & obligationes ad pœnam. Et sic quantū ad illa in quibus non habent conditionem viatorum non cōpetit eis mereri: vnde nō merebūtur respectu præmij essentialis, quia iam illud B meruerunt, etiam non addent gradum, quia determinatum gradum meruerunt qui competit eis in morte, ideo non merebuntur maiorem gradum beatitudinis, quia ad præmium essentiale pertinet illud. inquantum vero manet conditio viæ, s. quia non apprehenderunt vitam æternam propter aliqua quæ in eis manent, sicut viatores, & respectu illorū possunt mereri, manet autem obligatio ad pœnam, & ista posset facilius tolli per actus meritorios qui essēt satisfactorij quam per tolerationem pœnæ. quia tū tollitur per solutionem pœnæ æqualis sine merito, & satisfactione nō datur meritum, nec satisfactio, sed toleratio totius pœnæ debitæ tam pro veniali quam pro mortali. manet etiam interdum culpa, s. venialis quæ stat cum charitate, & ista non potest tolli, nisi per actum meritorium qui est contritio, vel æquiualens contritioni, ideo oportet esse meritū respectu huius remissionis. & sic dicunt, quòd post mortem potest esse actus meritorius non quidem simpliciter, idest respectu vitæ æternæ, sed respectu remissionis venialiū quæ remissio pertinet ad viā, & est necessaria ista remissio, quia sine illa non habebitur vita æterna, est tamen iam debita vita æterna, & nō habebitur sine merito per quē habeatur remissio. ergo oportet poni actum meritorium post mortem qui sit ad tollendum venialia, & hoc non fit, nisi quia aliter dabitur inconueniens. Aliter potest dici, q̄ regula est simpliciter vera, s. q̄ post mortē nullus actus meritorius datur, idest neque respectu vitæ, neque remissionis venialium: sit tamen remissio peccatorum, & non per aliquem actum meritorium qui tunc sit, sed per actum qui non est meritorius, est tamen voluntarius actus, & similis meritorio, & cui materialiter nihil deest de meritorio, q̄a in se bonus est, & cum charitate est, & voluntarius, & tamen non est meritorius, quia non est a viatore elicitus, sed tamē remittitur peccatum per aliquod meritum, s. quia per actus bonos præcedentes in vita meruit viator, vt sibi post mortem per actum non meritorium, similem tamen meritorio remitteretur peccatum, & vtrunque satis stare potest. Istam autem secundam positionem supra tenuimus, & tamē satis rationabiliter potest teneri, q̄ sit actus meritorius post mortem solum ad remissionem culparum venialiū. Ad sextum dicendum, q̄ si istud argumentū concludat, q̄ anima existens in purgatorio nō potest peccare venialiter, est concedēdum, quia nulla anima separata potest peccare, vt supra ostensum est. si autē concludat, q̄ non potest manere post mortem non valet consequentia, quia postquam semel peccatum mentiti inhęserit, etiam si causa eius defecerit nō desinit illud esse, sicut in naturalibus, & artificialibus destructa causa efficiente manet effectus, quia non depēdet effectus ab eo in cōseruari, sicut in fieri. Ad septimum

Exhibetes in purgatorio aliquo alij meruerunt.

dicendum, q̄ licet culpa mortalis non possit expiari post mortē potest expiari culpa venialis. & ratio est, quia principium tollēdi peccatum est charitas: in eis autem qui decedunt in mortali non est charitas, ideo nō potest remitti peccatum vllum, nec mortale, nec veniale, in eis autem qui decedūt in charitate manet principium remittendi peccatū, & in talibus non manet mortale, sed solū veniale, ideo potest remitti post mortem: immo si esset possibile, q̄ maneret mortale post mortem simul cū charitate, posset remitti mortale, sed quia non manet non remittitur. Cum vero dicitur, q̄ sunt mortale, & veniale eiusdem rationis, dicēdum q̄ si accipiatur multum generaliter verum est, quia vtrunque est peccatū, & tamen nō sunt proprie eiusdē rationis, quia per mortale offendit Deus, quia homo auertitur ab eo, ideo non est eadem ratio de remissione vnius, & alterius. vnde neq; in vita est idem modus remissionis, quia mortale non potest remitti, nisi per contritionem actualem: veniale autem potest sine illa remitti, ideo non est inconueniens remitti veniale post mortem, licet nō remittatur mortale. Ad octauum dicendum, q̄ venialia possunt post mortem remitti, & de facto remittūtur, quia alias nō esset verum, q̄ aliqua peccata, vel culpę in hoc seculo dimittuntur, & aliquæ in futuro, sicut Christus dixit, & Greg. expresius dixit 25. dist. c. qualis. vt supra ostensum est. Et dicendum, q̄ istæ culpæ veniales non sunt damnatorum, sed bonorum qui sine mortali decesserūt. Cum vero arguitur, q̄ per aliqua opera parum pœnalia remittuntur venialia, sicut per aspersionē aquæ benedictæ, ergo tollentur per mortem quę est magis pœnalis.

Dicendum, q̄ per illa opera possunt remitti quantum ad culpā propter duo. Primo quia ista opera sunt determinata ad istā remissionem, & ad istud ordinantur a Deo, per ea fiet, & poterūt esse aliqua opera magis meritoria quam ista, per quæ tamen nō fiat remissio venialiū non ordinantur ad hoc. Secūdo, quia ista continent contritionem implicite, quia cum fiāt ista ad remissionem culparum venialium signum est, q̄ si haberet ille tunc memoriam venialiū, quòd displiceret ei de illis, & istud sufficeret ad remissionem venialium cum sufficeret ad remissionem mortalium. Quod vero de morte dicitur est supponendum, quòd mors, aut cogitatur, vt pœna, aut vt est ad aliquid ordinata, & volita. si consideretur, vt pœna est conditio naturæ corruptibilis, vel pœna data pro originali, ideo vt sic non potest esse, vt aliquid meritoriū, nec vt satisfactorium, licet toleretur ab eo qui est in charitate, si autem accipiatur, vt volita, s. quia aliquis eligit sponte, & patiēter tolerare mortem quæ naturaliter accidit, est dicendū, quòd non est dubium quin ibi sit meritum, quia ibi est actus voluntarius elicitus ab eo qui est in charitate dum viuit, & tale meritum est respectu gradus vitæ æternæ, & non est necesse, quòd per hunc actum remittantur venialia. cum vero dicitur, quòd pœnalior est mors ista sponte tolerata quam aspersio aquæ benedictæ, dicendum quòd non sequitur, quia licet sit mors pœnalior, & meritoria, tamen non est ordinata ad remissionem venialium.

Aspersio autem aquæ benedictę est ad hoc ordinata, ideo per hanc tollentur venialia. est tamen verum, quòd simpliciter magis meritoria est spontanea toleratio mortis quam aspersio aquę benedictę, ideo maius bonum est, quod correspondet de gradu beatitudinis huic spontaneę tolerationi mortis quam remissio peccatorum venialium quātum ad culpam. & ita manet, quòd aliqua peccata sunt quæ non tollūtur per spontaneam mortē, & ideo oportet illa post mortem expiari per aliquos actus, maxime quia non est

verum,

verum,quòd omnes decedentes in charitate eligunt mori patiẽter, sed aliqui sunt qui de hoc non cogitãt vel potius non vellent mori,& ideo non remittuntur omnia venialia ante mortem, sed aliqua manent, vt dimittantur post mortem.

An pœna ignis Purgatorij prosit ad tollendum reatum pœnæ, & an sufficiat,& an sit necessaria ad hoc.
Quæst. DCCXXV.

QVAERETVR, an reatus pœnæ tollitur per ignem Purgatorium.

Aliqui dicunt,quòd nõ, quia omnis purgatio respicit fœditatẽ, hoc enim dicit purgatio,vel purgare, idest purũ agere, quod fit per ablationem impuritatis quæ est fœditas: pœna tamen non est fœditas,ergo ignis purgatorius non liberat a pœna. Secundo,quia non purgatur, nisi contrarium per suũ contrariũ,sed pœna non est contraria pœnæ. ergo nulla pœna purgatur per ignem purgatorium, idest non tollitur reatus pœnę.

Tertio quia primo Corinth. tertio capitu. super illo verbo, saluus erit sic tamen quasi per ignem. dicit glo.ignis iste est tẽtatio tribulationis de qua scriptum est,vasa figuli probat fornax,& homines iustos tentatio tribulationis Eccl.27.capi. ergo per tribulationes quas hõ sustinet in hoc mundo poterit expiari a debito pœnæ, & quando non suffecerint istę, saltem abundabit tribulatio mortis, quia illa est vltimum terribilium 3.Ethic.ideo non erit necessarium, quòd absoluatur quis a reatu pœnæ per ignem purgatorium.

Dicendum,quòd hic sunt videda duo. Vnum est, an pœna ignis Purgatorij prosit ad tollendum reatum pœnæ.Aliud est,an sufficiat, aliud est,an sit necessaria ad hoc.

Circa primum dicẽdum,quòd sic.nam reatus pœnæ non est, nisi quædam obligatio ad pœnam, sed solutione eius quod debetur, omnis obligatio soluitur. ergo si in Purgatorio tolerauerit quis pœnas ad quas tenetur manifestũ est, quòd absoluitur ab obligatione illarum, & ita est absolutus a reatu pœnæ. Et hoc est verum,nisi dixerit quis, quòd pœna illa tolerata nihil prodest, sicut neque pœna inferni non absoluit a I reatu venialium,nec mortalium.

Sed hoc nõ stat,quia illud fit, quia pœna inferni est dãnatorum, & nihil illorum Deus acceptat, cum illi non sint in charitate, sed existẽtes in Purgatorio sunt in charitate, ideo pœna illorum acceptatur,vt solutoria debiti,licet nõ vt meritoria, vel satisfactoria, ideo proficiet ad satisfactionem. Secundo patet,quia Apostolus primo Corinth. tertio. dicit eos qui ædificant lignum,fœnum,stipulam saluari per ignem,& intelligit de venialibus quæ per ignem expiantur: hoc tamen non esset, nisi proficeret ille ignis ad remissionem pœnæ,vel solutionem eius,ergo prodest.

Et hoc est necessarium, nisi quis dicat, q̃ dictum K illud Apostoli intelligitur de remissione culpæ, sed non de solutione pœnæ.

Sed dicendum,quòd non stat, quia in peccato veniali duo considerantur, idest culpa, & pœna, & culpa, vel id vnde peccatum habet, quòd sit peccatum est prius quam pœna, siue accipiatur pœna pro actuali modo inflicto, siue pro debito sustinendi pœnam. Ideo necesse est, quòd in remissione sit ordo, quòd prius expietur culpa quam pœna,& tamen confitentur isti per ignem purgatorium tolli culpam venialẽ, ergo postea manet tollenda pœna, sed sine illius expiatione non poterit ille habere vitam æternam,ideo necesse est, quòd illam soluat, sed post mortem non manet alia pœna, nisi gehennæ, vel purgatoria, & F non potest qui in charitate est ire ad gehennam, maxime quia de Purgatorio nemo trãsit ad gehennam. ergo pœna purgatoria ad hoc proficiet.

Tertio quia si pœna purgatoria non prodesset ad solutionem pœnę,non esset aliqua pœna purgatoria, neque aliquis esset in ea,sed est illa, & multi in ea. ergo tollitur per illam reatus pœnæ. Patet hoc, quia pœna purgatoria iuxta nomen suum datur ad expiationem,ergo vel culpę,vel pœnæ,quia nihil aliud potest esse expiandum, non autem ad expiationem culpæ, quia culpa nõ tollitur per modum satisfactionis, sed per modum contritionis, & ideo in vno actu tollitur,& ita dictum est supra. quòd per volitionem de sustinendo pœnam taxatam a Deo tollitur culpa ve- G nialis in instanti mortis,ergo videtur, quòd nulla causa est ad manendum in Purgatorio post instans mortis pro remissione culpæ, sed in instanti mortis nulla pœna purgatoria infligitur, quia omnis pœna aliquãdiu durat, & nullus qui ibi manet stat solum per instans. ergo videtur, quòd pœna purgatoria prodest ad expiandum pœnam cum multo tempore maneant quidam ibi.

Secundum dubium, an pœna Purgatorij sufficiat.
Quæst. DCCXXVI.

H SECVNDVM erat, quòd pœna purgatoria sufficiat ad expiandum omnem reatum pœnæ. Et patet primo,quia omnis pœna nobis debita potest expiari per tolerationem alicuius pœnæ tẽporalis, & tamen pœna purgatoria est maior quam quælibet pœna quæ possit esse in vita, vt ait Augustꝰ & Magister 4. Sent. distinct. vigesimaprima. & Gregor.& habetur vigesimaquinta distinct.capitu. qui in aliud seculum. ergo a fortiori tolletur per illam reatus cuiuslibet pœnæ cuius nos simus debitores.

Secundo,quia 1.Corin. 3.c. dicit Apostolus de illo qui ædificat lignũ,fœnũ,stipulam, q̃ detrimentũ operis patiẽt,ipse tñ saluus erit per ignem: scilicet Purgatorium, sed non est saluus qui non est penitus liberatus a debito pœnæ, ergo sufficit pœna purgatoria ad liberandum ab omni reatu pœnę.

Tertio quia pro reatu pœnæ cuiuslibet residuę punitur decedens in charitate in Purgatorio.si ergo illa pœna non sufficeret,oporteret esse aliam pœnam post illam.sed non manet, nisi pœna gehennæ, & illã non tolerabit qui in charitate decedit, ergo necesse est, quòd sufficiat pœna purgatoria,quia aliàs daretur, q̃ aliquis haberet vitam æternam nondum tolerata pœna sibi debita pro peccatis, quod falsum est.

Quarto, quia non potest intelligi quomodo non sufficiat pœna purgatoria ad tollendum omnem reatum pœnæ, quia offensum est, quòd illa prodest ad eum tollendum. ergo si aliqua pars pœnæ debitę tollitur per pœnam purgatoriam tolletur omnis, quia poterit illa extendi quantum quis voluerit intelligere. nam pœna quæ est in vita non potest extendi vltra vitam, & ideo forte propter breuitatem temporis aliqua pœna nobis debita non finitur hic, & tamen pœna purgatoria potest extendi quantum quis voluerit cum vita animæ non deficiat, ideo nulla est pœna nobis debita quæ ibi non possit expiari: immo vidętur, quòd potius expiet ibi quis pœnam quam hic. & hoc propter duo,scilicet propter diuturnitatem,& propter acerbitatẽ. De diuturnitate patet, quia pœnã temporalem pro peccato sustinemus quandiu volumus,quia ista est volũtarie assumpta,& nõ est necessario inflicta, & ita aliquis valde paruo tpe sustinet hic pœnam: vnde forte non sufficiet ad expiãdum pro pœna ei debita:pœna autem purgatoria est a Deo inflicta, &

& manet ibi anima tãto tempore quãto Deus voluerit, ideo ex hac parte videtur, quòd facilius sit ibi ,p qualiber pœna expiari, quia Deus taxabit tantum tempus in duratione illius pœnæ quantum decreuerit ad expiationem sufficere.

De secundo.Acerbitate est eadem ratio, quia pœna quam hic nos sustinemus est parua, quia tantã sustinemus, quantam volumus, cum nos illam nobis inferamus,& ideo interdum est leuis, & parum expiatoria: pœna autem purgatoria potest intendi quãtum Deus illam voluerit intendere, & ideo poterit eẽ valde magna pœna purgatoria,quæ faciliter explet,p qua cunque pœna nobis debita, cum sit illa valde maior B qualiber pœna huius vitæ.

Est tamen aliud propter quod pœna huius vitę magis expiat pro reatu pœnę, quam pœna purgatoria, eo quòd pœna a nobis in hac vita spõte tolerata est satisfactoria, & meritoria, & ideo parua pœna sufficit pro magna: pœna autem purgatoria non est satisfactoria, quia non est meritoria simpliciter, sicut pœna huius vitę,ideo quælibet pœna huius vitæ æqualis in quantitate ad aliquam pœnam purgatoriam est magis solutoria,quam illa,& a maiori parte pœnę debitæ liberat, est tamẽ valde maior pœna purgatoria, ideo quod deest ei de ratione satisfactorii additur ei propter acerbitatem in ratione solutorii, & ita soluimur a reatu pœnę per illam, sicut per istam tẽporaliter toleratam. C

Tertium dubium an pœna purgatorij sit necessaria.
Quæst. DCCXXVII.

TERTIVM principale erat,q̃ pœna purgatoria est necessaria. Putant enim aliqui,q̃ licet illa pœna prodesset,& sufficeret ad expiationem pro quolibet reatu pœnę si illa ab aliquo toleraretur:tamen non est necessaria, quia in vita tollitur homini,vel ante mortem omne debitũ pœnę.s.quia per pœnas huius vitæ,& per opera meritoria,& per indulgentias,& per acerbitatem mortis q̃nt cuilibet tolli debita pœnarum omnium, ideo nõ oportet esse aliquam pœnam purgatoriam.

Dicẽdum, quòd est necessaria pœna purgatoria ad D remissionem reatus pœnarum nobis debitarum,& patet primo, quia 1.Corin.4. ponit Apostolus esse ignem Purgatorium post mortem, & tamen si nulli esset necessarius non poneretur, quia Deus non dat aliquid superuacuum. Deus quippe, & natura nihil frustra, primo Politicorum.ergo necessaria est pœna purgatoria.

Secundo, quia quidam sunt in quibus non potest fieri aliter expiatio, sicut aliquis est, qui non conuersus est de aliquo peccato vsque ad finem vitę, & tunc cum doleret de illo mortuus est, necesse est autem, quòd maneat satisfactio futura pro illo peccato, nam propter remissionem culpę per contritionem manet E toleranda tota pœna debita illi peccato, & hanc non potest sustinere in vita,quia tunc moritur, ergo sustinebit post mortem, & sic est necessaria pœna purgatoria.

Tertio, quia dato, quòd quis tam de mortalibus doluerit, quam etiam pro illis condignam pœnitentiam egerit in hac vita, manent venialia in quibus solent durare homines vsque ad mortem,cum ista non auferat charitatem, & ideo contingit ista non solum quantum ad reatum pœnę debitę, sed etiam quantũ ad culpam manere post mortem, & remitti culpas post mortem,vt dixit Augustinus,& Gregorius,ideo a fortiori necesse est manere tunc pœnas debitas pro illis tolerandas, quę non possunt expiari, nisi pœna purgatoria.ergo necesse est poni post mortem pœ-

A nam purgatoriam, quia si non poneretur non posset dari modus ad expiandum debita quædam pœnarum.Sed oportet vnum inconueniens de duobus cõcedi,scilicet,quòd aliqui irent ad vitam ęternam cum quadam obligatione pœnarum, nõdum solutarum, aut aliqui habentes charitatem in æternum manerẽt extra vitam æternam,& vtrunque est absurdum. Datur autem pœna purgatoria per quam vtrunque tollitur,idest quòd expietur post mortem omnis pœna debita,& non introeat aliquis ad vitam æternam sine totali expiatione, & etiam q̃ decedens in charitate non maneat in æternum extra beatitudinem.

Cum vero obijcitur, quod ante mortẽ possit omnis reatus pœnæ tolli.

Dicendum,quòd non est impossibile, quia in quibusdam fit, sicut in illis qui decedentes mox euolant ad vitam æternam,sed non fit in omnibus, quia quibusdam manet post mortem reatus pœnæ pro peccato mortali,& pro veniali, & ideo cum dicitur, quòd pœna purgatoria est necessaria ad expiandum pœnę reatum,non est necesse,quòd sit necessaria, quantum ad omnes, idest quòd nullus possit habere vitam æternam sine pœna purgatoria, sed quia est necessaria pro quibusdam qui sic se disposuerunt, vt non possint sine illa ab omni reatu expiari , vt patet in casibus datis.

Et cum obiicitur, quòd pœna huius vitæ sufficit. Est dicendum, quòd siquis vellet se exercere in vita ad continuam pœnitentiam, & abstinere a commissione vlteriori peccatorum, sufficeret pœna vitæ ad totalem expiationem, quidam tamen vsque ad mortem peccant, & tunc habito diuinitus spiritu compũctionis saluantur, ideo in talibus impossibile est per pœnas vitæ expiari reatum pœnæ, sed manere post mortem,& ita post mortem manere pœnam purgatoriam. Quod autem dicitur de indulgentiis verum est, quòd illæ multum adiuuant , sed quidam sunt qui eis non communicant, idest non se reddiderunt tales,vt eis communicare possent. Alii vero communicant, sed non accipiunt ob hoc plenariam absolutionem per eas,vnde manet adhuc aliqua pœna tole- D randa post mortem.

Et quòd dicitur de morte non sufficit, nam pœna mortis, vt dictum fuit supra, aut accipitur, vt est solum pœna, vel vt est voluntaria susceptа, licet sit necessaria.

Si primo modo nullo modo est satisfactoria, aut solutoria pro pœna aliqua debita actualibus peccatis, cum sit quędam conditio naturę, & sit data a Deo a principio pro originali peccato. Si autem accipiatur vt voluntarie tolerata est meritorium, quòd quis eligat patienter sustinere id, quod Deus infert, & istud meritum est respectu præmij essentialis, & non est ordinata mors ad satisfaciendum pro reatu pœnarum debitarum, ideo non tollitur omnis reatus pœnę post mortem. maxime quia multi sunt decedentes in charitate, qui non cogitant de morte ad eligendum susciperе eam voluntarie,& patienter, ita vt per illam mereantur aliquid, & sic semper manet, quòd post mortem sit pœna purgatoria, per quam tollatur reatus pœnę debitę in vita.

Responsio ad primam rationem principalem in diuersum positam, supra in quæstione principali,scilicet 725.
Quæst. DCCXXVIII.

AD primum in contrarium dicendum, quòd reatus pœnæ licet in se non importet fœditatẽ, importat illam quantum ad suam causam, quæ est culpa, & ideo competit purgatio pro illa.

Aliter potest dici, quòd nō est necesse, quia fęditas F
dupliciter dr. vno modo, vt opponitur honesto, vt dicatur fędum, idest turpe, alio modo, vt opponitur pulchro, vt vocamus fędos vultus, idest non pulchros. Si primo modo est verum, quòd reatus pœnę non est fęditas, sed solum peccatum, vel culpa. Si secūdo modo est verum, quòd reatus pœnę est fęditas, quia tollit aliquid de perfectione simpliciter charitatis reatus pœnę, nam reatus pœnę facit pœnam debitam, & si pœna actu esset non posset inesse gloria, quę habetur ex charitate, ergo reatus pœnę multum tollit de pulchritudine, & ideo inquantū aduersatur pulchritudini indiget purgatione, quia fęditas est.

Aliter potest dici, quòd non est verum, quòd sola G
fęditas purgetur, sed impuritas, & hoc apparet ex nomine, scilicet purgare, idest purum agere, sed puritati obstat impuritas, ideo impuritas per purgationem tollit, sed reatus pœnę est impuritas, quia decedentes in charitate debent habere id, quod pertinet ad nitorem glorię, quidquid autem alienum est impuritatem facit, quia omne alienum mixtum reddit impurum, sed reatus pœnę ad nitorem glorię nō solum est alienum, sed etiam aduersum, ideo impuritas quædam est, & ita respectu illius competit purgatio.

Ad secundum potest dici vno modo, quòd purgatio semper fit per contrarium, & cum dicitur, ꝙ pœna non est contraria pœnę verum est, & tamen est cōtraria pœna ad reatum pœnę a quo liberatur anima per H
pœnam purgatoriam. pro tanto enim sustinet quis pœnam purgatoriam, quia non sustinuit pœnam, ad quā tenebatur in vita, & ideo quædam appositio est hic.

Alio modo potest dici, quòd purgare non est semper per contrarium, quia purgatio est ad iustitiam explendam, iustum enim est, quòd qui ad pœnam tenetur soluat pœnam, sed solutio est per equiualentiam, scilicet qui pœnam debet soluat pœnam, & hoc non fit per contrarietatem, & hoc vocatur purgatio, ideo fit purgatio pœnę per pœnam sine contrarietate.

Ad tertium dicendum, quòd iusti probantur per tribulationem, sed illa probatio non est ad probandū, vel satisfaciendum pro pœna debita, sed ad ostendendum virtutem eius, qui probatur. Est enim probare tentare, quasi experientiam velle capere, iuxta illud Psal.25. Proba me Domine, & tenta me, & illud tentauit Deus Abraham Gen.22.c. & iste sensus cōuenit illi literę, quia dicitur, & homines iustos tentatio tribulationis, scilicet tentatio, quæ est in tribulatione probat eos, idest ostendit illorum virtutem, & hoc nihil tangit satisfactionem, vel solutionem pœnę, & ille est verus sensus, si autem diceret, ꝙ iustos probat tribulatio, & non diceretur tentatio tribulationis posset accipi pro tolerationę pœnę ad satisfaciędum, vel expiandum.

Aliter potest dici, quòd accipiatur pro satisfactione, vel expiatione pro pœna debita, sed tunc non K
ostenditur, quòd sit in vita ista tribulatio, quia potest esse post mortem in igne purgatorio, immo ita ponit Augustinus, quòd qui portauerunt secum lignum, fęnum, stipulam, inuenient post mortem ignem transitoriæ tribulationis venialia cremantem, de illa igitur potuit intelligi litera ipsa, & sic iustis, idest decentibus in charitate manebit post mortem tribulatio expiatoria, & tamen præcedens sensus est verior, & magis conueniens literę.

An a purgatoria pœna vnius citius liberetur alio,
Quæst. DCCXXIX.

QVAERETVR an a pœna purgatoria vnus citius liberetur, quam alius.

Aliqui dicunt, quòd non, sed omnes inęquali tempore, quia quanto est grauior culpa, & maior reatus, tanto est acerbior pœna imposita in Purgatorio, ergo cum maneat ibi proportio acerbitatis in pœna secundum magnitudinem reatus, vel culpę, videtur quòd ex parte durationis maneat ęqualitas, quia aliàs iniustum fiet eis, qui habent maiores reatus, scilicet quia susципient grauiores pœnas, quam mereantur.

Secundo, quia talis modus est in proportione pœnarum purgatoriarum qualis est in pœnis inferni, & in præmijs cęli, sed tam in cęlo, quam in inferno dantur ęquales retributiones pro inęqualibus demeritis, & meritis quantum ad tempus, & solum est inęqualitas quantum ad intensionem, ergo ita erit in Purgatorio ęqualis pœna omnium quantum ad tempus, & sola inęqualitas in intensione, & sic ęque cito liberabuntur omnes de pœnis.

Dicendum, ꝙ non manent ęquali tempore omnes animę in Purgatorio, sed aliquę plus aliquę minꝰ. Est autem verum, ꝙ de hoc apud nos non habetur certa notitia, solum autem hoc cognoscimus, quòd quidā cito alij tarde liberantur, secundum quòd ex reuelationibus, & assertionibus multorum, qui de hac vita lapsi sunt habetur, & potius ex doctrina magnorum doctorum. De causa autem ex modo maioris, & minoris morę apud Purgatorium non constat, nam nescimus an secundum magnitudinem reatus sit maior mora, quia tunc sciremus, quòd quanto essent maiora peccata alicuius, vel reatus pœnę, tanto esset maior mora in pœnis, & tunc deberet esse ęqualitas in acerbitate, cum tota proportio consideretur secundum moram temporis, & tamen hoc non est verum, quia neque etiam concedimus esse pœnas omnium ęquales in acerbitate, sed quorundam maiores, aliorum minores, nunc vero quomodo ista proportionentur, quòd simul sit diuersitas, & inęqualitas pœnarum tam ex parte durationis, quam acerbitatis, nō apparet causa manifesta, & verū est, ꝙ sicut potest accipi proportio ex parte vnius, ita potest accipi ex parte duorum.

Et fundamentum est, ꝙ omnis pœna a Deo data est iusta, & sic pœna purgatoria iusta est, & erit secūdum I
magnitudinem peccatorum, vel reatuum pœnæ, idest ꝙ quisque puniat quantum meretur, & non amplius, & sicut ista æqualitas, quæ ad iustitiam requiritur poterat fieri accipiendo proportionem ex parte solius durationis, ita poterat fieri accipiendo proportionem ex parte solius acerbitatis manente æquali durationę, sicut poterat esse inæqualis duratio existente æquali acerbitate, sic quoque potest accipi proportio ex parte vtriusque miscendo vtrunque, sed non erit ex parte vtriusque plena proportio, quia tunc esset iniustum. Quantum ergo sumatur ex parte acerbitatis, & quantum ex parte durationis, & quomodo ista misceantur, & quid sit in peccato cui respondeat acerbitas, & quid cui respondeat diuturnitas pœnæ non est manifestum, sed Deus ista temperat, sicut ei placet, vel sicut ipse nouit. hoc tamen est certum, quòd potest mutari diuturnitas in acerbitatem, & econtrario. nam tempore iudicij, ita fiet, quia illi, qui obligati erant ad aliquam pœnam magni temporis tolerabunt eam, quasi in momento, quādiu corpus durabat in resolutione, ideo necesse est, quòd illa sit valde acerba, cum in pauco illo tempore tota pœna toleretur, quæ longo tempore toleranda erat, econtrario fieri poterat, vt pœna, quæ per annum toleranda erat in certa acerbitate, reducatur ad duranōnem duorum mensium, & sit in multo maiori acerbitate.

An per verba Apostoli cum ait quosdam ędificare lignum, A
&c. tangantur manifeste pœnæ Purgatorij in diuturnitate. Quæst. DCCXXX.

ALIQVI autem dicunt, ꝙ Apostolus tetigit manifeste differentiam pœnarum purgatoriarum in diuturnitate 1.Cor.3.c.cū ait quosdam ędificare lignum, fęnum, & stipulam, & ponit tria cremabilia, per quę designauit pœnas purgatorias, & differunt ista cremabilia per maiorem, & minorem durationem in comburi, quia lignum magis durat in comburi, & fęnum minus, stipula multo minus.

Sed dicendum, quòd vtrunque tam diuturnitas, B
quam acerbitas designatur in differentia horum triū combustibilium. Nam sicut lignum manet diutius in comburi, quam fęnum, & stipula, ita ignis surgens ex combustione ligni est multo acerbius vrens, quam ignis surgens ex stipulę vstione, quod patet si quis applicuerit aliquam partē corporis eis quandiu manent in exuri, nam valde magis cruciat vnum, quam alterum, & sicut est magna differētia de ligno ad fęnum, ita est aliquanta differentia de fęno ad stipulam, licet multo minor.

Aliqui ergo distinguunt in hoc, & dicunt, ꝙ in peccato considerantur duo, scilicet permānsio in peccato, & affectio ad illud, & ista distinguuntur, nam quædā C
sunt in quibus lōgo tempore homo manet, sicut sunt peccata vsitata, siue mortalia, siue venialia, & tamen non adhęret his magno ardore, & hoc, quia cōtingit ex aliqua causa cito recedere ab his, siue quia mors abstulit perseuerantiam in eis, & dant perseuerantię in peccato diuturnitatem pœnę purgatorię, & radicationi magnę affectionis dant acerbitatem, & ita videntur rationabiliter dici, & secūdum hoc aliqui manebunt diuturne in Purgatorio, qui tamen paruā pœnam sustinebunt, & alij manebunt minori tempore, qui tolerabunt pœnam valde acerbam, & tunc secundum proportionem diuturnitatis in peccato, vel affectionis maioris ad illud erit pœna maior in diuturnitate, & acerbitate. De diuturnitate est planū, quia quędam peccata venialia diutius durant, quā alia, ideo cę- D
teris paribus maior pœna dabitur pro istis, quam pro alijs, & ista erit maioritas diuturnitatis. De acerbitate non est tam planum, & tamen considerandum est, ꝙ peccatum mortale per hoc differt a veniali, quia licet in vtroque sit quędam conuersio ad creaturā qua delectamur in creatura, tamen in mortali est conuersio tanta ad creaturam, ꝙ conuertimur ad eam fruēndo ea, & constituendo ipsam, vt finem, ideo necesse est, vt auertamur a Deo quem iam non habeamus, vt finem, & in hoc consistit tota pręuaricatio. In veniali autem est conuersio quędam ad creaturam in qua delectamur in creatura, non tamen tantum, vt fruamur creatura constituendo illam, vt finem, & auer- E
tendo nos a Deo, qui finis esse debebat, sed manente Deo, vt fine delectamur in creatura, quæ delectatio non est fruitio, quia potius vellemus carere illa delectatione creaturę, quam offendere Deum, & ideo ibi non est auersio, & ista est causa quare non peccat hic charitas, & quare non sit peccatum mortale.

Grauitas peccati venialis tripliciter accidit.
Quæst. DCCXXXI.

EX hoc autem sequitur, quòd quædam venialia sint grauiora alijs, & ista grauitas potest multipliciter accidere.

Vno modo ex duratione in assuetudine peccati, vel complacentia eius. Alio modo ex genere peccati, qa sicut ꝓtingit peccare mortaliter circa diuersa genera rerū, ita & peccare venialiter circa diuersa, ex conditione autem generis est vnum peccatum grauius altero, sicut homicidium ex conditione generis est grauius, quam fornicatio, venialia autem contingit fieri circa multa genera, immo circa omnia genera circa quæ contingit fieri mortalia, ideo erunt quędā venialia ex hoc maiora alijs.

Alio modo sunt quædam alijs maiora ex maiori affectione, nam in eodem genere peccati venialis contingit aliquem magis, aut minus peccare ex affectione maiori, aut minori. constat enim, quòd veniale, & mortale non differunt per indiuisibile, sed per magnam latitudinem, nam in mortalibus sic est, quòd deuiare a medio in quo est virtus facit vitium, & tamen non statim, vt quis declinat a medio vocatur vitiosus, sed quando tantum declinauerit, quòd non lateat, vt dicitur secundo, & quarto Ethicorum capitulo, sed mortale dicit tantam delectationem in creatura, quòd fruatur homo ea, & auertatur a Deo: veniale autem dicit delectationem aliquam in crearura in qua nondum fruimur, sed non est necesse, quòd si quis delectatur in creatura non auertendo se a Deo, quòd si creuerit aliquantulum delectatio illa, quòd statim sit fruitio, sed potest esse maior, & minor, & nondum perueniat ad auersionem, & ideo si quis considerauerit minimam delectationem in creatura, quæ impedit aliqualiter feruorem tendentię in Deum vsque ad maximam, quæ impedit feruorem, & non tollit charitatem, inueniet gradus in quibus potest veniale circa eādem materiam esse maius, & minus.

Circa, quod considerandum, quòd venialia consistunt in quadam adhęsione inordinata ad creaturam, qua tamen non fruitur quis Deo, neque auertitur a Deo, & ideo supponitur, quòd quędam est conuersio ad delectationem in creaturam, quæ non est inordinata, & in illa, neque est mortale, neque veniale. Et ideo dicendum, quòd interdum conuertitur quis ad creaturam ex necessitate mandati Dei, vt in delectione proximi. Interdum autem ex necessitate naturę, vt in ea, quę conseruant naturam, sicut in potum, & cibum, & tunc non est deordinatio, & quia dilectio est creaturarum, & in eis, quæ diligimus delectamur, veruntamen non est ibi deordinatio, neque peccatum, quia deordinatio est cum ab ordine recedimus, potest autem recedi ab ordine in amore, & delectatione, vel quia amamus, quod non licet, & delectamur in eo plusquam licet, & ita de alijs circunstantiis. Deordinatio quid.

In primo modo raro peccatur venialiter, sed potius mortaliter.

In secundo peccatur venialiter, quia rebus est debitus talis amor, & tantus quo ad necessitatem eis vtamur, & non impediamur libere ire in Deum, quem secundū se amare debemus, cum vero aliquid vltra istam necessitatem de affectu rebus his impędimus retardamur, licet nōdum auertamur a Deo, quia nondum rebus fruimur, multum enim inter hæc differt, qa quādo creatura fruimur auertimur a Deo, & iam non tendimus in eum, sed in creaturam, quam vt finem constituimus, quia ea fruimur, & hoc mortale est, cum vero tantū rei de dilectione impendimus quantum ratio suadet, & nihil amplius, tendimus in Deum, & non retardamur aliquo mō, qa nihil est ibi impeditiuū amoris quo in Deum tendimus, & iō nō est ibi mortale, neque veniale, sed actus meritorius: cum vero rebus istis magis, de affectu impendimus, quam ratio suadet, sed nondum in eas tendimus, non

auertimur a Deo, sed retardamur in progressu in F
Deum, in quem tendimus fruendo ipso, quia cum
totum affectum Deo impendere debeamus, quan-
tum rebus dederimus vltra rationis decretum, tãtum
Deo subtrahimus, & tanto in progressu Dei retarda-
mur, ideſt vt tardius eamus, & minus ardenter. con-
tingit autem magis, & minus rebus de affectu impen
dere nondum fruendo eis, sicut in amore coniugis,
filiorum, & possessionum: nam non æqualiter diligũt
ista hoĩes boni, sed quidã nimis, alii minus, licet nulli
boni eis fruantur, ideo licet æquali tempore ament,
quidam grauius venialiter peccant, quam alii: nam q
intensius amant magis peccant, nam si propter istas G
res amare vltra modum est veniale, quia retardatur
homo in amore Dei, necesse est, quòd qui eas vehe-
mentius amauerit magis retardetur, & ideo grauius
peccet, licet venialiter, & in hoc proprie attenditur
maioritas, & minoritas venialium, secundum quòd
animus noster magis afficitur ad res. Et ita stat distin-
ctio in pœna, quæ supra dicebatur, scilicet, quòd est
diuturnitas in peccato secundum durationem, & est
maior grauitas secundum maiorem adhæsionem ad
res. quantum ad primum respondet peccato veniali
diuturnitas pœnæ in purgatorio. quantum ad secun-
dum respondet ei acerbitas cruciatus, & ita si in ali-
quo veniali paruo tempore quis mansit, ex magno ta-
men affectu respondebit ei parua pœna in tempore H
in purgatorio, sed erit acerba, quandiu manserit, alius
vero econtrario habebit paruam in acerbitate pœnã,
sed longam in duratione, si autem contingat, ꝙ quis
ex maiori affectu rebus citra fruitionem adhæserit, &
diutius eis immoratus fuerit, competet huic peccato
maior pœna quantum ad acerbitatem, & minor secũ-
dum diuturnitatem.

Et hoc est considerando de vnoquoque peccato
veniali secundum se, cum vero aliquis multa com-
miserit, quia cuilibet respondet sua acerbitas, & diu-
turnitas colligetur ex omnibus acerbitas, & diuturni-
tas, & ita taxabitur illi morienti determinata acerbi-
tas apud purgatorium, & determinata diuturnitas, &
sic in quolibet fit. vnde aliqui sunt qui longo tempo-
re in purgatorio manent, & quandiu ibi sunt, semper
grauem pœnam habent, alii autem sunt qui pauco tẽ- I
pore manent, & leuem pro tunc cruciatum sustinẽt,
& hoc quia vel hic in paucis peccauerunt, vel quia ali
quam partem satisfactionis exegerunt sic, vt parum
restet in purgatoris pœnis eluendum.

*Diuturnitas pœnæ illorum quibus in vita remissa fue-
runt venialia omnia quoad culpam.*
Quæst. DCCXXXII.

SED quid de illis quibus omnia quoque venia-
lia in vita remissa sunt quantum ad culpam, &
manet solum inexpleta satisfactio pro illis, qa
non fuit dimissa pœna pro eis, nam putant ali- K
qui, quòd non erit sicut de pcedentibus, quia illi sunt
quibus culpæ dimittuntur post vitam, & considera-
tur illa differentia inhæsionis maioris, aut diuturnita-
tis in eis.

Dicendum, quòd eadem omnino dispositio est de
illis quorum culpæ remittuntur in vita, vel morte,
quia remissio culparum venialium post mortem nõ
fit per aliquam diuturnitatem pœnæ, sed in instanti
mortis fit, vt ostensum est supra. Etiam non fit per
aliquam acerbitatem pœnæ, cum in instanti non pos-
sit considerari aliqua acerbitas: immo potius dimit-
tuntur venialia, quantum ad culpam post mortem si-
ne pœna vila, p solum motum animi eligentis spõte
tolerare illam pœnam, quam Deus taxauit, quia fit ista
remissio per modum contritionis, & non per mo-
dum satisfactionis: restat ergo quòd tota duratio,
quæ est in pœnis purgatoriis, & acerbitas respondeat
pœnę debitæ remittendæ, & non remissioni culparũ,
quòd ergo remittantur culpæ ante mortem, vel post
nihil facit ad differentiam diuturnitatis, vel acerbita-
tis in pœnis, quia ista respondent ad remissionem pœ-
næ, & non culpæ, vel peccati. Quantacunq; ergo pars
pœnę peccati alicuius venialis, vel aliquorum reste ta-
genda post mortem, seruabitur in ea idem ordo, &
proportio diuturnitatis, & acerbitatis, qui supra di-
ctus est.

*Diuturnitas pœnæ eorum, qui decesserunt in charitate
non expleta satisfactione mortalium.*
Quæst. DCCXXXIII.

SED quid quando quis manet in purgatorio pro sa
tisfactione inexpleta pro mortalibus cum in cha
ritate decesserit?

Dicendum, quòd eadem ratio est habenda, quæ in
præcedentibus dictis: nam in mortalibus duo consi-
deramus, scilicet diuturnitatem in manendo in illis,
& maiorem affectionem ad res, in quibus peccaui-
mus: nam licet in omni mortali peccato fruamur re-
bus, & auertamur a Deo, non est tamen prorsus om-
ne peccatum æquale, sed multis modis vnum pecca-
tum excedit alterum, maxime ex genere, vt homici-
dium excedit mendacium. Etiam ex circunstantiis,
quæ peccata aggrauant, & quod multum facit est vo
luntas, quia in delicto eiusdem generis, & circunstan
tiarum aliquis ex magno desiderio peccat, alius ex
minori, & cum sit peruersitas ibi in fruendo rebus vti
libus, necesse est, quòd quanto magis illis fruimur,
tanto magis peccemus.

Est autem maior fruitio, quando est maius deside-
rium, & ardentior amor ad res, quia nihil Deo relin-
quit qui ex toto conatu in res tendit. secus de illis qui
cum quodam timore Dei peccant, quia non totum
affectum suum rebus tribuunt, nam necesse est, quòd
vnus magis altero peccet, quia licet sufficiat ad pec-
candum mortaliter auerti a Deo, & frui creatura, quia
tamen vnus magis fruitur, quam alius, necesse est, vt
grauius peccet. sicut ad bene agere sufficit agere
propter Deum ex charitate, qui tamen ex maiori co-
natu in Deum fertur, magis meretur in eodem actu,
per omnes ergo modos istos peccatum vnius est ma-
ius altero. Et ita potest dici, quòd ad satisfaciendum
de peccato mortali postquam est remissum quantum
ad culpam manet, vt debeatur in Purgatorio pro ali-
quo peccato diuturnior pœna, secundum quod diu-
tius mansit quis in perseuerantia, vel complacentia
peccati illius. Acerbitas autem consideretur, secun-
dum quòd peccatum in se maius est quocunque mo-
do accidat illud esse grauius, & ita pro satisfactione,
aut solutione pœnę vnius peccati mortalis manebit
quis diutius in Purgatorio, & punietur leuius, alius
autem econtrario, & sic cum collectę fuerint simul
tota acerbitas, & diuturnitas, quę debetur alicui pro
omnibus peccatis suis, resultabit inde determinata
diuturnitas, & acerbitas illi debita in Purgatorio, quæ
erit proportionata ad diuturnitatem, & acerbitatem
alterius peccantis secundum conditionem peccato-
rum suorum. Iste est ergo modus quo iudicari potest
in generali quis magis liberetur de purgatorio cito, &
quis tardius.

*An ab æqualiter peccantibus æqualis quoque toleranda sit pœ-
na purgatoria. Quæst. DCCXXXIIII.*

SED est dubium si duo commiserunt omnino
peccata æqualia, siue mortalia, siue venialia, de
quibus in purgatorio pœna toleranda est, an
vnus inde citius, quam alius liberetur, & voco
æqualia tam in magnitudine ipsorum in se, siue ex ge-
nere, siue ex circunstantia, siue ex conatu peccandi,
quam ex diuturnitate permansionis in eis, vel cõpla-
centię. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia apud Deum non est
acceptio vlla personarum, iõ cum peccata omnino
erunt æqualia, oportet vt pœnę sint æquales. nec obstat
si quis dicat peccatũ vnũ grauius reputari in vno hoĩe, B
q in alio propter conditionem diuersam personarũ,
quia iam præsuppositum est, ꝙ omnino sint æqualia,
siue sint omnino pśonę similes, siue per aliquid aliud
adæquentur. ita vt simpliciter dicatur peccatum vnius
æquale ad peccatum alterius.

Secundo, quia ista pœna est post vitam, quæ est so-
lutoria, & non satisfactoria, nam si esset satisfactio in
vita, licet esset æqualis actus satisfaciendi materialiter
poterat esse inæqualis ex affectu, quia ex conatu animi
iudicatur actus magis meritorius, & consequenter
magis satisfactorius, sed post mortem non est actus
meritorius, neque satisfactorius, sed solum soluitur
pœna debita, ideo respicitur quantitas pœnę, siue quan- C
tum ad acerbitatẽ, siue ad diuturnitatem, ideo si pec-
cata omnino fuerunt æqualia videtur, quòd pœna in
Purgatorio erit æqualis.

Dicendum, quòd illi q æqualiter peccauerũt, siue
mortaliter, siue venialiter, & decedunt in charitate,
aut satisfecerunt hic aliquid pro peccatis, aut non: si
satisfecerunt, aut æqualiter, aut inæqualiter, si inæqua-
liter, manebit eis inæqualis pœna in Purgatorio secun-
dum proportionem satisfactionis, quam in vita ege-
runt, si autem non satisfecerunt, est eadem ratio, &
dicendum, ꝙ potest vnus citius liberari, quam alius,
& etiam leuius torqueri, licet æqualis acerbitas esset
ambobus debita, & hoc, quia aliquis est, qui iuuatur
bonis operibus ecclesię, siue viuentium, & alius non, D
certum est enim bona, quę fiunt a viuentibus pro de-
functis in Purgatorio prodesse illis, cum non oret ec-
clesia frustra, & illa quibusdam prosunt alijs non, aut
saltem quibusdam parum alijs multum. ideo cũ pro-
pter ista opera, quę fiunt adiuuẽtur existentes in Pur-
gatorio, necesse est ꝙ tollatur aliquid de acerbitate
pœnę, aut de diuturnitate, & ita si vnus magis iuuatur,
quam alius, necesse est, quòd etiam si æqualis pœna de-
beatur duobus in Purgatorio, quòd vnus liberetur ab
eacitius, quam alius, aut fiat pœna eius minor, sed inæ-
qualiter adiuuari mortuos per ecclesię suffragia ostẽ-
dit Augusti. & Magister 4. Senten. distin. 45. ideo vnus
citius, quam alius liberabitur.

Si autem dicatur, vnde prouenit, quòd vnus magis,
quam alius per ecclesię suffragia iuuetur, Respondet E
Augusti. & Magister eadem distinctione, quòd hoc
fit, quia viuentes per opera sua meruerunt, vt post
mortem opera aliorum magis sibi, quam alijs pro-
dessent.

*Responsio ad primam rationem principalem in diuersum
positam supra in quæstione princip. 729.*
Quæst. DCCXXXV.

AD primam rationem in contrarium positam su-
pra in principio quęstionis principalis, dicen-
dum, quòd non attendetur tota proportio peccati in
acerbitate pœnę, nam peccatum vnum est maius alte-
ro non solum ex genere, & circunstantijs, & magni-

tudine affectus, sed etiam ex duratione in illo, vel diu- A
turna complacentia, & omnibus his consideratis po-
test absolute dici vnum peccatum maius altero, &
ideo si tota magnitudo peccati consideraretur se-
cundum acerbitatem non esset proportio in pœnis
peccatorum, nisi quantum ad acerbitatem, & maneret
omnia æqualia secundum diuturnitatem, sed
non fit sic, immo radicatio peccati quantum ad affe-
ctum, & reliqua magnitudo, quæ prouenit ex genere
peccati, & circunstantijs habet in pœnis acerbitatem,
& secundum proportionem istorum est proportio
acerbitatis, præter hoc est in peccato perseuerantia,
vel complacentia longa, & licet hoc faciat ad graui-
tatem peccati, tamen hoc non cadit in acerbitatem,
sed in diuturnitate pœnę, & ideo non est verum, quòd
licet secundum proportionem grauitatis peccati sit
proportio acerbitatis, quòd sit æqualitas in diuturni-
tate, quia proportio diuturnitatis pœnę est secundum
diuturnitatem culpę.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile de
pœna inferni, & gaudio vitę æternę, nam pœna inferni,
quę est pro peccato mortali est per accidens perpe-
tua, scilicet quia decedens in mortali firmatur in illo
per mortem, ideo necesse est, vt nunquam careat pœ-
na, qui nunquam est sine culpa, & cum nunquam in-
cipiat satisfacere, vel soluere, nunquam poterit satis- C
facere, sed erit debitor, & consequenter patietur. ideo
licet peccata mortalia fuerint inæqualia tam in graui-
tate in se, quam in diuturnitate, respondet æqualis
diuturnitas, sed sola inæqualis acerbitas. De præmio
cœli idem est, nam decedens in charitate firmatur in
illa, ideo debetur sibi beatitudo, quæ est perpetua, &
est æqualis diuturnitas, licet hic est alia ratio, quam in
damnatis, quia pœna damnatorum est perpetua per
accidens, & ideo datur eius diuturnitas æqualis, bea-
tis autem per se competit æternitas durationis in præ-
mio, nam cuilibet actui charitatis debetur vita bea-
ta, sed vita beata est de se æterna, quia non est beati-
tudo si terminatur. ideo cum sit necessaria conditio
beatitudinis perpetuitas, cum omnes beati meruerint beatitudinem, omnes meruerunt perpetuitatem
præmij, & sic directe respondet omnibus beatis æqua- D
lis diuturnitas præmij, solum ergo est differentia in
magnitudine eius intensiue. Secus est de pœna Pur-
gatorij, quia illa non fit perpetua per se, nec per ac-
cidens, ideo manet locus seruandi proportionem
pœnę tam in diuturnitate, quam in acerbitate simul,
& ideo non liberantur omnes æqualiter cito, sed ali-
qui prius, alij posterius, vel tardius.

An sinus Abrahæ sit Lymbus inferni.
Quæst. DCCXXXVI.

QVARTVS, & vltimus sinus apud inferos
est Lymbus Sanctorum Patrum, vel Sinus
Abrahæ, de quo nunc dicendum est. Et
primo est dubium an Lymbus Sanctorum, E
vel Sinus Abrahæ sit Lymbus inferni.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Augusti. lib. duo-
decimo super Gene. ad literam dicit, nondum in-
ueni inferos aliqubi in bono posuisse scripturam, sed
Sinus Abrahæ in bonum accipitur vt eodem lib. Au-
gusti. subiungit dicens, num in bono accipiendo Si-
num Abrahæ, & illam requiem quo ab angelis pius
pauper allatus est, nescio vtrum quisquam possit au-
dire. ergo Sinus Abrahę nõ est Lymbus inferni, ideſt
aliquis locus inferorum.

Secundo, quia in inferno existentes nõ vidẽt Deũ,
sed existentes in Sinu Abrahę Deum vident, vt Aug:

dicit 9.lib.confes.vbi loquens de Nebridio amico suo mortuo ait, quicquid illic est quod Sinus Abrahę vocatur, illic Nebridius meus viuit: & ita iam non ponit aurem ad os meum: sed spirituale os ad fontē tuum, & bibit quantum potest sapientiam pro auiditate sua sine fine felix. Ergo Sinus Abrahæ non est Lymbus inferni, vel aliquid apud inferos.

Tertio quia ecclesia nō orat pro aliquo vt ad infernum deducatur, orat autē pro anima defuncti vt deducatur ab Angelis in Sinū Abrahæ. ergo videtur ꝙ Sinus Abrahæ non sit Sinus inferni.

Dicendum ꝙ Sinus Abrahæ sit Lymbus inferni. i. sit in corde terrę, & quędam pars inferorum. Et patet primo quia dr̄ de Christo in symbolo fidei ꝙ descendit ad inferos. Et tamen non descendit nisi ad liberandum sanctos patres, qui erāt in Sinu Abrahæ: nā damnatos nō liberauit qui erant in gehēna, neq; paruulos existentes in Lymbo, quia erāt in mortali, s. originali: neque etiam existētes in Purgatorio, quia nondum soluerant pœnas debitas, ideo solos sanctos patres qui nullo reatu pœnæ tenebantur, liberauit, & isti erant in Sinu Abrahæ apud inferos.

Secundo quia Sinus Abrahæ dicitur quo mēdicus Lazarus ductus est: sed ductus est ille ad infernum, ergo ibi erat Sinus Abrahę. patet hoc quia super illo verbo Iob. 30. scilicet ibi est constituta domus omni viuenti dicit glo. infernus erat domus omnium viuentium ante aduentum Christi. ergo Sinus Abrahæ apud inferos erat.

Tertio quia Gen.44.cap.dixit Iacob filijs suis, deducetis canos mèos, cum dolore ad inferos. ergo Iacob sciebat se in morte sua ad inferos descensurum, & sic Abraham ad inferos translatus est: quia Iacob sanctus erat sicut Abraham: sed locus in quo Abrahā erat uocatus est Sinus Abrahæ. ergo apud inferor erat Sinus Abrahæ. Ad argumenta dicetur. infra.

Quare locus ille in quo Sancti patres recipiebantur post mortem, uocatus est potius Sinus Abrahæ, quam Sinus Abel, vel alterius.
Quæst. DCCXXXVII.

SED tunc quæretur quare locus ille in quo sancti patres recipiebantur post mortem vocatus est Sinus Abrahæ. nam videtur, quod non debuit sic vocari.

Primò quia alij præter Abraham ibi erāt, s. omnes Sancti qui nullo peccato neque reatu pœnæ tenebantur: ideo alio nomine competēre omnibus debuit vocari & non Sinus Abrahæ.

Secūdò quia si ab aliqua persona specialiter nominaretur, debuit (vt videtur) vocari ab illa quæ primo ibi esset, sed certum est ꝙ ante Abraham fuerūt multi Sancti patres in loco illo, fuit Adam, fuit Noe & cæteri quos scriptura laudat, qui fuerunt ante Abraham ergo non debuit vocari Sinus Abrahæ sed potius Sinus Adæ.

Tertio quia præposterum videtur vt patres dicantur esse in loco filiorū quasi honorabiliores sint filij: sed potius ꝙ filij sint in loco patrum, & tñ Abraham fuit filius Noe & Adæ: ideo cū Noe & Adam sint in loco inferorum in Sinu illo videtur potius, ꝙ dicatur Abraham esse in Sinu Adę, quā ꝙ Adam, & Noe sint in Sinu Abrahæ.

Dicendum ꝙ oportuit poni locū vnum in quo omnes Sancti essent post mortē vsq; ad passionem Christi; & ille locus multis nominib. potuit appellari. Vocatur primo inferus, quia sub terra est. Sic.n. Symbolū fidei vocat illum cū dicit ꝙ Christus descēdit ad inferos, constat tamen ꝙ descendit ad locū in quo Sancti patres erant, vt eos inde erueret, & ita etiam signatur Act.2. ca. vbi loquitur Petrus ad Iudæos de Christo. s. quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta ꝙ impossibile erat teneri illū ab eo. s. non poterat teneri eum in inferno. i. Lymbo patrum, ad quem descēdit vt eos inde erueret. Secundo vocatur Sinus vel Lymbus sanctorum Patrum: & ita sępe inuenitur nominatus locus a doctoribus. eo ꝙ illuc descendebant oēs sancti ante Christi passionem, & istud nomen est sine calumnia: quia verū est ꝙ ibi erant omnes Sancti, & nemo erat qui non esset sanctus. Tertio uocatur Sinus Abrahæ ab Abraham, & istud nomen ei a Christo impositum est Luc.16.c. vbi dixit diuitem sepultum esse in inferno, Lazarum vero ab Angelis deductum esse in Sinum Abrahæ, in quo locū illum quietis & Sanctorum nominauit, cum dicat ab Angelis deductum esse illuc Lazarū, & ideo istud nomen fuit magnæ auctoritatis, & multū vsitatū a nobis, quia a Christo impositum est, ante ipsum quidem neq; sacra scriptura mentionem fecerat de loco Sāctorum post mortem sub aliquo nomine generali aut speciali. Quarto vocatur Lymbus inferni vel Sinus. Dr̄ aūt Lymbus extremitas, ita iste locus est quędā extremitas illius magnę vacuitatis quæ apud inferos est: ideo Lymbus inferorum dr̄, vel etiam Sinus dr̄ quia est quidā locus ad recipiendum & continendum. Cum aūt quæritur quare Christus vocauit locum illum Sinum Abrahæ.

Dicendum ꝙ vocauit eum Sinum dupliciter. Vno modo Sinum. i. locum separatum ad capiēdum, & sic apud inferos dicimus quatuor Sinus. i. quatuor loca distincta ad capiendum, & vocatur Sinus Abrahæ, quia aliqua ratio est quare noīetur specialiter ab Abrahā. Alio modo potest vocari Sinus pro vacuitate q̄ vestes nostræ faciūt circa pectora, & hoc apud antiquos fuit magis in vsu, & locus ille erit ad capiendum & conseruandū quicquid homo vellet. Sic Christus dixit, mensuram bonam cōfertam & coagitatā & superefluentem dabūt in Sinū vestrū Luc.6.c. i. in vestro Sinu dabit ꝙ portetis aliquid mēsurabile. & hoc modo dr̄ esse in Sinu alicuius quod ab eo conseruatur & protegitur, sic mater portat filiū suū in Sinu. i. inter brachia quia eum continet & conseruat, & pertinet talis portatio in sinu ad eum qui est maioris dignitatis, & aliorum curam gerit. sic dixit Deus ad Moysen Nu.11.c. porta eos in Sinu tuo sicut nutrix solet portare infantulum. Ex hoc aūt fuit conueniens ꝙ locum illū Sanctorum Christus vocaret Sinum Abrahæ. Primo ex prioritate & prę eminentia fidei: nā a primo omnium qui in loco illo sunt, dēt locus cōuenienter nominari non aūt a primo fm tēpus manendi nominatur, ergo a primo omnium fm fidem. Et ratio huius est, quia locus ille erat locus quietis, non possunt aūt hoīes post mortē peruenire ad quietē nisi merito fidei ad Hebr. 11.c. oportet aūt accedentem credere quia est, & quia remunerator est. ideo conuenienter debuit nominari ab eo qui fidei pater fuit, sed iste fuit Abraham: ideo conuenienter Sinus Abrahæ. i. credētiū dictus est. non tñ est intelligēdū ꝙ ante eum nemo fidem habuerit: nam oēs Sancti ante eum habuerunt fidem vt Adam & Noe & cęteri Sancti, cum sine fide impossibile sit placere Deo ad Heb.11.c. & eo.c. alios laudat Apostolus de fide ante Abraham, sed fides tam explicita non apparuit in aliquo ante Abrahā, & sic pater ipse fidei dictus est, & sic sacra scriptura laudat eum de fide dicens, credidit Deo Abraham. Gen.15.ca. & etiam vocat eum Apostolus fidelem simpliciter, scilicet cum fideli Abraham ad Rom.11.c.

Seęundo fuit quia apparuerunt in eo plura signa fidei, nam ipse fuit primus qui ab infidelibus separauit se, mandāte ei Deo exire de terra sua, & de domo patris Gen. decimosecundo.ca. & obediuit ille Deo recedens de terra sua. Tertio, quia ille fuit primus, qui non solum fidem accepit, sed etiam signum fidei, vt omnes, qui crederent, & de eo descenderent acciperent signum circuncisionis in carne Gen.17.c. specialiter, ergo fides pertinuit ad Abraham, ergo omniū, qui per fidem habuerūt quietem, debuit poni Abraham, vt pater, & ab eo nominari debuerunt, & sic locus ille ętis, ꝙ credentibus dabāt debuit nominari ab Abraham, qui in fide primus fuit, idest præcipuus, has rationes tangit August.12.lib. super Gene. ad literam.

Quarto fecit hoc Christus, quasi iste esset sanctior omnibus, nam dato, quòd aliquis fuerit sanctior, quam Abraham etiam inter Iudæos, non fuit aliquis vt præcipue nominatus quasi excederet omnes, vnde Christus, quando aliquos vocat Sanctos incipit ab Abraham, sic pater Luc.13.cap. cum dicitur, cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & Prophetas omnes in regno Dei, vos autem expelli foras, sic etiam dicitur supra 8.cap. venient multi ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno ęlorum, ideo sicut ibi præcipuum eum facit, ita & hic, vt locum illum nominaret ab Abrahā, qui est locus quietis omnium Sanctorum, quasi sit ipse maximus Sanctorum.

Quinto fuit, quia licet alij fuerint priores Abrahā, non debuit nominari locus ab illis, quia tunc nominaretur locus ab Adam, qui creditur primus omniū, qui illuc introierunt cum sanctus fuerit pręter Abel, & tamen non nominatur ab eo, quia Adam est pater omnium per naturam, & si vocaretur Sinus Adę, putaretur Sinus esse omnium hominum, qui descendūt de Adam, & tamen non erat locus omnium, sed Sanctorum, ideo non debuit dici Sinus Adę.

Sexto, & pręcipue, quia voluit Christus mentionē maiorem facere de Abraham, quasi sanctior esset, dato quòd aliquis inueniretur sanctior eo, & hoc, quia ipse fuit principium totius populi credentium secundum carnem, & maxime, quia ei factę fuerunt promissiones omnes, cęteris autem non fuerunt factæ nouę promissiones, quę pertinerent ad totum populum, sed confirmatę sunt in eis, & complętę. Ideo Abraham debuit iudicari, vt dignior omnibus, vel sanctior, scilicet quasi ipse pro omnibus meruerit promissiones implendas in omnibus propter eum, vel Deus iudicauerit eum digniorem, aut facere eum talem voluerit, quasi hoc honore sublimaret, vt ei ante omnes faceret has promissiones pro semine suo, & ideo nullus debuit ei pręponi in dignitate, fieret autē hoc si nominaretur locus ille ab aliquo alio, ideo non debuit nominari, nisi ab Abraham.

Septimo, & adhuc pręcipue, quia licet ad locum Sanctorum irent non solum Iudęi, sed etiam gentiles boni: Christus tamen volebat ostendere requiem debitam Iudæis bonis, quasi ad illos specialiter pertineret, ideo non debuit nominari ab aliquo ante tempora Iudæorum, vt ab Adam, vel Abel, vel Noe, & similibus, sed ab aliquo ad quem populus Iudæorum pertineret, primus autem ad quem pertinet, & ad quem totus Israel pertinet est Abraham, & non alius, ideo ab eo debuit nominari, & istud apparet manifeste, ꝙ licet aliqui alij essent in regno Dei præter Iudęos, & multo tempore ante Abraham, primum tamen omnium in regno Dei ponit Christus Abraham, & deinde cęteros, qui ad illum populum pertinēt supra 8.c. venient multi ab Oriente, & Occidente, & recūbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno ęlorū, ecce primum nominauit ibi Abraham, & tamen locus iste Sanctorum est regnum Dei, vel prę ambulum secundum illud tempus ad regnum Dei, ideo debuit nominari ab Abraham, vt diceretur Sinus Abrahę.

Sed objicietur, ꝙ Christus non debuit sic vocare locum illum, quia videbatur hoc repugnare intentioni suę, quia ille volebat prædicari salutē gentibus, quasi ipsę possent habere vitam ętrnam, sed ponendo locum illum esse Abrahę, qui erat pr̄ Iudęorū innuebatur, ꝙ per solam obseruantiam legis, & circūcisionem, quę fuerat data Abrahę, erat vita ętrna, ideo non debuit nominari Sinus Abrahę.

Dicendum, ꝙ hoc non obstat. primo quia Abrahā non est pater per circuncisionem, sed per fidem, prius enim placuit Deo, quam circuncideretur, nam quando Deus reuelauit ei de semine suo peregrino, & promissionibus futuris, & credidit placuit ei Gen.15. credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam, & tamen circuncisio nondum data erat, sed postea data est Gene.17.c. & ideo non credidit, quia data est illi circuncisio, sed potius, quia credidit Deo placuit illi, & quia placuit data est ei circuncisio, hoc deducit Apostolus ad Roma.4. vbi ostendit, quòd Abraham non placuit Deo, quando circuncisus erat, vel quòd circuncisio ei dederit, quòd Deo placeret, sed in pręputio placuit Deo, & accepit a Deo tunc circūcisionē, non vt ipsum iustificantem, sed vt ostendentem iustitiam eius, & ideo nos non sequimur Abraham quantum ad circuncisionem, quam accepit, sed quantum ad fidem, per quam Deo placuit, & quia nos in fide saluari confidimus per iustificationem Christi, recte expectamus requiem Abrahę, vt simus in sinu Abrahę, & eum, vt patrem accipiamus, & vere pater noster est, quia ille non vocatur pater eorum tantum quos secundum carnem genuit, sed eorum potius quos in fide successores habuit, sicut dicitur ad Roma.4.ca. signum accepit circuncisionis signaculum iustitię fidei, quę est in pręputio, vt sit pater omnium credentium per pręputium, vt reputetur, & illis ad iustitiam, & sic pater circuncisionis non tantum his, qui sunt ex circuncisione, sed & his, qui sectantur vestigia fidei, quę est in pręputio patris nostri Abrahę.

Et in hoc valde obseruatum est, quòd non fuit vocatus Lymbus Moysi, sed Abrahę, nam si diceretur Moysi, putaretur, quòd competeret requies ex obseruatione legis, quæ data est per Moysen, sed dicitur Sinus Abrahę, qui fuit primus eorum, qui manifeste ostenditur placuisse per fidem, & cui promissiones factę sunt. omnes ergo iudicantur filij, & consequenter hęredes promissionum Abrahę, qui Abraham in fide, per quam Deo placuit imitantur, & ideo recte nos ad Abraham pertinemus, sic dicitur ad Roma.4.c. non enim fratres per legem promissio Abrahę, & semini eius, vt hęres esset mundi, sed per iustitiam fidei, ideo ex fide, vt secundū gratiā fit firma promissio omni semini, non.n. ei, qui ex lege est solum, sed ei, q̄ ex fide est Abrahę, qui est pater omnium nostrū, sicut scriptum est, quia patrem multarum gentiū posui te ante Deum cui credidisti, recte ergo omnibus tā gentilibus, q̄ Iudæis conuenit requiem hre inquantum sunt filij Abrahę per fidem, vñ conuenienter dr̄, ꝙ locus quietis, qui per fidem oībus credentibus dat, vocetur Sinus Abrahę. Secundo pōt dici quantū ad hoc, ꝙ conueniens fuit vocari Sinum Abrahę etiam si Abraham solum accipiatur, vt pater Hebręorum secundum carnem, nam Christus licet voluerit prædicari salutem gentibus, non prædicauit eā ipse sed prędicari eam post mortem suam iussit. Nā dixit, nō fui missus, nisi ad oues, quę perierunt domus Israel supra 15.c. vbi oñebat, ꝙ non debebat prædicare gentilibus, neque facere miracula inter eos, & post mortē mandauit prædicari Euāgelium omni creaturę Mar. 16.ca, & docere omnes gentes infra 28, & ideo iussit

Christiani recte ad Abraham pertinent.

bat præcipue competere ſalutem Iudęis: per deriuationem autem gentibus, ſic ipſe Chriſtus dixit Ioã.4.c.nos adoramus, quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt,& illud idem Apoſtolus ad Roma.9.ſcilicet.Iſraelitę quorum adoptio filiorum Dei, & gloria,& teſtamentum, & legislatio, & obſequium, & promiſſus, quorum patres ex quibus Chriſtus ſecundum carnẽ, deinde ad Roma.11.oſtendit,ꝙ Iudæi erant velut naturales rami oliuę, & gentiles erant velut rami oleaſtri, qui contra naturam inſerti ſunt in oliuam bonã, & fructum fecerunt, & ideo Chriſtus ſic oſtendit de requie Sanctorum, quòd prius competat Iudæis, & ab eis nominet,poſtea vero, quaſi ex quadã acceſſione competat gentilibus, ideo nominauit locum illũ Abraham,ſic pater ſupra 8.c.ſcilicet multi venient ab Oriente, & Occidente,& recumbẽt cum Abraham, Iſaac,& Iacob in regno cęlorum, & ita Abrahę dedit præcipue regnum cęlorum,venientibus vero ab Occidente, & Oriente,ideſt gentilibus nõ dedit,niſi per quoddam conſortium,& concomitantiam ad Abraham.ergo licet locꝰ ille vocetur ab Abraham adhuc conuenit,quòd gentiles requiẽ illã habeant, intantũ, ꝙ & Chriſtus dixit quoſdam de gentilibus in hoc præcipuos habendos ſuper Iudæos,cum ait de veniẽtibus ab Oriente, & Occidente, quòd recumberent in regno cęlorum cum Abraham, filij autem regni, ideſt Iudæi ejicerentur foras, ideſt non reciperentur. Ad argumenta facta ſupra in princi.q.dicendum, ꝙ non concludunt.

Ad primum dicendum, ꝙ verum eſt omnes Sanctos fuiſſe in loco illo, & ideo ſi ab hac congregatione nomen imponi placeret,poterat dici Lymbus Sãctorum, ſed cum deſignatur, ꝙ locus ille competat propter ſanctitatem, ſed ſanctitas poteſt haberi ex fide, vel operibus, & multis modis operum, vt ergo oſtendatur,quòd competit ex fide,fuit nominatus locus ille ab eo,qũi eſt pater fidei,ſcilicet ab Abraham.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ licet denominaretur ab aliqua perſona ſpecialiter,non debuit denominari ab ea, qnę fuit prima ibi,quia primitas,quæ eſt ſolum ſecundum tempus non tribuit excellentiam,quia tũc aues eſſent digniores hominibus, quia primo creatę ſunt, ſed falſum eſt, & patet hoc,quia poterat eſſe,ꝙ ille,qui primus deſcenderet ad locum illum eſſet paruę dignitatis, & inconueniens eſſet nominari ab illo locum ipſum in quo omnes Sancti futuri erant, quis autem primus ibi fuerit non conſtat, ſed ſatis poteſt dici, quòd fuit Abel, ille enim creditur eſſe primus omnium, qui mortuus eſt, quia frater ſuus eum occidit Gen.4.c.neque legitur alium prius occiſum,nec per ſe mortuum, cum eſſet tunc vita longęua,& magnę ſanitatis, ideo credendum eſt,ꝙ Abel primus deſcenderit ad Lymbum,quia erat vir Sanctus,vt colligitur Gen.4.nã propter ſanctitatem inuidit ei frater ſuus. Sancti autem ad Lymbum deſcendebant tunc.

Sed objcietur, ꝙ ab iſto debuit locus nominari, quia iſta duo ibi concordabãt,ſcilicet ſanctitas,& prioritas temporis. De ſanctitate apparet, quia Scriptura Sacra Gen.4.c.laudat eius munera dicens Deo accepta. Item quia Chriſtus vocauit eũ iuſtum ſupra 23.c. De prioritate apparet, quia ipſe fuit primus occiſus, & ſanctus, ideo ipſe primus deſcenderet ad loca Sanctorum. recte ergo videbatur, vt ab eo nominaretur locus ille,ꝙa hęc duo in eo concurrebant,tantę enim dignitatis erat, vt ab eo poſſet locus nominari, nam non ſolum fuit ſanctus,ſed & martyr, immo & martyrum primus, ſic enim Chriſtus dixit, & ideo, ſicut Chriſtus poſuit eum in capite iuſtorum, & Martyrũ dicens contra Iudæos, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus,qui effuſus ſuper terram eſt a conſtitutione mundi a ſanguine iuſti Abel vſque ad ſanguinem Zacharię ſupra 23.& Luc.11.c.ſic potuit eum ponere,vt caput omnium euntium ad loca Sanctorum, & quòd nominaretur locus ab illo.

Dicendum,quòd non debuit ab eo nominari,quia licet Chriſtus poſuerit iſtum primum omnium iuſtorum occiſorum, non poſuit eum maximum Sanctorum, nec in regno Dei mentionem pręcipuam facit de illo, ſed maximum omnium nominat Abraham, ſupra 8.& Luc.13.c.ſcilicet veniẽt ab Oriente, & Occidente,& recumbent cum Abraham, Iſaac,& Iacob in regno Dei, ideo non debuit ab Abel nominari locus Sanctorum.

Item ſi poneretur Abel, vt princeps, vel caput eorum, qui ad Sanctorum locum deſcendebant, ideſt quòd locus ab eo nominaretur, putaret aliquis,quòd competebat requies poſt mortem propter martyriũ, & ita, qui non tranſeunt per martyrium non haberent ſpem de requie, quod eſt inconueniens,ideo debuit habere nomen ab Abraham, qui per fidem placuit, & iſta eſt principium beatitudinis, & per quam iuſtificari credimus apud Deum, & non opera legis, vel ſanctitatis cuiuslibet ad Roma.4.c.

Ad tertium dicendum, quòd patres non ſunt in locis filiorum, ſed ſemper filij in loco patrum, quia patres tenent filios in ſinu ſuo,ſicut nutrix infantulum, & tamen pater multipliciter dicitur,ideo licet Adam ſit pater omnium per naturalem generationem, non eſt pater per alios modos paternitatis, ſed potius eſt aliquomodo filius filiorum ſuorum. Eſt enim quędã paternitas per fidem, & eſt illius in quo fides fuit primordialiter,& excellẽter, & iſte fuit Abraham, quia ei fuit facta promiſſio de Meſſia in quo erat ſalus, & per illum, ideſt in ſanguine eius datur omnibus requies, & in hunc credidit Abraham, & ipſe fuit primus,qui explicitam fidem de illo habuit,ſicut,& promiſſionem, ideo recte ipſe pater noſter vocatur ad Roma.4.qui autem præceſſerunt eum per fidem ſaluati ſunt,quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo,ad Hebræ.11.cap.& tamen filij Abrahę vocanturin fide, quia neque explicitam illam habebant,ſicut gentiles, neque illis promiſſio aliqua facta fuerat, ſicut neque Adę, neque Noe,recte ergo Noe, & Adam filij ſunt Abrahę ſecundum fidem, licet ſint priores, & patres origine. & quia requies Sanctorum datur merito fidei, & non naturę, debuit vocari locus a patre fidei Abraham, & non ab Adam, qui erat pater per originem. Item quia etiam ſi Adam fuiſſet ſanctior omnibus hominibus,non deberet locus ille ab eo nominari, quia cum ipſe ſit pater omnium hominum, putaretur locus ille omnium hominum eſſe,non eſt autem omnium, ſed ſolum iuſtorũ,ideo potius ab alio, quam ab eo debuit vocari.

Quare Sinus Abrahæ fuit apud inferos cum eſſet locus Sanctorum. Quæſt. DCCXXXVIII.

SED quæretur quare Sinus Abrahę fuit apud inferos,cum eſſet locus Sanctorum, & nullius pęnalitatis, ſed quietis, quia viderur, quòd in cęlo eſſe debebat ille locus.

Dicendum, quòd Sinus Abrahę vocatur locus in quo iuſti ſunt per mẽritum fidei, qui eſt locus quietis, ſed ſtatus iuſtorum eſt duplex, ſcilicet perfectus, & imperfectus, ante Chriſti enim mortem animæ iuſtorum habebant quandam quietem,quia ab omni pęna liberę erãt,ſicut & ab omni culpa,& reatu,& tamen non habebant,neque illã habuerunt vſque poſt mortẽ Chriſti,& iõ ſequit, ꝙ locꝰ ſanctorũ añ mortẽ Chriſti non debuit eſſe in cęlo, quia cęlum eſt locus beatitudinis, & tñ tũc nõ erãt animæ illæ beatæ,ergo non debebant eſſe in cęlo, ideo debebat eſſe locus apud inferos, nam loca media non ſunt loca animarum. Ex hoc autem ſequitur de nomine loci huius, ꝙ debuit vocari Sinus Abrahæ, & Lymbus inferorũ. nam erant ibi hæc duo, i.requies a pœnis, & carentia beatitudinis, quantum ad primum vocabatur Sinus Abrahæ,qui eſt locus quietudinis,quantum ad ſecundum vocatur Lymbus inferorum, quia dicit quandã triſtitiam propter carentiam beatitudinis. Etiam ſequitur ex hoc, ꝙ nunc vocari debet locus iuſtorum Sinus Abrahæ,quia vbi ſunt iuſtorum animæ requies eſt,ſed hanc ſignat Sinus Abrahæ,ergo ſic vocabitur, ſed non vocabitur Lymbus inferorum, quia non deeſt iam beatitudo, & conſequenter non erit Sinus Abrahæ vbi prius erat. Sciendum autem, ꝙ Sinus Abrahæ fuit a principio, quando Chriſtus illum nominauit, ſicut locus quidã apud inferos,in quo iuſtorum animæ manebant nullam pœnam habentes, & accidit tunc locum inferorum eſſe Sinum Abrahę, quia iuſtis ſecundũ ſe non debetur quies imperfecta nec locus inferorum, ſed beatitudo, & locus melior, tunc tamen accidit ſic eſſe, quia Chriſtus nondum aperuerat ianuam vitę ęternæ. i. cęlorum, nunc vero,quia aperta eſt,alibi ſunt animę iuſtorum,ideo alibi eſt Sinus Abrahæ,ſcilicet in cęlo,& deſiit eſſe apud inferos, ſi tamen per ſe competeret ille locus Sanctis ſemper ibi manerent,& ita verum eſt,ꝙ omnes iuſti morientes non ſunt in Sinu Abrahæ,ſed in cęlo ſunt, quia ibi eſt iam Sinus Abrahæ, & licet ſint in Sinu Abrahæ non ſunt in Lymbo inferorum, quia accidit aliquando iſta duo idem eſſe. Sed dicetur dato,quòd ante mortem Chriſti non eſſent animæ iuſtorum in cęlo, debuerunt tamen ſaltem non eſſe apud inferos, quia eſt ille malus locus.

Dicendum, ꝙ non debuerunt alibi eſſe,nam alius eſt locus viuentium ſeparatorum,vel eorum,qui poſt hanc vitam viuunt, locus viuentium eſt ſuperficies terrę, & iſta concauitas eſt vſque ad cœlum lunæ, & ratio eſt,quia iſte locus cõuenit cõditioni vitę noſtrę, omnia enim quæ nunc viuunt,in quadam alteratione ꝙtinua viuunt,& generatio, & corruptio in eis eſt, iõ debent ibi viuere vbi ſunt iſtę alterationes, & mutationes,iſtæ autem fiunt maxime in ſuperficie terræ,& extenditur hoc verſus cœlum, ideo hic debet eſſe vita animalium,& ita fit, quia animalia gradientia, vel manentia ſunt in terræ ſuperficie, & aquis, volatilia, autem in aere, & ita occupant iſtud medium. animæ ergo ſeparatæ alibi eſſe debent,vt nõ ſit vtrorumque, idem locus: erit igitur, vel infra terram, vel in cœlo, non in cœlo, vt dictum eſt, ergo debuit eſſe infra terram. Si autem obijciatur de dęmonibus, ꝙ ſint in aere inter nos ad Ephe.6.c. vbi vocat eos Apoſtolus ſpiritales nequitias in cęleſtibus,ideſt in aere. Dicendum eſt,quòd verum eſt aliquos eorum manere hic non quaſi ſit locus determinatus ad manſionem dęmonum,quia tunc omnes hic manerent, ſed manẽt hic quidam eorum ad officium tentationis, & exercitationis noſtrę, quod ad diuinam prouidẽtiam pertinet, & ſic Apoſtolus deſignauit. e.c. dicens eſſe nobis colluctationem aduerſus ſpiritalia nequitię in cœleſtibus,ideſt congreſſum cum dæmonibus, qui ſunt in aere.Etiam vocat eos rectores tenebrarum harum, & in hoc dat eis adminiſtrationem hic, ideo debent manere quandiu adminiſtrant, ſed animæ non adminiſtrant, quia non tentant, neque excitant viuentes, ideo debent manere incluſę ſub terra vbi eſt locus ordinarius animarum ſeparatarum.Secũdo,quia hoc competit animabus illis ex conditione ſtatus, nam tenebantur ibi animę, quia nondum erat aperta vita ęterna, quæ clauſa erat pro peccato Adę, & hoc peccato tenebantur omnes poſteri inquantum deriuatum eſt in eos per originale peccatum, ideo talis locus eorum erat qualis competebat peccato,& carentię boni debiti, ſed huic rei competit triſtitia, ideo aſſignabitur locus triſtis, & iſte eſt locus ſub terra, iõ ibi debuerunt eſſe animæ iuſtorum ante aduentum Chriſti. Cum vero dicitur, quòd non debebant eſſe animæ iuſtorum in inferno,quia eſt malus locus. Dicendum, quòd in inferno eſt quoddam malum pœnę ſenſus,vel carentię viſionis diuinę perpetuę, & talia mala non erant, neque eſſe debebãt in animabus iuſtorum,& ideo ſi propter eſſe in inferno acciderent eis talia mala, non erat cõueniens eas eſſe in inferno, ſed non accidebant eis talia mala, ſed erat eis requies ab omni pœna, ſed ſolum habebant carentiam viſionis,quam haberent etiam manendo in quolibet alio loco ſi non eſſent in cęlo,ideo non erat inconueniens eſſe eas ibi.

Item ſi ſecundum ſe malum eſſet animas iuſtorũ eſſe ibi,nunquam eſſet ibi anima Chriſti, ſed ipſa mãſit ibi aliquandiu poſt mortem, nam aſſeritur, quòd ſtatim poſt mortem corporis cępit eſſe ibi, & manſit vſque ad horam reſurrectionis, quæ fuerunt quadraginta horæ, ideo non erat inconueniens eſſe ibi animas Sanctorum, nam neque illæ paſſę ſunt pœnas aliquas, ſicut neque anima Chriſti ibi patiebatur, habebant tamen illę inſuper quandam triſtitiã propter carere bono ſibi debito, ideo conuenicbat eis locus triſtis qualis eſt locus triſtis, & tenebroſus, & iſte eſt ſub terra, ibi ergo eſſe debuerunt. Nunc reſpondendum eſt ad argumenta facta ſupra.

Ad primum dicendum,ꝙ Sinus Abrahæ, ideſt locus in quo erãt aię iuſtorũ añ aduentũ Chriſti,& mortẽ,habebat aliquid de bono, & aliqd de malo, inquãtum enim habebat aliquid de bono poterat vocari Sinus Abrahæ, inquãtum vero habebat aliquid de malo debebat vocari Lymbus inferorum, erat enim malum tunc carentia viſionis Dei, erat bonum quies a pęna, & ideo propter quietem a pęna vocabatur Sinus Abrahæ, & eſt verum, ꝙ Sinus Abrahæ nunquã dicitur niſi in bonum, quia competit viris iuſtis inquantum imitantur Abraham in fide pro qua debetur præmium, inquãtum autem tunc iuſti habebant per accidens malum, ſ. carentiam viſionis diuinę vſque ad mortem Chriſti, competebat eis locus imperfectionis,ſ.inferorum,ideo vocabatur locus ille Limbus inferorum,& ibi in veritate tunc erat locus iuſtorum, nunc autem Sinus Abrahæ non eſt apud inferos, ſed in cęlo, vbi nulla eſt incommoditas, ſed bonum purum, ideo vocatur nunc Sinus Abrahæ, & non Lymbus inferni. Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ iſta duo ſemper tenent ſignificatum ſuum immobile: Sinus Abrahæ ſemper in bonum accipitur: Lymbus inferni ſemper in malum, ſed per accidens aliquando iſta duo idem ſunt,quando,n.requies Sanctorum habet ſecum aliquid mali,dicitur ſimul Sinus Abrahæ propter pœnę carẽtiam, & Lymbus inferorum propter malum, ideſt carentiam viſionis Dei, cum vero bonum ſolum habet vocatur Sinus Abrahæ, & non inferorũ Lymbus,nec apud inferos eſt, ꝙ vero malũ ibi ſit, & non bonum eſt impoſſibile, ideo poteſt aliquando vocari ſimul Sinus Abrahæ, & Lymbus inferni,quia nunquam poteſt accipi in malo ſolum. Et ita dicendum, ꝙ requies Sanctorum patrum ante Chriſti aduẽtum dicebatur Sinus Abrahæ, ita & poſt Chriſti aduentum dicitur,ſed diuerſimode,quia ante Chriſti aduentum, & mortem habebat illa requies defectum adiunctum requiei, ſcilicet carẽtiam viſionis,& ideo Sinus Abrahæ erat Lymbus inferni, & nõ vide-

Rationem principalẽ factam ſupra q.736. & poſtponuntur hic iſte ſolutiones, ꝙa earum ſolutio pendet ex qũibs iter mediis.

videbatur ibi Deus, post Christi autem mortem non est aliquis defectus adiunctus quieti Sanctorum, & ideo Deum vident: propter quod Sinus Abrahę vocatur illa requies etiam nunc, sed non vocatur Lymbus inferni, neque est locus ille in inferno. Et ita verũ est, quod dicit Augu. Nebridiũ esse in Sinu Abrahæ, & videre ibi Deum, & nõ esse in inferno, & hoc, quia variatur materialiter Sinus Abrahæ, nam quandiu erat Sinus Abrahæ apud inferos, non videbatur ibi Deus a iustis, nisi in illo triduo mortis Christi, cũ vero desijt esse Sinus Abrahæ ibi cępit videri Deus a iustis, & ita, qui sunt in Sinu Abrahæ nunc Deum vident, & non sunt in inferno, & in tali Sinu Abrahæ Nebridius existens Deum videt. Ad tertium dicẽdũ, ꝙ Ecclesia non orat aliquem deduci ad inferos, sed orat deduci ad Sinum Abrahæ, quia Sinus Abrahæ est nunc locus iustorum, qui est in cœlo vbi Deus videtur, & petere illum Sinum est petere beatitudinẽ, quam Ecclesia absolute petit, & sic intelligitur quædã gl. Lucæ 16.c. super illo verbo factum est, vt moreretur Lazarus, & portaretur ab angelis in Sinũ Abrahæ, s. Sinus Abrahæ est requies beatorm pauperum quorum est regnum cęlorum, & ita Sinus Abrahæ pro regno cęlorum ponitur, & non pro inferno. Aliter potest dici, ꝙ Ecclesia non orat aliquos duci ad inferos, i. ad locum damnatorum, orat tñ deduci ad loca inferorum vbi non est damnatio. s. ad Purgatoriũ, nam ex charitate oraret quis nunc, ꝙ anima alicuius morientis ad Purgatorium deferretur, cum sit timor de illa an deducatur ad gehennam, poterit ergo a fortiori pro alijs quisque orare, & Ecclesia, vt ad Purgatorium eant. Est autem verum, ꝙ quando Ecclesia orat pro anima alicuius iam ille defunctus est, & statim, vt moritur fertur ad Purgatorium si aliquando illuc iturus est, & ideo Ecclesia nõ orat pro defunctis, vt ferantur in Purgatorium, sed in vitam ęternam, quia præsupponit esse in Purgatorio eos pro quibus orat cum alias non prosit, & de Purgatorio non potest quis transferri, nisi in vitam ęternam, ideo orat pro vita ęterna, si tamen oraret pro viuentibus quãtum ad statum eorum post mortẽ, oraret pro aliquibus, vt ferrentur in Purgatoriũ, sicut & nos oramus. Sed de Sinu Abrahæ aliud est, quia non solum nos, sed ẽt Ecclesia orabat pro animabus defunctorum, vt ferrentur in locum iustorum, qui erat apud inferos. nam, sicut nũc Ecclesia orat pro defunctis, ita & orabat ante Christi mortem 2. Macha. 12.c. s. sancta ac salubris cogitatio est orare pro mortuis, vt a peccato soluantur, & orabat, vt animæ illę defunctorum acciperent requiem, & non manerent in pœnis, sed eo tempore nulla alia quies erat animarũ bonarũ, nisi apud inferos in Sinu Abrahæ, ergo orabat Ecclesia, i. fidelium congregatio tunc, vt ad illũ locũ inferni animæ transferrentur, & sicut pro iam defunctis orabatur poterat a fortiori orari pro viuentibus, vt ad illum locum inferni ferrẽtur, quia tunc non erat alia requies.

Amplius, & in triduo mortis Christi (vt asseritur) ꝙ fuit visio Dei apud inferos, nam ꝙ anima Christi descenderit ad inferos nõ est dubium, quia est articulus fidei, ꝙ vero mãserit ibi toto illo tempore quo Christus erat mortuus non apparet manifeste, & ĩ asseritur satis rationabiliter: & hoc supposito, tempore illo erat vera beatitudo apud inferos, sed nullus est moriens, qui non optaret statim habere veram beatitudinem, ergo quisque cuperet tunc ire ad illum locũ inferorum, & Ecclesia oraret pro quolibet moriente tunc, ꝙ ferretur ad illum locum, si determinate sciret tũc esse ibi visionẽ Dei quãtũ ad animas defunctorũ bonorum, & ita non est incõueniens, ꝙ Ecclesia oret ferri animas fidelium ad loca inferorum, dum tamẽ non oret ferri ad gehennam damnatorum, vel Lymbum paruulorum, quia ista sunt loca damnationis.

An Lymbus inferni, & infernus damnatorum sint idem locus. Quæst. DCCXXXIX.

QVAERETVR cum dictum sit, quòd Sinus Abrahæ esset Lymbus inferorum an verũ sit, quòd Lymbus inferorum esset infernus damnatorum.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia Christus dicitur momordisse inferos, & non absorbuisse Oseę 13.c. s. o mors ero mors tua, morsus tuus infernus, ideſt ꝙ aliquos inde liberauerit, & non omnes, non tñ diceretur momordisse inferos, nisi illi quos liberauit essent pars illius multitudinis, quæ erat in inferno, ergo cum illi quos Christus liberauit essent in Lymbo inferni, i. Sinu Abrahæ, videtur, ꝙ esset Sinus Abrahæ pars inferni damnatorum. Secundo, quia dicitur Christus ad inferos descendisse, sed non descendit, nisi ad Lymbum sanctorum, vel Sinum Abrahæ ad liberandum Sanctos, ergo locus ille erat infernus, & ita erat infernus damnatorum, vel pars eius.

Tertio, quia Iob. 17.c. dicitur, in profundissimum inferni descendet anima mea secundũ vnam literam, profundissimum aũt inferni est locus damnatorum, quia nõ est aliquis locus profundior, neque deterior, & ibi est Lymbus inferni, quia Iob cum sanctus vir esset, non iret nisi ad Lymbum Sanctorum, vel Sinũ Abrahæ, ergo Lymbus inferni erit idem, quod infernus damnatorum, vel pars eius. Alij dicũt, ꝙ non est idem locus Lymbus inferni, & infernus damnatorum, quia in inferno nulla est redemptio, sed de Lymbo Sanctorũ liberati sunt omnes quotquot ibi erant, ergo Lymbus inferni, vel Sanctorũ non erat infernus damnatorum. Secundo, quia Augu. dicit. 12. lib. super Gene. ad literam, quomodo illam requiem, quam Lazarus accepit apud inferos esse credamus non video, sed anima Lazari ad Lymbum descendit, quia non erat tũc alius locus animarũ sanctarũ, ergo nõ erat Lymbus inferni ipse infernus damnatorum, neque pars eius. Dicendum, quod Lymbus Sanctorũ, qui erat Lymbus inferni, & Lymbus damnatorum idem erat quantum ad aliquid, & differebat quantum ad aliquid. Considerari enim possunt receptacula animarum diuersimode, sunt enim multa, & inter se considerantur, vel quantum ad situm, vel quantum ad qualitatem locorum, i. conditionẽ eorum. Si aũt considerentur qualitates locorum, dicendum, quòd omnia receptacula animarum inter se distinguebantur, quia non erat idem status vnius, & alterius, immo si eadem qualitas, & status deberet esse vnius, & alterius, nulla esset causa differendi vnius receptaculi ab altero, & tamen ponuntur distincta receptacula, ergo in qualitate differũt. de omnibus enim patet in supra positis, sed specialiter de gehenna damnatorum, & Lymbo inferni, qui erat Sanctorum, differentia erat hæc, quia in inferno damnatorum erat pœna fentus, s. in igne, in Lymbo aũt Sanctorũ nulla pœna sensus erat. Secundo, quia in inferno damnatorũ est carẽtia perpetua visionis Dei, & erat mãsio perpetua in Lymbo aũt inferni, vel Sanctorum non erat carẽtia visionis Dei perpetua, sed temporalis, neque erat mansio perpetua, quia finita est, ideo multum differebant. Tertio, quia existentes in inferno damnatorum erat in culpa, & reatu pœnę, existentes autem in Lymbo Sanctorum erant sine culpa, & reatu alicuius pœnę temporalis, vel perpetuæ, sed ista potius est condition manentium in loco, quam loci qualitas.

Secundum principale, quod considerabatur erat situs

situs receptaculorum, & dicendum, quòd est differentia in situ eorum. Quatuor enim receptacula animarum ponuntur sub terra, & omnium est differentia secundum situm, vt ostensum est supra. Et considerandum circa hoc, quòd locus inferorum est quędam concauitas in corde terræ, quæ ideo vocatur infernus, quia infra nos est, & illa cõcauitas est aliquid continuum in quo continuo sunt quatuor receptacula animarum sępe nominata, & non est interposita aliqua terręgrossities inter loca hæc, sed differunt per supra, & infra, & quia sicut loc⁹ supremus, scilicet cœli est optimus, ita locus infimus, scilicet in centro est pessimus, & ob hoc cõpetit pessimos ibi manere, sed pessimi sunt, qui damnantur pro peccato actuali ad ignem ęternum: ergo gehenna, quæ est locus ignis ęterni damnatorum est locus infimus, scilicet in centro terręe, vel iuxta eum, & consequenter, quia inter animas defunctorum, nullę erant meliores, quam illę, quæ dicebantur esse in Sinu Abrahæ, quia in nullo peccato nec in reatu pœnę alicuius deceſſerant, ideo istę esse debebãt in loco superiori versus cœlum, & consequẽter locus damnatorum esset magis tenebrosus, locus autem Sanctorum in Lymbo erat minus tenebrosus pro qualitate manentium ibi, & non solũ hoc, sed etiam sancti doctores asserunt: & valde totaliter, quòd in eodem receptaculo sit distinctio manentium secundum situm, sunt autẽ damnati inęquales in peccato, & pœnis, ideo quidam sunt in loco deteriori, scilicet qui grauius peccauerũt sunt in locis profundioribus gehennę, & magis tenebrosis, qui autem minus peccauerũt in locis superioribus. & consequenter in Purgatorio est distinctio, quia qui tenentur ad acerbiores pœnas sunt in parte profundiori versus gehennam damnatorum, qui autem minoribus pęnis obligantur sunt in parte superiori, a fortiori, ergo Sinus Abrahæ, q maxime differt ab alijs receptaculis secundum conditionem status erit distans secundum Situm, & ita potest responderi ad quæsitum. s. ꝙ infernus damnatorum, & Lymbus Sanctorum sunt idem secũdum continuitatem vnius loci continentis quatuor receptacula animarum separatarum, & tamen non sunt idem secundum qualitatem loci, neque secundum Situm, vt dictum est.

Ad argumenta in contrarium dicendum, quòd probant esse vnum locum secundum cõtinuitatem, sed non secundum Situm, vel qualitatem. Et ad primum dicendum, quòd infernus accipitur dupliciter. Vno modo pro tota illa concauitate, quę est sub terra deputata pro animabus separatis cuiuscunque meriti sint, & dicitur infernus, quia est infra nos. Alio modo accipitur infernus specialiter pro gehenna, vbi est ignis, & supplicium ęternum, & vbi damnati torquẽtur. Accipiendo primo modo omnia quatuor loca dicuntur infernus, vel partes inferni, quia in illa concauitate sunt, & ideo Lymbus sanctorum pars inferni erat. Accipiendo pro inferno damnatorum dicendum, ꝙ nullus locus vocatur infernus, nisi gehenna ignis, & Lymbus paruulorum, & ita accipitur Lu. 16. vbi dicitur, ꝙ diues sepultus est in infernũ: Lazarus aũt portatus est ab angelis in Sinũ Abrahæ. cũ autem dicitur Christus momordisse inferos accipitur infernus pro tota concauitate, & verum est, ꝙ partem animarum existentium in concauitate illa Christus liberauit. s. omnes existentes in Lymbo Sanctorum, quia Lymbus Sanctorum est pars huius inferni, i. cõcauitatis totius, sed accipiẽdo secũdo mõ non momordit Christus infernũ, quia non liberauit aliquem inde. Et sic non est Lymbus Sanctorũ pars inferni, & sic distinxit Christus infernũ, & Sinũ Abrahæ, cũ dixit diuitẽ sepultũ esse in inferno, & Lazarũ deductũ in Sinũ Abrahæ Luc. 16.c. constat aũt, ꝙ infernus in quo ibi diues esse dr erat locus dãnatorũ. ga dr ꝙ erat ille diues in tormentis, & petiuit linguam suam refrigerari, quia cruciabatur in flamma.

Ad secundum dicendum, ꝙ Christus descendit ad inferos accipiendo primo modo, vt est concauitas magna, quia descendit ad Lymbum Sanctorum, & descendendo ad partem loci dicitur quis descendere ad locum ipsum, qui est quoddam totum continuũ, sed non sequitur ex hoc, ꝙ Lymbus Sanctorum sit pars inferni damnatorum, aut ipse infernus, sed quædam pars magni inferni, ideſt illius concauitatis, & vocauit illam scriptura pluraliter inferos, quia locus ille multa habet receptacula situ, & qualitate distincta, vt dictum est. Ad tertium dicunt quidam, ꝙ vocatur profundissimum inferni Lymbus Sanctorum, non quòd sit profundior alijs locis pęnarum, cum potius sit supremus omnium, sed vocatur profundissimus respectu locorum non pęnalium, quia non est aliquis locus non pęnalis inferior eo, sed sub ipso sunt loca pęnalia vsque ad centrum terręe. Sed dicendũ, ꝙ non multum stat hoc, quia tunc diceretur in profundissimum descendet, &c. & non adderetur inferni, ꝙ tunc intelligeretur in profundissimum inferni, ergo necessario videtur intelligi de inferno inferiori, ꝙ est damnatorum. Alij dicunt aliter, ꝙ de inferno damnatorum accipiatur in quo est profundissimũ inferni. Et cum obijcitur, ꝙ Iob erat vir sanctus, & non erat descensurus ad gehennam damnatorũ, dicunt ꝙ hoc dixit Iob ex timore, sine ex perturbatione passionis cũ conflictabat cum amicis mereretur ire ad locum dãnatorum, & allegant ad hoc, quia sic exponit August. 12. lib. super Gen. ad literam illud, quod dixit Iacob, scilicet deducetis canos meos cum dolore ad inferos, ideſt ꝙ timuit Iacob ne nimia tristitia de morte filij sic turbaretur, ꝙ non iret ad locum Sanctorum, sed damnatorum.

Sed neque istud satis stat, sed oportet accipi pro sepulchro, cum dicatur deducetis canos meos ad inferos, sed planum est, ꝙ cani, i. capilli albi non vadunt ad aliquem locum inferorum nunc, sed sola anima, ideo de sepulchro accepit in quo corpus tumulatur cum capillis suis albis, vel nigris, & est sensus deducetis canos meos cum dolore ad inferos, i. facietis, ꝙ ego moriar, & vadã ad sepulchrũ prę dolore de filio meo. Dicendum, ergo videtur nunc, ꝙ etiam Iob locutus fuerit de sepulchro, & sensus est in profundissimum inferni, ideſt sepulchri, quia totum sepulchrum est profundum, quia est intra nos, & in parte profundiori eius locatur cadauer. Si autem obijciatur, ꝙ non stet, quia dicitur in profundissimum inferni descẽdet anima mea. Potest dici, ꝙ non sic habet illa litera, sed habet litera nostra in profundissimum inferni descẽdent omnia mea, ideſt omnes res meę, scilicet ego totus, quia homo integer sepelitur, & dato, ꝙ poneretur anima ibi poterat intelligi anima, ideſt vita, sicut Christus accipit supra 16. & Ioan. 12.c. qui amat animam suam, ideſt vitam, & anima descendit ad sepulchrum, quando vita deficit, & homo, qui prius viuebat sepelitur, & de hoc etiam dicetur Iob. 17.c. & ita non concluditur, ꝙ Lymbus Sanctorum sit idẽ, quod infernus damnatorum, neque pars eius, sed est distãs ab eo. Argumenta duo in contrarium ostendunt, ꝙ nullo modo sit Lymbus damnatorum infernus, quod falsum est, cum sit pars inferni. & cum dicitur, ꝙ in inferno nulla est redemptio, dicendum quòd est verum de inferno damnatorum, qui est gehenna ignis, & Lymbus paruulorum, sed de alijs duobus receptaculis inferni est redemptio, & ideo non est Lymbus Sãctorum infernus damnatorum, sed est alius infernus,

ideſt

ideſt alia pars magni inferni. Ad ſecundum dicendũ, ꝙ illa requies, quam accepit Lazarus, non eſt apud inferos, vt accipitur pro inferno damnatorum, bene tamen accipitur, ꝙ ſit apud inferos, vt eſt inferus tota illa concauitas, nam pars illius ſuprema erat Sinus Abrahæ, vbi erat Lazarus.

An Lymbus paruulorum ſit idem locus, quod Sinus Abrahæ.
Quæſt. DCCXL.

QVAERETVR etiam occaſione prædictorum an Lymbus paruulorũ ſit idem, quod Sinus Abrahæ, vel Lymbus Sanctorum. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, quia pœna debet reſpondere culpę, ſed pro eadem culpa detinebantur Sancti in Lymbo, & pueri manent ibi, ſ. pro culpa originali, ergo eadem pœna eſſe debet illis, & locus idem pœnę, ſed Sanctis dabatur Lymbus, ergo, & pueris. Secundo, quia Augu. dicit in Enchiridion, ꝙ mitiſſima pœna eſt eorum, qui in originali decedunt ſolo, ſed nulla pœna erat mitior, quam illa, quam habebant Sancti patres, qui non habebãt, niſi carentiam diuinę viſionis, & talem habent paruuli, ergo idem eſt locus vtrorumque.

Tertio, quia vtrique dicuntur eſſe in Lymbo, nam qui in gehẽna ſunt in igne nõ dicunt eſſe in Lymbo, ſed in inferno, qui etiam in Purgatorio ſunt non dicuntur eſſe in Lymbo, ſed in Purgatorio, paruuli autem dicuntur eſſe in Lymbo, & etiam Sancti, quia dicimus eſſe Lymbum paruulorum, & Sanctorum, ergo idem locus eſt vtrorumque. Dicendum, ꝙ Lymbus paruulorum, & Sanctorum non erat idem locus, ſed duo receptacula, & videtur, ꝙ neceſſario differãt, ſicut gehenna, & locus Purgatorius, nam gehenna eſt pro peccato mortali actuali, & habet pœnam ęternã: Purgatorium autem eſt pro veniali actuali, vel pro inexpleta ſatisfactione de mortali deleto per contritionem, & eſt pœna temporalis, & ita in his differt pœna quantum ad durationem, ſed eſt ſimilis cauſa pœnę, ſic, & Sinus Abrahæ, vel Lymbus Sanctorum differebat a Lymbo puerorum, quia pueri manent in ęternũ pro originali, quia non fuit deletum in eis: Sancti autem manebant pro originali, quod erat deletum, ideo pœna carẽtię temporalis erat, & ita differrent neceſſario, vt duo receptacula, ſicut gehenna, & Purgatorii.

Sed conſiderandum, quòd iſta loca poterant conſiderari dupliciter, ſ. quantum ad qualitatem, ſiue ſtatum, aut quantum ad ſitum. Si primo modo dicendum, ꝙ differunt, quia Patres, qui erant in Lymbo Sanctorum in nulla culpa erant, neq; in reatu pœnę, paruuli autem in Lymbo habent culpam originalem, & pro ea carentiam diuinę viſionis. Item Sancti in Lymbo tenebantur ad tempus, vt ſolum apertionẽ expectantes vitę ęternę, quia non erat locus alius aptior in quo interim manerent, & non, quaſi locus ille competeret eis in manſionem, vel aliqua pœna in loco illo, pueri autem manent in Lymbo, quaſi in manſione deputata eis in ęternũ, habent enim expreſſam deſperationem de gaudio, aut bono, ſicut Patres habebant certam ſpem de vita æterna, quia refulgebat in eis fidei lumen, & gratiæ.

Si conſideretur, vt ſitus dicunt aliqui, ꝙ locus idẽ erat, & quòd eſt hoc probabile, ſed dicunt, ꝙ requies Sanctorum erat in parte ſuperiori illius loci, locus autem paruulorum in parte inferiori, & ita locum eundem eſſe volunt, licet in eodem loco volunt eſſe differentiam ſitus.

Sed dicendum videtur, ꝙ non ponatur idem ſinus in quo erant paruuli, & Sancti patres. & primo, quia aut accipitur vnitas loci per continuitatem, aut ſm diſtinctionem perſonarum ibi manentium. Si primo modo non ſolum Lymbus paruulorum, & patrũ erat idem locus cum ſinu Abrahæ per quandam cõtinuitatem, ſed ẽt oẽs alii loci, & tñ non cõfitentur ſimpl̃ eſſe eundem locum. ſi quantum ad conditionẽ perſonarum manifeſtum eſt, ꝙ non eſt eadẽ conditio paruulorum, & ſanctorum, vt dictum eſt, ſicut neq; ſanctorum, & exiſtentiũ in purgatorio, & damnatorum in gehenna. ergo nec erit idem locus. Secundo, quia ponuntur quatuor receptacula aĩarum ſub terra, vt cõiter dr̃, ſed ſi idem locus ſunt Lymbus puerorũ, & ſanctorum, erũt tm̃ tria receptacula. ergo oportet diſtingui. Tertio, quia iſti ponunt diſtingui ſm̃ ſitũ. ſ. ꝙ in parte inferiori eiuſdem loci ſint paruuli, in parte ſuperiori ſint ſancti, & ita non ſunt mixtiin manendo, ideo diſtinguuntur loca, quia nulla maior diſtinctio eſt inter infernum, & purgatorium, niſi ꝙ pars inferior loci ignis eſt gehenna, & pars ſuperior eſt purgatorium: nam ignis idem numero eſt qui vrit dãnatos in gehenna, & eos qui purgantur in purgatorio, & tamen diſtinguimus propter hoc iſta loca, quia eſt ibi diſtinctio ſitus: nam interpoſitio alia nõ eſt inter vnũ locum, & alium, cum ſit vna concauitas continua: nõ eſt ergo idem locus. Cum vero dicebatur, ꝙ erant cõiuncta hęc duo loca. i. pars inferior ſit paruulorum, & pars ſuperior ſit ſanctorum. Adhuc non videtur ſtare, ſed ꝙ interpoſitus ſit alius locus: nam ſecundum ꝙ dictum fuit ſupra locus profundior eſt gehenna, & ſtatim puerorum Lymbus, deinde purgatorium, poſtea ſinus Abrahæ, vel ſecundum alium modum ad latus gehennæ eſt Lymbus puerorum, & directe ſupra gehennã eſt purgatorium, & ſupra illud eſt Lymbus ſanctorum, & ſic nullo modo cõiunguntur Lymbus puerorum, & ſanctorum. Et ratio huius eſt, quia paruuli ſunt damnati, exiſtentes autem in purgatorio nõ ſunt damnati, ideo locus purgatorii debet eſſe ſuperior, & melior, quam locus paruulorum. propter qđ rationabilius videtur teneri (ſicut ſupra dictum eſt) ꝙ ſit Lymbus paruulorum nõ coniunctus Lymbo ſanctorum, ſiquis tamen contrarium aſſereret, non erit multum inſiſtendum, quia iſta non ſunt multũ determinata per ſacram ſcripturam, neq; ratio neceſſario concludit vnum modum, vel alium.

Ad primum in ꝓrium dicendum, ꝙ non tenebant̃ paruuli, & patres pro eadem culpa, nam de paruulis verum eſt, ꝙ tenebantur culpa originali, & pro ea in æternum manent in manſione ſua: patres aũt, ꝙ nulla culpa, neque reatu pœnę tenebantur, ideo nõ erat eadem comparatio. De culpa patet, quia neque manebat in eis actualis mortalis, quia tunc eſſent in gehenna, neque venialis, quia manerent in purgatorio, neq; originalis, quia illa expiata fuerat in vita, & pro illa nõ competit alicui damnatio, niſi ſit paruulus, vt oſtenſum eſt ſupra. Neque ẽt erat aliquis reatus pœnę, quia neque pro inexpleta ſatisfactione de mortalibus, nec de venialibus, quia hæc pœna toleratur in purgatorio, ideo nulla pœna, aut peccatum erat pro quo patres tenerentur in aliqua manſione, ſed ſolum erat quędam expectatio, quouſque aperiretur regnum cœlorum, ideo non erat ſimul culpa, neque pœna ſanctorum, & paruulorum, ideo neque ſtatus idem colligi debet ex hoc, aut locus.

Aliter poteſt dici, ꝙ tam ſancti, quam paruuli, ꝙ ſolo originali tenerentur, & tñ aliter, & aliter, quia originale inficit perſonã, & naturam, & quandiu manet infectio perſonæ manet infectio naturę, ſed nõ copuertit, quia ablata infectione pſonę manet adhuc natura infecta, & hoc eſt, qa iſtud pctm̃ denuatur ab eo q totam naturam materialiter contraxit, & peccando totam eã infecit, manet aũt pctm̃ originale inficiẽs pſonã, quandiu non expiatur p aliquod remedium, aut per fidem, aut per fidei ſacramenta, & tunc debetur mors ęterna pro originali, inficit autem naturam, quando quælibet perſona de culpa illa, per aliqđ remedium expiata erat, & tamen Chriſtus, qui erat generalis, & totalis redemptor nondum expiauerat per paſſionem ſuam, quia tunc, licet quilibet quantum ad ſe eſſet expiatus, manebat infectio ex parte naturę, quam ſolus Chriſtus mundare poterat, & ideo interim nullus conſequeretur beatitudinem, licet per actus perſonales illam meruiſſet, quia nondum erat expiata originalis macula, quantum ad naturam, nũc vero poſtquam Chriſtus expiauit manet libera euolare ad vitam ęternam ſtatim poſt expiationem perſonalem, quia non eſt nunc alia expiatio perſonæ, & naturę, & iõ licet paruuli, & Patres tenerentur pro originali, tñ aliter paruuli, ſ. pro infectione perſonali: Patres vero pro infectione naturæ, iõ non competebat vtriſque idem receptaculum. Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ neque in pœna concordant Patres, & paruuli, quia paruulis debebatur directe pœna. ſ. carentia viſionis Dei in ęternum pro culpa originali, quæ erat perſonalis: Patribus vero ſanctis nulla pœna debebatur, iõ non erat idẽtitas penę. Cum aũt dicitur, ꝙ mitiſſima pœna eſt eorũ, qui in ſolo originali deceſſerũt, dicendũ, ꝙ verũ eſt quantũ ad illos quibus debetur pœna aliqua pro perſonali debito, quia non põt eſſe minor, quam iſta, quia quælibet alia eſt ſimul pœna carentię, & ſenſus, iſta aũt eſt pœna ſola carentię, ſed Patribus nulla pœna debetur perſonaliter, iõ non eſt comparatio ad eos, vnde neq; erit cadẽ beatitudo receptaculi.

Aliter poteſt dici, ꝙ Patres habent quandam pœnam, non eſt tñ illa directe pœna, ſed per accidens, nam directe pœna debetur eis, qui aliquod peccatum habent, aut reatum pœnę: Patres aũt nihil horũ habebant, ſed per accidens inquantũ differebatur eis ſpes ſua affligebantur, quia ſpes, quæ differtur affligit animam Prouer. 26. c. & erat ibi quædam triſtitia, ſed iſta non erat impoſita illis in pœnam, neque erat pro peccato, ſed pro gloria, quam nondũ habebant, iõ non competebat pro hac receptaculũ pœnale: ſecus de paruulis, quia licet non eſſet pœna illorũ, niſi in priuatione viſionis Dei, tñ illa carentia erat debita pro peccatis illorum, ideo illis erat determinandũ receptaculũ pœnale, & non eſſe deberet idem, quod receptaculum Patrum. Ad tertium poteſt dici vno modo, quòd iſtę duę partes, vel receptacula vocantur ſolum Lymbus, quia ſunt vnus locus, ſed ſolum differunt per ſitum, ſcilicet, quòd pars inferior ſit puerorum, pars autem ſuperior, & melior ſit Sanctorum, & hoc aliqualiter ſtare poteſt, neque reſiſtimus ſiquis tenere hoc velit, & tamen nõ eſt ſatis rationabile, vt ſupra fuit oſtenſum.

Secundo põt dici, ꝙ ambo loca vocãtur Lymbus, quia ſunt extremitates quædam, nam Lymbus extremum ſignat, & iſta duo receptacula ſunt extrema, quia Lymbus Sanctorum eſt extremitas ad partem ſuperiorem, quia ſupra illam verſus terrę ſuperficiem non eſt aliud receptaculum, & receptaculum puerorum eſt extremitas ad latus, quia non eſt ſtatim ſupra gehennam, quia ibi eſt Purgatorium, neque eſt ſupra Purgatorium, ſed eſt ad latus gehennæ in fine illius magnæ concauitatis.

Tertio modo poteſt dici, quòd ambo receptacula vocantur Lymbus, quia tam Sancti, qui ſunt in vno, quam paruuli, qui in alio ſunt pro eodem genere culpę, ſcilicet pro veniali, & habent eundem modum pœnę, ſcilicet in ſola carentia diuinę viſionis, neque differũt in aliquo, niſi quia vnum receptaculum eſt ad tempus, vt apparet ex ſequẽtibus, & iſta eſt cõueniẽs aſſignatio.

Pro qua cauſa erant animæ in Lymbo Sanctorum.
Quæſt. DCCXLI.

QVAERETVR pro qua cauſa erant animę in Lymbo ſanctorum.

Dicendum, quòd pro nulla culpa ibi manebant, ſed pro ſola dilatione redemptionis per mortem Chriſti. Circa, quod ſciẽdum, quòd animabus ſeparatis competebant receptacula ſecundum diſpoſitionem earum, quædam enim in mortali culpa actuali hinc deceſſerunt, & his competebat gehenna ignis in pœnam ęternam, alię decedebant in culpa originali ſola, & his debebatur Lymbus puerorum ad carentiam ęternam viſionis Dei. alię decedebãt, ſine mortali culpa, in veniali tamen, vel reatu cuiuſdam pœnę temporalis pro ſatisfactione inexpleta tam de mortalibus, quam de venialibus, & his competebat locus Purgatorius ad pœnam ignis temporaliter: alię erant animæ decedentes, ſine aliqua culpa, & reatu pœnę alicuius, & hos ſanctos dicimus, quia tales animę ſunt immaculatę, & his nulla pœna debebatur, ſed vita ęterna, & tamen vita ęterna nondum poterat dari, quia Chriſtus nondum redemerat nos, ideo oportebat manere animas iſtas in aliqua, ſed quouſque moriente Chriſto aperiretur vita ęterna, & eſſent tunc in loco eis debito. Et neceſſe erat poni talem locum, quia animæ aliquæ erant talis diſpoſitionis ante mortẽ Chriſti, ideo debebat eis dari determinata ſedes. Niſi quis dicat, quòd iſtæ animæ eſſent in receptaculis aliarum animarum. Sed non ſtat, quia aliæ erant pro alijs cauſis, & habebant diuerſos modos pœnarum, ideo non ſtarent mixtæ cum eis. Etiam quia ſi daretur, quòd animæ diuerſorum meritorum eſſent in eodem receptaculo, eadem ratione omnes animæ eſſent in vno, quod eſt inconueniens. Et maxime de animabus prædictis eſt hoc ſentiendum, quia cęteræ tenentur in ſedibus ſuis pro aliquo peccato, vel reatu pœnę dependente ex peccato, iſtę autem pro nullo horum, vt dictum eſt. Et patet maxime, quia ſiue pro peccato, ſiue pro pœna tenerentur, eſſet manſio ſua ęterna, aut determinata ſecundum conditionem pœnę, vel reatus. De culpa patet, quia culpa, quę poſt mortem aliquandiu manet, & competit pœna ęterna pro illa, ſicut in gehenna, & Lymbo puerorũ, reatus autem pœnę, ſiue culpa nunquam poteſt eſſe perpetuus, ſed temporalis, manet autem tandiu anima in Purgatorio quouſque expietur, ſed de animabus ſanctorum in Lymbo ſuo non ponimus aliam menſuram manendi, niſi vſque ad mortem Chriſti, ergo videtur, quòd non tenebantur pro aliqua cauſa ex parte perſonę ſuę, ſed pro ſola dilatione mortis Chriſti, & expectabant tempus illud.

Aliter poteſt dici, quòd ſancti patres tenebantur in Lymbo pro peccato originali quouſque plene eſſet expiatum, habet autem originale triplicem ſtatum, ſcilicet aliquando accipitur ſecundum ſe, & aliquando ſecundum id, quod conſequitur illud: accipiendo primo ſubdiuiditur, quia accipitur, vt eſt infectiuum, quia eſt culpa quædã, & culpa dupliciter inficit, ſcilicet perſonaliter, & quantum ad naturam. Primo modo inficit perſonaliter inquantum manet culpa in aliquo non expiata, & hoc eſt antequã p aliquod remedium expietur, ſcilicet per fidem, vel ſacramentum fidei, & hoc modo manet in paruulis antequam baptizentur, & ſic pro originali debetur pœna ęterna, quæ eſt priuatio diuinę viſionis.

Secundo modo manet, vt inficit naturam, & hoc eſt poſtquã aliquis mũdatus eſt de peccato originali per fidem, aut ſacramentum fidei, quod quantum ad perſonam ſufficit, manet quędam cõtaminatio naturæ

ræ inquantum natura nondum est expiata, differunt F autem istę infectiones, quia infectio personalis fit per hoc, ꝙ specialiter aliquis incidit in maculam originalem in vnione animæ suę particularis ad corpus suum particulare, iste aũt, quasi contactus animę, & corporis est contactus particularis rerum, quæ ad personam pertinent, ſō est infectio particularis, & personalis, & ista infectio fit in quolibet in vnione animæ ad corpus eius, infectio aũt naturæ non potuit fieri, nisi in eo in quo erat tota natura aliquo mō, hoc non fuit, nisi in primo homine, quia naturaliter, & virtualiter fuerunt omnia indiuidua humana in eo, cum non sit aliquod indiuiduum humanum, nisi de semine, quod fuit in illo primo, & isto modo oīs hō fuit in lumbis Adæ, quantum ad substantiam corpulētā, quia aliquid materiale fuit ibi virtualiter quantū ad G quemlibet hominem, licet non fuerit materia oīum hominum tota, quia partes sumptæ sunt ex alimēto, & ideo quia tota natura fuit in primo indiuiduo, & non in aliquo alio, in illo solo potuit tota infici. ſ. illo peccante, & ita verum est, ꝙ Adam peccando infecit totam naturam, cum in se totam contineret, nullus autem posteriorum continet totam naturam, ideo in nullius alterius peccato inficitur tota natura, vñ qñ quisque concipit ꝑ contactū, vel quasi aīę ad corpus, q̄ sunt partes huius hoīs inficitur iste hō culpa originali, natura aũt non potest infici per istum contactum, sed consequitur eum inquantum in isto particulari est natura speciei. Est ergo eodem mō duplex expiatio cul- H pæ originalis. ſ. expiatio personalis, & naturæ, & fit eo mō quo macula ꝯhitur: personalis aũt infectio ꝯhit ꝑ particularem contactum, ideo fit expiatio per particularem actum, sed per fidem personalem, vel ꝑ sacrm fidei susceptum in persona, & hoc modo, sicut quilibet homo non dependet ab alio contrahendo maculam originalem, ita potest expiari per actum singularem eius, ideſt fidem suam, vel sacramentum susceptum in eo, & sic paruuli per baptismum expiantur, quantum ad infectionem personalem, & adulti si nō susceperint sacramentum fidei per propriam fidem statim expiantur.

De expiatione infectionis naturæ dicendū, ꝙ sicut non potest natura infici per quemlibet, sed per illum I solum in quo tota natura continebatur, ita neque potest expiari natura, nisi per eum qui aliquo mō continet totam naturam, & ob hoc contingit expiari infectionem personalem non expiata infectione naturæ in eo, quia in quolibet sequitur per accidens infectio naturæ ad infectionem personæ, inquantum persona est res naturæ, & iō eum qui expiatus est personaliter contingit dici non simpliciter expiatum, quia nōdum est expiatus modo naturæ. oportet ergo dari aliquem in quo contineatur tota natura, vt per illū purgetur infectio naturæ, non est autem aliquis homo q̄ eam continuerit materialiter, nisi primus, ideo datur alius modus continentiæ. ſ. virtualiter. ſ. quantū ad virtutem agendi, iste fuit solus Christus inquātum erat Deus: nam sicut poterat ipse totam naturam de nouo K producere, ita poterat, & ipsam infectam totam mundare. per actum ergo eius solius potuit mundari, & sic factum est, quia ipse fudit sanguinem suum in lauacrum infectionis nostræ, & ideo ante Christi mortem poterat quilibet homo expiari personaliter, sed non poterat in aliquo infectio naturæ tolli. Ex quo sequitur, ꝙ licet ante Christi mortem in quolibet homine per aliquem actum poterat tolli infectio personalis, non poterat aliquis expiari totaliter, quia manebat in eo infectio naturæ, quæ consequebatur infectionem personalem, cum natura sit in indiuiduo, & tamen quandiu manet quis in aliqua infectione non potest habere vitam æternam, ad quam non intrant nisi mundi, ideo ante Christi aduentum non poterat aliquis hr̄e vitam æternam, quia nullus erat totaliter expiatus de originali, cum maneret infectio naturæ, q̄ nondum abstulerat generalis expiator. post Christū aũt facta erat totalis expiatio, ideo ablata erat infectio naturæ, & consequenter cum expietur quis quātum ad infectionem personalem, nulla infectio manet in eo, & ita statim potest habere vitam ętternam.

Sed cōsiderandum circa istam duplicem infectionem, ꝙ cum infectio personalis sit propria lædit personam, vt eam damnet ad æternam carentiam visionis Dei, infectio aũt naturæ non est propria, nec ꝑ se, sed consequitur quasi per accidens ad infectionem ꝑ se, ideo illa non damnat personam ad pęnam, sed difert beatitudinem quousque ipsa expiatio totius naturæ fiat, quæ per generalem redemptorem facta est, & ideo tunc non fuit vlterius causa impediendi sanctorum animas ne irent ad vitam æternam. Nunc vero, quia facta est naturæ expiatio, contrahimus quidē in vtero peccatum originale, quod personam inficit, sed sufficit tolli infectionem personalem, & non est vltra necesse expectari expiationem infectionis naturæ, nec differtur ob hoc vita ętterna, & nō fit hoc, quasi non sit iam infectio naturæ, quia non ꝑt ꝯhi infectio personalis quin ꝯhatur infectio naturæ, maxime cum ꝯhatur per actum naturæ, sed hoc interest, quia redemptor generalis expiauit iam pro natura, ideo idem qđ nunc expiat personam, expiat naturam in eodē indiuiduo: secus ante mortem Christi, quia expiatiua personalia non erant expiatiua naturę, ideo facta expiatione personali adhuc manebat expiandum pro natura, & differebatur beatitudo eorum, ac si maneret adhuc infectio: nunc vero, quia iam Christus mortuus est, quodlibet expiatiuum personale expiat pro natura, & ideo nihil vltra expectatur. Est tamen dicendū, ꝙ manet aliquo modo pēnā originale post expiationem personalem nunc, & hoc est manere non quantum ad infectionem, sed quantum ad reliquias pęnę, sicut & a principio manebat, quia pro originali erat necessitas moriendi, & ignorantia, & aliæ pœnalitates, & istæ nunquam fuerunt ablatę etiam per redemptorem, quia redemptio fit a culpa, vel infectione, a pœnalitate autem non, quia illa non impedit consecutionem beatitudinis, neque differt illam, & ideo tam ante mortem Christi, quam post manent istę reliquię peccati. Est ergo cōclusio præcedentiū, ꝙ sancti Patres ante mortem Christi, licet nulla culpa, neque reatu pęnę personalis tenerētur, tenebantur pro originali culpa, inquantum manebat in eis aliqualiter, scilicet vt inficiens naturam, & ideo differebat eorum salutem vsque ad mortem Christi, & ita pro aliqua causa tenebantur, vel pro culpa, sed non sua, immo pro naturę infectione.

Quo tempore cœperunt esse animæ in Lymbo sanctorum, & vsquequo durauit, vel an manent.
Quæst. DCCXLII.

QVAERETVR quo tempore cęperūt esse animę in Lymbo sanctorum, & vsquequo durauit, vel an manent. Dicendum, ꝙ ex quo cęperunt esse animę sanctorū. nam (vt dictum est) animę, quę nulla culpa personali, neque reatu pęnę tenebantur, descendebant illuc, & quia a principio sęculi fuerūt aliqui sancti, necesse est, ꝙ a principio sęculi fuerint aliquę animę ibi, prima autem anima, quæ illuc descenderit vī, ꝙ fuit aīa Abel, & hoc, qa iste fuit primus moriēs, & iō scriptura pro hoc introduxit luctū, & consolationē primo Adę Gen. 4. cap. insuper iste fuit vir sanctus, vt

Christus

Christus testat̄ supra 23. c. & pro iustitia, & cultu Dei ab iniquo fratre suo occisus est, ideo etiam si aliqua mortalia commisisset (quod nō est verisimile) iam per contritionem illa deleuisset, & si venialia commisisset pœna martyrij aboleret tam culpam, quam pœnam debitam pro illis, & ideo videtur, ꝙ statim descenderet ad Lymbum sanctorum, & post eum multi descenderunt. Ad secundum dicendum, ꝙ locus illle erat iustorū, & vocatur Lymbus sanctorum, & sinus Abrahæ, & inquantum accipitur, vt sinus Abrahæ nunquam cessat esse, sed sicut a principio mundi fuit locus animarum sanctarum, ita & in æternum erit, & locus ille est quietis, & inquantum est quietis vocatur sinus Abrahæ, & manet nunc, nam in cœlo empyreo est sinus Abrahæ, & sic Ecclesia orat nunc deduci animas fidelium in sinum Abrahæ, & ideo si- B nus Abrahæ nūquā desinit esse, sed Lymbus sanctorum desinit esse, quia Lymbus erat in inferno, & animæ sanctorum non fuerunt semper in inferno, ideo non fuerunt semper in Lymbo, fuit tñ per accidens aliquando sinus Abrahæ Lymbus inferni, & nunc non est, quandiu enim erant idem ista duo non videbatur Deus in sinu Abrahæ, nec erat ibi beatitudo, quia manebant iusti apud inferos, nunc vero cum sinus Abrahæ non sit Lymbus, videtur Deus in sinu Abrahæ. Sed nunc non quæritur, nisi de sinu Abrahę quando erat Lymbus quandiu durauit. Et dicendum, ꝙ solum vsque ad passionem Christi, nam vt prędc. q. ostensum est, animæ sanctorum tenebantur pro C peccato originali, inquantum inficiebat naturam, & illa infectio non poterat tolli per aliquod remediū vsque ad mortem Christi, in ipsa aũt morte expiata est illa infectio, ideo non fuit aliqua causa manendi vltrius in Lymbo, & hoc est, quod dicitur, ꝙ Christus descendit in morte ad inferos, ſ. ad Lymbum sanctorum ad liberandum inde sanctos, quia nullos alios eripuit, & ideo in morte Christi omnes liberati sunt de loco illo, qui erant, postea vero nulla causa fuit descendendi illuc aliquibus, quia nemo ad illum locum descendebat, nisi quia non erat expiata natura quantum ad infectionem originalis peccati, sed post mortem Christi facta est plena expiatio, neque alia expectatur, nec maior fieri potest, ideo nullus illuc iam descendere potest, sed qui ad locū illum olim D ibant vadunt nunc ad sinum Abrahæ, cum ille etiam vocaretur sinus Abrahæ, sed est nunc sinus Abrahæ in cœlo, ideo qui quōdam ibant ad Lymbum sanctorum, qui est Lymbus inferni, eunt nunc ad cœlum empyreū, vbi est sinus Abrahæ, qui desijt esse Lymbus inferni.

Qui ibant ad Lymbum sanctorum.
Quæst. DCCXLIII.

QVAERETVR qui ibāt ad Lymbum sanctorum, vel sinum Abrahæ.

Dicendum, ꝙ omnes sancti, qui nulla culpa personali, nec reatu pœnę tenerentur, & E isti de quacunque gente essent, quod dī quia aliqui putabant, ꝙ soli Iudęi illuc ibant, quia illi tenebant legem a Deo datam. Item quia locus ille vocabatur sinus Abrahę, qui erat pater Iudæorum. Sed dicēdū, ꝙ falsum est, omnes. n. homines de quacunque gente essent poterant illuc ire. Et patet primo, quia locus ille vocabatur sinus, vel Lymbus sanctorū, & tñ de gētilibus erant aliqui sancti, iō poterant illuc descēdere. Secūdo quia quicūque esset sine culpa psonali, & reatu pœnę descendebat illuc, sed accidebat aliquos de gētilibus decedere liberos ab omni culpa psonali, & reatu pœnę, ergo aliqui gentiles illuc descendebant.

A Tertio, quia quicunque illo tempore poterat saluari poterat illuc descendere, nam ante mortē Christi non erant, nisi quatuor receptacula animarū. ſ. gehēna, & Lymbus puerorum in quibus erant damnati, & Purgatorium in quo homines manebant ad tempus, de quo necesse erat transiri ad cœlum empyreum, vel ad Lymbum sanctorum, & ante mortem Christi nō poterat transiri ad empyreum, ideo necesse erat transiri ad Lymbum sanctorum. omnis ergo, qui non dānabatur descendebat ad hunc Lymbum, vel aliquando illuc erat descensurus, sed gentiles non erant necessario in statu damnationis, quia poterant saluari cū non essent obligati, nisi ad legem naturę, ideo poterant descendere, & descendebant ad Lymbum Sanctorum. Quarto, quia Adam, Abel, Noe, & antiqui patres gentiles erant. i. non habentes legē Moysi, sed solam legem naturę, & tamen descenderunt ad illū Lymbum. cum primus, qui illuc descenderit fuerit Abel, vt supra dictum est. ergo & omnes alij gentiles poterant similiter illuc ire. Nisi forte dicatur, ꝙ Adā, & Abel, & Noe, & cęteri de primis nō erant obligati ad legem aliquā, nisi naturę, quia nulla alia tunc erat, iō saluabantur, secus de gentilibus, qui fuerunt tpe legis Moysi. nam isti tenebantur ad legem. Dicendum, falsum esse, quia nō tenebātur ad legem Moysi, quia solis Iudæis data erat, iō sine illa poterant saluari, tec° nunc tempore Christi, quia omnes tenentur ad legē Christi cum omnibus fuerit data generaliter, & expressum sit, ꝙ qui non crediderit, & baptizatus fuerit condemnabitur. Ad primum motiuum in contrariū responsum est, quia gentiles non tenebantur ad legē Moysi, iō nihil obstabat quin saluarentur, & descēderent ad Lymbum. Ad secundum dicendum, ꝙ non obstat, quia non erat sinus Abrahę inquantum erat pater Iudæorum secundum carnem, sed inquantum erat pater per fidem, & est pater omnium nostrū tā gentilium, q̄ Iudæorum credentium ad Roma. 4. c. & hoc ostensum est supra, & patet quia si locus ille esset Abrahę inquantum erat pater Iudęorum secundum carnem, nō descendisset illuc aliquis ante Abraham, & posteros suos, descendit tamen Abel, & Adam, & Noe, & cęteri sancti patres priores, ideo non erat Iudęorum locus ille solum, sed & gentilium.

Quot modis homines ibant ad Lymbum sanctorum,
Quæst. DCCXLIIII.

QVAERETVR quot modis homines ibant ad locum illum. Dicendum, ꝙ dupliciter, primo directe illud descendendo. Secundo illuc de alio receptaculo trāseundo. De primo modo quantū ad illos, qui decedebant sine omni culpa, & reatu pęnę, nā q̄ in culpa decederēt si mortalis erat ibant ad gehennā, vel ad Lymbum paruulorum: si venalis ibant ad Purgatorium. ad hoc ergo, ꝙ ad Lymbum sanctorū quis moriēs iret, oportebat ꝙ decederet sine omni culpa personali, & reatu pęnę, & dicitur sine culpa personali, quia omnes illuc euntes ibant infecti culpa originali inquantum illa culpa inficit naturam, non autē personam, vt dictum est supra. hoc autem contingebat tam paruulis, quam adultis. paruulis quidē, quando expiata culpa originali, siue per fidem parentum, siue per sacramentum fidei, vt per circunciſionem decedebant paruuli, quia non poterant habere culpā aliquam mortalem, neque venialem, & consequenter, neque reatum pęnę, ideo non competebat eis aliud receptaculum, nisi sinus Abrahæ, quia nunc tales decedentes statim euolarent, & hoc tā in paruulis Iudæorum, quam gentilium erat.

Secundus modus erat per transitum de vno recepta-

ptaculo in alterum, & erat iſte tranſitus ſolum de purgatorio, nam de gehenna nullus tranſitus eſt, quia ibi eſt pœna perpetua ignis, de Lymbo quoq; paruulorum non eſt tranſirus, quia illi ſunt damnati, ſola ſedes Purgatorij eſt de qua erat tranſitus, eo ꝙ pœna, & ſtatus illius non erat in æternum, & inde neceſſe erat tranſiri ad Lymbum ſanctorum.

Apparet primũ, quia in Purgatorio manẽt homines quouſq; expiauerint pœnam, ad quam tenentur, & illa non eſt ęterna cum non maneant in aliqua culpa, neceſſe erat aliquando terminari pęnam illam, cũ vero terminaretur non manerent ibi animæ, quia ſi manerẽt torquerentur iniuſte, iõ neceſſe erat inde ad aliud receptaculũ trãſiri. Secũdo apparet hoc, quia nũc animæ purgatę tranſeunt ad vitã æternam, ergo quocũque tẽpore anima expleta pęna, ad q̃ tenebatur in Purgatorio, maneret ibi amplius.

Secũdũ patet, quia cum tranſiri deberet inde oportebat iri ad aliquod de alijs receptaculis, non tamen poterat tranſiri ad gehennam, quia illa eſt pœna grauior, quam Purgatorij, & eſt damnatorum, qui aũt in Purgatorio ſunt nõ ſunt dãnati, iõ inde non tranſiẽt ad gehenna. Item non trãſitur ad Lymbum puerorũ, quia licet ibi non ſit vlla pœna ſenſus, eſt tñ carentia perpetua diuinæ viſionis, & illi, qui ibi manẽt ſunt dãnati, ideo illuc non itur.

Manebat, ergo ſolus ſinus Abrahæ, i. Lymbus, vel cęlũ empyreum, ſed ad cęlũ empyreum nulla anima aſcendere potuit vſque poſt mortem Chriſti, ergo ad Lymbum ſanctorum, ideſt ſinum Abrahę tranſiturę erant omnes, quæ de Purgatorio liberabantur, nam idem fuit apud antiquos ante Chriſti mortem Lymbus ſanctorum, quod nũc cęlum empyreum, ſed nũc anima purgata ſtatim euolat ad vitam ęternam, in cęlum empyreum, ergo tunc purgatę animę ſtatim ad ſinum Abrahæ transferrentur.

An animabus poſt mortem competant receptacula aliqua. Quæſt. DCCXLV.

OCCASIONE autem præcedentium de receptaculis animarum eſt nunc dubium an animabus poſt mortẽ competant receptacula, & an tot debeant diſtingui, quot poſita ſunt. Circa primum aliqui dicunt, ꝙ non debeant animabus aſſignari receptacula, quia dicit Boetius lib. de Hebdo. cõmunis animi conceptio eſt apud ſapiẽtes incorporalia in loco nõ eſſe, & cũ hoc concordat Auguſti. 12. lib. ſuper Gene. ad literam. ſ. cito quidem reſpondendi ad corporalia loca animam non ferri, niſi cum aliquo corpore, ſed ſeparata a corpore non habet aliquod corpus, ſicut Auguſti. ibidem dicit, ergo ridiculum eſt animabus ſeparatis aliqua receptacula aſſignare.

Secundo, quia omne, quod habet locũ determinatum magis conuenit cũm loco illo, quam cum aliquo alio, ſed animæ ſeparatę, ſicut & quælibet ſubſtãtia ſpiritualis indifferenter ſe habet ad omnia loca. Non enim poteſt dici, quòd animæ ſeparatæ cum quibuſdam corporibus conueniant, & ab alijs differant, cum ab omnibus conditionibus corporalibus penitus ſint remotę, ergo non ſunt eis aſſignanda receptacula poſt mortem.

Tertio, quia animabus ſeparatis non aſſignatur poſt mortem aliquid, niſi quod cedat in pœnã, vel in præmiũ, ſed locus corporalis non poteſt eſſe in pœnam, vel præmium animabus ſeparatis, quia a locis nihil recipiunt animę, ergo non ſunt aſſignanda animabus receptacula.

Dicendum, quòd aſſignantur conuenienter receptacula animabus ſeparatis, & non repugnat ad hoc ſpiritualitas, qa angeli ſunt ſpiritualiores animabus, cum animæ ſint vnibiles ad corpus, & acceperint eſſe per vnionem, angeli autem ſunt ſubſtantię abſolutę, & tamen angelis aſſignatur locus, nam cęlum empyreum eſt locus angelorum bonorum, quia (vt dicit Strabus) cęlum empyreum mox, vt creatum eſt ſanctis angelis eſt repletum, ergo a fortiori animabus ſeparatis poterunt conuenire receptacula.

Secundo patet, quia ſancti aſſignant receptacula animabus ſeparatis, quia Gregorius, quarto lib. Dialog. narrat animas poſt mortem ad diuerſa loca corporalia eſſe deductas, vt patet de Paſchaſio quem Germanus Capuanus Epiſcopus inuenit in balneis, & de anima Theodorici regis, quã dicit fuiſſe deductã ad ollam Vulcani. habent ergo animæ receptacula poſt mortem. Circa hoc tamen conſiderandum eſt, quòd licet ſubſtantiæ ſpirituales ſecũdum eſſe ſuum a corpore nõ dependeant, corporalia tamen a Deo mediantibus ſpiritualibus gubernãtur, vt dicit Aug. 4. lib. de Trini. & Grego. 4. Dialog. & ita eſt quædam conuenientia ſubſtantiarum ſpiritualium ad corporales ſubſtantias per congruentiam quandam, vt ſilicet dignioribus ſubſtantijs ſpiritualibus digniora corpora adaptentur, & hoc eſt ad regendum, vel mouẽdum, vnde & philoſophi ſecundum ordinem mobilium poſuerũt ordinem ſubſtantiarum ſeparatarum, quamuis autem animabus poſt mortẽ non aſſignentur aliqua corpora quorum ſint formę, vel determinati motores, determinãtur tamen eis quædam corporalia loca per congruentiam quandam ſecundum gradum dignitatis eorum, in quibus ſint, quaſi in loco, eo modo quo ſpiritualia in loco eſſe poſſunt, & hæc congruentia locorum in ſubſtantijs ſpiritualibus eſt, ſecundum quòd magis, aut minus accedunt ad primam ſubſtantiam ſimpliciter, quæ eſt ſpiritus, cui locus ſuperior per congruentiam deputatur, & eſt Deus cuius ſedem eſſe cęlum aſſerit ſacra Scriptura, & ideo animas, quæ accedunt ad participationem perfectam deitatis, in cęlo ponimus, ſicut Deus in cęlo eſt, & iſtę ſunt, quæ Deo per amorem inhęrentes omnimodam puritatem habẽt, ideſt nullam ſfectionem culpę, nullius pœnę reatum habent: animas vero, quæ non habent cum Deo participationem perfectam ponimus in locis oppoſitis, & ſic neceſſe eſt animabus ſeparatis aſſignari diuerſa receptacula ſm dignitatem, aut indignitatem earum. Et iſtud apparet vlterius, quia nulla anima ſeparata eſt infinita, iõ nulla poteſt eſſe vbique, neceſſe eſt igitur eſſe alicubi, licet nõ ſit localiter, ita tamẽ alicubi erit diffiniti ue, ꝙ non erit vbique, ideo tunc neceſſe eſt, vel quòd animæ ſeparatę ſint pro libito vbi voluerint, vel ꝙ aſſignentur eis determinata loca, non eſt autem conuenies, quòd quælibet anima ſit vbi voluerit, quia quædam animæ indignę ſunt, vt in quibuſdam locis ſint, ideo debent aſſignari eis determinata loca, & hæc ſunt, quæ receptacula animarum vocamus, ideo cõueniens eſt poſt mortem eſſe determinata receptacula animarum.

Ad primum dicendum, quòd ſpiritualia non ſunt in loco, ita quòd proprie locentur, quod eſt contineri locatum a loco per circumſcriptionem, nam ſpiritualia non habent quantitatem, ideo non poſſunt ſic contineri, ſunt tamen alio modo in loco diffinitiue, ideſt, ꝙ ita ſunt intra locum, quòd foris non ſunt, licet non contingantur ab aliqua ſuperficie rei locantis cum non habeant quantitatem, quis autem ſit iſte modus exiſtendi in loco ſpiritualium rerum non poteſt eſſe plene notus nobis qui corporei ſumus. Ad dictum Boetii dicendum, quòd eſt verum, ꝙ ſpiritalia non

non ſunt in loco eo modo, quo corporea ſunt in loco, quorum eſt proprium eſſe in loco. Ad Auguſtinum dicendum, quòd animæ non feruntur ad loca corporalia, ſcilicet, vt ibi corporaliter ſint, feruntur tamen vt ibi ſint incorporaliter, & ideo Auguſtinus dixit notanter non fieri ad loca corporalia, non dixit autem non ferri ad loca, quaſi dicat, in aliquibus locis ſunt, ſed non eo modo quo corpora ſunt in locis.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum animæ ſeparatæ adaptentur diuerſis receptaculis, oportet, quòd magis conueniant cum illis, quàm cum alijs locis. Cum vero dicitur, quòd animæ ſeparatæ indifferenter ſe habent ad omnia loca, ideſt, quòd nullam maiorem conuenientiam habent cum vno, quàm cum alio. Eſt dicendum, quòd conuenientia eſt duplex, vna quæ eſt ſecundum qualitatem, vel formam, ſicut omnia calida inter ſe conueniunt, & omnia frigida inter ſe. Eſt alia conuenientia ſecundum proportionem, ſicut ſapientia conuenit cum lumine, & ignorantia cum tenebris, & ſimilia, in quibus fiunt tranſumptiones, & metaphoræ. Accipiendo primo modo eſt verum, quod animæ ſeparatæ nullam conuenientiam habent cum locis corporalibus: non enim potius conuenit anima cum cęlo, quàm cum mari, quàm cum inferno, quia cum nullo corpore communicat in aliqua vna qualitate. Accipiendo ſecundo modo communicat anima cum corporibus, quia habent ſe lux, & tenebræ proportionaliter in ſpiritualibus, & corporalibus, & ideo animæ quæ ſunt illuſtratæ diuino lumine, debent eſſe in locis luminoſis, licet lumen naturale corporale, & ſpirituale, non ſint idem lumen, neque vnius naturæ: ſic & animæ, quæ magnæ dignitatis ſunt, debent eſſe in locis magnæ dignitatis, licet dignitas corporum, & ſpirituum non ſit aliquid vniuoce dictum, ita & animę obtenebratæ ſecundum culpam debent habere loca tenebroſa, licet tenebræ in corporibus, & ſpiritibus non ſint eiuſdem rationis, & iſta conuenientia proportionis ſufficit ad hoc, quòd animabus reſpondeãt determinata receptacula, & non omnia loca.

Ad tertium dicendum, quod verum eſt quòd animabus ſeparatis nihil accidit, niſi quod ſit in pęnã, vel præmium ipſarum, & ideo etiam aſſignatio receptaculorum poſt mortem pertinet ad hoc. Cum vero dicitur, quod non recipiunt a locis, dicendum ꝙ non poſſunt recipere ab eis directa receptione, ſicut recipiunt corpora, quę conſeruantur in locis ab iſtis locis, quia iſta eſt receptio a corpore in corpus, non poteſt autem corpus agere in ſpiritum, propter non communicare in materia, licet ſpiritus qui eſt naturaliter ſuperior poteſt ſuper corpus influere, veruntamen patiuntur ſpiritus a locis, inquãtum ipſimet inferunt ſibi paſſionem propter conditionem locorũ, vt cum aliquis ſpiritus, ſciuerit ſe in aliquo loco exceliẽti poſitum propter merita ſua gaudebit ex hoc, cum vero ſciuerit ſe poſitum, & alligatum loco turpi propter ſuam indignitatem triſtatur valde, quia videtur ita abijci, & deſpici, & ſe eſſe ſibi cauſam huius mali, & ideo indirecte loca faciunt ad præmium, & pœnã animarum ſeparatarum, propter quod cõuenienter aſſignantur eis diuerſa receptacula poſt mortem.

An tot receptacula animarum eſſe debent quot aſſignantur, vt quatuor & non plura, nec pauciora. Quæſt. DCCXLVI.

QVAERETVR poſt hęc, an tot receptacula eſſe debeant quot aſſignantur, ideſt, quatuor infra terram, & vnum in cęlo.

Aliqui dicunt, quòd non, ſicut enim receptacula debentur animabus poſt mortem pro peccato, ita & debentur pro merito, ſed ratione meriti non debetur niſi vnum tantum receptaculum, ideſt. Paradiſus, ergo ratione demeriti, non debet aſſignari aliud receptaculũ niſi infernus, & ita erunt duo tantum. Secundo receptacula aſſignantur poſt mortem ratione meritorum, vel demeritorum, ſed vnus eſt locus in quo homines merentur, & demerentur, ergo vnum tantum debet aſſignari receptaculum. Tertio dicunt alij, ꝙ debent eſſe tantum tria receptacula ſub terra, cum oĩa illa ſint pęnalia, & tamen ponũtur quatuor.

Alij dicunt, ꝙ debẽt eſſe plura receptacula, quàm nunc aſſignẽtur, quinque enim aſſignantur vt dictũ eſt: nam videtur, ꝙ pręter illa ſit aliud receptaculum, ideſt, aer caliginoſus, vt dicitur 2. Reg. 2. cap. ſ. Hi ſunt fontes ſine aqua & nebulę turbinibus exagitatę, quibus caligo tenebrarum reſeruatur, ſed caligo tenebrarum eſt aer caliginoſus, ideo ponendum eſt aliud receptaculum pręter hęc. Secundo videtur hoc, quia de quinque receptaculis communiter aſſignatis vnũ ponitur Paradiſus, & tamen Paradiſus diuiditur in cęleſtem, & terreſtrem, quia Paradiſus cęleſtis eſt in quem nunc feruntur animę Beatorum, Paradiſus autem terreſtris eſt in quo Elias, & Henoc manent. ergo videtur quòd aliud receptaculum ſit, ideſt, Paradiſus terreſtris pręter quinque.

Tertio patet, quia cuilibet ſtatui peccantiũ reſpondet vnum receptaculum animarum, ſed ſiquis ponatur decedere in ſolo originali cum aliquo veniali, non competet ei aliquod de receptaculis poſitis, ergo oportebit dari alterũ, patet quia non dabitur huic infernus damnatorum: nã ibi eſt pęna perpetua ſenſus, ſed pro originali non competit pęna ſenſus, pro veniali autem non competit pęna perpetua, ideo nõ erit ibi. Non etiam erit in Paradiſo, quia ibi eſt qui ab omni peccato mundus eſt, & iſte in peccato eſt. Neque etiam eſt in Lymbo Sanctorum, quia ibi erant illi, qui nullo peccato tenebantur, neque reatu alicuius pęnę, ſed ſolum expectabant aperiri vitam ęternã per mortem Chriſti, ideo ibi non erit qui peccatum tam veniale, quàm originale habet. maxime quia nõ duraũt Lymbus Sanctorum, niſi vſque ad mortem Chriſti, vt ſupra dictum eſt, ergo nunc non poteſt ibi aliquis eſſe. Neq; poteſt iſte eſſe in Lymbo paruulorum, quia ibi tenentur illi pro ſolo originali, vnde nõ datur eis pęna ſenſus, ſed ſolius carẽtię, & tamen iſte decedit in veniali, pro quo competit pęna ſenſus, ergo non erit ibi. Non etiam in Purgatorio, quia pęna purgatoria eſt temporalis, ſed iſte decedit in originali, quod eſt mortale, & ideo eſt damnatus. neceſſe eſt igitur alium eſſe locum, cuius manſio ſit perpetua, & ita plura quàm quinque ponentur receptacula.

Quarto, quia diuerſę ſunt quãtitates pręmiorum, & pœnarum ſm differentias culparũ, & meritorũ, ſed infiniti ſunt gradus meritorũ, & culparũ, ergo debẽt diſtingui infinita receptacula, in quibus puniantur, & punientur poſt mortem animę, & non quinque tñ.

Quinto, quia animę puniuntur aliquando in locis, in quibus peccauerunt, vt patet per Greg. 4. lib. Dial. ſed peccauerunt in loco, in quo nos habitamus, ergo locus iſte debet computari inter receptacula. Etiam, quia aliqui in hoc mundo viuentes, puniuntur pro peccatis ſuis, & ſic erunt multa receptacula.

Sexto, quia ſicut decedẽtes in gratia habent interdum aliqua, pro quibus ſunt digni pęna, ideſt, venialia, vel ſatisfactionem mortalium inexpletam, ita aliqui in peccato mortali decedentes habent aliqua bona, pro quibus videntur digni aliquo pręmio, ſed primis aſſignant aliquod receptaculum, i. Purgatorium,

in quo puniuntur tam pro venialibus, quàm pro inexpiata satisfactione mortalium: ergo & secundis assignabitur aliquod receptaculum, in quo prius punientur, & ita illud erit receptaculum præter assignata, in quo aliquandiu animæ gaudeant pro quibusdam bonis quę hic fecerunt, & postea transeant ad manendum in æternum in inferno pro mortalibus in quibus decedunt.

Septimo, quia sicut Sãcti Patres ante Christi mortem retardabantur a gloria quam habituri erant, ita & nunc aiæ quę sunt in cęlo, retardãtur quodammodo a plena gloria, quã habebũt post vnionem corporis, sed Sancti ante Christi mortem habebãt quoddã determinatum receptaculũ, i. Sinũ Abrahę, ergo & aiæ nunc debent habere aliud receptaculũ beatitudinis, q̃ postq̃ fuerint vnitę corporibus, & ita erunt plura receptacula. Et eodem modo potest argui, q̃ apud damnatos ad ignem aliud receptaculum competat nunc, & aliud post iudicium, & resurrectionem.

Dicendum, quòd post mortem assignamus animabus receptacula, in vita autem nullum, quia sunt naturaliter receptæ in suis corporibus, quibus sunt vnitę formaliter, i. vt forma, & motor, & perfectio, vt dicit Arist. & in quibus acceperunt istud esse, quod habent: post mortem vero, quia separãtur a corporibus, accipiunt receptacula quibus determinentur.

Alia etiam ratio est, quia anima dum est vnita corpori adhuc mortali habet locum merendi, & demerendi, & hoc est via, & progressus quidam, & ideo nõ competit receptaculum determinatum, quia quotidie mutatur. Cum vero separatur a corpore est in termino, & ideo est tempus recipiẽdi pro meritis, & demeritis bonum, aut malum: ergo aĩa exuta a corpore aut est in statu recipiendi finalem retributionem, aut impeditur ab illa: si est in statu recipiendi eam hoc dupliciter, quia aut de bono recipit finale præmium, aut de malo: si de bono est receptaculum, quod dicitur Paradisus, & est in cœlo empyreo. si recipit retributionem, quantum ad malum, aut est pro malo actualis culpæ, aut originalis. si primo modo est gehenna vbi est ignis inferni, sensus pro peccato mortali in æternum. si secundo modo est Lymbus puerorum, vbi solam carentiam visionis Dei habent in ęternum, quia sunt damnati. Si autem est in quodã statu, in quo est impedita a consecutione præmij, aut est hoc propter aliquem defectum, vel impedimentum personale, aut propter impedimentum ex parte naturæ. Accipiendo primo modo est Purgatorius locus, quia ibi detinentur qui decesserunt in charitate, & sunt digni vita ęterna, vt expient aliqua quę impediunt eos a consecutione vitæ æternæ, s. venialia peccata, vel inexpletã satisfactionẽ pro mortalibus. si est impedimentũ ex parte naturæ, sic erat sinus Abrahę, siue Lymbus Sanctorũ Patrũ, in quo detinebantur aĩæ Sanctorũ qui in nulla culpa actuali, neq; originali decesserant, neq; in aliquo reatu pœnæ: sed manebat originalis culpa solum, inquantum erat infectiua naturæ, quam infectionem nemo poterat expiare quousque Christus mortuus est, qui per sanguinem suũ expiauit, infectio autem personalis in singulis eorũ ablata erat per fidem, vel sacramenta fidei, & ideo non ponuntur plura receptacula, quàm ista, quia nõ inueniũtur plures modi de statu aĩarum post mortẽ.

Responsio ad primam rationem in diuersum positam q præced.
Quæst. DCCXLVII.

AD argumenta vtriusque partis respondendum est, quia neutra concludunt verum: sunt enim tantum quinque receptacula.

Ad primum dicendũ, quòd receptacula sunt multa, & est locus præmij vnus: loca autem pœnarũ multarum, s. quatuor, & non est inconueniẽs, quia locus præmij est pro bono simpliciter dicto, locus pœnę pro malo, & malũ, & bonũ non inueniuntur æqualiter, quia bonũ solũ est vno modo, s. ex cã integra: malũ aũt est ex singularibus defectibus, vt dicit Diony. 4. c. de Diu. Nom. & Arist. dicit 2. Ethic. q̃ peccare est infiniti, i. contingit infinitis modis, sicut Pythagorici dixerunt: Bene agere vero solum vno modo, ideo erit vnus tantum locus præmij pro bono, scilicet, quod vno modo accidit, malum vero, quia multis modis inuenitur, habebit multa loca pœnalia.

Ad secundum dicendum, q̃ locus merendi, & demerendi est omnibus hominibus vnus, s. in hac vita hic vbi nos manemus, sed locus recipiẽdi retributionem non est vnus. Est aũt causa, quia status merendi, & demerendi est vnus, s. vita mortalis simul est eiusdem hominis, quia idem homo potest simul mereri, & demereri, & cum non potest demereri, non potest mereri, & econtrario, ideo debet esse locus merendi, & demerendi omniũ hominũ vnus, quia non habet homo hanc facultatem, nisi quandiu viuit, quia post mortẽ nemo meretur, aut demeret, & quia vita omniũ simul est locus merendi, & demerendi est vnus, de retributione secus est, quia non competit per aliquam operationem, quę omniũ sit, sed per diuersum modum retributionis competẽtis pro meritis, & demeritis: nam licet merendi, & demerendi sit idem locus, non sunt tamen eadem merita, & demerita, neque eiusdem modi, ideo non competunt similes retributiones, nec eadem loca.

Ad tertium dicendum, q̃ receptacula sunt quinque: vnum ad gaudium, quatuor ad pœnam large dictam, & cum dicitur, q̃ sunt tria genera culparum. dicendum, q̃ non distinguuntur penitus receptacula secundum conditionem, & diuersitatem culparum. Primo, quia aliquod receptaculum est vbi nulla culpa punitur, aut contingit non puniri, sed pro pœna inexpleta expiatur, sicut in Purgatorio contingit aliquem torqueri qui in nullo veniali decesserit. Secundo, quia aliquis locus receptaculi est, in quo contingit duo genera culpæ puniri, ideſt, mortalis, & venialis actualis, scilicet, gehenna, vt si quis decedat simul in mortali, & veniali, sicut quotidianum est, punitur in gehenna pro vtraque culpa æternaliter.

Aliter posset dici recipiendo distinctionem receptaculorum pœnalium secundum culpas, quòd sunt tria genera culpæ, & tamen sunt quatuor receptacula pœnalia, quia culpa originalis subdiuiditur: accipitur enim, vt infectiua naturæ, & vt infectiua personę, inquãtum enim personam inficit, competit ei Lymbus puerorum, inquantũ vero inficit naturã competit Lymbus Sanctorũ, in quo manebãt illi, quia Christus nondũ expiauerat totaliter auferẽdo naturę infectionẽ pro qua retardabantur Sancti, vt non irent statim ad vitam æternam, & ita erant quatuor receptacula pœnalia, licet essent tres modi culparum.

Ad primam rationem aliorum in diuersum positam q. 746.
Quæst. DCCXLVIII.

AD primum pro alia parte, quod est quartum in ordine, dicendum, quòd non sunt assignanda plura, quàm quinque receptacula. Et cum dicitur de aere caliginoso, dicendum quòd non est receptaculum. ad auctoritatem dicendum vno modo, quòd non designatur ibi receptaculum dæmonum, vt aliqui putãt, sed potius dicitur de pœna animarum, vt aloquitur Petrus contra malos, qui peruertunt doctri-

nam, & mores dicens, Hi sunt fontes sine aqua, &c. & tamen non assignatur eis ibi aer caliginosus, vt receptaculum, quia dicitur quibus reseruatur caligo tenebrarum, ideſt, hoc reseruatur eis in pœnam, & hoc apud inferos est vbi tenebræ sunt, & illuc deducentur mali.

Secundo posset dici, quòd si quis diceret receptaculum adhuc non est cõtra propositum, quia nos loquimur de receptaculis animarum, & non de receptaculis dæmonum: animæ autem non manent in aere caliginoso. Tertio dicendum, & melius, quòd receptacula pœnalia dęmonum, & animarum eadem sunt, præter hoc q̃ omnes dæmones habent vnicum receptaculum, ideſt, gehennam: animæ autem multa receptacula habent pœnarum secundum differẽtiam demeriti earum. Et cũ dicitur de aere caliginoso est dicendum, quòd non est receptaculum dæmonum, quia vocamus receptaculum, locum designatum spiritibus ad præmia, vel pœnas recipiendas, sed aer caliginosus non est dæmonibus assignatus ad prędmia, quia nulla habent, neque ad pœnas, quia ille locus est gehẽna: ergo nõ est receptaculum, sed est locus assignatus eis ad administrationẽ exercitij, quam super nos habent: competit enim ex diuina dispositione, & prouidentia, quòd dæmones tentent nos, & vexent affligẽdo in quibusdam corporaliter, quod non contingeret, si manerent semper clausi apud gehennam, ideo datur eis locus manendi inter nos, non quidem ominibus, sed eis qui pro tempore officium tentationis exercent, & isti aliquando mittuntur in gehennam, & cæteri qui non tentant, manent apud inferos, & hoc colligitur ad Ephes. 6. cap. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, & aduersus mundi rectores tenebrarum harum, & contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Colluctatio autem est tentatio, vel pugna, & dicit quòd non est nobis pugna contra carnem, & sanguinem, sed contra dæmones. Vel aliter, & melius, non est nobis colluctatio, ideſt, pugna contra carnem, & sanguinem, ideſt, contra homines, qui vocantur caro, & sanguis, supra 16. cap. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, ideſt, non reuelauit tibi hoc aliquis homo, sed solus Deus: principes autem, & potestates vocat dæmones, contra quos dicit esse colluctationem, ideſt, tentationem: ergo ad tentationis officium hic positi sunt, & non vt in receptaculo proprie.

Item, quia vocantur principes, & potestates, manifestum est, quòd ab actu nominãtur, & insuper quia vocantur rectores tenebrarum harum, ideſt, mundi huius tenebrosi, sed regere officium, vel administratio est, ergo dęmones solum manent hic, inquantum habent quandam administrationem tentandi nos, finita illa non manebunt, vnde locus suæ retributionis qui receptaculum dicitur non est aer, sed infernus. licet necesse est quòd quandiu inter nos manent, habeant hic pœnas suas, quia dæmones quocunque vadunt, infernum suum secum portant, vt non ęstimentur aliquo tempore a pœnalitatibus: receptaculum tamen eorum est infernus, ideſt, gehẽna vbi est ignis æternus, sic dixit Christus supra in litera, scilicet, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius: ista autem præparatio signat locum mansionis. Item hoc dixit Petrus. 2. Petri 2. cap. Scilicet, Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium reseruari cruciandos, ergo receptaculum pœnale dæmonum apud inferos est, quia inferos, & tartarum appellauit, & cruciandos ibi dixit: etiam dixit eos ibi reseruari, sed hoc pertinet ad

rationem receptaculi, vt contineat, & claudat, & seruet, ideo dæmonum receptaculum non est aer caliginosus, sed gehenna, hic autem manent solum ad nos exercendum, & ita ipsi dæmones sciunt non esse locum eorum hic, nisi ad tentandum: locum autẽ proprium esse gehennam, vel abyssum: vnde dæmones quos eduxit Christus de arrepticijs, rogabant eũ ne mitteret eos in abyssum, Marci 5. & Lucæ 8. Sed quòd mitteret eos in porcos, supra 8. cap. Non ergo ponitur aer caliginosus, receptaculum distinctum ab alijs.

Ad secundum dicendum, quòd Paradisus distinguitur in cęlestem, & terrestrem, & nomen istud magis terrestri conuenit, quia Paradisus signat locum delitiarum, & apud Græcos, ex quorum origine descendit, signat hortum delectabile, & hoc nomen scriptura posuit illi loco terræ in quo Deus locauit Adam, cum dicatur Genes. 2. cap. Plantauit Dominus Paradisum voluptatis. De cęlo empyreo scriptura sacra non dicit Paradisum, sed nos transtulimus hoc nomen ad signandum cęlestem mansionem Beatorum spirituum, quia locus ille est voluptatis, ideſt, ineffabilium delitiarum plurium quidem, quàm sint in aliquo loco terrestri, & ideo distinctio Paradisi est secundum istam nostram cõsuetudinem loquendi. Sed dicendum, quòd non debet Paradisus vocari duplex receptaculum, quia loquimur nũc de animabus separatis: Paradisus autem terrestris nõ est locus animarum separatarum, sed locus viuentiũ hominum, ideo non potest computari inter receptacula.

Sed obijcietur, quòd etiam in receptaculis animarum erunt aliquando homines, scilicet, in cęlo empyreo, in gehenna, & in Lymbo puerorum post diem iudicij, & tamen ista sunt receptacula animarum, ita ergo erit Paradisus terrestris, licet sit locus hominũ. Dicendum, quòd non stat, quia omnia receptacula sunt loca post viam, & in quibus nemo est vsque post mortem, sed Paradisus terrestris est locus viatorum in quo sunt homines dum viuunt, & post mortem: ergo non est receptaculum, & patet, quia statim vt Deus hominem plasmauit de terra, posuit illum in Paradisum voluptatis, vt operaretur in eo, & custodiret illum, & ita ad habitationem viatorum est. idem patet quantum ad Henoc, & Eliam, qui ibi nũc sunt: nam illi viatores sunt, cum adhuc morituri sint, & venturi ad nos, vt dicitur sub temporibus Antichristi.

Ad tertiam rationem positam quæst. 746.
Quæst. DCCXLIX.

AD tertium dicendum, q̃ ille casus est impossibilis, necesse est enim, q̃ ille qui decedit in venialı, & originali, decedat simul in mortali actuali, vel p cõmissionem, vel omissionem: non enim põt aliquis incipere peccata actualia a veniali, sed necesse est q̃ incipiat a mortali: nã nõ põt quis peccare venialiter, nisi cũ ad ætatẽ, in qua est vsus liberi arbitrij, quia in priori ętate non imputatur aliquis actus, ẽt si de se esset mortalis, multominus ergo imputabitur actus q̃ de se est venialis: ergo necesse est tam mortale, q̃ veniale peccatum, postq̃ peruenerit quis ad annos discretionis solum committi, & tamen statim vt quis venerit ad annos discretionis, est necesse vt tollatur originale, aut quòd mortaliter peccet, ergo non põt decedere in solo originali, & veniali. Et hoc patet, quia in filijs fidelium, qui baptizantur, vel circuncidebantur, non poterat accidere, quia tollitur in eis originale, antequàm ad annos discretionis perueniãt: idem fiebat in filijs Gentilium, qui erant fideles,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia remittebatur ſtatim originale per fidem parentum.ſolum ergo fiebat hoc in filijs infideliũ, vt nunc in filijs Iudęorum,& Paganorum:nam quandiu ſunt infra annos diſcretionis non habent niſi originale,& non poſſunt committere mortale actuale,neque veniale,ideo ſi eo tempore decedant, moriuntur in ſolo originali,& habent ſolam pęnam carentiæ in Lymbo puerorum. Cum vero peruenerint ad ſtatum diſcretionis, neceſſe eſt, quòd ſtatim peccent mortaliter, quia aut cogitant aliquid de eis quæ ad ſalutem animæ ſuæ pertinent, eo modo quo fragilitas ætatis illius permittit,aut non,ſi cogitat complet Deus actũ illius,& informat, & charitatem infundit, & iam eſt ſine veniali, quia per gratiam tunc infuſam tollitur originale, poſt hæc autem poterit peccare venialiter, & mortaliter, & ideo damnabitur æternaliter pro mortali, & veniali, vel ſi ſolum venialiter punietur in Purgatorio, & non manebit iam in originali cum mortali,vel veniali.ſi autem ſtatim vt iſte peruenit ad annos diſcretionis non cogitauit de ſalute ſua eo modo quo potuit,peccauit mortaliter per omiſſionem, ideo ſi moriatur tunc ille decedit,ſimul in mortali, actuali, & originali, & veniali, & competit pro hoc pœna gehennalis, & dato quòd prædictus nullum actum bonum, vel malum faciat vſque ad mortem, damnabitur æternaliter, quia in mortali decedit, ſcilicet, omiſſionis, & ita prædictus caſus eſt impoſſibilis, vnde non competit huic aliquod receptaculum diſtinctum a præcedentibus.

Aliter poteſt dici, quòd dato, quòd quis poſſet ſimul in originali decedere,& veniali (quod eſt impoſſibile) non competeret ei aliud receptaculum a præcedentibus diſtinctum, & ratio eſt, quia talis pœna gehennæ puniretur. Et cum obijcitur, quòd pro veniali non eſt pœna ęterna,& pro originali non eſt pęna ſenſus, dicendum ꝙ directe pro veniali non eſt pęna ęterna,& tamen per accidens eſt pœna ęterna ſenſus pro veniali, vt ſi quis moriatur ſimul in mortali, & veniali, habebit pro veniali pœnam ſenſus æternã, ſicut pro mortali,& hoc per accidens,quia nõ poteſt ſolui pœna illa, vt oſtenſum eſt ſupra, ſed iſte manet nunc in mortali,ſ.originali,quod facit vt nunq̃ poſſit remitti culpa aliqua,neque mortalis, neque venialis, & tamen quandiu manet culpa,manere debet pœna correſpondens, ergo manebit ſemper ille in pœna ignis pro ſolo veniali.

Cum vero obijcitur, ꝙ prædictus decedit in originali,& pro originali non debetur pœna ſenſus, iõ nõ debet iſte puniri in gehenna.Dicendum,ꝙ pro originali non punitur in gehenna,ſed pro veniali,quod eſt actuale,facit tamen originale, ꝙ nunq̃ poſſit finiri pęna pro actuali;quia originale eſt mortale, ſicut ſiquis decedit in originali ſimul,& mortali actuali,quod accidit oĩbus Iudæis nunc & Paganis, quorum originale nunq̃ remittitur, ꝙa nunq̃ ſunt in gratia, vt contingit:nam ille in gehenna punietur in æternum: manifeſtum eſt tñ pro originali nõ puniri ibi, ſed pro mortali actuali,ita ergo in præſenti, & non oportebit dari plura receptacula, quàm quinque quæ aſſignantur.

Ad quartũ dicẽdũ,ꝙ diuerſitas pœnarũ facit diuerſa receptacula,vt ꝙ ſit quędã pœna ſenſus quędã damni,& ꝙ ſit aliqua tẽporalis,aliqua æterna: differẽtia tñ gradualis nõ facit diuerſa receptacula, ſed in eodem igne aliquis punitur grauius,alius minus ſm gradum demeritorũ:cõtingit aũt pœnã quadrupliciter variari,iõ quatuor ſunt receptacula pęnalia:nam pęna aut eſt ſenſus, aut damni:ſi ſenſus dupliciter, quia aut eſt æterna,aut temporalis:ſi ęterna eſt gehenna damnatorũ,ſi tẽporalis ſic eſt Purgatoriũ, ſi aũt eſt pœna carentiæ,vel eſt æterna, vel temporalis, ſi ęterna ſic eſt F Lymbus puerorum,ſi temporalis eſt Lymbus patrũ, vbi erant Sancti, & iõ ſunt quatuor receptacula pœnalia: gradus autem pœnarum nihil faciunt ad differentiam receptaculorum.

Ad quintum dicẽdum verũ eſſe, ꝙ aliquæ animæ puniuntur in locis, in quibus peccauerũt, ſed ex hoc non conſtituitur aliud diſtinctũ receptaculũ.Et ratio eſt primo,quia loca in quibus peccata commiſſa ſunt non ſunt aliquis vnus locus, ideo nõ debent computari vt vnum receptaculum.Secundo,quia dato ꝙ eſſent vnus locus non computarentur, vt receptaculũ, quia peccata cõmiſſa ſunt vbi nos viuimus, & ita loca non ſunt ordinata ad tolerationem pęnarũ animarum,ſed ad conuerſationem viuentium:ſi ergo inter G dum hic puniuntur aĩæ, fit ex ſpecialibus cautionibus tã de damnatis, q̃ de non damnatis, quia vtraſque ſcimus aliquando puniri inter nos,& vtræque proſunt ad noſtram eruditionem,& admonitionem,ne nos peccemus,& interdum ad earum vtilitatem,ſ.quantum ad non damnatas,quia cum inter nos patiantur, reuelãt nobis mala ſua,& adiuuamus eas ſuffragijs noſtris ad velocem liberationem de pœna,& ideo non computatur inter receptacula locus in quo animæ peccauerunt,quia nõ eſt ordinatus ad hoc, ꝙ ibi patiantur,licet quidam patiantur ibi. Cum vero dr, ꝙ quidã adhuc in vita puniuntur pro peccatis. Dicendũ,ꝙ non eſt ad propoſitũ, quia ibi non eſt pœna aĩæ, ſed hoĩs: H hic vero de receptaculis aĩarum agitur: aĩa tñ quãdiu in corpore eſt,non habet receptaculum,ſed ſolũ animabus ſeparatis dantur receptacula. Item,quia receptacula ſunt loca, in quibus animæ recipiuntur poſt ſtatum meriti, & demeriti, quando eſt locus præmij, vel pœnæ,& tamen quando anima eſt in corpore,eſt adhuc locus meriti, & demeriti, ideo non competit receptaculum habere,quia nõdum eſt locus prẽmij, & pœnæ,& ſi interdum fiat,eſt per accidens.

Reſponſio ad ſextam rationem principalem poſitam q. 746.
Quæſt. DCCL:

AD ſextum dicendum, ꝙ decedentibus in charitate,antequàm accipiant vitam æternam,cõpetit locus in quo puniãtur pro aliquo malo, ſi quod habent,& eſt locus Purgatorius,ſed decedentibus in peccato mortali non competit locus in quo recipiãt præmium de aliquo bono,quod fecerunt antequàm pœnam habere incipiant æternam, & ratio eſt, quia non eſt ſimile de bono, & malo: nam bonum poteſt dari purum, & ad hoc ꝙ ſit ſummum debet eſſe purum,i.ꝙ non inueniatur aliquod malum in eo: malũ vero quantumcunque ſit non eſt purum, nec oportet,ꝙ ſit purum ẽt ſi deberet vocari ſummũ malũ: & rõ eſt,quia bonum eſt ex integra cauſa, iõ non debet eſſe aliquis defectus in eis.Et quia contingit ſic decedẽtes in charitate habere malum aliquod,fuit neceſſarium vt daretur locus Purgatorius,in quo purgaretur omne malum,& maneret purum bonum, quale requiritur ad vitam æternam,vbi eſt participatio perfecta Dei,ſecus eſt de malis, qui damnantur: nam illi damnantur qui ſunt mali,ſed ad hoc quòd ſint mali, aut ſimpliciter, vel valde mali, non requiritur, quòd nullum bonum habeant,quia impoſſibile eſt, ꝙ malum ſit purum, cum malum non poſſit eſſe nihil in bono,iõ habentes aliquod bonum,poſſunt manere in inferno,& ita non requiritur, ꝙ ſit aliquis locus in quo prius prẽmientur pro bonis quibuſdã quę fecerunt. Cum aũt obijcitur quid ergo erit de bonis, quæ fecerunt, qui damnantur? Dicendum,ꝙ aut hoc quæritur quaſi ſit inconueniens damnari eos, qui bona aliqua habẽt,& iõ petitur aſſignari locũ prẽmij in quo tollantur

tur bona illa, vt ceſſent eſſe, & maneant ſola mala, A aut quæritur quaſi ſit inconueniens manere ſine prẽmio bona quędam.Si primo modo dicendum,quòd non eſt quęrẽdum,quia etiam ſi multo tempore haberent mali gaudia poſt mortem, & non deſinerent habere bona illa in ęternum,eſſet hoc inconueniens, & ſic non prodeſſet præmitti gaudia quædam poſt mortem ante pœnam. Si ſecundo modo dici poteſt vno modo ſecundum quoſdam, quòd bona illa non ſunt ſine prẽmio, quia in vita acceperunt præmium mali de his bonis quæ fecerunt,& iam poſt mortem non manet aliquid de quo præmiari debeant.Vel alij volunt, quòd poſt mortem recipiũt præmium apud inferos,non quidem ad aliquod bonum capiendum, ſed ad mitigationem pœnæ,ideſt,minus ſupplicium B ſubeundum.Sed aliter dicendum,& melius quòd decedentibus in peccato mortali, non competunt poſt mortem aliqua prẽmia, pro quibuſcunque bonis factis in vita: & ratio eſt, quia aut illa bona egerũt dum erant in mortali,vel cum erant in charitate. Si autem primo modo dicendũ, quòd illa non ſunt bona meritoria, quia mortua nata fuerunt, & ſicut poſt mortem non manent meritoria, ita neque vnquàm fuerunt meritoria, vnde etiam ſi ille qui talia fecit deceſſiſſet illa, ſed ſolum pro illis, quæ fecit exiſtens in charitate, a fortiori ergo nihil pro eis recipiet, ſi non decedat in charitate. Si vero bona illa fuerunt facta C in charitate, dicendum quòd nec pro illis competit aliquod prẽmium, quia licet tunc quando facta ſunt erant meritoria, quia facta ſunt in charitate, tamen poſtea adueniente mortali mortificata ſunt,& quandiu manſerit mortale, illa manent mortificata, ideo non competit eis actio, ſicut viuentibus, & ſic non ſunt meritoria, vt propter illa reddi debeat aliquod bonum velut eis debitum, & tamen mortale in quo quis deceſſit,manet in æternum:ergo opera talia manent in æternum mortificata. vnde non competit aliquid ad prẽmium morientibus in mortali pro bonis, quæ in vita egerunt, quia neceſſe eſt illa mortua eſſe, vel mortificata, & ideo nullum prẽmium eis competere.

Quòd autem dicebatur bona facta a malis prodeſſe ad minus ſupplicium ſubeundũ, poteſt dupliciter D accipi. Vno modo poſitiue,ideſt,quòd ſi duo æqualia commiſerit, & decedant in mortali, ita quòd debeatur eis æqualis pœna apud inferos, ſi vnus fecit plura bona, quàm alius, quòd ſuſtineat minorem pœnam. Alio modo priuatiue, ideſt, quòd quanto quis plura bona fecit, tanto a pluribus malis abſtinuit, quia non fecit tunc aliquod malum, quando bona faciebat. Si accipiatur primo modo, non eſt verum, quia ſiue bona illa facta fuerint in charitate, ſiue extra charitatem, manent mortua, vel mortificata poſt mortem, ideo non reſpondet eis præmium aliquod,ac ſi nunquàm facta eſſent. Et tamen opus E quod non eſt meritorium,non eſt ſatisfactorium,neque poterit alleuiari aliqua pœna propter illa opera, quia eſſent tunc ſatisfactoria, quod eſt falſum. Si accipiatur ſecundo modo nihil eſt dicere, quia æquale eſt tunc bona agere, & nihil agere, vel dormire, aut ceſſare ab omni opere, cum non plus minuatur de pœna apud inferos pro tali bono opere, quàm pro eo quod eſt nihil agere. Vnde ſimpliciter dicendum eſt, quòd bona opera facta ab eis, qui in mortali deceſſerunt, non proſunt eis apud inferos, & conſequenter non eſt aſſignandum aliquod receptaculum in quo recipiant aliquod præmium, antequàm pœnam æternam recipiant.

Ad ſeptimam dicendum, quòd non erat ſimile de Patribus in Lymbo ante mortem Chriſti, & nũc de animabus Beatorum:nam nunc animæ illę vere ſunt beatæ, & ideo competit eis receptaculum beatitudinis.animę autem Patrum ante Chriſti mortem nihil habebant de beatitudine,ſed potius quandam pœnã, & triſtitiam, inquantum nõ habebant bonum quod optabant,ideo nõ debebat eis locus beatitudinis, ſed pœnæ competere, qui erat locus ſubterraneus,& tenebroſus. Cum autem dicitur,ꝙ ſic retardantur animæ nunc a beatitudine. Dicendum,ꝙ nõ eſt verum, quia aĩę exiſtentes in cœlo empyreo habent totã beatitudinẽ,quam nunq̃ habituræ ſunt, & in reſumptione corporũ non addetur, vel accreſcet eis aliquis gradus gloriæ,quia gloria corporum nõ erit per additionem alicuius nouæ perfectionis,ſed per redundantiã glorię animę in corpus,quod eſt ei naturaliter vnitũ. Et iõ licet aĩa habeat deſideriũ adminiſtrãdi corpus, quod fuit pars ſpeciei ſuę,non ita retardat,ppter hoc deſideriũ quaſi nõ ſit beata, iõ nõ cõpetet alius locus aĩæ beatæ ſeparatę,q̃ eidẽ reſũpto corpore. Sed aliud eſt de aĩabus Sanctorũ ante mortẽ Chriſti,& nũc, qa tũc nullã beatitudinẽ habebãt,ſed pœnã, nũc vero habẽt beatitudinẽ,iõ alius locus cõpetit eis nũc, q̃ tunc cõpetebat. Cũ autẽ dr de aĩabus dãnatorũ,& de ipſis damnatis poſt diem iudicij. Dicendũ,ꝙ nõ competit diuerſum receptaculum,quia cadẽ damnatio eſt animarum ſeparatarum,& cõiuncti totius poſt iudiciũ, quia licet reſumatur corpus, non augebitur aliquis gradus pœnæ intenſiue, ſed tantus erit dolor quem percipiet, & ſuſtinebit poſt iudiciũ damnatus in corpore,& anima,quãtus eſt nunc ſolum in anima ſeparata,ideo non eſt cauſa variandi receptaculum.maxime, quia nũc dicimus animas damnatorum in igne æterno torqueri, & poſt iudicium Chriſtus dicit malos mittendos in ignem ęternum,& ſic idẽ locus eſt.

An aliquæ animæ ſtatim vt de corporibus exeunt.ferantur in cœlum empyreum,aut gehennam. Quæſt. DCCLI.

QVAERETVR cum inter receptacula ſupra poſita duo præcipua ſint gehenna, & cœlum empyreum, an aliquæ animæ ſtatim, vt de corporibus exeunt,ferantur in cœlum empyreum,aut gehennã, vel oporteat prius tranſire per aliqua loca, aut receptacula. Aliqui dicunt ꝙ ſic,& quòd nemo ſtatim ttã ſit in cœlum,quia ſuper illud Pſal.26. Adhuc puſillũ, & non erit peccator,dicit Glo.Sancti liberantur in fine vitæ: poſt hanc tamen vitam non ibi erunt Sancti, quibus dicetur: Venite benedicti Patris mei, ſed illi Sancti erunt in cœlo, ergo poſt mortem nullus ſtatim aſcendit in cœlum.

Secundo,quia dicit Auguſt.in Enchiridion.Tẽpus quod eſt inter hominis mortem,& eius vltimã reſurrectionem animas abditis receptaculis continet,prout vnaquęque digna eſt requie, vel ærumna,ſed hæc abdita receptacula non poſſunt eſſe cęlum empyreũ, & gehenna, quia ibi erunt animæ poſt reſurrectionẽ, ergo alia receptacula erunt,in quibus ſint animę ante reſurrectionẽ,& nõ ſint in cęlo,neq; in inferno,quia aliàs fruſtra, immo & falſe diſtingueret Aug. tẽpus ante hominis mortem, & poſt eius reſurrectionẽm.

Tertio, quia melior eſt gloria animæ, & maior q̃ gloria corporum, ſed omnibus Sanctis reddetur ſimul gloria corporũ,vt maior fiat lætitia ſingulorũ ex cõi gaudio, vnde ſuper illo verbo, Deo aliqd melius prouidente pro nobis,ne ſine nobis conſummarenr. ad Hebr.11.cap. dicit Gl.vt in cõi gaudio oĩum maius fieret gaudium ſingulorum: ergo multo fortius gloria aĩarũ, quæ eſt maior debet dari oĩbus ſimul, vt ſit

maius gaudium singulorum, sed nō poterit dari omnibus simul si non differtur vsque ad diem iudicij, ergo vsque illuc non dabitur,& cōsequenter nulla anima ibit ad cęlum empyreum vsque ad tempus illud.

Quarto quia pęna & præmium,quę redduntur per iudicium non debent precedere iudicium , sed ignis inferni, & gaudia Paradisi dabuntur hominibus per sententiam Christi iudicantis in vltimo iudicio,vt patet supra in litera,ergo ante diem iudicij nullus ibit ad inferos nec ascendet ad cęlos.

Dicendum,quòd cōtingit aliquas animas mox, vt de corpore exiuerunt ascendere cęlum,& patet, quia dicitur 2.Corin.5.cap.si terrena domus nostra, vel habitatio dissoluatur,habemus domum non manufactā cōseruatam in cęlis,ergo statim, vt caro dissoluta fuerit,poterit habere domum in cęlo, quę ei pro meritis competit. Secundo quia ad Phi.1.ca.dicit Apostolus, cupio dissolui,& esse cum Christo,ex quo verbo Gre. 4.lib.Dia.sic arguit, qui ergo Christum esse in cęlo nō dubitat, neque Pauli animam in cęlo esse negat, sed non est negandum animam Christi esse in cęlo cum sit articulus fidei,ergo neque est dubitandum animas Sanctorum statim ad cœlum ferri.

Tertio quia ponatur,quòd quis decedat in charitate, & nullū veniale habeat, neque onus alicuius satisfactionis inexpletæ,sicut accidit in viris perfectis,quęritur an anima illius statim euolabit ad cęlum empyreum an non si euolat habetur propositū, si non euolat quæritur quid impedit eam , quia necesse est rem non impeditam habere operationem suam,& consequi id,quod ei competit,& tamē anima prędicta nullum impedimentum habet, quia neque culpam neq; reatum pęnę,ergo statim euolat.Quarto quia necesse est , ꝙ omnis anima soluta corpore sit in aliquo receptaculo : nā non sunt animę extra receptacula post separationē, sed sunt receptacula quinque tantū:quæritur ergo in quo horū ista erit,non pōt esse in gehēna, quia non decessit in mortali actuali,non ēt in Lymbo puerorū,quia non decessit in originali, non ēt in Purgatorio,quia ibi est,qui tenetur alīquo reatu pœnę, & iste nullo tenetur,non ēt in Lymbo Sanctorū,quia ibi iam nullus est , ergo cū non maneat nisi cęlum empyreum,necesse est ꝙ illuc statim ducatur. Quinto quia dicitur Luc.16.c.factum est,vt morereturLazarus,& portaretur ab Angelis in Sinum Abrahę,& sic voluit Christus esse actū continuum mortē Lazari , & portationem in Sinum Abrahę, & sic aliquis pōt portari in Sinū Abrahę statim,vt moritur, sed Sinus Abrahæ est nunc cęlum empyreum, quia sic Ecclesia orat deduci animas nunc in Sinum Abrahæ, vt ostensum est supra,ergo aliquis decedens potest statim euolare.

Sexto quia ita tenet auctoritas Ecclesiæ vniuersalis, scilicet, quòd animæ Sanctorum ferantur statim in cęlum, sic etiam auctoritates Sanctorum habent , vt Aug.in lib.de Ecclesia.Dogma,& Greg.4. Dia. sed auctoritati Ecclesiæ vniuersalis super rebus ad fidem pertinētibus derogare hęreticum est. Quod vero aliqui morientes statim mergantur in infernum, & ita signauit rem continuam esse mori, & ad inferos deduci sicut mori,& sepeliri, ergo aliqui morientes statim ducuntur ad inferos.

Secundo quia si nullus statim moriēs deduceretur ad inferos, nullus esset pro quo orari non posset, quia solus locus de quo non est redēptio,est locus damnatorum,ergo quandiu nō fuerit ibi quis,poterit pro eo orari, ga potest liberari: si nullus ergo illuc statim descenderet,sed(vt dicunt quidam)expectaretur vsq; ad diē iudicij,nullus esset pro quo nunc orari non posset, sed falsum est,quia si qui moriātur in notorijs peccatis non est pro eis orandum , ergo illos iam asserimus damnatos in gehēna. Tertio detur,quòd aliquis moriatur in mortali,quæritur an iste statim mergetur in gehennam,aut non,si mergitur habetur propositum, si non,quęritur quid illud impedit cum huic sit debita gehenna, & non inuenietur aliquid quod illud impediat,quia nulla bona opera impedire possunt, nā quāta cunque fecerit siue in mortali siue in charitate nō sunt ei iam meritoria,vt ostensum est prec.q.ergo statim ibit ad gehennam.Quarto quia huic animę solutę necesse est dari statim aliquod receptaculum, cum nulla anima sit extra receptaculum, & sunt quinque, & nullum cōpetit nunc nisi gehēna, ergo illa dabitur. patet , quia non datur cęlum empyreum , quia est in mortali, non Lymbo puerorum , quia habet peccata actualia,non ēt Purgatorium,quia locus ille est eorū, qui sine mortali culpa decesserūt in aliquo tamē reatu pęnę,non etiā Lymbus Sanctorum,quia ibi nemo est , ergo manet sola gehenna , & illa statim dabitur. Quinto quia qui digni sunt vita ęterna habent aliquādo impedimenta quędam:ideo tenentur in alijs receptaculis antequam illuc eāt,s.in Purgatorio,vt omne, quod purgādum est ibi purgetur , vt puri ad vitā ęternam ascendāt,sed ad habēdam gehēnam nulla dispositio necessaria est , & nullum receptaculum deseruit gehennę , vt præambulum sicut Purgatorium ad vitā ęternā,ergo multi sunt,qui statim ferūtur ad gehēnā. Dicēdum,ergo generaliter , ꝙ sicut in corporibus est grauitas,& leuitas qua feruntur in suū locū, ꝙ est finis motus ipsorū,ita est in animabus meritū,& demeritū quibus animæ perueniunt ad pręmiū,vel pęnam,quę sunt fines actionū ipsarū, vnde sicut corpus per grauitatem, & leuitatē statim fertur ad locū suū nisi prohibeatur,ita animę statim soluto vinculo carnis ꝙ quod in statu vię detinebātur, statim pręmium consequuntur,vel pęnam,nisi aliquid impediat,sicut interdū impedit consecutionem pręmij veniale peccatum quod prius purgari oportet,ex quo fit,vt pręmiū differatur, & locus interim deputetur animabus ad purgandum id,quod impedit , cū vero nihil fuerit, quod impediat necesse est, vt anima statim euolet ad locū ꝑmij . Alia insuper ratio est quantum ad animas sanctas, vt statim euolent : nam ante Christi mortem ponebatur Lymbus Sanctorum patū,in quo manebant animę, quæ nullo reatu pęnę, neque macula aliqua tenebantur, quia solum expectabant mortem Christi, vt per eum liberarentur inde, & liberati sunt,ergo iam nulla cauta est, vt qui nulla culpa , aut reatu tenentur statim euolent ad vitam æternam , quia aliàs non expectarent Sancti, qui in Lymbo erant aduentum Christi post mortem , sed ibi expectarent diem iudicij,non ergo manet iam aliqua causa dilationis quin euolent, qui dispositi sunt , necesse est autem dici Sanctos, qui in Lymbo erant liberatos esse , cum sit articulus fidei Christum descendisse ad inferos , & non descendit,nisi vt vinctos eriperet sicut dixit Zacharias, tu autē in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua Zacha. 9. cap. & quos eduxit de inferis deduxit in cœlum , quia ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, idest, Sanctos qui captiui tenti fuerant, ergo per mortem Christi impedimento sufficienter ablato impossibile est aliquid occurrere, propter quod illi, qui sufficienter fuerint dispositi, idest, existentes sine culpa, & reatu pœnæ impediantur statim euolare, sed necesse est, quod euolent in vitam æternam. de inferno simile est.

Ad primum in contrariū dicendum,ꝙ animę Sanctorum recedentes de corporibus statim volant in vitam ęternā, cū vero Glo.dicit,ꝙ non statim erunt vbi erūt Sancti ꝙbus dicitur, venite benedicti,intelligitur, quòd non erunt in eodem statu , vel conditione, sed in eodem loco erunt:nam Sancti quibus dicetur , venite benedicti,habebunt corpus,& animam reunita, sed animæ Sanctorum hinc recedētes habent vitam æternam,non tamen sunt reunitæ, ideo non sunt ibi, ideſt in tali statu,& ipsa glo.sic se exponit dicens,non ibi eris vbi Sancti erunt , ideſt non habebis geminam stolam quam Sancti habebunt post resurrectionem . Ad ſm dicendum,ꝙ inter illa receptacula abdita quibus continentur animæ in tpe , quod est inter hominis mortem,& eius vltimā resurrectionem computātur infernus gehēnæ,& Paradisus,quia aliquæ animæ sunt in his locis.Cum vero dicitur,ꝙ tunc frustra immo falsè distinguit Aug. tempus quod est inter mortem,& resurrectionem ab eo, quod erit post resurrectionem.Dicendū,ꝙ conuenienter distinguit, & hoc propter duo. primo quia ante resurrectionē sunt plura receptacula quam postea erunt: nam nūc quinque sunt, tunc vero tantum tria, s.Paradisus, & gehenna, & Lymbus paruulorum , manebunt autem purgatorium,& Lymbus Sanctorum vacua, ideo ratio distinguendi est inter tempus, & tempus .

Secundo,quia receptacula nūc sunt abdita,& tunc non erunt abdita.& iste est verus sensus Aug. nam ipse vult, ꝙ hoc tempore sunt nobis ignota receptacula animarum, tunc vero non.Et verum est,quia nunc de nullo moriēte regulariter scimus statum, & locū . Aliqui enim sunt apud inferos qui putātur esse in cęlo, & è contrario . loca quoque receptaculorum nescimus determinate,sicut Aug.dixit nullum hominū scire qualis sit ignis gehennę,& in qua parte terrarū, sed post resurrectionem omnia hæc erunt nota, quia in iudicio præsentabuntur omnes coram Christo ad Ro.14.& 2.Cor.5.c.& erunt omnes boni ad dextram, & omnes mali ad sinistram,vt patet supra in litera.iō ex hoc ordine cognoscet quilibet de omnibus , & de singulis,an damnati , vel beati erunt, & ideo manifeste sciet quæ receptacula eis debebuntur. & hoc non solum,sed etiā singulorum merita,& demerita erunt omnibus nota. sic patet 1. Cor.4.c.s. itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus,qui illuminabit abscondita tenebrarum , & manifestabit consilia cordium , & tunc laus erit vnicuique a Deo. ergo verum est , ꝙ post resurrectionem non erūt animę,siue hoīes in receptaculis abditis, quia nota illa erunt omnibus quantum ad locū in quo sunt , & quātum ad omnes qui ibi sunt . & ita verū est, ꝙ nūc sunt aliquæ animæ in inferno damnatorum , & aliquæ in Paradiso,& dicunt esse in receptaculis abditis ibi manēdo, sed post resurrectionem nulla anima erit in receptaculo abdito,licet ibi sit . Ad tertium dicendum, ꝙ differtur resumptio corporum ad beatitudinē corporum vsque ad diē iudicij , & tūc omnes simul Sancti corpora resumēt,sed non est conueniēs, ꝙ animæ omnes suspēdantur a gloria quā habituræ sunt vsque ad diem iudicij,vt omnes simul incipiant gloriam habere. Primo quia maior continuatio est inter corpora quam inter animas , nam omnia corpora humana sunt ex vno corpore iuxta illud Actu.17.c. ꝙ Deus ex vno fecit omne genus hominum. animæ autem non habent aliquam deriuationem, neque traducuntur , quia sunt puri spiritus , & ideo indiuisibiles , sed decisio, & deriuatio, & traductio non fit, nisi in eo, quod diuidit,& corporale est , ideo aliqualiter conueniens est, ꝙ omnia corpora simul accipiant gloriam , & ad hanc se expectent, vt simul illam capiant in die iudicij,sed de animabus non est talis ratio, vt se expectēt, quia vna nō est de origine alterius, neque aliqua germanitate iunguntur, nisi inquatum sunt formæ pertinentes ad eandem speciem, ideo quælibet per se accipiet gloriam suam mox, vt ad hoc apta fuerit.

Secundo,& præcipue,quia si anima nō capiat gloriā suam statim,vt meretur illā , & est disposita ad capiendum, patitur magnum detrimentum.corpus vero etiam si non capiat gloriam, non sustinet detrimētum,ideo non recipit statim gloriam, sed omnia corpora simul.Et patet,quia anima soluta a corpore manet viuens,& suscipit bonum,& malum,& si non detur ei præmium suum statim , vt est disposita ad illud capiendum, toto illo tempore quo non accipit patietur , quia spes quæ differtur affligit animam. non est autem conueniens,ꝙ anima tunc affligatur, ideo statim accipit beatitudinem , corpus autem solutum ab anima nō viuit,nec sentit,ideo etiam si nunquam daretur ei beatitudo nullum detrimētum sentiret, ideo etiam si differatur vsque ad finē seculi non est inconueniēs aliquod.si autem corpus resolutū sentiret malum aliquod ex carentia gloriæ, necesse erat, vt daretur ei gloria statim , vt datur animæ , sed non sentit , ideo differtur vsquequo sit conueniens dari , & hoc est,quando omnibus simul dabitur.

Tertio quia si animæ nō datur gloria statim, vt est dispositā ad recipiendum fit ei iniuria, quia tollitur ei debitum pro eo tempore quo erat debitum , & cogitur sustinere pœnam iniuste , corpori autem nihil iniustum fit etiam si nunquam daretur gloria,quia corpus per se nō fuit merens,vel demerens, neque reseruatur ratio personæ in corpore, ita vt aliquid possit ei esse debitum,aut iustum,vel iniustum: animæ autem debetur aliquid , quia in ipsa seruatur totum esse hominis,cui debebatur gloria,& pœna, ideo nō est iniustum si gloria corporum differatur,sed esset iniustū si differretur gloria animarum . sed est sic de corpore , sicut de rebus nostris, quia quicquid fiat circa illas nō fit eis iustum,aut iniustum,secundum quòd bonum, aut malū circa eas geritur , sicut siquis domū meā demolitus fuerit, domui quidem nihil, sed mihi iniuriā facit, sic si domum meam reueritus fuerit non audēs tangere eam,domui bonum nō impenditur , sed mihi præstatur honor , ita & corpus est aliquid hominis quasi pars , & est aliquid animæ quasi per eam informatum , & administratum, ideo si corpori gloria detur honoratur anima,& homo cuius est.Si autem nūquam ei gloria detur fit iniustum quoddam animæ, vel homini , cum corpus sit instrumentum coniūctū merendi,& pertineat ad speciē, ideo aliquādo ei gloria dabitur,& hoc tunc,quando erit debita , vel cōueniens.non igitur oportet statim dari,neque est inconueniens .

Sed obijcietur,quòd sit inconueniens,quia cū corpus sit instrumentum coniunctum meriti , & demeriti, debet esse particeps gloriæ,& pœnæ,& ideo sicut animæ pro bono opere datur gloria, ita & corpori dari debet.ergo vniri debet statim corpus animę,vt gloriam percipiat.

Dicendum, ꝙ non fit iniustum animæ, ꝙ nō vniatur statim ei corpus ad participandum gloriam eius, cum ex cōditione meriti non debeatur animæ, vt statim vniatur ei corpus. & ideo satis est,quòd aliquādo vniatur ei.& hoc fit in die iudicij.nam non est limitatum tempus quo corpus debeat vniri animę ex ratione meriti , sicut est determinatum tempus quo anima debet accipere gloriam.

Secundo,& precipue,quia quantumcunq; differat tempus vnionis huius nō fit iniustum aīę, neque hoī, quia nihil minuitur de gloria debita homini,ideſt toti coniuncto ēt si nō vniatur ei corpus, quia totā gloriam quam aīa, & corpus simul habere debent habet sola aīa , & non additur aliquis gradus gloriæ per aduentum corporis: nam si aliquid adderet hoc deesset

ei toto tempore præcedēte: & ideo cum hoc meruiſ- F
ſet, & nondum eſſet datum fieret iniuſtum quouſq; daretur: ſed nihil addit, ideo ſiue ſtatim, ſiue tarde fiat vnio corporis ad animam nullum iniuſtum fit, quia nihil minus habet ſic quam ſic de præmio anima.

Quarto quantum ad principale dicendum, ꝙ non eſt inconueniens, quòd ſimul detur gloria omnibus corporibus, & non omnibus animabus, quia ꝙ in die iudicij reſumātur ſimul corpora ab omnibus animabus, non fit præcipue, vt non præcedat aliquis homo alterum in gloria corporis, ſed quia eſt inconueniens vnum hominem reſurgere ante alium, quia cū reſurrectione oportet eſſe iudicium generale, in quo oēs homines preſentandi ſunt ante Chriſtum in corpori- G
bus & animabus, & debet immutari tota humana habitatio, & omnia elementa per ignem conflagrationis: & ita debent præcedere ad reſurrectionem, vt depurentur omnia corpora, & tamen ſi omnia nō reſurgant ſimul, non poterit fieri iudiciū poſt reſurrectionem generalem, & conflagrationem præcedentē ad cuiuslibet corporis immediatam depurationem. ergo neceſſe eſt, ꝙ omnia corpora ſimul reſumātur, & per omnes ſimul erit gloria omnium corporū, licet non ſit ſimul gloria omnium animarum. hoc aūt apparet per pœnam damnatorum, quia etiam torquentur nunc aīæ ſolæ damnatorum, & aliquando ſimul aīæ cum corporibus torquebuntur, quia fuerunt corpora inſtra malarum operationū: & tū non ſtatim re- H
ſumunt animæ damnatæ corpora, vt in eis puniātur, ſed ſimul omnes corpora accipient, & hoc erit quando beatæ animæ corpora accipient, & tamen licet inter aīas beatas aliqua connexio ſit. ſ. vt ſe expectēt ad ſimul accipiendum corpora, vt ſimul accipiāt gloriā, & ſimul gaudendo de cōi bono ſit maius bonum ſingulorum, inter animas tū beatas ad animas damnatorum nulla eſt connexio, vt ſe debeant expectare ad ſimul accipiendum corpora, cum ille ſumat ea ad gloriam, & iſte ſumat ad pœnam, & tū ſimul corpora accipient. ergo iſta expectatio non fit præcipue, vt oēs beati ſimul incipiant habere gloriam corporum, ſed vt omnes homines ſimul reſurgant, quā reſurrectionem omnium ſimul fieri conueniens eſt, & ita nō ſe I
expectant aīæ ad accipiendum gloriam, licet hoc in corporibus fiat, quia eſt per accidens, vt dictum eſt.

Corpora ſunt inſtra malarū operationū, & bonarum.

Ad quartum dicendum, ꝙ ſententia ſemper præcedit executionem ſuam. & ideo cum in iudicio dicat, venite benedicti, & ite maledicti &c. neceſſe eſt, ꝙ iſta executio accipiendi regnū, & eundum in ignem non præceſſerit. præceſſit tū quantum ad aīas, quia animæ beatorum iam poſſederunt, & poſſident regnum, ſed hoc nouum in eis fit, quia ſimul in corpore, & aīa illa regna nondum poſſederunt. ſimiliter quātum ad dānatos: nam animæ damnatorum apud gehennam cū diabolo, & Angelis eius iam cruciatæ erant, & tamen nondum corporaliter ibi cruciabantur, nunc vero illuc nouiter vadunt, vt corporaliter in æternū crucientur. ergo iſta executio quantum ad hoc non præceſſit K
licet aliquomodo præceſſit. & ſic reſpondet Greg. 4. lib. Dialog. vbi quæſtionem iſtam mouet.

An animæ exiſtentes in inferno, vel Paradiſo aliquando inde exeant. *Quæſt.* DCCLII.

QVAERETVR, an animæ exiſtentes in inferno, vel Paradiſo aliquando inde exeant.

Aliqui dicunt quòd non, dicit enim Aug. in lib. de Cura agenda pro mortuis, ſi rebus viuentium vterentur animæ mortuorum, vt de alijs taceam meipſum pia mater nulla nocte deſereret, quæ terra mariq; ſecuta eſt, vt mecum viueret. Et ex hoc cōcludit, quòd animæ defunctorum rebus viuentium nō interſunt, ſed intereſſe poſſent ſi de ſuis receptaculis exirent, ergo non exeunt.

Secundo quia de bonis dicitur Pſal. 26. vt inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ergo ſp manent boni in Paradiſo, & nunquam exeunt, quia ſi aliquando exirent non manerēt ibi omnibus diebus. de malis autem patet, ꝙ non exeant de inferis, quia dicitur Iob 13. c. qui deſcendit ad inferos non aſcendet. ergo tam boni q̄ mali a ſuis receptaculis non exeunt.

Tertio quia receptacula dantur in pœnam, vel præmium animabus poſt mortem, & tamen nō minuuntur præmia bonorum neque pœnę malorum. minuerentur autem ſi contingeret eos de ſuis receptaculis exire, ergo non exeunt.

Alij dicunt, ꝙ tam de inferno quam de loco Paradiſi animæ exire poſſunt, & aliquando exeunt, & maxime iſta poteſtas videtur conceſſa animabus beatis.

Et primo quia dicit Hierony. ad Vigilantium alloquens eum ſic: aut enim vel in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel ſubter aram Dei animas Apoſtolorū & martyrum conſediſſe, nec poſſe ſuis tumulis cū uoluerint adeſſe præſentes, & ita tu leges Deo pones, tu Apoſtolis vincula inijcies, vt vſque ad diem iudicij teneantur cuſtodia, nec ſint cum Domino ſuo, de quibus ſcriptum eſt. ſequuntur agnum quocūque ierit, ſed agnus vbique eſt, ergo & hi qui cum agno ſunt eſſe credendi ſunt. Et ſic ridiculum erit dici, quòd animæ quæ ſunt in Paradiſo, inde non exeant. Secundo, quia non ſunt maioris priuilegij dæmones quam beati, ſed dæmones exeunt de inferno, & vagantur per totum mundum. ergo & animæ Sāctorum poſſunt exire de loco Paradiſi. ſic dicit Hierony. arguens contra eundem Vigilantium, cum diabolus & dæmones toto vagantur orbe, & celeritate nimia vbique præſentes ſint, martyres poſt effuſionem ſanguinis operient incluſi, & exire non poterunt? quaſi dicat, inconueniens eſt.

Tertio poteſt argui de animabus damnatorū. non eſt maior damnatio aīarum quam dæmonum, ſed licet dæmonibus eſſe aliquando extra infernum, quia toto vagantur orbe, vt dixit Hiero. ergo & animæ dānatorum ire poterunt aliquando extra inferos. Quarto apparet, quia Greg. 4. lib. Dialo. oſtendit de multis mortuis qui apparuerunt viuentibus, vel viſi ſunt ab eis, tam de damnatis quam bonis, ergo poſſunt exire de ſuis receptaculis, ideſt de Paradiſo & inferno.

Dicendum ꝙ aut quæritur generaliter quantū ad omnia receptacula, ſ. an animæ aliquando de ſuis receptaculis exeant, vel quæritur ſpecialiter de Paradiſo & inferno. Si primo modo dicendum, ꝙ interdum exeunt animæ de ſuis receptaculis, nam animæ quæ tenentur in Purgatorio exeūt inde expleta purgatione, & illuc nunquam redeunt, etiam animæ exiſtētes in Lymbo Sanctorum exierunt inde in morte Chriſti, & amplius non redibunt.

Si ſecundo modo dicendum, quòd aut quæritur, an animæ inde exeant quaſi illuc nunquam reuertantur, aut quòd exeant inde quaſi aliquando rediturę.

Si primo modo dicendum, quòd nulla anima exit de Paradiſo, quia tunc deſineret eſſe beata poſtquam eſſet beata, quod eſt contra conditionem beatitudinis. de neceſſitate enim beatitudinis eſt perpetuitas, & ſecuritas de illa. Item quia ſic nulla anima vellet exire de Paradiſo, quia ibi eſt ſummum bonū. nemo aūt ſpontaneus, & ſciēs deſerit ſummum bonum, & miſer efficitur, ergo nulla anima exiret de Paradiſo, niſi expelleretur, ſed nulla expellitur, quia iniuſte fieret, cum nulla poſtquam ibi eſt, poſſit demereri beatitudinem quam habet, ergo nulla de Paradiſo exit.

Simi-

Similiter neque aliqua anima exit de inferno, quia A
ſic anima, quę ſemel eſt damnata deſineret eſſe damnata, & eſſet iam redemptio in inferno, quod falſum eſt. Si ſecundo modo, ideſt, quòd anima exeat aliquādo reditura, poteſt dupliciter accipi. Vno modo, quòd dum eſt foris non participet conditione receptaculi, ideſt, quòd neque habeat gaudium pro tunc illa, quæ exit de Paradiſo, neque habeat tormentum illa, quæ exit de inferno. Alio modo, quòd dū foris manet participet conditione receptaculi, ideſt, pœna & gaudio. Si primo modo dicendum, ꝙ non contingit aliquam animam exire de ſuo receptaculo, & patet de Paradiſo, quia beatitudo Paradiſi eſt in viſione Dei, Deus aūt non ſolum eſt in cœlo empyreo, ſed vbique, ideo quęcunque anima habuerit lumen glorię, per quod B
Deum videre poſſit, vbicunq; ſit videbit Deum, quia Deus nulli loco deeſt, vnde & in inferno cępit primo videri a beatis animabus: ideo etiam ſi exeant de cœlo empyreo ſemper vident Deum, & habent illum gradum gaudij quē habent quādiu manent in empyreo.

Item ſi exeundo de Paradiſo cōtingeret perdi gaudium, nulla anima vellet inde exire, quia ſicut nullus, qui beatus eſt vult fieri miſer in æternum, ita neq; ad tempus, & tamen perdere beatitudinem ad quātumcunque tempus eſt effici miſerum, ergo nulla vellet exire de Paradiſo niſi expelleretur, nulla tamē expellitur, vt dictum eſt. De inferno idem eſt: nam ſi anima ſemel damnata deſineret torqueri deſineret eſſe dānata, & miſera, ſed ſicut vera beatitudo eſt neceſſario C
perpetua, ita vera miſeria perpetua eſt, ergo nō poteſt deſinere eſſe poſtquam cęperit.

Eſt etiam dicendum, quòd ſicut eſt de ceſſatione totali beatitudinis, & miſeriæ, ita eſt de diminutione gaudij, & pœnæ, quia vtrobique eſt incōueniens: nam non eſt modus quo anima exiens de Paradiſo minuatur in gaudio, cum ita Deum clare videat ſicut quando eſt in cœlo.

Item quia ſi minueretur non vellet aliqua anima exire cū nollet pati damnum. De damnatis idem eſt, quia ſicut non permittuntur exire, ita vt deſinant torqueri, ſic neque debent dimitti ſi pœna minueretur, quia reciperent bonum quoddam iniuſte. Item non eſt modus quo minuantur tormenta in exitu, quia pa- D
tiuntur ab igne ſpiritualiter, & non per alterationem, quę fiat ſecundum contactum. Si ſecundo modo, ſcilicet, quòd exeundo retineant cōditiones receptaculorum in gaudio, & pœna, dicendū quòd conſideratur dupliciter, aut quantum ad conditionem naturalem animarum ſeparatarum, aut quātum ad diſpoſitionē diuinæ prouidentię. Si primo modo dicendum, quòd animę nō exeunt de ſuis receptaculis, neque beatę de cœlo empyreo, neque damnatę de inferno, & nō intelligitur ſecundum cōditionem naturalem, ideſt, quòd ſit conditio ſeparatarum animarum immobiles fieri, vel ꝙ receptaculum in quo manent eas alligatas contineat, ſ. quia nihil iſtorum eſt, ſed quia non habent alium de ſuis receptaculis: nā omnis motus ſit propter E
aliquam indigētiam, ſi ergo animę ſm conditionem ſuę naturę exire deberēt hoc eēt propter aliqd quod competeret eis, & bonum eſſet ſm cōditionē ſui ſtatus, & hoc non, quia non eſt aliqua cauſa exeundi niſi ad conuerſandum aliqualiter cū hominibus, & tamē animabus ſeparatis ſm conditionem ſuæ naturæ non competit cū hominibus conuerſari. Eſt enim conditio animarum ſeparatarū puros ſpiritus eſſe, & in cognitione nullo ſenſu vti, neque a rebus recipere, ſed per influxum ſuperiorum ſubſtātiarum ſeparatarum, & in exprimendo non vti organis vocalibus, neq; ratione particulari, q̄ eſt intellectus paſſiuus ad formationem verbi medij inter mētale, & vocale, ſed ſolis verbis intellectualibus notificant: conditio aūt hominis eſt ex ſenſu accipere omnem cognitionem, & per organa vocalia facere expreſſionem: ideo cum in nullo concordet humana conditio cum animabus ſeparatis non conuenit animabus ſeparatis ſecundū ſuam conditionem naturalem conuerſari cum hominibus, & tamen nulla cauſa eſt illis exeundi de ſuis receptaculis niſi, vt rebus humanis ſe immiſceant, ergo nō exibūt inde, & hoc ita eſt quantum ad beatas ſicut ad damnatas, quia eadem eſt cōditio naturalis vtrarumque, cum vtręque ſint abſolutę corporibus, & iam nō retineant conditionem humanam. Sed obijcietur, ꝙ competat illis exire de receptaculis, vt ad homines veniant ſi permittātur, & hoc propter ſuam conditionē, primo propter amorem, quia viuentes amauerunt aliquos, & in morientibus non perit amor ſiue honeſtus ſiue inhoneſtus ſit, quia amor paſſio eſt animę, & non extinguitur cum illa maneat, maxime quia non repugnat ſtatui animæ ſiue damnatę ſiue beatæ. Secundo propter ſuffragia, quia veniendo ad homines accipiēt ab eis ſuffragia, quę ipſis bona ſunt. Dicendum, quòd non comperit eis venire ſecundum ſuam conditionē naturalem propter aliquid horum ad homines, neq; eſt eis cōuerſatio nra bona in aliquo quantū ad conditionem naturalem. Vnde etiam ſi permitterentur venire ad nos, non venirent hac intentione, ſicut in hominibus eſt, quòd mutato ſtatu ſecundum politiam incipiunt eſſe alia, & alia bona. Et ideo incipiunt eſſe alij amici vtiles, & alij delectabiles, ſic multo fortius mutato ſtatu ſecūdum naturam erit aliud, & aliud bonū quā prius, & ideo cupiet quis quod prius cupiebat, neq; idē ſibi placebit, ſic āt eſt de animabus ſeparatis, quia ſtatus earū variatur a noſtro ſtatu nō ſolū ſm politicā, ſed potius ſm naturā, quia totum, quod in nobis eſt principiū conuerſationis, & operationum, ſ. ꝙ aprehēſio ſenſitiua, & expreſſio organica deficit in eis, ideo neceſſe eſt, ꝙ ea, quæ ſunt nobis bona non ſint illis bona, quia nobis ſunt bona vtilia, quæ proſunt ad neceſſitates vitę, & delectabilia ſecundum ſenſum, illis vero nihil eſt vtile, quia nullo indigent ad ſubſtentationem cum ſint immortales. Etiam nihil eſt delectabile, quia ſenſu non vtuntur, ergo nihil eſt in bonis noſtris, quod animæ ſeparatæ cupiant, ſed qui cum altero conuerſatur, ideo conuerſatur, quia conuiuere eſt bonum quoddam, vnde hunc poſſuerunt eſſe actum amicorum, ideo animę ſeparatę nullā cauſam habent conuerſandi nobiſcum, neque conuerſationem capiunt, bonum autem, quod illis aduenire poſſet eſt ſecundum intellectum, cum ſint ſubſtantiæ pure intellectuales, & a nobis illud nō poſſunt accipere, cum cognitio ſua non ſit a ſenſu nec ſit per doctrinam ſicut noſtra, ſed eſt per influxum ſpecierū factū a ſuperioribus ſubſtantijs, & ideo ſecundum ſuā conditionem naturalem inquantum ſunt ſubſtantię ſeparatę non conuenit eis noſtra conuerſatio, neq; cupiūt eam. Ad primum horum cū dicitur ꝙ manet in eis amor tam honeſtus quàm inhoneſtus, quia eſt paſſio animę, dicendum quòd amor poteſt accipi prout eſt affectio, & pertinet ad concupiſcibilem, vel prout eſt actus electionis, vel habitus ad volūtatē pertinens: accipiendo primo modo nō manet amor in animabus ſeparatis, qa nō manet in eis pars affectiua, ſicut neq; ſenſitiua, quia iſtæ ſunt partes animales, & ideo etiam damnati de quibus magis videbatur, quòd retinerēt tales amores non retinent eos, quia eſt contra conditionem animę ſeparatę. Accipiendo ſecundo modo poteſt manere amor in anima. Sed eſt dicendum, quòd aut quæritur de bonis, aut damnatis, ſi de bonis eſt verum, quòd amant eos quos dilexerūt honeſte,

ſte, non quaſi cõditio naturalis animarum beatarum hoc exigat, ſed charitas eas mouet, quæ cõiungit oẽs bonos in vinculo pacis: & accidit illud animabus beatis quod nobis, qa nos multos ex charitate diligimus, quos ex inclinatione naturali non amamus, ſed potius deteſtamur, ſicut hoſtes, & eos qui nobis nocuerunt: & aduerſantur in nobis duo iſti amores, ſcilicet, charitas, & affectio ſm carnem: ſic & in animabus ſeparatis aliud ſuader charitas, & aliud naturalis conditio, quia ex naturali conditione nõ habent vnde moueantur ad amandum nos, & cupiendum bona noſtra, vel illud eſt paruum. Ex charitate autẽ valde mouentur ad hoc, & apud Deũ pro nobis orant. Sed dicẽdum, ꝙ quantumcunq; aliqui fuerint amici honeſti nõ manet amicitia in mortuo beato, quia amicorũ honeſtorũ bonum eſt conuiuere, & licet propter ſola laudabilia, & honeſta ſe ament, tñ bonũ quoddam petunt, quod alterutris ſit in conuiuere ex alterutrius virtute, vel bono, & tñ iam non põt aïæ ſeparatæ aliquod bonum ex conuerſatione viuentiũ accidere, iõ nõ manet amicitia, neq; deſideriũ ad conuiuere. De amicitia inhoneſta damnatorũ, ſ. propter vtile, vel delectabile, dicendum ꝙ non manet, quia vt dicitur ſupra 8. Ethic. Iſtę amicitiæ cito tranſibunt facto altero, & altero vtili, & delectabili propter quod erant, ſed ad mortuos non manet aliqua vtilitas, quia nullis rebus noſtris indigent, neque eis prodeſſe pñt, neq; illas poſſidere curant: delectabile quoque non manet idẽ, quia nunc delectabile a quo vocamus amicos, delectabiles eſt ſm ſenſum, ſed in aïabus ſeparatis nõ manet ſenſus, ideo neque delectatio ſecundum ſenſum, vnde licet quis damnatus amauerit hic ardentiſſimo, & inordinato amore viuentem adhuc mulierem, a qua ſimiliter redamaretur, non amat eam poſt mortem, quia non manet cauſa amoris, ideſt, delectatio quæ in amore petebatur, quæ in anima ſeparata eſſe nõ põt, iõ generaliter damnati non habent amicitias ad eos ad quos hic habuerunt, manet tñ peruerſa eorum voluntas, quia vt ſibijpſis placerent, amauerũt illos, & nunc peruerſitatem iſtã retinẽt, quia in damnatis non põt corrigi voluntas, cum nunq; ſint habituri charitatẽ. Et ex hoc ſequitur quod dicebatur, ſ. ꝙ nõ habeant cauſam exeundi de ſuis receptaculis tam boni, quàm mali, quia non exirẽt niſi vt ſe rebus humanis miſcerent, & tamen nõ cupiunt ſecundum ſuam conditionem naturalem eis miſcere ſe, quia nõ prouenit eis bonum aliquod ex conuerſatione, ideo nõ exeunt propter amorem de receptaculis.

Ad ſecundum dicendum vno modo, ꝙ neq; propter ſuffragia accipienda volunt ad nos venire: nã hic loquimur de aïabus Paradiſi, & gehennę, & tñ his nõ cõicantur noſtra ſuffragia, aïabus quidẽ Paradiſi non cõicantur, quia illis non indigent, aïabus aũt damnatis non cõicantur, quia non poſſunt, cum non ſint de corpore noſtro, quia in charitate non ſunt.

Alio modo dicendũ, ꝙ ẽt ſi loqueremur generaliter de oĩbus aïabus, q̃ ſunt in receptaculis, quarũ aliquibus proſunt ſuffragia, vt exiſtentibus in Purgatorio, adhuc non venirent ad nos propter ſuffragia ſm conditionẽ ſuã naturalem, quia ſuffragia nõ competunt ſecundum conditionem naturalem, ſed ſm ordinem diuinæ prouidentiæ, ſm quem animæ ordinãtur ad beatitudinem maiorem, quam naturaliter habere poſſint, & datur etiam diuinitus modus perueniẽdi ad illam beatitudinem. Et ideo ſicut beatitudo animarum eſt vltra naturalem conditionem, ita & id quo peruenitur in beatitudinem. Et ſic ſunt ſuffragia, ideo nõ mouentur ad aliquid horum ſecundum conditionem naturalem, vt ad nos venire velit.

Si autem ſecũdo modo, ideſt, quæratur de animabus, quantum ad diſpoſitionem diuinæ prouidentiæ, longe aliud eſt, ſic dicit Aug. lib. De cura agenda pro mortuis, alij ſunt humanarum limites rerũ, alia ſunt diuinarum ſigna virtutum, alia ſunt quæ naturaliter, alia quę mirabiliter fiunt. & hoc modo ſecundum diſpenſationem diuinæ prouidentiæ, animæ exeuntes de ſuis receptaculis, tam de Paradiſo, q̃ de gehenna ſe hominum viſibus præſentãt. De Paradiſo patet, ſicut de Fęlice martyre, qui ciuibus Nolanis ſe viſibiliter exhibuit cum in bello a Barbaris impugnarentur, vt dicit Aug. eodem lib. De cura agẽda pro mortuis: & ſimiliter apparuiſſe aliquando dicuntur Sancti viuentibus, quorum animas conſtat eſſe in Paradiſo. De damnatis idem dicendum, ꝙ aliquando appareant viuentibus, & fit dupliciter: vno modo vt ſolum videãtur, & nõ loquantur, ſicut refert Greg. 4. Dialo. de anima Theodorici regis, quã vidit quidã mitti in ollã Vulcani: aliqñ aũt loquũtur viuentibus, & hoc ad terrorem viuentium, vel ad eruditionem noſtram, vt cum animæ illę viuentibus teſtatę fuerint mala ſua, timeãt & caueant viuentes, & non veniant in locum illum tormẽtorum, pro qua cauſa petebat diues Lazarum mitti ad fratres ſuos, Lucę 16. cap. Ad ſuam autem vtilitatem nunquàm manifeſtantur, quia nihil ex noſtris ſuffragijs conſequi poſſunt.

Sed iſta differentia eſt inter Sanctos, & damnatos, quia Sancti quandocunque voluerint poſſunt apparere viuentibus, non autem damnati, ſic enim Sancti viuentes in carne per donum gratiæ gratis datæ accipiunt vt ſanitates, & ſigna perficiant, quæ non niſi diuina virtute mirabiliter fiunt, quæ quidem ſigna ab alijs hoc dono carentibus perfici non poſſunt, ita nõ eſt inconueniens vt ex virtute gloriæ aliqua poteſtas animabus Sanctorum detur, per quam poſſunt mirabiliter apparere viuentibus cum volunt, quod alij nõ poſſunt, niſi permittantur ſpecialiter.

Secundo apparet, quia nõ eſt dubium, quin animę beatæ habeant plenam libertatem faciendi quod voluerint, & nihil eis obſtet, quia alias beatæ non eſſent, quia beatus habet omne quod vult: ideo certum eſt quòd quotieſcunque voluerint apparere viuentibus, poterunt, & apparebunt, nihil eſt enim quod eos impediat, an vero aliquãdo velint dubium eſt: nam propter ſe nunquàm hoc faciunt, propter nos vero, aut propter Dei laudem interdum illud agunt.

Tertio, quia conſtat, quòd in reſurrectione dabitur corporibus beatorum dos agilitatis, quæ eſt ad motum, ſed hæc eſſet fruſtra, niſi aliquando moueręmot

Christi de illis, qui interim ibi manebant. Aliqui putant, quòd erat idem quod nũc est de animabus Paradisi, quia idẽ locus est formaliter: nã in Sinu Abrahæ erant animę illę, vt dixit Christus Luc.16.cap. & nunc quoque animę Sanctorum in cęlo existentes dicũtur esse in Sinu Abrahę, cum Ecclesia oret animas Sanctorum ferri in Sinum Abrahę, sed animę, quæ sunt in cęlo possunt exire, & exeunt quando volunt ad nos, vt supra dictũ est, ergo & animę, quæ in Lymbo erãt Sanctorum poterant exire. Dicendum, ꝙ non procedit argumentum, quia nõ est simile: nam animę, quæ nunc sunt in cęlo sunt beatę, & ideo quidquid volunt possunt, & si volunt ad nos exire exeunt, sed animę, q̃ erant in Lymbo Sanctorum non erant adhuc beatæ, sed in via, & pœnalitatem quandam habebant, si carentiam visionis Dei: ideo non est necesse, ꝙ id, quod ipsę vellent fieret, & ita aliter iudicandum est de illis, quã de beatis. Est tamen dicendũ, ꝙ aliquando exire possent licet nõ cõstat an exierint. De primo patet, quia animę defunctorum quantum ad suam cõditionem naturalem non cupiunt exire de suis receptaculis, vt ad nos veniant, quia ex aduentu, & conuersatione nobiscũ non prouenit eis aliquid boni, vt ostensum est, supra de omnibus animabus quorumcũque receptaculorum, quia eorum omnium est conditio vna naturalis, & tamen quantum ad dispensationẽ diuinę prouidentiæ aliquæ animæ exeunt, & apparent vinẽtibus, vt ostensum est de animabus Purgatorij, & Paradisi: ideo dicẽdum, ꝙ exire possent illę, quia ipsa diuina dispensatio secundum quam animæ exeunt ita explerẽtur per illas, quæ in Lymbo erant, sicut per illas, quæ erant in alijs locis, ergo illę exirent. patet quia animæ aliquando exeunt, & ad monendum, & instruendum vt dictum est, hoc autem facere possunt illę animę: nã non possunt minus animę sanctorum, quę tunc erant in Lymbo quàm animę damnatorum, sed illę aliqñ exibant, & exierunt, vt ostensum est supra, & ponit illud Greg.4.lib. Dia. ergo & a fortiori animę Sanctorum exirent, quia magis poterant instruere Sancti, qui plura nouerant, & vtilius instruerent, cum haberent charitatem quàm damnati, qui non habent charitatẽ ad viuentes. Item animę, quę in Purgatorio sunt ad idem exeunt, sed maioris meriti, aut saltem melioris I status erant animę in Lymbo Patrũ quàm in Purgatorio, ergo cum concederetur animabus, quę sunt in Purgatorio exire, cõcederetur etiam eis, quæ erant in Lymbo. Sed dicendum, ꝙ ad duo exeunt animæ de suis receptaculis, s. aut ad suam vtilitatem, aut ad nostram. De sua, vt quando cupiunt suffragia nostra, & exponunt nobis necessitates suas, & suffragia petunt. Ad nostram, vt quando nos instruunt. Primum competit solis animabus, quæ sunt in Purgatorio, quia illis prosunt nostra suffragia, alijs non prosunt, vel non indigent eis: secundum competit animabus Paradisi, & inferni: nam quę in inferno sunt ad nostrum timorẽ, & admonitionem veniunt, & quę in Paradiso eodem modo, cũ bona nostra nõ petant, neq; illis prosint: de animabus Sanctorum in Lymbo eadẽ ratio erat, quia illæ non indigebant suffragijs humanis, cũ essent liberæ ab oĩ culpa, & reatu pœnę, sed sola passione Christi per quam liberandę erant, & ista etiã nullo orante veniret, neque acceleranda erat precibus nostris: ideo non proderant nostra suffragia illis, vnde solum exirẽt ad nostram vtilitatem, i. instructionem, vel admonitionem. Secundo erat an aliquando exierint, & istud non põt nobis constare de facto: nam de animabus damnatis, aut glorię cõstat nobis, ꝙ exeant per assertiones Sanctorum, vt Greg. & Augu. qui nominãt aliquos exeuntes, sed non nominãt aliquos de illis, qui fuerũt in Lymbo, quia nemo est ibi iam, & quotquot ibi fuerũt sunt iam in vita eterna, etiam ex assertionibus eorum quibus interdum animę separatę apparẽt: ideo deprehendimus, quia confitentur se esse animas, quæ nũc de receptaculis suis exeant, sed nõ habemus confessionem aliquorum antiquorum, qui dicerẽt se vidisse animas egressas de Sinu Abrahę.

Est tamen satis verisimile, quòd aliquando exierint, qa occurreret aliqua causa veniẽdi sicut, & nũc: nam eũdem modum apud antiquos habuerũt animę apud Sinum Abrahę, quem nũc habent animę in Paradiso, sed animę de Paradiso exeunt interdum Deo volẽte propter aliquas causas, ergo & tũc vellẽr, quòd aliqua anima de Sinu Abrahę egrederetur. Ad primũ in contrarium dicendum, ꝙ illud nõ probat nõ exire G animas de receptaculis, quia hic agitur de egressu de receptaculis ad veniẽdum ad nos. Ibi autem agitur de transitu de vno receptaculo in alterum, & illud non est cõsuetum maxime de receptaculo bono in malũ. Secũdo quia dives erat in inferno, Lazarus autem in Sinu Abrahę, & de nullo receptaculo transitur ad gehẽnam, quia illud est pessimum omnium receptaculorũ. Tertio quia ibi erat quædam impossibilitas transeũdi, quę nõ est nunc; nam dixit Abraham, magnum chaos firmatum est inter nos, & vos, vt hi, qui trãsire velint nõ possint, nõ est autẽ sic de receptaculo quolibet ad nos: ideo poterãt ad nos venire. Quarto quia rem iniustam petebat dives, s. vt Lazarus mitteretur ad intingẽdum digitum in aquam, & refrigerandum linguam diuitis, vt ille alleuiaretur de tormẽtis, sed nõ H erat dignum illum alleuiari, sicut neque eripi, ideo nõ fuit Lazarus missus, & sic respondit Abraham ad diuitem Luc.16.ca. fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem similiter mala: ideo ille cõsolatur, tu vero cruciaris. Quinto quia quando animę de suis receptaculis ad nos veniunt, propter duo veniunt, aut propter suam vtilitatem, i. suffragia a nobis petenda sicut animę purgatoriæ, aut propter nostram vtilitatem, vt nos admoneãt, sed animę de Sinu Abrahæ nõ poterant ire ad gehennam propter aliquid horum duorum, non propter primum, quia nemo põt recipere suffragia a damnatis cum seipsos adiuuare non possint, neque etiam pro ipsorum vtilitate, quia bona nostra, aut aliorum recipere nõ possunt cum in charitate non sint: ideo non debuit illuc mitti Lazarus, qui erat in Sinu Abrahę, secus de missione ad viuentes, quia poterat illis prodesse admonendo, & instruendo.

Ad secundum dicendum, quod neque missus fuit Lazarus ad domum diuitis ad fratres suos, vt admoneret eos, licet istud de se conueniens esset, quia ad talia solent mitti animæ ad nos de suis receptaculis, sed tunc non missus fuit: primo, quia forte hoc petiuit dives, qui damnatus erat, & licet istud esset de se licitum, non fuit tantæ dignitatis dives, vt exaudiri deberet, & forte quilibet de non damnatis exaudiretur in tali re.

Secundo, quia ista sunt refugia extraordinaria, scilicet, ꝙ animæ separatæ a corporibus mittantur ad nos: nam si mittuntur, potius, aut pluries propter suã, q̃ propter nostram vtilitatem mittũtur, & tamen q̃ propter nostram vtilitatem veniunt, est remediũ extraordinarium, quia habemus hic multa remedia nostræ salutis, & existentibus his non est opus recurri ad extraordinaria, & hoc signauit Abraham quando dixit dives, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum, & dixit Abraham, habent Moysen & Prophetas audiant illos. q. d. ideo non est opus pro tua contuersione mitti mortuos, quia habent viuos, quos audiant.

Tertio

Tertio quia forte non prodesset diuitis fratribus, ꝙ A mitteretur illuc Lazarus: nã remedia ordinaria Deus omnibus hominibus tribuit, sicut facit oriri solem suum super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos supra 5.ca. ita & viam salutis omnibus hominibus prędicari iubet, & dari monita salutis, etiam si nihil apud eos proficere debeant, sicut ipse Christus sępe prędicauit apud aliquos apud quos sciebat non profectura esse verba sua, sed extraordinaria remedia, quæ sunt per operationem supernaturalem nõ tribuit nisi quãdo vtilia sunt. Et forte istos fratres diuitis pręsciebat tales esse, quibus aduentus Lazari, & talia remedia non prodessent: ideo noluit illuc mittere Lazarum, & sic colligitur Luc.16.cum dixit dives, non B Pater Abraham, sed si quis mortuus ierit ad eos pœnitentiam agent, & dixit Abraham, si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit audient. & ideo non debuit mitti Lazarus, quia illi non erant audituri illum.

Quarto quia dato, quòd audituri essent illũ, & conuertendi non mitteretur Lazarus, quia nõ est, necesse quòd quandocunque aduentus animarum ad nos potest esse vtilis veniant, quia hoc esset si aduentus illarũ esset remedium ordinarium. Est tamen extraordinarium, ideo non mittuntur, & sic poterat esse: Abrahã tamen respondit ea, quæ erant notiora, & quæ magis quisque reciperet audiens.

Ad tertium dicendum, quòd verum est has duas C esse causas aduentus animarum de receptaculis suis ad nos, & tamen non ob hoc tollitur aduentus, quia hic petebat dives mitti Lazarum pro vtilitate viuorũ, & dato, quòd pro illa non mitteretur, poterant mitti animæ ad nos ad petenda nostra suffragia.

Sed tunc diceretur, quòd animæ de Sinu Abrahæ nunquam exirent, quia illæ suffragijs nostris non indigent. Dicendum, quòd verum est, quòd pro vtraque causa contingit animas exire: nam animę de Paradiso exeunt, sed constat, quòd non, vt suffragia a nobis petant, sed vt potius auxilia impendant, sicut patet per Aug. lib. de Agendo cura pro mortuis de Felice martyre, qui apparuit visibiliter ciuibus Nolanis cum ob- D siderentur a Barbaris, ita & animę de Sinu Abrahę ad pręstanda auxilia interdum venirent.

Et dicẽdum, quòd nõ negauit hoc Abraham: nam non dixit non potest transire hic ad eos, sicut dixerat quando dives illum ad se mitti petebat, s. chaos magnum firmatum est inter nos, & vos, sed ait, habent Moysen, & Prophetas audiant illos, quasi dicat, ire poterant, & tamen nunc non est necessarium, quia habent doctores quibus credant. interdum vero aliqui non habent copiam doctorum quibus credant, aut saltem quantum ad aliquid speciale nemo potest prouidere, & tunc mittuntur animę de suis receptaculis, etiam dixit, si Moyses & Prophetas non audiunt, neque si qs resurrexerit ex mortuis audient, quasi dicat, E non mittitur Lazarus ad eos, quia non credent ei, neque alicui resurgenti ex mortuis. Et tamen alij sunt, qui resurgentibus crederent, licet illi non crederent, ideo ad alios mitterentur mortui, licet non ad illos, & patet, quia mortui resurgentes tempore Christi ad multos missi sunt: nam dicitur infra 27. capitu. multa corpora Sanctorum surrexerunt cum eo, & introierunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, & hoc erat, vt crederetur resurgentibus, ergo licẽt mortui non mittantur ad quosdam, quia non sunt crediturí, mittuntur ad alios, quia credent, & ideo dicendum est, quòd aliqui de Lymbo Sanctorum venerunt aliquando ad viuentes, aut venire poterant.

Responsio ad 1. rationem princip. pro parte negatiua in diuersum positam supra quæst. 752. in princi.

Quæst. DCCLVI.

NVNC autem respondendum est ad argumenta facta supra: ad primum dicendum, quòd August. loquitur ibi secundum communem cursum, & conditionem naturæ animarum separatarũ: nam vt ostensum est non conuenit conditioni naturali animarum separatarum cõuersari cum viuentibus, quia nullum bonum est eis secundum suam conditionem ex illa conuersatione, & ideo etiam si permittantur non curant venire ad viuentes. Sed dicendum, quòd aut hoc est quantum ad eos, qui sunt in pœnis aliquibus, aut ad eos, qui sunt in requie. Si primo modo dicendum, ꝙ forte non dimittuntur ad viuentes venire, & ideo nõ veniunt, quia animabus quandiu sunt in pœna non est liberum facere, quod volunt, aut ire quo volunt. Secũdo quia animæ prædictę ita sunt absorptę pœnalitate sua, ꝙ vix cogitare possunt de aliqua alia re, immo & de seipsis, sed cum cogitant magis se conuertunt ad suam miseriam quàm de alijs curent. Tertio quia nõ est eis aliqua vtilitas ad nos venire: nam in viuentibus hoc accidit, quòd amicus dolens si videat amicum, & alloquatur eum alleuiatur de malo suo, quia quodam modo transumitur, vt dicitur 9. Ethi. & tamẽ in mortuis non est sic, quia etiam si ad nos veniant, & loquãtur non alleuiatur dolor eorũ, quia non manet similitudo illa, & amicitia, quę erat in viuentibus, & vtilitas conuersationis, & hoc est propter naturalem dissimilitudinem.

Si autem animæ non sint in pœnis, sed in requie, nõ veniunt ad nos toties quoties viuentes venirent amici existentes. Primo quia non manet idem affectus ex quadam naturali similitudine, quę erat in viuẽtibus. Secundo quia quantumcunque se aliqui ament honesto amore, conueniunt amici, & conuiuunt propter bonum, quod vnus ab alio recipit, & maius bonum ab inuicem percipiunt quàm vtiles, & delectabiles amici, & tamen mortui non possunt aliquod bonum recipere ex nostra conuersatione secundum suã conditionem naturalem: ideo non cupiunt venire ad nos, licet possint. Tertio quia licet interdum venirent cum venire possent, conformant se volũtati Dei, quæ est, vt non veniant, quia forte aduentus nõ esset vtilis, ideo non veniunt. Quarto quia forte tanta dulcedine tenentur diuinæ visionis, quòd de visitando viuentes non cogitant.

Sed quid quia August. dicit quòd mater sua eum nulla nocte desereret, in quo designat, quòd illa desiderium habeat veniẽdi ad ipsum? Dicẽdum, quòd nõ est sensus, quòd mater August. post mortem tantum desiderium haberet veniendi ad eum quantum habebat sequẽdi eum in vita, vt cum eo viueret, quia in vita erat mater, & mouebat eam affectio materna, post mortem autem manebat, vt anima separata, quę nulla cognatione, vel attinẽtia iungebatur Aug. & ideo non cuperet ita ardẽter eum visitare, & ideo etiam si mortui rebus viuentium vterentur, desereret eũ mater sua multis noctibus, & diebus. Dixit autem de noctibus potius quàm de diebus, quia nox est tempus ad hoc magis accommodum, vt defuncti nobis loquentes seipsos occultent.

Dicendum ergo vno modo intelligendum, quòd si mortui vterentur rebus viuẽtium, ideſt, si retinerẽt affectiones viuentium, & actus similes illis, qui dicuntur res viuentium, nulla nocte mater Augu. eam desereret, quia cũ viuens eum tam nimis dilexerit, vt eum mari terraque secuta sit, vt cũ eo viueret, neque eum mortua desereret, quin illum per singulas noctes alloquere-

queretur, sed quia non vtuntur mortui rebus viuentium, i. non retinent affectus illorum, nec operationes exercent quas viuentes faciebant, non venit per singulas noctes, neque aliqua nocte mater Aug. ad eum. Secundo poterat hoc intelligi de affectu charitatis, qã licet hic in mortuis pereat affectus naturalis, quia mutatur conditio naturalis, tamen in bonis manet charitas quàm hic habuerũt, & ideo sicut ex charitate vult quis bonum alterius, & visitat eum ad consolandum ipsum, ita & moriẽs faceret si permitteretur, & sic põt intelligi de matre Aug. ℣ prẽter amorem maternum naturalẽ amabat illa nimis Aug. & pro illius spirituali salute assiduas lachrymas mittebat, ℣ sequebatur eũ terra, & mari, ergo defuncta ex eadẽ charitate visitaret eũ per singulas noctes ad cõmonendum eũ, & cõfortandum in bonum, sed non faciebat, quia mortui non vtuntur rebus viuentium, i. non permittuntur a Deo aduenire rebus viuẽtium, licet interdum velint, sed prima ratio generalior est, quia extenditur tam ad animas bonorũ quàm malorum, & vtræque raro viuentibus apparent. Ad secundum dici potest vno modo, ℣ non intelligitur de Paradiso, sed de templo Domini siue Sanctuario, quia dixit omnibus diebus vitæ meę, i. quandiu vixero in hac carne mortali: nam si de vita ẽterna loqueretur non oporteret dici, ℣ habitaret omnibus diebus vitę suæ, sed satis esset dicere, vt inhabitem in ẽternũ in domo Domini. Secundo potest accipi, ℣ qui habitat omnibus diebus nunquam exit, ita vt non redeat, & tamen bene potest exire redeundo: nã dicitur, vt inhabitem omnibus diebus vitę, dato autem, ℣ animę aliquando exeant de Paradiso omnibus diebus manent ibi, quia nulla dies est in qua non maneãt, cum exeundo non maneant aliqua die integra extra Paradisum. Tertio potest dici, & melius, ℣ qui ibi est semper est in domo Domini, quia semper est in beatitudine: nam dato, ℣ ad nos veniat nunquã definit esse beatus, nec minuitur in aliquo beatitudo eius: nam locus non dat beatitudinem, sed Dei visio, Deus tamen vbiquè videtur ab eo, qui semel videre incipit. Ad tertium dicendum, quòd receptacula cedunt animabus ad prẽmium, vel pẽnam inquantum animę iudicant sibi bonum, vel malũ ex talibus locis deputari, inquantum loca sunt honorabilia, & animæ iudicãt illa sibi pro honore dari, vel sunt loca indigna, & iudicant ea sibi in pẽnã dari, & dato, ℣ non maneãt actualiter animę in locis his, manet illis pẽna, & gloria de illis locis, quia manet cogitatio, ℣ loca sint eis data in pẽnam, vel gloriam. Sicut Episcopo datur cathedra in Ecclesia, & dato, ℣ non semper sedeat in ea non minuitur honor, vel gaudiũ cathedræ, quia semper est ei debitum sedere in ea, & semper scit pro honore eam sibi datam, & hoc verum est, quia locus nõ confert realiter ad beatitudinem, vel pẽnam agẽdo in animam, sed secundum, ℣ ipsa iudicat sibi esse bonũ, vel malum talem locum habere, cõsistit enim hoc in opinione, & opinio manere potest cũ anima manet extra locum, si autem realiter proueniret gloria ex loco, necesse erat, quòd etiam si ad instans exiret anima, minueretur gloria, vel pẽna. Sicut si ad instans desineret videre Deum anima esset tunc miserę, vel nõ beata: ideo non est incõueniens, quòd exeat anima de receptaculo suo. De inferno idem est, quia anima deputata igni inferni foris, cũ exit habet secum pœnã inferni, & ideo non minuitur, & cũ dicebatur in præcedenti argumento, quòd qui descendit in infernum non ascendet, debet intelligi, quòd non ascendet, vt inde penitus euuatur, bene tamen poterit ascendere, vt videatur a nobis, & ad infernum suum rursus redeat.

Responsio ad 1. rationem aliorum in diuersum pro parte affirmatiua positam supra q. 752. Quæst. DCCLVII.

ALIA autem in contrarium ostẽdebant quasi, ℣ simpliciter esset in potestate animarum exire de Paradiso, & inferno, & tamen non est verum simpliciter. Ad primum dicendum, ℣ vt Hiero. dicit esse verum, ℣ Apostoli, & Martyres non tenentur loco determinato, quasi de illo non possint exire ad adesse sepulchris suis, & alijs locis cum voluerint, sed dicendũ est, ℣ istud competit eis ex conditione gloriæ, qua datur potestas illis, vt quidquid velint faciant, nõ autem ex conditione naturæ, ex naturali autem conditione, neque possunt nec volunt exire de suis receptaculis, vt ad nos veniant. De potestate patet, quia rebus singulis determinat Deus loca secundũ suã conditionẽ naturalem, animę autem separatę sunt immateriales, ideo dedit illis Deus loca extra locum conuersationis nostrę, qui sumus substantię cõpositę materiales corruptibiles: ideo sicut nos viuentes nõ possumus ire ad loca animarum separatarum, ita & illis cõpetit secundum conditionem suam, vt ad loca nostra nõ veniãt.

De voluntate patet, quia non exirent de locis suis nisi aliquid melius putarent se habituras exeundo, & tamen nullum bonum potest animabus accidere ex nostra conuersatione, vt ostensum est supra, ergo non cupient ad nos venire. Cum autem addidit, ℣ vbique esse credendi sunt, quia cum Agno sunt, qui vbiq; est. Dicendum, ℣ non intelligendum est, ℣ animę beatorum possint esse vbique, quia hoc soli Deo competit ex illimitatione essentię, cętera vero limitata sunt, neque etiam sunt in multis locis simul, cum neque corpus Christi localiter inueniatur in multis locis, sed ℣ conuersionem multarum substãtiarum, quę erant in multis locis, quæ conuertuntur in ipsum, & non desinunt esse vbi erant: Agnus autẽ Christus est, qui vbiq; est quantum ad deitatem, sed non quãtum ad humanitatem, & animæ Sanctorum sequuntur ipsum quocunque ierit, quia verum est, ℣ vadunt quocunque ille vadit, sed corpus eius manet semper in ęlo empyreo, quia non mouẽtur inde ad aliquem locum: ideo manent semper cum illo, & vadunt quocunque ille vadit, sed iuxta Hierony. credendę sunt animę vbiq; esse, ideest, quia esse possunt animę Sanctorum in quocunque loco voluerint, non in omnibus simul, sed in quocunque determinate.

Ad secundum dicendum, quòd non sunt maioris priuilegij dęmones quàm animæ beatorum, & tamẽ non sequitur, quòd animæ beatorum sint in multis locis per totum orbem sicut dęmones.

Pro quo sciendum, quòd aliud est de Angelis bonis, aliud de animabus beatis, aliud de dęmonibus: Angelis enim bonis competit posse vbique esse, & accidit in multis locis esse, animabus beatis competit posse vbique, sed non accidit vagari per multa loca.

De primo patet, quia Angeli boni sunt beati, & ex conditione beatitudinis manet eis liberum posse esse vbicunque voluerint, etiam contingit eos esse in multis locis, quia sunt custodes hominum, & mittuntur ad multa, quæ spectant ad salutem hominum ad Hebræ. 1. capitu. sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. De secundo patet, quia animabus beatis competit ex conditione beatitudinis, quòd possint esse vbicunque voluerint, quia nihil est eis impossibile, neque obstans, non tamen contingit eas vagari per diuersa loca, quia non habent aliquid quod ibi agant, neque accrescit illis aliquod bonum, vel gaudium ex præsentia diuersorum locorum, sicut nobis viuentibus accrescit, quia nos per visum apprehendimus res nouas, & perficimur quodam genere intelligendi, & rursus varia inuenimus, quę sensus nostros oblectant, quę in loco vno non sunt: ideo cupimus vagari per diuersas partes orbis si in hoc nõ essent multę difficultates, & molestię, sed animę separatę nihil proficiunt ex sensibus, quia nõ habent cognitionem sensitiuam: ideo per hoc, quòd plura loca discurrerint non intelligunt plura, quia non plus cognoscunt de re in præsentia eius quàm in absentia, vt ostensum est supra, ideo non cupiunt animæ separatæ discurrere per varia loca, rursus neque eis occurrunt delectabilia ex mutatione locorum, quia non delectantur in eo, quod est in loco, cum non habeant delectationes sensitiuas.

De tertio apparet, scilicet, de dæmonibus, quòd nõ possunt esse vbique: nam libertas ista est ex conditione beatitudinis, & illi non sunt beati, vnde quędã loca sunt, ad quę ipsi accedere nõ possunt, vt ire ad ęlum empyreum, vel intrare in alios ęlos, competit tamen dęmonibus vagari per totum orbem, eo quòd habẽt officium tẽtandi, & exercendi homines: ideo ire possunt ad omnia loca in quibus sunt homines, & ad aliqua in quibus non sunt homines, dum tamen illuc ire conferat aliquid ad actum exercitij nostri, & tentationum, per plura, ergo loca vagantur dęmones quã animę beatę, non quidem quasi sit maioris priuilegij dæmonis quàm animę, sed quia ad officiũ dęmonis pertinet, non autem ad officium animę.

Ad tertium dicendum, quòd non sunt animę maioris damnationis quàm dęmones, licet non est incõueniẽs quasdam animas maiores pęnas sustinere quibusdam dęmonibus, sicut sustinebit anima Antichristi, & anima proditoris Iudę, & eorum, qui ex intẽtione hęreses in Ecclesiam introduxerunt, aut eam sciẽter persecuti sunt, & tamen licet dęmones sint maioris damnationis quàm animę non sequitur, quòd maior locus vagãdi animabus detur, quia dęmonibus datur, quòd vagentur, non vt ipsi in hoc delectentur, sed inquantum ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinet ad exercitium nostrum per tẽtationem, animabus autem damnatis nõ est traditum officiũ exercendi, & tentandi nos, quia neque tam grauiter nos oderunt, neq; illud facere scirẽt, aut possẽnt. Est enim verum, quòd animę damnatorum inuident viuentibus, & vellent eos damnatos esse, & tamen nõ peruenit ista inuidia ad talem gradum, vt conarentur huic se tradere officio, vt nos perderent, quia deficit eis naturalis industria ad hoc, quia quilibet dęmon est multo lucidioris ingenij quàm quęlibet anima, cũ excedat eam secundũ speciem, ideo sciunt inuenire multa ad nos decipiendum, & alliciendum, quæ nescirent animę separatę excogitare, magni enim ingenij est tot excogitare fraudes, & tam occultas quot nobis quotidie dæmones inueniunt: ideo animæ non erant sufficientes ad hoc. Etiam non sufficiunt propter exercitationem, nam fit exercitatio inferendo nobis mala in nobis, & in rebus, & ad hoc requiruntur magnę vires sicut ad diruendum magna ędificia, quę dęmones diruerunt quando concussam domum Iob super filios, & totam familiam deiecerunt, & dęmones habent ad hoc magnas vires, quia Iob 41. capitu. dicitur, quòd non est potestas sub cœlo, quæ comparetur eis, sic etiam gregem porcorum ex magno impetu præcipitauerunt in mare, & erant porci ad duo millia supra 8. & Mar. 5. cap. animæ autem paruę potestatis sunt circa hoc, vt patet in motu corporis sui, ergo non sunt aptæ ad hanc ministrationem, & sic conuenienter data est dæmonibus administratio tentationis, & exercitij nostri, & non animabus; ideo dæmonibus ex conditione officij conceditur vagari per totum orbem, scilicet, vbicunque homines sunt, animabus autem cum non sit concessum hoc officiũ non conceditur vagari, sed manent in suis receptaculis, & tamen dæmonibus non licebit hoc semper, sed solum quandiu manet tempus tentãdi viuẽtibus hominibus hic, post iudicium vero nullus dæmonũ vãgabitur, sed omnes erunt clausi in abysso, & illi etiam, qui hic sunt tentãdo aliquando claudũtur intra abyssum, sicut dæmones dixerunt ad Christum, quid tibi, & nobis? & rogauerunt eum ne mitteret eos in abyssum, sed in porcos Luc. 7. ca. nunc quoque nõ conceditur hoc omnibus dęmonibus, sed quibusdam, non enim tentant omnes, sed quidam eorum, & isti manent inter nos, alij vero manent in abysso clausi in gehẽna, & non exeunt inde, sicut neque animę dãnatę.

Ad quartum dicẽdum verum esse, quòd animę tã Sanctorum quàm damnatorum apparẽt hominibus, & ad hoc exeunt de suis receptaculis, sed hoc non est multum assuetum, neque etiam est putandum, quòd quandocũque istę apparitiones fiunt semper sint vere ibi animę Sanctorum, vel damnatorum, satis enim est hoc per bonos, vel malos Angelos fieri, qui illarũ animarum vicem gerũt, & se nominibus illarum appellant. Et fit hoc maxime in dæmonibus vexantibus arrepticios: nam vocant se nominibus hominũ, & tamen constat esse dęmones, cum animę non sint datæ ad exercitium nostrum, sed soli dęmones, & Christus semper vocauit dęmones eos, qui erant in arrepticijs, & nunquam animas viuentium, boni quoque Angeli idem facere possunt circa animas Sanctorum, cum illarum vicem gesserint: nam Angeli loquebantur in persona Dei, sicut qui dixit, ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & dedit legẽ Exo. 20. cap. & tamen constat, quòd ille, qui loquebatur nõ erat Deus, sed Angelus. Etiam Deus dicitur locutus de rubo, & dixit, vidi afflictionem populi mei Exo. 3. & 4. ca. & tamen ille, qui loquebatur cum Moyse de rubo erat Angelus Actu. 7. c. a fortiori ergo repręsentabit animã bonus Angelus, & loqũtur nomine eius, & istud adhuc magis fit in somno, quia ibi poterit repræsentari anima per Angelum, vel dęmonem sine apparitione, & tamen sine falsitate, nam in vigilia loquitur, qui apparet, & dicit quis sit: ideo difficilius est euitare ibi mendacium si alienam personã repræsenter, sed in somnio non oportet, quòd appareat persona aliqua, immo realiter nulla apparet neque loquitur, sed videtur somniãti, quod aliquis appareat, & loquatur, & hoc totum fit per quendam motum interius factum, quẽ dęmones, & Angeli facere poterunt qualiter voluerint, cum & naturaliter fiat ille motus frequenter, & tunc videbitur, ℣ aliqua anima de beatis, vel dãnatis veniat, & loquatur, sed nihil tale est, cũ & in somnis videamus aliquos homines nobis loquẽtes, cum constet illos non esse præsentes, sic de animabus esse potest, quod Aug. per multa exẽpla ostendit in lib. de Cura agenda pro mortuis.

Quare in Purgatorio non punitur corpus cum anima. Quæst. DCCLVIII.

QVAERETVR nunc cum sit supra dictum de Purgatorio igne in quo purgãtur delictorum culpę, aut pęnę, quę supersunt, & horum particeps corpus fuit, quare non punitur ibi corpus cum anima.

Aliqui dicunt, quòd sic fieri deberet: nam corpus est instrumentum coniunctum pertinens ad speciẽ, & ideo participare debet in pęna, & pręmio, sicut participauit in culpa, & bono opere. Secundo quia sic fit in bea-

in beatis,& damnatis:nam damnati apud gehennam in corpore,& anima simul torquẽtur post iudicium. Etiam beati in vita ęterna in corpore, & anima iocundabuntur, in Purgatorio ergo cum sit pęna sensus pro peccatis deberet etiam participare corpus.

Dicendum ergo, quòd puniuntur animæ cum corporibus in Purgatorio, non quidem quasi repugnet conditioni illius pœnæ esse simul in corpore, & anima: nam illa est sicut pœna gehennę, quia ignis idem (vt ait Gregor.) est in quo ardent damnati in gehẽna, & purgantur electi in Purgatorio, & tamen in illo igne gehẽnę ardebunt aliqñ viuẽtes homines, ergo & in igne Purgatorio possent ardere homines viuentes, sed ideo ibi non ardẽt corpora, quia tunc quando sustinentur pœnæ purgatoriæ manent solæ animę,scilicet,quãdo solutę sunt animę a corporibus statim post mortem: ideo non possunt torqueri ibi nisi animę, immo pœna purgatoria nunquã est quandiu corpus, & anima simul sunt, quia ista reunientur in iudicio, & post iudicium nõ durabit pęna illa. Sed dicetur quare non resumunt animę corpora sua ad hoc, quòd cum eis patiantur in Purgatorio,quia hoc fieri poterat?

Dicendum, quòd nullo modo conuenit, quia aut ista resumptio fieret statim post mortem cuiuslibet, aut in generali resurrectione in die iudicij, & tamen neutro modo competit, ergo non fiet resumptio ad hoc, quòd post illam tollerentur pœnæ purgatorię.

De primo patet qa si statim post mortẽ fieret resurrectio, aut transirent corpora in statum immortalem qualem habebunt in resurrectione generali, aut non.

Si dicatur,quòd transirent esset vnũ inconueniens, quia non præcederet ad illam transmutationem totũ quod fiet in iudicio generali, scilicet, ignis conflagrationis, qui depurabit omnia,ita vt maneãt apta ad statum resurrectionis: nam corpora in quibus manet aliqua cõditio corruptibilitatis, non possunt esse incorruptibilia,& ista cõditio corruptibilitatis est secũdum impuritatem in habitudine mixtionis ex contrarijs, & in illo igne tollentur omnia, quæ facient ad istam corruptibilitatem, & tamen in morte cuiuslibet non est ignis conflagrationis,qui singula corpora depuret sicut in iudicio depurabit, ergo non est conueniens tunc fieri resurrectionem.

Secundo quia ista conditio temporis non adiuuat ad mortalitatem ipsorum corporũ: nam corpora resurgentium,vt ostensum est supra non erunt immortalia per appositionem alicuius qualitatis, quæ ea immortalia reddat, sed per cessationem omnis corruptiui, & perducentis ad mortem tam interius quàm exterius,& hoc maxime erit in corporibus damnatorũ, quibus non dabitur aliqua perfectio dotis, erunt tamen tunc incorruptibilia,& immortalia, quia cessante motu cęli cessabit omnis motus alterationis, & qcunque motus naturalis in his inferioribus: ideo non poterit aliquid corrumpi etiam si nihil ponatur præseruans a corruptione, nunc vero manet motus cœli, & omnis actio corruptiua hic, ideo non possent corpora manere incorrupta ab intus,& extra nisi per continuum miraculum: ideo non est conueniens sic fieri, quia miracula euitanda sunt quãto possunt euitari, ergo non est ponenda resurrectio corporum nisi tunc quando cessabit motus cęlestis, & omnis actio corruptiua hic,alioquin morerentur rursus qui resurgunt,sicut qui a Christo,vel alijs suscitati sunt omnes postea mortui sunt, quia corpora sua non acceperunt immortalitatem, neque incorruptibilitatem: ideo patiebantur sicut ante primam mortem, & tamen

F ista ponuntur resurgere ad statum immortalem, ergo non conuenit poni resurrectionem istam statim post mortem.

Tertio quia si sic fieret resurrectio, etiam damnati statim post mortem resurgerent, vt acciperent pœnas suas in corpore, & anima,& in his esset manus inconueniens, quia circa bonorum corpora forte Deus faceret miraculum,vt manerent incorrupta cum essent corruptibilia, sed circa corpora damnatorum non facit miracula Deus maxime permanentia, & ideo manerent corruptibilia,& corrumperentur naturaliter,quod est inconueniens.

Quarto quia cum maneat adhuc status corruptibilitatis necesse erat,quòd sine in Purgatorio sine in G ferno corpora posita in igne statim soluerentur, & perirent,& oporrebat rursus resurgere,& sic quotidie sępe,quod est absurdum,vel nõ maneret pœna in corporibus simul cum animabus, quod petebatur, vel esset miraculum continuum,vt dictum est.

Quinto & precipue, quia non possent corpora talia pati aliquid in Purgatorio: nam si resurgerent secundum statum generalis resurrectionis. cum tot corpora bonorum habitura sint dotes suas essent immortalia, & impassibilia, sed hoc dato nihil paterentur in igne, & tamen oportet pati ad purgationẽ, ergo non conuenit post resurrectionem fieri purgationem.

H *An pœnæ Purgatorij tolerabuntur in anima & corpore simul, ita vt statim post mortem anima reassumat sibi corpus.*
Quæst. DCCLIX.

SI autem detur,quòd non resurgerent tunc corpora ad statum immortalem, & incorruptibilem qualem habebunt post resurrectionem dabitur.

Primo quia erunt resurgentes adhuc in statu viatorum, qua manebit in eis fomes peccati, propter corruptionem sensus, & ita poterunt peccare mortaliter, & venialiter quandiu manet fomes, quod pertinet ad statum viatorum, & ita in Purgatorio, & in inferno possent cõmittere alia, vnde deberentur eis maiores pœnæ, & consequenter possent damI nari, qui in Purgatorio sunt, cum possent adhuc peccare mortaliter: ideo non debet manere status viatoris in existentibus in Purgatorio, aut in inferno, quia possent per consequens liberari de inferno, erunt ergo non viatores, & consequenter si resurgerent haberent statum suum qualem post generalem resurrectionem erant habituri.

Secundo quia si essent corpora corruptibilia non possent manere in Purgatorio nec in inferno, sed statim cremarentur in igne, & sequeretur mors, & oporteret iterum, & iterum fieri resurrectionem, quod est absurdum: ideo non poterat fieri purgatio tunc.

K Tertio quia tunc post resurrectionem expectarent corpora aliam immutationem, scilicet, vt corpora bonorum acciperent postea incurruptibilitatem, & omnes dotes suas, & tamen falsum est, quia completio gloriæ est resurrectio: ideo non adetur aliquid beatis post illam, & consequenter non relurgent sic.

Quarto, quia expresse repugnat ista positio sacræ scripturæ: nam Apostolus dicit immutationem futuram in resurrectione, & quòd corpora, quę seminantur nunc in corruptione, surgent in incorruptionem, seminantur in ignobilitate surgent in gloriam, seminantur in infirmitate surgent in virtute, ergo animæ bonorum quando corpora acceperint, talia ea accipient,

cipient, & cõsequenter non possunt post resumptio- A nem corporum pati.

Quinto patet quia Apostolus vult ꝙ non fiat resurrectio quousq; animæ bonorum sint beatæ,quia dr ꝙ quando surrexerint accipiẽt corpora in uirtute & gloria, i. cum dotibus suis, sunt autẽ istę dotes beatitudo corporis: sed beatitudo corporis non est nisi ex beatitudine animę per redundantiã,ergo animæ bonorum in resurrectione beatę erunt: sed beatitudo tollit oẽm passionem,quia pœna ad miseriam pertinet, ergo non poterunt boni post resurrectionem aliquid pati,quia iam beati erunt: sed purgatio fit cum pœnalitate magna: ideo necesse est purgationem fieri ante resurrectionem,& ita fiet in sola anima.

Sexto quia ista positio tollit resurrectionem generalem quam ponit scriptura:nam omnes simul resurB gemus.1.Cor.15.& 1.Thes.4. c. sed hoc modo quilibet resurgit statim vt moritur.

Septimo quia tollitur sic iudicium generale: nã iudicium generale vt colligitur ex verbis Christi & Pauli erit simul cum resurrectione: quia Christus dicit ꝙ mittet Angelos suos, & colligent electos suos a quatuor ventis cœli præter.c.Et illa erit resurrectio.in qua colligentur cineres de locis in quib.fuerunt dispersi, vt fiat resurrectio corporum,& tamen secundum modum istum (quia non erit resurrectio simul) non poterit esse iudicium cum nõ maneat causa iudicij:nam ad hoc fiet iudicium vt omnibus conuenienrib.simul in vnum,bonis tribuat Christus bona, & malis mala. C Et præcedet illud iudicium ad executionem quãtum ad gloriam corporum & damnationẽ cum eis, quia non intrabunt beati in cœlum Empyreum in corporib.ante iudicium priusquam dictum fuerit illud, venite benedicti percipite regnum:& damnati nõ descendunt cum corporibus ad inferos quousq; dicatur eis in iudicio,ite maledicti: cum ponatur in litera executio.f.ibunt hi in vitam æternam, illi vero in supplicium æternum.& tamen si resurrectio fiat statim post mortem,& incipiant tolerare pœnas damnati, & purgari in corporibus boni,ibunt damnati in supplicium æternum ante illam sententiã, & beati etiam in vitam æternam,quia expletis pœnis purgatorijs statim haberent beatitudinem tam animæ quam corporis. ergo D non poterit esse talis modus resurrectionis, & consequenter neque pœnæ purgatoriæ tolerabuntur in anima & corpore simul.

Si autem dicatur ꝙ non fiat resurrectio statim post mortem sed generalis sicut Christus ponit, & postea debeat tolerari pœna purgatoria in corporib.non stat.

Primo quia tũc necesse est ꝙ adhuc nulla pœna purgatoria sit,cum adhuc non resumpta fuerint corpora. Quod falsum est, cum dicamus tolerari pœnas purgatorias.

Secundo quia si post iudiciũ tolerentur pœnę purgatoriæ non dabitur locus in quo nunc sint animæ: quia omnis anima soluta a corpore est in aliquo receE paculo, & tamen animæ purgandæ exeuntes de corporibus non possunt esse in Paradiso, quia prius purgandæ sunt, non etiam in Purgatorio, quia nondum purgantur: neqs in inferno,quia de inferno non transitur ad Purgatorium, etiam quia qui ibi sunt damnati sunt:ideo non manet aliquis locus in quo animæ sint, quod est absurdum.

Tertio quia videtur fieri magna iniuria animabus prædictis, nam hoc tempore quod est inter mortem & iudicium sustinerent pœnam damni.i. carentiæ dibinæ visionis, & illa non computaretur eis, vt pœna purgatoria: ideo esset eis aliqua magna pœna inutilis,secundum quam non purgarentur, quod est inconueniens.

Quarto quia post illam resurrectionem, & iudicium non poterunt pati animę in Purgatorio: nam erunt tunc animæ beatæ cum corpora erunt beata vt dictum est: ideo non potersit pati,& sic non erit purgatorio.

Quinto quia Christus dixit, quod expleto iudicio ibunt hi in uitam æternam,& alij in supplicium æternum. ergo non erit tunc aliquis qui possit ire in supplicium Purgatorium, cum omnes boni ituri sint tũc in uitam æternam. nõ ergo potest fieri purgatio post resurrectionem sed prius: & ideo sola anima sustinebit ignes Purgatorios.

An conueniens sit quod sola anima absque corpore patiatur pœnas Purgatorij. Quæst. DCCLX.

SED dicendũ ꝙ non est inconueniens ꝙ sola anima sustineat hanc pœnam,quia non est sicut de pœna inferni: nam præmium Paradisi & ignis gehennæ dantur vt pœna & præmium, & sunt retributio simpliciter,& cõstituunt statum, quia sunt aliquid vltimum. pœna autem purgatoria non datur vt pœna sed vt purgatio,& non est vt status, sed vt dispositio ad statum vitæ æternæ: ideo non est inconueniens quod anima sola susciat illam, vt disponatur ad statum gloriæ. secus de pœna gehennæ, & retributione gloriæ: quia ad hæc debet participare corpus quod participauit in peccato & opere meritorio.

Secundo: quia non minuitur aliquid de diuina iustitia, aut pœna debita pro peccato: nam quantum peccato debetur de pœna in purgatorio, & tolerarent illud corpus, & anima simul si unita essent, tantum sustinet sola anima. ergo non est inconueniens sic fieri.

Tertio & precipue quia si hoc esset iniustum,ideo esset quasi corpus haberet priuilegium, quòd non puniretur, cum cooperaretur ad peccatum. Et tamen non est verum: quia corpus non peccauit: ideo non debetur ei pœna nec præmium. Vnde aut consideratur corpus per se,aut vt coniunctũ animæ. Si per se planum est, quòd peccare non potest: quia nullam operationem habet, etiam pœna aut præmium ei accidere non potest: quia non sentit:ideo non est petendum de eo quasi per se ponatur in Purgatorio. Si accipiatur corpus vt coniunctum animæ non meretur, aut demeretur, nec est ei debita pœna aut præmium, quia corpus non est ipsum operans sed homo: etiam non est motiuum, vel principium operationis sicut anima per intellectum, & voluntatem, quæ ponuntur principium omnis actus humani sexto Ethicor. sed est organum motum quo anima operatur, vel est pars hominis mota simpliciter in operatione humana,& non mouens ad illam, ideo neque corpori vt est coniunctum debetur pœna aliqua vel gloria, & si ei datur non quidem vt meruerit,sed inquantum datur bonum vel malum homini cuius vna pars essentialis, est corpus, & ita deriuatur in corpus, vel suscipit illud homo per corpus, de anima secus est quia licet illa sit pars hominis,potest esse vt totum & agens: nam potest anima considerari vt separata vel vt coniuncta. si vt separata potest per se agere: immo competit ei actio, quia est substãtia separata sicut dæmon, & Angelus, & posset peccare & mereri sicut Angelus, & dæmon nisi esset constitutus in statu, quia neqs nunc dæmones & Angeli peccant aut merentur,quia in statu sunt, & ideo tunc directe responderet ei pœna, & præmiũ sicut homini vel supposito agenti. Si consideretur aĩa ut coniuncta corpori, est principiũ operationis humanę,& nõ est vt mota,sed vt mouẽs p libera-

tem:ideo competit ei pœna & præmium siue vt est to F
tum siue vt pars directe.corpori autem non,quia non habet eandem habitudinem. Etiam quia anima separata potest susципere pœnam cū sentiat.corpus autem non potest susципere pœnam, quia non sentit etiam si pœnam meruisset:ideo multum dissimile est:corpus quoq; coniunctum animæ pœnam non susципit,quia non sentit:nam sensatio hominis est non corporis,& virtutis animæ est velut principij, quia per uirtutem sensitiuam sentimus quæ est virtus animæ, quam anima influxit in organa.

Propter quid corpori non debentur pœnæ Purgatorij, sicut & animæ. Quæst. DCCLXI. G

SED considerandū pro veritate huius, quia eius est pœna & præmium cuius est meritum & demeritum. Verum est autem ꝙ anima separata posset per se peccare & bene agere, sed nūquam peccat nec meretur,& hoc per accidens.s.quia est in statu: ideo peccare & mereri est hominis, & consequēter pœna & præmium quę his respondent sunt hominis:purgatio aūt licet non detur præcipue in pœnā sed in expiationem est tamen quędam pœna:ideo debet esse hominis, & consequenter nō debet puniri nisi homo. Vnde si aīa esset solū vt pars hominis,licet maneret post mortem non purgaretur nec puniretur vt homo puniendus erat:sed vel fieret purgatio in vita, vel post resurrectionem.Sed anima post mortem est vt homo, ideo cum ipsa punitur idem est ac si homo qui est ipsum coniunctum puniretur. & hoc nō est quasi dicamus id quod Plato.s. ꝙ anima sit tota essēria hominis,& ipsa sit homo,& corpus sit aliquid adiunctū animæ,vt non pertinens ad speciem,sed motum ab ea sicut nauis a nauta,& vestis ab homine:quia hoc falsū est: sed licet corpus & anima pertineāt ad essentiam hominis, homo quia est vnum ens,habet vnū esse, & illud esse est animæ. anima.n.est forma excellens habens magnā similitudinem ad Deum,ideo non solum est forma sed ēt ens. nam in cæteris compositis forma nō est ens neq; habet esse,sed est id quo compositū est,& ipsum compositum est quod est,& ideo pereūre composito forma non manet:quia nūquam habuit esse,sed esse erat compositi.anima vero ēt in corpore manens esse habet:ideo illud manet ei cum cōpositum perit. Et quia compositū.s. homo non potest habere duo esse,cum sit vnum ens, necesse est ꝙ non sit aliud esse hominis quo homo actu existat quam esse animæ quo existit. sed istud esse manet integrum in anima post mortē: ergo licet homo moriatur totū esse hominis manet, & consequenter anima quę iam separata est subsistēs & ad modū suppositi retinet quicquid ad hominem pertinet.i.meritum,& demeritum,pœnā,& gloriam: quia in ea manet totum esse hominis,licet ipia non sit homo: & ideo sicut homini viuenti pro bonis præteritis debebatur vita æterna,ita & animę separatę in qua reseruatur esse totum hominis debetur ipsa eadēgloria i.manet idem debitum numero sicut est idē meritum numero propter idē esse. Ita & sicut homini pro mortali debebatur pœna æterna,debetur animæ,separatæ eadem pœna æterna:sed accidit interdum deberi viuenti homini quandam pœnam temporalem:ideo si in illo statu decedat manebit idem debitum in anima,& sustinebit illam pœnam,& hanc vocamus purgatoriam. Et sic anima sustinebit pœnā purgatoriam sola,non quasi pars hominis,sed vt habens totum esse hominis: corpus autem non retinet totum esse hominis immo neq; aliquod esse, qa statim post separationem transit ad altam speciem : ideo nō potest corpus puniri pro hoīe, neq; pro seipso,si aliqua pœna posset esse ei debita.Et hoc mō fit in pœnis damnatorū:nam pœna æterna debetur pro mortali quod commisit homo,& tamē mox vt anima separatur a corpore, si decedit homo in mortali,anima incipit pati pœnā gehēnæ,& hoc non pp aliud nisi quia in anima manet totū esse illius hominis: sed illi homini erat debita pœna æterna:ideo animę suę est nunc debita,& ipsa sustinet illā quasi homo maneret.Et de hoc poterat fieri eadē quæstio quæ fit de anima quæ patitur pœnas purgatorias quare sola patitur. Sed dicendū ꝙ tam ad pœnam quam ad præmium habet se anima loco totius hoīs: & qñ quæritur qūo anima patitur sine corpore ꝓ pec cato quod cōmisit in corpore, aut hoc quæritur quasi in pœnis nō impleatur diuina iustitia dando minorem pœnam animę quam daret animæ & corpori,aut quia fit iniuria animæ quasi sustineat pœnam pro corpore, aut quasi fiat priuilegium corpori ꝙ excusetur a pœna ei debita:nō fit tñ aliquid istorū, ideo nō est iniustum ꝙ sola anima patiatur in Purgatorio, aut gehenna. De primo patet ꝙ non sit,quia tantam pœnā Deus potest dare soli animæ quātam daret corpori & animæ: ideo non est aliqua alleuiatio : nam & hoc fit in pœnis damnatorū,quia nunc solę animæ torquentur,& post iudiciū totus homo:sed nō erit tunc maior pœna corporis & animæ simul quā nunc pœna animæ solius. Et ratio est quia nō debet augeri pœna nisi augeatur peccatum,& tamen post diem iudicij immo post separationem animæ non peccant, ergo non debet augeri pœna. Et sic tāta est pœna solius animæ sicut totius cōiuncti. De secundo patet, quia anima non suffert pro corpore.primo quia corpus nō peccauit.ideo nullam potest pro eo pœnam tolerare. Secundo quia dato ꝙ aliqua pœna deberetur corpori, anima nō sustinet illā quasi sustineat pœnam suam sed alienā. Nam hoc faceret si anima sustineret pœnam vt pars:sustinet tñ illam vt homo. s. inquantum manet in ea totum esse hoīs: sed totum tenetur pro partib.cum illas cōtineat: ideo non est iniustū ꝙ pro illis patereturi aliqua pœna deberetur partib.vt partibus. Etiam quia anima separata continet vel seruat illud esse idē numero quo corpus actu existebat,& erat humanū,qñ ad operationes illas demeritorias cooperabatur: ideo non est iniustum ꝙ pro illo pateretur,& hoc nō est plus de pœna purgatoria quam de pœna inferni.De tertio ēt patet,quia nullū priuilegium fit corpori ꝙ tunc non patiatur,quia hoc esset si corpori esset debita pœna pro illo tempore, & non daretur tunc: sed nō est debita pro illo tempore, neq; pro aliquo,quia corpus nō peccauit: ideo etiam si tunc non puniatur non fit ei priuilegium. Secundo quia corpus non est tunc: ideo non potest pati,neque patietur, nisi cum deductū fuerit ad participationem illius esse,quod tunc anima habet.

An corpus habeat aliquod priuilegium, dum non statim post mortem jubiacet pœnis sicut accidit animæ. Quæst. DCCLXII. K

SED adhuc dicetur quòd fit ei priuilegium quòd cito non deducitur ad communicationem illius esse per resurrectionem,vt participando illud pati possit.

Dicendum ꝙ neq; ēt post illam participationē poterit corpus pati.Si.n.post resurrectionem posset corpus habere passionem quę est eius, fieret aliqua relatio illi, ꝙ nunquam fieret resurrectio ad hoc quòd non pateretur, sicut Christus dixit sequenti. c.de iuda damnando, bonum erat ei si natus non fuisset, ita & de corpore esset, & tamen corpus post reunionem ad animam non habebit passionem aliquam, quæ sit eius:quia cū corpus non sit ꝓ se non pōt habere per se passio-

Peccare ac mereri est hominis, & non animæ neque corporis.

Platonis sentētia de anima.

passionem,sed erit passio compositi,idest hominis,& A
hoc modo fiet, quia damnati post resurrectionem torquebuntur, & sentient tormenta in corpore eius, corpus tamen nihil patietur, quia non erit per se, & hoc modo stat, ꝙ non sit maior pœna post iudicium in damnatis, quam ante iudicium, neque tamen animę pœna minuitur, si tamen corpus torqueretur.i.ꝙ haberet propriam pœnam necesse erat, ꝙ post iudiciū esset maior pœna damnati adiuncta pœna corporis,aut pœna animę minueretur, sed neutru fit,quia tūc esset inconueniens, quia pœna esset per se cuiuslibet partis vna pœna,sed non stat,cū partes non sint separatę.Etiā si partibus daremus speciales pœnas daremus aliquam compositō,quia alias frustra poneretur compositum, B
& tunc essent tres pœnę post iudicium simul, cum ante iudicium esset vna tantum , nihil ergo horum est, sed sicut ante iudicium erat vna pœna animę, ita post iudicium erit vnica pœna, quia pœna non est, nisi sentientis . Et ideo ab vnitatem sentientis est vnitas pœnę, non est autem pluritas sentientis, vbi est vnitas entis , sed in composito est vnicum ens, quia est vnicum esse, & illud erat animę, ergo non erunt in homine plures pœnę, quia non est habens plura esse,sed sicut in anima, quę habebat esse hominis erat vna pœna ante iudicium, ita post iudicium in homine habēte idem esse,erit vnica pœna, sed differt, quia anima separata existens habet pœnam, quam per se sentit,quia per se habet esse, & principium sentiendi, homo autem damnatus cum surrexerit habebit vnicam pœnam, quia est vnicum ens, & habet vnicū esse, & tamen principium sentiendi illam pœnam erit sibi duplex, scilicet ex parte animę intellectiuę, & ex parte potentiarum sensitiuarum, quę sunt in organis, & ita patet,quòd non additur pœna noua per aduentū corporis,nec etiam minuitur pœna animę,sed manet pœna equalis ante, & prius, & ideo priuilegium non est corpori,quòd cito,vel tarde resurgat, quia post resurrectionem non habet ipsum aliquam pœnam , sed compositum habet pœnam, & habet eandem , quam prius,licet per corpus nunc sentiat,& non prius.

De gloria quoque corporis in beatis idem est,nam si aliquod priuilegium fieret corpori in damnatis tardę resurgendo fieret ei iniustum quantum ad beatos, quia multi temporis gloria ei subtraheretur, sed dicēdum,ꝙ non est inconueniens non statim beatificari corpora,quia aut hoc esset, quasi Deus iniustū faciat minorem gloriam dando animæ,quam daret animę, & corpori,aut quia dat animæ gloriam,quam corpori erat daturus,aut quia corpori nō datur, quod ei deberetur,neutro tamen modo est inconueniens. De primo patet, quia Deus dat pro merito nostro gloriam quanta debetur secundum suam taxationem, & totā illam glotiam debitam homini pro merito dat Deus animæ separatæ statim,vt beatificatur,nam tantā gloriam habere potest sola anima quantā corpus, & aīa simul recipiunt. De secundo,quia non dat animæ gloriam,quam est daturus corpori,& hoc in duobus. primo,quia corpori nihil est debitum , non.n.fecit corpꝰ aliquid , vel meruit pp quod debeat aliqua pars gloriæ,cū ergo nihil ei sit debitū,non pt gloria eius alteri dari.Scdō,quia si aliquid debetur corpori,vt parti cōpositi,& daretur aīæ vt parti,daretur id qđ vnius est alteri,& tñ non datur aīę,vt est pars,nam aīa recipit gloriam,q̄ est præmium hoīs inquantum ipta hēt totum esse,quo hō subsistebat,qñ meruit,sed toti cōpetit,qđ est partium, quia eas continet, ēt aīa tenet nunc illud esse,quo corpus subsistebat qñ contulit ad illam operationem meritoriam, ideo si aliquid mereretur corpus , quia mereretur inquantum subsistebat sub illo tilę humano,recte datur præmium eius aīæ, quæ nūc sub illo esse subsistit. De tertio patet,quia non potest fieri iniuria corpori si non datur ei gloria, nam nō enti non fit iniuria,sed corpus post mortem est non ens, quia transit ad alteram speciem,ideo siue detur ei gloria,siue non,nulla iniuria ei fit.Secundo,quia ēt quando corpus erat pars hominis actu non meruit aliquid, vt ei deberetur gloria,ideo post resolutionem non fit ei iniuria si non reuniatur corpori ad hoc, quòd gloriam recipiat.

Determinatio supradictarum quæstionum,iuxta propriam sententiam. Quæst. DCCLXIII.

DICENDVM ergo ꝙ Deus poterat dare totā retributionem homini operum suorū sine resurrectione, quia quanta gloria debetur homini daretur aīæ,& quanta pœna daretur hoī simul,tanta daretur aīæ soli, & fieret hoc conuenienter,quia totum esse hominis manet in anima, & ita redditur premium,& pœna ei cui debitum hoc est, secus si alteri daretur,& hoc fieret si corpus per se meruisset,& anima per se, quia tunc necesse erat resurrectionem fieri ad hoc, ꝙ esset retributio debita.sei q meruit,vel demeruit.Fit tamen resurrectio primo ꝓpter perfectionem vniuersi, quia licet totum esse hominis maneat in anima. i. esse quo subsistebat homo anima tamen non est,& ita deficeret de vniuerso prę- C
cipua species corporea,quod non est conueniens. Secūdo ad complendum desiderium aīæ, nam licet aīa totam perfectionem recipiat gloriæ,quam hō recipere,habet tamē desiderium administrandi corpus, cū illa sit naturaliter pars spēi humanæ cuius altera pars est corpus,& accepit illud esse, quod habet in corpore,& sic quasi ad quoddam complementum beatitudinis aīæ pertinet,ꝙ recipiat corpus in resurrectione. Tertio propter quandam congruentiam.s.vt sicut in operando fuit corpus instrumentum coniunctum,& motum ab anima, ita in retributionem participet aliquid boni, & mali eo mō quo participat esse animæ. Quarto pp promissionem factam,nam nos homines existentes legem Dei obseruauimus,& nobis data est & nobis præmia promissa, & pœnæ cōminatæ sunt, D
ergo hominibus debet dari præmium , sed nō potest dari homini,nisi resurgat,ideo fuit conueniens, ꝙ resurgeret, & participaret tam bonum, quam malum debitū hoī. Est autem aduertendum,quòd sicut corpori non debetur per se pœna,aut gloria,quia nō meruit, nec demeruit, ita non datur ei per se gloria, aut pœna , sed deriuatur in ipsum eo modo quo est pars hominis,nam(vt dictum est)animæ separatæ damnatæ datur tota pœna, quæ debetur homini pro peccato, cum vero corpus coniungitur animæ non datur ei noua pœna,sed pœna animæ manet æqualis,& est eadem pœna,quam homo sustinet post resurrectionem,& illa quam sustinebat anima, sed fit de pœna, & sensatione, sicut est de esse . anima enim habebat esse totius compositi,perit homo per mortem, man- E
sit totum esse in anima, ad hoc autem quòd rursus fit homo,non oportet, quòd deducatur aliud esse superpræcedens, sed quòd corpus deducatur ad participationem esse animæ , quod fit per vnionem formalem,ideo non additur aliud sentire, & consequenter neque potest distingui pœna . Sed accipit corpus ab anima participationem illius esse, & participationem sensationis,non quòd illud sentiat, sed quòd per illud vel in illo fiat sensatio , ideo adducitur corpus in participationem illius pœnæ, quam habet anima, sicut in participationem esse,& sensationis, & non causatur noua pœna. Sic est de beatitudine,quia anima capit Deum per intellectum,& voluntatem, & ideo est

beata, corpus autem non potest capere beatitudinem illo modo, quia est ens immateriale, ideo non solum non accipit per se aliquam portionem illius beatitudinis, sed etiam non communicatur ei per animā, qa non capit, sed communicatur ei alius modus beatitudinis, quem capere pōt, s. dotes corporis. i. impassibilitas, claritas, subtilitas, agilitas, & istę dotes non sunt aliqua gloria data a Deo ipsi corpori in resurrectione, q̄ superaddatur in resurrectione, nam tunc diceremus, ꝙ simpliciter esset tunc maior beatitudo ēr intensiue, sed falsum est, immo sunt istę dotes quędam refluxus glorię animę in corpus. Nam cum anima in esse naturali perficiat corpus, quia vnitur ei formaliter, ita & in beatitudine si reunitur ei non solum perficit perfectione naturali illud, sed maiori, cum ipsa perfectior valde sit nunc, quam in esse naturali, nō est, ergo beatitudo corporis beatitudo animę, sed prędexistebat, cōicatur tū corpori, quia sicut corpus per vnionē trahit in participationem esse animę, ita trahitur in participationem cuiuslibet perfectionis eius eo modo quo est participabilis corpori. Et ideo dicendū, ꝙ corpori non debetur gloria, sed quia homo resurgit accidit corpori gloria quęlibet respectu corporis sic accidentalis, sed respectu dispositionis Dei, & meriti hominis est necessaria, nam licet corpus nunquam aliquid meruit, aut demeruit, homo tū in corpore existens meruit, vt per bona opera, quę tunc faciebat pręmiaretur postea in corpore, & anima, & per peccatum demeruit, vt puniretur in corpore, & anima, sicut ipse erat tūc cum demeruit. Sed obijcietur, ꝙ cum homo hoc meruit, licet corpori non fieret iniuria etiam si non reuniretur, fieret iniuria homini, vel meritis eius, & consequenter videtur, ꝙ fiat iniustum ei cum tā tarde reddatur ei corpus suum. Dicendum, ꝙ non fit, quia merito hominis debetur certum pręmium, & istud redditur integrū animę separatę statim, vt beata est, iō cum iam habeat totum sibi debitum non fit ei iniustum. secus si aliquid minus de gloria daretur, quādo est separata, vnde ēt si resurrectio fiat mille annis postquam futura est, non magis fieret iniuria sanctis, quam si fiat tempore suo, vel si cras fieret. Est tamen quidam honor accelerare resurrectionem, sicut fuit in corpore benedicto Christi Iesu, quia illi in summū honorem datum est, vt non videret corruptionem Psal. 15 & Act. 2. cap. ideo quadraginta horis post deposition em resumptum est. Sic etiā de corpore Domine nostrę prędixerit, sed in hoc licet opinari contrarium si quis contenderit. de illis autem corporibus secus est. manēt enim in puluere terrę vsq; ad vltimā resurrectionem, dum ergo aliquando reuniantur animabus, sicut animę desiderant nihil differt, neque est iniustum. Et ita apparet, ꝙ non est inconueniens aliquod animam solam sustinere pœnas purgatorias.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, ꝙ licet anima sit coniuncta corpori, qū est operatio meritoria, vel demeritoria, corpus tū, neque meret, neq, demeretur, iō non competit ei directe pœna, & ēt si non tribuatur non est iniustum, quia aīa, quę retinet totum esse hoīes recipit pœnam pro actu totius hoīs, argumentum aūt istud procedit, quasi aīa, vt pars patiatur, & corpus, qđ est altera pars patiatur, & aīa sustineat pœnas debitas corpori, sed falsum est, vt oñsum est ex præcedentibus, quia anima non patitur, vt pars, sed vt hō, quia licet non sit hō retinet esse totius, iō ēt si corpus aliquid per se demereri potuisset, aīa iuste in Purgatorio puniret, ꝑ illo. Ad secundū dicendū, ꝙ nō est simile totaliter de inferno, & Purgatorio. nam ignis inferni semper manet, & iō qui ibi est aliqū punict in corpore, & aīa, ignis aūt Purgatorius nō semp manet, iō contingit solas aīas ibi puniri. Si aūt semper maneret, necesse erat, ꝙ post resurrectionē punirēt ibi hoīes in corporibus, & animabus, & quātū ad hoc simile est de gehenna, quia pro hoc tempore, quod est ante resurrectionem solę animę puniuntur illo igne, non tamen ex hoc est aliquod inconueniens, vt ostensum est supra in dictis.

An quanto plures fuerint in Purgatorio, vel in inferno plus habeant de tormento. Et vnde hoc proueniat.
Quæst. DCCLXIIII.

QVAERETVR circa dānatos in gehenna, aut eos, qui sustinent pœnam purgatoriā, an quanto plures fuerint plus habeāt de tormēto. Solet dici, ꝙ fici. ꝙ cuilibet augetur pœna ex malo aliorum, & hoc cōmuniter tenetur, ꝙ damnatis crescant pœnę per aduētum damnatorū aliorū. Secundo, quia dñt simile esse de damnatis, & beatis, beati autē gaudent tanto plus quanto plures fuerint, quia quilibet gaudet de bono suo, & alterius, ita in damnatis erit, quia quilibet tristabitur de malo suo, & aliorum.

Sed obijcietur, quòd non torqueantur damnati tāto plus quanto plures fuerint, quia non est simile de beatis, nam beati gaudent de bono suo, & aliorū beatorum, eo quòd diligunt eos ex charitate, & ideo bona illorum reputant sua, sicut amicus gaudet de bono amici, vt de suo, quia bonum amici suum reputat, cum sit amicus alter ipse, sed de damnatis non est sic, quia non se diligunt ex charitate, aut amore aliquo, sed potius se oderunt, ideo non dolebit vnus de malo alterius, vnde non augebitur pœna.

Secundo, quia potius videtur, ꝙ damnatis alleuiet pœna ex damnatione aliorū, quia oderunt nimis oēs viuentes, & vellent, ꝙ omnes essent damnati etiam amici, & cognati eorum, tātum in eis inuidia crescit, & sanctos angelos, & Deū (si possibile esset) vellēt esse miseros, & damnari, ergo non affliguntur de malo illorum, quia alias non cuperent hoc malum, cum eis cedat in malum, & nemo malum sibi cupit. Tertio, quia scimus dæmones tentare nos, & adhibere totū studium suum, & solicitudinem quantam possunt, & hoc solum, vt nos damnari faciant, sed non procurarent hoc si inde augeretur eorum pœna, ergo nō torquentur, aut dolent mali de pœna aliorum damnatorum. Dicēdum, ꝙ non est dubium quin tanto sit maior pœna, & damnatio damnatorum quanto plures fuerint damnati, nam ita communiter tenetur. Sed vnde hoc proueniat dubium est.

Aliqui dicūt, quòd prouenit hoc ex eo, quòd omnes animę humanę habent inter se quandam cognationem, quia sunt de eadem specie, & ideo compatitur mutuo sibi, & consequēter augetur dolor ex malo mutuo. Et hoc ostenditur, quia dives positus in tormentis curam habuit pro fratribus suis quinque quo ad eos mitteretur Lazarus admoniturus ne ipsi venirent in illum locum tormentorum Luc. 16. c. & sicut dilexit illos, ita diligeret alios, licet non æqualiter, & ita de cuiuscunque damnatione doleret, vnde augeretur pœna ex cuiuslibet damnatione, & ob hoc dicunt, quòd dæmones nō affliguntur de damnatione nostra, quia non sunt de specie humana, ideo non condolent nobis, sed potius procurant, quòd omnes damnemur.

Sed dicendum, quòd non stat, quia damnati non cupiunt salutem, & beatitudinem viuentium, sed potius damnationem, quia cum sit voluntas eorum peruersa crescit in eis iniquitas, & pessime inuidia, ita vt omnibus inuideant de bono, quod habent, & vellēr, quòd nemo haberet aliquod bonum, sed omnes essent miseri, sicut ipsi, vt ostensum est late supra.

Cum

Cum autem dicitur, ꝙ diues curam habuit pro fratribus suis ne venirent in illum locum tormentorū. Dicendum, ꝙ damnati omnes homines vellent esse damnatos, & angelos, & Deum si possibile esset, & hoc esset eis maior consolatio, quam ꝙ aliquis saluaretur, etiam si filius eorum esset, sed quia vidēt, quòd aliqui saluantur vellent, ꝙ potius saluarentur consanguinei sui, quam cæteri, quia minus inuident cognatis, quam aliis, & minus dolerent de bono cognatorum, quam aliorum, & tamen si scirent ipsi possibile esse, ꝙ damnarentur omnes homines, potius vellent omnes damnari, quam saluari aliquem, vnde si sui cognati soli possent saluari cæteris damnatis, potius vellent illos cum cæteris damnari, quam eos solos saluari, immo & si quis de damnatis sciret, ꝙ omnes homines damnandi erant præter filium eius vnum quē summe diligebat, illum potius damnari vellet cū aliis quam solum saluari, vt ostensum est supra, ergo non augetur pœna damnatis ex hac causa.

Secunda opinio, quæ pœna damnatorum tanto magis augeatur, quanto crescit numerus damnatorum.
Quæst. DCCLXV.

SECVNDI dicunt, ꝙ accrescit pœna ista ex eo, ꝙ quanto plures damnati sunt, tanto ignis vehementior est qui eos vrit, & consequenter magis vruntur, & torquentur quanto plures damnantur.

Sed dicendum, quòd non stat. primo, quia non est verum, ꝙ quolibet adueniente damnato intendatur ignis inferni, vt maior fiat, immo ignis inferni semp manet idem, & in æternum æqualis. Secundo, quia augmentum illud non prodesset, nam si animæ, vel damnati in corporibus cremarentur, & alterarentur modo naturali, maior ignis magis alteraret, & tñ non est in eis naturalis mutatio, neque calefactio, quia aīa nō pōt pati naturaliter ab igne, & corpore, & si ibi naturaliter paterentur, resoluerentur, & incinerarentur quod non fit, ideo non crescit vis ignis aduenientе alio quo, & si accresceret non læderet.

Tertio, quia non vr, ꝙ deberet crescere intēsiue si crescеret aduenientе damnato, sed extensiue. i. ꝙ extēderetur ignis ad maiora spatia, vt non deesset locus in quo nouus damnatus cremaretur, sed neque istud est necessarium, quia sine aduentu crementi ignis poterunt quotquot damnati fuerint cremari, & tamen si fiat crementum extensiue non affligerentur ex hoc alii damnati.

Quarto, quia si aucto igne propter aduentum noui damnati crescerent tormenta aliorum, non daret Deus pœnas iuxta mensuras peccatorum, nam a principio dedit Deus cuilibet damnato tantum quātum peccatis suis debetur. si autem postea crescit pœna ab igne per aduentum cuiuslibet damnati, augebitur pœna cuiuslibet sine demerito, quod est iniustum, & in hoc tanto magis aliquis grauaretur, quanto prius dānaretur, quia ex damnatione omnium aliorum accresceret ei, & hoc absurdum est.

Quinto, quia hoc teneret dato, quòd ille ignis tantam pœnam inferret cuilibet, quantam secundum sui ipsius conditionem inferre posset, etiam si nō inferret eam immutando naturaliter, & tamen falsum est, quia tunc ignis inferni cum vnus numero sit tot querentur æqualiter omnes qui ibi essent, sed falsum est, quia tam ibi, quam in purgatorio sunt inæquales pœnæ in eodem igne, prout demerita alicuius magna, vel parua sunt, ideo etiam si ignis inferni in vigore cresceret in infinitum, non augeretur pœna alicuius ibi existentis, sed quilibet puniretur tantum quantum Deus illi taxauit a principio damnationis suæ de acerbitate pœnæ pro peccatis: non est ergo verum, ꝙ crescat pœna damnatorum hoc modo ex aduētu nouæ damnationis alicuius aucto igne.

Tertia opinio circa supradictam quæstionem.
Quæst. DCCLXVI.

TERTII dicunt, ꝙ hoc fiat ex compressione damnatorum inter se, nam concauitas illa receptaculi gehennæ non est magna, vt in ea recipiantur multi damnati, & compriment se ex hoc, vt vix sit ponere digitum inter vnum, & alterum, sicut sancti doctores tradunt, & illa compressio est pœna, & necesse est, ꝙ tanto maior sit, quanto plures damnati aduenerint.

Sed dicendum, quòd non stat. primo, quia tunc esset ista pœna solum post iudiciū, nunc vero non, quia non sunt in gehenna, nisi spiritus nostri, & dæmones incorporei, qui nihil occupant, & ideo non possunt se comprimere.

Secundo, quia tunc dęmones non acciperent maiorem pœnam per aduentum damnatorum, sed soli homines, quia dęmones etiam post iudicium nō poterunt comprimi, quia erunt semper incorporei.

Tertio, quia licet aliqui asserant tantam compressionem futuram in corporibus non constat, quia forte locus ille plures capiet, nam manebunt tunc loca purgatorii, & Lymbi sanctorum vacua, ad quæ se poterit extendere ignis ille, & cruciabuntur ibi, erit que tota illa capacitas gehenna, & ita non se cōpriment. Vel erunt forte per modum penetrationis dimensionum, & poterunt esse multi simul, ideo non apparet ex hoc pœnam futuram.

Quarto, quia dato, quòd ista compressiō pœnam faceret, non fieret ex aduentu cuiuslibet damnati, nam si apud inferos pauci essent non cōprimerentur, & sic non sequeretur ista pœna, ideo non sequeretur per se pœna vni damnato ex aduentu alterius, sed per accidens. s. quando tot essent damnati, vt non caperentur in gehenna, nisi se comprimendo, & tamen ex quolibet damnato dicimus alteri damnato crescere pœnā, ergo non iste modus.

Quinto, quia si per istum modum adderetur pœna damnatis, posset ista pœna esse tam grauis, ꝙ excederet demerita damnatorum: Deus autem dat cuilibet damnato pœnam, quantam meretur absolute, ꝑ peccato suo, si ergo damnati alii aduenientes postea per compressionem augerent pœnam istam, daret Deus directe damnatis maiorem pœnam, quam meruerint, quod est inconueniens.

Quarta opinio Auctoris vera, quod cuilibet damnato augetur pœna ex aduentu alterius damnati.
Quæst. DCCLXVII.

QVARTVS ergo modus est verus, scilicet quòd damnato cuilibet augeatur pœna ex aduentu alterius damnati, & hoc fit per solam considerationem, quia sicut consideratio rerum bonarum, & pulchrarum facit naturaliter delectationem in considerante, ita & visio, vel cōsideratio rerum tristium, & malarum infert pœnam, sed damnati apud inferos cernunt mala sua, ideo de illis tristantur, & ideo quanto mala fuerint maiora, tanto magis tristabuntur, sed quanto fuerint plures damnati plura mala sunt, ergo magis tristabitur quilibet damnatus.

Sed obiicietur, quòd non affligant ista mala considerata, quia non sunt mala propria, sed aliorum quos non diligunt, & tñ malum non affligit, nisi in quatum

proprium est. Dicendum, quòd præter mala propria necesse est, vt etiam damnati tristentur de malis alienis non inquantum aliena sunt, sed inquantum mala sunt. Est enim naturale, quòd omne bonum, & pulchrum, quod videtur delectet videntem, etiam si non sit proprium, sed solum inquantum videtur, & hoc si videns sit aptus recipere delectationem, & omne malum visum, vel consideratum affligat videntem, vel considerantem si afflictionem, vel tristitiam pati pōt. De bono patet, quia quātumcunque aliquid pulchrū, & bonum sit alienum, & sciamus ad nos non peruēturam illius possessionem, aut frutionem gaudemus videndo, & considerando, qui autem dominus rei est, vel ad quem pertinet gaudet dupliciter videndo, vel cogitando. Primo, quia cogitationem, aut visionem cognoscit illam rem perficientem sibi accedere, & ex hoc bonum quoddam sibi adesse, & in hoc magnum gaudium est, & in hoc non participant secum illi, qui vident rem pulchram, & bonam, quæ sua non est. Secundo gaudent inquantum res illa pulchra, & bona in se existens naturaliter est perficiens sensum, aut intellectum in modum obiecti, de quo cogitatur, aut quod videtur, & hęc dilectatio est aliqua licet minor, & in hac communicant etiam illi, qui non sunt domini rerum ipsarum visarum, vel cogitatarum, & est verum, ꝙ gaudent de suo, quia licet res ipsa nō sit sua, oblectatio tamen quam res pulchra naturaliter causat in vidente efficitur ipsius videntis, & ideo de illo, & secundum illud gaudet. De malo eodem modo quantum ad tristitiam, quia malum naturaliter infert tristitiam visum, vel cogitatum, siquis autem illud sustineat dupliciter tristatur de illo. Vno modo inquantum eius est, & ipsum realiter torquet, etiam si aduertere nolit, & ista afflictio est magna secundum quantitatem rei afflictiuę, & in hac afflictione non participant illi quorum non est hoc malum. Secundo modo affligit malum inquantum visum, vel cogitatum, quia potentiam susciptentem offendit, & affligitur suscipiendo, sicut siquis videat aliquem occidi, vel pęnas pati, etiam si sciat non peruenturas pœnas illas ad seipsum dolet, & quanto fuerint pęnę visę maiores tanto magis affligitur. Iste modus secundus est apud inferos, nam præter hoc, quòd quisque de malo suo affligitur inquantum illud tolerat, adhuc cognoscit mala aliorum, quia quilibet damnatus cognoscit tormenta omnium aliorum damnatorum, & omnia illa sunt malum quoddam, ideo etiam si de illo nullo mō participent, quilibet tristabitur videndo illa, & quia quanto maiora fuerint, vel plura sequitur tanto maior tristitia, necesse est, vt cum cuilibet damnato cōpetant nouę pęnę, & aliquid de malo præter malum aliorum, quòd quilibet damnatus cognoscēs damnationem noui damnati affligatur de illo, & sic per aduentum cuiuslibet damnati crescunt pęnę alijs damnatis. Sed obijcietur, ꝙ non stet, quia hoc esset si damnati non odissent alios, & inuiderent eis, & tñ oderūt, vt dictum est, iō non tristabuntur de malo ipsorū, nā & nos gaudemus de malo illorum quos oderimus, & quibus inuidemus. Secundo, quia ad dolendū de malo alterius requiritur cogitatio, i. ꝙ illud cogitet, vel attendat, qui videt, vel cognoscit, & tñ pñt damnati non cogitare mala aliorum, ideo poterunt non affligi ex malis illorum. Dicendum, ꝙ necesse est ex malo cuiuslibet damnati crescere alijs pęnam, & ad primū in contrarium dicēdum vno modo dato, ꝙ quis oderit alterum, vel inuideat, ꝙ adhuc pōt tristari de malis eius, nam qñ quis odit alium si non inferuntur mala illi quem odit, manet odium, cum verò inferuntur mala si parua sunt non saturatur odium, si autem magna saturatur, & interdum tanta sunt, vt hostis hosti condoleat. sicut quando quis habet magnę potentiæ hostem, & deduxit eum ad magnas calamitates compatitur ei, & interdum lachrymatur, sicut Paulus Romanus Cōsul cum cepisset hostem suum, & Romanorum Persarum regem, calamitatibus eius pias impendit lachrymas, vt dicit Boetius 2. de Consola. prosa secunda, sed nulla maior calamitas est, quam in inferno, vbi est summa miseria, & non est spes de aliquo bono, ergo licet quandiu viuimus, & possumus esse fęlices, oderint nos, qui damnati sunt apud inferos postquam damnati fuerimus, quia deducti sumus ad extremam miseriam possunt compati nobis, & condolere malis nostris, & sic augebitur pęna eorum ex compassione aliena, vel ex eo saltem, quòd cogitant mala, quæ alij patiuntur, non inquantum aliena sunt, sed inquantum mala quædam sunt, quæ cogitata, & visa non possunt non inferre dolorem patienti, aut pati potenti.

Secundo potest dici, ꝙ qui apud inferos sunt non oderunt nos, quia non nocuimus eis postquam sunt apud inferos, sed inuidēt nobis, quia nos sumus equales eis secundum naturam, & sunt ipsi perducti ad extremam miseriam, ideo nollent, quòd nos essemus superioris eis, qđ fieret si beatificaremur, ideo inuident nobis ne beatificemur, quia per hoc videntes se minores nobis tristarentur valde, & præter pęnam, quæ apud inferos sustinent, esset eis grauis pęna videre se miseros, & nos fęlices, & ideo quandiu beati fuerimus, aut extiterimus in potentia ad essendum fęlices inuidebunt nobis, & cupient, quòd nos damnemur, cum vero damnati fuerimus non inuidebūt, quia non habent aliquid de quo inuideant, nam sola miseria caret inuidia, & ita cessante inuidia dolebunt de malis nostris, quasi nunquam nobis inuidissent, & potissime quantum ad damnationem eorum quos hic amabant. Et apparet hoc magis, quia damnatinō inuident nobis, quasi nobis malum directe velint, quia hoc est odisse, sed inuident, quia vellent, quòd nos non essemus superioris eis, sumus tamen superiores quandiu non sumus miseri, ideo quandiu sic manserimus inuidebunt nobis, cum vero effecti fuerimus miseri, neque inuidebunt, neque oderunt nos, ideo habebunt se ad mala nostra ac si nunquam nos odissent, neque nobis inuiderent, sed sicut dolet quilibet de malo alterius etiam si nunquam agnouerit, quia malum cogitatum quandam tristitiam ingerit, ergo damnatis accrescet tristitia de malo cuiuscunque damnati.

Ad secundum dicendum, quòd illud malum cognitabunt, & videbunt quadam intuitione intellectus inquantum non cognoscent illud discursu quodam, sed vt oblatum clare, & non poterunt euitare cogitationem illam, aut visionem, quia sic etiam propriam pęnam euitarent, sed falsum est. cogit ergo Deus illos intueri malum in quo sunt, & ideo tam malū suum, quam aliorum mala cogitant, quæ præsentia sunt, & cogitando affliguntur.

Sed tūc obijcetur, quòd Deus dat cuilibet damnato plus de pęna, quam peccata sua meruerint, quia dat Deus absolute cuilibet tantum de pęna quātum meruit, etiam si nullus alius damnatus esset, ergo quid quid augetur de pęna ex malis aliorum supra meritum est, & erit iniustum.

Dicendum, ꝙ Deus dat cuilibet tantū de pęna quātum meretur, & illa est pęna essentialis, vt sicut dicimus, ꝙ beatis respondet quoddam pręmiū essentiale, ita respondet damnatis quędā pęna essentialis, accidit autem beatis gaudium ex bono aliorum, ita & dānatis accidet quędam pœna ex aliorum afflictione, & hoc non est iniustum, quia non infligitur a Deo, sed

sed quasi naturaliter sequitur, nam ex eo, ꝙ videt mala quorumcunque, & maxima mala necesse est, vt tristentur, cum tristari possint, nam & beati videntes pęnam damnatorum tristarentur si capaces essent tristitiæ, sed beatitudo excludit ab eis omnem passionem, ideo non tristantur, sed damnati tristari possunt, ideo non solum de suo, quod eis impositum est, sed etiam de alieno, quod impositum non est tristantur, & non fit eis iniustum.

Responsio ad primam rationem principalem obiection's factæ in primordio quæstionis principalis.
Quæst. DCCLXVIII.

NVNC vero ad rationes factas supra in contrariū est respondendum. Ad primam cum dicitur, ꝙ non est simile de beatis, & damnatis, quia beati diligunt beatos, & damnati non diligunt, sed oderunt dānatos, dicendū ꝙ non est verum, ꝙ damnati oderint damnatos, si. n. dānati apud inferos manentes odissent alios damnatos gauderent de pęnis eorum, vel cuperent eas, & ita argumentum procederet, & tñ falsum est, quia damnati non oderunt alios damnatos, non solum qñ damnati sunt, sed ēt antequam damnentur non oderunt eos, quia viuentes non nocent damnatis in aliquo, sed damnati inuident viuentibus quandiu viuunt, vt non efficiantur fęlices, sed postquam damnati sunt non possunt effici fęlices, ideo iam non inuident eis, & sic damnati non oderunt alios damnatos, neque inuident eis, propter quod non manet aliqua causa, vt ipsorum pœnas velint, sed habebunt se damnati ad damnatos, quasi ad eos quos nunquam viderunt, & tamen de malis illorum nemo gaudet, & iō ex hac parte non est argumentum, neque est differentia inter bonos, & damnatos. Cum autem dicitur, ꝙ beati diligunt alios beatos ex charitate. Dicendum ꝙ verum est, & damnati non diligunt alios damnatos ex charitate, quia non manet charitas in damnatis, vñ neque seipsos possunt ex charitate diligere, sed ex sola inclinatione naturali, alios autem damnatos, aut non diligunt, licet non oderint, aut ex quadam affectione naturali amant, & ideo sequitur, ꝙ magis gaudeant beati de bono aliorum beatorum, q̄ damnati tristent de pęna damnatorum aliorum, cum magis beati diligunt beatos, q̄ damnati damnatos, & tamen tristātur aliquo modo damnati de malo aliorum damnatorū. Et apparet hoc, beati enim, quia diligunt alios beatos ex charitate gaudent de bono eorum dupliciter. Vno modo velut de bono proprio. Alio modo velut de bono simpliciter. De primo patet, quia beati inter se amici sunt, cum se ex charitate diligant, & cum amicus sit alter ipse, reputantur bona vnius esse alterius, & gaudet vnus amicus de bonis alterius, sicut de propris, & istud est magnum gaudium: aliud est gaudiū inquantum de illis, vt de bonis simpliciter gaudet cuiuscunque illa bona sint, nam bonum naturaliter cōdelectat potentiam cognoscentem, quia in cognitione quodammodo cognoscēs participat illo bono. Ita & de malo est, quia amicus de malo amici dupliciter tristatur. Vno modo inquantum mala amici propria reputat, alio modo inquantum sunt simpliciter. Primo modo est magna afflictio de malo, sicut si ipse sustineret. Secundo modo minor est, quia solum se habent mala, vt visa, vel cognita affligunt videntem, vel cognoscentem, quod naturaliter faciunt, sed nō sunt pertinentia ad ipsum. Et ideo beati multum gaudent de bonis aliorum beatorum, quia dupliciter gaudent, vt dictum est, damnati autem, quia non sunt amici aliorum damnatorum non tristantur de malis eorum primo modo, vt de propris, quia nō reputant ea pro-

pria, sed secundo modo, scilicet inquantum mala cognita, quorum cognitionem euitare non possunt, affligunt eos, licet non pertineant ad illos. tristantur ergo mali de damnatorum aliorum pęna, licet magis gaudeat quilibet beatus de aliorum beatorum bono.

Ad secundum dicendum, quòd responsio potest haberi ex præcedentibus, verum enim est, quòd damnati gauderent de malo aliorum damnatorum, & qui quotidie damnantur si odissent eos, & tamen ostensum est, quòd nō oderunt eos: saltem animę damnatę non oderunt alios homines, neque dum conuiuētes sunt, neque postquam damnantur, vt dictum est, quia viuentes non nocent damnatis, sed inuident dānati viuentibus, & solum quandiu viuunt, post mortem vero, & damnationem, neque oderunt, neque inuident, ideo non habent quare gaudeāt de illorum malis, quia non manent, vt hostes. Et cum dicitur, quòd cupiunt damnari omnes, & etiam angelos, & Deum, verum est, & tamen non ex hoc sequitur, ꝙ postea de illorum pœnis gauderent, quia volunt illos damnari non, quasi eos oderint, sed quia inuident, nollent enim, ꝙ essent digniores, quam ipsi, nā ex hoc iudicant se miseros, & abiectos, quia alij quidam sunt beati, vel esse possunt. Si autem nemo beatus esset, sed omnes miseri, non reputarent hoc, vt miseriam, sed vt naturam, quia omnibus competeret, ideo vellent oēs damnatos esse, vt malum suum esset eis tolerabilius, & non vt alij torquerentur, quia si alij desinerent esse, ita vt neque miseri, neque beati essent, eodem modo illud vellent, & non cuperent eos damnari. Sed quia cum nulla res admittatur necesse est quemlibet hominem esse fęlicem, aut miserum, cupiunt quēlibet esse miserum ne efficiatur beatus. Et ob hoc cum inuidia cessat tunc, quando efficitur miser ille cui inuidebatur, non manet gaudium de pęna eius, & consequēter, neque alleuiatur pęna damnatorum ex pœnis aliorum, alleuiaretur autem quodammodo si maneret inuidia, vel odium, & gaudium de pœnis aliorum.

Responsio ad tertiam rationem principalem positam in q. 764. Quæst. DCCLXIX.

AD tertium dicendum, quòd dęmonibus augetur pęna ex damnatione cuiuslibet damnati, & tamen damnationē omnium hominum procurant, licet expresse ex illa sciant sibiipsis pœnam augendam. Sed dicendum, ꝙ non est penitus simile de dęmonibus, & de aīabus aliorū damnatorū, nam dęmones magis inuident nobis, quā aię dānatorū, & cā est, quia cū nos simus imperfectiores, & minores fm naturā, peruenimus ad beatitudinē, ad q̄ ipsi maiores existentes peruenire non potuerunt, homines autem omnes inter se sunt equales ex conditione speciei, iō licet quidā non perueniant ad beatitudinē alijs peruenientibus non est tanta cā inuidię, vñ dęmones tam acriter hominibus inuident, ꝙ ex puersitate suę voluntatis non solum cupiunt, ꝙ homines damnentur, sed ēt totā operam suā solicitā impēdūt, vt damnentur. & ista est causa totius tentationis, quā circa nos faciunt, & exercitij, & nocumentorum, quę impendunt, & maiora horum facerent, nisi impedirentur ab angelis custodibus nostris per clementiam diuinę prouidentię, sic dicitur Sapien. 3. c. inuidia diaboli peccatum introiuit in orbem terrarum, & p peccatū mors. animę autem damnatorum non tā acriter inuident nobis, vt ipsę procurent damnationem nostram, ideo non est simile de inuidia vtrorumque.

Amplius dęmones non solum inuident nobis, sed & interdum oderunt, si. quia sępe tentant nos, & nituntur superare, nos vero adiuuante Christo beneficio

ſuperamus eos, & tunc ipſi, quia naturaliter ſuperbi ſunt, & vident ſe abiectos, & ſuperatos a minoribus indignantur valde, & oderunt nos, quaſi iam ſimus hoſtes. Item quia propter nos affliguntur ipſi, nam ordinati ſunt dæmones inter ſe ordinatione quadam voluntaria, vt contra homines præualeant ſubijciẽdo eos ſibi, vt oſtenſum eſt ſupra 12.ca.q.10.& mandato principis mittuntur minores ad opera varia tentationũ, & quando nõ ſuperauerint iuxta voluntatem ſuã torquẽtur a principe ſuo, & ideo cum illi propter nos affligantur incipiunt non ſolum inuidere, ſed & odiſſe nos.

Tertio, quia dæmones cum ſint maiores naturaliter hominibus, cupiunt dominium ſuper eos, & exercitium poteſtatis, & ita Chriſtus vocat regnum dæmonũ ſupra 12.& Lucę 11.c.ſi Sathanas in ſeipſum diuiſus eſt regnum eius quomodo ſtabit? quaſi dicat non, ergo regnum præſupponit eſſe Sathanę, & ſic ẽt vocat eum principem mundi huius Io.12. princeps huius mundi iam iudicatus eſt, & Ioan.14.ca. dicitur, venit princeps huius mundi, & in me nõ habet quidquam, ideſt dęmõ, qui eſt princeps mundi, & ita Apoſtolus vocauit dæmones principes, & rectores tenebrarum harum ad Ephe.6.c.hi autem exercẽt dominium ſuper omnes malos, qui eis obediunt, & aliqui eos colunt, vel ſaltem conſilijs eorum adhęrent, boni autem nolunt illis ſubijci, & repugnant eis adiutia Chriſto, & non conſentientes operibus eorũ, ꝙ ergo homines infirmi, & puſilli non ſubijciantur eis, quorum tanta eſt poteſtas, vt ſit nulla poteſtas ſub cœlo, quæ eis cõparetur Iob 41. & ſit tam ſublimis natura indignantur, & oderunt eos, quibus reſiſtunt, quaſi eis magnam contumeliam faciant, & ideo dæmones nũc gaudent de pœnis noſtris, quia non ſolum inuident nobis, ſed & oderunt.

Animæ damnatæ quomodo ſe habeant erga viuentes.
Quæſt. DCCLXX.

Sed de animabus damnatis non eſt ſic, quia nõ ſunt hoſtes nobis, neque tentant vſurpare dominium ſuper nos, in quo nos reſiſtamus eis, ideo non oderunt nos, ſicut dęmones, ſed ſolũ inuident nobis quandiu non ſumus miſeri, vnde de pœnis noſtris non gauderent ipſę, ſicut dæmones.

Dicendum tamen, quòd dæmones poſt damnationem affliguntur de pœnis cuiuslibet damnati, ſed in hoc cogitandum eſt, quòd differt inter dæmones, qa quidam rentant nos, alij vero non tentant, ſed ſunt clauſi apud inferos, qui enim tentant nos gaudent nunc quodammodo de pœnis damnatorum, quia ſunt hoſtes eorum, & diu pugnauerũt, vt eos ſibi ſubijcerent, & poſtea ſubiecerunt, & ideo ſicut gaudent nunc inferentes nobis mala dum viuimus, ita & quãdiu durat exercitium eorum gaudent, qui vero clauſi ſunt, & non tentant, non videntur habere eandẽ cauſam gaudij, & tamen habent, tum quia licet actu non tentent, tamen aliquando tentauerunt, aut tentaturi ſunt vſque ad diẽ iudicij, quia nõ ſunt ſemper ijdem, qui tentant, & ideo habent, quaſi hoſtes adhuc damnatos, quos ſocij ſui vicerũt, & ad inferos deduxerũt, & ſic de eorum pœnis gaudent, & forte, quia iſti, qui nunc ſunt apud inferos, & non tentant ſuperant eos, qui in inferno ſunt, & habuerunt eos in hoſtes dum viuerent, & nunc de eorum pœnis gaudent.

Alia cauſa præcipua eſt, quòd nunc omnes dęmones gaudeant de pœnis damnatorum, quia ſicut conceditur dæmonibus vſque ad diem iudicij tentare homines, & exercere eos corporaliter nocẽdo eis, quod eſt quaſi quidam modus dominij, ita & vſque ad diẽ iudicij in inferno tenent eundem principatum, quia torquent nunc animas damnatorũ, qui habent eoſdẽ tortores quos habuerunt in peccato incentores, & ideo quandiu permittitur eis iſta dominatio gaudent de pœnis damnatorum, quia ipſi eas inferunt, quando autem ceſſauerint inferre, iam non gaudebunt. Sed poſt diem iudicij non gaudebunt dæmones de pœnis damnatorum, quia nõ inferent eas, ſed cernent ſe miſeros, ſicut alij damnati ſunt ſuſtinẽtes ſimul pœnam cum eis, & in nullo maiores eis exiſtentes. Et patet, qa in iudicio euacuabitur omnis principatus dęmonũ, ſicut dicitur prima Corin.15.c.cũ euacuauerit Chriſtus omnem principatum, & poteſtatem, & tradiderit regnum Deo, & Patri, & tunc dæmones triſtabuntur, quia eijcientur de principatu ſuo, iuxta illud Ioan. 12.nunc iudicium eſt mundi, & princeps huius mũdi eijcietur foras. mittentur autem tunc omnes dæmones in infernum, quia non habebũt aliquid, quod ſuper terram faciant, & hoc iudicant ſibi ad magnam triſtitiam, vt patet de illis dæmonibus, qui erant in arreptitijs, & dixerunt, quid tibi, & nobis veniſti ante tẽpus torquære nos, & rogabant eum ne mitteret eos in Abyſſum Mar.5.Luc.7.& ita ceſſare ab inferendo hic mala hominibus iudicabant ſibi ad pœnam, quod fieret ſi mitterentur in Abyſſum. Et non ſolũ dæmones triſtantur ſi totaliter cogãtur ceſſare a malis, quæ nobis hic inferunt eundo in abyſſum, ſed etiam ſi dęmonibus ſit permiſſa quędam prouincia, vel regio, in qua inueniunt gentem diſpoſitam ad hoc, quòd ei multum dominentur, aut multa damna inferant, triſtantur ſi mittantur ad aliam regionem, quia forte nõ poterunt ibi tanta mala exercere. Sic patet de eiſdem dęmonibus, qui erant in arreptitijs, nam rogauerunt Chriſtum, vt non expelleret eos de regione illa Mar. 5.& hoc, quia quando dæmones ſuperati ab hominibus vnius loci, vel regionis repelluntur inde, mittuntur ad loca, in quibus parum nocere poſſunt, & hoc eſt eis triſtitia, quia nõ poſſunt requieſcere ſic dicitur ſupra 12.ca.cum ſpiritus immundus exierit ab homine ambulat per loca arida, & inaquoſa quærens requiem, & non inuenit donec redit ad domum, in qua erat prius, & ita dicitur de Raphaele Angelo, quòd religauit dæmonium in parte deſerti ſuperioris Aegypti, ſcilicet ne ibi nocere poſſet alicui, Tobi.5. cap. ſic, & Philippus Apoſtolus cum eiecit ſerpentem in quo diabolus erat air, exi & vade in locum deſertum, vbi non eſt acceſſus hominum, & nulla vtilitas humanis vſibus miniſtrat, ita vt vadens nemini noceas. Cũ ergo dæmones non ſolum de vna prouincia in aliam, ſed & de toto mundo excluſi fuerint, vt nulli nocere poſſint, neceſſe eſt, quòd nimis triſtentur, & ideo poſt diem iudicij priuati omni poteſtate, quam hic ſuper homines exercebant, & poteſtate torquendi damnatos, inuenient ſe ſolum miſeros, & æquales alijs damnatis, immo & minores, quia ante hoc erant, vt domini, tunc vero non erunt, ſed pariter miſeri, & tãto magis miſeri quanto maiora mala ſe cognoſcent habere, quam cõmuniter habeãt animę damnatę. Et ideo dicunt Doctores, & recte, quòd ante diem iudicij poſſunt dæmones habere, & habẽt de facto quędam leuia gaudia mixta doloribus ſuis, ſed poſt iudicium non habebunt illa, & hoc, quia nunc præſident nobis in tentando, & in tormentis de quo gaudent, tunc vero in nullo pſidebunt. Neceſſe eſt aũt, ꝙ tũc dęmones de pœnis aliorũ damnatorũ doleãt, qa iam non inferunt ipſi eas, ſed ſuſtinent damnati illas a Deo, ſicut & dæmones, & conſiderabunt illas dęmones, vt mala quædam, & quia malum naturaliter contriſtat videntem, aut cogitantem, triſtabuntur & ipſi, & quanto maiora fuerint mala tanto magis triſtabuntur, & tamen

tamen quanto plures fuerint damnati, ſunt plura mala, ideo tanto plus triſtabuntur, & conſequenter de malo cuiuslibet damnati triſtabuntur, & inſuper affligentur, quia ipſi fuerunt cauſa horum malorum, nam dæmon fuit cauſa omnis damnationis, quia per eum intrauit peccatum in mundum Sapien.3.c. & per peccatum damnatio, & ideo de pœnis omnium damnatorum dolebit inquantum ipſe fuit cauſa omnium, & quando homo eſt ſibiipſi cauſa mali ſui magis dolet, quam cum non eſt cauſa, ideo plus dolebit dæmon de malis aliorum dãnatorum, quam aliquis damnatus de malis aliorum, & non dico, ꝙ doleat de malis aliorum inquantum aliena ſunt, quia ſic nec dæmon dolet de malis damnatorũ, nec vnus damnatus de malo aliorum, qui nõ habent charitatem, per quam compatiantur in alteruttum, nec affectionẽ naturalem ordinatam, ſed volũtas eſt in eis peruerſa, ſed dolent de malis aliorum inquantum mala ſunt, & occurrunt eis, vt mala, & affligunt cogitantem, aut videntem, & hoc modo mala aliena efficiuntur quodam modo noſtra. Et ſic dæmones videntes ſe affligi ex malis alienis, quæ neceſſario eos contriſtant inquãtum ea vident, triſtabuntur plus de eis, inquantum ſciunt ſe eſſe cauſas iſtorum malorum, nam ſi ipſi nõ tentaſſent homines ad peccãdũ nõ damnati fuiſſent, & conſequenter ipſi non triſtarentur de pœnis illorũ viſis. Ecce igitur qualiter quilibet damnatus affligitur de malo alterius damnati, & quanto plures erunt tanto plus dolebunt, & dæmones etiam poſt iudicium affligentur de pœnis omnium damnatorum.

Quare dæmones procurant damnationem hominum, ſi ex pœna damnatorum augetur eorum pœna, & damnati homines, quare cupiunt omnes eſſe damnatos cum, & ipſi ex aliorum pœnis affligantur.
Quæſt. DCCLXXI.

Sed dicetur cum pœnę damnatorum ſint dæmonibus augmentum pœnę, quare procurãt damnationem hominum, ex qua ipſi magis torqueantur, & damnati homines, cum affligantur quoque de pœnis aliorum, quare cupiũt omnes eſſe damnatos. Aliqui dñt, hoc fieri, quia neſciunt quid futurum ſit eis qñ hoc cupiunt, vel procurant, ſicut nos quædam optamus, vt bona, quæ poſtea in malum nobis cedunt. Sed dicẽdũ, ꝙ non ſtat, quia dãnati ſciunt, ꝙ damnatio aliorum cedit eis in maiorem pœnam, nam ſi non dolerent de malis aliorum vſque ad diem iudicij, ſicut de dæmonibus dicitur, poſſet dici, ꝙ nunc cuperent dãnari omnes ex inuidia, quia neſcirent mala inde ſibi ventura, poſt iudicium aũt cum experirentur mala dolerent, ꝙ hoc deſiderauiſſent, ſed falſum eſt, quia nunc quandocunque damnatur aliquis, augetur pœna illorum ex pœna illius, ergo non cupiunt propter hoc pœnas aliorum, vel eos damnari. Alij dicunt, quòd hoc faciunt, quia habent voluntatem peruerſam, & ſibiipſis malum volunt.

Sed dicendũ, ꝙ hoc eſt abſurdum, quia nunquam poteſt aliquis ſibiipſi malum velle ſub ratione mali, nam malum non eſt ſic volibile, ideo a fortiori nemo ſibiipſi hoc velle poterit. Eſt autem voluntas damnatorum a vero bono auerſa, & tamen bonum vult in communi, & ſibi bonum immo ſibiipſi bonum inordinate vult, quia per hoc peccauit damnatus viuẽs, & iſta deordinatio manet in mortuo. Secũdo, quia ſi damnati cuperent ſibiipſis pœnas, non triſtarentur de illis, & ſic non affligerentur per hoc, quod in inferno ſunt, & non iudicarent ſe miſeros, & conſequenter deficeret iuſtitia Dei, quia pro peccatis non daret afflictionem, cum hoc damnatis nõ eſſet triſte, quod paterentur. triſtantur ergo damnati de pœnis quas ſuſtinent propter ſe, & de malo, quod patiuntur ex alienis pœnis, & tñ adhuc cupiunt alios miſeros fieri.

Dicendũ ergo, ꝙ ad euitandum aliam pœnam, quã maiorem iudicant, tam dęmones enim, quã damnati alij ſciunt, & experiuntur damnationem aliorum cedere eis ad pœnã, & tñ potius volunt pati hanc pœnã, & ꝙ oẽs alij ſint miſeri, q̃ ſuſtinere pœnã, q̃ ſuſtinẽt cũ vident aliquos fęlices, valde enim iudicant damnati ſe miſeros, & abiectos cum vident alios, qui ſunt eis ęquales ſecundum ſpeciem eſſe fęlices, quia ex hoc deſpiciuntur, & hoc credunt ſibi eſſe ad pœnam grauẽ, quia ſunt valde ſuperbi, & ſi nemo eſſet fęlix minus iudicarent de ſua miſeria, quia reputarent, quaſi naturaliter conditionem, cum viderent omnes miſeros, ſicut nobis mori pœna eſt, ſed quia naturalis eſt, & communis omnibus non iudicamus ad pœnam, ſi autem quidam morerentur, & alij non, iudicaretur pœna intolerabilis, & cum damnati ad alios homines hanc pœnam ſuſtineant, ſi videant eos fęlices adhuc grauius ex hoc affliguntur dęmones, quia magis ſe abiectos, & miſeros iudicãt, cũ homines, qui naturaliter ſunt minores beatos vident, quam ſi alij damnati, qui ęquales ſunt viuentibus, videant eos beatos, & ob hoc magis cupiunt damnationem noſtram dęmonęs, quam damnati, licet vtrique illud velint. Eſt ergo hoc, ꝙ quilibet dæmon, & damnatus ſcit ſibi futurã pœnam ex dãnatione cuiuslibet hominis cum dãnabitur, & tamen magis vult, ꝙ illam pœnam patiatur, quam ꝙ patiatur aliam, quam grauiorem iudicat in inuidendo ſi viderit eum fęlicem. Et non eſt hoc inconueniens apud damnatos fieri, quorum voluntas eſt valde peruerſa, cum etiam apud viuentes in quibus non eſt tanta peruerſitas, ſępe accidat, vt in valde inuidis, qui ſępe volunt aliquid mali ſuſtinere, vt alij ſuſtineant aliquid, & amarius ſibi iudicant ſi ipſi euadant impuniti, & illi quibus inuident, quam, ꝙ ipſi torqueantur, dum tamen alijs malum eueniat.

Et dicendum, ꝙ non ſolum dæmones hoc volũt de viuentibus nunc, quando eis inuidẽt, & fęlices eſſe poſſunt, ſed etiam poſtquam actualiter damnati fuerint, & doluerint de malo ipſorum nouiter damnatorum, adhuc potius volunt tunc dolere quantum dolẽt, quam quòd illi qui damnati ſunt, eſſent fęlices, licet iam inuidere deſierint, cum non poſſint eſſe beati, & ſolum iam doleant, & non oderint, nec inuideant, & idem volent dęmones poſt iudicium, quando valde affligentur, quia manet eis inuidia de illis, qui beati ſunt, quæ inuidia magis eos cruciat, quam pœna, quam ſuſtinent de malo aliorum damnatorum.

An anima ſeparata per ſuam naturalem virtutem poſſit ſe mouere de loco ad locum. Quæſt. DCCLXXII.

Occaſione præcedentiũ de receptaculis animarum, ad quæ vadunt animæ, manet dubium de motu eorum, & eſt dubium an anima ſeparata per ſuam naturalem virtutem poſſit ſe mouere de loco ad locum.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ſi poſſet ſe mouere de loco ad locum non portaretur ab angelis, ſed portatur ab eis, vt Lu.16 c. dicitur, ꝙ mortuus eſt Lazarus, & portatus eſt ab angelis in ſinu Abrahæ, ergo non habet anima ſeparata vim motiuam de loco ad locum. Secundo, quia quædam ſunt ſubſtantię corporales, quæ licet habeant imaginationem, & appetitum ſenſitiuum, & ſint ab alio mobiles ſecundum locum, & tamen ſecundum illum motũ ſeipſas mouere non poſſunt, dicit enim Philoſophus 2. de anima, ꝙ ſenſitiuorum quædam ſunt, quæ non habent motum

motum secundum locum, & hoc est propter imperF fectionem eorum, ergo similiter erũt quædam substantię spirituales, quæ licet habeant intellectum, & liberam voluntatem, & sint mobiles ab alio secundum locum, pp imperfectionem tamen suam illo motu se mouere nõ possunt, sed non sunt aliæ substantiæ spirituales separatæ, quæ habeãt imperfectiorem modum existendi, quam animę, ergo non poterunt se mouere secundum locum. Tertio, quia iuxta Aristote. 8. Phys. omne, quod potest se mouere de loco ad locum resolubilis est in talia duo, quorum vnũ est p se mouens, & alterum per se motum, sed anima non est resolubilis in talia duo cum sit simplex, ergo non potest seipsam mouere secundum locum.

G Dicendum, ꝙ habet anima separata virtutẽ naturalem, qua se possit mouere de loco ad locum, & patet, quia angeli possunt se mouere de loco ad locum, cũ vadant, & veniant ad nos, ergo, & animæ, quæ sunt similiter substantiæ separatę poterunt seipsas mouere. Item præsupponendum est, ꝙ anima separata potest moueri de loco ad locum. Secundo, quòd aliquando mouetur. Tertio, quòd potest seipsam mouere de loco ad locum. Quarto, quòd aliquando seipsam mouet. Primum patet, quòd iuxta Aristotelem 3. Physicorum motus est actus entis in potentia, sed anima separata diffinitiue existens in vno loco est in potenH tia ad existendum in alio, ergo potest moueri de loco ad locum.

Secundum patet, quia animarum de corpore recedentium quædã exeunt in peccato mortali, & transferuntur in infernum, alię exeunt in charitate, & portantur in cęlum empyreum, alię ferentes secum aliquid purgabile portantur in Purgatorium, & expleta purgatione transferuntur in empyreum, sed prędictę translationes sunt motus, seu per modum motus, ergo animę separatę aliquando mouentur de loco ad locum. Tertium patet, quia maius est mutare rem ad formam accidentalem, quam mouere eam de loco ad locum, nam dæmon non potest per virtutem suam transmutare materiam ad formam accidentalem, & potest transmutare eam de loco ad locum, & I potest mouere materiã ad formam artificialem, idest introducere in illam quamcunque formam artis, sed non potest introducere aliquam formam accidentalem naturalem, ad artificialem autem potest mouere, eo ꝙ illa sufficienter introducitur per motũ secũdum locum, sed animæ separatæ possunt mouere seipsas secundum formam accidentalem, quia possunt seipsas mouere ad diuersas affectiones, ergo poterunt seipsas mouere de loco ad locum.

Item cum anima separata habeat intellectum quo possit seipsam dirigere in motu secundum locum, & liberam voluntatem, qua potest motum imperare, probabile videtur, ꝙ a Deo acceperit potentiam motiuam qua posset talem motum exequi. Quartum patet, quia animæ recedentes de corporibus nihil secũ portantes purgabile sciunt, ꝙ voluntas Dei est, ꝙ statim ad cœlum empyreum transferantur, cum ergo sciant se mouere, & velint, quia valde locum illum appetũt, probabile est, ꝙ ad locum illum seipsas moueant. Et cum hoc sciant, & velint, quia iustitiæ Dei sunt obedientes animæ, quæ in charitate recedentes aliquid purgabile portant, videtur ꝙ statim se ad locũ Purgatorium transferant. Apparerent etiam præcedentia, quia anima adiuncta corpori infundit virtutẽ motiuam corpori, & omnes vires organicas, & istæ non manent in anima separata, quia requirunt organum ad actum suum, & illa nõ habet organũ, motiua tamen potẽtia qua anima seipsam moueat non indiget organo, ideo videtur, quod hæc in anima manet, cum & anima motiuam organicã corpori influat.

Ad rationes in contrarium respondendum est. Ad primam dicendum est, ꝙ portantur animæ ab angelis, non ꝙ seipsas mouere non possint, sed quia exhibent eis quandam reuerentiam, & associantur illas, vt dicitur infra q. vltima. Ad secundum, dicẽdum, ꝙ ista imperfectio inuenitur in animalibus imperfectis, & tñ non est verum, ꝙ omnia bruta imperfecta carent potentia mouendi se secundum locum, sunt enim quædam animalia imperfecta ex eo, ꝙ non possunt generare sibi simile, & tñ adhuc ista possunt mouere seipsa secundum locum, alia aũt sunt maioris imperfectionis licet pauca, & ista sunt, quæ se secundum locum mouere non possunt, & tñ talis imperfectio nõ inuenitur in creaturis spiritualibus, qa dedecet spiritualem creaturam talis imperfectio, cum omnis creatura spiritualis ex eo ꝙ talis est magnę pfectionis est. Alia etiam ratio dissimilitudinis est, quia creatura corporalis sensitiua, quæ se secundum locum non mouet non indiget motu secundum locum, eo ꝙ omnis motus est pp aliquam indigentiam, quæ vere nullam indigentiam habent non est mirum, ꝙ non moueantur secũdum locum, talia sunt quædam animalia, quæ suum nutrimentum coniunctum habent, & cum animalia præcipue moueantur pp nutrimentum secundum quod est vita, non manet causa motus localis talibus animalibus, & sic plantę, quæ sunt animata quædam, licet non sint animalia, affixę sunt terrę, & non mouentur localiter, quia nutrimentum suum coniunctum habent, aliqua aũt sunt, quæ licet non habeant nutrimentum coniunctum a natura ministrante recipiunt illud, vt coniungatur eis, ideo & ista etiam non indigent motu locali, & sic est de quibusdam conchilibus, quæ affixa Petris, aut terræ sunt, nam mare per suum fluxum, & refluxum portat nutrimentum eis, quæ in sabulo fixa sunt, & non indigent alio nutrimẽto. Aliter põt dici, ꝙ neque talia animalia carent penitus motu secundum locum, quia dilatando se, & coarctãdo mouentur secundum locum, de substantijs spiritualibus nõ est sic, quia quęlibet substantia spiritualis est superior creatura corporali, iõ perfectiones inuentę in re corporali, quæ possunt competere rei spirituali inuenientur a fortiori in re spirituali, sed potentia motiua est huiusmodi, quia etiam rei spirituali competit cũ angeli moueantur, ideo competet animæ separatæ, & nulla erit substantia spiritualis quantumcunque imperfecta in qua non inueniatur ista perfectio potentię motiuæ, ideo anima separata poterit se secundum suam naturalem virtutem mouere de loco ad locum.

An anima separata sua naturali virtute possit mouere aliquod corpus de loco ad locum.
Quæst. DCCLXXIII.

K QVAERETVR consequenter an anima separata per suam naturalem virtutem possit mouere aliquod corpus de loco ad locum manens separata.

Aliqui dicunt, ꝙ anima separata nõ potest mouere aliquod corpus de loco ad locũ, quia anima coniuncta non mouet corpus intelligendo, & volendo solum, quia quandoque est in homine intellectio, & volitio, & non põt mouere corpus pp debilitatem, & qñque est membrum aliquod corporis, quod non põt mouere anima pp membri infirmitatẽ, vt in mẽbro paralytico, sed in anima separata non est alia potẽtia præter intellectũ, & volũtatẽ, ergo anima separata non põt mouere corpus aliquod. Secũdo, quia anima non separata audit, & videt mediãte organo corporeo, ita & mouet corpus de loco ad locũ mediãte organo

organo corporeo, mouet enim ipsum mediantibus A *An anima separata possit mouere corpus maioris ponderis, quando est separata, quam cum est coniuncta.*
Quæst. DCCLXXIIII.

neruis, & musculis, & spiritibus deferentibus influẽtiam animæ, quod patet, quia põt contingere talis opilatio in musculis, vel neruis, quæ prohibeat transitum spirituum prædictorum, ita ꝙ anima non possit mouere corpus suum de loco ad locũ, sed quia organũ auditiuũ non separatur, cũ anima non põt audire separata quãuis per intellectũ apprehendat audibilia, ergo similiter cũ spiritus, nerui, & musculi non maneant in anima separata non poterit mouere corpus aliquod. Tertio, quia ad actũ exercẽdũ quẽ anima debet exercere separata nullo organo indiget, etiã tũc qñ est coniũcta, & iõ manet actus ille in anima separata, sed ad mouẽdũ corpus dũ est in corpore indiget B organo, ergo anima separata non habet potentiam motiuam. Dicendũ videtur, ꝙ anima separata possit mouere aliquod corpus de loco ad locũ, quia est similitudo inter animam, & angelum, quia vtrũque est substantia separata, & tñ sicut angelus põt mouere seipsum, põt & anima mouere seipsam fm locum, vt ostensum est præcedenti q. ergo, sicut angelus potest mouere aliquod corpus fm locũ poterit mouere illud anima fm locũ. Secũdo, quia si Deus alligaret supernaturaliter vnam paleam animę separatę, & postea relinqueret eam suę naturali virtuti, quæretur an posset illa anima seipsam mouere, si dicatur, ꝙ sic C habetur propositum. s. ꝙ anima separata possit mouere aliquod corpus, si dicatur, ꝙ non, sequitur inopinabile, s. ꝙ anima separata impediretur ab vna palea ne posset seipsam mouere, ergo debet dici, ꝙ potest mouere aliquod corpus. Est ergo dicendũ, ꝙ anima separata põt mouere aliquod corpus fm locum, nisi impediatur per aliquam superiorem potentiam, in anima enim separata est virtus mouendi fm locum, quia seipsam mouet, vt dictum est, illam ẽt virtutem põt facere præsentẽ alicui corpori, quia simul posset esse cũ vno lapide, vel cum alio corpore, multa enim sunt corpora quorum nullum habet tantam virtutẽ in resistendo quantam habet anima in trahendo, vel impellẽdo, quia (vt quidam dñt) virtuosior est anima separata, q̃ vnita corpori corruptibili. Sapi. 9. c. corpus, quod corrumpitur aggrauata animam, & tñ vnita corpori corruptibili põt plus in trahẽdo corpus suũ, vel impellendo, q̃ illud in resistendo, quia aliàs non moueret illud. Cum ergo ad hoc, ꝙ vna res moueat aliam sufficit ei, ꝙ in illa re sit virtus motiua fm locũ, & ꝙ possit eam vnire rei mobili, & ꝙ sit potens super eam, sequitur, ꝙ anima separata põt per suam naturalem virtutem mouere aliquod corpus de loco ad locum, & credunt aliqui, ꝙ interdum moueat, sic refert Gregorius 4. lib. Dialogorũ, ꝙ Germanus Episcopus Capuanus inuenerit in balneis Paschasium Diaconum, qui erat defunctus, obsequentem eis, qui in balneo lauabantur, cũ ergo illa anima appareret in quodam corpore assumpto, in quo videbatur, & ministrabat, & non erat forma illius corporis, & illud tñ mouebat, vñ ꝙ anima separata aliqñ mouet corpus fm locũ. Sed aliqui dñt, ꝙ illa nõ erat anima Paschasij, sed aliquis angelus in figura Paschasij bonus, vel malus, & ita moueret corpus illud. Et tñ nõ stat, quia Paschasius faciebat ibi pœnitentiam sum, i. sustinebat pœnam debitam, quę est purgatoria obsequendo in balneis, sed angelus bonus, aut malus nõ põt purgari loco alicuius animæ, ergo erat vere anima Paschasij, non erat tñ anima illa tunc tenens corpus illud, vt forma eius, quia non põt eadem anima esse, nisi vnius corporis forma, & tamen non erat illud corpus, quod fuerat Paschasij, quia illud incineratum fuerat, ergo mouebat illud corpus localiter cum non vniretur ei formaliter.

CONSIDERANDVM autem circa motum locale quem potest facere anima quantum ad aliquod corpus, quia quidam dicunt, ꝙ anima separata põt mouere corpus maioris ponderis, vel resistentię cum est separata, quam cum est coniuncta, & allegant ad hoc, quod dictum est, s. corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, ergo quando non fuerit vnita corpori corruptibili erit maioris efficacię, & operationis, & sic maiorem rem mouebit. Sed dicendum, ꝙ non stat, immo anima separata, licet possit mouere aliqua corpora, potest tñ parua mouere, nullum enim corpus maius corpore suo moueri potest sub maiori gradu velocitatis, quã possit mouere corpus suum. Et patet primo, quia anima, sicut & quodlibet habens vim motiuam mouet illam rem cuius est minor resistentia, quam sit potentia mouentis ad mouendum, & quanta fuerit proportio victorię mouẽtis super rem motam, tanta erit velocitas in motu. cum ergo anima coniuncta, & separata sit eadem anima numero, habet eandem potentiam, & ęqualem motiuam, & ideo tantum mouebit quando fuerit separata, sicut quando fuerit coniuncta, nisi in aliquo modo istorum impediatur aliqualiter in operatione. cum ergo anima separata non acquirat vires post separationem, quia in seipsa non mutatur, nec proficit cum sit ens spirituale, sequitur, ꝙ si potest maiora corpora mouere post separationẽ, quam ante, cum non habeat maiores vires nunc, quã prius, ꝙ fuerit impedita per cõiunctionẽ ad animam, sed hoc est inconueniens, quia coniunctio ad corpus est magis naturalis animæ, quã separatio, cum anima sit naturalis forma corporis, & pars speciei, & non habeat in se perfectam rationem speciei, quod autẽ naturale est nõ impedit, sed adiuuat, ergo anima coniuncta corpori poterit mouere rem maioris resistentię, quam separata, & ideo sequitur, ꝙ separata non poterit mouere aliquid, quod sit maius, quam corpus D suum. Secũdo apparet, quia anima in seipsa nõ mutatur per ętatem hominis. Sic dicitur primo de Anima, ꝙ ad intellectum non fit pęnium, sed ad id in quo est, idest ad corpus, & ideo vires illæ, quæ sunt animæ solius non communicatę organis, manẽt ęquales semper, etiam vires, quæ communicantur organis per influxum animæ inquantum manent fundamentaliter in anima, sunt ęquales semper, & non alterantur per ętatẽ, sed solum fit alteratio in viribus, prout sunt defluxę organis, quod patet, quia dicit Aristoteles primo de Anima, quòd si seni daretur oculus iuuenis videret vtique, sicut iuuenis, ergo minoratio visionis non fit nisi propter conditionem organi, ita & de potentia motiua erit, quia illa non est minor radicaliter E in ante quã iuuenis, sed organa debilitãtur, sed anima separata a corpore non acquisiuit maiorẽ vim motiuam, q̃ haberẽt cũ esset in homine proximo morti, & tñ in corpore cũ essent vires semper æquales animæ nõ poterat tantũ mouere in senectute quãtũ in iuuẽtute, quia nõ habebat ęqualitatẽ bonitatis organi, sed separata a corpore nõ habebit organũ, ergo illam excellentiã mouendi, q̃ habebat in corpore ex bonitate organi nõ habebit foris, & sic nõ erit tam potens ad mouẽdũ, qñ fuerit separata, sicut cũ est cõiuncta. Et ita est dicẽdũ, ꝙ anima separata paruã virtutẽ mouẽdi corpora habet, & parua corpora mouebit, erunt enim omnia illa minora, q̃ corpus cui ipsa nũc adiũcta est, quia illis corporibus vnitur solũ, vt motor, corpori aũt suo vnitur tã, vt forma, q̃ vt motor, & ex eo,

quod

Universidad de Sevilla

ꝙ vnitur ei, vt forma coaptatur ei, ita vt possit efficacius mouere. q̃ si non vniretur, vt forma, nã sic habet conuenientissima organa motus, quibus mouet in ętate virili expedite, in senili aũt pp non esse talia organa mouet minus efficaciter, licet teneat aĩa in seipsa ęquales vires, iõ cum fuerit separata, & nulla organa habuerit minus efficaciter mouebit. Est ergo parvus motor anima separata, dęmon autem est efficax motor, quia põt mouere magnas moles, & ędificia diruere, & portare magna pondera volando, nam dr̃, ꝙ non est potestas sub cęlo, quę comparetur ei Iob. 41. & hoc fit, quia dęmones excedunt aĩas nostras secundum spẽm, & iõ nullus dęmon est, qui non sit valde potentior ad mouendum, q̃ anima separata, maxime quia dęmones non sunt ęquales, quia non sunt eiusdem speciei. Cum aũt obiiciebatur, ꝙ anima sit potentior, qñ est separata. Dicendum, ꝙ est falsum, & cum dr̃, ꝙ corpus, quod corrumpitur aggrauat animã, põt dici vno modo, ꝙ hoc tenet quantum ad operationẽ intellectiuam, sed non quantum ad motiuam, quia dr̃ ibi, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. i. facit, ꝙ cesset a cogitatione, sed de motu est aliud, quia motus ptinet ad corpus, & organa corporis, iõ non impediet motus per corpus coniunctũ, licet sit corruptibile, potius quam si anima sit a corpore separata. Aliter potest dici, ꝙ ēt quantũ ad opus intelligendi non impeditur per corpus corruptibile, quia tunc anima separata perfectius intelligeret, quã coniuncta, sed falsum est, vt patet ex dictis, nam intelligit per species vniuersales, & non põt intelligere particularia determinate, cum aũt est cõiuncta intelligit particularia distincte, quia accipit formas a rebus, iõ coniuncta corpori corruptibili adhuc perfectius intelligit, quam separata existens. Est tamen verum, ꝙ quantum ad perseuerantiam in actu intelligendi impeditur per organum corporis corruptibilis, nam non potest aliquis semper manere in actu considerandi, cum oportet in actu intelligendi fieri conuersionem ad phantasmata, quę retinentur in organo, & ideo ex indispositione, aut debilitate organorum corruptibilium cessat operatio, quia contumuntur organa, & lędũtur si conetur quis multum perseuerare in actu intelligendi, sicut dicitur primo de Anima, ex multum speculari marcescit animal corrupto quodam interius, idest in organis, anima autem separata potest manere semper in actu intelligendi, quia non est aliquid, quod impediat, aut retardet, & tamen actus ille erit minus perfectus, quam actus intelligendi animę vnitę corpori corruptibili.

Quorundam sententia pœnes motum localem animæ.
Quæst. DCCLXXV.

AMPLIVS dicunt quidam tenentes potentiorem esse animam in mouendo cum est separata, quòd anima separata impeditur diuina virtute mouere illud corpus cuius fuit forma, & quodcũque alterum corpus, quod fuerit animatum rationali anima, & etiam corpora brutorum, ne aliquibus sit occasio incidendi in errorem Pytagoricum, scilicet animam transire de corpore in corpus, etiam ad corpora pecorum. Sed dicendum, ꝙ non est ista causa. nam est verum, ꝙ anima egressa de corpore non mouet amplius corpus illud in quo fuit vsque ad resurrectionem, & hoc primo, quia non potest, nam est minus aptà ad mouendum, quam prius, quia prius habebat organa conuenientia ad mouẽdũ, separata vero nulla organa habet, nã põt qdem intrare anima in corpus illud de quo exiuit, sed etiam si in illud intret non viuet corpus, quia prius erat anima vnita corpori formaliter, & ita dabat esse, & viuere, postea vero non dabit esse, neque viuere, quia non vnitur formaliter, quia defecerũt dispositiones illius vnionis, & consequenter nõ poterit vniri, nisi vt motor, & quia minores dispositiones habet ad mouẽdũ, quam cum est vnita formaliter, anima minus potẽter mouebit. Et iõ corpus illud, quod poterat mouere prius vnita formaliter, nõ poterit postea mouere vnita solum, vt motor. Secundo non mouet anima corpus suum, neque ingreditur illud etiam si permitteretur, quia non potest efficere operationes suas per quas se ostendat, sicut prius faciebat, idest ꝙ loquat, & videat, & audiat, nam de auditu, visu, & omnibus sensationibus manifestũ est, ꝙ non possunt fieri per animam illam in corpore suo priori, quia visio non fit sine potentia visiua, & auditio non fit sine potẽtia auditiua, sed cum istę potẽtię, sint organicę, corruptæ fuerũt in separatione animę a corpore, ideo impossibile est, ꝙ per illud corpus fiat nunc visio, aut aliqua sensatio. De locutione aũt, & gressu, vel ambulatione est aliud, nam ista possunt fieri in corpore defuncti, & aptius possunt fieri per dæmonem, q̃ per animam ipsam illius corporis, & est facilius. De ambulatione, quia ad hoc non requiritur aliqua vnio formalis, neque operatio secundũ formam, sed solum operatio motiua in qua applicetur mouens mobili, & quanto fuerit efficacior motor tanto erit motus vehementior, & aptior, & quia dæmon est potentior ad motũ, quam anima, poterit ipse melius, velocius, etiam impetuosius mouere corpus defuncti, quam anima ipsa, quæ non potest mouere iam corpus illud, nisi multũ debiliter, & forte non poterit mouere illud ad modũ ambulationis, sed solum ad quãdam concussionẽ, vel tremefactionem. De locutione etiam dicendum, ꝙ fieri potest in corpore defuncti, quia ad hoc non requiritur aliqua operatio formalis, sed motiua solum, nam potentia locutiua non est aliqua potentia organica, sicut auditiua, vel visiua, sed est virtus non organica, quæ est in anima, vel in spiritu quolibet, sed non potest habere operationem, nisi per instrumentum in quo formẽtur voces, in formatione aũt requiritur quidam motus localis debito modo factus, collidendo aerem ad instrumentum, istam aũt peritiam collidendi ad formationem habet quicunque spiritus tam humanus, q̃ dæmonum, & ideo adiũcta organo in quo fiat collisio debita fit vocũ formatio, sed corpus humanũ defuncti retinet adhuc organa locutionis, ergo potest fieri locutio per illa organa, sed an anima illius corporis hoc possit est dubium, quia forte non est tantę virtutis in mouendo localiter illa organa ad formationem vocis, de dęmone aũt, qui est in operatione motiua efficacior clarum est, ꝙ potest per illud corpus loqui, sed ad hoc requiruntur aliquę dispositiones, s. ꝙ infundatur aqua calida corpori, vel aliquis humor calidus, & hoc, vt sint organa tenera, quia in organis duris non poterit fieri locutio, & ideo malefici, qui volunt per corpora mortua simulare operationes viuentiũ, aquã calidã, vel sanguinem calidum, aut humorem aliquem infundunt in os, & gurdum, aut humorem cadaueris, & ita faciunt sequi locutionem. Considerandũ etiam, ꝙ hoc non potest fieri quocunque tempore, sed solum duobus, vel tribus diebus, nam postea corrumpitur organum in cadauere, ita vt non possit fieri locutio, vel qualiscunque formatio vocis per animam, vel dæmones quoscunque, & ideo cum non possint exerceri operationes viuentium per corpora talia, non reintrant animæ in talia corpora etiam si permitterentur.

Secundo, & præcipue, quia corpora illa putrefiunt, & non possunt contineri per animam, aut dæmonẽ in

in dispositione naturali priori, nam quandiu anima est vnita formaliter corpori vegetat illud, & non cadit a naturali dispositione, ideo nõ fęteret, nec soluitur. cum vero desinit vnita esse anima desinit corpus viuere, & ideo resoluitur, & corrumpitur, quia non vegetatur, talia autem corpora inutiliter mouerentur a dæmonibus, vel animabus, quia per illa nihil possunt fingere, aut simulare de viuente, ideo illa non mouẽt, nisi interdum statim, vt defuncta sunt scimus ea mutata esse localiter a dæmonibus, & opera aliqua, quasi vitalia exercuisse.

Cum autem dicitur, ꝙ animæ non ingrediunt̃ alia corpora, quæ non fuerunt sua, eadem causa est, quæ de suis, quia si sua non possunt conuenienter mouere, a fortiori non poterunt mouere aliena, & ideo illa nõ tangunt. Quod vero de corporibus pecorum dicitur eandem rationem habet, nam si non potest anima propter paruitatem suæ virtutis motiuæ mouere vnũ corpus humanum, non poterit mouere vnum corp⁹ tauri, vel leonis, ideo non intrant in illa. Etiam quia maior difficultas est simulare ibi operationes humanas, quam in humanis, sed ibi non simulant conuenienter, ergo neque in corporibus pecorum hoc facient. Sed cum dicitur, quòd hoc fit ad hoc, quòd nõ incidamus in errorem Pytagoricum de transcorporatione, nam non incideremus in istum errorem etiã si in cadaueribus defunctorum locutio fieret, vel motus, quia iam philosophi ostenderunt falsam esse positionem Pytagoricam de transcorporatione. Secundo quia non sufficeret illa locutio, aut motus ad probandum transcorporationem, cum illa corpora non vegetentur, sed putrefiant: Tertio, quia neque saltem transitus animarum qualisqualis probatur per illã locutionem & motum, quia possunt hoc facere dæmones, qui non sunt vnibiles formaliter, immo & illi potentius hoc faciunt, vt dictum est, ideo non vetantur animæ humanæ intrare in corpora, quæ reliquerunt, aut in alia similia ad euitandum errorem Pytagoricũ, sed propter causas tres supra positas.

Responsio ad primam rationem principalem in diuersum positam supra q. 773. Quæst. DCCLXXVI.

AD argumentum primum, supra in principio q. 773. dicendum, ꝙ mouet anima per potentiam motiuam, & non per aliam. Et cum dicitur, ꝙ in anima separata manet sola intellectiua, & volitiua, falsum est, quia anima humana respicit eus vniuersaliter, ideo non solũ inquantum verum & bonum, sed etiam inquantum mobile, sed respicit illud, vt verum per intellectum, vt bonum per voluntatem, vt mobile per potentiam motiuam, & ideo sicut manet intellectus, & voluntas in anima separata, ita manet & potentia motiua, maxime quia ad perfectionem animæ requiritur potentia motiua, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ verum est nunc moueri corpus ab anima per virtutem motiuam, quę est organica, quia anima vnita corpori infundit perfectiones organicas statim organis, sicut potentias sensitiuas, & per illas fit operatio animæ cõiunctæ, quæ sunt operationes compositi, & verum est, quod non separatur organum aliquod cum anima, & ideo etiam verũ est, quòd illa potentia motiua, quę erat organica, non manet in anima separata, quia illa non erat anima, sed compositi, cum esset in organo, sed manet potentia motiua radicaliter in anima, per quam mouere potest cum fuerit separata, & verum est, quod non mouet eodem modo anima separata, sicut coniuncta, neque per eandem potentiam numero, & tamen nõ tollitur quin moueat, & idem est de potẽtiis apprehensiuis, nam anima separata apprehendit oĩa visibilia, & audibilia, licet non audiat, neque videat, & ideo alio modo apprehendit, quam nunc apprehẽdat per potentiam visiuam, & auditiuam.

Ad tertium dicendum, quòd anima separata motum exercet sine potentia motiua organica, & est verum quòd ad quosdã actus anima quos separata exercet, non indiget nunc organo, & tamen quidam sunt ad quos indiget organo: est tamen regula, ꝙ eundem actum quem exercet nunc anima separata eodẽ modo non põt exercere anima coniuncta per organum, & econtrario eum quem exercet nunc coniuncta nõ potest exercere separata eo modo quo exercet illum coniuncta, & ita dum est coniuncta non mouet corpus suum eo modo quo mouet illud dum est separata: dum enim est actualiter forma corporis, nõ potest mouere corpus suum de loco ad locum totũ simul, sed dum mouetur homo localiter vna pars mouetur alia quiescit, ita vt pars quiescens per virtutem animę moueat motam, non autem mouet sic dum est separata, sed mouet totum corpus simul, sicut lapis mouetur totus simul, & ista est differentia de re mota soliũ ad rem, quæ se mouet, quia in re mota simpliciter nõ distinguitur mouens & motum, & ideo totum mouetur, & consequenter mouetur simul, & non precedit vna pars aliam, in re autem quæ se mouet distinguitur pars mouens, & mota, & ideo non mouetur totũ simul, sed distinguitur pars quiescens & mota, & hoc voluit Aristoteles. 8. Phys. dicens, quòd omne se mouens resoluitur in duo, quorum vnum est mouens, & alterum motum.

Cum vero arguitur, quòd intellectus coniunctus non intelligit mediante organo. Dico, quòd inquãtum actus intelligendi intellectus coniuncti est simul actui intelligendi intellectus separati non indiget organo, inquantum tamen aliter intelligit, quam intellectus separatus dependet actus suus ab organo per accidens, inquantum per suam naturalem virtutem; & de lege cõmuni nihil intelligere potest sine phantasmate, quod requirit organum corporale, neque ẽt sine ministerio virtutis sensitiuæ, q̃ est alligata organo, & ideo apparet ex præcedentibus, quòd anima separata potest mouere aliquod corpus, sed non organice, & qualiter illud mouet. Est autem dicendum, ꝙ licet corpus non informatum ab anima debet totum simul moueri, i. quod nõ indiget, vt vna pars moueat alteram, tamen potest moueri, quasi vna pars moueat alteram, licet in veritate non mouebit, nam si mouetur totum corpus simul, erit motus lationis, & non motus gressus qui vocatur ambulatio, quia in ambulatione vno pede moto est alius fixus, & qui est fixus mouet cum qui est motus, secundum hunc modum motus non fingit, de modo autem motus animæ in corpore defuncti simulabit vitam, ideo mouebit sic, vt vnus pes maneat fixus, & alius moueatur, quasi ambulet, tñ non erit ibi ambulatio, quia non mouet vna pars alterã, cum non sit virtus motiua in partibus organicis, sed oẽs partes mouentur simpliciter a dęmone, vel ab aĩa separata, & tñ mouet prius vnam partẽ & postea alteram, vt effigiet ambulationem, & similitudinem corporis viuentis.

An animæ recedentes de corporibus moueantur ad sua receptacula, & a quibus moueantur.
Quæst. DCCLXXVII.

QVAERETVR nunc an animæ recedentes de corporibus moueantur ad sua receptacula, & a quibus moueantur.

Dicen-

Universidad de Alcalá

Dicendum, ꝙ aut petitur de motu eatum, quasi non possint moueri,& indigeant, vt ab alijs moueantur,aut propter aliam causam. Si primo modo dicendum, ꝙ non mouentur animæ ad hoc, ꝙ vadant ad aliquod receptaculum, quia ipsæ habent vim motiuam,non solum,vt seipsas moueant, sed etiã, vt corpora mouere possint. Si secundo modo dicendũ videtur, ꝙ aliquis dubitabit quãtum ad quædam receptacula,an animæ se moueant,aut moueãtur, & duplex causa est. Prima est ignorãtia loci,quia animę possunt duo ignorare,vnum est ad quod receptaculum iturę sunt,aliud est vbi est illud receptaculum quo sunt iturę,& ideo ignorãtia vtriusque forte exigit,vt moueãtur ab alio. Secunda causa principalis est conditio loci, quia ad receptaculum conueniens anima per se optabit moueri,ad receptaculum autem triste, sicut G ad gehennam videtur, ꝙ non volet, & ideo oporter, ꝙ alius eã moueat, & sic dabitur aliquis motor eius.

Dicẽdum est, ergo de singulis receptaculis speciaIiter, & primo de Paradiso, & videtur dicendum, ꝙ non est opus,ꝙ anima feratur illuc ab aliquo,sed quæ itura est illuc per se ibit, & causa est, quia nihil deest animæ ad hoc, ꝙ illuc eat, non enim deest cognitio loci ad quem itura est,nec vbi sit receptaculum, nam ad Paradisum solę animę vadunt, quæ in charitate sunt, & isię mox, vt de corporibus separantur beatæ sunt, quia nullum tempus est post mortem in quo non sint beatę si non tenentur culpa aliqua, vel reatu pœnę, qua tunc puniendę sint in Purgatorio, sed si H statim post mortem iturę sunt ad Paradisum antequã intrent in cęlum iam beatę sunt, sed beati omnia nouerunt,& maxime sciunt se esse beatos, quia nõ sunt beati,qui ignorant se beatos, & consequenter scient debere sibi mãsionem cęli empyrei. Etiã nõ possunt ignorare locum cęli empyrei, & viam qua illuc itur, quia cum sciant omnia beati hoc scient, & maxime cum ad beatitudinem istud attineat. Item sciunt, ꝙ Deus vult,ꝙ illuc vadant,& statim vadant, & habent vim motiuam,vt dictum est, ideo per se ibunt.

Sed obijcitur,quia dicitur, ꝙ mouentur ab Angelis,nam de Lazaro dicitur Luc.16.c.ꝙ portatus est ab angelis ad sinum Abrahæ, ideo si ad sinum Abrahæ mouebantur animæ ab angelis, mouebuntur quoque ab eisdem ad Paradisum.

Dicendum, ꝙ dicũtur moueri ab angelis vno modo ad ostensionem cognitionis vulgarium, qui non possunt aliter concipere, nesciunt enim conditionẽ animæ, & ideo non possunt putare quomodo anima per se illuc eat, & ideo dantur ei ministri eam portantes.Secundo potest dici, & melius, ꝙ ab angelis dicitur portari anima ad Paradisum, non,quasi nõ possit, aut nesciat illuc ire si non portetur, sed quia non vadit sola, sed ad honorem eius multi angeli comitantur eam propter honorem nouiter ei collatum, idest gloriam, & beatitudinem pro laboribus pręteritis, nam cum Deus in cęteris eam honoret,vult quoque in hoc honorare,ꝙ incomitata nõ vadat,immo multi angeli comitẽtur eam, etiam quia hoc angeli sponte K faciunt,animæ enim, quæ ad beatitudinem assumuntur sunt conciues sanctorum angelorum,& diligunt se mutua charitate,ideo honorant se mutuo. Et ideo angeli euntes cum anima, quia honorant eam comitando vsque ad locum,dicuntur eam ferre illuc,sicut de aliquibus sponte euntibus ad locum dicitur,quòd feruntur. ab aliquibus illuc si eis in eundo obtequiũ, vel honorem præstant, sic noua nupta ad thalamum, vel ad Ecclesiam ferri dicitur, ipsa tamẽ sponte vadit, & seipsam mouet, & ita est de omnibus animabus euntibus ad Paradisum.

F *Qũo animæ ad Purgatorium eant, an ductæ ab angelis, vel per se viam sciant. Quæst.* DCCLXXVIII.

DE Purgatorio dicendum,quòd anima vadit illuc,& tamen aliquomodo portatur,& ab angelis portatur, & patet, quia hic est alia ratio,quã in animabus, quæ ad Paradisum eunt. Primo ex parte loci,vel receptaculi, quia non constat an anima decedens in charitate, & digna pœna purgatoria sciat se ituram ad purgatoriam sedem, vel ad alium locum. Et hoc dico non constare, quia non apparet vnde anima sciat, & tamen dicendum videtur, quòd sciat ex iudicio, quod de ea in morte datur. nam Christus venit ad singulos morientes in morte, vt ostensum est supra, & iudicat eos iudicio particulari, & tamen iudicium consistit in assignatione certi receptaculi.ergo videtur, ꝙ animę recedenti de corpore ostendatur in quo receptaculo statim itura sit, & ideo quantum ad hoc non videtur, quòd necesse sit ab alio portari, vel dirigi in eundo.

Aliud tamen est circa hoc, s. vt sciat qua via illuc eundum sit, vel vbi sit locus ille purgatorius ad quẽ eundũ sit,& hoc non est necesse, ꝙ sciat,nam anima, quæ itura est mox ad Paradisum, iam felix est, & ex conditione beatitudinis iam nouit omnia, & ita scit locum,& viam, tñ anima, quæ adiudicata est purgatorijs ignibus nondum est beata bene, vnde non est necesse, quòd aliquid sciat ex conditione sua, plus quam animæ nostrę, licet iam ex iudicio dato de ea sciat cui loco adiudicata sit. videt ergo, ꝙ maneat adhuc ei sciẽdum per quam viam illuc eatur, & ad hoc sit necessarius director, & iste vocatur portitor,& sic ab aliquo portabitur illuc.

Itẽ locus Purgatorius est pœnalis, quia est ibi ignis, qui excedit pœnalitatẽ quamlibet huius vitę, & ideo putabit aliquis, quòd nulla anima illuc sponte ibit, sed oportet,quòd moueatur ab alio.

Dicendum, tamen quòd sponte vadit quælibet anima ad Purgatorium,licet sit locus pœnalis, primo, quia pœna illa est voluntaria, vt ostensum est supra, ergo sponte illuc vadit quilibet,quia aliàs inuoluntaria esset si ire nollet qui puniendus est, sed oporteret I portari. Secundo,quia qui illuc vadit moritur in charitate,& est in illa confirmatus, sed huiusmodi habet iam voluntatem suam subditam, & confirmatam voluntati diuinæ,& scit ille, quòd Deus vult,quòd illam pœnam patiatur ille, & adiudicauit eam ei, ergo volet illam pati,& sic sponte ibit illuc, & non indigebit quãtũ ad hoc portitore. Tertio,quia huiusmodi decedentes in charitate cupiunt valde habere vitam æternam, sciunt tamen, quòd non possunt illam habere nisi tolerando prius pœnam purgatoriam, ergo volunt illam tolerare,& ideo nõ oportet, quòd moueantur inuoluntarie, & portentur. Sed dicendum, quòd eo modo quo portantur, aut comites habent, oportet, ꝙ angelos habeant comites vsque ad locum pœnarũ purgatoriarũ, & ibi relinquant eos, nam dæmones nõ possunt accedere ad istos. Apparent enim prædicta, quia animæ, quæ fuerunt ad Purgatorium decedunt in charitate,& licet in actu non sint felices, iam sunt ciues sanctorum angelorum. Et ideo angeli honorant eas vsque ad loca pœnarum, ibi autem non manent angeli, ad eos enim non pertinet esse tortores, & maxime conciuium suorum, redeunt tamen aliquando ad consolandum eas,& reuelant eis aliqua in quibus delectentur, aut alleuientur, dæmones autem non possunt portare animas ad Purgatorium, quia illæ superauerunt eos, ideo non traditur dæmonibus vltra aliqua facultas super eas, sed portare eas, est aliquid potestatis,ideo nec hoc conceditur dæmonibus ad eas,multominus autẽ conceditur illis, quòd animas puniant, nã a nullo puniũtur, sed Deus suscitat illum ignem in quo torquentur animę, verum tamen dæmones assistunt animabus quando egrediuntur de corporibus, vt rapiant eas si permittantur angeli autem boni arcent eos ne accedant ad illas, quia in charitate sunt, sed eas comitantur dæmones, cum angelis bonis vsque ad Purgatorium, & astant ibi, & aliqualiter gaudent, vel insultant illis, licet ad eas pertingere non possint,vt dictum est supra.

An animæ ad infernum a dæmonibus portantur. Quæst. DCCLXXIX.

DE loco gehennę dicendum,quòd animę portantur illuc, & a dæmonib.causa huius est, ꝙ licet B animæ illæ habeant vim motiuam, multa obstant, vt solæ eant.Primum est,quia(vt aliqui dicunt) nesciunt quo ituræ sunt.

Sed dicendum,quòd non stat,quia in exitu de corpore iudicãtur animæ a Christo, ꝙ venit ad singulos moriẽtes tam ad bonos,quam ad malos.Et ideo iam constat eis,quòd adiudicatę sunt pœnis ęternis. Secũdum est,tamen.s. iter, quia licet sciant ad gehennam eũdum esse, nesciunt qua via eatur, & ad hoc aliquis diriget. Tertium est,quia videtur, quòd non sponte vadant. Est enim locus illæ ęternæ pœnalitatis, ad talẽ autem pœnam nemo sponte vadit, & ideo videtur, C quòd ab alio portatur. Quartũ est, quia etiã si anima damnata iret ad gehennam nullo eam portante, adhuc dæmones comitarentur eam, quia nunc gaudẽt de damnatione animarum vsque ad diẽ iudicij, quia vsque illuc ipsi inferunt eis pœnas, postea vero non,vt ostensum est supra, & si anima dãnata ab aliquo portari debet, vel comitata esse, nullus est, nisi dæmon, quia angeli boni non habent aliquid cum animabus damnatorum,quia non sunt ciues eorum,sed dæmones,qui eis fuerũt incentores ad culpam sunt eis iam socij ad pœnam, & hoc Christus signat Lucæ 16.c.de diuite damnato dicens, quòd mortuus est diues, & sepultus in inferno,& tamen, qui sepelitur ab aliquo sepelitur, ergo signatur, quòd ab aliquo fuit portata anima eius ad inferos,& nõ est,nisi dæmon, maxime D cum ex opposito dicatur de Lazaro, ꝙ portatus est ab angelis in sinum Abrahæ,ergo diues non ab angelis,sed a dæmone portaretur.

Quo eant animæ ad Lymbũ puerorum.

De Lymbo puerorum dicendum est,ꝙ portantur illuc animæ,& a dæmonibus portantur, quia licet nõ decedant in actuali, decedunt tamen in mortali, & damnantur perpetuo, & dæmones nõ torquent eas, quia non sustinent aliquam pœnam sensus, sed quia nulla anima incomitata vadit, & concomitatus sit dæmonum, vel angelorum, & angeli non comitentur istas,quia non pertinent ad ciuitatem Dei,necesse est, quòd dæmones illam comitentur.

Alia ratio est,quia dæmones astant cuilibet moriẽti,vt possit rapere animam eius, etiam si ille decedat E in charitate,sed circa tales arcentur ab angelis sanctis, ideo cum circa animas paruulorum istorum non arceantur, quia illæ decedunt in peccato mortali,accipient eas,non permittentur eas tamen ferre quo voluerint ad gehennam scilicet, sed ferent ad Lymbũ, vbi nulla est pœna sensus.

Quo ibãt animæ ad Lymbũ sanctorum.

Supereſt sinus Abrahę, vel Lymbus sanctorum, qui quondam erat, iam vero non est, & ad hunc locum animæ portabuntur non, quasi nescirent quo iturę essent, quia illi loco in morte adiudicatę erant, sed forte locum nescirent, sponte autem ire vellent, tum quia non ibant ad locum pœnalem, tum quia voluntatem suam diuinę voluntati subditam habebant,& ire vellent quo Deus eas ire volebat, sed illuc ire volebat,ideo sponte irent,& non egerent portitore, verum tamen ab angelis portari dicebantur, sic enim Christus expressit Luc.16.c.quòd Lazarus portatus est in sinum Abrahæ,scilicet quia, vel ei locum ostendebant mansionis, vel (quod verisimilius est) ad honorãdum eum comitabantur ipsum, erat quippe conciuis eorum, quorum, & nos esse optamus socij. Et sic explicit sententia huius partis.

CAP. XXVI.

ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis,quia post biduum pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur?

ET factum est. Declarauerat Matthæus ab initio dictorum suorum per genealogiam personam mediatoris. deinde legem euangelicam ab eo datam ad instructionem hominis transgressoris. Hic vero vltimo deducit prędicti mediatoris passionem, per quam solutum est precium nostræ redemptionis. Et diuiditur in duas partes,quia primo ostenditur maligna eiusdem a Iudæis occisio. Secundo eiusdem gloriosa resurrectio infra. Prima in duas. Primo præmittitur iniusta Christi comprehensio per explorationem Iudæorum.Secundo eiusdem iniqua condemnatio per excęcationem gentilium sequenti capitulo. Prima rursus in quatuor. Primo enim ponitur Christi venditio, facta non ex eius ignorantia,sed ex præscientia,& voluntate. Secundo venditi traditio, non ex displicentia, sed complacentia,& charitate,ibi.

Prima autem die azymorum. Tertio ipsius traditi cõprehensio, non ex Christi impotentia, sed ex ipsius mititate,ibi. *Adhuc eo loquente*. Quarto comprehensi illusio,non ex eius iniustitia,sed ex humilitate, ibi.

Christi vẽditionis pũnciatio.

Princeps autem sacerdotum. Prima rursus in quatuor diuiditur. Primum est ipsius venditionis prænunciatio.Secundo venditionis consultatio, ibi. *Tunc congregati sunt*. Tertio venditionis occasio, ibi. *Cum autem esset Iesus*. Quarto venditionis ordo, ibi. *Tunc abijt vnus de duodecim*.

Circa primum dicitur. *Et factum est*. Idest & fuit sic,& est modus loquendi Iudaicus, nam non deberet dici factum est,nisi in eis, quæ habent modum factionis,& passionis,vbi vero non est fieri, sed accidere,vel esse,melius diceretur,& fuit, quam & factũ est, talis tamen est consuetudo Iudaicæ locutionis,sic dicitur secundo Regum primo, factum est postquam mortuus est Saul,vt reuerteretur Dauid,& Iosue primo capitulo, & factum est post mortem Moysi, & Threnorum primo capitulo, & factum est postquã in captiuitatem ductus est Israel,idest & fuit,& ita dixit hic Euangelista.

Cum consummasset. Idest cõpleuisset, quasi dicat non fuerunt interrupti superueniente aliquo qui cogeret verbum imperfectum relinqui,quia erat Iesus in mõte Oliueti,& hora tarda, in quo loco & tempore, nemo de extraneis ad eum veniebat, ideo potuit quantum voluit loqui,præcipue quia in secreto ista loquebatur, scilicet non ad omnes, sed ad solos quatuor.i. Petrum,& Ioannem,Iacobum, & Andreã.Mar.13.c.

Iesus sermones hos. Scilicet istos qui habentur in duobus capitul.immediate præcedentibus, nam in principio vigesimi quarti capitulo, discipuli existentes cum Christo super montem Oliuarum,& respicientes contra templũ cęperunt quærere,& Iesus respondit,

dit,& continuantur verba sua vsque nunc, & ideo illi F
sunt sermones quos consummauit. *Omnes.* Hoc dicitur ad ostendendum, q̄ non dixit in diuersis vicibus verba ista partem vno tempore,& partē alio,sed omnes simul nunc qnando fuit cum discipulis in mōte, & non mansit aliquis dicendus post principium passionis *Dixit discipulis suis.* Non dicit nunc quibus hoc dixerit,an aliquibus,vel omnibus. *Scitis, quia post biduum.* i. post duos dies. *Pascha fiet.* i. celebrabitur festū paschale. q. d. hoc vos scitis,& nón est opus, vt quisquam vobis dicat,sed aliud est,quod ignoratis,& hoc vobis declarabo. ſ. *Et Filius hominis tradetur.* i. dabitur in potestatem Iudęorum.q.d.hoc nescitis, ideo prænuncio vobis. *Vt crucifigatur.* i.ad hoc tradet, vt crucifigatur,& non ad aliud. Vel dicitur denotando conse G
quentiam,& non finem.ſ.tradetur & crucifigetur, licet non tradatur ad hunc finem,vt crucifigatur.

An quæ habentur hic fuit continuata ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERETVR circa primum an ea,quæ habentur hic sint continuata ad præcedētia, vel sit ordo mutatus.

Dicendum, q̄ est ordo continuus, quia supra fuerant positi sermones Christi, nunc autē ponitur passio eius,& tamen necesse est, q̄ sermones sui præcederent ad passionem, quia post passionem non H
prædicabat,neque accedebant ad eum discipuli in secreto,vt aliquid eis diceret, sed apparuit aliquando,vt ostenderet veritatem suæ resurrectionis, & aliqua illis loquebatur,& non diu. Secundo & præcipue,quia litera continuat hic ista cum dicit, & factum est cum consummasset,&c. ergo finitis præcedentibus sermonibus facta sunt ea,quæ habentur hic.

An hæc statim facta fuerint post præcedentia.
Quæst. II.

SED quæretur an statim facta sunt,quæ habentur hic post præcedentia, vel interposito aliquanto tempore.

Dicendum, q̄ non fuit aliquanta temporis I
interpositio,sed necesse est continuatam esse rem ad præcedentia nullo interposito,sed eadem die factum esse. Et apparet primo,quia dicitur in litera, cum consummasset Iesus sermones hos dixit, ergo videtur q̄ statim consummatis illis sermonibus, qui habentur in duobus cap. præcedentibus adiunxit, quod hic sequitur.ſi scitis,quia post biduum pascha fiet, nam hic incipit narratio ista de passione. Secundo patet,quia dicitur post biduū pascha fiet,ergo biduo ante pascha dicta sunt verba hęc, & tamen pascha erat feria quinta,quādo immolabatur agnus, ideo necesse erat hoc dici feria tertia. i. die martis post Dominicam in Ramis palmarum,& tamen ea die dicta fuerunt omnia
quæ habentur in duobus præcedentibus c.vt ostēsum K
est supra 22.c.in fi.& supra 23.c.in principio, ergo eadem die martis ad noctem dicerentur ista verba,& ideo nulla interpositio est.

Quare Christus post prædicta de iudicio adiunxit de eius passione. *Quæst. III.*

QVAERETVR quare Christus post prædicta de iudicio adiunxit de sua passione.

Dicendum, quòd vna causa est, quia ordo temporis hoc exigebat, nam secundum dispositionem Dei factum est,quòd post triduū, ideſt die primo azymorum occideretur Christus, & traderetur post biduū, scilicet die Paschę, & ideo,quia consummatis præcedētibus sermonibus non superetat, nisi biduū, vsque ad passionem suam,cum de illa dicturus esset, conueniens erat, vt nunc diceret.

Scdo,quia Chrs totam doctrinam suam posituras erat deinde moriturus,quia ipse venerat,vt legislator, & vt redemptor, necesse fuit autem, quòd doctrina præcederet mortem, quia post mortē nō erat doctu-
rus, neque erat appariturus toti populo, sed paucis testibus præordinatis a Deo, qui redderent testimonium de eius resurrectione Actu.10.c.& tamē doctrina publice danda erat in Templo, & Synagogis, quo omnes Iudæi conueniunt, sicut ipse dixit in occulto, autem locutus sum nihil Io.18.c. ideo ante mortem fuit tota doctrina danda,& verum est,nam post resurrectionem cum aliquando apparuerit, & locutus fuerit discipulis non docebat, quasi aliqua pars doctrinę adhuc deesset inexpleta,sed loquebatur ad manifestationem, & confirmationem suę resurrectionis, sed nūc Christus totam doctrinam expleuerat, ergo iam tempus erat, vt de passione loqueretur, & illa sequeretur. Et patet,quia dixerat in duobus c.præcedētibus de die iudicij,& resurrectione generali, & gloria beatorum, & pœna dānatorum, & post hoc nihil superest,quia illud est finis, ideo consequenter de doctrina nihil poterat superesse,illis ergo dictis,quæ de vltimo die sęculi plene dicta erant,debuit iam sequi, quòd ad prænūciationem, & executionem suę passionis pertinebat, ideo conuenientissime nunc de passione loqui cępit.

Tertio fuit, vt misceantur inter se gloria, & pœna, dixerat enim Christus de magna gloria, & maiestate in qua in die iudicij venturus est ad iudicandum, vbi maximus ei honor deferetur, qui cogitari possit, loquitur ergo statim de passione sua, quæ fuit ignominię,vt mixta esse omnia doceantur.

Quarto, vt ostendatur quibus meritis Christus venerit ad tātam gloriam: Christus enim inquātū Deus naturaliter habet gloriam, quia est Deus ętternus,& totum bonum, sed inquantum homo habet solam illam gloriam,quæ ei data est,& hanc meruit, ideo pronuntiat merita sua, sed per passionem suam meruit gloriam humanitatis suę,quam nunc habet,& honorem quem habebit in iudicio, & exaltationem super omnem creaturam, & quia passio fuit vt præcedens meritorium ad hoc, sicut ipse Christus dixit Luc.24. c.oportuit Christū pati,& sic intrare in gloriam suam, postquam fuit dictum de glorificatione futura debuit adiungi de instanti passione, vt nihil sine merito videat, & ita duo, ideſt pęna,& gloria sibi iungantur, sic dicit Hilarius super Mat.scilicet post sermonem quo venturum se Dominus in reditu claritatis ostenderat, nunc passurum se esse glorię æternitatis agnoscerent.

Qui sunt sermones quos Christus consummauerat, & quare dicitur, omnes hos sermones.
Quæst. IIII.

QVAERETVR qui sunt sermones isti quos Christus consummauerat, & quare dicitur, omnes sermones hos. Dicendum ad primum, quod isti sermones sunt quos locutus fuerat Christus in secreto ad discipulos suos de destructione Ierusalem, & iudicio, & resurrectione, quæ continentur in duobus c. prędce.Secundo possunt dici omnes sermones isti,i.ab initio Euangelij,nam ab initio eius semper continentur aliqua facta, & sermones Christi. Et sic dicit Rabanus.ſ. cum consummasset sermones hos de die iudicij,& cōsummatione sęculi,vel quia ab initio Euangelij

gelij vsque ad passionem omnia faciēdo,& prædican- A
do compleuerat.

Tertio potest dici,quòd vocātur omnes sermones qui continentur a ca.21. vsque nunc,quia ab inde cę pit loqui,& continuati sunt sermones vsque huc non interposito aliquo.

Non potest autem accipi conuenienter pro omnibus dictis,& factis a principio Euangelij. Primo quia a principio Euangelij vsque nunc, non solum verba continentur,sed & gesta,quia tam gesta sua quam aliquorum aliorum continentur, & ideo si omnia hæc includi deberent non diceretur, cum consummasset sermones,quia non solum sunt sermones,sed dicere
tur,cum consummasset vniuersa hæc, vt sub ista demonstratione intelligerentur,tam gesta quam dicta. Secūdo quia etiam si referretur ad sola verba,aut sermones, vel melius,si poneretur verbum pro re iuxta B
illud 1.Reg.1.ca.ſ.quod est verbum, quod factum est in castris,ideſt quæ est res quæ accidit,& 1 Reg.3.c. dicitur faciam verbum, quod qui audierit tinnient ambæ aures eius,ideſt faciam rem. adhuc non staret pro omnibus quæ ponuntur a principio Euangelij, quia non sunt omnia dicta, aut facta Christi, sed quædam sunt facta aliorum,& quędam dicta. & ideo non diceretur,cum consummasset Iesus,sed diceretur, cū consummata essent vniuersa hæc.ideo non refert ad omnia quæ habentur a principio Euangelij.

Et rursus non potest referri ad omnia q̄ dicta sunt C
a cap.21. Primo quia non sunt omnia hæc sermones, sed aliqua sunt facta.ſ.tentationes factæ.ſ.tentatio de resurrectione,an ibi resumantur vxores,& alia de tributo Cæsaris,& alia de magno mandato legis supra 21.c & alia de potestate Christi supra 21.& ad factum ista pertinent. Secundo, quia non sunt omnia dicta, aut facta Christi,sed quædam sunt eius,quædam aliorum quærentium & tentantium. Tertio quia non est aliquā causa,quare Christus de tot locutus dicatur,& quare Euāgelista hoc dixerit,quia solum volebat cōtinuare verba ista, & facta quæ sequunt ad præcedentia:& ad hoc satis est continuare ad immediate prędce dētia.hæc autem sunt quæ dicta sunt in duobus c.immediatis,ideo ad illa refert,& non ad oīa præcedentia a c.21. Et est ratio,quia continuatio ad præcedētia fit. D
vocantur autem immediate præcedētia dicta, vel sermones illa quæ sine interpositione aliqua, & sub vno actu a Christo dicta sunt: sic est de illis quæ habentur in his duobus.cap. nam hic ita Christus locutus est, q̄ nullius sermo, aut factum interponitur, sed in præcedentibus interponuntur dicta aut facta aliorum,scilicet discipulorum, aut Iudæorum Pharisæorum, vel Saduccæorum, ergo ad ea quæ dicta sunt in his duobus.c.solum referendum est.

Ad secundum dicendū,quòd dixit, omnes sermones hos,vt nō intelligatur, quòd Christus simpliciter omnes sermones suos compleuerat, quia aliqui superetāt.nam ante passionem suam aliquid locuturus erat, immo multa. nam de consecratione Corporis sui locutus est,vt patet infra in litera. Etiam locutus E
est sermonem longum in cęna super mensam antequam traderetur,qui sermo habetur Ioan.13. capitu. vsque ad decimū octauū. Etiam post resurrectionem aliqua locuturus erat,quando appareret discipulis,vt patet Lucæ vigesimoquarto ca.& Ioan.20.& 21.ideo dixit,omnes hos qui præcesserant, scilicet, & ostendi poterant quasi ad oculum essent. sic dicit Origen. super Matt.non autem simpliciter dixit,omnes sermones,sed omnes sermones hos,adhuc enim oportebat eum alios sermones loqui prius quam traderetur.

Quibus discipulis dixit hæc Christus. *Quæst. V.*

QVAERETVR cum dicatur, dixit discipulis suis, qui erant discipuli isti quibus dicebatur,an erāt oēs,vel quidam eorum,& qui. Aliqui putant, q̄ non est aliquod dubium quin omnes fuerint, cum dicat, q̄ dixit discipulis. & non appareret aliqua causa dubitandi,ideſt an quibusdam fuerit specialiter dictum.

Dicendum q̄ causa dubitandi aliqua est,ſ.quia omnia præcedentia dixerat Christus discipulis suis,& nō omnibus,sed quatuor eorum.ſ.Petro,Ioāni,Iacobo, & Andreæ.Mar.13.ca. ideo poterat sic dici esse de his verbis,q̄ dicerentur illis quatuor, vel aliquibus solū, & non omnibus. Secundo quia inter ista & præcedētia non ponitur aliquis actus vel congregatio aliqua. sed dicitur, q̄ cum consummasset omnes sermones hos dixit discipulis &c. & sic videtur q̄ nullo alio interposito,nec mutatione facta diceret ista, & tamen si nulla fieret mutatio, necesse erat, q̄ dicerentur ista verba illis solis quatuor, qui cum Christo specialiter erant audientes præcedentia. ergo videtur q̄ non omnibus,sed illis quatuor dixit. Dicēdum videtur,q̄ hec verba quæ sequuntur hic,dixit Christus omnibus discipulis suis cōgregatis. Et ratio prima est,quia in istis certificabat eos de sua passione, & tamen certificatio fiebat in bonum quoddam discipulorum, & istud bonum erat necessarium omnibus.ergo oībus Christus diceret,& non solis quatuor. Secundo, quia alijs vicibus,q̄n Christus loquebatur de passione sua omnib? loquebatur,sicut supra 16.& 17 c.ergo & nunc quando magis erat necessaria certificatio potius loquerēt oībus. Tertio quia dī,quòd dixit discipulis suis,ideo vī quòd omnibus dixerit propter istam adiectionem, quia omnes duodecim sui erant. Cum autem obijcit q̄ præcedentia dixit discipulis & tamen non erant ibi omnes,sed soli quatuor. Dicendum q̄ ibi ponitur aliqua adiectio,per quam hoc potest notari, quia supra 24.c.dicitur. accesserūt ad eum discipuli eius secreto. & sic vī q̄ non omnes,sed aliqui specialiter. hic autē nihil tale dī,ideo de oībus intelligitur. Secundo quia q̄n dī,q̄ dixit discipulis suis,intelligendū est, q̄ oībus dixerit,nisi aliqua causa appareat quare non possit intelligi,q̄ oībus dixerit, & quia ibi Marcus expressit solis quatuor dictum esse accipimus de illis solis.hic vero dicitur esse dictum discipulis,& non apparet alicubi aliqua expressio,quòd paucioribus, vel non omnibus dictum fuerit hoc.Ideo dicendum est, quòd omnibus fuerit dictum.maxime quia causa facit, vt omnibus dicatur,ſ. quia ad communem vtilitatem istud pertinebat,quod de passione adiungitur.

Quomodo dixit Christus hic, scitis quia post biduum Pascha fiet,quia videtur contradictio in Euangelistis. *Quæst. VI.*

QVAERETVR, quomodo dixit hic Christus,scitis quia post biduum Pascha fiet, nam asseruit post duos dies fieri Pascha. nam hoc videtur inconueniens,quia Io.12.c.dicitur ante sex dies Paschæ. ergo non potest stare biduum quod hic ponitur. Aliqui dicūt q̄ verum est,q̄ post biduum fuit. nā quod fit post decem dies fit post duos dies.& ideo cum Ioannes posuerit maiorem numerum dicunt ei standum, qa minor numerus positus hic a Matth.includitur in maiori numero Io.Sed dicendum q̄ non stat.Primo, quia hoc est ridiculū. nam de re illa quæ facta est post mille annos dicetur,q̄ facta est post biduum, sed hoc nemo susciperet. Scdo quia isti numeri ponūtur ad determinandum:& iō ponūtur numeri certi, & ob hoc deberet accipi cum taxatione, & hoc ridiculum est. Tertio quia numerus minor pōt reduci ad maiorem,

& non intelligetur cum taxatione, quando non ponitur aliquod signum taxationis, vt si dicat, mille hoīes venerunt in Ecclesiam. nam licet deberet secundum communem modum intelligendi accipi cum taxatione, tamē potest intelligi sine illa: sed quidam sunt modi qui faciunt necessario taxationem adiuncti numeri, vt ista prepositio, ante, vel post. vt si dicatur, ante duos dies, vel potⁱ? si dicatur, post duos dies: sed hic ita ponitur. ergo necesse est, ꝙ solum essent duo dies, quia dicitur post biduum. Quarto quia nō solū Matt. sed etiam Mar. sic dixit, s. erat Pascha, & azyma post biduum Mar. 14 ca. ergo post duos dies statim fuit, & non post sex. Quinto apparet, quia non potuerunt esse sex dies: nam Christus occisus est feria sexta in hebdomada ramispalmarum, & illo die Iesus intrauit in Ierusalem supra 21. ca. & postea acciderunt ea quæ habentur ab ipso loco vsque huc, in quo necessario fluxerunt aliquot dies, vt colligitur, eod. ca. & Mar. 10. & 11. ergo non potuerunt esse sex dies a tempore quo ista verba dicta sunt vsque ad Pascha, vel diem mortis Christi, & sic solum esset biduum.

Dicendum ꝙ solum fuit biduum a verbis istis vsq; ad Pascha, & cōputatur hoc modo, quia Pascha fuit feria quinta in hebdomada ramispalmarum, & in ipso die ramispalmarum occurrerunt Christo intranti in Ierusalem Iudæi cum ramis oliuarum & palmarū. supra 21. capit. vnde & nomen hoc. s. ramispalmarum dies iste accepit. & ipso die redijt Christus ad vesperū in Bethaniam & mansit ibi, & sequenti die. s. secunda feria redijt in Ierusalem de Bethania in aurora, & vidit tunc ficulneam, & vadens ad illam cum non inuenisset ficus maledixit ei, & ipso die stans in Templo eiecit ementes & vendentes, & euertit mensas nummulariorum, & redijt ipso die ad vesperum Bethaniā & sequenti die. s. tertia feria vel die martis venit in Ierusalem de Bethania, & cum veniret viderūt discipuli ficulneam, cui præcedēti die maledixerat, arefactā esse, & mirati sunt, & cum venisset in Templum quęsierunt ab eo Principes sacerdotum in qua potestate hæc faceret, & tunc ipse quæsiuit ab eis de baptismo Ioannis, an erat de cęlo vel ab hominibus, & ipso die dixit Christus parabolam de duobus filijs, & de rege qui fecit cœnam, & de vinea locata agricolis, & de resurrectione quæsierunt Sadducæi, & Pharisæi cū Herodianis de censu, an esset dandus Cæsari, & legisperitus quæsiuit de magno mandato, & Christus dixit de maledictionibus Pharisæorum qui erant hypocritæ. de his supra 21. & 22. & 23. cap. ad vesperum autem ipso die recessit de Templo, & rediit in Bethaniam, & sedit super montem Oliueti, & videntes discipuli inde structuras Templi quæsiuerunt de illo. s. quando destrueretur quod Christus prædixerat, & de tempore aduentus sui, & consummationis seculi supra 24. ca. & Christus cœpit ibi respondere ad singula. & cōtinuatus fuit sermo eius vsque huc: & statim illis verbis consummatis, sicut hic dicitur, dixit Christus hoc discipulis, scilicet scitis, quia post biduum Pascha fiet, & erat hoc tertia feria ad noctem. Pascha vero erat quinta feria, cum sexta feria mortuus fuerit Christus. ergo verum est, quòd biduum fuit inter verba ista, & Pascha. Hæc autem colliguntur Marc. 11. capit. nam dicitur ibi, quomodo receptus fuit cum palmis & ramis oliuarum, & erat in die ramispalmarum. & sequitur ibi, & intrauit Hierosolymam in Templum, s. die ramispalmarum, vt expresse litera vult, & sequitur. & circumspectis omnibus cum iam vespera esset hora exijt ī Bethaniam, & ita die ipso ramispalmarum qui erat dominicus dies redijt in Bethaniam. & sequitur ibi, & alia die cum exiret de Bethania esuriuit, cumq; vidisset a longe ficum &c. & ita die sequenti, ideſt secunda feria maledixit ficulneæ, & hoc erat in via, & sequitur. & veniunt Hierosolymam, & cum introisset in Templum cœpit eijcere ementes, & vendentes, & ipso die redijt in Bethaniam. nā dicitur, & cum vespera esset egrediebatur de ciuitate, s. die ipso, ideſt secunda feria.

Et est intelligendum, quòd redijt in Bethaniam, & sequitur, & cum mane transirent viderunt ficulneam arefactam, ergo in mane tertiæ feriæ, siue diei martis viderunt aridam ficulneam, & locutus est eis Christus in via de oratione, & fide, & sequitur. & veniūt rursus Hierosolymam, scilicet tertia feria, & ibi sequitur, quòd cum ambularet in templo quæsierūt ab eo Principes sacerdotum ī qua potestate faciebat hæc, & ipse quæsiuit ab eis de baptismo Ioānis. & omnia hæc habentur plane Mar. 11. cap. & supra 21. & ipso die dixit Christus omnes parabolas, & respondit ad tentationes quę habentur supra vigesimo secundo, & vigesimotertio. & Marc. duodecimo c. & mansit sic vsque ad vesperum ipsius diei, & tunc exiuit de Templo, & cum exiret dixit ei vnus de discipulis suis, Magister aspice quales lapides, & quales structuræ, & Christⁱ? dixit. vides omnes has magnas ædificationes? non relinquetur lapis super lapidem Mar. decimotertio cap. & supra vigesimoquarto ca. & sequitur quòd recesserunt de Ierusalem, & venerunt in montē Oliueti qui erat iuxta Ierusalem, & cum ibi sedissent, viderentque Templum quæsiuerunt discipuli a Christo, dic nobis quando ista fient? & Christus respondit eis omnia quæ habentur continuato sermone vsque hic, vt patet supra vigesimoquarto cap. & præced. ca. & Mar. decimotertio ca. & ideo constat, quòd hæc dicta sunt feria tertia, ideſt die martis ad noctem post ramispalmarum, & Pascha fuit quinta feria sequenti, ideſt die iouis, ergo post biduum fuit Pascha.

Aliqui volunt quòd quarta feria fuit hoc dictum, sicut Nico. dicit hic, scilicet, quòd ea quæ p̄dicta sunt prædicauit Christus feria quarta ante passionem suā, & eadem die prædixit discipulis suis passionem suam futuram post duos dies, sicut postea completum fuit.

Sed dicendum ꝙ hoc non stat. Primo quia secundum narrationem, & probationem supra factam cōpleta sunt ista feria tertia, & non feria quarta, vt colligitur ex solidis rationibus scripturæ.

Secundo quia si quarta feria Christus ista dixisset, non fuisset Pascha post biduum, sed sequenti die, quia die iouis, ideſt quinta feria fuit tunc Pascha, quæ fuit dies cęnę, & sequenti die, ideſt veneris, vel sexta feria occisus est Dominus, sed fuit post biduum, vt litera dicit, ergo necesse est fuisse ista dicta die martis, ideſt tertia feria.

Et hoc verum est, nisi forte dicatur, quòd accipiatur istud biduum vsque ad passionem, ideſt diem quo crucifixus est. nam sexta feria crucifixus est: ideo tunc biduum computaretur a feria quarta, in qua dicerentur isti sermones, & in veritate ita accepit Nicol. nam ait. quæ prædicta sunt prædicauit Christus discipulis suis feria quarta ante passionem suam futuram post duos dies: & hoc modo verum est, quòd a feria sexta biduum computandum esset.

Sed non stat. Primo quia dicitur, post biduum Pascha fiet, & tamen Pascha non est dies mortis Domini, sed dies sequens, ideſt sexta feria, ergo oportet cōputari a feria tertia. Secundo quia non computatur vsque ad diem mortis, sed ad diem traditionis, & cōprehēsionis. nam dicitur, scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur, non. n. dicitur post biduum tradet, vt crucifigatur, sed cōstat, ꝙ vna die fuit traditio, ideſt quinta feria, & sequenti die crucifixio, & biduum computatur vsq; ad diem

diem quo traditus est, ergo debet computari a feria tertia, & illa die hæc dicta sunt, & ideo nō stat positio Nico. qui deceptus est, quia accepit diem crucifixionis pro die traditionis.

Ad rationem autem in cōtrarium, de eo quod Io. dixit, ante sex dies Paschæ. Dicendum ꝙ non obstat, quia istud biduum, & illi sex dies non referuntur ad idem. nam istud biduum refertur ad dies qui intercesserunt inter verba præcedentia & diem Paschæ. sex autem dies Ioannis referūtur ad tempus, quod fluxit ab aduentu Christi in Bethaniam vsque ad Pascha. Et patet quia Io. 12. capit. dicitur, Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, & hoc fuit sabbatho ante Dominicam in ramispalmarum. & patet quia dicitur, quòd venit Iesus in Bethaniam, & fecerunt ei ibi cęnam, & Martha ministrabat, & Iudæi venerunt ad videndum Lazarum quem Christus suscitauerat. & sequitur, in crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum cum audiret, quia Iesus Hierosolymam venit, acceperūt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei. ergo sabbato sequenti ante diem ramispalmarum venit Iesus in Bethaniam: & tamen Pascha erat feria quinta hebdomadæ ramispalmarū, ergo verum est, quòd per sex dies ante Pascha venit in Bethaniam. sed istud biduum computatur a consummatione verborum quæ facta est tertia feria hebdomadæ ramispalmarum, vt ostensum est. ideo non obstant sibi. Sic dicit Orige. super Matt sicut ex Ioannis narratione colligitur ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam, inde venit Hierosolymam sedens super asellum, postea geruntur ea quæ narrantur Hierosolymis gesta. ex illo ergo die quo venit Bethaniam intelligimus consummatum quatriduum, vt occurreret dies ante biduum Paschę, & ita facit, quòd istud biduum sit pars illorum sex dierum, & sint duo dies vltimi illorum sex, scilicet, quarta & quinta feria.

Quid sit Pascha. *Quæst. VII.*

QVAERETVR cum Christus dixerit, post biduū Pascha fiet, quid sit Pascha.

Aliqui dicūt, quòd Pascha sit dies passionis. & hoc accipiunt primo, quia tunc passus est Christus. Secundo quia Pascha dicunt esse dictum a pachin, quod est pati.

Dicendum quòd non stat. Primum enim nō est verum. nam non fuit tunc Christus passus, quia Pascha die quintæ feriæ fuit tunc. mors autem Domini feria sexta, & ideo non est inde origo.

Secundum etiam non est verum, quòd Pascha dicatur a paschin quod est pati, quia istud esset si ponatur Pascha nomen Græcum: & tamen non est Græcū sed Hebræum. sic dicit August. Pascha fratres nō grecum sed Hebræum nomen est: & dicitur apud Hebræos phase. sic enim in libris veteris testamenti vocatur semper phase cum Pascha dici debeat, & tamē in nouo testamento secutus est translator formam nominum græcorum, & dixit Pascha iuxta græcos, cum phase dici deberet. sic dicit Hierony. super Matt. scilicet Pascha autem, quod Hebraice dicitur phase non a passione, vt plerique arbitrantur, sed a transitu nominatur, & ideo non est assumptum nomen istud a passione.

Secūdo patet, quia ante mortem Christi erat quolibet anno Pascha, ergo non fuit nominatum a passione, sed a festiuitate.

Tertio, quia Christus manifeste dixit de tempore, & non de morte. nam ait, post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur. si autem Pascha esset ipsa mors Christi, cū diceretur Pascha fiet, fruſtra erat adiungere, & Filius hominis tradetur. ergo ista non erant idem.

Quarto quia mors Christi nō erat nota discipulis, & tamen Pascha erat notū. nam dixit, scitis quia post biduum Pascha fiet, ergo non erat Pascha mors sua.

Quinto quia ipse dixit, desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. & illud, vbi vis paremus tibi comedere Pascha? infra in litera. & Marc. 14. c. & Luc. 23. & tamen mors sua non erat manducatio quā ipse faceret, ergo non est passio Pascha.

Dicendum autem, quòd Pascha dupliciter accipitur, aliquando pro quodam die festo, & aliquando p agno Paschali. De primo patet, quia ita accipitur in veteri testamento, vt Leuitici 23. capit. scilicet die decimaquarta mensis ad vesperum phase Domini est, ideſt Pascha, & ita in alijs locis veteris testamenti. Secundo quia sic etiam accipitur in nouo, vt Marc. 14. c. erat Pascha post biduum, & Lucæ 22. cap. dicitur, appropinquabat autem dies azymorum qui dicitur Pascha, ergo Pascha dies festus est. & Ioan. 13. c. dicitur. ante diem festum Paschæ. De secundo, ideſt quòd accipiatur pro agno paschali, patet quia dicitur infra in litera, vbi vis paremⁱ tibi comedere Pascha? sed quod comeditur est cibus, & non dies, ergo Pascha accipitur pro agno Paschali. Item dicitur infra tēpus meū prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis, ideſt comedo agnum Paschalem. nam non potest accipi pro die Paschæ, quia diem illum nemo facit, quilibet tamen dicebatur facere Pascha, ergo accipitur Pascha pro cibo Paschali, ideſt agno. Item quia dicitur ibi, fecerunt discipuli, sicut constituit eis Iesus, & parauerunt Pascha. & tamen non paratur dies vel tēpus, quia ista per se fiunt, sed cibus paratur, ergo Pascha erat ibi agnus Paschalis. Secundo quia Marc. 14. dicūtur similia, scilicet, quo vis, vt eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha? & ibi simul dicitur Pascha manducari & parari, quæ duo non pertinēt ad diem qui non māducatur, sed ad cibum, ideſt agnum. Item eod. cap. dicitur. vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Item dicitur ibi, parauerunt Pascha, ideſt agnum Paschalē. Tertio quia Luc. 22. capitu. similiter ponitur. scilicet euntes parate nobis Pascha, vt māducemus. Item dicitur, vbi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Item dicitur, & parauerunt Pascha, ideſt agnum.

Quarto & adhuc expressius apparet, quia Mar. 14. capit. dicitur. primo die azymorum, quando Pascha immolabant. sed immolare est iugulare, sicut omnia animalia quæ in sacrificium offerebantur dicebantur immolari, quia occidebantur. sed Pascha non poterat immolari, nisi esset animal, ergo erat agnⁱ Paschalis.

Quinto patet, quia Lucæ vigesimosecundo cap. dicitur, venit autem dies azymorum ī qua necesse erat occidi Pascha. ergo Pascha occiditur, sed non erat necessarium secūdum legem occidi aliquid prima die azymorum, nisi agnum Paschalem, Exo. 12. cap. ergo agnus vocabatur Pascha. Sexto patet, quia sic etiam accepit Apostolus. 1. Corin. 5. capit. s. Pascha nostrum immolatus est Christus. & ita Christum vocauit ibi Pascha, quia immolatus est, ideſt occisus, quasi dicat, apud alios erat Pascha agnus qui immolabatur, apud nos autem non est aliud Pascha, nisi Christus immolatus. & sic pro agno loquitur, quia Christum vocari Pascha metaphora est. Et patet etiam, quòd accipiat pro cibo, quia dicitur, itaque epulemur in azymis, id. est Pascha manducādum est cum azymis, & istud Pascha erat agnus qui cum azymis comedebatur, Exodi duodecimo cap.

Quid p. prie Pascha.

Quomodo accipiatur hic Pascha. Quæst. VIII.

SED quæretur, quomodo accipiatur hic Pascha. Dicendum quòd nō proprie accipitur pro die, vel tempore, quia dicitur, post biduum Pascha fiet. & tamen tempus non fit a nobis: ideo si de die vel tempore loqueretur diceret, post biduum Pascha est, accipietur ergo pro agno.

Sed dicetur, quòd neque pro agno possit accipi, quia dicitur Pascha fiet. & tamen agnus non fit, quia est animal.

Dicendum quòd accipitur fieri, ideſt parari, nam sic est consuetudo aliquando locutionis nostræ, vt cū aliquis dicitur facere barbam, ideſt ornare illam precidendo capillos eius, & sic accipitur Deuteronom. 21. cap. de muliere captiua quæ accipienda est in vxorem, quòd faciet vngues, ideſt præcidet illos vel rotūdabit. sic ergo dicitur fieri agnus vel Pascha, ideſt occidi vel immolari aut parari. sic dicit Virgil. in Bucolicis ecloga tertia, quæ incipit. Dic mihi Dameta, cū faciam vitulam pro frugibus ipse venito, ideſt, dum ego coquo vitulam vade tu pro pane. & hoc apparet ex modo loquendi aliorum Euāgeliſtarum hic. nam vbi dicit Matth. post biduum Pascha fiet, dixit Mar. primo die azymorum, quando Pascha immolabant. & Luc. dixit, necesse erat occidi Pascha. ergo illud fieri ad immolationem agni refertur.

Aliter potest dici, fiet Pascha, ideſt agnus: non quidem quòd agnus fiet, sed quòd cæremoniæ agni fiēt, ideſt immolatio & commestio.

De hoc nomine ſ. Pascha, & de causa eius institutionis. Quæſt. IX.

SED quia nunc de Pascha hic dicitur, & accipitur aliquando pro die, & agno, vt dictum est præced. quæſt. est videndum aliquid de illo, & primo de nomine, & causa institutionis.

Aliqui voluerūt, quòd Pascha diceretur a pachin, ideſt passione, ideo nulla esset alia origo huius nominis, nisi passio Christi eo tempore facta. Sed dicēdum quòd non stat, vt dictum est supra præced. quæſt.

Dicēdum quòd Pascha prout vertitur in nostrum idioma, vel potius in formam, & literas nostri idiomatis latini, non potest seruare proprietatem Hebræam. nam Hebræi peza dicunt, nos vero in nostras literas phase diximus, & signat transitum. Potest autem iste transitus accipi tripliciter. Vno modo quia transiuit Deus per terram Aegypti nocte illa, ideſt Angelus Domini occidēs omnia primogenita Aegyptiorum. sic dicitur Exo. 12. cap. est enim phase, ideſt transitus Domini, & transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamq; primogenitum in terra Aegypti ab homine vsque ad pecus,

Secundo modo dicitur transitus, ideſt transcensus vel interpositio quædam, scilicet, quia cum Angelus percutiēs veniebat ad domum aliquam Aegyptij occidebat primogenitum ibi, & ita continue. Si autem erat aliqua domus Iudei inter duas domos Aegyptiorum saltabat Angelus de vna domo vnius Aegyptij in domum alterius, & non tangebat domum Iudæi quæ erat in medio, & iste transcensus, vel interpositio vocatur transitus. Sic dicitur Exo. 12. cap. nullus egrediatur ostium domus suæ vsque mane. transibit enim Dominus percutiens Aegyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, trāscendet ostium, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, & lædere.

Tertio accipitur transitus iste, scilicet, quia Hebræi qui tenebantur captiui in Aegypto exierunt ipsa nocte de locis suis in quibus tenebantur, & sic transierunt de captiuitate in libertatem. sic dicit Remigius, scilicet, quia auxiliante Domino populus Israeliticus liberatus ab Aegyptiaca seruitute transiuit ad libertatem.

Sed dicendū, quòd licet isti tres modi conueniant, tamen secundus magis conuenit. & iste est quem posuit scriptura, vt causam huius nominis. sic dicitur Exodi duodecimo cap. cum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista religio? dicetis eis, victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans.

De causa institutionis huius cæremoniæ agni Paschalis. Quæst. X.

QVAERETVR, nunc de causa institutionis huius cæremoniæ agni paschalis.

Dicendum quòd institutio potest haberi aliqualiter ex dictis. sed origo est, quia Deus volebat apud populum illum Iudaicum, quem ad tēpus inter cęteras gētes elegerat, quoadusque veniret semē cui repromissum erat, ideſt Messias, sicut loquitur Apostolus, q̄ manerēt in memoria beneficia quę illis præstaret, quia erat popul⁹ obliuiosus, immemor, & durę ceruicis, & ad hoc fecit, vt etiam si illi obliuisci vellent non possent, constituendo quasdam cæremonias, & solennitates obseruandas ab eis ritu perpetuo, vt sic quandiu manerent celebritates istæ, maneret memoria præstitorum beneficiorum. Et quia cæremonias illas iubebat ritu perpetuo manere, oportebat quòd semper maneret memoria beneficiorū. Et hoc modo in memoriam, quòd Deus pauisset Israelitas quadraginta annis in deserto cibo cœlesti, & fecisset eos sine domibus habitare in vmbraculis, iussit quolibet anno mense septimo celebrari festum tabernaculorum per septem dies, Leuit. 23. cap. ſ. omnis qui de genere Israel est manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis fecerim habitare Israel cum educerem eos de Aegypto. Sed in isto trāsitu fecit Deus populo magnum beneficium: ideo voluit quòd maneret in memoria, & ad hoc instituit fecit festum istud Paschæ, & cęremoniam agni, vt singulis annis celebraretur semel illo tempore anni quo acciderat hoc beneficium, & sic nō posset deleri obliuione istud beneficiū. Et vt magis appareat quantum vellet Deus manere in memoria beneficiū hoc, fecit mutari temporum computationes. nā ante illud computabantur anni alio modo, & incipiebat annus in Octobri, & finiebat in Septembri, quia talis videbatur fuisse habitudo creati mūdi. Et seruata fuerat ista consuetudo computandi a principio mundi, vsque ad tempora illa per successiones. & inter Aegyptios, & Hebræos sic computabatur. & facit ēt Deus interdum mentionem de hac computatione, vt Exodi 23. capit. scilicet solennitatem quoque in exitu anni, quando cōgregaueris omnes fruges tuas de agro. & ita ponitur solēnitas vna in fine anni, & est festum tabernaculorum, Leuitici vigesimotertio cap. & vocatur exitus anni, quādo collecta est collectio vniuersarum frugum. & hoc est in fine Septembris, vel quasi. ergo tunc erat finis anni. Et Exodi 34. capit. dicitur & solennitatem, quando redeunte anni tempore vniuersa condūtur, sed condi omnia est recolligi fructus in horrea, & hoc fit post collectionem, ſ. i Septēbri. & tunc dicitur redire annus. reditus vero anni est, quando cōpleto vno anno redit principiū alterius, ergo in Septēbri erat finis anni, & principiū alterius fm anti-

Quæ ante hoc tempus primitus apud Hebræos.

quā tpa, & hanc consuetudinem tenebant Iudei q̄diu fuerunt

fuerūt in Aegypto. In illo autem anno quo exierunt A fecit Deus mutari cōsuetudinē cōputandi annū, ſ. vt mēsis ille in quo exibant vocaretur primus, & de cætero semper esset primus. erat tamen ille tunc mēsis Martij, & vocatur mensis nouorum, ideſt nouarum frugum. Et apparet, quia eo tempore quolibet anno Iudæi celebrant Pascha. sic dicitur Exod. 12. cap. dixit Dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti, mē sis iste vobis principium mensium primus erit in mē sibus anni. Ex ratione ergo huius beneficij mutata tēporis computatione instituit Deus seruari istam cęremoniam a Iudeis in perpetuum. & potest conuenire ratio institutionis ad quemlibet transitum, cū Pascha dicatur transitus, vt dictum est præceden. quæst. nam in quolibet eorum fuit præstitum Iudæis beneficium. De primo patet, quia transiuit Deus per terrā Aegypti occidendo primogenita eorum, Exodi 12. B cap. ſ. est enim phase, ideſt transitus Domini. transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque primogenitum in terra Aegypti ab homine vsque ad pec⁹. & fuit ista occisio beneficium Israelitis, quia fuit causa liberationis eorum. nam ante hoc in omnibus plagis indurabatur Pharao, & nolebat dimittere Israelitas de terra sua. In ista autem plaga non solum Aegyptij dimiserunt Israelitas recedere, sed & rogabāt eos recedere, & compellebant cito ire. Exodi 12. ca. ſ. surrexit Pharao, & vocatis Moyse & Aarō nocte ait, surgite egredimini a populo meo vos, & filij Israel, & sequimini. vrgebantque Aegyptij populum de terra exire velociter dicentes, omnes moriemur. De secundo C patet, quia magnum beneficium fuit, quòd cum Angelus percutiens discurreret per omnes domos, & in singulis occideret primogenita, quòd cum peruenisset ad domum aliquam Hebræi relinqueret illam in medio, transiretque ad domum Aegyptij, quæ vltra erat, vt nullus de Israelitis periret, neque de pecoribus eorum, cum tamen in domibus Aegyptiorum multi morerentur: nec erat aliqua domus in tota Aegypto, in qua non iaceret aliquis mortuus Exod. duodecimo c. De tertio patet, quia magnum beneficium erat liberatio ista de Aegypto exeūdo inde, & fuit in duobus. Primo quia cum in Aegypto essent Israelitæ D seruī Pharaonis, & Aegyptiorum exirent nunc in libertatem, patet Exodi 14. capitu. nam cum exiuissent Israelitæ dixit Pharao seruis suis, quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? & nō solum seruiebant, sed etiam dura seruitute premebantur, scilicet, in luto & latere, vt ædificarent ciuitates. Exodi primo cap. & quando petiuerunt liberari, vel ire ad sacrificandum, oppressit eos grauius Pharao nō concedens paleas quas prius concedebat, & numerū laterum non minuens Exo. 5. cap. ideo clamauit tunc populus dure ad Pharaonem, eodem cap. De hac autem seruitute dura quam fornacem ferream Aegypti vocat scriptura, Leuit. 26. & Deuter. 5. liberati fuerunt Israelitæ.

Secundum in hoc exitu beneficium fuit, quòd ditauit eos. nam voluit Deus, quòd nō solas res suas ef- E ferrent Israelitæ de Aegypto, sed quòd vasa aurea, & argentea, & vestes peterent commodata a vicinis, & Deus dedit gratiam eis in conspectu Aegyptiorum, vt nihil quod peterent negarent eis, Exodi 3. capit. Et ita factum est, nam die præcedenti, ideſt, quartadecima iussit Moyses toti populo, quòd peterent ab Aegyptijs vasa aurea, & argentea, & vestes Exod. 11. cap. fecerunt que sic, & Aegyptij sponte dederunt omnia quæ habebant, & sic spoliauerunt Aegyptum vniuersa diuitijs, Exodi 12. cap. erantque vniuersa hęc valde prospere euenientia Israelitis. nam tunc cum egressi sunt erant sexcenta millia peditum de Iudæis præter paruulos, & mulieres, & vulgus promiscuum, quòd cum eis de Aegypto ascendit, quod simul erat innumerabile, Exodi 12. capit. & in omnibus his non erat neque vnus languens, sic dicitur Psal. 104. & eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Erat autem hoc magnum miraculū, & sic pro tanto beneficio prestito in hoc exitu vel trā situ conuenienter fuit talis celebritas instituta, sic dicitur Exodi 12. nox est ista obseruabilis Domini, quādo eduxit eos de terra Aegypti.

Sed dicendum, quòd licet omnes isti modi transitus conferant ad causam institutionis, precipua tamē causa fuit secundus transitus, scilicet, quia transcendit domos Israelitarum non percutiens aliquem ibi, sicut in domibus Aegyptiorum. & ista fuit causa quā expressit Deus velut causam huius institutionis. Exodi duodecimo capit. cum dicitur, & cum dixerint vobis filij Israel, filij vestri, quæ est ista religio? ideſt quare obseruatis istam cæremoniam, dicetis eis, victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. sic etiam dixit Hieronym. super Matth. Pascha autem quod Hebraice a trāsitu dicitur non a passione, vt quidam arbitrantur, sed eo quòd exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit, neque percusserit eos, vel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauerit.

Considerandum etiam, quòd circa hoc nō solum voluit Deus sibi celebrari solēnitatem phase in agno Paschali: sed etiam voluit offerri primogenita, & separari illa sibi. fuit enim sic, quòd in illa nocte qua exierunt Israelitæ de Aegypto occidit Deus omnia primogenita Aegyptiorum, tam in hominibus quam iumentis, & in Israelitis nulla fuit occisio. nam multas plagas intulerat Deus Aegyptijs, vt permitterent exire Israelitas de terra sua, & non permisit Pharao, sed induratum est cor eius. vltima autem plaga, & maxima fuit primogenitorum, quam Deus comminatus est, nisi permitteret Pharao exire Israelitas: & quia non permisit secuta est plaga, & in tota Aegypto in media nocte Angel⁹ mortis, ideſt Angeli dati a Deo ad istam interfectionem transierunt per domos, & loca, & vbicunque erat aliquis vir, vel fœmina primogenitus occidebant illum, & vbi erat in armentis, vel pecoribus primogenitum animal, occidebant illud, cætera vero dimittebant viuere. & hoc exercuerunt in Aegyptijs, in Israelitis autem nulla fuit interfectio in hominibus, neque in pecoribus. & modus fuit, quia iusserat Deus prius, vt illa nocte comederent agnum, & de sanguine agni linirent superliminaria, & vtrunque postem, vt cum Angelus percutiens veniēs ad domum inueniret eam sanguine tinctam trāsiret, & non intraret illuc ad occidendum aliquem, & ita factum est: nam media nocte transiuit Angelus percutiens, & fuit occisio facta in Aegyptijs, & primogenitis animalium ipsorum. in Israelitis autem & animalibus eorum nulla fuit occisio, ita vt in tota Aegypto non esset in nocte illa aliqua domus, in qua non iaceret mortuus, Exodi duodecimo cap. & quia liberauit tunc Deus primogenita Israelitarum ab exterminatore, voluit primogenita illorum in æternum sibi esse obligata, sicut apud antiquos si quis in bello seruasset aliquem a morte, efficiebatur seruus eius: sed Deus liberauerat primogenita, tam in hominibus quam in iumentis: ideo voluit omnia effici sua, tanquam sibi iure debita, & iussit quòd primogenita humana precio redimerētur, & primogenita pecorū consecrarentur Deo quantū ad pecora immolabilia, Ioues, boues, & capras. quantum ad nō immolabilia

iussit fieri commutationem, ſ. quòd primogenitum
asini commutaretur oue, vel ſi nō commutaretur oc
cideretur Exo. 13. cap. Cauſam autem huius rei dixit
esse liberationem de occisione de medio primogeni
torum, qui occidebantur in Aegypto, eodem ca. cum
ait, cumque interrogauerit te cras filius tuus dicens,
quid est hoc? respondebis ei dicens, in manu forti edu
xit nos de terra Aegypti de domo seruitutis, nam cū
indurat⁹ Pharao nollet nos dimittere, occidit Domi
nus omne primogenitum in terra Aegypti a primo
genito hominis vsque ad primogenitum iumento
rū, idcirco immolo Domino omne quod aperit vul
uam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum
meorum redimo.

Consideranda vlterius, quòd circa hoc fecit Deus
maiorem distinctionem, nam cum primogenita om
nium hominum in Israelitis essent sibi debita voluit
illa sibi accipere, & in ipso anno quo exierūt de Aegy
pto essent; in deserto, separauit sibi Deus totam tri
bum Leui loco omnium primogenitorum totius Is
rael, & fecit computari omnes qui erant in tribu Le
ui ab vno mense & supra de masculis, & inuenta sunt
vigintiduo millia hominum. fecit autem in omnib⁹
aliis tribubus Israel numerari primogenitos in sexu
masculino ab vno mense & supra, & inuenta sunt vi
gintiduo millia ducenti septuagintatres, & ideo iuſ
sit Deus accipi tunc in partem suam totam tribū Le
ui ad ministrandum loco omnium primogenitorum
Israelitarum, & quia erant plura primogenita Israeli
tarum quam Leuitæ loco 273. iussit Deus dari pecu
niam, ſ. pro quolibet quinque siclos, quæ pecunia da
ta est Aaron, & filijs eius Numeri 3. capit. Hæc autem
separatio tunc solum facta est. postea vero cū ingres
si sunt in terram promissionis, iussit Deus omnia pri
mogenita humana quæ non essent de tribu Leui re
dimi datis pro quolibet quinque siclis, & hoc in ge
nere masculino. nam fœminæ nunquam redimeban
tur: & hæc redemptio fiebat completo vno mense.
primogenita autem pecorum immolabiliū immola
ri iubebat, & cedebant carnes in vsum sacerdotum.
primogenitum vero animalium non immolabilium
redimebatur, siue commutabatur oue, vel occideba
tur. pro primogenito autem hominis quinq; sicli da
bantur Numeri 18. cap.

Et ita videtur pro eodem facto, idest liberatione Is
raelitarum in Aegypto de occisione exercita in pri
mogenita Aegyptiorum Deus voluisse duas cæremo
nias sibi in memoriam obseruari. vna erat de immo
latione agni paschalis, alia erat de oblatione primo
genitorum, vel redemptione eorum. Sed dicendum,
quòd hoc non est inconueniens, secundum quòd cir
ca idem factum occurrūt multæ particulæ, in quibus
potest diuersimode inueniri bonum vel malum, & iō
in eodem facto possunt esse multa beneficia, & in me
moriam illorum possunt diuersa imperari. sic enim
obseruatio azymorum a Deo introducta est, scilicet,
quòd per septem dies comederēt quolibet anno azy
ma tempore quo exierunt de Aegypto, vt recordarē
tur, quòd cum timore exierunt, & non potuerunt a
zyma fermentare Exo. duodecimo, & decimotertio
cap. & Deuteronom. decimosexto cap. & totum hoc
fuit circa exitum de Aegypto, ideo circa eādem rem,
quia multa beneficia occurrūt multæ cæremoniæ im
perantur.

Sed potest dici, quòd non pro eadem re fuit impo
sita obseruatio agni paschalis, & consecratio primo
genitorum: fuit enim primogenitorum applicatio,
quia liberauit illa de Aegypto, scilicet, quòd cum no
cte illa Deꝰ occideret omnia primogenita Aegyptio
rum ab homine vsque ad pecus Exodi vndecimo ca.
& Numeri trigesimotertio capit. ita vt non maneret
aliqua domus in tota Aegypto, in qua non esset aliqs
mortuus Exodi duodecimo cap. manserunt primoge
nita Israelitarum, tam in hominib⁹ quàm pecoribus
illæsa Exodi duodecimo, & decimotertio cap. De ce
lebratione autem Phase in agno Paschali alia potuit
esse causa, & ista duplex. Vna quia transiuit Deus no
cte illa per totam Aegypti terram occidēs omnia pri
mogenita Aegyptiorum in hominibus & pecoribus.
fuit autem ista occisio beneficium toti populo Israel
inquantum per illam occisionem ipsi liberati sunt.
Nam ex hoc fuit data occasio liberationis, quia ante
hoc per omnes plagas, adhuc manebat obstinatum
cor Pharaonis, & nolebat dimittere Iudæos. in ista au
tem plaga primogenitorum non solum dimisit, sed
etiam compulit fugere de terra sua: vrgebāt quidem
Aegyptij Israelitas, vt cito exirent dicētes, omnes mo
riemur, Exodi 12. cap. inquantum ergo fuit toti popu
lo occasio liberationis debuit a toto populo haberi
in memoria celebrando phase.

Alia causa est, quia in ista occisione Aegyptiorum
exierunt Israelitę de seruitute extrema in libertatem,
& non exirent nisi per illam, sed liberatio de seruitu
te est beneficium toti populo collatum, ideo pro illa
occisione primogenitorum Aegypti totus populus
ad aliquid tenetur, inquantum est aliud beneficium
eis præstitum vltra liberationem suorum primogeni
torum, pro quibus est consecratio primogenitorum.

Sed obijcietur, quòd non stet, quia si ista esset cau
sa, verum esset, quòd Israelitæ deberent aliquam cere
moniam obseruare in memoriam tāti beneficij præ
ter consecrationem primogenitorum, non tamen
deberent immolare agnum, quia ista immolatio nō
videtur signare, nisi liberationem primogenitorum
de morte. Et patet quia iussit Deus occidi agnum, &
comedi, & de sanguine eius poni ī superliminaribus
domus, & vtroque poste, vt Angelus percutiens cum
transiret videns domum sanguine rubricatam, non
percuteret quemquam in domo, sed transiret Exod.
duodecimo cap. ergo cum per singulos annos agnus
immolaretur, videtur quòd ad faciendum memoriā
huius rei immolaretur, idest, quòd Deus transiēs per
domos Aegyptiorum non occidisset Israelitas.

Secundo patet, quia Exodi duodecimo capit. cum
datur causa huius cæremoniæ dicitur. cumq; introie
ritis terram quam Dominus Deus daturus est vobis
obseruabitis cæremonias istas, & cum dixerint vobis
filij vestri, quæ est ista religio? dicetis eis, victima tran
situs Domini est, quando transiuit super domos filio
rum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & do
mos nostras liberans. Et ita ibi non mandauit Deus
aliud dari pro causa huius cæremoniæ, nisi q̄ Deus
occidebat primogenita Aegyptiorum, & liberauit
primogenita Israelitarum. ergo pro beneficio libera
tionis primogenitorum fiebat immolatio agni Pa
schalis.

Dicēdum q̄ verum est, & tamen in liberatione pri
mogenitorum præstabatur duplex beneficium. Vnū
ipsis primogenitis, vt non occiderentur cum occide
bant primogenita Aegypti. Aliud toti populo Israel,
cui esset magnus plāctus & dolor, si omnes primoge
niti in eo occiderentur. nam populus valde minuere
tur, & haberet insuper quilibet de quo lugeret, sicut
in Aegypto occisis primogenitis non fuit domus ali
qua in tota Aegypto, in qua non iaceret aliquis mor
tuus Exo. 12. præter beneficiū ergo, quod primoge
nitis præstabat, adhuc toti populo, & cuilibet de populo
erat magnū beneficiū, quia liberabatur q̄libet de tan
to luctu. nā nemo esset cui p̄ patre aut fratre lugendū
nō esset, aut p̄ p̄sona valde cōiūcta in tā magna cęde,
& ideo

& ideo pro duplici beneficio præstito ī eadem re fuit
imposita duplex cæremonia. Pro beneficio præstito
primogenitis imposita fuit oblatio & redemptio pri
mogenitorum. Voluit. n. illa accipere, quia sua erant,
cum seruasset ea de morte Exodi 13. & Numeri 3. ca.
pro beneficio autem præstito toti populo voluit fieri
aliam cæremoniam, scilicet immolationem agni, vt
signetur quòd per sanguinem agni in superliminari
bus, & postibus domorum posito liberati sunt a mor
te, quia Angelus percutiens transiens per totā Aegy
ptum, videns domum non signatam sanguine in
troibat, & occidebat omnia primogenita ibi inuenta
tam in hominibus quam in pecoribus, & iumentis.
cum vero inuenisset domum sanguine rubricatam
non intrabat in eam neque percutiebat Exodi 12. c.
nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque
mane: trāsibit enim Dominus percutiēs Aegyptios,
cumque viderit sanguinem in superliminari, & vtro
que poste, transcendet ostium, & non sinet percusso
rem ingredi in domos vestras, & lædere. & ista est ve
ritas, quòd pro eodem facto institutæ fuerunt duæ cę
remoniæ in memoriam duorum beneficiorum præ
stitorum in eodem actu.

De tempore quo cæremonia phase fieri debebat.
Quæst. XI.

QVAERETVR de tempore quo cæremonia ista
phase, idest agni paschalis fieri debebat.
Dicendum, quòd cum pro ista liberatione primo
genitorum fuerint duæ cæremoniæ institutæ, vt di
ctum est præcedenti quæstione, scilicet immolatio a
gni, & oblatio, vel redemptio primogenitorum, pro
vtraque Deus assignauit tempus. nam primogenita
quædam redimebantur, alia offerebātur, quia primo
genitum ouis, bouis, & capræ immolabatur Domi
no, & nō poterat redimi. primogenita autem anima
lium immundorum, vt asini, equi, cameli redimeban
tur, vel commutabantur oue. primogenitum autem
hominis redimebatur datis pro eo quinque siclis. Nu
meri 18. cap. & tam redemptio quam commutatio,
quam oblatio primogenitorum fiebat post mensem
vnum a natiuitate ipsorum, eodem cap.

Sed non est intelligendum, quòd in fine mēsis fie
ret ista oblatio. nam quæ redimenda erant poterant
in toto mense redimi, dum tamen vltra non differe
tur. quæ autem offerebantur poterant octaua die of
ferri, & non ante, Leuit. 23. capit. scilicet bos, ouis, &
capra cum genita fuerint septem diebus, erunt sub v
bere matris suæ: die autem octaua, & deinceps offer
ri poterunt Domino. & non solum poterunt offerri
die illo, sed etiam erat necesse die octaua offerri, Exo.
22. cap. ſ. primogenita filiorum tuorum dabis mihi.
de bobus atq; ouibus similiter facies, septem diebus
sit cum matre sua: die autem octauo redde illū mihi.

Causa autem huius fuit, quia prima vice compli
cuit Deus ad se oēs masculos de tribu Leui loco om
nium primogenitorum totius Israel, & pecora Leui
tarum loco primogenitorum pecorum totius Israel,
& numerationem Leuitarum, & ipsorum primoge
nitorum qui dandi erant, & pro quibus applicabātur
Leuitæ Domino computati sunt ab vno mense & su
pra. nam infra mēsem nullus computatus est, neque
de Leuitis, neque de primogenitis populi Numer. 3.
cap. ideo cum de cætero non deberent fieri tales ap
plicationes, sed quodlibet primogenitum per se de
beret, aut redimi, aut offerri, voluit Dominus, quòd
eo tempore quo separata sunt illa primogenita appli
carentur cætera Deo immolando vel redimendo, de
quo magis dictum est Nume. 3. & 18. cap.

Alph. Tost. In Matth. Pars VII.

De tempore autem immolationis agni paschalis
dicendum, quòd fiebat quolibet anno ab Israelitis in
memoriam illius immolationis, & liberationis factæ
in Aegypto, ideo eo tempore quo facta fuit illa agni
immolatio, voluit Deus in perpetuum fieri quolibet
anno cæremoniam illam sibi.

Circa quod sciendum, quòd quando erant Israeli
tę in Aegypto computabant alio modo annos quam
postea computauerunt. nā annus incipiebat in Octo
bri, & finiebatur in Septembri, vt ostensum est supra
quæstione decima. tunc vero cum exire debuerūt de
Aegypto, vt maneret perpetua memoria huius bene
ficij, voluit Deus mutare computationē annorum,
scilicet, quòd inciperet annus in mense illo in quo
exibant. sic dicitur, Exodi duodecimo cap. scilicet di
xit Deus ad Moysen, & Aaron in Terra Aegypti, mē
sis iste vobis principium mensium, primus erit in mē
sibus anni. Et non exierunt Israelitæ de Aegypto in
principio mensis, sed die decimoquinto eius, & quia
volebat Deus educere illos imponendo plagam pri
mogenitorum in Aegyptios, & ipsos Israelitas libe
rando per rubricationem domorū in sanguine agni,
iussit fieri cæremoniam agni, & fieri debebat die de
cimoquarto mensis, idest Luna decimaquarta, nam
per lunationes computabant Iudæi menses, sed quia
nunquam fecerant Israelitæ hāc cæremoniam, & po
terat esse, quòd aliqui præ solicitudine recessus, de
quo erat eis prænunciatum, non recordarentur face
re cæremoniam agni tempore debito, iussit Deus,
quòd ex die decima mensis teneret, quilibet agnum
in domo sua, Exodi duodecimo cap. scilicet, decima
die mensis huius tollat vnusquisque agnum per do
mos, & familias suas, & sequitur. & seruabitis eum vs
que ad decimamquartam diem mēsis huius, immo
labitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad
vesperum. & ita factum est illa vice. Et sicut tunc fa
ctum est, ita in posterum voluit Deus obseruari, scili
cet, quòd die decimaquarta ad vesperum fieret: hoc
tamen solum non fuit obseruatum, scilicet, quòd tol
leretur agnus ille die decima mensis, sicut prima vice
factum fuerat, quia tunc fieri debuit sic ne Iudæi præ
solicitudine turbati non facerent in tempore debito.
postea vero non erat eadē causa: ideo satis erat, quòd
adducerent agnum quandocunque vellent: dum ta
men die decimoquarto immolaretur. sic dicitur Le
uitici 23. capitu. hæ sunt feriæ Domini, quas obseruа
re debetis temporibus suis, mēse primo, decimaquar
ta die mensis ad vesperum phase Domini est. Quòd
vero dicitur ad vesperum fieri immolationem intelli
gitur post meridiem, quia statim vt sol declinat de cir
culo meridiano versus occasum quantacunque pars
diei superfit vesperum dicitur. Et ideo quandocunq;
post meridiem immolaretur agnus diceretur immo
lari ad vesperum. Deus tamē determinauerat horam
immolationis specialiter, scilicet in occasu solis Deu
teron. 16. ca. ſ. in loco quem elegerit Dominus Deus
tuus immolabis phase veſperi ad occasum solis.

Sed dicendum, quòd hæc erat generalis regula cir
ca tempus immolationis phase, & obseruationis se
ptem dierum azymorum, sed poterat esse impedimē
tum duplex circa hoc. vnum erat immunditia, nam
immundus non poterat manducare phase, aliud erat
peregrinatio, ſ. quando non erat Iudæus tempore illo
in terra sua. in his duobus casibus iussit Deus, quòd ce
lebrarent tales ipsum phase, mense secūdo anni eius
dem cum omnibus suis cæremonijs. Si autem contin
geret, quòd etiam illo tempore esset quis immūdus,
vel peregrinus non poterat fieri ab eo iam phase in il
lo anno. sic patet Nume. 9. cap.

De loco immolationis agni Paschalis, ac obseruationis huius festi. Quæst. XII.

QVAERITVR de loco immolationis agni Paschalis, & obseruationis huius festiuitatis.

Dicendum quòd prima vice factũ est hoc in Aegypto, & immolauit quilibet agnum in domo sua, & comedebant carnes illius singuli in domibus suis, & iussit Deus, quòd manerẽt omnes Iudæi illa nocte in domibus, & nullus egrederetur ostium domus suæ vsq; mane, Exod. 12. ca. Et ideo ibi non potuit fieri aliqua cæremonia in Templo, vel Sanctuario, quia tunc nullum erat, sed potius tota hæc cæremonia fiebat, vt singuli rubricarent postes, & superliminaria domorum suarum de sanguine agni, vt nõ intraret illuc percussor ad occidendum primogenita.

Cum autem postea in memoriam obseruabãt immolationem agni Paschalis, tenebantur facere illud in loco speciali. Et primum erat quòd nõ poterat immolari extra terram promissionis, & patet quia Nume 9. cap. dicitur de illo qui peregrinus erat de gente Iudæorum in alia terra longe, quòd non poterat immolare phase: ideo quòd immolaret illud mense secundo anni eiusdem, s. si tunc redijsset de peregrinatione. Et ista est causa quare Iudæi qui captiui erant extra Terram promissionis, non poterant celebrare phase, & nunc quoque Iudæi inter nos non immolãt illud: non quidem solum, quia nos non permittimus exerceri has cęremonias, sed quia etiam si districte iuberemus non facerent, quia præuaricarentur legem Dei. Vnde sciendum, quòd in ista solemnitate duo sunt, s. aliquid quod pertinebat ad agnum Paschalẽ, & cæremonias eius, & aliquid quod ad obseruationẽ azymorum. Quod enim ad agnum Paschalẽ pertinet non obseruatur nunc a Iudęis in quocũque loco mũdi sint, quia illud est sacrificium quoddam, & non poterat fieri, nisi in loco determinato. obseruatio autẽ azymorum nõ concernit locum, ideo vbique potest seruari, & ideo nunc ab eis per septem dies obseruantur azyma tempore illo vbicunque sint si azyma habere possint.

Secundum est circa agnum Paschalem, quòd neque etiam poterat in quolibet loco Terræ promissionis immolari, sed solum in loco Sanctuarij: sic dicitur Deut. 26. ca. non poteris immolare phase in qualibet vrbium tuarum, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi, immolabis phase vesperi ad solis occasum. Et causa huius est, quia agnus Paschalis erat sacrificium, & tamen sacrificia non poterant fieri in aliquo loco, nisi in loco Sanctuarij Deut. 12. cap. & quicunque foris fecisset aliquod sacrificiũ erat reus sanguinis, quasi sanguinem humanum fudisset Leuit. 17. cap.

De 23. cæremonijs quæ seruabantur a Iudæis in festo phase, & de prima an agnus tantum immolaretur, vel etiam hædus. Quæst. XIII.

SED quæretur quæ cæremoniæ seruabantur circa phase, siue agnum Paschalem, & de solennitate reliqua circa hoc festum.

Dicendum autem, quòd hic considerantur dupliciter cæremoniæ: quædam enim erant quę fiebant in cæremonijs sacrificiorum circa Deum. Alię erant circa esum & apparatum agni Paschalis. nam illo die & alijs diebus sequentibus azymorum fiebant quędam specialia sacrificia, quæ non fiebant quotidie. Accipiendo autem de primis dicendum, quòd erant solũ cæremoniæ sacerdotum, & ministrorum Templi, & non pertinebat aliquid de his ad populum. Sed dicendum quòd die phase, ideſt 14. primi mensis nõ fiebat aliqua solẽnitas circa sacrificia, nisi quòd offerebatur quotidianum sacrificium duo agni anniculi, vnus in in mane, & alius in vespere Num. 28. ca. sed in die 15. cum erat dies primus azymorum offerebãtur animalia multa. ẽo. c. & de hoc dicetur postea, quantum ad festum azymorum. Accipiendo autem quantum ad cæremonias quæ se tenebant ex parte populi. Dicendum quòd quædam respiciebant simpliciter ipsos comedentes, aliæ ipsum agnum. *Cæremoniæ Phase.*

Erat autem prima cæremonia, quòd esset illud animal agnus.

Secunda erat, ꝙ esset anniculus, ideſt nõ excederet annũ, sed quicquid esset minus de anno sufficiebat.

Tertia quòd esset absque macula, quia non recipiebatur animal maculatum.

Quarta quòd sanguis eius funderetur super postes duos, & superliminaria domus, ideſt, quòd rubricarẽtur illæ partes portarum.

Quinta erat, quòd carnes eius assarentur, & non coquerentur, neque comederentur crudæ. istæ cæremoniæ habentur Exo. 12.

Sexta erat, quòd die decimaquarta mẽsis ad vesperum immolaretur.

Septima, quòd in loco Sanctuarij.

Octaua, quòd adeps eius cremaretur coram Domino in altari.

Nona, quòd comederetur totus agnus caput, & pedes, & intestina, & nõ relinqueretur aliquid quod nõ comederetur.

Decima, ꝙ non remaneret aliquid pro sequẽti die.

Vndecima, quòd si aliquid maneret vsq; in diem sequentem non comestum, consumeretur igne.

Duodecima erat, ꝙ comedẽtes accingerent renes.

Tredecima, quòd tenerent baculos in manibus.

Quartadecima, quòd haberent calciamenta in pedibus.

Quintadecima, quòd cum azymis comederent.

Sextadecima quòd cum lactucis agrestibus.

Decimaseptima, quòd festinanter.

Decimaoctaua, quòd omnes Israelitæ comederẽt agnum, & omnes conuersi ad Iudaismum.

Decimanona, quòd non permitterentur alienigenæ non conuersi ad Iudaismum exercere hanc cæremoniam, quousque circunciderentur, & conuerterentur ad ritum Iudaicum.

Vicesima, quòd comedendo non confringerẽt aliquod os eius, sed manerent omnia ossa integra.

Vicesimaprima, quòd totæ carnes comederentur intra domum vnam, & nulla pars earum efferretur in alteram domum.

Vicesimasecunda, ꝙ quando immolaretur agnus non maneret fermentatum aliquid in domo illa in qua immolaretur, neque in alia domo.

Vicesimatertia, quòd manducantes agnum essent mũdi: & si quæ aliæ sunt minutæ cæremoniæ possunt reduci ad istas.

De prima cæremonia, scilicet, an agnus tantum immolaretur. Quæst. XIIII.

CIRCA primam cæremoniam patet, quia dicitur Exodi 12. tollet vnusquisque agnum. & iterum ibidem, erit autem agnus.

Sed obijcietur, ꝙ phase fiebat de hirco, quia Exodi 12. cap. dicitur, iuxta quem ritum tolletis hædum, & seruabitis eum vsque ad 14. diẽ mensis huius, immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel.

Aliqui dicunt, quòd simul immolabatur agnus, & hædus

hædus, & hoc videtur signare litera. Primo cũ dicit, tolletis & hædum, ideſt etiam hędum. ideo ambo accipiebantur. Secundo, quia dicitur, iuxta quem ritum tolletis, & hædum, & ita signatur, quòd eadem cęremonia quæ obseruabatur in agno erat seruãda in hædo. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo quia postea nulla mentio fit de hædo, & tamen si hædus immolãdus esset diceretur aliquid circa illum, & nõ solum in loco ipso Exo. 12. c. vbi præcipue, & primo ponitur ista cæremonia, sed postea in omnibus alijs locis scripturæ, vbi fit mentio de phase, nunquam dicitur aliquid de hędo, sed solum de agno. Secundo, quia non videtur ad quid prodesset hædus. nã agnus ad hoc immolabatur, vt de sanguine eius rubricarentur postes, & superliminaria domus Exo. 12. & tamen ad hoc sufficiebat sanguis agni: immo non fit mentio, nisi quòd de sanguine eius tingeretur hyssopus, & aspergerentur postes. ergo hædus ad nihil valebat, & consequẽter non immolaretur. Tertio quia grauaretur sic populus, ꝙ in domo qualibet deberet occidi agnꝰ, & hędus, quia erat magnorum sumptuũ pro pauperibus, & hoc tamen omnibus iubebatur, ergo non fieret.

Quarto quia dicitur Exo. 12. ꝙ si in domo esset minor numerus personarũ, ita vt nõ sufficeret ad esum agni, adiungeretur vicinus qui erat coniũctus domui iuxta numerum animarum quæ sufficerent ad esum agni. ergo cum multominus sufficerent ad esum simul agni, & hædi, diceretur de hædo, vt acciperentur tot quot sufficerent ad esum agni & hædi simul: sed non dicitur nisi de agno. ergo videtur, quòd non immolabatur aliquis hædus.

Alij dicunt, quòd in qualibet domo quæ sufficiebat ad esum agni immolabatur agnus, & non immolabatur hędus in aliqua domo, sed hędus a toto populo simul immolabatur, quia dicitur Exo. 12. iuxta quẽ ritum tolletis, & hædum, & seruabitis eum vsque ad 14. diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel. Et ideo dicũt, quòd hędus erat vnicus, qui a toto populo immolabatur, agni autem multi, scilicet per singulas domos.

Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo quia non videtur quomodo tota multitudo Israel posset conuenire ad immolandum vnum hædũ. erant enim sexcenta millia peditum sine paruulis, & absque mulieribus Exo. 12. Secundo, quia non auderent tunc conuenire, quia Pharao & Aegyptij non permitterent, quòd conuenirent in locum vnum, quia timerent esse monopolium aliquod, & tractari aliquid mali cõtra Pharaonem, & Aegyptios, & ipsi quoque Israelitæ cõuenire non vellent sic quousque recederent, ne se fuspectos Aegyptijs redderẽt. Tertio quia non videtur ad quid proderat ista immolatio hirci. nam si a tota multitudine immolabat, a tota multitudine deberet mãducari, quod esse nõ poterat. Quarto quia totius multitudinis de sanguine illius domus erant rubricandę, quod esse non poterat. ideo neque toti multitudini conueniebat immolare hædum.

Dicendum ergo, quòd solus agnus immolabatur per singulas domos. hædus vero non immolabatur a singulis de populo, neque a tota multitudine, neque ab aliquo. sed dicitur de hædo in defectum, s. si quisent qui non possent habere agnos haberent hædos, & hoc propter duo. Primo quia cum quilibet de populo habere vellet agnum ad immolandũ, forte non occurreret esse tot agnos, vt quilibet vnum agnũ haberet, ideſt quęlibet domus, & ideo in defectum concedebatur, quòd consumeretur hędus. Secundo, quia forte esset maioris precii ibi agnus quã hædus, & paupertibus esset facilius habere hædum quam agnũ. Sic autem Deus circa alia multa prouidebat in sacrificijs,

s. quando offerens non poterat vnam rem offerre, ꝙ offerret aliam, vt Leui. 12. capitu. dicitur de muliere quæ purgatur post partum, quòd offerret agnum anniculum, & pullum columbæ, siue turturem. & sequitur, quia si non inuenerit manus eius, neque potuerit offerre sumet duos turtures, aut duos pullos colũbæ. & ita loco agni offerebatur vnus pullus colũbę a non potentibus aliud inuenire, vel pauperibus. sic in præsenti fieret de hædo si non inueniretur agnus, & ideo cum succederet hædus loco agni, deberent fieri in eo omnes cęremonię tam immolationis quam rubrica tionis cum sanguine quam manducationis. & hoc est, quod dr, iuxta quem ritum tolletis, & hædum, ideſt si non inueneritis agnum, accipietis hædum, & facietis iuxta eum totum ritum, ideſt cæremoniam quam circa agnum facere debebatis.

Cum autem obijcitur, quòd simul agnus, & hędus immolabantur, quia dicitur, iuxta quem ritum tolletis, & hædum, ideſt etiam. Dicendum, quòd non adiũgit ibi, sed assimilat, s. quòd sicut agnum immolaturi erant, ita & hędum. Secũdo cum dicitur, quòd idem ritus circa hædum seruabatur. Dicendum, quòd est verum, sed non simul offerebantur, aut immolabantur, sed hædus in defectum agni.

Et hoc probat primo similitudo ritus. nã quia succedebat hædus in defectum agni, oportebat easdem cęremonias obseruari in hædo, quia alias illi qui acciperent hædum non videretur seruare cæremoniam phase. Secundo, quia si agnus, & hædus simul offerrentur, vt distincta, nõ seruaretur idẽ ritus in eis, quia hoc generale est. vbicunque enim hircus offertur in veteri testamento pro peccato offertur. agnus autem potius in holocaustum, vel in hostias pacificas, & tamen quando offertur simul agnus, & hædus nunquã pro eodem genere sacrificij accipiuntur, vt patet Numeri 28. & 29 c. vbi ponuntur ordinaria sacrificia totius anni apud Israelitas. Est autem verum, quòd si quis vellet sponte offerre hædum, vel hircum in holocaustum reciperetur, vt patet Leui. 1 c. & tamẽ regulariter hoc non fiebat. hic tamen iusſit eandem cęremoniam fieri in hædo, & agno, ergo non immolabantur simul, sed hædus in defectum agni.

Cum autem dicitur, quòd hædus non immolaretur a quolibet, sed vnus a tota multitudine, non est hoc verum. Et cum dicitur, immolabitque eum vniuersa multitudo, ille accusatiuus eum refertur necessario tam ad agnum quam ad hędum. nam si non intelligitur sic oportet, quòd omnes cęremoniæ sequẽtes, s. & edẽt carnes assas &c. referrentur ad solum hędum, quod falsum est. Item non obstat, ꝙ dicitur vniuersa multitudo, quia nõ intelligitur, quòd tota multitudo collecta hoc faceret, sed distributa, ideſt quilibet per domos suas. & hoc tã de hędo quam de agno erat verum, quòd omnes de Israel istud facere deberent. Et ita apparet, quòd solus agnus immolabatur, & non hædus

Sed obijcietur adhuc, quòd fieret phase de bobus, vel ouibus, quia dicitur Deuter. 16. c. immolabis phase Domino Deo tuo de ouibus, & bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus.

Dicendum, quòd non stat, quia immolatio phase per singulos annos fiebat ad memoriam phase celebrati in Aegypto, & tamen in Aegypto nõ fuit facta immolatio, nisi de agno, vel hædo Exo. 12. c. ergo nõ fieret postea, nisi de his. Secundo, quia si fieret de bobus esset magnum animal, quod non posset manducari a paucis, & tamen cũ immolabatur agnus, si non sufficiebat domus quęlibet ad manducationem, dicebatur, quòd adiũgeretur vicinus, si minor erat numerus quã sufficeret ad esum agni. ergo si de bobus immolaretur

molaretur necesse erat multas simul domos iungi, & ideo nō iuberetur cuilibet domui, quòd immolaret, & māducaret agnum, vel phase regulariter, & in defectum adiungeret vicinum suum. si tamen bos immolaretur regulare esset, quòd nulla domus sola immolaret phase, & si aliqua esset rara esset.

Ad illud Deut. 16. c. dicendum, quòd phase accipitur dupliciter. Vno modo, p ipso agno paschali. Alio modo pro cæremonijs agni, & totius ciuitatis tā phase quam azymorum. Nam duæ festiuitates erant, scilicet phase, & azymorum, & erant continuæ, quia vna erat die quartadecima, & alia quintadecima Leu. 23. c. & in festiuitate azymorum quæ per septem dies durabat, offerebantur multa sacrificia ordinarie Num. 28. capit. etiam populus offerebat sponte holocausta, vel hostias pacificas in solemnitatem, & hoc sponte. & ad hæc hortabatur Deus, quòd offerrent de quocunque animali vellent. vnde dixit de bobus, vel ouibus, quia nomine bouis intelligitur tota species, ac si dicat, immolate holocausta, vel hostias pacificas.

Sed dicetur quare dixit de bobus, & ouibus, & non addidit de capris, vel quid specialiter per hoc designauit?

Dici potest vno modo, quòd non dixit specialiter de his quasi nollet aliquid aliud offerri, sed exemplariter posuit, vt per hæc etiam capræ intelligerentur. nā hæc tria sola de animalibus quadrupedibus erant immolabilia Leui. 1. cap. positis ergo duobus intelligeretur tertium, si non subesset aliqua causa prohibitionis.

Secundo potest dici, quòd fuit ex industria sic positum, quia non erat opus poni caprā. & causa est, quia Deus hortabatur Israelitas ad offerendum sacrificia spontanea in Pascha propter solemnitatē festi. Erant autem holocausta, & hostiæ pacificæ spontaneæ. hostia autem pro peccato erat necessaria, vt communiter, s. quando incurrisset quis in aliquod peccatum, quod per hostias expiandum esset. ideo Deus de solis spontaneis dicere debuit. nam ad sacrificia pro peccato non oportebat hortari, quia erat iam lex posita, & necessarium erat illā impleri, & non faciebat ad hoc Pascha, neq; aliqua celebritas. nunc ergo de solis spōtaneis hortari debuit. ista autē sunt holocausta, & hostiæ pacificæ. ideo de bobus, & ouibus dicere debuit, quia caprę regulariter non immolabātur, nisi in sacrificio pro peccato, vt patet Leui 4. & Nume. 28. & 29. cap. boues autem, & oues in holocaustis, & pacificis hostijs immolabantur, ideo de illis tantum dixit, ac si diceret. offerte in solemnitate Paschali holocausta, & hostias pacificas. Cum autem dixit boues, & oues signauit speciem non sexum, vel modum. nam ouis accipitur pro ariete, & agno, & oue fęmella. & bos accipitur pro masculo, & fęmella, & pro vitulo nouello, & tauro integro. nam bos, vt est castratus, & distinguitur cōtra tauros, nō accipiebatur in sacrificio Dei, immo Deus fieri talia vetabat apud Iudæos, s. vt neq; in tauris, neque in ouibus, aut specie aliqua animaliū fieret castratio Leui. 22. cap. s. omne animal, quod vel contritis, vel tunsis, vel sectis ablatisque testiculis est nō offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino non facietis. Et ita est sensus, quòd arietes, agnos anniculos, oues, vitulos, tauros, vaccas offerrent, & similia animalia, quasi dicat, offerrent holocausta, & victimas pacificas quæ de his animalibus offeruntur. manet ergo, quòd solus agnus offerebatur, vt ī phase, vel hædus in defectū eius qui esset, sicut agnus. oues autem, & boues non poterant offerri, ideſt immolari in phase.

Causa autem huius cæremoniæ, q̄ esset agnus erat duplex. Prima ex parte tēporis illius, s. quia Deus voluit, quòd Israelitæ immolarent aliquod animal, cuius sanguine rubricarēt postes, & superliminaria portarum, & carnes eius prodessent ad esum. Et tamen non fuit ad hoc conueniens aliquod animal, sicut agnus. ideo dictum est de agno. Secundo, & præcipue propter rerum futurarum significationem. nā vt dicitur ad Hebr. 10. c. vmbrā futurarū rerum lex habet, & 1. Corinth. 10. c. dicitur, hæc omnia in figura contingebāt illis. & extendebat̄ ista significatio ad Christum, quē Deus per istas cæremonias voluit designari, vt colligitur Io. 19. c. vbi allegauit Io. id quod dicitur Exo. 12. s. os non comminuetis ex eo, & dicitur de agno Paschali ad probādum, quòd cum Christus occisus est non debuerūt aliqua ossa eius confringi, id- est non crura, sicut fracta sunt crura latronum. & tamen non valeret probatio Io. nisi in sensu literali ista dicerentur de Christo, ideſt, quòd Deus dicēs ista intenderet etiam illud per hanc literam de signare. ideo significauit ea quæ ad Christum pertinent de significato principali, & tunc dictum est, quòd esset agnus, quia hoc magis Christo competit qui est agnus, ideſt innocēs: nam aries, & taurus ad aliam significationē pertinent. & ob hoc tota scriptura secuta est istū modum exponendi, & loquendi, quia sicut hic istud animal pertinebat ad phase Hebræorū, ita Christus fuit phase nostrum 1. Corin. 5. ca. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis, ideſt apud Iudæos agnus immolatus erat phase, vel Pascha, apud nos autem Pascha nō est agnus aliquis materialis, sed Christus qui est agnus. & ita etiam vocauit illum Ioannes Baptista Io. 1. cap. ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Conuenit autem magis vocari Christum agnum quam arietem, vel taurum in præsenti propter duo. & hoc quātum ad actū redemptionis. Primo quia oportebat, quòd Christus qui nos a peccatis nostris redimeret, esset omnino impollutus, & incontaminatus. & tamen ad signandum istam incontaminationem, & innocentiam magis cōuenit agnus quam aliquid aliud. Et ideo Ioannes cum de redemptione locutus est eum vocauit agnū dicens, ecce agnus Dei. Secundo propter mansuetudinē, quia in passione fuit mansuetus nulli resistens, sed omnia sustinēs 1. Pe. 2. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, neque inuētus est dolus in ore eius, qui cum maledicereture non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. ideo agnus vocari debuit ex modo passionis. sic eum vocauit Isaias 53. ca. s. sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondēte se obmutescet, & non aperiet os suum. propter istam igitur taciturnitatem quæ agno in passionibus competit, Christus vocatus est agnus. nam sic sępe de eo prænunciatum fuerat, q̄ taceret cum iniuriā pateretur, sic dixit Mat. supra 12. cap. allegans dictum Isaię, s. ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene placuit mihi, non contendet, non clamabit, neque audietur vox eius in plateis.

Sed quid, quia iubebatur poni hędus loco agni iuxta cæremonias suas, & quo modo conueniet hoc ad Christi designationem?

Dicendum, quòd hoc etiam competebat Christo. nam hædus, vel hircus conuenit in sacrificijs pro peccato. nam vt dictum est præced. quæst. conuenit hircus in veteri testamento in sacrificio pro peccato, & fere nunquam occidebatur, nisi pro peccato. sic autem Christus fuit. nam ipse fuit sacrificium pro peccato, quia pro peccato totius mundi se Deo Patri hostiam expiationis obtulit, sicut dicitur ad Hebræ. 13. c. comparatur Christus sacrificijs pro peccato in cęremonijs, s. quòd ipse passus est extra vrbem, sicut corpora animalium immolatorum pro peccato crematūr extra castra cum dicitur, quorum enim sanguis animalium infertur in Sancta per Pontificem horum corpora cremātur extra castra: propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum suum extra castra passus est, ideo ergo hoc modo Christus hædus, vel hircus dici potest.

Secundo modo potest vocari hædus, quia licet hircus, quando magnus est fætet, & caro eius displicet, tamen quando nouellus est placet valde, & caro eius est sapida, & ideo Christum signare potest, qui valde placuit Deo Patri, sicut ipse dixit, iste est Filius meus dilectus in quo mihi complacui.

De secunda cæremonia, scilicet quare agnus debebat esse anniculus. Quæst. XV.

Secunda cęremonia erat, quòd esset anniculus. & vocatur anniculus ab anno, nō quòd annum haberet, sed quòd annum nō excederet. nā animal, quod infra annum est anniculū vocamus. supra annum autem non erat offerendus, vel immolandus agnus iste. nam tunc non vocaretur anniculus, neque etiam agnus, sed aries. & tamen non erat necesse, quòd esset tantę, aut tantę ętatis citra annum, quia in animalibus erat ista lex quantum ad sacrificia, q̄ ante octo dies non immolaretur animal. post octo autem dies posset quandocunque immolari, & etiam in octauo, sed non ante illum Leui. 22. ca. s. bos, ouis, & capra cum genita fuerint septē diebus erunt sub vbere matris suæ, die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. & ita erat de agno Paschali, quia non requiritur, quòd haberet annū cōpletum, quia tunc non vocaretur agnus, sed citra annum, & tunc cuiuscunque ętatis esset non differebat. Sic de hædo intelligendum est, cum accipiebatur hædus loco agni, quòd deberet esse anniculus. & patet, quia dicitur Exo. 12. cap. iuxta quem ritum tolletis, & hædum, ideſt eundem ritum seruabitis in agno, & hędo. sed ritus agni erat, q̄ esset anniculus, ergo & hædus esset anniculus.

Causa huius cęremonię erat. Primo ex parte populi cui mandabatur ipsa paruitas animalis. nam Deus volebat, quòd esset animal paruum, quod in singulis domibus comedi posset, nisi quādo domus esset parua: & tamē si animal esset magnum rarę domus sufficerent ad illud comedendum, ideo non debuit magnum esse animal. si autē esset aries integer esset magnū animal, ideo fuit conueniens, quòd esset agnus anniculus, ideſt circa annum, vt paruus esset. & eadē ratione debebat esse hędus anniculus, quia si excederet annum esset magnum animal. & ob hoc (vt dictū est prędced. quæst.) non offerebatur bos, vt esset phase, quia animal magnum erat, & nulla domus sufficeret regulariter ad illum comedendū. Secūdo, quia Deus nolebat grauare populum sumptibus, quia ista cæremonia imponebatur omnibus de populo, & si esset aries integer ætate, vt triennis, vel quadriennis maiorum sumptuum esset. cum vero agnus anniculus erat paruarum expensarum, ideo esse debebat agnus anniculus, vel hędus anniculus. Tertio, quia iubebatur, quòd non comminueretur os aliquod huius animalis Exo. 12. & in paruo animali etiam si ossa non confringantur nihil de cibo videtur esse quibusdam perdita si ossa non comminuantur. Quarto quia animalia placebāt Deo nouella ī sacrificijs. iuxta illud Psal. 68. & placebit Deo super vitulum nouellum cornua producētem, & vngulas. ideo & in immolatione phase animal nouellum placebat, & ita erat anniculum.

Quinto quantum ad Christum qui designabatur per agnum. & erat conueniēs, vt esset agnus propter causas dictas præceden. quæst. & tamen si non esset animal anniculum non esset agnus, sed aries, quia vltra annum aries vocatur. ergo debuit esse agnus anniculus. nam significatio arietis non conueniebat Christo in præsenti, sicut agni pro actu redemptionis nostræ.

De tertia cæremonia, scilicet, quare agnus debebat esse immaculatus. Quæst. XVI.

Tertia cæremonia erat, quòd esset immaculatus, ideſt, quòd nullam maculam haberet. Vocantur autem maculę non quidem in vellere, sed in corpore. nam etiam si haberet vellus varium, & maculosum, sicut dicitur Genes. 30. capitu. quòd concipiebant varia, & maculosa, & diuerso colore respersa, nō esset ineptum ad sacrificiū.

Considerandum autem circa hoc, quòd respectu sacrificij quædam animalia vocabantur munda, alia immunda, & quædam maculata, alia immaculata: immundum vocatur animal, quod secundum speciem suam ad immolandum Domino est illicitum qualecunque illud sit. Et hoc modo tria tantum animalia secundum speciem erant munda, ideſt, ouis, bos, capra Leui. 1. cętera de quadrupedibus erant immūda, vt ceruus, equus, asinus, etiā si ad cibum essent apta. maculatum autem dicitur secundum accidens, ideſt illud, quod secundum speciem licitum est ad offerendum tamen ex aliquo accidenti, vt deformitate, vel defectu redditur illicitum ad immolationem. & hoc est, quando bos, ouis, aut capra habent aliquos defectus vetitos in lege. ea vero quæ non habent de illis defectibus aliquem, vocantur immaculata.

Sed quæ sunt istæ maculæ? Dicendum, quòd sunt deformitates positæ Leui. 22. ca. s. homo sponte offerens, aut vota soluens tam de bobus quam de ouibus immaculatum offeret, vt sit acceptabile: omnis macula non erit in eo, si cęcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, vel impetiginem non offeretis ea Domino, neque adolebitis ex eis super altare Domini. Etiam animalia castrata, vel habentia læsionem aliquam in testiculis erant maculata eod. capit. s. omne animal, quod vel contritis, vel tunsis ablatisque testiculis est nō offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino nō facietis. Etiam amputatio cuiuscūque membri erat macula, dato quòd animal posset viuere. sed mēbra minime necessaria sunt cauda, & extremitates aurium, & si ista amputarentur reddebantur animal maculatum respectu cuiuscunque sacrificij necessarij, sed poterat offerri spōtanee eod. cap. s. bouem, & ouem aure, aut cauda amputatis voluntarie offerri potest: votum autem solui nō potest. & quia agnus de necessitate immolabatur non poterat immolari si haberet aurem, vel caudam amputatam. si autem animal esset morbidum, aut lāguens, etiam si nullam prædictarum macularum haberet dicebatur immaculat⁹, & offerri, vel immolari poterat. Causa autem huius rei erat quantum ad Iudæos, quia agnus Paschalis erat sacrificium Nume. 9. capit. s. si quis autem mūdus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecerit phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium nō obtulit Domino tempore suo. sic etiam vocatur victima, & hostia Exo. 23. & 34. ca. & tamen in sacrificijs seruabatur, q̄ non offerretur aliquod animal maculatum. ergo neque agnus Paschalis poterat esse maculatus.

Causa autem quare Deus volebat immaculata esse omnia animalia quæ offerebantur ei, erat honor

suus,

suus, quia sacrificia quæ Deo offerebantur non erant ad supplendam aliquam indigẽtiam Dei, quia Deus carnibus non vescitur, & si vesceretur nõ peteret sacrificia, quia ipse habet carnes plurimas Psal. 49. non in sacrificijs tuis arguam te, s. etiam si illa non offeras. holocausta autem tua in cõspectu meo sunt semper. nõ accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. quoniam meæ sunt omnes ferę siluarum, iumenta in montibus, & boues. cognoui omnia volatilia cęli, & pulchritudo agri mecum est. si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrę, & plenitudo eius. nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? nõ ergo vult ista Deus propter aliquam necessitatem, sed propter honorẽ, sicut dicitur ibi, immola Deo sacrificiũ laudis. & postea dicit. sacrificiũ laudis honorificabit me sed Deus iudicat se contemni si offerantur ei animalia maculata, ergo non sunt offerenda, quia nõ honoratur sic. ita patet Mala. 1. c. s. ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum, & dixistis in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? in eo, quòd dicitis mẽsa Domini despecta est, si offeratis cęcum ad immolandum nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum nonne malum est? offer illud duci tuo, & si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, quasi dicat, cum duces qui homines sunt non suscipiant talia, neque ego suscipiam.

Secũdo cõuenit hoc ex parte Christi, qui est agnus iste, vt dictũ est, quia ipse fuit immaculatus: nõ enim debuit habere aliquam maculam cũ maculas nostras abstergere venerit 1. Pe. 2. qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in lingua eius.

De quarta cæremonia, scilicet quare postes sanguine agni rubricabantur. Quæst. XVII.

QVARTA cęremonia erat, quòd rubricarentur postes domus, & supliminaria sanguine agni. Et hoc erat, q̃ in domibus in quibus comederetur agnus fieret ista rubricatio Exo. 12. c. s. sument de sanguine, & ponent super vtrunque postem, & in superliminaribus domorum in quibus comedẽt illum. Et hoc dicitur, quia quædam domus erant Iudeorum, in quibus non comedebãt agnus, & illæ (vt dicitur) non rubricabantur. modus autem faciendi erat, q̃ agnus iugulabatur in limine portæ domus, & sanguis fundebatur in caldariã, vel lebetẽ, aut in aliquod vas, & ibi intingebatur hyssopus in sanguine calido recẽter fuso, & aspergebantur postes, & superliminaria Exo. 12. ite tollentes animal per familias vestras, & immolate phase: fasciculum hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrunque postem.

Causa autem huius cæremoniæ fuit ad liberationẽ Israelitarum: nã ad hoc occidebatur agnus, vt de sanguine eius rubricarentur postes, & superliminaria domorum. fiebat autem rubricatio, vt quando Angelus percutiens transiret per noctem videret rubricatam domum, & non percuteret ibi. vbi autem non esset rubricatio ingrederetur Angelus, & percuteret. sic dicitur Exo. 12. c. nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane. transibit enim Dominus percutiens Aegyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste transcendet ostium, & non sinet percussorem ingredi in domos vestras, & lędere.

Secunda, & præcipua causa erat ex parte Christi, quia signabatur, quòd per sanguinẽ Christi, qui erat agnus immaculatus, liberaremur a morte, & a diabolo, qui erat vere Angelus exterminator. nam per sanguinem suum acquisiuit nos Actu 20. & ob hoc ponebatur sanguis in postibus, & superliminaribus portæ, per quam est introitus in domum, vt significaretur os nostrum, per quod est exitus verbi. nã per confessionem passionis Christi saluamur, quia sicut fides de sanguine Christi est necessaria, ita & confessio ad Ro. 10. cap. corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.

Conueniebat autem ista cæremonia quantum ad Iudæos propter duo. Primo vt quasi Deus transiens, & videns sanguinem illum non percuteret, aut non sineret intrare percussorẽ in domo illa. Secundo quasi sanguis vbique fundẽdus esset, & ideo in domibus illis in quibus non esset sanguis susus in porta intraret percussor in eas, & occideret primogenita fundẽdo sanguinem eorum. Sed dicendum, quòd magis conueniebat ista cæremonia ad significandũ sanguinem Christi quam ad aliam vtilitatem. nam nõ erat ad hoc, quòd agnoscerentur domus Israelitarum, & nõ ingrederetur illuc percussor. Et patet primo, quia Deus non videt sanguinem, neque aliquid aliud, neque etiam percussor Angelus, quia videre est solius animalis. Deus autẽ, & Angeli, vel dęmones non sunt animalia. ideo non plus proderat ad hoc ponere sanguinem in portis quam nihil ponere. Secundo, quia non erat necessarius sanguis iste ad cognitionem. nã dato, quòd Deus videret sanguinem poterat sine sanguine cognoscere domos Israelitarum. & nõ est dubium quin eas cognosceret, quia Deus omnia scit. ergo non proderat sanguis ad hoc. Tertio quia maius erat cognoscere quis esset primogenitus in qualibet domo tam in hominibus quam iumentis omnibus (quod nullus homo scire poterat) quam cognoscere omnes domos Hebræorum etiã sine signo, quod poterat facere aliquis homo, & tamen cognoscebat primogenita sine signo, ergo non fuit positus sanguis ad hoc, q̃ Deus, vel Angelus percussor sciret in qua domo non percuteret.

Erat ergo inter Israelitas, vt quoddam signum inter simplices, vt sic putarent, quòd non intraret percussor in domos, quando videret eas sanguine signatas, sed præcipue fuit propter designationem sanguinis Christi, per quem nos signati saluamur, quia diluimus maculas peccatorum nostrorũ in sanguine suo. sic dicitur Apoca. 7. c. hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Iudæis autem simplicibus erat signum quoddam Exo. 12. c. s. transibo per Terrã Aegypti nocte illa, percutiamque primogenitũ in Terra Aegypti ab homine vsque ad pecus. erit autem vobis in signũ in ędibus in quibus eritis, videbo sanguinem, & transibo, neque erit in vobis plaga disperdẽs quando percussero Terram Aegypti.

Considerandum autem, quòd ista cæremonia nõ fuit obseruata, nisi semel in prima vice in Aegypto. postea vero cum Iudæi obseruabãt cæremonias phasę in terra sua non seruabatur hoc, ideo non tingebãtur postes domorum, & superliminaria. Et patet primo, quia ista rubricatio fuit, vt Angelus percutiens transiens per Aegyptum, & videns sanguinem non lędere in domibus illis, & tamen postea nunquã transiturus erat Angelus percutiens per domos Hebræorum. ergo non erat opus poni sanguinem. Secundo, quia ponebatur sanguis ad distinguẽdũ domos, quia mixtæ erant domus Israelitarum, & Aegyptiorũ, sed quando postea seruabant phasę in terra sua, erant domus suæ solæ non permixtæ domibus Aegyptiorum, neque aliquorum gentilium. ideo non erat conueniens poni sanguinem. Tertio, quia non poterat nam sanguis

sanguis ponebatur in portis illarum domorũ, in quibus comedebatur agnus Exo. 12. ca. & tamen in Terra Chanaan non comedebãt phasę Israelitæ in domibus suis, neque vrbibus, sed in sola ciuitate quam elegerat Dominus, & in qua erat Sanctuarium Deuter. 16. c. s. non poteris immolare phasę in qualibet vrbiũ tuarum quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius, ibi immolabis phasę vesperi. ergo nõ poterãt portæ rubricari. Quarto quia sanguis agni fundi iussus est in limine, & de illo aspergi postes domus Exo. 12. c. immolate phasę, fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & de eo aspergite superliminare. & tamen non fundebatur sanguis agni super limina portarũ, quia hoc erat immolari in ostio cuiuslibet domus. nunc vero omnes agni immolabantur in Sanctuario, quia erant sacrificium quoddam Nume. 9. c. ergo non rubricabantur portæ aliquæ, sed solum in prima vice hoc factum est ex causa supra posita.

De quinta cæremonia, scilicet quare carnes agni assabantur. Quæst. XVIII.

QVAERETVR de quinta cæremonia, s. q̃ carnes agni assarentur. sic enim iussum est Exodi 12. non comedetis ex eo crudum quid, neque coctum aqua, sed assum tantum igni.

Causa huius erat prima de cruditate, quia est quædam bestialitas comedere carnes crudas. nõ est enim humanum. Deus autem vult opera nostra esse rationabilia, & humana, & maxime in operibus quæ circa eum gerimus ad Ro. 12. ca. rationabile sit obsequium vestrum. ideo non debebat aliquid comedi crudum. Secundo ne esset Judæis occasio imitandi varios ritus gentilium. erant enim. quidam gentiles qui in cultu Deorum suorum cibos aliquos crudos comedebant. & ab hoc valde volebat Deus auertere Iudæos ne cõuerterentur ad idola Deuter. 12. c. Tertio iubebatur, quòd non comederetur agnus coctus aqua, sed assus igni. nam si non erat crudum quid comedendum, necesse erat, vt aut assatum, aut coctũ comederetur, sed coctum nõ comedebatur, quia iussum erat, quòd os non comminueretur ex eo Exo. 12. sed ad coquendũ carnes, vt communiter franguntur multa ossa, ideo debuit tolli occasio. sed ista non fuit præcipua causa, cum posset coqui sine cõfractione ossiũ. Quarto quia maioris morę est apparatus coquendi cibos quam assandi: Deus autem volebat, quòd cito facerent, quia omnes cæremoniæ huius agni ostendebant quãdam festinationem, cum dicatur Exo. 12. ca. & comedetis festinanter. ideo potius debuit assari quã coqui. Quinto propter tarditatem in comedendo. & istud adhuc est verisimilius. nam poterat cito coqui adhibita diligentia, sed non cito comeditur, quia qui coctam rem manducat duas epulas habet, s. carnes, & brodia carnium, & ideo tardius explentur epulę illę, quam cum carnes assatæ comeduntur, quia vnus tantum cibus est. ideo nõ debuit agn⁹ coqui. maxime, quia si coctũ comederent Iudæi agnum, pauperes eorum implerẽ tur brodijs, & grauaretur stomachus eorum, & nõ essent apti ad cito itinerandum. & tamen media nocte surrexit Pharao, & Aegyptij, & cogebãt Israelitas fugere Exo. 12. cap. ideo oportebat eos aptos esse ad itinerandum, vt non haberent stomachum grauatum hoc autem potius fieret comedẽdo agnum assatum quam coctum, ideo debuit agnus assari.

Circa Christum autem omnes cæremoniæ comedendi agnum referuntur ad modum sumẽdi Eucharistiam. dicitur autem, quòd non sumatur agnus crudus. crudum enim cibum manducat qui nullam circa illum dispositionem, aut præparationẽ præmittit. sic & crudum Christũ sumit qui corpus Domini ab alijs cibis non discernit, sed sic impurus ad illum cibum accedit, sicut ad communes. & hoc damnabile est. debet enim iudicare, quòd non sit cibus carnis nostræ, sed spiritus nostri, licet corpus a nobis sumptum verum corpus humanum est, sed supra omnem venerationem debet venerari corpus benedictissimum, quod sibi filius Dei vniuit, quod tota Trinitas sine virili semine Virginis plasmauit in vtero. q̃ ergo sumit, & nõ honorat, æternam damnationem accipit 1. Corinth. 11. c. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui autem manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, nõ dijudicans corpus Domini. & iterũ, quicunque manducauerit panem, vel biberit calicẽ Domini indigne reus erit corporis, & sanguinis Domini. coctum vero corpus Domini sumit qui sumpto corpore Domini delicijs vacat. assatum autẽ est igni, quia igne passionis, & tribulationis exustũ est, & tale illud debemus manducare, vt sicut illum assatum est, ita & nos tribulatione, & compunctione vramur, vt sint sic concrucifixa membra nostra ei. nam sic ei consepulti sumus in mortem ad Rom. 5. capit. qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum concupiscentijs, & vitijs.

De sexta cæremonia, scilicet quare die decima quarta mensis primi agnus immolabatur. Quæst. XIX.

SEXTA cæremonia est, q̃ die quartadecima mensis primi immolaretur Exo. 12. & Leui. 13. & Numer. 9. ca. & non solum hoc, sed ad vesperum immolabatur eod. cap.

Causa huius fuit prima, quia immolatio agni fiebat, vt de sanguine eius tingerentur postes, & superliminaria portarum, vt quando transiret Angelus percutiens nõ intraret in domos signatas sanguine. Angelus autem percussurus erat in nocte diei quartædecimæ. nam sequenti die, ideſt quintadecima exituri erant de Aegypto Israelitæ, sicut & factum est Exodi 12. & Num. 33. s. profecti sunt de Rameſſe mense primo quintadecima die mensis primi altera die phasę. ergo oportuit, q̃ die quartadecima occideretur tunc agnus, & rubricarentur portæ.

Secunda causa fuit quantum ad tempora sequẽtia, quia postea celebrabatur phasę in memoriã illius liberationis de Aegypto per phasę ibi factum, ideo debuit eo tempore celebrari quo in Aegypto celebratum est, vt conuenienter, & magis expresse fieret ista memoria.

Et ista eadem causa est quare mense primo fieret. nam quando istud accidit in Aegypto non erat mensis primus anni, sed erat mensis Martius, qui secundũ computationem illius temporis erat mensis sextus. nam incipiebat annus in Octobri, & finiebatur in Septẽbri, quando omnia sunt collecta de agris, vt ostensum est supra quæst. 10. Deus autem ad maiorẽ exaltationem huius beneficij voluit mutare computationem temporum, s. q̃ iste mensis in quo fiebat ista liberatio esset mensis primus, & ibi inciperet annus Exo. 12. & tamen non fecit, q̃ dies illius liberationis esset primus dies anni, & mensis, quod facere potuisset ad maiorem designationẽ miraculi. & fuit causa, quia Iudæi computabant annos per lunationes, & ita Deus voluit cõputari, sed dies exitus de Aegypto fuit dies quintusdecimus lunæ, ideo non poterat esse primus dies mensis, & ita ex illa mutatione cõputationis quã tunc Deus fecit, accidit esse mẽsem primum illum in quo phasę celebratũ est, & exitus de Aegypto. & iõ

Iudæi computabãt mẽses p lunationes.

sicut

sicut postea semper facta est immolatio die quartade cima, quia fuerat ibi facta prima immolatio in Aegypto, ita semper factum est in mense primo, sicut & in Aegypto fuit in mense primo immolatio, & exitus. Et intantum voluit Deus seruari assignationem illius temporis, ꝙ qui non celebraret tẽpore illo phase non faceret alio tpe. Et hoc verum est, nisi in duobus casibus, s. quando quis erat immundus eo tempore, vel peregrinans procul in gente aliena. nam cum nõ posset illo mense, & die celebrare phase mãdabat Deus, ꝙ celebraret mense secundo quartadecima die secũdum omnes cæremonias suas. si autem neque eo tẽpore posset ille celebrare phase, iam non celebrabat toto illo anno Num. 9. c. quia potius volebat Deus, ꝙ non fieret immolatio, quam ꝙ nõ retineretur significatio, & ideo concedebat mutari mensem, sed non diem. magis enim pertinebat dies ad significationẽ q̃ mensis, ideo si non posset fieri die quartodecimo, vtpote quia erat immundus quis, vel peregrinus, & die vicesimo mensis eiusdem esset mundus, & aptus ad immolandum non permittebatur immolare, sed differebatur vsque ad quartamdecimã diem mensis secundi Num. 9. si autem non posset tunc, non fiebat in toto anno. & ratio est, quia de primo mense ad secũdum parua erat differentia secundum conditionẽ tẽporis, ideo poterat fieri mutatio, sed si ad alios menses mutaretur iam non retineret significatio propter multam distantiam secundum conditionem temporis. Quod vero ad vesperum immolaretur intelligendum est, idest ad solis occasum. sic dicitur Deuteron. 16. ca. tunc enim occidebatur agnus, & parabatur cẽna. Causa autẽ huius fuit in Aegypto, quia Deus vóluit, ꝙ post immolationem agni non diuerterent Iudæi ad alia negocia, sed pararent cibos, & comederẽt recludentes se in domos suas. nam illa nocte Angelus percussor transiturus erat per totam Aegyptum, & si aliquis de Iudæis extra domum inueniretur poterat occidi, ideo iussit, ꝙ nemo exiret de domo sua Exo. 12. ca. sed si agnum immolarent ante prandium diei quartidecimi post sumptos cibos diuerterent ad alia opera. idem si meridie, vel alia parte diei ipsius. & hoc erat inconueniens, quia Deus volebat, ꝙ post cibos sumptos nihil aliud facturi essẽt, nisi exire de Aegypto. & ideo quasi statim exituri essẽt iubebat in comedendo teneri apparatum iam itinerantium, vel statim profecturorum, s. baculos in manibus, & calciamenta in pedibus, & comedere festinanter. ideo non debuit comedi agnus Paschalis per diem quartumdecimũ, sed in nocte sequenti, & consequenter non debuit immolari per diẽ in tali parte diei, vt posset per diem comedi, s. ad occasum solis, ita vt non posset, nisi per noctem manducari. Et eodẽ modo non debuit fieri post solis occasum, idest per noctem, quia debuit dari certa designatio temporis, & si per noctẽ fieret posset vnus tardius alius minus tarde immolare, ita vt forte cibatio, & sumptio agni esset post mediã noctem, quando Aegyptij iam compellebant Israelitas fugere de Aegypto, & illi relinquerent Pascha inexpletum. vt ergo locus esset, & tempus conueniẽs debuit ad solis occasum fieri. Secundo quãtum ad hoc, quia quando immolaretur erat sumẽdum de sanguine, vt aspergeretur super postes, & superliminaria domus, sed istud non fieret conuenienter per noctem, quia lumine ad hoc opus erat. decentius autem erat fieri in occasu solis, quando sufficiebat ad hoc lumen diei, ideo illud fuit tempus ad hoc conuenienter assignatum. Quantũ vero ad Christum non videtur hoc conuenire. quia ipse nõ passus est die quartadecima, sed quintadecima mensis primi, s. die prima azymorum altero die post phase: iam enim sumpserat cibos Paschales, & expleuerat omnes cæremonias phase, quando occisus est. Sed aliqui dicunt, ꝙ hoc non obstante occisus est die quartadecima mensis, quia volunt, ꝙ anticipauit phase per diem vnum, & comedit illud die tertiodecimo. Iudæi autem comedebant die quartodecimo. & tamen ipse sequenti die post suum phase occisus est. ergo die quartodecimo passus est, & sic seruata fuit significatio. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia Christus mãducauit phase eo die quo Iudei, & non anticipauit, sicut late ostendimus in libro nostro defensorio trium conclusionum. & forte tangetur aliquid infra aut Io. 13. c. verũ est ergo, ꝙ non fuit in hoc ad vnguẽ seruata significatio, quia licet Christus non occisus est die quartadecima, sed quintadecima, tamen die quartadecima cepit immolari. quia tunc captus est, & flagellatus, & multa sustinuit, & in crastinũ fuit crucifixus. Quod vero ad solis occasum agnus immolaretur. Potest dici vno modo, ꝙ non applicatur ad Christum, quia licet agnus Paschalis fuerit ad significationẽ Christi, non oportet, ꝙ singulæ partes cæremoniarum agni applicentur ad Christum, sed quædam fiebant secundum conueniẽtiam figuræ, & vt Iudæis conueniebat celebrantibus phase in Aegypto secundum causam literalem, vt dictũ est. Secundo potest dici, ꝙ fuit immolatio ad solis occasum, idest in fine temporum, sicut occasus solis est finis diei. nam licet multi anni transfluerint post mortẽ Christi, dies tamen aduẽtus Christi, & vitæ suę in carne vocãtur dies vltimi, vel nouissimi Isa. 2. & Miche. 4. s. erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini. & exponitur illud de Christo. potuit ergo dici ipse passus in fine temporũ, & ita ad solis occasum. Tertio aliqui dicunt ad occasum solis fuisse mortem Christi, quia tunc occidit lex vetus, & status Iudaicus quando Christus passus est. Et dicendum verum esse, ꝙ tunc perierint. & tamen non conueniẽter vocatur sol vetus testamentum, vel status Iudaicus. Quarto dicũt alij ad occasum solis fuisse, quia Christus erat sol iustitiæ, qui tunc per mortem occubuit. Sed non stat, quia ista differunt immolatio agni, & occasus solis, & vnum est mensura, vel regula alterius secũdum tẽpus. & tamen agnus immolatus est sol occumbens in ista significatione, ideo non est conueniẽs applicatio. Quinto potest dici, ꝙ fuit passio Christi vere ad solis occasum, & die quartodecimo, quia ex eo tempore cepit occisio sua. nam tunc manducauit cum discipulis, & post manducationẽ captus est, & ductus ad Pontificem, & ibi multa sustinuit, ideo post solis occasum ipso die immolatio vera Christi cœpit: vnde & consonat cum agno Paschali.

De septima cæremonia, scilicet cur agnus in loco Sanctuarij immolabatur. Quæst. XX.

SEPTIMA cæremonia erat, quòd in loco Sanctuarij immolaretur, & comederetur. Sed in hoc sciẽdum, quòd semel facta fuit ista immolatio in Aegypto quasi ex quadam necessitate, s. ad liniẽdas portas sanguine agni. postea vero fiebat ab Israelitis quolibet anno ad repræsentationem illius immolationis, quæ in Aegypto facta fuerat.

De prima dicendum, quòd non fuit facta in Sanctuario, quia tunc nullum Sãctuarium erat, cum fuerit postea in deserto fabricatum Exodi 25. & 26. capi. Secundo, quia etiam si Sanctuariũ tunc esset non fieret in Sanctuario, quia fiebat ista immolatio ad hoc, quòd de sanguine agni linirentur portæ, & non poterat fieri, nisi fieret immolatio iuxta portas singulas, vt de sanguine calido recenter fuso statim fieret aspersio. si autem sanguis alibi fusus deduceretur ad aspergendas portas, iam esset gelidus, & concretus, & non posset aspergi guttatim, ideo apud portas singulas fiebat immolatio in limine earum, & recipiebatur sanguis in aliquo vase, de quo aspergebatur statim porta, vt dicitur Exo. 12. c. s. immolate phase, fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrunque postem.

Alię autem fuerunt postea immolationes factę ab Israelitis in terra sua. & de his dicendum, quòd fiebãt in loco Sanctuarij. sic dicitur Deute. 16. s. non poteris immolare phase in qualibet vrbium tuarũ, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus.

Causa autẽ quare ibi fieret erat, quia agnus Paschalis erat sacrificium Nu. 9. ca. & adeps eius cremari debebat in honorem Dei Exo. 23. & 34. & tamen sacrificia non poterãt fieri, nisi in loco Sanctuarij ad ostiũ tabernaculi Leui. 11. & Deutero. 12. c. ergo, & agnus paschalis non poterat immolari, nisi in loco Sanctuarij. Sed tunc dicetur quomodo conueniebat hoc ad cæremonias agni Paschalis? nam de sanguine eius tingi debebant portæ domorum, sed immolando agnũ in loco Sanctuarij non poterant tingi portæ domorũ offerentium quę erant in alijs ciuitatibus, ideo nõ debebat in Sanctuario immolari agnus.

Dicendum, quòd si tingendæ essent portæ de sanguine agni, immolaretur agnus per singulas vrbes, & loca Iudæorum iuxta portas singulorũ, vt sanguis calidus spargi posset super postes, & superliminaria. non erat tamen spargendus sanguis. nam prima vice spargi sus est sic. in alijs autẽ nunquam fuerunt aspersę portæ, vt ostensum est supra 13. quæst. cum ergo iam non esset necessarium, neque conueniens aspergere portas, non erat causa aliqua quare fieret immolatio iuxta domos Israelitarum, sed potius fieri debebat in Sãctuario, vbi specialiter colebatur Deus, cũ ad memoriam beneficij ab eo præstiti istud fieret.

Sed quæretur quomodo poterat fieri ista immolatio phase in Sanctuario, quia fieri debebat ab omnibus Israelitis?

Dicendum, ꝙ fieri poterat, quia in festo phase omnes Iudæi conueniebant in Sanctuarium vbicunque esset Exo. 23. & 34. Conueniebat autem hoc quãtum ad Christum, & secundum literam: nam ipse in loco Sanctuarij occisus est, in Ierusalem quippe passus est, vbi erat tũc Templum, & eo tempore passus est quo tota multitudo Hebræorum illuc conuenerat, s. prima die azymorum, ideo sic agnus immolari debebat in loco Sanctuarij, & conueniente illuc toto populo, & non solum ibi Christus passus est, sed etiam necessarium erat ibi Christum pati, & non alibi. sic patet Luc. 13. c. vbi cum ambularet Iesus in Galilæa in terra Herodis dixerunt ei Pharisæi, exi hinc, quia Herodes quærit te interficere. & respondit Christus, quòd non erat possibile, quia non poterat ipse occidi, nisi in Ierusalem, s. non capit prophetã perire extra Ierusalem, idest non est possibile, neque capitur in rebus, ꝙ propheta, idest Messias qui est per excellentiã propheta, & prophetarum caput pereat, idest occidatur extra Ierusalem. & ita conuenienter se habet hoc ad locum immolationis agni Paschalis.

De octaua cæremonia, scilicet cur adeps agni cremabatur in altari. Quæst. XXI.

OCTAVA cæremonia erat, ꝙ adeps agni Paschalis cremaretur coram Domino in altari.

Sed in hoc sciendum, quòd in prima immolatione in Aegypto non fuit seruatus iste ritus, in alijs autem postea fuit obseruatus ritus in terra Iudæorum. De primo patet, quia ad adolendum adipem oportebat esse sacerdotem, quia istud erat officium sacerdotum, sed nondum erant sacerdotes instituti, sed postea in monte Synai instituti sunt Exod. 29. & Leui. 8. & 9. & 10. ca. ergo non potuerunt cremari ibi adipes. Secundo, quia oportebat esse ad hoc altare, & locum Sanctuarij, sed nondum erat Sanctuarium, quia in deserto fabricatũ est Exo. 26. c. ergo non poterat ibi immolari agnus, nec cremari adipes. Tertio quia nõ cremabantur adipes animalium in Sanctuario, nisi eorũ quæ in Sanctuario immolabantur, sed non poterant immolari agni in Aegypto in Sãctuario, etiam si ibi esset Sãctuarium, quia necesse erat immolari eos iuxta portas domorum, cum sanguis calidus spargendus erat in postibus, & superliminaribus, & non poterat fieri si alibi immolarentur animalia. ergo non immolarentur in Sanctuario in Aegypto, neque cremarentur adipes agnorum.

Quarto, quia adipes non cremabantur in Sanctuario, nisi de animalibus quæ Domino immolabantur, vt sacrificia, sed agni illi non immolabantur, vt sacrificia. ergo non erant cremãdi adipes. & patet, quia Israelitæ non debuerunt offerre sacrificiũ Deo in Terra Aegypti. nam si ibi possent immolare frustra peterent dimitti ire in desertum. & tamen petierunt, vt permitterentur ire in desertum viã trium dierum ad sacrificandum Exo. 8. ca. ideo innuebant, ꝙ non poterant sacrificare in Aegypto. Si autem sacrificarẽt ibi seipsos arguerent, & non possent petere a Pharaone, vt dimitteret eos sacrificare in deserto eundo itinere dierum trium, & sic non sacrificabant in Aegypto. & apparet hoc potius, quia Pharao dixit Iudęis, quòd sacrificarent in Aegypto Deo suo, & illi dixerũt, quòd non poterant Exo. 8. c. s. ite, & sacrificate Deo in terra hac, & ait Moyses, non potest ita fieri abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro, quòd si mactauerimus ea quæ colũt Aegyptij coram eis lapidibus nos obruent. ergo non immolarentur agni in modum sacrificij, sed in modum cibi, & consequenter non erant adipes cremandi coram Domino. De secundo patet, quia dicitur Exodi 23. ca. s. non immolabis super fermento sanguinem victimæ tuæ, idest agni Paschalis quam victimã vocat. & sequitur, neque remanebit adeps solemnitatis meæ vsque mane. Vocatur adeps solemnitatis adeps agni Paschalis. & ille nõ remanere debebat vsque mane, idest vsque ad sequentem diem quintumdecimum, qui erat primus dies azymorum, sed cremari debebant in illa nocte quartidecimi diei omnes adipes, quia illius diei erat hoc sacrificium. & Exodi trigesimoquarto capit. dicitur, non immolabis super fermento sanguinẽ hostiæ meæ, idest agni Paschalis, nec remanebit mane de victimis solemnitatis phase, idest non manebit de adipe, vel non manebit adeps qui est de victimis vique mane.

Causa autem huius erat, quia agnus Paschalis erat sacrificium, & sanguis fundebatur in loco sancto. ergo necesse erat adipem offerri Domino, quia de omni sacrificio offerebatur adeps, & cremabatur Leuit. tertio capitul. scilicet omnis adeps Domini erit iure perpetuo, neque adipem comedetis. & istud verum erat, nisi in sacrificio, quod pro peccato totius multitudinis offerebatur, vt aliqui putant. Sed falsum est. quia generaliter de omni sacrificio offerebat adeps, & etiam in ipso sacrificio pro peccato summi sacerdotis, vel totius multitudinis cremabatur adeps in altari, licet totæ carnes cremabantur extra castra Leui. 4. capitu.

Sed quantum ad Christum quid signabat adeps?

Dicendum, quòd non oportet, quòd quælibet pars figuræ applicetur, & ideo adeps potius pertinebat ad exterio-

exteriorem obſeruationem Deo exhibitam a Iudæis quam ad aliquid in Chriſto ſignandum. Secundo poteſt dici, quòd pertinet iſtud ad ſignandum acceptationem ſacrificij paſſionis Chriſti. nam ipſe, vt victima immolatus eſt cum occiſus fuerit pro peccato noſtro: attendebatur autem in ſacrificio, quòd eſſet acceptabile Deo. & de ſacrificij partibus nihil acceptabilius dicebatur quam adeps. vnde dicitur, quòd offerebatur in odorem ſuauiſſimum Domino Leui. 3. ca. & nō dicitur hoc ſic de alijs partibus ſacrificij, & ideo adeps iubebatur ſemper cremari coram Domino. de ceteris vero partibus corporis non erat ſic ordinariū. nam de quocunque ſacrificio cremabatur adeps Leuit. 3. & 7. ſed nulla pars alia erat determinata Domino in omnibus ſacrificijs, ſed varie ſe habebant, quia aliter in holocauſtis, aliter in pacificis, aliter ī pro peccato, & pro delicto. ſed nihil fuit vnquam tam acceptabile Deo quam mors Chriſti, inquantū ipſe ſponte ſe obtulit Deo, quia pro hac morte remiſſa ſunt omnia peccata mundi, quod pro nulla alia re factum eſt. ergo de hoc ſacrificio adeps offerebatur, vel cremabatur Domino: immo potius totum hoc ſacrificium Chriſti erat adeps.

Sed dicetur, cū ſeruarentur cęterę cęremonię agni Paſchalis in Chriſto, quare ſicut agnus Paſchalis immolabatur in loco Sanctuarij, non ſic fuit Chriſtus paſſus? nam non in Sanctuario, nec vrbe, ſed extra vrbem Ieruſalem paſſus eſt.

Dicendum vno modo, quòd non eſt neceſſe ſingulas partes cæremoniarum applicari. ſed ſatis eſt applicari præcipuas.

Secundo, quia poteſt dici Chriſtum mortuum eſſe in vrbe Ieruſalem, vel loco Sanctuarij, quia occiſus eſt in ſuburbio vrbis iuxta vrbem, & loca coniuncta vrbi dicuntur eſſe de vrbe. vnde ſi ciuitas, villa, vel caſtrum ſubijciatur eccleſiaſtico interdicto, ſuburbia, & omnia continentia ædificia interdicta eſſe noſcuntur, vt patet de ſen. excom. li. 6. c. ſi ciuitas. & ſic cum in ſuburbio Ieruſalem Chriſtus crucifixus fuerit, dicetur in Ieruſalem eſſe crucifixus.

Tertio, quia non poterat iſtud applicari quantum ad totum nam iſta erant ſacrificia quæ Domino offerebantur, & ideo in Sanctuario immolabantur. Chriſtus vero erat homo, & ideo nefas erat eum in Templo occidi, & ideo Iudæi ex quacūque cauſa illum occiderent non occiderent in Templo, ſed ſatis erat occidi in Ieruſalem, quæ erat ciuitas ſacrificiorum.

Quarto nō potuit Chriſtus in vrbe occidi, quia ſententia iudicis Pilati cruci adiudicatus eſt, ſed qui crucifigebantur extra vrbem occidebantur, ergo Chriſtus non occideretur intra ciuitatem.

Quinto dicendum, & melius, quòd ex cauſa ſpeciali, & pertinēte ad ſignificationem legis fuit Chriſtus occiſus extra vrbem. nam non obſtant prædicta, quia licet non eſſet conſuetum aliquos ex decreto iudicis occidi in vrbe, poterat aliqua ſpecialis cauſa accidere propter quam occideretur in vrbe Chriſtus ſi ad aliquam ſignificationem legis pertineret. Neque obſtat, quòd intra Ten. plum nefas eſſet occidi hominem, quia hoc non obſtante aliqui iuſti in templo occiſi ſunt, ſicut Zacharias filius Barachiæ qui occiſus eſt inter Templum, & altare ſupra 23. c. & Paralip. 24. ita ergo Chriſtus faciētibus Iudæis in eum impetum poterat occidi in Templo. & maxime, quia ad hoc ſępe erat occaſio, cū Chriſtus multa prædicaret Iudæis in Templo contra voluntatem Iudęorum. & hoc bis tentauerunt facere. primo quando dixit, ante Abraham ego ſum nam tulerunt lapides, vt iacerent in eū, Chriſtus vero abſcondit ſe, & exiuit de Templo Io. 8. capitu. & iterum cum eſſet Chriſtus in porticu Salomonis tulerunt lapides Iudæi, vt Chriſtum lapidaret, & poſtea placauit eos verbis Ioan. 10. capitu. ita ergo fieri poterat, vt tandem aliquando eum in Templo lapidarent, & circa altare, & eſſet ſicut victima.

Dicendum ergo, quòd ex cauſa factum eſt, vt extra vrbem Ieruſalem occideretur, in ſuburbijs tamē eius. nam in Ieruſalem dicitur mortuus cum in ſuburbijs paſſus ſit. ſic ipſe dixit Lucæ decimotertio capit. non capit prophetam perire extra Ieruſalem, non tamen debuit intra muros, ſed extra portam pati. Et ratio eſt, quia Chriſtus non ſolum erat, vt agnus Paſchalis, ſed etiā fuit, vt ſacrificium pro peccato: immo præcipuum erat, quòd eſſet ſacrificium pro peccato, quia pro peccato totius plebis, immo & totius mundi occiſus eſt Chriſtus. ideo debuit eſſe in eo conditio victimæ pro peccato. nam victima quæ pro totius populi peccato occidebatur, cremabatur extra caſtra Leuitici quarto capitu. Chriſtus autem habuit occiſionem loco cremationis, cum nihil poſtea in eius corpore factum ſit. debuit ergo pati extra vrbē. ſic dicit Apoſtolus ad Hebræ. decimotertio capit. ſicilicet quorum enim animalium offertur ſanguis in ſancta per Pontificem pro peccato, horum corpora cremantur extra caſtra. & ſequitur. propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinē populum ſuum extra portam paſſus eſt. & iſta eſt vera cauſa quare extra portam vrbis occiſus ſit.

Quid factum ſit de adipe qui non fuit crematus in Aegypto.
Quæſt. XXII.

Sed nunc quæretur cum in prima immolatione agni Paſchalis facta in Aegypto non fuerit adeps crematus Domino, quid factum fuerit de illo.

Aliqui dicunt, quòd fuit adeps reſeruatus ad vſus varios, cum non offerretur. Alij autem volunt, quòd comederetur, quia quidam adipes comedi poterant, alij non. & illi, quia non erant offerendi, comedebantur.

Sed dicendū, quòd de adipibus aliter erat ante datam legem Moyſi, & aliter poſt illam datam. Dicendum, quòd poſtquam lex data eſt, aut quæritur de animalibus quæ poterant offerri in ſacrificium, & vocātur munda, aut de illis quæ non poterant offerri. Accipiendo de illis quæ non licebat offerri, aut quæritur de illis quę erant animalia munda ad eſum, vt caprea, bubalus, tragelaphus, camelus, leopardus, orix, pygargus. ſunt quidem iſta quadrupedia munda ad eſum Deutero. 14. cap. ſed non ad ſacrificium: aut quæritur de immundis ad cibum, ſicut erat cyrogrillus, porcus, equus, & huiuſmodi. Si de immundis ad eſum dicendum, quòd ſicut non licebat ibi carnes ſumere in cibum, ita neque adipes, ſed quia carnibus poterāt vti Iudæi ad aliquas neceſſitates, vel vſus, ita & adipibus vti poterant, quia eadem lex eſſe debebat de iſtis adipibus, & de adipibus animalium mortuorum. nā ſicut carnibus iſtis animalium immundorū non licebat veſci Leuitici 11. & Deuteronom. decimoquarto capitu. ita & morticinis carnibus animalium mundorum veſci non licebat eodem capitu. & tamen adipibus morticinorum licebat vti ad varios vſus, & non in eſum. ergo & adipibus animalium immundorum ad eſum licebat vti ad varia opera, & non ad cibum. patet de hoc Leui. ſeptimo cap. Si autem quæritur de animalibus immundis ad ſacrificium mundis tamen ad cibum. Dicendū, quòd aut erant volatilia, aut greſſibilia, vel natatilia. Dicendum, ꝙ in natatilibus, ideſt piſcibus, & volucribus ſcriptura non vocat adipes. & ideo pinguedinem illā non erat illicitum ſumere in cibum quantacunque eſſet pinguedo in interioribus, quæ ad adipes ſolet pertinere. Si aūt quadrupedia licita ad cibum: aut erant morticina. aut præguſtata a beſtijs, aut erant ab hoībus occiſa. Si primo modo licet alias eſſent munda nunc efficiebantur immūda, quia iam non erant comedenda a Iudæis, de præguſtatis patet Exo. 22. c. viri ſancti critis mihi carnē, quæ a beſtijs præguſtata fuerit non comedetis, ſed proiicietis canibus, de morticinis apparet Leui. 11. & Deute. 14. nam comedere non licebat illis, ſed poterant Iudæi dare illas gentilibus ad comedendum, vel vendere illis Deu. 14. & ideo dicendum, ꝙ neque adipes horum erant comedēdi, poterant tñ ſumi ad vſus varios. i. ad lucernas faciendas, vel ad vnctiones, & multa hmōi Leu. 7. c. ſ. adipem cadaueris morticini, & eius animalis, quod a beſtia captum eſt habebitis in vſus varios. Si aūt eſſet aīal licitum ad ſacrificium, aut erant actualiter oblata in ſacrificiū, aut nō, ſed in cibos humanos occidebantur. Si primo mō dicēdum, ꝙ non licebat comedi adipes horum, quia offerri debebant Leu. 3. c. oīs adeps dñi eſt iure perpetuo. & ſiquis comederet illum adipem, occidebatur Leu. 7. c. ſ. ſiquis adipem q offerri debet dño in incenſum comederit peribit de populo ſuo. & hoc erat, quia de oī aīali, quod immolabatur dño cremabatur adeps ei: patet de holocauſto Leu. 1. de hoſtia pacifica Leu. 4. de hoſtia pro pctō, & pro delicto Leu. 4. & 5. & non erant plura gña ſacrificiorum in veteri teſtō, neque erat aliquis caſus in quo adeps aīalis oblati dño nō cremaretur. & ꝓ hoc Moyſes illudebat gentilibus in ſacrificiis ſuis, quia de ſacrificiis comedebant adipes, & bibebant vinū libaminū: & tñ vtrunque vetitum erat ſm Deum in ſacrificiis ſuis, neque. n. comedebat quis de adipibus ſacrificiorum Leuit. 3. & 7. neque vinū libaminū, ſed fundebat pars in ſacrificio, & pars pertinebat ad ſacerdotes.

Cauſa aūt quare adeps pertinebat ad Deum, & nolebat. ꝙ comederet aliquis de adipibus ſacrificiorum erat, quia Deo danda ſunt ea quæ optima ſunt, ſic ipſe iubet dari in decimis res optimas, & præclaras. Nu. 18. c. & in aīalibus iudicantur meliora, q̄ pinguia ſunt, ideo & ad offerendum Deo iudicantur meliora, quæ ſunt pinguia Micheæ 6. c. nunquid placari p̄t Deus in millibus arietum, aut in multis pinguibus hircorum millibus. ad comedendū ēt plus placent pinguia. Proner. 20. c. qui amat vinum. & pinguia non ditabſtur, & ob hoc in diebus feſtis pinguia comedebāt ad honorem feſti, 2. Eſdrę vlti. c. dies dñi ſanctus eſt nolite eſſe meſti, & digreſſi ſunt manducare pinguiſſima queq; & bibere dulciſſima, ſed inter omnia pinguia adeps eſt pinguiſſimus, quia eſt pinguedo ſolida, ideo adipē valde cupiebant Iudæi comedere. ſic patet Pſal. 62. ſicut adipe, & pinguedine repleat anima mea. i. ita gaudeo laudando Deum, ſicut ſi aīa mea. i. deſiderū meū impleretur adipe, & pinguedine: & ita rem optimam in cibo adipem vocauit, & ex hoc translatum eſt, vt ēt quod bonum eſt ad cibum, & electum in aliis rebus adeps vocetur Pſal. 147. adipe frumenti ſatiat te. i. de bono & puro, quod eſt de frumēto. i. de farina electa, & ideo cum Deus velit rem optimam pro ſe in honorem voluit, ꝙ ſibi adipes darentur de oībus ſacrificiis, & non liceret alicui comedere adipem qui offerri deberet Leui. 3. & 7. & ideo iuſte Moyſes irriſit gentiles qui de ſacrificiis deorum ſuorum comedebant adipes Deu. 32. quaſi meliora ipſi comederent, & minora Deo ſuo darent. Si aūt animalia immolabilia nō immolarentur, ſed ſumerentur ad cibos, dicendū ꝙ carnibus licebat veſci. ſed nō adipibus Leu. 7. c. loquere filijs Iſrael adipem ouis, bouis, & capræ nō comedetis adipes eorū. i. licet non immolentur non comedetis adipes ouū. quia de adipibus aīalium oblatorū ibi expreſſit dicēs. ſiquis aūt adipem qui offerri debet in incēſum domino comederit, peribit de populo ſuo.

Quid fiebat de adipe talium animalium, quæ immolabantur.
Quæſt. XXIII.

Sed tunc quæretur quid fiebat de adipe taliū animalium. Aliqui volunt, quòd cremabantur in altari.

Dicendum, ꝙ non cremabantur, quia ſolū cremabantur adipes aīalium oblatorum, quia de his ſolum imperatum eſt, & tñ ſolū faciendū erat id qđ erat imperatum Deu. 12. Secundo, quia nō erat veriſimile, ꝙ adipes oīum caprarū, boum, & ouiū occiſorū in tota terra Iſrael cremarētur in altari. Tertio, quia ſic oportebat, ꝙ laici portarent de locis ſuis oēs adipes in locū Sanctuarii, & darent illos ſacerdoti, vt cremaret corā dño, quod non eſt veriſimile, nam nihil de hoc exprimitur, neque ſatis honeſtum erat. Etiā quia iſtud erat magnum onus, quod non eſt concedendum impoſitum fuiſſe Iudæis cum non conſtet.

Dicendum ergo eſt, ꝙ non licebat comedi adipes bouis, ouis, & capræ, ſed licebat cōuertere illos ad varios vſus, & vnctiones, & lucernas, & ſimilia. Sed obijcetur, ꝙ non licebat accipi illos adipes, ſed ſolū aīalium morticinorum, nam Leu. 7. c. dī adipem bouis, ouis, & capræ non comedetis, adipem cadaueris morticini: & eius aīalis, quod a beſtia captum eſt, habebitis in vſus varios. cū ergo iſta duo ſimul ponant, quod de vno aſſerit, de altero negatur, quia alias nulla dria deberet inter illa aſſignari. Dicendum, ꝙ vere licebat vti his adipibus ad res varias, & nō ad eſum. & cū dī de adipe morticini cadaueris dicendum, ꝙ ponit ſolū ad tollendū dubiū, & nō ad faciendū driam. Et rō eſt, quia qñ dictum eſt, ꝙ adeps bouis, ouis, & capræ non comederetur, manifeſtum eſt, ꝙ manebat eis oīs alius vſus licitus circa illos, cū non eſſet prohibitus, neque iuberentur cremari coram dño. Item quia ſi hoc non fieret periret infinita vtilitas Iudæis, cum horum aīalium oīum adipes perderentur, ideo poterant ſi vellent vendere, aut in quoſcunque alios vſus vertere, de adipe aūt cadaueris morticini, & aīalis capti a beſtia, vel præguſtati fuit rō hoc exprimendi pp dubium, nam iſta aīalia non licebant ad eſum, ſed proiicienda erant canibus. de præguſtatis patet Exod. 22. c. de morticinis vero Deu. 14. ideo puraretur, ꝙ ſic & adipes deberēt proiici canibus, & eſſent illiciti ad omnē vſum, dicit aūt Deus, ꝙ non, ſed poterant ſumi ad varios vſus, iō debuit iſtud exprimi pp dubium. ſed de capra, oue, boue, q̄ñ non erant morticina, neque a beſtijs præguſtata non erat aliqua cauſa dubitandi, cum nō deberent proiici canibus, ſed eſſent licita ad eſum, iō non oportuit exprimi, nunc vero cum de adipibus morticinorum, & præguſtatorū a beſtijs expreſſum ſit, ꝙ ad vſus varios pertinebant. conſtat ꝙ licebat adipem ouis, bouis, & capræ non morticinorum conuertere ad varios vſus.

Quare non mittebantur canibus adipes iſtorum animalium, ſicut carnes. *Quæſt. XXIIII.*

Sed quæretur quare non mittebantur canibus adipes iſtorum animalium, ſicut & carnes Exod. 22. c.

Dicendum, ꝙ non erat neceſſe carnes iſtas mitti canibus, nam poterant vendi gentilibus, quibus nō erat illicitum iſta comedere. Deut. 14. c. quidquid morticinum eſt non veſcemini ex eo, peregrino qui intra portas tuas eſt da, vt comedat, aut vēde ei, qa tu pp̄ls ſctūs es: & ſicut erat de morticino, ita & de capto a beſtia, vel præguſtato, quia oīa aīalia capta in venatione

a canibus vocamus pręgustata, sed illa facilius comedimus quam morticina: ideo si licitũ erat vendi morticina, potius esset licitum vendi pręgustata: ideo non erat necesse tradi canibus. sed de hoc dī in defectum. q.d. tu non poteris comedere, ideo si non vendideris aut dederis gentilibus, proijcies ea canibus, per quos omnes bestię intelliguntur: quia etiam leonibus, & lupis poterant dari, vel relinqui in superficie terræ, vt putrefierent, vel extabescerent.

Cum autem quæritur quare adipes horum non dabantur canibus, dicendum q̄ sicut vendebātur carnes animalium, ita vendebantur & adipes: cum vero non vendebantur neq; comedebantur a gentilibus, poterant transferri adipes ad varios vsus: carnes autem dabantur bestijs. non quidem quasi esset maioris priuilegij adeps quam caro, sed quia adeps de se pręter cibū potest prodesse ad multos vsus. carnes vero non videntur prodesse nisi ad cibum: ideo nō dicit eas transferendas ad varios vsus, sed cum non comeduntur, q̄ mittantur canibus, ideſt bestijs.

Quare non comedebantur adipes animalium non immolatorũ.
Quæst. XXV.

SED quæretur quare adipes animalium non immolatorum non comedebantur.

Dicendum q̄ quantum ad animalia quę non erant licita ad esum, siue quia erant immūda, siue quia morticina, vel a bestijs pręgustata ratio est, quia cum animalia non comedebantur neque debebant adipes comedi: quia totum animal erat tunc immundum.

Cum vero erat animal mundum & comedebatur, eratq; immolabile. dicunt aliqui q̄ fiebat in reuerentiam Dei. s. vt id homines in cibū non caperent quod Deus sibi in odorem suauissimū accipiebat Leui. 3. c.

Sed hoc non multum stat, cum transferrentur isti adipes ad quoscūq; vsus præter cibum. & illi sunt minoris honoris quā q̄ ab hominib. sumantur in cibum.

Dicendum ergo q̄ fiebat ad subtrahendum homini occasionem. nam veritum erat comedi adipē qui offerri debebat. si autem liceret manducare adipes bouis, ouis, & capræ, quando non offerebantur in sacrificium, traherentur dulcedine eorū vt comederent adipes etiam animalium oblatorum Deo, ideo ad tollendum hanc occasionem fuit cōueniens vetari omnem adipem animalium quę immolari poterant, licet non immolarentur Deo.

An liceret manducari adipes animalium ad sacrificium immundorum ad esum autem munda. Quæst. XXVI.

SED nunc quæretur de apidibus animaliū mundorum ad esum quę non erant munda ad sacrificium vt sunt ceruus, caprea, tragelaphus, & pigargus Deut. 14. c. an liceret manducari adipes illorum. Aliqui dicunt q̄ sic, quia non inuenitur vetitum, ergo concessum erat. nam cibi naturaliter erant mundi sicut dī Gen. 9. c. sicut olera virentia tradidi vobis cuncta præter hoc q̄ carnem cum sanguine nō comedatis, ideo omnia quæ non erant vetita erant licita in cibis: sed isti adipes non erant vetiti. ergo licebat Iudæis manducare eos. Secundo quia Iudæi solū facere debebant id solū qđ eis pręceptū erat, & nihil licebat addere Deut. 12. c. s. quod præcipio tibi hoc tantum facito domino Deo tuo, neq; addas quicquam neq; minuas. sed Deus non expressit hoc faciēdum, ergo non tenebantur ad hoc. Tertio quia Deut. 12. c. videtur q̄ in his animalib. solum est cauendum ab esu sanguinis ergo adipem mādducari licet. nam dī sicut capream, & ceruū comedes absq; esu dūtaxat sanguinis, & ita non excipitur adeps, sed solus sanguis. & postea dī, occides de pecorib. & armentis quæ habueris, & comedes in oppidis tuis sicut placuerit tibi: sicut comeditur caprea, & ceruus ita vesceris eis: hoc solū caue ne sanguinem comedas. ergo adipem comedi licebat. Quarto quia Leui. 7. c. dī adipem bouis, & ouis, & capræ nō comedetis. ergo vī q̄ adipem aliorum animalium saltem mundorū ad esum licebat comedi, quia aliter frustra ista tria ponerentur specialiter. Quinto quia Leui. 7. c. dī siquis adipē quia offerri dēt in incēsum dño comederit peribit de pp̄lo suo. ergo vī q̄ de adipibus aliorū animaliū nō erat hoc vetitū, qā aliàs nō dicerēt de adipe offerēdo. Sexto, qā adeps & sanguis vetabantur sumi in cibum Leuit. 3. & 7. & tamen non est æqualis prohibitio: quia sanguis vetatur generaliter quantum ad omnia animalia Leui. 7. c. s. sanguinē quoq; omnis animalis non sumetis in cibum tam de ouib. quam de pecorib. i. de nullo animali, sed de adipe non fiat prohibitio generalis: quia dī, adipem bouis, ouis, & capræ non comedetis. ergo licebat huiusmodi adipes comedere. Septimo quia dī Psal. 62. sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. ergo licitum erat manducari adipem. Dicēdum q̄ nullus adeps de quadrupedibus, in quib. ꝓprie dī esse adeps, erat licitus ad vsum ciborum. in natatilibus autem. i. piscibus, & auibus secus erat: quia in auibus mundis, & piscibus mūdis licebat quancunque interiorem pinguedinem sumere, quia quia nō proprie dī adeps. de quadrupedib. secus erat, quia neq; in animalib. mundis, nec immundis, neque immolabilibus, nec in non immolabilibus erat licitū comedi adipes, & patet hoc Le. 3. c. coīs adeps dūi est iure perpetuo. neq; adipē neque sanguinē omnino comedetis. i. in nullo casu. ergo de nullo pecore, vel quadrupede, vel gressibili erat licitū comedi adipes. Cautela aūt erat ad tollendum occasionem. nam si adipes aliorum quadrupedū comederent incitarentur ad comedendum ēt adipes sacrificiorum. fuit ergo conueniens omnem adipem vetari, vt adipes immolaticios nemo comederet. Secunda causa esse pōt, quia adeps in reb. immolatis cedit in honorem Dei, & semper illę separatur. in alijs ergo rebus ēt si Deo non immolentur non comedentur pp̄ hanc similitudinē. sic. n. fit de sanguine. nam sanguis sumitur de animalib. immolatis ad expiandum in eo pro peccato animæ, quia anima carnis in sanguine est Leu. 17. & Deut. 12. & tū neq; in animalibus qui nūquam immolabātur licebat sanguinē comedi. sed omniū aālium sanguis illicitus erat ad esum Leui. 3. & 7. & tamen ibi cellabat cā, quia sanguis ille non erat ad expiandum pro peccato, cum aālia ipsa nō immolarētur Deo, & tū in similitudinē sanguinis eorū aālium quę immolabantur Deo, quorū sanguit ad expiandū pro peccato erat, & ideo non comedebatur, in ipsis quoq; aālib. quæ non immolabātur Deo, & cōsequēter sanguis nō erat ad expiādū fiebat abstinētia ab esu sanguinis, & fundebatur super terram sicut aqua Deut. 12. c. ita de adipib. cæteris fieret, q̄ licet non cremarentur coram dño nō comederentur, sed sumerentur ad vsus varios. Ad primā rōnē in contrariū dicendū q̄ verū est a principio omnes ci bos fuisse mundos, & ideo nihil reijciēdum esse quasi immundum nisi quod vetaretur, & ideo si eius adipis non uetaretur liceret Iudęis: & tamen veritus est Leu. 3. s. neque adipem, neque sanguinem omnino comedetis, ideo non licuit aliquem comedere, quia omnis adeps erat vetitus. nobis vero nihil in cibis vetitum est, sed quicquid placuerit in cibum sumi potest: quia iam Deus dixit nihil esse commune & immundum, quia Deus omnia sanctificauit, sicut ostenſum est in visione Petri Actu. 10. c. nisi q̄ ecclesia a principio ꝓpter scādalū cōuersationis nouiter conuertorū Iudæorum

de quibus erat maior pars Ecclesiæ, vetuit ad tempus comedi sanguinem. & animal morticinum, & cibos consecratos idolis Actuum. 15. sed hoc pauco tempore durauit. s. vsquequo tolleretur istud scandalum nouitatis. postea vero nec sanguis, neq; adeps, neq; morticinum, neq; quicquam aliud est illicitum in cibum si illud sumere voluerimus. sic dixit Apostolus, omnia munda esse, nihilque reiiciendum esse quod cum actione gratiarum percipitur ad Colo. 3. & ideo increpat Apostolus eos qui discernunt cibos, quasi alij sint liciti alij illiciti, omnes namque sunt mundi: quia omnia munda mundis. ipsis vero infidelib. immundis omnia immunda sunt, & mens, & conscientia.

Ad secundum dicendum q̄ circa cęremonialia potissime in sacrificijs solū facere debebant Iudæi quod erat illis mandatum, & non licebat aliquid vltra facere. Et ideo si hoc vetitum non esset non debebant ab illo Iudæi velut a vetito abstinere, sed Deus vetuit totaliter adipem dicens, nec adipem, nec sanguinem omnino comedetis, ideo debuerunt ab omni adipe abstinere.

Ad tertium dicēdum q̄ licet ibi videatur exceptus solus sanguis: adeps tamen etiam exceptus est. Et patet quia ibi agitur de cibo sumendo de animalib. mundis ad sacrificium. & ponitur illud ad tollendū dubiū. nam Deus iusserat ibi q̄ sacrificia non offerrentur extra locum Sanctuarij, & ibi de carnibus pacificarum hostiarum comederent offerentes tam mares, quam fœminę & soli mundi. Putaret autem aliquis q̄ forte non liceret manducare de carnibus horum. i. ouis, bouis, & capręnisi in loco Sanctuarij faciendo sacrificiū. Et respōdet Deus, q̄ licebat vbicunque comedere de illis, dicit tamen q̄ quando comederentur extra locū Sanctuarij, & non offerrentur domino in sacrificium, non erat seruanda aliqua cęremonia circa carnes animalis. s. q̄ nulla pars earum cremabatur coram domino nec adeps, nec dabatur aliqua pars sacerdotib. sed totum comedebatur a laicis quorum erant animalia. Etiam non seruabātur aliquę cęremoniæ circa comedentes, scilicet quod masculi & non fęminæ comederent, sicut erat de quibusdam carnibus sacrificiorum, scilicet pro delicto. nam soli masculi de genere sacerdotali comedebant de illis Leu. 6. c. alias vero carnes, scilicet hostiarum pacificarum comedebant tam mares quam fœminæ. & hoc de parte sacerdotis. nam filij & filiæ suę comedebant de illis Leu. 11. c. partes vero hostiarum pacificarum, quæ cedebant in ius offerentium, comedebant offerentes masculi & fœminę, & omnes alij quos ipsi inuitarent, dum tamen omnes essent mundi Deut. 12. c. cum tamen occiderentur boues, oues, & capręad comedendum extra locum Sanctuarij, nulla differentia comedentium seruanda erat: sed omnes tam mundi quam immundi comedere poterant de carnibus. sicut in ceruo, & caprea, bubalo, & cæteris mundis ad esum, & non ad sacrificium fiebat. nam de his nulla pars dabatur sacerdoti, neque Deo: quia non licebat illa offerri. & omnes tam mundi quā immundi de his carnibus comedebant. sic dī Deuto. 12. c. comedes in oppidis tuis sicut tibi placet: sicut comedit ceruus & caprea, ita vesceris eis, mundus & immundus vescentur in commune. & ita quantum ad hoc fiebat comparatio: quia de ceruo, & caprea non erat dubium: quod vero dicitur, hoc solum caue ne sanguinem comedas, non tenetur in iuribus suis solum: quia manifestum est q̄ ibi loquitur Deus de ouibus, bouis, & capris, quæ offerri poterant. nam dicit, si mundum fuerit siue immundum. & loquitur de mundo & immūdo ad sacrificium. sed de his siue immolarentur domino siue non, nequaquam licebat comedi adipes: sed quando immolabantur cremabatur adeps Leui. 3. ca. cum vero non immolabantur adhuc non comedebatur adeps Leui. 7. c. scilicet adipem bouis, ouis, & capræ non comedetis. sed sumebatur ad vsus varios, vt supra dictum est. Et ideo licet dicatur q̄ hoc solum cauerent q̄ sanguinem non comederent, non erat hoc solum cauendum, sed etiam ab adipe erat abstinendum: quia sic supra fuerat expressum, & Deus nunquam reuocauit vnam legem per alteram, cum totum pertineat ad corpus eiusdem legislationis. debet ergo intelligi, q̄ nunc non imponebatur alia cęremonia nisi effusio sanguinis, & tamen præsupponi debebant omnes suprapositæ. & tamen prius posuerat de nō comedendo adipes bouis, ouis, & capræ. Si autem dixisset Deus hoc de animalibus mundis ad esum & non ad sacrificium, vt sunt ceruus, & caprea, & bubalus q̄ comederentur, & solum obseruaretur in eis q̄ non comederetur sanguis, posset intelligi q̄ liceret comedi adipem, quia de illis non fuerat expresse aliquid supra dictum quantū ad adipes. sed dictum est illud de bobus, ouibus, & capris, de quibus dictum fuerat iam q̄ non comederentur adipes eorum. ergo etiam si dicatur q̄ hoc solum seruandum erat ne sanguis comederetur, debebat subintelligi, q̄ etiam non comederentur adipes.

Sed dicetur quomodo ergo saluatur quod dī, absq; esu dumtaxat sanguinis, & illud. hoc solū caue ne sanguinem comedas?

Dicendum q̄ hoc posuit ad introducendā nouam cęremoniam, quam nō expresserat supra. nam de sanguine & adipe nūquam comedendis dixerat Leuit. 3. & 7. c. Sed quid de sanguine fieret non expresserat ibi: ideo oportebat aliquando exprimi, & nunc illud dixit. s. q̄ sanguis super terrā funderetur. & ideo ad hoc addit repetendo sanguinem non esse comedendum. de adipe autē non oportuit repeti: quia iam fuerat sufficienter de eo prouisum, scilicet quòd non comederetur, sed sumeretur in vsus varios. & ille, est sensus literæ.

Ad quartum dicendum q̄ si diceretur adipem bouis, ouis, & capræ non comedetis, & nihil aliud esset expressum, intelligeretur de his solū esse veritum, & licere comedi omnes alios adipes. tamen expressum erat nullum adipem comedendum esse Leui. 3. c. s. neque adipem nec sanguinem omnino comedetis. ergo neque de alijs neque de his.

Sed dicetur quare ergo expressum est de his trib. potius quam de alijs?

Dici potest vno modo. q̄ fuit causa specialis, scilicet quia grauius peccatum erat comedi de his, quam de adipibus aliorum animalium, eo quòd ista tria tantum erant immolaticia, & tota prohibitio adipum erat propter animalia, quæ immolantur: licet etiam in alijs hoc vetaretur.

Secundo & præcipue dī ad tollendum dubium, & propter particulam quæ adiungitur. nam cum Leu. 2. c. vetitus esset generaliter esus adipis, manifestum erat, q̄ cum non offerretur animal Deo: quia animal non erat cremandum, nec distribuendum, neq; adeps cremaretur, & consequēter ad alios vsus acciperetur: sed si animalia licita ad esū efficerētur morticina, aut pręgustarētur a bestia non licebat iam vesci illis Exo. 22. & Deut. 14. c. ideo putaret aliquis q̄ neq; ad adipes eorum accedere liceret, sed proijciendi erant canib. Deus ergo diffinit dubium dicens. adipem cadaueris morticini sumetis in vsus varios. quasi ponat regulā adipem bouis, ouis, & capræ, quę a vobis manducātur non comedetis, sed habebitis in vsus varios. adipes vero ipsorum quando fuerint morticina aut a bestia pręgustata habebitis etiam in vsus varios, licet carnibus non vtamini, sed canibus tradatis.

Ad quintum dicendum ꝙ hic non valet argumen F
tum a contrario ſenſu, neque regula illa quod de vno
dicitur de altero negari vꝝ, eo ꝙ inuenitur contrariũ
expreſſum. nam præter adipes qui cremari debent,ẽt
inueniũtur prohibiti oẽs alij adipes Leu. 3.c.& adhuc
expreſſe Leu.7.c.dr̃ ꝙ adipem capræ,ouis, & bouis nõ
comedetis:ideo eſtã ſi non immolarentur non licebat
comedi ſanguinem eorum neque adipem.

Sed ad quid ergo expreſſum eſt de eo qui comede-
rit adipem qui cremandus eſt?

Dicendum ꝙ licet omnis comedens adipem pec-
caret quaſi legis tranſgreſſor,grauius tamen peccaret
comedens adipem qui ad Deum pertinebat, propter
quem cæteri adipes erant vetiti: ideo de comedente G
adipes iſtos expreſſit ꝙ periret de populo ſuo.

Ad ſextum dicẽdum ꝙ tam de adipe quam de ſan-
guine erat prohibitio generalis, cum dicatur Leui. 3.
neq; adipem neq; ſanguinem omnino comedetis. Si
igitur nullo modo comedere debebant adipem, nul-
lius animalis adipem comedere licebat.

Cum uero dicitur ꝙ Leuit. 7. poſita eſt generalior
prohibitio de ſanguine quam de adipe. Dicendum ꝙ
non differt,cum iam Leui.3.poſita fuiſſet ſemel ęqua
lis prohibitio de vtroque maxime,quia Leui.7.c.locu
tus fuit Deus de adipe ouis,bouis, & capræ ſpecialiter
ex cauſa vt dictum eſt ſup. & tamen per illa intellexit H
de cęteris adipibus.

Conſiderandum tamen ꝙ circa ſanguinem eſt ali-
quid ſpecialius, quam circa adipem. Primo quia vſus
ſanguinis aliquo modo vetitus fuit ante legem Moy-
ſi, quia Deus vetuit ſtatim poſt diluuium hominibus
exeuntibus de Arca carnem cum ſanguine Gene. 9.ſ.
ſicut olera virentia tradidi vobis cuncta præter hoc ꝙ
carnem cum ſanguine non comedatis:vbi non vetuit
ſanguinem ſimpliciter comedi:ſed carnem cum ſan-
guine.i.animalia viua,vel partes animalium viuorum.
adipem autem nullo modo vetuit comedi: ideo ma-
ior & vniuerſalior fuit ſanguinis prohibitio quam adi
pis. poſtea vero Iudæis non ſolum vetitum eſt come-
dere carnem cum ſanguine, ſed etiam ſanguinem ſo-
lum: ideo non licebat illum aliquo modo ad cibum I
ſumi, ſed ſuper terram fundi Deut.12.c.

Secundo quia grauior pœna poſita eſt comedenti
ſanguinem quam adipem:quia comedenti adipem di
ctum eſt ſolum ꝙ periret de populo ſuo,& leuioribus
verbis Leui.7.c.ſ.ſiquis comederit adipem qui offerri
debet in incenſum domino peribit de populo ſuo. de
comedente ſanguinem dicitur ꝙ eſſet reus ſanguinis
ſicut ſi fudiſſet ſanguinem humanũ.& ibi multa ver-
ba dura Leui.17.c.ſ.homo quilibet de domo Iſrael &
de aduenis qui peregrinantur inter vos, ſi comederit
ſanguinem obfirmabo faciem meam cõtra animam
illius,& diſperdam illam de populo ſuo.

Tertio quia ad maiorem crudelitatem videbatur
pertinere comedere ſanguinem quã adipem, qa ſan-
guis eſt anima carnis, ideſt anima animalium in ſan- K
guine eſt,& ideo qui comedit ſanguinem eſt ac ſi ani-
mam comedat Leuit.17.c. dixi filijs Iſrael ſanguinem
vniuerſæ carnis non comedetis, quia anima carnis in
ſanguine eſt, & quicũque comederit illum interibit,
& Deut. 12. c. dicitur hoc ſolum caue ne ſanguinem
comedas,ſanguis enim eorum pro anima eſt, & idcir
co non debes animam comedere cum carnibus. ſed
adeps non eſt anima animalis, neque eſt in eo vita il-
lius: ideo non videtur tanta crudelitas illũ comedere.

Quarto quia ſanguis videbatur eſſe magis neceſſa-
rius ad res diuinas quam adeps.nam ſanguis eſt ad ex-
piandum pro peccatis:ideo non erat dignum mandu
cari id quod erat expiatiuum peccatorum noſtrorum
Leu.17.c.anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi il-
lum vobis, vt ſuper altare meum expietis pro anima-
bus veſtris,& ſanguis pro animę piaculo ſit:idcirco di
xi filijs Iſrael omnis anima ex vobis non comedet ſan
guinem.adeps aũt non erat ſpecialiter ad expiandum
pro peccato,ſed cremabatur in odorem ſuauiſſimum
domino Leu.3.c. ideo nõ erat omnino ſimile de ſan-
guine & adipe.vnde Deus inſſit ſanguinẽ fundi ſuper
terram,& non accipi ad aliquos vſus humanos Deut.
12. c. abſq; eſu dum taxat ſanguinis quẽ ſuper terram
quaſi aquam fundes:& nõ ſolum fundebatur ſanguis
ſuper terram,ſed etiam operiebatur Leu.17.c. ſi vena
tione aut aucupio ceperit feram vel auem, quib.veſci
licitum eſt,fundet ſanguinem illius, & operiet illum
terra, & quando homines iſtud obſeruabant benedi-
cebantur a Deo Deut.12.c.non debes comedere ani-
mam cum carnibus,ſed ſuper terrã funde quaſi aquã,
vt bene ſit tibi & filijs tuis. adipes autem non ſepara-
bantur totaliter ab vſu humano,quia licet non ſume-
bantur ad eſum, ſumebantur ad vſus varios Leui.7.c.
ideo maior erat prohibitio ſanguinis quam adipis, &
tamen quantũ ad hoc inter Hebræos erat æqualitas.ſ.
ꝙ ſicut nunquam licebat comedi ſanguinem,ita nun
quam licebat comedi adipem.

Ad ſeptimum dicunt quidã ꝙ nullus adeps come-
debatur,neque Dauid illud dixit quaſi aliquando ipſe
experiretur delectationem comedendo adipes, ſed di
xit quaſi ſciens conditionem rei ex ratione, ſicut mul
ta nos ſcimus quę ſenſu nũquam experti ſumus. ſicut
dixit virgo veſtalis.

Fœlices nuptæ moriar ſi nubere dulce non eſt.

Vt patet in prima declamatione Senecæ. & ta-
men virgo illa non fuerat experta concubitum ſed ex
ingenio dixit. Et hoc aliqualiter videtur ex modo lo-
quendi Prophetæ.ſ. ſicut adipe,& pinguedine repleã-
tur anima mea. i. quaſi ſi repleretur. quaſi dicat non
repletur,quia non veſcor adipe.

Secundo poteſt dici ꝙ vocatur adeps non quidem
adeps animalium.i.interior pinguedo, quę operit re-
nes,& vitalia,& inteſtina. ſed quodlibet quod eſt bo-
num aut melius de re vocatur adeps, ſicut & frumen-
to adipem damus.Pſ.147.adipe frumenti ſatiat te.fru-
mentum tamen non habet adipem: ſed optima fari-
na & electiſſima de frumẽto vocatur adeps. & hoc ſo
let alias vocari medulla rei, quia in medulla eſt opti-
mum rei.Num.18.c.omnem medullam olei,vini,ac
frumenti,& quicquid offerunt primitiarum domino
tibi dedi.& ita poterat accipi hic adeps pro meliori de
quacunque re vt de frumento. & videtur iſte ſenſus
conuenire literæ,cum dr̃ ſicut adipe & pinguedine re
pleatur anima mea.i.bono pane electo, & carnib.pin-
guibus.quia alias videtur,ꝙ ſufficiebat poni adipem,
vel pinguedinem,& non adiungerentur ambo.

Sed dicendum ꝙ non ſtat,quia adeps de ſua prima-
ria ſignificatione importat pinguedinem operiẽtem
interiora, per translationem vero ſignat alia, & ideo
quando ponitur adeps abſolute.i. ſine adiuncto deter
minatiuo oportet ꝙ ponatur pro illa pinguedine. cũ
vero aliquid additur ſtat pro rebus alijs ſecundũ con-
ditionem adiuncti,iuxta illud Pſ. 147. adipe frumenti
ſatiat te. & non dixit adipe ſimpliciter.

Tertio ergo poteſt dici ꝙ accipitur pro pinguedine
alia adeps,quę non eſt interior operiens renes & vita-
lia:quia aliqua pinguedo eſt pars carnis, & illã come-
debãt Iudæi:& ſic propheta dicebat impleri animam
ſuam adipe. ſic accipitur neceſſario Deutor.32.c. ſci-
licet butyrum de armento,& lac de ouibus, cum adi-
pe agnorum,& arietum filiorum Baſan,ideſt tradidit
Deus Iudæis iſta ad comedendum cum dicatur ante
hoc. conſtituit eum ſuper excellam terram,vt come-
deret fructus agrorum. & ſequitur, butyrum de ar-

mento &c.& tamen manifeſtum eſt ꝙ non licebat Iu A
dæis comedere adipem agnorum & arietum, cum di
catur Leui.7.c.adipem ouis,bouis, & capræ, non co-
medetis,ergo accipitur ibi adeps pro alia pinguedine,
quæ non eſt operiens interiora.

Quarto poteſt dici, ꝙ vocatur adeps in quibuſdam
rebus in quibus licitum erat comedi adipẽ, non qui-
dem in quadrupedibus,ſed in natatilib.& volatilibus,
in quibus non proprie vocatur adeps. Et cum dr̃ Le-
ui.3.c.neq; ſanguinem neq; adipem omnino comede
tis,accipitur de adipe quadrupelum, qui proprie dici-
tur adeps.& hunc nullo modo licebat Iſraelitis come
dere. Accipiendo aut large adipem pro interiori pin-
guedine animalium volatilium,& piſcium, quæ pin-
guedo non ſolet vocari communiter adeps, vocatur
adeps a Propheta, & hunc licebat comedere Iudæis. B
Et dicendum tũc ꝙ ponitur adeps & pinguedo.adeps
pro pinguedine interiorum, pinguedo autem pro ip-
ſa pinguedine carnis, & vtraque pinguedo erat licita
ad cibum in volatilibus & piſcibus, quæ non proprie
dicuntur habere adipem.& de vtroque intelligitur,ſi-
cut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Et ita
apparet ex præcedentibus, ꝙ licet aliqui adipes erant
quos nõ licebat cremari coram domino,nulli tamen
erant adipes proprie loquẽdo.i.quadrupedum qui co-
medi deberent ab Iſraelitis. Et ex hoc apparet ꝙ in ce
lebratione phaſe quę fiebat quolibet anno, licet non
offerretur adeps in altari,adhuc non liceret Iudæis co
medere illum.nam deberent reſeruare ad varios vſus, C
quia erat adeps ouis.i. agni, & tamen adipem bouis,
ouis,& agni non licebat Iudæis comedere Leui. 7. ca.
ſed præter hoc erat iuſſum ꝙ adipem cremarẽt nocte
ipſa,& non maneret vſque mane Exo.23.& 34.c.ideo
non licebat comedere de illo.

Si autem quęratur quid in Aegypto fecerint de adi
pibus phaſe? Dicendum ꝙ nõ cremauerunt eos in ſa-
crificium propter cauſas ſupra poſitas, quia nullum ſa
crificium erat tunc,ſed cibus.

Etiam dicendum ꝙ non obligabantur Iudæi abſti-
nere ab adipe,ideo illum comederent,& apparet quia
ante illud tempus nõ erat data aliqua lex Iudæis de ci
bis mundis,& immundis,neque de adipe:quia iſta da-
ta fuit poſtea in deſerto Synai Leui. 7. cum cæteris le- D
gibus quæ ibi datæ ſunt Exod.19.& 20. c. ergo licebat
eis ante diem illum comedere adipem.nihil enim ve-
titum fuerat vſque tunc Iudæis potius quam aliis ho-
minibus.Et tamen Deus non vetuerat niſi comedere
carnem cum ſanguine Gene.9.c. ergo adipem come-
dere poterant.

Secundo patet: quia de facto tunc Iudęi comede-
runt adipes agnorum illorum: quia Deus iuſſit tunc
comedi tantum, Exod.decimoſecundo c. caput cum
pedibus vorabitis, & inteſtinis, & non remanebit ex
eo quicquam vſque mane. ergo quicquid comedi po
terat comedendum erat. ſed adipem comedere tunc
licebat Iudæis,ergo illud comederent, & hoc tunc fe-
cerunt. poſtea vero in nullo phaſe comederunt adi-
pem: quia vetitus fuit eſus adipum Leuit. tertio, & E
ſeptimo, cap.

De nona cæremonia.ſcilicet cur totus comederetur Agnus.
Quæſt. XXVII.

NONA cęremonia erat, quòd comederetur to-
tus Agnus,caput,& pedes,& inteſtina.

Dicendũ ꝙ hoc eſt intelligendum quantum
ad ea quæ comedi poterant,& de ſe comeſtibilia ſunt
nam oſſa non ſunt comeſtibilia,neq; pellis. nam non
ſunt nata eſſe cibus propter ſuam conditionem.

Secundo conſiderandum erat ꝙ aliquid erat quod
in cibum poterat ſumi de agno,& non ſumebatur, ſi-
cut medullæ oſſium,& cerebrum, & omnis ſubſtãtia
contenta intra oſſa.& cauſa huius eſt quia dr̃ Exod.12.
c. os nõ comminuetis ex eo.ideo ea quæ comedi non
poterant niſi comminuendo aut frangendo oſſa non
comedebantur:ſed medullæ oſſium non poterant co
medi niſi confractis oſſibus,& totum cerebrum non
poterat comedi niſi fracto craneo: ideo neq; cerebrũ,
nec medullas Iudęi poterãt comedere,licet iſta eſſent
comeſtibilia.De adipe & tota aruina interiori iam di-
ctum eſt præcedenti. q. ꝙ comedi debebant,quia iſta
iſta erant comeſtibilia,& Deus illa non vetuerat: nec
erant aliquo oſſe clauſa, quod impediret ea comedi.
ergo comeſti ſunt tunc.

De ſanguine erat dubium an tũc comeſtus fuerit.
Aliqui dicunt ꝙ non,quia vetitum eſt Iudęis comedi
ſanguinem Leui.3.& 7.

Dicendum ꝙ hoc nihil probat: quia iſtud fuit veti-
tum quãdo data eſt lex, ſed lex fuit data poſt exitũ de
Aegypto: ideo non erat tunc Iudæis illicitum come-
dere ſanguinem.

Sed objicietur, quòd neque tunc liceret come-
di ſanguinem, quia vetitum erat hoc, Geneſ. no-
no, capit.

Dicendum quòd non vetitum fuerat comedi ſan-
guinem, & licebat omnibus hominib.comedere ſan-
guinem,& etiam Iudæis vſque ad diem quo hoc lege
vetitum fuit Leui.3. & 7. & 17. & Deut.12.nam Gen.
9.c.non vetuit Deus comedere ſanguinem,ſed vetuit
comedere carnem cum ſanguine,& ideo carnem per
ſe & ſanguinem per ſe comedere poterãt:ſed carnem
& ſanguinem ſimul non poterant. vnde nunc in im-
molatione agni non prohibebat hoc quin poſſet co-
medi ſanguis.

Sed dicendum quòd nõ comeſtus eſt, quia expreſ-
ſe iuſſum eſt quòd immolando agnum funderẽt ſan-
guinem in aliquo vaſe in limine portæ, & inde aſper-
gerentur poſtes,& ſuperliminaria Exod.12.c.ideo ſan
guis deſtinatus erat ad aſpergendum portas,& non ad
comedendum.

Item confirmatur hoc ex modo loquendi Exo.12.
cap.ſcilicet caput cum pedibus,& inteſtinis vorabitis,
neque remanebit ex eo quicquam. Nam ex hoc vide
tur,quòd ea quæ ſunt in corpore animalis comeden-
da erant:ſed ſanguis iã ſupponebatur effuſus eſſe:ideo
non veniebat comedendus ex hoc præcepto.

Sed hoc fuit in illa prima celebratione in Aegypto:
ideo manet dubium, an in alijs celebrationibus po-
ſtea factis a Iudæis fuerit aliquid circa hoc variatum.

Et dicendum quòd circa medullas,& cerebrũ non
fuit facta variatio,ſed relinquebantur iſta, vnde caput
integrum relinquebatur comeſtis carnibus exterio-
ribus,vt non confringerentur oſſa aliqua ad eruendum
interiores medulas,vel cerebrum. De adipe autem
facta fuit mutatio, quia in prima celebratione phaſæ
comederunt Iudæi adipem,vt oſtenſum eſt præcedẽ-
ti q.in alijs autem non: quia vetita fuit comeſtio adi-
pis Leui.3. & 7. c. De ſanguine idem fuit quod prius.
nam neque in prima celebratione illum comederũt,
ſed ex alia & alia cauſa: quia in prima vice non come-
derũt ſanguinem, quia Deus iuſſit de ſanguine rubri-
cari portas: ideo cum ad hoc deſtinatus eſſet non ſu-
mebatur in cibum. in alijs autem vicibus non rubri-
cabantur portæ,vt oſtenſum eſt.ſup.q. vigeſimaſecun
da. Et ita manebat ſanguis vt comedi poſſet, ſed non
comedebatur, quia Deus vetuerat generaliter come-
di ſanguinem Leuit. tertio,& ſeptimo, & decimoſe-
ptimo, cap.

Cauſa aut quare omnia comedenda erant ad hono
rem pertinet. ſ. quia agnus iſte offerebatur Deo, &

ideo non erat aliquid de eo dimittendū quin comederetur. Sic.n.in ſacrificiis magni honoris fiebat, nam inter ſacrificia holocauſtum erat pręcipuū, qđ Deo totum dabatur, & in honorem eius, & cremabatur pp ſolum honorem eius. Alia aūt ſacrificia pp aliquas cauſas ſpeciales fiebant, & holocauſtum totū cremabatur. ſ. tam carnes, q̄ pedes, & caput, & inteſtina detractis ſolum cornibus, pelle, & fimo, quę ad ſordes pertinent, & ſordes non cōſecrantur Dño: hoſtiæ aūt pacificæ non dabantur totæ Dño, quia non erant tam excellens ſacrificium, ſed ſolus adeps, pectuſculū vero, & armum dextrum habebat ſacerdos Leui. 3. & 7. offerens autem reliquas carnes in cibum ſuum, & ſuorū Deu. 12. c. de hoc non erat neceſſe comedi oīa, quia inteſtina ſiquis vellet dimittere non cogebatur comedere, & dato ꝙ illa comederet deſignabāt excellentia magna holocauſti ſuper hoſtiam pacificā, ſed ſicut ſe habebat holocauſtum ad Deum, vt cremaretur totum propter illum, ita ſe habebat agnus paſchalis ad comedi, vt totus comederetur, ideo ſicut de holocauſto velut de re valde ſacra nihil erat omittendū, quod non cremaretur, vſque ad pedes, & inteſtina, ita erat de agno paſchali, ꝙ nihil de illo erat relinquendū quin comederetur. Erat autem agnus valde ſacer pp ſignificationem rei magnæ, nam deſignatur per illū liberatio, quæ facta eſt in Aegypto omnium primogenitorum de morte, & totius populi de captiuitate. Ex parte autem Chriſti erat cauſa, quia per iſtam mā ducationem totalem debet intelligi manducatio ſpiritualis Euchariſtię, in qua manducatione licet vere ſumatur caro Domini, potius fide, quam corpore mā ducamus ſi digne manducamus. i. vt non diuidamus eum, ſed integrum manducemus non ſeparātes deitatem ab humanitate, ita vt ſolum Deum credamus non habentem naturam humanam: ſicut Manichæi eum aſſeruerunt corpus phantaſticū habere, & a Maria non conceptum, ſed fortuito inuentum, vt Hieronym. dicit: neque humanitatem ſeparemus a deitate, quaſi ſolum hoīem aſſeramus, ſicut Arriani dixerunt eum purum hoīem eſſe, & ante Mariam non fuiſſe, nam qui ſic Chriſtum manducat, vt non Deū, & hominē ſimul credat, non totū agnū parauit, ſed partē, & iō indigne ſumit, & ſibi iudicium manducat & bibit, tunc aūt Chriſtum totum ſumimus q̄n eū Deum & hoīem pariter cōfitemur. Cum aūt dr̄, ꝙ agnus totus paſchalis manducandus erat tā pedes, & caput, q̄ inteſtina intelligendum, ꝙ omnia aſſata comedenda erant, licet enim inteſtina, & pedes ſint malæ aſſationis, bonæ autem decoctionis, tamen quia nihil erat comedendum crudum de agno paſchali, neque coctum aqua, ſed aſſum igni. Exo. 12. c. neceſſe eſt, quòd etiam inteſtina, & pedes agni aſſarentur quantumcūque male aſſarentur.

De decima cæremonia. ſ. cur non debebat aliquid remanere de agno paſchali. Quæſt. XXVIII.

DECIMA cęremonia erat, ꝙ non maneret aliqd vſque in ſequentem diem de carnibus agni paſchalis. Eſt autem dicendum, ꝙ iſtud obſeruatum eſt tam in prima immolatione in Aegypto, quam in omnibus aliis poſtea, de prima patet Exo. 12. c. ſ. neque remanebit ex eo quicquam vſque mane. De aliis patet Exod. 34. c. non immolabis ſuper fermento ſanguinē hoſtiæ meę, neque remanebit mane de victimis ſolēnitatis phaſe. i. non manebit de carnibus agni paſchalis aliquid vſque ad ſequentem diem, qui agnus vocāt victima, & Deute. 16. c. dr̄, & non remanebit de carnibus eius, quod immolatum eſt veſperi die primo mane, & loquitur de agno paſchali, vt litera ibi oſtendit, quia ſanctum domini polluit, & peribit anima illa de medio populi ſui.

Quantum ad Chriſtum ſignificat vt ſicut hic totus comedēdus eſt, ita totus eodem die quo ſumitur. Eſt enim totus dies iſte præſentis ſęculi, in quo totū Chriſtum ſumimus: quia ſumentes eum totum quod ad eum pertinet credimus, & non eſt aliquid relinquendum poſt vitam: quia fides hic eſt meritoria, poſtea vero non: immo qui hic integrum Chriſtum non ſumpſerit credendo quicquid ad eum pertinet, ſed expectando poſt mortem, damnationis reus erit.

De undecima cæremonia, ſcilicet quid erat illud quod comburendum erat de agno, & quando, & cur. Quæſt. XXIX.

VNDĖCIMA cęremonia erat ꝙ ſi aliqd ſupereſſet igne comburetur Exod. 12. c. Sed quid erat iſtud quod comburendum erat?

Aliqui dicunt ꝙ oſſa cōburenda erant, quia erant aliquid de Agno paſchali. præcipue quia ibi manebant medullæ, cum oſſa non frangerentur, & in capite maneret cerebrū, & multæ medulloſitates: ideo hæc cremarentur.

Sed dicendum ꝙ non cremabantur oſſa agni. Primo quia dicitur Exod. 12. c. ſiquid reſiduū fuerit igne comburetis. Et ſic ponitur ſub dubio an aliquid relinqueretur, & tamen ſi oſſa vocarentur reſiduum & cremanda eſſent, non erat dubium quin maneret aliquid comburendum, cum oſſa non comederentur, neque liceret ea cōminui, ſed integra manere. eo. c. ergo nō intelligitur de oſſibus. Secūdo quia dr̄, reſiduū fuerit, vocatur reſiduū ꝙ ſupereſt, & reſidet de re illa q̄ ad cibū pr̄inet: ſed oſſa nō ſuperſunt, quia ad cibū nō pertinent: ſolum tamen reſiduum cremandum erat. ergo oſſa non cremarentur. Tertio quia ex modo loquēdi literæ apparet, ꝙ non dicatur de oſſibus: nam dicitur, caput, cum pedib. & inteſtinis vorabitis. & deinde dicitur, ſiquid reſiduum fuerit. ergo refertur reſiduum ad hæc. i. caput, pedes, & inteſtina. ſed iſta dicunt cibū carnium. ergo de carnibus eſt reſiduum, & non de oſſibus: ideo non erant oſſa cremanda.

Cum vero dicitur ꝙ erāt oſſa de Agno paſchali, & manebant ibi medullæ. Dicendum ꝙ quantum ad veritatem naturæ oſſa ſunt de ſubſtantia animalis: & tamen quando accipitur animal vt cibus non pertinent oſſa ad animal, quare neq; ad cibum, & multominus in agno paſchali quā in alijs cibis. ſumebatur. n. Agnus iſte vt cibus, & iuſſum erat ne oſſa comminuerentur: nam in alijs cibis licet confringi oſſa, & comminui vt bibantur medulloſitates, & tunc oſſa pertinent æqualiter ad cibum: quia præſtant partem nutrimēti & oblectationis: ſed in Agno paſchali nullū os licebat cōfringi Exod. 12. ideo hæc nullo modo pertinebant ad cibum & conſequenter oſſa illius nudata carnib. integra abijcienda erant, quaſi iam non pertinerēt ad rem ſacram: neque erat vlla cura an a beſtijs frangerentur, & deuorarētur. de carnib. ergo ſolis intelligitur iſtud reſiduum. Erat autem modus, quia iubebat Deus ꝙ in qualibet domo comedereturvnus Agnus, vel aſſume retur vicinus ſi non ſufficeret numerus perſonarū: ſed accidebat, ꝙ iſtæ perſonæ conuenientes ad ſumptionem Agni non manducarent totū agnum: rurſus autem non licebat reſeruari aliquid ad comedendum ſequenti die, ergo comburi deberet.

Sed eſt dubium an tam in Aegypto, quam in terra promiſſionis ſeruaretur cęremonia iſta?

Dicendum ꝙ vtrobique: nam de Aegypto manifeſtum erat, quia cū in ſingulis domibus comederetur Agnus, ibi veriſimile erat poſſe aliquid eſſe reſiduum, & illud erat comburendum, in alijs autem poſtea immolationib. poterat aliquid ſupereſſe quotcunq; conuenirent ad comedendum Agnum: ideo ibi quoque neceſſaria erat combuſtio reſidui.

Quando erat comburendum reſiduum Agni paſchalis. Quæſt. XXX.

DE iſto reſiduo dubium erat quando comburendum. Aliqui dicunt, ꝙ ſequenti die, & apparet quia dr̄ Exod. 12. neque remanebit eo quicquam vſq; mane. & ſequitur, ſiquid reſiduum fuerit igne comburetis. ſed reſiduū non vocabatur niſi in mane ſequētis diei, ergo combuſtio non erat facienda vſque mane. Secundo quia carnes Agni non erant cremandę tunc cum licite ſeruabantur, & tamen in die 14. q̄n Agnus immolabatur & comedebatur, non manebant illicite carnes eius, ergo non erant ea die comburendæ.

Dicendum videtur, ꝙ ea nocte qua comedebatur Agnus cremabātur reſidua, vt ſic fieret ꝙ cum per noctem comederetur Agnus, poſtquā omnes de domo comediſſent vſq; ad ſaturitatē, nulluſq; iam alius vocandus eſſet ad comedendum de carnibus illis, quicquid ſupererat, quia iam non erat comedendum, cremaretur, & ſic non maneret aliquid vſque mane. Et hoc erat valde rationabile. Primo quia neceſſe erat illud relinqui in ſequentem diem, ergo cum certū eſt, ꝙ reſiduum erat, comburendum erat. Et patet quia poſtquam conueniſſent perſonæ certæ ad comedendum de Agno paſchali non accedebant alię, ſed antequam comederentur, ſi non erat domus ſufficiens ad eſum Agni accedebat vicinus ſecundum numerum perſonarum quæ ſufficere poſſent, poſtquā vero conueniſſent, etiā ſi illæ non ſufficerent non adueniębant aliæ, & hoc maxime erat in Aegypto: quia iuſſit Deus ꝙ illa nocte nullus exiret de porta domus ſuæ Exo. 12. c. Et ſic poſtquam ſederunt manducare per noctē illam nemo diſcurrit de domo in domum, ideo cū omnes qui conueniſſent ad comedēdum ſaturati eſſent, neq; eſſent alij ſuperuenturi, iam illud reſiduum erat: quia non poterat niſi per eos manducari, & hoc ſequenti die: quia ipſa nocte iam vſque ad ſaturitatē comederant, & tamen ſequenti die non licebat manducari, quia vetitum erat. ergo ipſa nocte iam vocabatur reſiduum, & iam poterat comburi.

Secundo quia hoc maxime conueniebat in prima māducatione Agni facta in Aegypto: quia ſtatim poſt mediam noctem ſurrexit Pharao, & compellebat Iudæos fugere de Aegypto, vrgens eos cito ire Exo. 12. c. & ideo non vacaret eis inſiſtere cæremonijs cremationis reſidui cibi. ideo vr̄, ꝙ prius cremauerāt. ſ. poſtquam cęnauerunt, ne eſſet periculum obliuiſcendi, vel præ turbatione omittendi cęremoniam hanc.

Tertio quia in hoc tollebatur occaſio agendi contra legē: ſi.n. non cremaretur, illa nocte reſiduū, & ſequenti die cremaretur, eſſet occaſio alicui comedēdi quicquam de carnib. illis: ſed vetitū erat, & peccatum eſſet. Si aūt nocte illa cremaretur reſiduū, nō eſſet occaſio delinquēdi comedēdo aliquid ſequēti die, ergo dicendū, ꝙ illa nocte cremarētur carnes. Quarto quia cū in die ſequenti non eſſet licitū ſumere in cibū de illis carnib. nō erant relinquendæ vſq; ad illū niſi in dubiū. ſ. ſi comedi poſſent, ſed poſtquam quis cęnauerat ꝙ noctē vſq; ad ſaturitatē non erat comeſturus vſq; ad ſequentē diem. ergo nulla cauſa erat relinquendi carnes aliquas Agni poſt cęnā. Quinto quia ita magis cōplebatur lex. nam iuſſerat, ꝙ non maneret aliquid de carnib. in ſequentem diem. ſi autem crematio reſidui fieret, non eſſet aliquid reſiduum ad diem ſequētem, ergo magis conueniebat legi comburi ipſa nocte.

Sexto, quia absolute mandatur, ꝙ non maneret ali F quid de carnibus agni pro sequenti die, ergo ipsa nocte cremandum erat quidquid residuum esset, patet Exo. 34. c. non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, neque remanebit mane de victimis solennitatis phase, & Deuter. 16. c. dr̃ non remanebit de carnibus eius, quod immolatū est vesperi die primo mane, & ita non dicitur hic, ꝙ si maneret comburetur, sed ꝙ non maneret, sed ad hoc ꝙ non maneret necesse erat cremari residuum in præcedenti nocte, ergo tunc cremabatur.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, ꝙ non est intelligendum, ꝙ si quid residuum fuerit in die sequenti cremet in die sequenti, sed sunt duę clau- G sulæ, & sigillatim legēdæ sunt. Prima est, non remanebit ex eo quicquam vsque mane. Secunda est, si quid residuum fuerit igne comburetis, & vtraque per se legenda est. cum dr̃ non remanebit vsque mane, ita explendum erat. s. ꝙ in veritate nō maneret aliquid de carnibus vsque in sequentem diem, sed non poterat hoc fieri, nisi cremaretur residuū ipsa nocte, ergo cremabatur. Quod vero dr̃, si quid residuum fuerit igne comburetis, ista qualitas residui non refertur ad sequentem diem. s. si quid mane residuum fuerit, sed refertur ad illud tempus quo residuum esse poterat, sed statim, post cœnā completam in nocte quicquid manebat residuum erat, quia non erat comedendum ip H sa nocte, neque sequenti die, ergo nihil impedit quin statim combureretur, immo vr̃ ꝙ statim oporteret comburi, quia residuum comburendum erat, & non dr̃ qn̄, ergo statim vt residuum erat comburēdū erat, sed in nocte ipsa erat residuum, ergo tunc comburebatur. & tota deceptio est siquis velit qualitatem illā residuum referre ad mane, sed inconueniens est, cū non ponatur in sua clausula: sed in præcedenti.

Ad secundum dicendum, ꝙ non erant cremandæ, qn̄ licite seruabantur, & tn̄ erant residuæ ipsa nocte statim post cęnam, ergo statim erant cremandæ. Aliter potest dici, ꝙ in tota nocte diei quartidecimi manebant licite carnes agni, quia tota illa nox erat destinata ad esum agni, & non obligabantur manducare I certa parte noctis, sed in quacunque, ideo manebant licite. Etiam manebant licite, quia nondum erant Iudæi in mora, in quacunque parte noctis illius nōdum cōbusto residuo, in sequenti aūt die non poterāt manere carnes, nisi illicite, ideo cōburebatur residuū in nocte ipsa, quando carnes licite manebant, ne sequēti die illicite manerent.

Quare comburebantur residuæ carnes agni paschalis.
Quæst. XXXI.

SED quare comburebantur residuæ carnes? Aliqui dicunt, ꝙ in sacrificium, & comburebantur Deo cum agnus esset sacrificium Num. 9. c.

Sed dicendum, ꝙ non stat. primo, quia tunc non cō K buterentur in Aegypto, quia ibi nullum sacrificium factum est Deo, neque Iudęi facere volebant, sed extra terram Aegypti. Exo. 8. c. Secundo, quia tunc cremarētur in loco sacro, & per sacerdotem, sed falsum est, quia nulla cæremonia in hoc seruabatur, ergo nō cremabantur carnes in sacrificium, quia sic vr̃ ꝙ meliora comederēt homines, & deteriora, quæ ipli nol-
Deus indignatur qn̄ es, res despectæ offeruntur. lent darent Deo, & tn̄ non est conueniens, quia Deus indignatur qn̄ offeruntur ei res despectę, vt patet Malac. 1. c. nā dicit contēni se, qn̄ offeruntur ei animalia, q̄ non essent offerenda ducibus humanis, & tn̄ nihil est magis contemptibile, quam cum nos comederimus, & saturati aliqua dimiserimus eaq; Deo tribuamus, ergo non fiebat de illis sacrificium.

Tertio, quia si de cibis nostris, vel rebus aliquod sacrificium fieri dēt Deò, siue illę sint p̄ciosæ, siue non, prius debet pars Deo separari, deinde cedet reliquum in vsus nostros, & si secus fiat graue pctm̄ est, sic patet 1. Reg. 2. c. de duobus filiis Hely cū veniret aliquis ad offerendum hostiam pacificā veniebat puer eorū, & petebat partē sacerdotalem ab eis crudam, & offerēs dicebat, incendatur hodie iuxta morem adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat aīa tua, & puer dicebat nequaquam, nunc. n. dabis mihi alioquin tollā vi, & adiungitur: erat autem pctm̄ puerorum grande nimis coram Dño, quia detrahebant hoīes a sacrificio Dei, & ita solum erat pctm̄ horū, quia prius volebāt ipsi sumere partem, quæ eis competebat, q̄ Deo darēt partem suam, ergo & hic esset absurdum, ꝙ homines prius sumerent de carnibus agni paschalis quantum vellent, & postea darent residua ad cremandum Deo in sacrificium, ideo non est verum, ꝙ cremabantur in sacrificium.

Dicendum ergo, ꝙ cremabantur, quia erat agnus paschalis sacrificium, nam licet comederent totæ carnes eius ab hominibus erat sacrificium Nu. 9. c. ideo seruabatur idem in carnibus agni, quod in carnibus aliorum sacrificiorum, nam in aliis sacrificiis proueniebat quædam pars offerentibus, sed in holocaustis totum cremabatur Leuit. 1. in hostiis pro pctō, & pro delicto cedebant carnes sacerdotibus Leuit. 4. & 5. & 6. & 10. in sacrificio autem pacifico pars quędam sacerdotibus. s. pectusculum, & armus dexter, cętera vero offerentibus Leui 7. & Deuter. 12. c. & in partibus, quæ proueniebant hominibus fiebat istud, ꝙ si nō comederentur tpe debito cremandæ erant, vt in sacrificio pacifico Leuitic. 7. & 19. nam quædam pacifica in primo die comedenda erant, & residuum ad secundū diem cremabatur, in spontaneis vero, vel votiuis poterat ad secundum diem aliquid reseruari, in tertio autem die nihil manere debebat, sed cremabatur, & tamen agnus paschalis erat, vt res valde sacra, ideo nō reseruabatur ad secundum diem, sed in die quo immolabatur, comedebatur, aut cremabatur, ne residuum aliquod esset ad secundum diem.

Secundo dicendum, ꝙ fiebat pp honorem, nā de aliis cibis nostris non curabat Deus an comederētur vna die, vel alia, aut nunquam, vel relinquerētur canibus, quia erant res prophanæ, de carnibus aūt sacrificiorum secus, nam ex eo, ꝙ quædam pars earum proueniebat Deo. s. adeps saltem, volebat Deus, ꝙ reliquię essent in honore, & ideo nō comedebantur vbiq;, sed solum in loco sacro, & non a quibuscunque, sed a mūdis, & non in quocunq; die, vel tpe, sed die quo offerrentur, vel ad plus sequenti die Leui. 7. c. ideo sic volebat, ꝙ si accideret non comedi tunc, ꝙ nō relinquerentur in contemptum, nam non erat licitū vltra comedi, ergo si supereſſent necesse erat, aut putrefieri, aut tradi bestiis, vtrunque aūt erat inhonorabile, ideo conueniens fuit, ꝙ id quod supereſſet cremaret, quia crematio ignis tolleret, vt non posset hoc venire postea in contemptum, & hoc erat honorabile, quia ēt quæ Deo proueniebant igne cremabantur. Cōueniebat ēt hoc propter Christum, nam de Christo hic totum comedimus, quod possumus, nam eum magis fide, & intelligentia, quam dente manducamus, & licet fides totum sumat, quia nihil omittere debemus circa Christum, quod non credamus, totū sumimus, intelligentia tamen non apprehendit totum, quod fides tenet, sed aliqua hic cognoscimus, aliqua ignoramus, quæ ergo ignoramus igne comburimus, quia ex dono Spiritus sancti qui ignis est in futuro reuelāda non dubitamus, cum ibi cognituri sumus, sicut & nunc cogniti sumus.

De

De duodecima cæremonia s. cur comedentes lumbos accingerent. Quæst. XXXII.

DVODECIMA cęremonia erat, ꝙ comedētes lumbos accingerent, sic patet Exo. 12. c. Dicendum, ꝙ ista cęremonia, & cęteræ cęremonię comedendi, tam in Aegypto, quam postea in terra Iudæorum seruatę sunt.

Causa autem huius cęremonię est ad ostendēdā festinationem comedendi, vel potius comedentium, nam habere renes accinctos significat festinationē recedendi, & ideo, ꝙ comedentes haberēt renes prę- B cinctos erit dicere, ꝙ statim post cibum sumptum recessuri erant, & non solum hoc significatur, sed etiā, vt cito comederent, ne forte prius occurreret necessitas recedendi, quam cibū finirent, vnde dicitur, & comedetis festinanter Exo. 12. Quod vero cito recessuri essent apparet, quia in principio noctis inciebat ista solennitas, nam ad solis occasum immolabatur Agnus paschalis, & postea parabatur, & comedebatur, & tamen ad mediam noctem surgere debebat Pharao, sic enim surrexit vrgens Hebręos cito recedere de Terra. e. c. ergo non multum post cibum sumptum recessuri erant. Quod autem habere lumbos prænctos signet celeritatem ad recedendum, ideo est, quia est quædam dispositio recedentium, nam itinerantes lumbos accingunt, & hoc conuenit C secundum consuetudinem antiqui temporis: habebant quidem homines tunc vestes longas vsque ad pedes, & amplas, quæ magnos sinus faciūt, sicut sunt vestes Monachorum, & istę multas auras capiunt, & quando fluxę sunt, & sine cingulo mouentur, & pedes impediunt: apud ipsos, tamen consuetum erat, quòd homines sine cingulo essent nisi cum aliquid facturi essent, & ideo siquis iter acturus erat oportebat, quòd vestem longam decurtaret, & stringeret ad corpus ne laxa flueret, & pedes implicaret atque impediret: vnde accingere erat signum, quòd quis acturus erat iter statim, & itineraturo iubetur, quòd lumbos præcingat, quia ad astringendum vestes ponitur cingulum super lumbos, & quia Iudæi erant statim itineraturi, videbatur, quòd comedentes haberent D præcinctos renes, ideſt iam haberent apparatum itineris, & non supereſſet eis aliquid disponendum post cibum, sed si occurreret possent statim post cibum sumptum recedere, talis autem modus seruatur in scripturis tam in Nouo, quam in Veteri Testamēto, vbi aliqui cito agere, aut itinerari præcipitur, nam lūbos præcingere mādatur, sic patet 4. Re. 4. c. vbi Helyeus iussit puero suo Giezi cito ire ad suscitandum filium Sunamitis dixit, accinge lumbos tuos, & vade, sic etiam Christus dixit Lucę 12. c. sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & non est aliud lūbos accinctos habere, nisi paratum esse ad currendum, vt aperiatur Domino, quādo ve- E nerit, & non sit aliqua mora in faciendo hoc. Et patet, quia dicitur statim, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs, vt cū venerit, & pulsauerit confestim aperiant ei. & sic ad itinerandum lumbi accingūtur, vel renes, quod idem est, ita & ad operationes quascunque, q̄ aliquem motum corporis exigunt, vt vestes longę, & fluxę non impediant motum, sic dicitur Lucę 12. c. beati sunt serui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes, amen dico vobis, ꝙ præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et ita etiam Dominus ad ministrandum seruis immenta præcingit se, vt vestes longę non impediant motum, & operationem, & iste modus loquendi est in tota sacra Scriptura, & apparet Tobi. 5. c. vbi de Ra-

A phael angelo (quem quærebat Tobias, vt hominē directorē in via) dicitur, egressus Tobias inuenit iuuenē splēdidū stantē præcinctum, & quasi paratū ad ambulandū, & ita signatur ibi, ꝙ lūbos præcingere sit ad itinerandū dispositū esse. Secundo fiebat hoc ad commemorandū, & commouēdū Iudæos, vt omnia parata haberent, qn̄ comederēt ad recedendū, cū tanta celeritas eis oñderetur, vt ēt comedēdo deberēt habere apparatū itineris. Cum aūt essent in terra sua Iudæi in alijs celebrationibus phase debebant habere lūbos accinctos, non quidē ad aliquā celeritatē itineris futuri, sed ad designandum celeritatē exitus, q̄ habuerunt sui progenitores de Aegypto. Circa Christum aūt præcingere lūbos conuenienter ponitur, quia vt dicit Grego. lūbos præcingimus cū carnis luxuriam per continentiā coarctamus, & qn̄ sumentes corpus Domini debent esse mūdissimi, quia non est aliquid, quod tantā mūditiam exigat, cū nihil sit pręciosius, debēt lūbos habere præcinctos, i. a carnis illecebris abstinere, quia actus iste hominē valde immūdū reddit carni totaliter subijciendo, & non relinquēdo ei aliquem gradū spiritualitatis, vnde non solū ab illicitis contactibus tūc abstinendū est, sed etiam a licitis, vt spiritus noster purus sit, & talis, vt se in altum tollere queat.

De 13. cæremonia, scilicet cur Agnum comedentes baculum tenebant. Quæst. XXXIII.

TREDECIMA cæremonia erat, ꝙ comedentes tenebant baculos in manibus Exo. 12. c. Causa huius cæremonię in Aegypto fuit eodē mō ad signandū celeritatē recessus, i. ꝙ tantū appropinquaret recessus tūc qn̄ māducabāt, ꝙ nihil post cibū parare vacaret ad viā, sed oportebat omnia esse parata, ēt vsque ad minimā operationem, non aūt videbatur minor, q̄ baculū accipere in manu, & tn̄ adhuc nolebat, ꝙ post cibū sumerent, sed ꝙ comedendo tenerent baculū in manu, quasi nō supereſſet eis, neque spatium ad capiendū baculū. Siquis aūt quærat quare tanta festinatio iubebatur Iudæis, nā non erant tantū festinaturi, cū post cibū transierit aliquantū tēpus, & dormierūt, & postea Pharao surgens media nocte cōpulit eos cito recedere Exo. 12.

Dicēdū, ꝙ iste modus loquēdi est per hyperbolē, quia iubere, ꝙ comedēdo tenerēt baculos in manibus erat ac si diceretur tam cito recessuri estis post cibū sumptū, ꝙ neque vacabit vobis baculos accipere quos manibus tollatis, & licet nō esset in veritate tanta festinantia, erat tn̄ conueniens s̄m prudentiam hoc dicere. Primo ad instruēdū Iudæos, taliter. n. rudes homines, & pigros instruimus, & mouemus, non n. possunt moueri si eis vera sola dicantur, vn̄ ad mouendū eos sub timore mali oportet maiora mala prędicere, q̄ sint, & ad mouendū sub spe boni oportet maiora bona prænunciare, ita siquis vellet ostendere causam alicuius festinationis non tantā præcise dicere cōueniens est, quia non mouebūtur quantū oportet, sed multam magis dicendum est, taliter. n. docet Arist. instruendos esse rudes in virtutibus, s. non trahendo eos solū vsque ad rectitudinē necessariā, sed vltra mediū quemadmodū tortuosa lignorū dirigentes faciūt 2. Ethi. c. vltimo, sed Iudæi pigri erāt, & tardi, ideo vt disponerentur ad tantam celeritatē, quanta conueniens erat oportebat, vt maior eis prænūciaretur, q̄ futura erat. Secundo ad faciendū, ꝙ omnes res suas prius disponerēt, ne postea turbati pię velocitate itineris, vel exitus res necessarias obliuiscerentur, vel eas incopletas haberēt, & vere accidit hoc Iudęis quātumcunque prænunciauit eis Deus celeritatem,

quod

quòd ipsi tam pigri, & obliuiosi erant, ꝙ massam saltem non fermentauerunt, sed cum recedendum fuit imposuerunt super filios, & filias massas non fermẽtatas, ligãtes eas in pallijs Exo. 12. c. hoc tũ potuissent ipsi prius facere si tardi, & obliuiosi non fuissent, cum ań hoc de magna celeritate exitus admoniti fuissent.

Considerandum autem, ꝙ comedentes non debebant sedere, sed stantes comedebant, & cum vna manu capiebant cibos, & cum alia tenebãt baculos, quia non poterant alio modo comedere tenentes baculos in manibus.

Ad Christum aũt pertinet hoc, vt sumẽtes Eucharistiam teneamus baculos in manibus, s. vt fidei fundamentum teneamus, nam baculus fidem notat, quę est fundamentum, & prima omnium virtutum, quæ nisi pręcesserit non possumus placere Deo ad Heb. G 11. c. sine fide impossibile est placere Deo, & sicut super baculum nitimur, ita supra fidem fundamur. in sumptione autem corporis Domini nihil magis necessariũ est, q̃ fides, cum nihil occurrat difficilius creditu, q̃ veritas Corporis, & Sanguinis Domini sub speciebus Sacramenti, & iõ ad istam magnã difficultatem debet accedere magnitudo fidei, & ob hoc Psal. 22. vbi de corpore Domini aliquid tangi videtur, s. parasti in conspectu meo mensam &c. ponitur de baculo, s. virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, s. fides consolatur nos circa magnitudinem rerum credibilium, quia nihil est, per quod possimus in alta credibilia, nisi per fidei altitudinem.

Secundo per baculum designatur conditio Eucharistię, quia sicut baculus est id, super quod aliquis se põt appodiare, & firmare, ita Eucharistia est firmamentũ nostrum, quia est cibus noster spiritualis quo firmamur, sicut firmamur in esse spirituali per firmitatem datam ex cibo panis Psal. 103. panis cor hominis confirmet, ideſt det vires, & firmitudinem, & iõ panis vocat̃ baculus Leu. 26. c. trademini in manibus hostium postquam confregero baculum panis vestri ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini. vocatur etiam panis firmamentũ Psal. 104. vocauit famẽ super terram, & omne firmamentum panis cõtriuit, ita & Eucharistia est panis noster, I qui de cęlo descendit Io. 6. c. ideo signatur per baculum, qa est firmamentũ esse, vel vitę nostrę spiritualis.

Ad quid iubebat Deus, quòd Israelitæ comedentes tenerent baculos in manibus. Quæst. XXXIIII.

SED ad quid iubebat Deus, ꝙ Israelitę comedentes tenerent baculos in manibus?

Aliqui dicũt, ꝙ ad se appodiandum, quia non comesturi erant sedentes, sed stantes, & hoc pp celeritatem, ideo baculis egebant super quos se appodiarent, vel sustentarent. Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia omnia, quæ ponuntur in cæremonijs comedendi Agnum pertinent ad ostenden- K dam celeritatem recedendi de Aegypto, & tamen tenendo baculos sic non pertinet ad aliquam celeritatem, ideo non fiebat ad hoc. Secundo, quia potius pertinet istud ad tarditatem, nam si cito comederent non oportebat, quòd se appodiarent, ille enim se appodiat, qui diu stando fatigatur, & ideo super aliquid se sustentat, & ad hoc prodest baculus, & ramẽ ludęi cito, & cum festinatione comesturi erant, ideo non erant ad hoc eis baculi conuenientes.

Tertio, quia appodiare se super baculum est infirmorum, aut debilium, sicut dicitur Exo. 21. de illo, qui vulneratus fuit, si surrexerit, & ambulauerit foris F super baculum suum, sed inter Israelitas in exitu de Aegypto non erat aliquis debilis viribus, sed omnes potentes ad ambulandum Psal. 104. c. & eduxit eos in auro, & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus: ergo nullus indigebat baculo ad se appodiandum cum manducarent.

Est ergo dicendum, ꝙ baculi ad duo proderant itinerantibus, & ideo signabant immediatam apparationem ad itinerandum. Primum est, quòd baculi proderant loco armorum, nam qui nullo alio genere armaturę vtitur saltem baculo vtetur, & ad aliqualem defensionem prodest: Iudæi autem erant male armati, & hoc propter duo, primo propter consuetu- Antiquitus dinem temporis antiqui, quia apud antiquos rara ar- rara arma ma erant, & ideo Iudæi, qui pauperes erant pauca ar- erant. ma haberent, & sic baculos loco armorum, ideſt lancearum portarent.

Secũdo, & præcipue erat hoc, quia Iudæi in Aegypto erant serui, & in politijs ordinatis non permittitur seruis habere arma, & hoc pp timorem rebellionis, vt dicitur 2. Poli. seruiebant quidem Iudæi in luto, & latere in Aegypto Exo. 1. & Pharao dixit, q̃d voluimus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? Tertio, & specialiter pp magnam suspitionem, & timorẽ quem Aegyptij conceperant, quia cum iniuste opprimerent Israelitas, timebant, quòd illi insurgerent, & adiungerentur hostibus Aegyptiorum, & expugnatis eis recederẽt de terra Exo. 1. c. & ideo H imposuerunt eis labores duros luti, & lateris, vt non multiplicarentur, & postea occidebant in partu omnes masculos, & seruabant fęminas, vt non fortificaretur populus e. c. a fortiori, ergo pp hunc timorem non permitterent eis aliqua arma, & sic quando exirent essent inermes. Simile patet de Iudæis ipsis, quando erant in terra sua tempore regis Saulis, nam erant subditi Philistinis, & illi timentes ne Iudęi rebellarẽt, abstulerant eis vniuersa arma, & interdixerãt fabros esse in terra Israel ne arma aliqua fabricarent, sed descendebant in terram Philistinorum Iudæi ad acuendum vomeres, & ligones suos vsque ad stimulum. 1. Re. 13. c. & ideo factum est, vt tũc in toto populo Israel ituro ad bellum cum rege suo non inueniretur, ne- I que vna lãcea, aut vnus ensis. e. c. ita ergo in Aegypto propter istũ timorẽ fieret, vt non permitterent Aegyptij Israelitis habere aliqua arma, ideo ad itinerãdum acciperent baculos, vel aliqd in manu portarent quo se appodient, & adiuuent ad ambulandum. Secundo, quia omnibus iubebatur habere baculos tam viris, q̃ mulieribus, & tamen non iuberetur hoc velut genus armaturę, quia mulieres non sunt ad arma, sed quia omnes tam viri, quam fęminę itineraturi erant, omnes egebant baculis ad appodiandum.

Tertio, quia non videbatur, ꝙ arma Deus iuberet tollere, ideſt baculos pro armis, quia Israelitę nõ erãt pugnaturi in exitu de Aegypto, sed Deus pro eis Exo. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, ideo non erant baculi ad arma, sed ad appodiationẽ, & laboris releuationem.

Sed obijcietur, quòd non stet, quòd dictum est supra, scilicet, quòd baculis vterentur tunc Israelitę in defectum armorum, quia dicitur Exod. 13. c. & armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti.

Dicendum, quòd nõ est sensus, quod omnes Israelitæ, qui erant sexcenta millia peditum Exo. 12. ca. descenderent armati, quia non haberent omnes arma, quia Aegyptij non permitterent hoc. Neque rursus est intelligendum, quòd nullus de eis haberet arma, quia aliqua haberent, sed vocantur armati aliqui, licet eorum, nam non dicitur armatos esse omnes. Vel vocantur armati, ideſt quòd erant omnes aptiad arma,

arma, eo quòd non erat in tribubus eorum infirmus A Psal. 104. & ideo poterant baculi aliquo modo prodesse ad genus armaturę, sed potius iussit accipi illos ad sustinendum laborem vię.

Et vtroque modo est causa, quòd Christus vetuerit discipulis suis in via portare baculos supra 10. c. Nam si accipiatur baculus, vt est loco armorum non licebat portare discipulis baculum, quia non ibant ad pugnandum, nec ad resistendum pugnanti, sed ad prædicandum pacem, & sustinendum quidquid eis aliquis inferre vellet, si autem accipiatur baculus, vt ad appodiandum per viam, non licebat illis baculum portare, quia non debebant quiescere, neque se appodiare, sed expedite procedere ad opus prædicationis, B baculus autem est super quem aliquis se sustentat, & quiescit, ideo illis non conueniebat baculus.

De 14. cæremonia cur Deus iubebat Israelitas habere calciamenta in pedibus in comestione Agni. Quæst. XXXV.

QVARTADECIMA cęremonia erat, quòd portarent calciamẽta in pedibus, ideſt haberent illa quando comederent Exo. 12. c. & istud tã in Aegypto, quam in alijs vicibus obseruari debuit.

Causa huius est celeritas, scilicet quòd nihil superesset disponendum, quando comederent, quasi tanta C celeritas esset ad itinerandũ, quòd post cibum sumptum forte non superesset locus ad sumendos calceos, & hoc erat iuxta antiquam consuetudinem, & Non ne- ponissime hominum pauperum, qui non vtebantur cessaria calceis semper ne illos rumperent cito, sed solum fuit cal- quando ad opera dura procederent, sicut erat ad iticiamenta nerandum, nam si semper homines vterentur calceis mandare. non oportebat dici, quòd calciamenta haberent, q̃s comederent, quia nunquam sine illis inuenirentur, nisi cum iacerent in lecto, quia tamen illi raro vtebantur calciamentis, quãdo in domibus erãt, iussit, quòd calciamenta haberẽt, quando comederent Agnum, quasi statim recessuri essent, & non superesset eis forte tempus ad hoc post cibum sumptum.

Quare Deus vetuit discipulis habere calciamenta Iudæis autem iussit habere. Quæst. XXXVI.

SED quęretur cum Christus mittens discipulos ad prædicandum vellet, quòd expedite irent, & cito, & Deus mittens Israelitas de Aegypto vellet, quòd cito irent, quare Deus vetuit discipulis habere calciamenta, & iussit expresse Israelitis illa habere.

Dici potest vno modo, quòd non vetuit totaliter discipulis Christus habere calciamenta, quia licet dixit supra 10. & Lucæ 10. ꝙ non haberent calciamenta in via, tamen dixit Mar. 6. ꝙ irent calciati sandalijs, & ideo est differentia inter calciamenta, & sandalia, tamen vtrunque ad pedes pertinet, & Christus reliquit aliqua operimenta pedibus, & in hoc concordat cum Iudæis, qui calciati exierunt de Aegypto.

Secundo potest dici, quòd ex diuersis causis mandatum cõtrarium datum est, nam Discipulis tanquã viris perfectis vetita sunt calciamenta, quia istud signabat aliquid pertinens ad perfectionem, vt ostensum est supra 10. c. q. 10. Israelitæ autem, qui erãt quędam multitudo non pertinebant ad perfectionem aliquam, immo non erant omnes boni, ideo non erãt eis illicita calciamenta, & tamen non iubebatur eis calciamenta habere in pedibus, quasi hoc faceret ad celeriorem cursum, sed quia ita erat quòd q volebãt portare illa, quòd aptarent illa sibi ante cibum sumptum, ne postea obliuiscerentur sumere illa, aut non vacaret eis illa accipere. Ista autem sunt calciamenta, quæ nunquam rupta sunt, neque deteriorata, aut laxata, sed integra manserunt, sicut & vestimenta nunquam defecerunt per quadraginta annos in deserto Deu. 8. c. scilicet vestimentum tuum quo operiebaris nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus.

Sed quæretur quare non dixit Deus de vestibus, quòd haberent vestes suas quando comederent, sicut dixit de calceamẽtis, quia vtrunque necessarium erat ad viam. Dicendum, quòd non fuit conueniens mandari, quia Deo non mandante illud fieret, nam vestimentis semper sunt homines operti, nisi cum iacent in lecto, calciati autem non sunt semper maxime pauperes, & secundum antiqua tempora, ideo debuerunt admoneri de calciamentis, de vestibus autem non oportebat, quia semper erant vestiti.

Conueniebat autem hoc ad Christum, quia qui sumunt Eucharistiam debent esse totaliter mundi, & ad complementũ munditię oportet esse pedes mundos, nam cęteris partibus mundis existentibus adhuc pedes possunt esse immundi, ita Christus dixit Ioã. 13. c. qui mundus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, vt autẽ pedes sint mundi oportet eos calciatos esse, nam quandiu nudi sunt super terram puluere, aut alia contagione inficiuntur, & signatur per imperfectionem pedum minima infectio, quæ est venialium peccatorum, & vt innuatur, quòd etiam ab his mundus esse debet, qui Eucharistiam sumit, dicitur quòd qui manducat Agnum debet calciamenta in pedibus habere.

De 15. cæremonia, scilicet quare cum azymis Agnum comedebant. Quæst. XXXVII.

QVINTADECIMA cæremonia est, quòd manducarent Agnum cum azymis Exo. 12. c. vocãtur autem azyma panes sine fermento facti. Et hoc fiebat, quia Deus iussit, quòd antequam immolaretur Agnus fierent panes azymi, & tolleretur omne D fermentatum de domibus, & ideo non possent comedere, nisi cum azymis, quia nullus alius panis tunc esset in domibus eorum.

Causa autem quare volebat, ꝙ cũ azymis comederetur erat, quia statim azyma secutura erant, nam post exitum de Aegypto non habuerunt Israelitę, quid comederẽt nisi azyma, quia occisis primogenitis media nocte surrexit Pharao, & Aegyptij clamauerunt, vt dimitterentur Israelitę, & compulsit sunt statim ire ne morerentur omnes Aegyptij, sicut ipsi putabam si statim non recederent Israelitę Exo. 12. c. & ideo non fuit eis locus fermentandi massas quas habebant, & sic nõ fermentatas tulerunt, & ideo comederunt per aliquot dies azyma, quousque Deus pro- E uidit eis de cibo in deserto.

Secunda causa fuit ad ostendendum afflictionem exitus, nam Israelitę, licet excundo de Aegypto liberarentur de seruiture, & multis incommodis, tamen cum angustia, & timore, & difficultatibus exierunt, quia Pharao, & Aegyptij compulerũt eos cito exire, & timebant, quòd occiderent eos nisi cito exirent, cum propter ipsos Deus afflixisset Aegyptios, & in exitu superuenit eis tribulatio, quando Pharao, & omnes Aegyptij irruerunt super eos existentes, apud Mare Rubrum, & voluerunt illos occidere, & iam flebant Israelitę murmurantes contra Moysen, ꝙ potius voluissent mori in Aegypto, quam in illa solitudine Exod. 14. c. in memoriã, ergo harũ afflictionũ postq̃ prætęritę essent, & nũc in prænostificatione

ante-

antequam venirent fuit conueniens, ꝙ azymos panes comederent cũ Agno, qui erant panes afflictionis Deu.16.c.ſ. ſeptem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem, quoniã in pauore egreſſus es de Aegypto. Cum vero egreſſi ſunt Iſraelitę omnibus temporibus quibus faciebant Phaſe comedebant azyma, & hoc ad memoriam præteritarum rerum, ſ. ꝙ in Aegypto azyma comediſſent, quando exierunt, & comederũt Agnum. Secundo, vt recordarentur malorum, quæ paſſi ſunt in exitu de Aęgypto, & præcipue timoris magni Deu.16.ſ. ſeptem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egreſſus es de Aegypto, vt memineris diei egreſſionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ. Sciendum etiam, ꝙ iſta cæremonia azymorum erat præcipua inter omnes cæremonias Agni, quia præter azyma, quæ comedebantur cum Agno die Phaſe, adhuc erat feſtum azymorum per ſeptem dies, in quibus comedebantur azyma Exo.12. & de cauſa huius infra dicetur.

Conuenit autem hoc ad Chriſtũ, quia qui manducant Corpus Domini debẽt cũ azymis ſumere, nam azymum ſine fermento dr̃, fermentũ aũt conuertit, & alterat maſſam, ſi diu relinquatur conuertet eam ad corruptionem, ita dr̃ 1.Corin.5.c. modicum fermentum totam maſſam corrumpit, azymum ergo eſt incorruptum, & ſignat puritatẽ vitæ, tales, aut eſſe debẽt, q̃ Chriſtum ſumunt, ſ. in vita pura, & immaculata, ſic dicit Apoſtolus 1.Corin.5.c. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur non in fermento veteris malitię, & nequitię, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis, & ita puritas vitæ eſt azymum, cũ quo Chriſtũ manducare debemus, vt digne manducemus, & hoc maximum eſt, quod ad Corpus Domini requiritur, ſ. vt cum vitæ puritate ſumatur.

Secũdo hoc fit, quia etiam ad confectionem Corporis Domini cõuenit, nã nos verũ Corpus Domini ſub panis figura ſumimus, & ſic ille inſtituit ſumi, quia ſic ſe diſcipulis tradidit, & ipſe in pane azymo confecit, quia azymum panem manducabat. Eccleſia quoque ad imitationem eius conſecrat in azymis, quæ azyma per illa azyma Aegypti, quæ cum Agno paſchali comedebantur, præſignata ſunt.

De 16. cæremonia, ſcilicet quare Agnus cum lactucis agreſtibus comedebatur, & quare poſt exitum de Aegypto fuit ſeruata hæc eadem cæremonia.
Quæſt. XXXVIII.

SEXTADECIMA cæremonia erat, ꝙ comederetur Agnus cum lactucis agreſtibus Exo.12. & Nu.9.c. De iſta cæremonia dicendum, ꝙ ſeruata fuit in prima celebratione in Aegypto, quia ita illud iuſſit Deus Exo.12.c. & omnia, quæ ibi mandata ſunt completa fuerunt illa prima vice, licet quædam illorum non fuerint poſtea obſeruata. De celebrationibus poſtea factis, ꝙ poſtea fuerint ibi ſeruata patet Nu.9.c. nã ibi agitur de celebratione Phaſe in monte Synai facti anno ſecundo in exitu de Aegypto, & dr̃ cum azymis, & lactucis agreſtibus comedent illud. Cauſa aũt huius videtur eſſe, vt aliquod cõdimẽtum Deus daret illi cibo, quia cibis apponimus condimenta, & herbę iſtę quas lactucas dicimus erãt condimẽtũ pro carnibus his. Secũdo fiebat hoc ad cito comedendum, & non capiendum magnam voluptatem in eo, cum .n. quis in aliquo cibo voluptatem magnam capit immoratur valde in eo. Deus autem volebat, quòd Phaſe feſtinanter comederetur ab Iſraelitis, quia ita expreſſe iuſſerat, ideo non debuit dare aliqua irritantia appetitũ, & voluptuoſa, ſed potius amara aliqua, aut inſipida, in quibus apperitus nõ intenderet, & ſic cito comederent, talia ſunt hæc, i. lactucæ agreſtes, quæ amaritudinẽ habẽt cũ agreſtes, ſint, ideo illas ſumi Deus voluit in partem cibi, vel in condimentum cum cibo. Tertio ad oſtendendum amaritudinem, & anguſtiam animi, q̃ haberent Iſraelitę in exitu, nam Aegyptij vrgerent eos, & ipſi timerent ſibi mortem inferri in vindictã primogenitorũ occiſorũ, & iõ pauor magnus tenebat eos in exitu, & tenuit eos poſt exitũ, qñ Aegyptij inſecuti ſunt eos vſque ad Mare Rubrum Exo.12.& 14.c.& iõ ſicut ad ſignandũ pauorem illum iuſſit Deus, ꝙ comederetur Agnus cum azymis Deu.16.c.ſ. ſeptẽ diebus comedes abſque fermẽto afflictionis panem, qm̃ in pauore egreſſus es de Aegypto, vt memineris diei egreſſionis tuæ omnibus diebus vitę tuæ, ſic ad oſtendendum amaritudinem animi iuberet comedi lactucas agreſtes. Poſt exitum vero de Aegypto comedebantur agreſtes lactucę cũ Agno generaliter ad ſignandum, quod factum fuerat in Aegypto, i. quia ibi comeſtę ſunt, poſtea quoque comederentur. Secundo, quia ſicut in Aegypto ad præſignandam futuram, & imminentem amaritudinem ſibi in exitu comederũt lactucas, ita & in poſterum lactucas comederent, vt omnibus diebus vitę ſuæ recordarentur quãtam habuerint amaritudinem in exitu de Aegypto. Sed dicet aliquis an totæ lactucæ comedebãtur, ſicut, & totus Agnus, vt nihil de eo maneret, & ſi maneret cremaretur Exo.12.c. Dicendum, quòd duo adhibebantur cæremonialiter in eſu Agni, ſ. lactucæ agreſtes, & azyma, & tamen in his non obſeruabatur, quod in Agno, ſcilicet, ꝙ totus Agnus comederetur.

Primo, quia circa cæremonialia non licebat Iudæis aliquid adiungere, quod poſitũ non eſſet, & tamen Deus non impoſuerat, quòd tota azyma, aut totas lactucas comederent, ergo non poterant ipſi ſibi velut neceſſarium hoc imponere Deu.12.c.

Secũdo, & præcipue, quia nõ erat ſimile de Agno, & de azymis, vel lactucis, nam Agnus erat res aliqua vna determinatę magnitudinis, ideo poterat de illo dici, quòd totus comederetur: lactucę, vero, & azyma non fuerunt reducta ad certam magnitudinem, quia non impoſitum eſt, quantum de azymis, aut de lactucis ſumerent, ideo nõ poterat ibi teneri regula, quòd tota azyma, aut totas lactucas comederent.

Tertio, quia etiam ſi ſeruari poſſet cæremonia iſta in lactucis, & azymis, ſicut in Agno paſchali, non erat tamen conueniens fieri eandem, aut æqualem obſeruationem, & ratio eſt, quia Agnus pertinebat per ſe ad hanc cæremoniam, lactucæ vero, & azyma per quandam adhærẽtiam, nam de Agno paſchali ſumebatur ſanguis ad aſpergendum portas domorum, & iſta fuit præcipua cauſa huius cæremoniæ, de lactucis vero, & azymis nihil ſumebatur, ſed erant quædam conditio, vel adiunctum ad comedendum Agnum, ideo aliquid magis in Agno, quam in illis obſeruandum erat.

Quarto, quia Agnus directe ſignabat Chriſtum paſſurum, & a nobis ſumendũ ſacramẽtaliter, azyma vero, & lactucę ſignant aliquid ex parte ſumentium, ideſt conditionem quandam eorum, ideſt totalitas debet attendi ex parte Chriſti, qui ſumatur, quia perfectam fidem de ipſius deitate, & humanitate habemus, circa nos autem non eſt aliqua totalitas, quæ deſignari debeat per lactucas, & azyma, ideo non oportet comedi tota azyma, aut lactucas, ſicut totas carnes Agni. Conſequenter igitur ſi de azymis appoſitis, aut lactucis in menſa in comeſtione Agni paſchalis ſupereſſet aliquid, non oportebat illud cremari ne maneret in ſequenti, immo non licębat cremari velut in cæremo-

cæremoniam neceſſariam, aut conuenientem, ſicut fiebat de carnibus agni. Et ratio eſt, quia Deus inſſerat ne quid fieret vltra id quod ipſe mandauerat Deu.12.c. ſed hoc non mandauerat, & ideo dicendũ ꝙ lactucæ, vel azyma ſuperflua, vel reſidua tunc poterant comedi tunc, vel quocunque die, aut relinqui incomeſta, & etiam ſi beſtiæ comederent illa, non erat illicitum: ſecus de agno, cuius carnes totę comedendę erant ipſa die, in ſequenti autẽ nihil poſſet de eis manducari, ſed totæ cremandæ eſſent, quæ ſupereſſent. Cauſa dr̃iæ eſt, quia agnus paſchalis erat ſacrificium Leu.9.c. ideo tenebatur in eo conditio aliorum ſacrificiorum. ſ. quia ſi illorum carnes non comederentur eodem die, vel ad plus ſequenti cremarentur Leu.7. & 19.c. ſed lactucæ, & azyma non erant ſacrificiũ, iõ non erat in eis ſeruanda iſta cæremonia crematiõnis. Secundo, quia agnus erat res valde ſacra. nam ſanguis eius fundebaṫ in loco ſacro, & quod plus erat, adeps eius cremabatur in altari Exod.23.& 34.c. & ideo totus agnus efficiebatur res ſacra, vnde non licebat illũ manducari, niſi a mundis, & certo tpe, & quod ſupereſſet cremandum erat, lactucæ autem & azyma non erant ſic res ſacræ, quia nihil de eis applicabatur dño, ſed comedebãtur ab hoĩbus, ideo non oportebat cremari reſidua, quę erat cęremonia rerum ſacrarum.

Conueniebant autem iſtę lactucę ad ſignificationem Chriſti, quia amaritudinem deſignant, & in ſumptione Euchariſtiæ hoc valde conuenit, quia ſumẽtes Euchariſtiam mundi eſſe debemus, quod ſignãt azyma ſinceritatis, & veritatis, cum quibus Chriſtum Paſcha noſtrum epulamur. 1.Cor.5.c. ſed munditiã iſtã nemo ſemper ex infirmitate humana ſeruare poteſt aut ſaltem ſeruat, quia nemo eſt qui bonum agat, & non peccet, vt dixit Salomon.3.Reg.8.c. ideo perditã munditiam per cordis amaritudinem recuperare debemus, cum peccata, & maculas noſtras amaris compunctionis noſtræ fletibus diluimus. lactucæ ergo ad agnum paſchalem valde neceſſariæ ſunt.

De 17. cæremonia ſ. quare agnus feſtinanter comedebatur.
Quæſt. XXXIX.

DECIMASEPTIMA cæremonia eſt, ꝙ comedetur feſtinanter Exo.12.c.

Seruata fuit autem iſta cæremonia in Aegypto, qa ita Deus illam impoſuit, & hoc quia vere feſtinatio quędam imminebant Iudæi ad exitum, nam media nocte occiſis omnibus primogenitis Aegyptiorum in hoĩbus, & iumentis ſurrexerunt Aegyptii clamantes ꝙ illicò recederent Iſraelitæ, putantes ꝙ ſi aliquãdiu manerent, non ſolum primogeniti, ſed etiam cæteri homines, & armenta omnia perirent Exod.12.c.& iõ nullam moram facere ſinebant Iſraelitis, ſed ꝙ ſtatim exirent: Iſraelitæ autem timebant, ꝙ ſi cito nõ exirent iubentibus Aegyptiis ꝙ occiderent eos, tum pp̃ vindictam primogenitorum mortuorum, tum propter timorem quem habebant, ꝙ ipſi quoque perirent, & ad hoc Iſraelitæ cauſam præſtarent nolendo feſtinanter exire, ideo incidit pauor mortis Iſraelitis in exitu de Aegypto Deu.16.c. in pauore egreſſus es de Aegypto, & ob hoc non potuerunt mulieres fermentare maſſas, ſed portauerunt eas azymas, & poterant ſic obliuiſci rerum ſibi neceſſariarum ad exitum: hunc modũ feſtinationis non poterant præcogitare Iſraelitæ, nam cum ante hoc nunquam voluiſſent Aegyptii eos dimittere etiam multis plagis afflicti, nõ erat veriſimile, ꝙ eos compellerent ad recedendum feſtinanter, & ſic Iſraelitæ non ſe pararent, quaſi ſupereſſet eis locus ſe diſponendi quando Aegyptii darent eis licentiam recedendi, ſed non erat eis ſic futurum, ideo licet Deus non prædixerit eis totum iſtum modum feſtinationis prænunciauit, quod feſtinanter egreſſuri eſſent, ideo per omnes cęremonias manducationis agni oſtendit eis ſummam feſtinãtiam, quaſi ſtatim poſt agni manducationem receſſuri eſſent, vnde non oportebat aliud aperiri, ſed notum eſſe debebat Iudæis, quòd ante manducationem agni deberẽt facere omnes diſpoſitiones neceſſarias ad recedendum. Sed ipſi fuerunt tardi, & obliuioſi, nam non diſpoſuerunt omnia, ideo neque maſſas fermentatas habuerunt ad tollendum ſecum, ſed azymas portauerunt Exod.12.cap. Et ideo ſuper omnia ſigna feſtinãtiæ, quæ oſtenderat, vt in calceis, & baculis, & lumborum præcinctione, addidit adhuc quòd comederent feſtinanter, quaſi nondum completa manducatione forte exituri eſſent. Iſtud tamen ad hyperbolem pertinebat. quia certum eſt, quòd ante mãducarent, quã recederent, ſed vt ſecundum omnia diſpoſiti eſſent impoſuit eis iſtam magnam feſtinantiam.

Conueniebat etiam hoc ad Chriſtum quantum ad ſumptionem corporis eius, quia (vt aliqui volunt) feſtinanter corpus Domini eſt ſumendum, ne immorantibus nobis incidat aliqua turpis, aut vana cogitatio, quæ coram Creatore noſtro nos reos faciat, nã grauius delinquimus, ſi in præſentia tantæ rei aliquid turpe mentem noſtram inuaſerit, atque peruerterit.

De 18. cæremonia ſquare omnes Iudæi, & circunciſi de agno comedebant, & an gentilibus conuerſis eſſet hoc licitum, & quo tempore gentiles cæperunt conuerti ad Deum.
Quæſt. XL.

DECIMAOCTAVA cęremonia eſt, quòd omnes Iſraelitæ comederent Agnum Paſchalem, & omnes conuerſi ad Iudaiſmum Exo.12.c. omnis cętus filiorum Iſrael faciet illud, & ibi etiam ponitur de alienigenis, quòd circunciderentur, & manducarent Phaſe. Sed conſiderandum circa primam celebrationem factam in Aegypto, qui fecerint eam, & dicendum, quòd ſoli filij Iſrael illam fecerunt. Et patet primo, quia Exo.12.c. dicitur fecerunt omnes filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi, & Aaron, ſcilicet celebrauerunt Phaſe.

Secundo apparet, quia tunc non erant conuerſi aliqui ad ritum Iudaicum, ideo non erant aliqui alienigenæ, qui facerent Phaſe.

Et cauſa huius erat prima, quia Iſraelitę nondum habebant aliquam legem, aut ritum colendi Deum, ideo nemo eſt, qui poſſet conuerti ad ſtatum illorum acceperunt autem legem poſtea in deſerto Synai, & modum viuendi diſtinctum a cæteris populis, ideo poſtea poterant conuerti aliqui de gentilibus ad ſtatum eorum, ſed non prius.

Secundo, quia nunc Iſraelitę erant ſerui in Aegypto, & premebantur dura ſeruitute in luto, & latere Exo.1.c. ideo nullus vellet accedere ad conuerſationem gentis illius, vt eſſet de illo populo, ne ſic opprimeretur, ſicut illi, poſtea vero cum liberati fuerunt de Aegypto, & manſerunt in Terra Chanaan erant in libertate, ideo poterant aliquæ gentes conuerti ad eorum ritum.

Tertio, quia quandiu manebant Iſraelitę in Aegypto nondum apparuerat aliqua cauſa quare aliquis, qui non eſſet de gente illa conuerti vellet ad ſtatum illius gentis, quia apud gẽtiles erat conſuetum, quòd non mutaret aliquis Deum ſuum, ſicut colligitur Iere.2.c. & hoc Deus improperat ibi Iſraelitis, quorum aliqui relicto Deo ſuo tranſibant ad idola gentium, ideo nullus gentilium vellet tranſire ad cultum

Dei

Dei Iſrael, & ritum Iudæorum quousque aliquid videret quare hoc faceret, ſed antequam Iſraelitę exirent de Aegypto, ſcilicet pauloante nondum fecerat Deus aliqua magna, & manifeſta pro Iſraelitis, pro quibus gentes admirarentur, & conuerti vellent ad Deum Iſrael, ergo non erant adhuc aliqui conuerſi, poſt exitum vero de Aegypto, & in ipſo exitu fecit Deus magnalia pro Iſraelitis, quæ cognita fuerunt fortaſſis in toto mundo, ideo poterant multi conuerti ad ritum Iudaicum.

Et apparet hoc, quia in exitu de Aegypto percuſſit Aegyptios decem plagis magnis Exo.7. vſque 11.c.& præcipue plaga vltima,& maxima, quæ fuit primogenitorum Exod.11.& 12.deinde aperuit Mare Rubrũ, vt tranſirent Iſraelitę, & perirent ibi omnes Aegyptij Exo.14.quæ fuit res admirandiſſima, poſta populum in deſerto quadraginta annis pauit cęleſti cibo, ideſt manna Exo.16.& Deu.8. ſępe eis aquam de petra dedit, cum perituri eſſent ſiti Exo.17.& Nu.20. carnes quoque petentibus innumerabiles attulit coturnices Exo.16.& Nu.11.c.& in introitu quoque in Terram Chanaan ſiccauit Iordanem,& aquã ſuperiorem ſtare fecit,quaſi murum,eleuabaturque, & intumeſcebat,vt de longinquo videretur, manſitque immobilis quousque tranſirent omnes filij Iſrael Ioſue. 3.c. & quandiu in deſerto per quadraginta annos fuerunt,præcedebat eos Deus per noctem, & diem, per diem quidem in columna nubis, per noctem vero in collunna ignis,& vbi ſtaret colũna illa, ſiue per noctẽ, ſiue per diem tota multitudo Iſrael firmabatur Exo. 14.& 40.& Nu.9.c. poſtquam etiam introierunt in Terrã Chanaan tradidit Deus magnos reges in manus eorum,& fecit toti ſęculo rem ſtupendam, ſcilicet, quòd petente Ioſue fecit ſtare Solem immobilem, quaſi per diem integrum, vt Ioſue ſe vindicaret de hoſtibus ſuis, Ioſue 10 c.miſit quoque lapides magnos grandinis de cęlo eadem die, qui plures occiderunt,quã fuerunt illi, qui perierãt gladio Iudæorum. e.c.ſimile quoque fecit poſtea tẽpore regis Ezechiæ, nam Solem redire fecit per decem gradus retrorſum in horologio Achaz, ideſt per decem lineas 4.Re.20. & Eſa.38.c.ideo per talia manifeſtabat ſe Deus Iſrael magnum ſuper omnes Deos,& poterant gentes conuerti ad eum. Et ita factum eſt, quòd gentiles audiebant iſta, & admirabantur, & timebant, nam tranſitum mirabilem Maris Rubri audierunt omnes gentiles,qui erant circa Aegyptum, & ſtatim timuerunt, vt dixit Moyſes in cantico Exo.15.c.ſcilicet aſcenderũt populi, & irati ſunt, & dolores obtinuerũt habitatores Philiſtin.tunc conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor,obriguerunt omnes habitatores Chanaan. audierunt etiam quomodo Deus præcederet Iſraelitas per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis Nu.14.c.ſcilicet, vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxiſti populum,& habitatores terrę huius, qui audierũt,quòd tu Domine in populo iſto iis, & facie ad faciem videaris, & nubes tua protegat illos,& in columna nubis præcedas eos per diem, & in colũna ignis per noctẽ, quòd occideris tantam multitudinem, quaſi vnum hominem dicent, non poterat introducere populũ in terrã pro qua iurauerat, ideo occidit eos in ſolitudine. Etiam rex Moab audiens ea, quæ Deus faciebat pro Iſraelitis timuit eos Nu.22.c. ſcilicet videns Balach filius Sephor omnia, q̃ fecerat Iſrael Amorrhęo, & quod pertimuiſſent eum Moabitę, & impetum eius ferre nõ poſſent, dixit ad maiores natu Madiam, ita delebit populus iſte omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere. Timuerunt quoque omnes Chananęi vltra Iordanem ad Occidentem, quando audierunt, quòd Iſraelitę tranſiſſent Mare Rubrum Ioſue. 2.c. ſic dixit Raab ad exploratores, noui quòd tradiderit Dominus vobis terram, etenim irruit in nos terror, & elanguerunt omnes habitatores terrę, audiuimus, quòd ſiccaſſet Dominus aquas Maris Rubri ad introitum veſtrum,quando egreſſi eſtis de Aegypto, & quæ fecerit duobus regibus Amorrhęorum, qui erant trans Iordanẽ Sehon, & Og, quos interfeciſtis, & hæc audiẽtes pertimuimus,& elanguit cor noſtrũ, neque remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrũ. Et maxime audierunt Chananei omnes diuiſionem, & ſiccationem Iordanis, & quomodo tranſierit populos, & tunc maxime timuerunt Ioſue 5.c.ſcilicet poſtquam ergo audierũt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam,& cuncti reges Chananęorum, qui propinqua poſſidebant Mari Magno loca,quòd ſiccaſſet Dominus fluenta Iordanis coram filijs Iſrael donec tranſirent,diſſolutum eſt cor eorum,& non remanſit in eis ſpiritus timentium introitum filiorum Iſrael. ſtationem autem Solis, & caſum lapidum magnorũ grandinis de cęlo nõ tam audierunt, quam paſſi ſunt Ioſue 10.c. Et ideo extremus timor inuaſerat eos, ita vt fierẽt immobiles,ſicut orauerat, vel prædixt Moyſes in cantico Exo.15.c.ſcilicet irruat ſuper eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui,fiant immobiles,quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus. Et cum iſti viderẽt magnalia hæc conuertebantur aliqui ad Deum Iſrael, patet, q̃a cum in Aegypto incepiſſet facere miracula aliqua inferẽdo plagas, conuerſi ſunt multiad Deum Iſrael,& ideo voluerunt adhęrere populo Iſraelitarum, vt cum eis exirent de Aegypto ad loca, ad quæ illi ibant, ſic patet Exo.12.c.ſcilicet profectique ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Sochot ſexcenta fere millia peditum virorum abſque paruulis, & mulieribus,ſed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, & Nu.11.c.dicitur, vulgus quippe promiſcuum,quod aſcenderat cum eis flagrauit deſiderio ſedens, & flens ſibi iunctis pariter filijs Iſrael. Etiam auditis mirabilib. iſtis conuerſa eſt Raab Ierichõtina Chananęa cognoſcens Deum Iſrael Ioſue 2. c.ſcilicet noui, quòd tradiderit vobis Dominus terram, & ſequitur. Dominus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in cęlo ſurſum, & in terra deorſum.

Sed dicendum, quòd hoc tempore pauci conuertebantur ad Deum Iſrael, & cauſa eſt, quia Iſraelitę non recipiebant conuerſionem eorum, multi quippe de Chananæis tum timore tum agnitione veritatis, ſcilicet quia videbant magnalia, quæ faciebat Deus Iſrael conuerterentur ad ritum Iudaicum, ſed Iudæi non recipiebant eos,ſed occidebant vniuerſos,dicentes, quòd non poterant pacem cum eis habere. Sic patet de Gabaonitis habitantibus in quinque ciuitatibus,qui fingẽtes ſe eſſe de longe, & laudando Deum Iſrael fecerunt cum eis pacem Ioſue 9.c.& cum cognitum fuit eos eſſe de Terra Chananęorum, indignati ſunt valde Iſraelitę volentes illos occidere, vt patet e.c.& hoc faciebãt, quia Deus vetuerat eis facere pacem cũ habitatoribus regionum ipſarum, quas eis tradere promiſerat Deute.20.c.ſi de his aũt ciuitatibus, quæ tibi dabuntur nullum omnino permittes viuere, ſed interficies in ore gladij, Hethęum, ſ. & Amorrhęum, Chananęum.Pherezęum,Heuęum, & Iebuſęũ, & iſta eſt cauſa quare cũ in Aegypto viſis quibuſdã miraculis vulgus promiſcuũ innumerabile conuerſum eſt Exo.12.c.& poſtea in quadraginta annis,& trãſitu Iordanis,& acq̃ſitione Terrę Chanaã nõ legimus cõuerſos aliquos, niſi Raab,& tuã cognationẽ Ioſue 6.c.& poſtea p dolũ conuerſi ſunt Gabaonitæ

nitę Ioſue 9.c. Si.n. libere permitteretur Chananęis tranſire ad ritũ Iudaicũ, fere tota Terra Chanaã tranſiſſet ad hũc ritũ,& ita apparet,quod ſupra dicebatur, ſ.q̃ non conuertebantur hoc tempore alienigenę, qui celebrare poſſent Phaſe. Quarto patet,quia Deus innuit, q̃ nulli conuerſi ad Iudaiſmum celebrauerũt primum Phaſe, quia ad celebrãdum requirebatur, q̃ circumciderentur, & innuit, q̃ non celebrarent tunc, quaſi nondum cõuerſi, ſed in poſterum celebraturi eſſent Exo.12.c.ſ.ſiquis peregrinorũ in veſtrã voluerit tranſire coloniam circumcidetur, & ſic comedet, innuit ergo Deus, q̃ neque dum erant circunciſi, neque etiam comederunt.

Sed obiicietur, q̃ celebrauerint in Aegypto etiam conuerſi Phaſe.quia erat innumerabile vulgus, quod aſcendit cum eis de Aegypto Exo.12.c.

Dicẽdũ, q̃ nulli conuerſi celebrauerunt Phaſe tũc, ſed ſoli Iudæi, & patet, quia tunc Iſraelitæ non diuulgauerunt hoc decretum celebrationis Aegyptijs, ſed inter ſe,iõ alij non acciperent iſtam cæremoniam:Secũdo,& pręcipue, quia ad celebrandum Phaſe oportebat, q̃ prius circumciderentur gentiles, qui vellent accipere hanc cæremoniam, & oẽs de domo eorum, & tunc poſſent comedere Exo.12.& tñ ad hoc non erat tempus in Aegypto, quia nullus ſe circumcideret in tam pauco tempore ad hoc, q̃ comederet Phaſe. Nam iſta lex de celebrãdo Phaſe fuit dicta poſt principium menſis primi.e.c. nam dñs dixit Dominus ad Moyſen,& Aaron in terra Aegypti, menſis iſte vobis principium menſium primus erit in menſibus anni, & ſequitur,loquimini ad vniuerſum cætum filiorum Iſrael, & dicite eis, decima die menſis huius tollat vnuſquiſque Agnum. Et ſic iam cęperat menſis, cũ dicatur,decima die menſis, & ſic forte inter iſtam locutionem Dei,& inchoationem cæremonię nõ erãt, niſi duo,vel tres dies, in quibus non poſſet veriſimiliter prænũciari hoc gentilibus,ad hoc,q̃ circũciderentur ipſi, & comederẽt Phaſe, iõ nulli de eis comederunt Phaſe. Tertio patet,quia neque Deus hoc vellet, quia ſi Aegyptij innumerabiles, qui aſcenderunt de Aegypto cũ Iſraelitis circũciſi eſſent, & mãducaſſent Phaſe, nõ intraret angelus percutiens in domos ipſorum,quia vbi erat ſanguis in poſtibus,& ſuperliminari non intrabat percuſſor, ſed tranſibat Exo.12.c.& tñ in domos omniũ Aegyptorum introiuit angelus. e.c.cũ dicatur, ortus eſt magnus clamor in Aegypto, nec.n. erat domus in qua non iaceret mortuus, ergo non comederũt Aegyptii aliqui Phaſe. Quarto, quia non eſt credendum, q̃ Aegyptij quandiu manebant Iſraelitę in Aegypto,auderent circuncidi, & tranſire ad illorum cultum, quia ſi tranſirent in illorum cultum,forte occideret eos Pharao, vel ſubijceret ſeruituti,ſicut ſeruire cogebat Iſraelitas,& iõ manet,quod ſupra dicebatur ſ. q̃ in Aegypto ſoli Iſraelitę celebrauerũt primum Phaſe. Aliud Phaſe fuit in monte Synai anno ſecundo ab exitu de Aegypto Nume.9.c.& hoc fecerunt Iſraelitę,& conuerſi ad Iudaiſmum, nã erant tunc aliqui conuerſi,ſi illi,qui exierant de Aegypto, & erat vulgus innumerabile Exod.12.c.& iſti cũ Iſraelitis celebrarent Phaſe, quia ad eaſdem cęremonias tenebantur. Sed aliquis dicet, q̃ non celebrauerunt iſti aliquod Phaſe, non primum, quia nondum circunciſi erant, quando manebant in Aegypto ad hoc,quòd poſſent Phaſe celebrare,ſed ſolum cum viderunt Iſraelitas exire de Aegypto exierunt cum eis propter mirabilia, quæ viderant facientem Deum Iſrael,& forte propter deſiderium vitę politicę melioris, nam populus gaudet mutare dominos, fortaſſis, enim premebantur a Pharaone tributis multis, ſicut patet Gene.47.c. vbi tota Aegyptus impendit regi quintam partem omnium fructuũ terrę, & ſibi quatuor reſeruauit, & forte vltra hoc adhuc rex ille præmeret populum, & vellent multi de Aegypto exire cum illo populo nouo Iſraelitarum, quaſi melius cum eis viuerent, & ita non potuerunt prius celebrare Phaſe,quia nondum eſſent diſpoſiti.

Secundo,aũt Phaſe non celebrarent, quia dñt illos eſſe tunc mortuos, nam conuerſi ad Iudaiſmum de Aegyptijs mortui ſunt in Sepulchris Concupiſcentię Nume.11.c.ſ.vulgus quippe promiſcuum,quod aſcẽderat cũ eis flagrauit deſiderio, ſedens, & flens iũctis ſibi pariter filijs Iſrael,& omnes iſti,qui concupiuerũt carnes mortui ſunt.e.c.ſ. ecce furor Domini concitatus in populũ percuſſit eũ plaga magna, vocatuſque eſt locus ille Sepulchra Concupiſcentię, ibi.n.ſepelierunt populum, qui deſiderabat carnes, & tñ totus ille populus Aegyptiorum aſcendẽtium deſiderauit carnes,ergo occubuit, & non potuit celebrare Phaſe.

Dicendũ, q̃ celebrauerunt iſtud ſecundũ Phaſe conuerſi de Aegyptijs, nam non erant adhuc mortui. Et patet, quia Phaſe celebratum eſt Nu.11.iõ poſtea fuit mors. Secundo celebratio Phaſe fuit in monte Synai die quartadecima menſis primi anni ſecundi ab exitu de Aegypto Nu.9.& die viceſimo menſis ſecundi anni eiuſdem receſſerunt Iſraelitę de monte Synai, vbi celebrauerant Paſcha Nu.10.& venerunt in deſertum Pharaan.e.c. & poſuerunt caſtra in loco, qui vocatus fuit poſtea Sepulchra Concupiſcentiæ Nu.33.c.& ibi mortui ſunt conuerſi de Aegyptijs Nu.11.c.ergo prius celebratum eſt Paſcha, quam iſti morerentur, & ita illud potuerunt celebrare, immo de facto celebrauerunt,quia obligabantur. Niſi forte dicatur, q̃ erant impediti propter aliquam immunditiã,aut aliam cauſam,vt non celebrarent. Dicendum, q̃ non ſtat,quia in illa ſecunda celebratione Phaſe nõ fuerunt inuenti aliqui, qui impedirentur celebrare Phaſe, niſi illi, qui immundi erant, quia contigerat morticinum, i. cadauer humanum Nu.9.c. ideo non erant impediti conuerſi de Aegyptijs. Secundo,quia dato, q̃ impedirentur celebrare Phaſe menſe primo, tenebantur celebrare menſe ſecundo die quartadecima.e.c.ideo tunc ſaltem celebrarent. verũ eſt, ergo quòd in ſecundo Phaſe in deſerto tam Iſraelitę, quã conuerſi de Aegyptijs celebrauerunt Phaſe.

Poſt hæc vero in omnibus quadraginta annis quibus manſerunt Iſraelitę in deſerto non fuit celebratũ Phaſe, neque aliquæ cæremonię legales factę ſunt, immo,neque Iſraelitę circunciſi fuerunt, ſed poſt introitum in Terram Chanaan tranſito Iordane Ioſue illos circũcidit Ioſue 5.c. & tñ, qui circunciſus non erat, non poterat celebrare Phaſe, ſed poſtquam ſedentũ in Terra Chanaan,& fixerũt tabernaculũ Domini in Silo. Ioſue 18.c. obſeruauerũt omnes cęremonias legis tam Iſraelitę, quam conuerſi quicunque eſſent, & ita omnes celebrabant Phaſe temporibus ſuis.

Conſiderandum eſt autem, quòd Iſraelitæ non ſolum celebrabant Phaſe, ſed etiam tenebantur illud celebrare tempore ſuo, ita, quòd ſi non celebrarent peirent,& hoc niſi eſſet quis impeditus,& ponuntur duo impedimenta,ſcilicet immunditia, & peregrinatio Num.9.c. ſcilicet, ſiquis autem mundus eſt, & in itinere non fuerit,& tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium non obtulit Domino tempore ſuo, peccatum ſuum ipſe portabit.

Cauſa autem quare tenebantur omnes Iſraelitę ad hoc erat iſta celebratio Phaſe in memoriam beneficij liberationis primogenitorũ de Aegypto ab angelo percutiente,& fuerat illud beneficiũ collatũ omnibus Iſraelitis, iõ tenebãtur omnes illi ad hoc recolendum

celebrare

celebrare quolibet anno Phase. Sed circa alienigenas, & gentiles considerandum est, ꝙ sicut Israelitę tenebātur necessario ad celebrandum Phase, ita, & gentiles repellebantur ad hac celebratione, ſ. ꝙ etiam si sponte cum Iudæis vellent seruare istas cæremonias Agni, non permitterent hoc Iudæi, sic dicitur Exo. 12. c. omnis alienigena non comedet ex eo Et hoc non solum intelligebatur de gentilibus, qui non erant subditi Iudæis, sed etiam si aliqui essent in potestate Hebræorum, vel morarentur inter eos, vt sunt mercenarij, qui manent in domibus eorū quorum mercedibus seruiunt non comedebant de Agno Paschali Exod. 12. c. ſ. aduena, & mercenarius non comedent ex eo, i. ex Agno. Alij aūt erant gentiles, qui cogebantur comedere, quia cogebantur circuncidi, scilicet serui empticij, quos emerent Iudæi de gentilibus, nā hos etiam inuitos circunciderent, & cogerent ad obseruationem Phase. Causa autem quare non licebat gentilib. comedere de Agno erat, quia erat Agnus sacrificium Nu. 9. c. & tamen gentilibus non solum comedere de sacrificijs, sed neque etiam offerre sacrificium aliquod concedebatur, & si offerre vellet gentilis aliqua animalia ad immolādū in sacrificiū nō recipiebāt ea sacerdotes Leui. 22. c. ſ. de manu alienigenę non offeretis panes Domino Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt omnia, iō non suscipietis ea: sed magis erat comedere de sacrificio, q̄ offerre illud, ergo nō concederetur gentilibus comedere de Agno Paschali. Et tū verū, ꝙ si gentiles vellent offerre pecuniam in Gazophilatiū Domini recipiebaī, vnde reges gentiles multa munera offerebant in Sanctuario Domini, i. pro illo, & non solum ad vtilitates reliquas Sanctuarij, sed ēt si vellēt gentiles dare pecuniā, vt ex ea emerentur sacrificabilia animalia, & offerrētur pro anima sua susciperetur illa pecunia, & fiebāt sacrificia de illa, sic patet 2. Macha. 3. c. de. Seleucho rege Asię, qui de reditibus suis præstabat oēs sumptus ad ministeriū sacrificiorū pertinentes. Sic ēt rex Artaxerses rex Persarum præstabat omnes expensas necessarias ad Templū. 1. Esdrę. 7. c. & Iudæi faciebant sacrificia pro his, sed non recipiebant de manibus eorū animalia ad immolandum, nec panē, aut aliquid, quod super altare ponendum, esset. Secundo non licebat comedere de Agno, quia Agnus immolabatur in loco Sanctuarij Deute. 16. c. Sic ergo offerentes Agnum intrabant in tēplum, sed gentilibus non licebat intrare in templū, & iō Deus arguebat valde sacērdotes, quia pro cupiditate introducebant gentiles in Templū Ezechi. 44. c. sufficiant vobis domus Israel scelera vestra, eo ꝙ inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluant domum meā. Et patet ēt Actu. 21. c. de Iudæis, qui accusauerūt Paulum, ꝙ introduxisset gētiles in tēplum, ſ. viri Israelitæ adiuuate, hic est homo, qui aduersus populum, & legem, & locum hunc omnes vbique docens, insuper, & gentiles induxit in Templū, & violauit sanctum locum istum, non igitur liceret gentilibus comedere de Agno, cum non liceret intrare in Templum.

Tertio, quia ista cæremonia Agni Paschalis fiebat in memoriam beneficij suscepti de liberatione primogenitorū in Aegypto, & tñ istud nullo modo pertinebat ad gentiles, ideo non debebant ipsi celebrare Phase.

Quarto, quia ad comedendum de Agno requirebatur, quòd esset homo circunciſus Exo. 12. capit. & tamen gentiles non erant circunciſi, ideo non licebat eis comedere de Phase eodē capitulo, ſcilicet quòd ſiquis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini circuncidetur prius F omne masculinū eius, & tūc rite celebrabit, eritque sicut indigena terrę.

An gentilis nolens circuncidi, & volens de Agno manducare mortaliter peccaret. Quæſt. XLI.

Sed quæretur ſi aliquis gentilis nollet circuncidi, & tamen vellet celebrare Phase, vel manducare de Agno immolato a Iudęis, an peccaret mortaliter. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia nō erat ſubditus legi Iudæorum, & iō in cæremonijs eorum non poterat præuaricari, & peccare.

Dicendum, ꝙ aut, qui talia faciebat putabat ſe faeere cōtra legem Iudæorum, aut non, ſi non crederet ſe agere cōtra legem illorū, vt pote, quia non erat ei denunciatū, non peccabat, ſi vero ſciebat ſe agere cōtra legem Iudæorū, aut credebat illā legem datam a Deo eorū, aut non, ſi nō crederet eſſe datam ab illo nō erat cauſa quare peccaret iſtud faciendo, quia nō putabat ſe præuaricari legem Dei, ſed humanam, cui non tenebatur, neque erat ſubiectus.

Si vero putabat illam legem datam eſſe a Deo Iudæorum, aut credebat illū eſſe verum Deum, qui ſolus, & vnus eſt, aut non, ſed putabat eum talem eſſe quales ſunt dij alij gentiū, ſ. dæmonia, quæ legem dare poſſunt, cum ſint rationabilia, & multas iniquitates adinuenire. Si enim illū putabat eſſe, vt Deum vnum gentilium, non peccabat inquantū agebat cōtra legē a Deo datam, quia non tenebatur illi, immo peſſimū erat talibus, vt dijs obedire. Si autem credebat illum eſſe Deum verum, & ſolum, qui creauit omnia, aliqui putant, quòd peccaret faciendo contra legem illius,

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia ad legem Dei veri non tenebantur gentiles, quia ipſe noluit eos obligare ad illam, ſed ſolos Iſraelitas, & conuertos ſponte ad eam, ideo non ſolum illi, qui non cognoſcebāt Deū Iſrael non tenebanī ad legem eius, ſed etiam illi, qui eum ſcirent eſſe verum Deū, non tenebantur ad legē eius ſeruandam, cum ipſe non impoſuiſſet eam illis tenendam.

Dicendum tñ ad hoc, ꝙ agere contra legem Dei poterat dupliciter accipi, vno modo nolendo facere, quod ille iubebat, aut abſtinere ab illo a quo ipſe abſtinere iubebat, & hoc, quia non placebant homini illę obſeruationes, & ideo nolebat ſe implicare illis, aut hoc faciebat ex contemptu. ſ. volens agere contra voluntatem Dei inſtituentis.

Si primo modo nullus gentilis in hoc peccaret, vt quia lex iubebat circuncidi, & obſeruare certa feſta, & ille nollet circuncidi, neque feſta illa obſeruare, aut ſacrificia facere, vel Deus iubebat abſtinere a carnibus animalium, quæ lex vocat immunda Leui. 11. & Deu. 14. & a contactu mortuorū Nu. 19. c. & ille nollet, ſed comedere hæc, & tangere mortuos, nam nō peccabat gentilis tunc contra legē, neque contra Deū, non contra legē, quia nō erat data ad obligandū ipſum, iō non faciebat cōtra illam, non ēr contra Deum, quia non contemnebat eum, ideo nullo modo peccabat.

Si ſecundo modo peccabat, quia illud agebatur ex contemptu, volendo determinate agere contra voluntatem Dei in quo ipſe offenditur, & non ex alia cauſa niſi ex ſuperbia, ideo quicunque taliter ageret grauiter peccaret, & ita, qui vellet ſic inuitis Iudæis manducare Phase cū eſſet incircuncius, quia contēnebat Deum inſtituentem legem, peccabat.

Ad rationem in contrariū dicendū, ꝙ nō peccabat agendo ꝫ illam, quaſi contra agere ſimpliciter eſſet peccatum, quia hoc non erat, niſi quātum ad ſubditos legi, peccabat tamen, qui ex ſuperbia cōtemnens legem agebat contra illam.

An

An conuerſi ad Iudaiſmum celebrarent Phaſe. Quæſt. XLII.

Quaeretur nunc de conuerſis ad Iudaiſmum de Gentilibus, an celebrarent Phaſe ſicut Iudæi.

Dicendum, quòd aut quæritur an poterant celebrare illud, aut an tenebātur ad celebrandū.

De primo dicendum, quòd licebat eis celebrare, quia ei qui circuncidebatur, licebat comedere Phaſe, Exodi 12. cap. ſcilicet, Seruus empticius circuncidetur, & ſic comedet: & iterum, ſiquis autem circuncius non fuerit, non veſcetur ex eo: ergo a contrario ſenſu ſiquis circunciderētur, ſtatim licebat ei manducare Phaſe.

Sed ſciendum, quòd ad hoc quòd Gentili alicui liceret manducare Phaſe, non ſolum ipſe circunciden dus erat, ſed omnes maſculos de domo ſua circuncidere debebat, & tunc manducaret. Si autem circuncidens ſeipſum, nollet alios circuncidere, non permittebatur manducare, eodem cap. ſcilicet, quòd ſiquis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniā, & facere Phaſe Domini, circuncidetur prius omne maſculinum eius, & ſic rite celebrabit.

De ſecundo dicunt aliqui, quòd non tenebantur conuerſi ad Iudaiſmum celebrare Phaſe, quamuis liceret eis celebrare, & hoc quia non inuenitur lex cōpellens, ſed ſolum licite concedens.

Dicendum, quòd conuerſi ad Iudaiſmum tenebātur ad celebrandum Phaſe, ſub tanta diſtrictione legis ſub quanta Iſraelitæ tenebantur, & patet Numeri 9. cap. cum dicitur de Iſraelitis, ſiquis autem mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populo ſuo, quia ſacrificium nō obtulit Domino tempore ſuo peccatum ſuum ipſe portabit. & ſequitur, peregrinus quoque, & aduena ſi fuerit apud vos, faciet Phaſe Domini iuxta cæremonias, & iuſtificationes eius: præceptum idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ: ergo ita obligabatur conuerſus, ſicut Iſraelita, & periret anima ſua ſi non faceret Phaſe, ſcilicet, eadem lex erit aduenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos: ergo eadem neceſſitas obſeruandi, ſicut eadem diſpoſitio cæremoniarum.

Sed dicetur, quomodo conuerſi ad Iudaiſmum tenebantur ad Phaſe, quia illud celebrabatur in memoriam beneficij ſuſcepti pro liberatione primogenitorum, Exo. 12. cap. & tamen ad Gentiles conuerſos nihil peruenit de hoc beneficio, quia ipſi non erant de progenie illorum primogenitorū, qui liberati ſunt, neque de progenie illius populi, cuius erāt primogeniti: ergo nulla cauſa erat in eis celebrandi Phaſe.

Dicendum, quòd tenebantur in memoriam illius beneficij facere Phaſe. Et pro hoc ſciendum, ꝙ pro liberatione primogenitorum duplex fiebat cęremonia. Vna quòd omnia primogenita tam in hominibus, quàm pecoribus offerrentur Domino, immolādo illa, vel redimendo, Exo. 13. & Num. 3. & 18. Alia erat quod fieret quolibet anno Phaſe immolando agnum, Exo. 12. cap. & vna cęremonia iſtarum fiebat inquantum in illa liberatione fuit ſpecialiter collatū beneficium primogenitis, quę liberata ſunt a morte, & hęc erat prima. alia fiebat a toto populo, inquantū iſtud beneficium redundauit in vtilitatem, & gaudiū totius populi, quia nullus erat cuius frater, aut pater, aut conſanguineus, vel amicus, aut pecora non morerentur, ſi fuiſſent percuſſa primogenita Iſrael, ſicut Aegyptiorum, ideo propter iſtud beneficiū, inquantū iſtā cōem, ſ. ad immolationē Phaſe, vt oſtenſum

A eſt ſupra, & quia quiliber cōuerſus ad Iudaiſmū erat pars huius populi, tenebat ꝙ beneficio collato huic populo facere memoriam, & ideo celebrare Phaſe.

Secundo, & præcipue, quia quiliber conuerſus ad Iudaiſmū acceptabat ſponte ſubijcere ſe legibus huius populi Iudęorū, & leges illius erant, ꝙ celebraret Phaſe ab oībus: & iſta eſt cauſa p̄cipua, qa aliàs oblatio, & redēptio primogenitorū non pertineret ad cōuerſos de Gentilitate, cū illud ſit in memoriā beneficij ſpecialiter præſtiti primogenitis Iſraelitarū, q liberati ſunt a morte in Aegypto, ad quos nō pertinebant cōuerſi, iō nō tenerent offerre, aut redimere primogenita ſua, ſed falſum eſt, iō oīa hęc faciebāt, qa q cōuertebaī ad Iudaiſmū, ſpecialiter ſe ſubijciebat legi- B bus illis, ideo tenebatur ad obſeruationem omnū.

De decimanona cæremonia, ſcilicet, quare alienigenis non permittebatur exercere cæremoniam Agni Paſchalis. Quæſt. XLIII.

Decimanona cęremonia erat, quòd nō permitteretur alienigenis, ideſt, non circunciſis exercere cæremoniam Agni Paſchalis, Exodi 12. cap.

Sed ſciendum circa hoc, quòd quidam Gentiles erant in poteſtate Iudæorum, & alij non. de illis qui erant in poteſtate Iudęorum, erat regula quod Iudęi compellere debebant eos ad circunciſionem, & tūc C cogerent ad obſeruationem Phaſe. Quantum ad illos vero qui nō erant in poteſtate Iudæorum, erat regula, quod ſi ipſi ſponte non circunciderentur, non permitterentur obſeruare Phaſe.

Dicebantur autem eſſe in poteſtate Iudęorū ſerui quos illi emebant, & ideo iſtos circuncidebant etiam inuitos, & ſic cogebant ſeruare Phaſe, Exodi 12. cap. Seruus empticius circūcidetur, & ſic comedet, ideſt, a Domino ſuo circuncidi cogetur, & non dicitur, ſi circuncidi voluerit, ſicut dicitur de peregrinis. ſiquis peregrinorum in veſtram voluerit trāſire coloniam.

Secundo, quia ſi ſerui nō circunciderentur etiam inuiti, non fieret differentia de illo ad quemcunque Gentilem, ſed diceretur, quòd ſi voluerit circuncidi comedat, ſed fecit differentiam inter ſeruos de Gen- D tilitate, & alios Gentiles, ergo ſerui cogebantur circuncidi, & alij circuncidebantur ſi vellent. Sed non intelliguntur ſub his mercenarij de Gentilibus, qui conditione mercedis locabant operas ſuas Iudęis, & viuebant in domibus eorum: nam iſti liberi erant, ideo non poterant Iudęi compellere eos ad circunciſionem, & ideo non manducabant Phaſe, Exodi 12. cap. ſcilicet, aduena, & mercenarius non comedent ex eo. De mercenarijs autem facta eſt ſpecialis mentio, non quòd non eſſet eis lex communis cum alijs gentilibus, ſed quia voluit tollere lex dubium. Erant enim mercenarij in domibus Iudæorum, & ſeruie- E bant eis pro mercede, & comedebant cibos quos dabant eis Iudæi: ideo putaret aliquis, quòd his licebat dari de Agno Paſchali, quia erant in domibus Iudæorum, & ſuſtentandi erant a Iudæis. Secus de gentilibus, qui non erant in domibus Iudæorum, & ſic ad tollendum dubium dictum eſt, quòd neque his dari debebat, vt comederent de Agno, ſicut neque alijs gentilibus. Sic etiam ſi aliqui gentiles eſſent in poteſtate Iudæorum, vt quia erant eis ſubiecti ad tributa, quia eos bello vicerant, vt dicitur Deuteronom. 20. capitu. non licebat eis manducare Phaſe, ſi non circunciderentur, & non poterant Iudæi illos circuncidere ſicut ſeruos empticios, quia non habebant plenam poteſtatem illorum. Nam illi erant homines liberi, & Iudęi nihil pote-

rant super eos, nisi recipere ab eis tributa, qa ad hoc se alligauerant solum, ideo solutis tributis quæ Iudæi exigebant, non poterant aliquid ab eis vltra petere, ideo non circumciderent illos inuitos: secus de seruis, quia seruus est totaliter domini sui: nam est pecunia domini sui, Exodi 21.cap. Vel possessio domini. 5.Ethicorum. Aut homo ens totaliter alterius. 1.Politicorum, cap. 2. & ita licebat domino facere de seruo, quod vellet, dum tamen non occideret illum.

Est ergo dicendum, quòd aut Gentiles de quibus quæritur erant liberi, aut serui: si liberi, aut in nullo erant Iudæis obligati, aut in aliquo: si in nullo dicendum, quòd non licebat eis manducare Phase quousque circumciderentur, & de hoc accipitur Exodi 12. cap. Quòd siquis peregrinorum, ideſt, peregre venien tium de terra Gentilitatis in terram vestram, ad accipiendum ritum vestrum, in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit. Si autem in aliquo erant subiecti illi Gentiles Iudeis, licet essent liberi, aut erant illi quos in tributum subiecerant, aut qui in aliquo obsequio seruiebant, aut qui eis ad mortem erāt debitores. Si primo modo nō licebat eis manducare Phase quousque circumciderentur: Iudei tamen non poterant eos compellere ad circumcisionem, quia liberi erant. Si secundo modo sic erant mercenarij de Gentilibus, qui sponte seruiebant pro mercede, & non erant recipiendi ad comedendum de Agno Paschali quousque circumciderē tur: nam non poterant eos Iudæi inuitos circumcidere cum liberi essent, & etiam isti non admittebantur ad comedēdum de partibus sacrificiorum pacificorum, quas Iudæi offerētes dabant omnibus de domibus suis masculis, & fœminis mundis, Deut. 12.cap. Isti autem quia erant incircuncisi reputabantur immundi, ideo sicut nō comedebant de Agno Paschali, ita neque de carnibus sacrificiorum pacificorū, ēt si isti essent mercenarij sacerdotum inter Iudæos, non licebat sacerdotibus dare eis de partibus, quæ eis obueniebant de sacrificijs tam de carnibus, quàm de vino, licet de his comederent filij, & filię sacerdotum, & tota familia, Leuit. 10.cap. Sed hi vetiti erant manducare de sacrificatis, Leuitici 22.cap. scilicet, Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescentur ex eis.

Septem populi, quorū terram daturus erat Deus Israelitis.

Si tertio modo accipiatur, sic erant Gentiles de genere Chananæorum, Amorrhæorum, Heueorum, Pherezæorum, & Iebusæorum, Hethæorum, & Gergesæorum, Deuteron. 7. Nam terram horum septem populorum daturus erat Deus Israelitis, eodem cap. & Deus mandauerat, ꝙ non facerent cum eis aliquē contractū pacis, neq; viuere permitterent, sed occiderēt eos in ore gladij, Deut. 20.cap. Et ideo ēt si illi vellent circumcidi, non debebant Iudei permittere eos viuere, & consequenter nō erat eis aliquo modo cōcedendū vti carnibus Agni Paschalis, neque carnibus sanctificatis, quia immundi erant, si tñ accideret ꝙ aliqui eorū aliquo modo viuerent inter Iudeos, sub aliqua conditione pacis, si vellent circumcidi, licebat eis manducare de Agno Paschali: sic patet de Gabaonitis, qui erant Chananęi, & sub conditione seruitutis manserunt inter Iudeos, Iosue 9.cap. Nam appliciti fuerunt ad ministerium totius populi. deinde fuerūt in ministerio Templi Domini, eodem cap. Erant aūt isti circumcisi, cū portarent omnia in Templum Domini, ideſt, ligna, & aquas, sed hoc factū est, quia isti non erant tributarij, sed serui, eodem cap. & serui circumcidebantur, sic & Raab, & tota cognatio sua erat Chananæorum, cū essent de vrbe Iericho, in qua habitabāt Chananæi, Iosue 23.cap. & quia exploratores promiserūt ei liberare progeniem suam, Iosue 2 cap. Fuit postea tota cognatio eius inter Israelitas, Iosue 6.cap. Et ita illi circumcisi sunt, & seruauerūt cęremonias Dei Israel, & ideo comedebant Phase, sicut illi. Si autem Gentiles erant serui Iudęorum, Iudæi circumcidebant illos etiam inuitos, & sic admittebātad comedendum Phase, Exo. 12.cap. ſ. Seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet, & non solum intelligitur de empticio, sed etiam de seruis captis in bello, quia quos Iudæi in bello capiebant, & alijs vendebant in seruos poterant ipsi retinere, vt seruos empticios, sed dicitur empticius ad ostendendum, quod erat verus seruus, ad differentiam seruorum a seruiendo dictus, sicut erant: mercenarij tamen pro mercedibus seruiebant, cum essent liberi. Et ideo hi non manducabant de Phase, qui autē verus seruus erat, siue esset emptus, siue in bello captus, circumcidebatur, & comedebat de Phase, & ita etiam comedebat de carnibus pacificarum hostiarum, sicut tota familia offerētis cuiuslibet, & si esset seruus sacerdotis comedebat de omnibus sanctificatis, quæ eueniebant sacerdoti in partem de sacrificijs, Leuitici 22.cap. ſ. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescentur ex eis, quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus fuerit hic comedet ex eis, & ita hic ponitur eadem distinctio, quæ Exodi 12.cap. vbi dicitur, quòd aduena, & mercenarius non comedent ex eo, ideſt, Agno Paschali, & ibi dicitur, quòd seruus empticius circumcidetur, & sic comedet: hic vero inquilinus, & mercenarius, & quilibet alienigena non comedunt de sanctificatis, sed seruus comedit.

Aliud est etiam, quia Leuitici 22. cap. non dicitur de solo empticio, sed dicitur quòd empticius, & qui vernaculus fuerit, comedet de sanctificatis. vernaculus autem est verus seruus, & ideo innuitur ꝙ quicunque verus seruus poterat comedere de sanctificatis, siue esset emptus, siue non, quia non differt quo titulo sit seruus, dum tamē seruus sit, & vere pertineat ad dominum, cuius seruus est. Aliud quoque est, quia Leuit. 22. cap. non dicitur seruus empticius, aut vernaculus circumcidetur, & sic comedet de sanctificatis, & tamen non licebat ei edere, nisi esset circumcisus, Exodi 12. vbi de Agno non permittitur comedere, nisi seruo circumciso, sed dicitur hoc ad ostendendum, quòd non solum Iudæi poterant circumcidere seruos suos, immo tenebantur ad illud, & consequenter compellerent eos ad seruandum ritus Iudaicos.

Quare Iudæis licebat conuertere Gentiles inuite ad Iudaismum, & Christianis non licet seruos compellere ad baptismum. Et an qui violenter sunt baptizati, teneantur seruare legem Christi, vel ad hoc compelli possint.

Quæst. XLIIII.

SED quæretur quare Iudæis licebat conuertere Gentiles ad Iudaismum, & circumcidere eos in uitos: nobis autem non licet etiam seruos compellere ad baptismum, extra de baptismo, & eius effe. cap. maiores.

Dicendum, quòd causa diuersitatis est triplex. prima ex modo conuenienti cohabitationis Iudæorum ad suam familiam. Si enim serui Iudæorum non conuerterentur ad Iudaismum, non liceret manducare illis de cibis Iudæorum, qui sacrati essent, & de his sępe comedebant Iudei. erat autem difficultas ista distinctio ciborū, quia cogebat ad maiores expēsas, iō vt parceret expēsis, fuit cōueniēs ꝙ serui circumciderētur, & sic comederēt de eis, de quibus Iudæi, nunc vero apud nos nō est distinctio ciborum, sed de quacunque re comedere licet, ideo non est facilior conuersatio in cibis, siue nostri serui sint Christiani, siue non.

Secundo, & præcipue erat ad augendum cultum Dei. lex enim Moysi non fuit data omnibus gentibus, sed solis Israelitis, quia forte nollent omnes gentes recipere illam, & ipsa de se nō erat necessaria omnibus. volebat ergo Deus per alium modum augere populum suum, & ad hoc voluit, quòd omnes qui in potestate Iudæorum essent, ad Iudaismum conuerterentur. Si autem erat de seruis empticijs, & vernaculis, quia seruus est pecunia domini sui, vel homo simpliciter alterius, ideo volebat Deus quòd serui isti circumciderentur, & obseruarent omnem ritum Iudaicum. de nobis autem non est sic, quia lex Christi, quam nos tenemus obligat omnes homines, Marci 16. Ideo non est necesse, quòd aliquis modus compulsionis ad eam sit.

Tertio, & adhuc præcipue fit, quia conuerti ad legem Moysi violenter, poterat aliquo modo conferre, & patet quia obseruatio legis Christi consistit in actibus interioribus, scilicet, in fide, & charitate: ad actus vero interiores nemo potest compelli, ideo frustra est aliquem inuitū baptizare. Secus de lege Moysi, quia illa non consistebat in aliquibus actibus interioribus, sed in solis cæremonijs exterioribus, & ad istas potest homo compelli, ideo aliqua vtilitas erat conuerti ad legem illam violenter, sed ad legem Christi non.

Siquis autem dicat, quòd etiam lex Moysi requirebat actus interiores, vt diligere Deum, & proximū: nam istud est maximum mandatum legis, supra 22. cap. Etiam credere Deum verum, & quòd creauerit cœlum, & terram, & ita ad hos actus non poterat aliquis compelli.

Dicendum, quòd vere lex Moysi in solis actibus exterioribus cōsistebat. Cum vero obijcitur de amore Dei, & proximi. Dicendum, ꝙ non pertinent ad legem Moysi, sed ad legem naturæ, quæ est indita mentibus nostræ. Et patet, quia si ista essent de lege Moysi, nō tenerentur ad istud Gentiles, quibus non erat data illa lex, & tamen tenebātur amare Deum, & proximū, quia absurdum esset aliud dicere, quia & cōsimiliter nō esset eis peccatū accipere vxorē alienā, & occidere, quę vetant in Decalogo, si ista essent de lege Moysi. Et cū dr, ꝙ Christus dixit ista duo esse maxima mādata legis. Dicendū, ꝙ non accipitur stricte lex pro lege Moysi, sed pro toto quod erat in libris legis, & qa in libris Moysi erant hęc duo mandata scripta, dicuntur hęc duo maxima mandata legis, licet non sint de lege Moysi, sicut & multa alia fuerunt in libris Moysi scripta, quę non erant de lege Moysi, sicut historię, & narrationes ibi positæ. Cum vero obijcitur de fide, ideſt, ꝙ esset verus Deus. Dicendum, ꝙ ad fidem oēs homines obligabantur de vno, & vero Deo, sine qua fide non poterant saluari: cætera autem satis erat implicite teneri, cum non posset illa quilibet explicite cognoscere, & ideo non erat istud de lege Moysi, cum etiam ad Gentiles pertineret.

Si vero obijcitur de alijs magis explicitis, ſ. ꝙ Deus creauerat cœlum, & terram, & immiserat diluuium super terram, & promiserat benedicere omnes gentes in semine Abrahæ, & ita de cæteris. Dicendum, ꝙ omnes Iudæi, & qui legem Moysi tenebant, obligabantur ista credere, & tamen non erant de lege Moysi, quia lex continet pręcepta. Ista autem nō sunt pręcepta pertinentia ad agendum, vel non agendum, sed veritates pertinentes ad intellectum speculatiuum, & ita non continet lex Moysi aliquem actum pertinentem ad intellectum, & voluntatem. Si autem dicatur, quomodo ergo manentes sub lege Moysi, tenebantur ad credendum prædicta, & non cæteri?

Dicendum, ꝙ non fiebat istud quasi specialius illi tenerēntur, sed quia illis reuelatum erat per illum quē sciebant esse Prophetam Domini, & cui Deus loquebatur, & ideo erat necesse credi. Si autem Gentilibus illud reuelaretur per aliquem quem ipsi scirent esse Prophetam Domini, & illud accepisse a Deo vero, tenerentur etiam illud credere, sicut Iudei: vnde verū est, ꝙ quantum ad actus interiores voluntatis, & intellectus nihil differebat inter Iudeos, & Gentiles, & sic nihil in lege Moysi ponebatur de actibus interioribus, & si aliquid interponatur, nō pertinet ad legem Moysi, sed ad legem naturalem.

Et apparet quod dictum est, ꝙ conueniens erat cōuertere aliquos inuitos ad legem Moysi, sed non est vtile conuertere vllos inuitos ad legem Christi.

Est tamen considerandum circa eos qui inuite baptizantur per quod dicuntur cōuerti ad legem Christi, quia aut violenter baptizātur, ideſt, expresse reclamantes ne baptizentur, aut non reclamant expresse, quia timore mortis, quam quis sibi comminatur tacent, & tamen consentire nolunt, licet non clament. Si primo modo nihil prodest baptizari, quia non efficiuntur per talem baptismū Christiani, neq; est ibi sacramentū baptismi, neq; imprimitur character, iō tales nō debent, nec pñt cogi ad seruandā legē Christi, quia non receperunt characterē Christianitatis. Si secundo modo dicendum, ꝙ non est sic aliquis cogendus ad fidē, & peccatū est cōpellere aliquos ad fidē, & tñ si compulsi fuerint aliqui timore mortis, ſ. ꝙ nō reclamauerunt, nec penitus restiterūt, sed tacuerūt, vt non occiderentur, recipitur in eis sacramentum baptismi, & character, licet pro tunc gratiā nō recipiūt, neq; remissionem peccatorum, quia ficte accedunt, & isti cōpelluntur legem Christi seruare, extra de baptismo, & eius effectu, ca. maiores, & ponitur ibi vna causa, ſ. ne vituperetur nomen Christi, quod isti in baptismo professi sunt. Alia causa est, & efficacior, ſ. qa isti characterem baptismalē susceperunt, & sunt vere Christiani, licet nō dū habeāt remissionē peccatorū, & tñ Christiani oēs cōpelli debent ad seruandū legē Christi, & vniuersas cęremonias Ecclesię: ergo isti debēt cōpelli. ꝙ vero isti sint Christiani apparet, quia alias si postea pœnitentes vellēt dimittere fictionem, & effici veri Christiani, oporteret eos baptizari, vt efficerentur Christiani, sed nō rebaptizantur: ergo iam effecti erant Christiani, & consequenter compellendi sunt ad totam obseruationem Christianam.

Causa aūt quare mercenarijs, & alijs Gētilibus nō concedebatur vesci Agno Paschali quousq; circūcisi essent, erat quia celebrare cęremonias pertinentes ad aliquē populū nō pertinet, nisi ad illos qui sunt de illo populo, sed non poterat esse de populo Iudæorū, qui non erat circumcisus, quia sicut se hēt baptismus in lege Christi, ita se habebat circūcisio in lege Moysi, extra de bapt. & eius effec. cap. maiores. & tñ baptismus est ianua, extra de presbytero non bapt. cap. veniēs. ergo & circumcisio erat ianua, & cōsequēter nō poterat aliqs de populo Iudęorū esse, quousq; eēt circumcisus: mercenarij autē, & peregrini non erant circumcisi, ergo non erat eis permittendus esus Agni.

Quare aūt Iudei non circumcidebant illos. Dicendum, ꝙ multos eorum nō poterant circumcidere de facto, quia non poterant eis vim inferre: alios autem, & si possent de facto circumcidere, tamen non habebant ius circumcidendi, cum liberi essent, & nihil deberent Iudæis, & iō nemo erat dñs membrorū suorū, vt eis posset auferre particulam carnis, quod fit circumci-

cuncidendo, sed ipsi sponte se circuncidi permittere debebant ad hoc, quòd admitterētur ad esum Agni Paschalis,& ad cæteras cęremonias.

De vicesima cæremonia scilicet quare ossa Agni Paschalis non confringebantur. Quæst. XLV.

VICESIMA cæremonia erat, ꝙ comedendo non confringerent aliquod de ossibus Agni, sed omnia integra relinquerent, Exo.12.cap. Neque os confringetis ex eo, & Numeri 9.cap.dicitur,& os non confringent.

Circa hoc ergo aduertebant diligenter Iudæi comedendo agnum, quòd scindendo non confringerent ossa aliqua,sed per medias ligaturas ossium scindebant,& sic non frangebantur ossa,sed relinqueban tur ossa magna si opus erat, in assando quoque non confringebant aliqua ossa, sed integrum Agnum assabant,

Causa autem huius erat, quia Deus volebat quòd Iudæi comederent festinanter, quia statim recessuri erant,& vt innueretur eis magna festinatio.Quod patet, quia iussit illis, quòd haberēt calceos in pedibus, & baculos in manibus, & renes accinctos, quæ omnia sunt dispositiones hominis statim itineraturi, vel iam actu itinerātis, & quod plus est dixit, & comedetis festinanter. Si autem concederetur,ꝙ frangerent ossa,& sugerent medullas, in hoc diu manerēt discutiendo singula ossa,ideo vt non esset occasio diu mo randi dixit, ꝙ non frangerent ossa, & sic neque frangendum erat magnum os continens cerebrum,i.craneus vt comederetur substantia interior medullosa, nec alia minora ossa frangenda erant, vt inde sugerent succos, aut medullam, & ita cito comederetur Agnus, non comedendo interiora ossium, nec illa frangendo.

Erat autem alia causa ex parte Dei, & hoc præcipue propter Christum, qui erat Agnus Paschalis immolatus pro nobis.1.Corin.5.cap. & signabat ex hoc ꝙ in morte Christi non erant cōfringenda aliqua ossa eius,quod & factum est: nā propter festum Iudęorum ne remanerent corpora latronum, & Christi in Cruce sabbatho, quia erat magnus ille dies sabbathi, petiuerunt Iudæi,vt frangerentur crura eorum latronum,quia viuebant adhuc,ad Iesum autem cum venissent inuenerunt eum mortuum,& ideo nō fregerunt crura eius, sed vnus militū lancea latus eius aperuit,Ioan.19.cap.& sequitur.eodem cap.facta sunt autem hęc,vt impleretur scriptura quæ dicit, Os nō cōminuetis ex eo. Et ita apparet, ꝙ præcipua intentio scripturę fuit designare hoc. vnde ad sensum literalē illius scripturę pertinebat signare, ꝙ non frangerentur aliqua ossa de corpore Christi, quia aliàs Beatus Ioannes non argueret in illo sensu. maxime, quia dicit,vt impletetur scriptura,sed scriptura nō impletur, nisi in sensu literali, quia ille solus est sensus suus, ergo hoc intendebat Deus per illud mandatū designare, sed hoc non intellexerunt Iudæi, immo solum ꝙ non frangerentur aliqua ossa de Agno Paschali.

De vicesimaprima cæremonia scilicet,quare Agnus in vna domo comedebatur. Quæst. XLVI.

VICESIMAPRIMA cęremonia erat,quòd Agnus comederetur in vna domo, & nō mitteretur aliquid de carnibus eius foras, Exodi 12.cap. 1.In vna domo comedetur, neque efferetis de carnibus eius foras.

Ista autem cæremonia, & præcedens de non frangēdo ossa fuit seruata tam in Aegypto,quam in terra Iudæorum postea, cum possent ambæ vbique seruari, sed ista prȩcipue obseruata est in Aegypto, quòd non efferretur de carnibus eius foras.

Aliqui dicunt causam esse huius,quia Deus voluit ne Israelitę darēt Aegyptijs de carnibus Agni, quod fieri posset si efferrentur de domo.

Sed dicendum, quòd non stat, quia iam vetuerat per alias cæremonias hoc:non enim erat dandum alicui de carnibus Agni,nisi circunciſus esset,sed Aegyptij non erant circūcisi, ideo nō daretur eis quicquā, etiā si de carnibus Agni aliquid efferretur foras. Neque etiam est sensus, quod omnes Iudæi comederēt illa nocte in domo vna, quia non erat possibile, cum essent sexcenta millia peditum, præter mulieres, & paruulos, Exodi 12. cap. Neque Deus hoc volebat, sed intelligebatur de quolibet Agno, scilicet, quòd vnus Agnus non comederetur nisi in vna domo, & non mitteretur foras aliquid de carnibus eius.

Causa huius erat, quia Deus iusserat, quòd quilibet Israelita pro domo sua acciperet vnum Agnum, & immolaret: forte autem aliqui erant pauperes, & non haberent agnum, & vellent ditiores mittere illis partes de agno suo: nam hoc Deus aliàs suadebat, sicut 2. Esdrę vlti. cap. dicitur, Manducate,& bibite dulcissima,& mittite munera his qui non habent, & quia hoc erat aliàs laudabile,ne putarent Israelitę sic futurum esse hic, vetuit Deus mitti partes, sed quòd in domo illa comederetur totus agnus,in qua immolaretur. Alius modus erat,quia aliqui licet non essent pauperes,erant paucæ personæ, ita vt non sufficerent ad esum agni, & ideo alij qui immolauerant agnum, mitterent eis partes,& hoc etiam Deus vetat, iubens quòd non efferatur aliquid foras.

Sed dicetur quid fieret in his duobus casibus.

Aliqui putant,quòd illi non comederent agnum, Dicendum, quòd absurdum est, & contra literam: nam habetur Numeri 9.cap. Quòd anima quæ non celebrauerit Phasę peribit de populo suo,nisi obstante peregrinatione,aut immunditia,sed paupertas,aut paucitas personarum non erat aliquid de illis, ideo perirent huiusmodi si nō celebrarent Phasę. Item,quia ad hoc Deus iam prouiderat quomodo omnes manducarent Phasę, ideo non est asserendum quod aliquis esset,qui non manducaret Agnum.

Sed circa primum, idest, pauperes, qui nullo modo poterant emere Agnum, quia mendici erant, vel quia domum non habebant, alij prouidebant recipiē do tūc illos in domibus suis, & ita comedebant cum eis de Phasę.

Sed in hoc potest dici, ꝙ nemo tam pauper erat in ter Iudęos,quia Deus vetuerat esse mendicos.prænūciauit enim Deus futuros esse pauperes in terra Iudęorum, Deut.15.c. Sicut & Christus dixit infra in litera. semper pauperes habetis vobiscū, dixit tñ ꝙ nō haberēt aliquos tam pauperes,ꝙ cogerentur mendicare ostiatim, Deut.15. 1.Omnino pauper, & mendicus non erit inter vos, 1.vos facite,ꝙ non sit inter vos pauper aliquis ad tantā paupertatem,ꝙ cogatur mendicare,sed vosipsi prouidete, ne sic mendicet, & obseruant istud Iudæi etiam hodie, sic ergo poterat esse ꝙ tunc nullus esset tam pauper,ꝙ mēdicaret, & ideo posset habere ad emendum vnum Agnum, si haberet familiam,quę posset eum manducare,& si nō haberet pecuniam alij darent, vnde emeret, vt posset cæremoniam illam legis implere.

Aliter potest dici, quòd si forte aliquis pauper esset,ita vt domum non haberet, reciperetur ab alijs Iudæis, & cum eis manducaret Phasę, iuxta illud Isaię 58.cap.Frange esurienti panem tuum,egenos,vagosque induc in domum tuam.

Circa

Circa secundum casum,idest,illos,qui domum habebant,sed erat paruus numerus,vt non sufficeret ad esum Agni prouisum est, Exodi 12.cap. Quia de isto dicitur,quòd si minor est numerus personarū, vt nō possit sufficere ad esum Agni, assumet vicinum suū, qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum animarum,quæ sufficere possint ad esum Agni,& ita in domo illa celebraretur Phasę,& nō obstaret paucitas personarum, quia de magna domo acciperet personas,quæ sufficerent: vnde non oportebat mitti foras de Agno.

Sed quid si aliqua domus erat magna, vt sufficeret plusquam ad esum Agni? Dicunt aliqui, quòd erat diuidenda domus in duas partes, & vna Agnum comederet,& non altera.

Sed dicendum, ꝙ non stat: primo,quia Deus non iussit hoc,ergo non erat faciendum:nam in cęremonialibus nō licebat aliquid plus facere, q̄ impositum erat,Deut.12.cap.f. Sed non erat mandatum aliquid, quando domus erat magna,ideo nō erat facienda talis diuisio. Secundo, quia Deus dixerat,si domus est minor, i.numerus personarum assumat vicinum,qui coniunctus est ei,ergo videtur ꝙ non oportebat longe iri ad istam comessationem faciendam, sed poterat accidere, ꝙ esset magna domus, & non haberet iuxta se paruam domū, ad quam mittere posset personas aliquas ad comedendum Agnum: ergo non erat diuisio ista facienda.

Alij dicunt,ꝙ si domus esset magna, deberēt in ea immolari multi agni, ad quos comedendos sufficeret numerus personarum,& ita prouisum esset.

Sed dicendum,ꝙ nec istud stat,quia Deus non iuſſerat illud, & tamen in cæremonialibus non licet aliquid facere vltra id, quod præceptum est, Deut.12.c.

Est ergo veritas, quòd in domo quantumcunque esset magna, non erat immolandus nisi vnus agnus, primo quia Deus nō iussit,nisi vnum agnum immolari in domo vna, & non erat aliquid addendum ad id,quod Deus iubebat.

Secundo, quia quidam erant, in quibus pauperes non debebant excedi a diuitibus,& hoc vt non crederēt diuites se magis participare de diuina: sic patet de transeuntibus ad numerū,quia quilibet dabat medium siclum,& diues nō poterat addere ad medium siclum,& pauper non poterat minuere, sed æqualiter soluebāt, Exo.30.cap. Et hoc erat ad tollendam inuidiam, & vt nō putarent diuites se magis pertinere ad Deum, q̄ pauperes, sed de Agno Paschali sic erat, qa fiebat illa cęremonia, in memoriam beneficij a Deo collati, vt ergo non putarent diuites se magis pertinere ad hoc beneficium, quàm pauperes, nō immolaturus erat diues plures agnos, quàm pauper, sed quælibet domus vnum.

Tertio, quia non erat aliqua necessitas immolandi plures Agnos in vna domo: immolabatur namq; in Aegypto Agnus, vt de sanguine eius tingerentur postes, & superliminaria domus, vt Angelus percussor videns sanguinem, nō intraret ad percutiendum, & tamen vnus Agnus sufficiebat ad hoc, vt tingeretur porta, quantumlibet esset magna domus, ergo non erant necessarij multi Agni.

Quarto, quia etiam ad manducandum de Agno Paschali sufficiebat vnus Agnus in quantumcunque magna domo,quia nō erat necesse,ꝙ de hoc cibo saturarentur. satis enim erat,ꝙ quilibet cōtingeret aliquid de illo,& poterant māducare de alijs cibis, & saturari, iō in qualibet domo sufficiebat vnus Agnus. Et ob hoc de parua domo dixit aliquid Deus, sed de magna nō,& iō est,quia si de parua nihil exprimeret oporteret quòd in qualibet domo parua occideret Agnus, vel trāsirent qui in illa domo erant ad aliam domū, aut de alijs domibus venirēt alij ad illas, vel nō comederent Phasę,qui erāt in domo illa. Primū erat inconueniens, quia cū non sufficerent personę illius domus ad esum Agni,oportebat multū de Agno relinqui incomestū.& exurendum erat,& sic fierēt expresse superuacuæ, & daretur occasio ad hoc, ꝙ carnes residuę comederētur die sequēti, quod Deus vetuerat. Secundū aūt erat maius inconueniens,ſ.ꝙ aliqui essent qui non manducarent Phasę. Et hoc propter duo. primo,quia Deus dixit, ꝙ qui non celebraret Phasę,periret de populo suo, Nume.9.cap.Secundo,quia tunc in domo illa non tingerentur postes,& superliminaria sanguine,& sic Angelus percussor intraret,& occideret primogenita in hominibus,& pecoribus,ideo hoc nō erat dandum. Tertiū principale non erat cōueniens, quia sic coniungerentur oēs Israelitę in pancas domos ad euitationē expensarum, & in paucis domibus fieret immolatio Phasę, quia hoc erat subtrahi aliquid de cultu Dei, ideo voluit ꝙ fieret tertium, ſ.ꝙ ad domos minores,in quibus non sufficiebat numerus personarum ad esum Agni, venirent aliqui de domibus maioribus ad supplendum, vel si hoc non esset, vniebantur duæ domus paruæ in vnam,& celebrabant Phasę.

Sed tunc dicetur, si vniendo duas domos, manebat aliqua in qua non immolaretur Phasę,an tingendi erant postes domus de sanguine illo?

Aliqui dicunt,ꝙ non erat talis casus, quia in qualibet domo immolabatur Phasę:nam aut erat magna, aut parua: si magna immolabatur pro domesticis, si parua adiungebatur vicinus, qui erat coniunctus domui,& ita supplebatur numerus personarum.

Dicendum,ꝙ aliqua domus erat in qua nō immolabatur Agnus. Et hoc patet primo ex litera ista, ſ.nō efferetis de carnibus eius foras, Exo.12. cap. Et hoc nō faceret aliquem sensum, nisi eēt aliqua domus in qua non immolaretur Agnus,& ideo ad illam vellēt mittere aliquid de carnibus de alia domo, ergo erat aliqua domus in qua non immolabatur Agnus.

Secundo,quia dicitur,si minor est numerus personarum,assumet vicinū qui coniunctus est domui suę iuxta numerum personarū, quę sufficere possunt ad esum Agni,sed poterat esse, ꝙ duę domus,quia paruę erant requirerentur ad esum Agni, aut forte tres, ideo manerent tunc duæ domus, in quibus non immolaretur Agnus.& hoc verum est,ꝙ multę domus Iudęorum erant,in quibus non immolabatur Agnus propter causam dictā. Et sic manet casus in veritate.

Tunc ergo aliqui dicunt, quòd existente hoc tingebantur postes illarum domorum, de sanguine Agni,licet ibi non immolaretur.

Sed dicendū,ꝙ non stat.primo,quia tingendi erāt postes de sanguine, qui erat in limine, Exo.12.c.ſ.Fasciculum hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & est sensus, ꝙ immolaretur Agnus in limine portę, & funderetur sanguis in aliquo vase,& de sanguine illo aspergerentur postes: ergo domus illa in cuius limine nō fuerat immolatus Agnus, non poterat aspergi sanguine.

Secūdo,& prȩcipuē,quia dicitur Exo.12.c. Sumēt de sanguine,& ponēt super vtrūque postem,& in superliminaribus domorum, in quibus comedēt illū: ergo vī ꝙ sanguis solum erat ponendus in domibus, in qbus comederetur, & immolaretur: ergo domus in quę vacuę manebant non tingebantur sanguine.

Tertio patet ex hoc quod supra dicebatur, ſ.ꝙ non immolabatur Agnus in qualibet domo, qa dī,ponēt ī superliminaribus domorū, ī qbus comedēt illū. ergo innuit,ꝙ aliquę dom⁹ Hebrȩorū erāt ī q b⁹ nō comedebatur

debatur Phase, quia alias diceretur absolute, sument de sanguine, & ponent in superliminaribus domorũ.

Sed tunc diceretur, quomodo ergo manerent domus illę quia cum non essent tinctę sanguine intraret percussor, & occideret primogenita, vt innuitur Exo. 12. cap. quia ad hoc ponebatur sanguis, vt non introiret percussor?

Aliqui dicunt, quòd etiam si domus illę non essent tinctę sanguine non intrabat illuc percussor, eo quòd domini earum manducabant ibi Phase.

Sed dicendum, quòd non stat, nam tunc satis erat ad liberationem manducare Phase, etiam si non tingerentur domus, tamen falsum est, quia vtrunque Deus iubebat, scilicet, manducari, & tingi domum.

Secundo quia immo tota celebratio Agni videbatur esse, vt de sanguine eius tingerentur postes, & sic principalior erat tinctio sanguinis quàm comestio carnium, & hoc in Aegypto, secus autem postea in terra Chanaan, vbi non tingebantur domus sanguine, vt ostensum est supra 22. cap.

Tertio quia tunc non curaretur an in domo vna comederent, vel in multis, aut vbi, dum tamen omnes Israelitæ comederent de Agno Paschali, sed falsum est, quia Deus disposuit, quòd in qualibet domo immolaretur Agnus vnus, & comederetur, & quando esset domus parua, quòd suppleretur numerus personarum ex alia domo, ergo multum differebat vbi comederetur Agnus, & non sufficiebat, quòd comederet quilibet vbi vellet, sed oportebat, quòd comederet in domo tincta sanguine, & ibi maneret.

Est ergo dicendum, quòd sicut manebant aliquæ domus in quibus non comedebatur Agnus, ita & illæ non erant tinctę sanguine, & siqui ibi manerent occiderentur ab Angelo, etiam si comedissent Agnũ, sed in domibus illis nullus manebat, quia quando domus erat in qua non immolabatur Agnus, omnes de illa domo transibant ad aliam, vel alias domos in quibus manducarent Agnum, & sic non posset Angelus percussor occidere illos, quia non inueniret eos ibi.

Sed obijcietur, quia hoc esset quandiu comederetur Agnus, & tamen postea quando comedissent, & dormirent, veniret Angelus percussor, & inueniens eos in domibus non tinctis sanguine occideret ipsos, & hoc videtur, quia in principio noctis comedebatur Agnus cum immolaretur in solis occasu Deuter. 16. sed Angelus percussor ad occidendum primogenita venturus erat media nocte, quia ita prænunciauerat Exo. 11. cap. scilicet, media nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegypti, & ita fuit Exo. 12. scilicet, factum est in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, & ita iam dormiret quisque in domo sua, & esset post cenam quãdo veniret percussor, & consequẽter inuenirentur aliqui tunc in domibus non signatis sanguine, & illi occiderentur.

Dicendum, quòd non inueniebantur aliqui in domibus non tinctis sanguine, & causa est, quia sicut illi, qui de vna domo erant transibant ad aliam ad manducandum Agnum, & nullus tunc manebat in ea, ita per totam noctem illam, manere debebant in domo ipsa in qua comedissent, & sic Angelus percussor nullum Iudęum inueniret nisi in domo signata sanguine, & consequenter nullum occideret, & patet, quia Exo. 12. cap. dicitur, aspergite de sanguine, qui est in limine superliminaria, & vtrunque postem, nullusque egrediatur ostium domus suæ vsque mane, scilicet, illius domus in qua tunc manserit, quæ est rubricata sanguine. Et patet, quia subditur ibi causa, scilicet, transibit enim Dominus percutiens Aegyptios, cũque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste transcendet ostium, & non sinet percussorem ingredi, & ita innuitur, quòd omnes mansuri erant in domibus signatis sanguine tota nocte, & sic euaderent.

Sed obijcietur, quòd saltem armenta manerent in domibus non signatis sanguine, & occiderentur ibi primogenita.

Dicendum, quòd armenta ibi manentia non occidebantur, quia istud extendebatur ad viros, & fœminas, & non ad pecora: nam licet primogenita quoque pecorum occiderentur, tamen non oportebat illa esse intra domum sanguine tinctam, sed vbicunque essent, si dominus non occidebatur, neque ipsa peribant. Et patet, quia certum est, quòd aliqua de pecoribus manebant in campo, cum nõ possent omnia recludi in domibus, quãdo multa erant, & tamen non perijt aliquod de pecoribus Israelitarum, vt dicitur Exodi 11. cap. Occidam omne primogenitum in terra Aegyptiorum, & omnia primogenita iumentorum, eritq; clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, apud autem filios Israel nõ mutiet canis ab homine vsque ad pecus: ergo pecora vbicunque manerent non occidebantur, & nõ erat necesse, quòd manerent intra domum sanguine tinctam, sed solũ erat hoc de hominibus, qui erant maioris dignitatis. Et sic apparet ex præcedentibus, quòd Agnus comedi debebat in domo vna, & non efferebatur aliquid de carnibus eius foras, idest, non comedebatur, nisi in domo in qua immolabatur, & non mittebantur partes carnium de vna domo in alteram.

Causa autem huius erat prima, quia mittendo carnes, forte inuenirentur aliqui extra domos nocte illa, & occideret eos Angelus percutiens, quia erant extra domum, cum Deus dixisset, Nullus vestrum egrediatur ostium domus suę vsque mane: ergo non erant mittendæ carnes, nec aliquid aliud nocte illa de vna domo in alteram.

Secunda, & præcipua, quia si mitti possent carnes de vna domo in alteram, aliqui manerent in domibus, in quibus non immolaretur Agnus, quia mitterentur eis carnes de domibus, in quibus immolabatur Agnus. Illæ autem non erant tinctæ sanguine, quia solum tingebantur illę, in quibus immolabatur Agnus, vt dictum est. Et tamen, qui manebant extra domos sanguine tinctas, occidebantur: ad hoc ergo quòd non occideretur aliquis de Iudæis, oportuit, quòd essent omnes intra domos sanguine tinctas, & consequenter quòd non mitterentur carnes de domo in domum, vt omnes essent intra prædictas domos.

Causa autem fuit, quantum ad Christum, inquantum signatur esus corporis eius: nam Agnus intra vnam domum editur, hæc est autem Ecclesia fidelium, quæ est domus Dei, & domus vna per vnitatem fidei, vbi nulla hæresis, nulla scissura est: intra hanc solum Agnus editur. Apud schismaticos autem, & hæreticos, & si corpus Christi conficiant, & hæreticos, & si corpus Christi confici possit, & vere conficiatur a sacerdotibus: tamen indigne conficitur, & indigne sumitur, neque est de manibus illorum sumendum: vnde melius esset corpus Christi nũquàm sumere, quàm de manu infidelium, & hæreticorum sumere, quia intra domum Ecclesiæ non sunt: transferuntur autem carnes eius de domo in domum, quando Catholici, hæretici, & schismatici, qui extra hanc domum Ecclesiæ sunt, corporis Domini communionem indigne tribuunt nondum redeuntibus ad Ecclesiæ vnitatem.

De

De vicesimasecunda cæremonia, scilicet, quare in immolatione Agni non manebat fermentatum aliquid in domo.

Quæst. XLVII.

VICESIMASECVNDA cęremonia erat, quòd quando immolaretur Agnus, non maneret fermentatum aliquid in domo in qua immolabatur, neque in alijs domibus Iudæorum. Et hoc patet Exo. 23. cap. scilicet, non immolabis super fermenta sanguinem victimę tuæ, idest, non immolabis Agnum Paschalem, quæ est victima tua existente fermento in domo: nam non dicitur immolari super fermẽto, idest, quòd substernatur panis fermentatus Agno immolando, quia hoc non oportebat vetari, cum nemo illud facturus esset, sed voluit, quòd prius tolleretur omne fermentatum de domibus quàm immolaretur Agnus, & idem dicitur Exo. 34. capitu. non immolabis super fermento sanguinem hostię meę, vocatur hostia mea, idest, quia mihi offertur, vocatur victima tua, quia tu illã offers. Et non solum erat hoc in domibus in quibus immolabatur Agnus, sed etiam in omnibus alijs domibus Hebræorum, quod dicitur, quia aliquæ domus erant Israelitarum in Aegypto, in quibus non immolabatur Agnus, scilicet, quando de vna domo transibant omnes in aliam, quia erant paruæ domus, vt supra dictum est: nam etiam in illis non erat relinquendum fermẽtatum aliquid, in terra autem Chanaan in alijs immolationibus non erat inueniendum fermentatum in tempore quo immolabatur Agnus, & hoc in omnibus habitationibus, & tamen in nulla habitatione immolabatur Agnus nisi in Templo Domini Deuter. 16. cap.

Modus autem huius erat, quòd Agnus occidendus erat die quartadecima mensis primi ad occasum solis Deutero. 16. & fermentatum non erat inueniendum ex meridie, talis autem erat ritus Iudæorum, & ita nunc obseruãt, quòd ipsi coquunt azymos panes, si volunt die quartodecimo, vel prius, & non comedunt de illis vsque ad diem 14. post meridiem, comedunt autem de fermentatis vsque ad meridiem diei ipsius, & tunc omne fermentatum, quod in domibus inueniebant dabant bestijs, vel gentilibus, quibus licebat comedere illud, & cum iam non inueniretur aliquid de fermentato in ipsis habitationibus poterant licite immolare Agnum, licet ille ad solis occasum immolaretur, nunc vero, & si Iudæi non immolent Agnum, tamen quia azyma seruant, ejciunt de domibus post meridiem omne fermentatum.

Causa autem quare sic ejceretur fermentatũ erat, quia Deus iusserat comedi Agnum cum azymis, cuius causa posita fuit supra, & ita azyma conuenichant Agno, & fermentatum repugnat Agno ex Dei dispositione, & quia si maneret fermentatum tempore quo comedebatur Agnus, posset aliquis mãducare Agnum cum fermentato, quod erat contra constitutionem Dei, vt ergo non esset occasio ad hoc, debebat ejci omne fermentatum de domibus, ante immolationem Agni.

Tertia causa erat, quia festum Phase, & festum azymorum coincidebant, nisi quòd festum azymorum extendebantur pluribus diebus, idest, 7. & in illis 7. non licebat alicui comedere fermentatum Deu. 26. cap. & incipiebant istud die 14. ad vesperum Exo. 12. cap. scilicet, primo mense 14. die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem 21. mensis eiusdem ad vesperam, & toto hoc tempore non licebat comedi fermentatum, si autem inueniretur in domibus Hebræorum, esset occasio alicui ad comedendum de eo, ideo ante immolationem Agni tollendum erat omne fermentatum, quia ante illam incipiebat tempus azymorum: nam ad solis occasum occidebatur Agnus, & ante solis occasum incipiebat azyma, scilicet, ad vesperam, & computamus vesperã post meridiem, & ideo potius fiebat propter festum azymorum quàm propter Agnum.

Conuenit etiam hoc, quantum ad Christum, quia sicut ad comedendum Agnum requiruntur azyma, ita & ad immolandum illum præceduut: Corpus enim Domini manducamus cum azymis, scilicet, sinceritatis, & veritatis. 1. Corinth. 5. cap. Et non in fermento veteri: ita & ad immolationem Corporis Domini, quod est conficere illud, quod solorum sacerdotum est, azyma præcedere debent, scilicet, sinceritatis vitæ, vt non maneat in eis fermentum vetus malitiæ, & nequitiæ, eodem cap. Vnde prius diluant maculas mentis lachrymis, & tunc cum azymis Agnum Dominicum immolabunt, & non super fermento.

De vicesimatertia cæremonia quis dicebatur mundus ad Phase celebrandum. Quæst. XLVIII.

VLTIMA, idest, vicesimatertia cęremonia est, quòd manducantes essent mundi: nam immundi vetantur manducare, Numeri 9. cap. Sed hic prius est quærendum quis dicatur mundus ad Phase celebrandum.

Dicendum, quòd mundus dicitur qui ab omni inquinamento purus erat, & quia munditia est priuatio, cognoscetur per positionem, quæ est inquinamẽtum. Accipitur autem immunditia multipliciter in lege: quædam erat immũditia realis, alia legalis. Realis est illa, quę naturaliter aliquid turpe, vel malum, aut fœdum ponit in homine: erat autem hæc triplex, scilicet, lepra, & fluxus seminis, & iugis scabies, de lepra Leuitici 13. & 14. de fluxu seminis Leuitici 15. cap. de iugi scabie Leuitici 21. ca. quia illa erat vt quidam modus leprę.

Alia erat immunditia legalis, idest, quę solum erat per opinionem legis, & imposita a lege, sicut siquis intraret in domum leprosam, aut comederet ibi, vel dormiret, licet realiter non adhęreret ei aliquid, vocabatur immundus, Leuitici 14. cap. sic etiam siquis iret ad lugendum mortuum, licet non tangeret illum erat immundus, Leuitici 10. & 21. cap. Et tamen ibi realiter nulla erat immunditia, immo & siquis veniret per viam de tenentibus votum Nazarçorum, & coram eo aliquis subito moreretur, licet ipse non tãgeret illum, neque lugeret, erat immundus, & radere deberet totam suam capillaturam, Numeri 6. cap.

Nunc dubium est, an omnis immunditia vetaret manducare Agnum Paschalem, aut quę esset illa.

Aliqui dicunt, quòd non omnis, sed aliqua specialis, scilicet, illa immunditia, quę erat ex cõtactu mortui hominis, vel ex aliquo circa mortuum. Et patet quia Numeri 9. cap. vbi primum iubetur, quòd immundi non comedant Phase, exprimitur vnicus casus immunditiæ, cum dicitur: Homo qui fuerit immundus super anima hominis, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino mense secundo: ergo alię contaminationes, siue immunditię non prohibebant.

Secundo, quia iugis scabies erat quędam immunditia, & tamen non impediebat a sacris: nam sacerdos qui haberet iugem scabiem poterat comedere de sacrificatis, dum tamen ipse non accederet ad offerendum Domino sacrificia, Leuitici 21. cap. Ergo talis immunditia non arcebat ab esu Agni.

Sed videtur dicendum, quòd omnis immunditia,

in

in qua quis actualiter permaneret, impediret a manducatione Agni. Et patet primo, quia Agnus Paschali erat res sancta, sed ad carnes sanctificatas non licebat alicui immundo quacunque immunditia accedere Leuiti.7.ca. ergo neque comedere liceret de Agno Paschali ei, qui aliquam haberet maculam.

Secundo quia scriptura videtur equiparare alias carnes sanctificatas, & carnes Agni: nam Exo.12.cap. dicitur, quòd aduena, & mercenarius non comedent ex eo, idest, Agno, & seruus empticius circuncidetur, & sic comedet, & Leuit.22.cap. de omnibus carnibus sanctificatis, quę proueniebant sacerdotibus an familia sua comederet de illis datur regula, scilicet, omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus, & mercenarius non vescentur ex eis, quem autem sacerdos emerit, & qui empticius eius fuerit comedet de eis, & ita ista equantur, & tamen ad arcendum a mãducatione sanctificatarum aliarum carnium sufficiebat quęlibet immunditia, vt tangere mortuum, vel reptile, aut quamlibet aliam rem, cuius tactus est sordidus, vt patet Leuit. 22. ergo & a manducatione Agni arceret quęlibet immunditia qualiscũque esset.

Tertio quia etiam actus quidam pręter contactum reddębant homines immundos ad manducandum Agnum, vel quæcunque sanctificata, sicut litigare iudicialiter, vel intrare in locum iudicij ad litigandum, sic dicitur Ioan.18. cap. & ipsi non introierunt in Prętorium, scilicet, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha. & ita Pontifices Iudæorum, & alij Iudæi putabant, quòd si introissent in Prętorium Pilati ad accusandum Christum essent immũndi, & non possent manducare Pascha, & tamen non accipitur ibi Pascha pro Agno, sed pro alijs sacrificijs Paschalibus, & sicut impediebat ille actus, & immundum reddebat quantum ad manducationem aliarum carnium sanctificatarum, ita immundum faceret quantum ad manducationem Agni Paschalis, ad quem comedẽdum non minor munditia requirebatur.

Dicendum igitur, quòd omnis immunditia arcebat ab esu Agni Paschalis, & quia duplex erat immũditia, vt dictum est, scilicet, naturalis, & legalis, dicendum quòd vtraque arcebat a manducatione Agni, & omnium carnium sanctificatarũ, & generaliter omnium sanctificatorum. propter primum leprosus, & fluens semine non manducabant de sanctificatis, propter secundum, qui tangebat mortuum, aut quamlibet aliam rem immundam non comedebat sanctificata Leuit.22.ca. nam dicitur, homo qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi donec sanetur, & ista est prima regula.

Alia est de immunditia legali cum sequitur, qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semẽ quasi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus sordidus est, immũdus erit vsque ad vesperum, & non vescetur ex his, quæ sanctificata sunt, sed cum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis. Et non solum erat illicitum manducare de Agno homini immundo quacunque immunditia, sed etiam erat pœna grauis, sicut erat generaliter de omnibus carnibus sanctificatis Leuit. 7. cap. scilicet, anima polluta, quæ ederit de carnibus hostię pacificorum, quæ oblata est Domino peribit de populis, & statim ostenditur, quòd hoc sit de qualibet pollutione cum dicitur, & qui tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti siue omnis rei, quæ polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus interibit de populis suis, ergo de Agno Paschali cuius carnes sanctificatę erant, nõ licebat alicui comedere si esset immundus quacunque immunditia. Ex hoc potest responderi ad argumenta in contrarium. Ad primum cum dicitur de immunditia super mortuo Nume.9. dicunt aliqui, quòd licet hęc sola exprimatur intelligitur etiam de omnibus alijs, & tamen volunt, quòd ista expressa fuerit, quia erat maxime immunditia.

Sed dicendum, quòd non stat, quia maior erat immunditia lepræ, & fluxus seminis, & sanguinis extra tempora menstruorum, & in tempore menstruorum quàm super mortuo, quia ista dicunt immunditias naturales, & legales, immunditia autem super mortuo solum erat legalis, ideo erat minor.

Secundo, quia qui immundus erat super mortuo erat in seipso immundus, & tamen non polluebat alios generaliter, & tamen, qui erat immundus in lepra, aut in fluxu seminis erat in se immundus, & polluebat omnia, de leproso patet Leui.13. & 14. de fluẽte semine patet Leui.15. nam quicunque tangeret illum pollueretur, vasa quoque, quæ ille tangeret, & vestes polluebantur, eodem cap. ideo erat maior immũditia ista quàm super mortuo, vnde ex hoc potius debuisset de hac fieri mentio.

Alij ergo dicunt, quòd fuit hoc, quia immunditia super mortuo durat maiori tempore: nam aliæ immunditiæ, vt communiter durant vsque ad solis occasum, vt Leui. 11. & 17. & 22. sed immunditia super mortuo durabat per 7. dies, & quia ab alijs eo, quòd pauco tempore durabant, facile erat mundari, non videbatur aliquis per illas impediri, sed quia immunditia super mortuo durabat 7. diebus, nõ erat ita facile illam expiari, & consequenter aliqui impediebantur per illam: ideo positum fuit de ista immunditia specialiter.

Sed dicendum, quòd nec istud stat, quia aliæ immunditiæ durabant plus, vt immunditia lepræ, quæ aliquando durabat per totam vitam, & immunditia fluxus seminis, quæ multo tẽpore, vel vsque ad mortem poterat durare, & immunditia fluxus sanguinis, quæ in muliere quam Christus sanauit durauerat 12. annis Luc.8. & supra 9. cap. & Mar. 5. ideo neque ex hoc fuit specialiter dictum de immũditia super mortuo. Aliter ergo dicendum, quòd causa fuit, quia dubium accidit de illa sola immunditia, ideo lex, quę erat quasi responsio expressit de illa sola, & tamen de omnibus intelligebatur, & apparet hoc, quia Num.9. cap. dicitur, ecce quidam immundi super animam hominis, qui non poterant facere Phase tempore illo accedentes ad Moysen, & Aaron dixerunt, immũdi sumus super anima hominis, quare fraudamur vt non valeamus offerre sacrificium Domino inter filios Israel? & tunc respondit Deus, homo qui fuerit immundus super anima faciat Phase mense secũdo. Si autem accidisset istud dubium propter aliam immunditiam videretur, quòd de illa loqueretur Deus, sicut de immunditia super mortuo locutus est.

Sed adhuc confirmatur ex illa lege id, quod dicebatur, scilicet, quòd omnes immundi repellantur a celebratione Phase, & patet, quia ibi non fuit diffinitum an immundi super mortuo possent, vel non possent celebrare Phase, sed quo tempore deberent celebrare, quia iam præsupponebatur, quòd non poterant antequam quęrerent, vnde de tempore quæ fuerunt ipsi mundi, & patet, quia dicitur, ecce quidam immundi super animam hominis, qui non poterant facere Phase, ergo ante determinationem Dei præsupponebatur, quòd illi non poterant facere Phase. Item apparet magis clare, quia quærentes dixerunt, immundi sumus super anima hominis, quare fraudamur, vt non valeamus offerre sacrificium inter filios Israel? & ita ante responsionem Dei illi confitebantur se prohibitos celebrare Phase propter immunditiam, & sic non erat lex prohibitionis ex illo tẽpore, vel ex determinatione illius legis, vnde videtur, q̃ erat prępsuppositũ iam, & doctrina communis apud Iudęos, q̃ immundi non possent comedere de rebus sacris, & quia acciderat illis aliquod genus immunditię, sciebant se prohibitos manducare, & quærebant remedium, & si in aliquam aliam immũditiã cecidissent, petiuissent etiã remedium, & tunc lex exprimeret de illa immunditia, vel generaliter de omnibus.

Ad secundum dici potest, quòd iugis scabies non computatur inter immunditias, sed inter maculas, & hęc est differentia inter illa, quia macula prohibet intrare ad altare, & ministrare, sed non prohibet mãducare de sanctificatis Leui.21. immunditia autem quãdiu durat non solum arcebat ab introitu ad locum sacrum, vt colligitur Leui.15.cap. sed etiam a manducatione sanctificatorum Leuit. 22. cap. iugis autem scabies ponitur inter maculas, & non inter immunditias Leui.21. scilicet, homo de semine Aaron, qui maculã habuerit non offeret panes Domino Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, & ponitur iugis scabies ibi inter maculas, cum dicatur, si iugem scabiem habuerit. Differt autem multum inter maculas, & immunditias: nam maculę sunt aliquid permanens, quia dicunt quandam dispositionem in corpore manẽtem, aut fixam siue naturaliter siue a casu, immunditia aũt dicit aliquid quod (vt cõmuniter) paruo tempore durat, & accidit ex cõtactu, vel in tactu mortui, vel sepulchri, vel animalis immũdi, vel introitu in domum leprosam, & ita de alijs. Quod verum est nisi ad quasdã immunditias naturales, quæ aliquanto, aut multo tẽpore durãt, sicut lepra, & fluxus seminis, & sanguinis, & tamen ista adhuc non accedunt ad conditionẽ maculę, quia illa postquã esse cęperit nunquã esse desinit, sicut esse cęcum, aut claudum, & ponuntur nominatim istę maculę Leui.21.c. homo de semine Aaron, qui habuerit maculam &c. & sequitur, si cęcus fuerit, si claudus, si paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginẽ in corpore, vel hernioſus, ecce oẽs istę sunt maculę, & qui aliquã istarum habebat, vt dicitur Leui.21.ca. non offerebat hostias, aut panes Deo suo, vescebatur tamẽ panibus, qui offerebantur in Sanctuario, ita dũtaxat, vt intra velum non intraret, neq; accederet ad altare ne cõtaminaret Sanctuarium, & inter illas maculas non ponitur aliqua immunditia. Et patet, quia si quæcunq; illarum esset in aliquo laico non iudicaretur immundus, neq; oporteret fieri purgationem aliquam in eo, nec abstinere ab aliqua re sacra, a qua abstinebant alij immundi, & ideo dicendum, q̃ iugis scabies, quia nõ erat immunditia, sed solum macula, non arcebat a sanctificatis, neque aliquis arceretur a mãducatione Agni propter iugem scabiẽ, & arceretur propter quamcunq; immunditiam. Alij dicunt aliter, q̃ illud fiebat specialiter in sacerdotibus, qui nõ habebãt aliquam possessionem, vnde sustentarentur, sed sacrificia Dei, & iura quę proueniebant de altari, erant sustentatio ipsorum Num.18. & Iosue 13.cap. & si hæc tollerentur, nõ maneret eis aliquid ad vitam, ideo permittebatur in eis, q̃ etiam si haberent aliquid immunditię, mãducarẽt de sanctificatis, dum tamen ipsi non ministrarent.

Dicendum, quòd hoc aliquo modo adiuuat, & tamen non est totaliter verum: nam si aliquam de immunditijs haberet sacerdos, non solum nõ accedebat ad Sanctuarium, sed etiam neq; comedebat de sanctificatis quandiu durabat illa immunditia, ẽt si semper duraret, vt de lepra, aut fluxu seminis Leui.22. homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxũ seminis non vescetur de his, quę sanctificata sunt mihi, donec sanetur, ergo si iugis scabies fuisset immunditia, nunquam qui habet illam comederet de sanctificatis quousq; sanaretur, & ita dicendũ, q̃ precedens solutio est vera, q̃ nullus immundus manducabat de sanctificatis, & consequenter neque de Phase.

Quis modus tenebatur, vt immundi possent manducare Phase.
Quæst. XLIX.

Occasione huius quęretur quis modus tenebatur circa immundos, vt possent manducare Phase, cum nulli quandiu immundus erat, liceret mãducare illud. Dicendum, q̃ immunditia, aut erat naturalis, aut legalis, de immunditia legali erat facile prouidere, de naturali erat difficilius, est legalis, quæ per solam opinionem legis iudicatur esse immũditia, naturalis autem est illa, quę a natura ortum habet, & nõ existente lege a dhuc est immunditia, sicut est lepra, & fluxus seminis, & sanguinis, & menstruorum.

De legali immunditia dicendum, quòd distinguebatur secundum durationem, quędam erat, quę durabat solum vsque ad occasum solis, alia vero per septẽ dies, & vltra septem dies nõ extendebatur aliqua immunditia, nisi in separatione mulieris mẽstruatę, quæ per 40. aut 80. dies abstinebat ab ingressu ad loca sacra Leui.12.c. Quantum ad illam immunditiam, quę durabat vsque ad solis occasum, vt regulariter in cõtactu rerum immundarum facile erat expiari, & nõ præstabatur impedimẽtum ad celebrandũ Phase, quia quocunque die occurreret solum durabat vsque ad solis occasum, & post solis occasum poterat manducare Phase, immo illud erat tempus manducandi, quia ad solis occasum immolabatur Deut.16.ca. ideo per noctem comederetur, & sic propter istas immunditias non impediebatur aliquis manducare Phase, nec differebatur manducatio eius ad mensem secundum, & ista fuit vna de causis, quare Nu.9.c. q̃ ponitur de immunditia arcente a mãducatione Phase, ponitur sola immũditia super mortuo, s. quia vt communiter aliæ legales nõ durant nisi vsque ad solis occasum, & ideo nõ impediunt, ista aũt durat per septem dies, ideo impedit, & differt. Si aũt esset immunditia, quæ duraret vltra vnum diem durabat septem diebus, quia nõ dabantur aliæ minores differentię temporum, & de his immunditijs erant paucę, s. immunditia super mortuo Nu.19.ca. & siquis tangeret carnaliter mulierem tẽpore menstruorũ erat immũdus 7. diebus Leui. 15. alios casus cõiter nõ inuenimus, nisi q̃ cessat immũditia naturalis, & sanatur, iudicatur per septem dies sequentes immũdus legaliter, & 8. die purificatur, & intrat in Sanctuariũ. Sic patet de leproso: nam postquã sanatus fuerit per septem dies purificatur, & die 8. est purus Leui.14. sic ẽt de fluente semine postquã cessat fluxus, & muliere fluente sanguine extra tẽpora menstruorũ, quia in quolibet impendũtur septem dies purificationis post sanitatem redditam, Leuit. 15. ca. In his ergo immundicijs, si iuxta terminum dierum accideret posse purificari ante solis occasum diei quartidecimi mensis primi, manducabat Phase iam purificatus, qui immundus fuerat, si autem non accideret posse tunc cõpleri differebatur celebratio Phase pro illo immũdo vsque ad quartumdecimum diem mẽsis secundi, Num.9.cap.

Et ista est causa quare apud Iudęos consuetum erat quolibet anno ascendere in Ierusalem tempore Phase per 7. vel 8. dies ante festum, vt in illo tẽpore se purificarent ab omnibus immunditijs, quia nulla immũditia erat a qua non se purificarent in septem diebus, & insuper tempore quo ibi manebant, abstinebant diligentius

Universidad de Sevilla

ligentius ne inciderent in aliquam immunditiam per quam impedirentur manducare Phasε, cū nihil aliud facere haberēt, quando autem manebant in locis suis non poterant ita diligenter cauere immūditias impliciti aliis rebus,& sic paret, quia Christus venit in Ierusalem die Ramispalmarum, & exiuit ei obuiā turba, quę erat in Hierosolymis, & venerat ad diem festum Ioan.12.ca.& erat Phasε postea feria quinta, causa autem veniendi ita cito erat ad se purificandum ab immunditijs. Si autem erat immunditia naturalis, vt lepra, fluxus seminis, & sanguinis, aut accidebat finiri ante Phasε, aut non, si prius celebrabat Phasε, si non, aut finiebatur ante quartumdecimum diem mensis secundi, aut non, si finiebatur celebrabat Phasε mēse secundo iuxtā regulam Num. 9. cap. quæ erat regula quantum ad omnes impeditos, si autem non finiebatur ante tempus illud, iam non poterat ille in toto ipso anno celebrare Phasε etiam si purificaretur.

An manducare liceret mulieri parienti de Phasε.
Quæst. L.

SED quæretur de muliere pariente, quæ abstinere debet ab ingressu Templi per dies 40. si parit masculum, & 80. diebus si parit fœminam Leui.12.cap. si medio tempore accideret Phasε an manducare liceret ei de illo.

Aliqui dicunt distinguendum esse, quia in muliere pariente erat duplex immunditia, vna maior, alia minor, pariens enim masculum 7.diebus erat immunda iuxta legem menstruatę,& 33.diebus separabatur, & non secundum legem menstruatę, sed minori quadā separatione Leuit.12.cap. quæ vero peperit fęminam erat quatuordecim diebus immunda iuxta legē menstruatę,& 66.diebus minori immunditia quàm menstruata, eodem cap.dicunt ergo, quòd in diebus illis primis, idest, 7. & quatuordecim non licebat mulieri manducare Phasε si tunc accideret, sed in sequētibus diebus licebat manducare.

Sed dicendum, quòd non stat, primo quia ista in toto hoc tempore 40 vel 80. dierum iudicabatur immunda, ergo non licebat ei manducare Phasε, cū nulli immundo liceret manducare, vt dictum est.

Secundo quia ista dicebatur hoc tempore 33. vel 66.dierum manere in sanguine purificationis suę Leui.12.ca. ergo non erat ei licitum comedere Agnum, cum a sanguine non iudicaretur munda.

Tertio & pręcipue, quia dicitur, eodem cap. de his diebus, ipsa vero 33.diebus manebit in sanguine purificationis suę, omne sanctum non tanget, neque ingredietur Sanctuarium donec impleātur dies purgationis eius,& tamen, qui comedebat Agnum tāgebat aliquod sanctum, quia erant carnes eius sanctificatę, ergo non licebat comedere de illo.

Quarto quia qui comedebant de Agno portabant illum ad immolandum in Templo, cum ibi deberet adeps eius cremari, vt colligitur Exo.23.& 34.& Deutero.16.cap. sed mulier hoc tempore non poterat accedere ad Sanctuarium Leui. 12. cap. ergo neque poterat manducare Phasε.

Quid ergo fieret circa illas, quia hoc sępe accidebat cum sit quotidianum parere,& concipere, & mori?

Aliqui dicunt, quòd sicut dicebatur prędicti q. scilicet, quòd si ante Phasε finiretur purificatio comederet illa de Agno, si autem nō finiretur expectaret ad secundum mensem,& tunc faceret Phasε si expleta esset purificatio, aliàs nō fieret in toto anno. Sed dicendum, quòd non stat, hoc enim in viris seruabatur, sed in fęminis non. Et ratio est, quia viri obligabātur ad celebrandum Phasε, sed fęminæ non, celebrabant quidem si poterant, si vero non possent non arctabantur ad dandum operam ad illud, vt ostendetur infra,& ob hoc si mulier tempore Phasε munda esset, & esset in loco Sanctuarij, in quo posset manducare Phasε manducabat, sin autem non expectabat, vt māducaret mense secundo etiam si posset.

An patientes immunditiam naturalem manducarent Phasε.
Quæst. LI.

QVAERETVR autem de patientibus immunditiam naturalem, vt est lepra, & fluxus seminis, & sanguinis extra tempus menstruorū an manducarent Phasε, vel quid fieret circa eos.

Dicendum, quòd quandiu manebant in hac immunditia non manducabant Phasε siue multo siue pauco tempore durarent.

Aliquibus autem videtur hoc inconueniens, quia tunc daretur, quòd aliquis Iudæus esset, qui in tota vita sua non manducaret Phasε, quod videtur absurdum, cum dicat Deus, quòd peribit anima eius de populo suo si non fecerit Phasε tempore suo, nisi impeditus itinere, aut immunditia super mortuo, quia tūc ad alterum mensem differebatur.

Secundo quia volunt, quòd lepra non impediret a cibo Agni, quia tunc cum inter Iudęos essent leprosi aliqui in deserto impedirentur illi a manducatione Agni,& tamen in celebratione facta in deserto nō inuenti sunt nisi duo impediti ad faciendum Phasε, & illi non, vt leprosi, sed vt immūdi super anima Num. 9.ca. ergo leprosis licebat manducare Phasε. Constat tamen, quòd erant tunc leprosi in deserto, quia Nu.5. ca. dicitur pręcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum,& qui semine fluit, pollutusque est super mortuo tam masculum quàm fœminam eijcite, ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. non ergo impediebat lepra a māducatione Phasε. Dicendum, q̄ sine dubio leprosus, & fluens semine, & mulier fluens sanguine extra tempora menstruorū, quādiu sustinebant hanc passionem non poterant māducare Phasε, primo quia isti erant immundi, & immūdis non licebat manducare illud, vt dictum est. Secundo quia quidquid isti tangerent esset immundum, de leproso patet Leui.14.de viro fluēte semine, & de fęmina fluente sanguine patet Leui.15.ca. ergo Agnus cum ab eis tangeretur efficeretur immūdus, & sic nō liceret illum immolari, neque adipem eius cremari, quod tamen necessarium erat in Agno Paschali. Tertio quia si isti manducarent Agnū non manducarent soli, quia vnus non sufficeret ad māducandum Agnū, ideo multi iungebantur Exo.12.ca. & tamen quicunque accederet ad istos tangendo quomodolibet eos, vel vestes eorum, aut sedes in quibus sedebant, vel lectum, aut stratum erat immūdus Leui.14.& 15. ergo nullus manducabat cum eis,& consequenter ipsi non poterant manducare Phasε.

Quarto & præcipue quia Agnus non comedi poterat in quolibet loco, sed solum in loco quem Deus elegisset Deut.16.ca.& tamen leprosis, & fluentibus semine non licebat intrare non solum in locum illū, sed neque in aliquem locū habitationis humanę, sed manebant semper extra castra Num.5.ca. scilicet, prącipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, ergo nullo modo poterant comedere de Agno Paschali, cum foris manerent, & ista ratio non potest pati aliquam calumniam.

Si autem aliquis dicat, quòd immolari poterat Agnus in loco Sanctuarij, & mitti leprosis manentibus foris, vt comederent.

Dicendum, q̄ non stat propter duo, primo quia nō solum

solum immolatio fiebat in loco Sanctuarij, sed etiam comedi non poterat extra locum illum, sicut dicitur Deut. 16.ca. non poteris immolare Phasε in qualibet vrbium tuarum, sed in loco quem elegerit Dominus, vt habitet nomen eius ibi, immolabis Phasε vesperi ad occasum solis, quando egressus es de Aegypto, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ergo non poterant dari partes leprosis, qui non erant in loco illo.

Secundo quia etiam si hoc non esset imperatum iam fuerat dispositum, quòd carnes Agni non mitterentur de domo in domum, sed totus comederetur in domo vna Exo.12.cap. scilicet, in domo vna comedetur, neque efferetis de carnibus eius foras, ergo multo minus poterant ferri extra vrbem,& ideo non possent leprosi de hoc comedere.

Quinto quantum ad principale, quia Leuit.22.cap. expresse ponitur, quòd leprosus non comedat de sanctificatis, scilicet, homo leprosus, aut patiens fluxum seminis non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi donec sanetur, & tamen Agnus Paschalis erat aliquid sanctificatum, ergo leprosi, & fluētes semine nō poterant comedere de illo, neque mulieres fluentes sanguine, quæ eodem modo sunt immūdę, sed de his expectandum erat donec sanarētur, & tunc per septē dies purificabantur, & die octauo iudicabantur mundi, & tunc poterant manducare Phasε, & quamlibet rem sanctificatam.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd non erat inconueniens, quòd manerent leprosi, & alij immundi tota vita sua non manducantes Phasε, si tota vita in hac immunditia tenerentur, quia ita expresse dicitur Leui.22.q̄ leprosus,& patiens fluxum seminis non comedant de sanctificatis donec sanentur, ergo si nunquam sanantur nunquam comedunt de sanctificatis. de muliere autem fluente sanguine idem est sicut de viro fluente semine, quia similis immunditia reputatur Leui.15.cap. ergo neque illis licebat māducare Phasε quandiu sic manebant: nam etiā istę erant separatæ ab hominibus quādiu sustinebāt hanc ægritudinem, sicut separantur menstruatę tempore menstruorum ne polluant alios, eodem.cap.

Ad secundum dicēdum, quòd leprosi impediūtur manducare Phasε,& nullo tempore licuit eis manducare illud, neque in deserto, nec in Terra Chanaā, nęc in Aegypto in prima celebratione. Cum autem obijcitur, q̄ in deserto soli duo impediti sunt manducare Phasε, concedendum est,& cū dicitur, q̄ tunc erāt leprosi inter Israelitas negandū est, ideo nulla alia causa impedimenti fuit, nisi quantum ad illos duos homines, qui propter contactū mortui impediti erant manducare. Et cū dicitur Num.5. q̄ prącepit Deus leprosos eijci de castris, dicunt aliqui, quòd fuit datum māndatum de faciēdo in futurum, quod fieri deberet, sed tunc non erant aliqui in quibus esset executio legis.

Sed dicetur, quòd non stat, sed potius oportet dici, quòd quando lex data est erant aliqui leprosi, vel fluētes semine,& tradita fuit lex executioni, quia dicitur, eod.cap. prącipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnē leprosum,& fluētem semine &c. & sequitur, fecerūntque filij Israel sicut locutus est Dominus Moysi.

Aliter ergo dicendum, scilicet, quòd tempore Phasε non erant leprosi aliqui, neque fluentes semine, & ideo non fuerunt aliqui impediti manducare Phasε nisi illi duo de quibus Num.9.ca. & tamen postea incurrerunt aliqui plagam leprę, & illi eiecti fuerunt de castris,& etiam fluentes semine,& polluti super mortuo sicut dicitur Num.5.cap. Et ad hoc est dicendum, q̄ est anticipatio,& recapitulatio ibi: nā id, quod ponitur Num.5. fuit post illud, quod ponitur Num.9. cap immo id, quod ponitur Num.9. fuit ante id, quod ponitur Num.1. quia Num.1. dicitur, locutus est Dominus ad Moysem in deserto synai prima die mensis secundi anno altero egressionis de Aegypto, i. anno secundo,& tū Phasε de quo dicitur Num.9.c. fuit factū die quartadecima mēsis primi, eo.ca. ergo illud quod dicitur Nu.9. fuit ante illud, quod dr̄ Num.1.& consequenter potuit esse multo tēpore ante illud, quod ponitur Nu.5. ideo licet illa lex posita ibi statim traderetur executioni, nō sequitur q̄ tēpore Phasε celebrati essent aliqui leprosi, qui impedirētur māducare Agnū, maxime, quia aliquis subito incurrebat plagam leprę, non solum naturaliter, sed ēt Deo inferēte specialiter ppter peccata eius, sicut fuit de Maria sorore Moysi, quam percussit Dominus lepra, quia murmurauit contra Moysem,& mansit septē diebus leprosa, Nu. 12.c.& Deus signat, q̄ ipse subito infert hanc plagam cui voluerit si agat cōtra mandata eius Deute. 24 ca.s. obserua diligēter ne incurras plagam leprę, sed facies quęcunq; docuerunt te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id, quod prącepi eis,& imple solicite. memento te, quę fecerit Dominus Deus vester Marię in via cū egrederemini de Aegypto q.d. illi inflixit plagā leprę, quia murmurauit,& offendit Deum: iō & vos cauete offendere ipsum, ne & vos quoq; lepra percutiat. manet ergo q̄ leprosi, & fluētes semine de Agno nō comederunt in deserto, quia nulli tales erant tunc, q̄ impedirentur qū celebratum fuit Phasε, & sic manet tādem, quòd nullis immundis quocunque genere immunditię licuit aliquo tempore inter Iudęos manducare Phasε quando manebant immundi.

Quot modi immunditiæ erant inter Iudæos secundum legem Moysi. *Quæst. LII.*

AD aliqualem autem prącedentium declarationē manet dicendum de immunditia quot modi immunditię erant inter Iudęos secundum legē Moysi, cum dictū sit, q̄ omnis immunditia impediebat manducare Phasε, & qualiter, vel quando tollebatur ista immunditia. Dicendū quantū ad primū, sicut supra q̄ aliquę erāt immūditię naturales, alię vero erant legales. Incipiendo aūt a maximis, quę erant naturales dicendum est, q̄ prima, & maxima omnium immunditiarum erat lepra: nā cęterę non sufficiebant sicut ista, quia alię licet aliquo modo macularent, non tamen causabant seipsas naturaliter per contactum in cōtactis, lepra autem morbus contagiosus erat,& ideo nō solum iubebant Dominus eijci leprosos extra castra, sicut & fluētes semine,& pollutos super mortuo Nu. 5.ca. sed ēt leprosi habitabant soli extra castra, & non iungebantur alijs quoque immundis fluxu seminis, aut super mortuo ne eos inficerent Leui.14.cap. scilicet, omni tempore, qui leprosus est, & immundus solus habitabit extra castra, de alijs autem immundis non dicitur, quòd soli habitarent, quia illi non habebant hanc vim inficiendi.

Secundo quia non solum habitabant separati, sed etiā ponebatur eis signum, vt de longe cognoscerentur, ne quis ignorans accederet ad eos,& pollueretur, quod non fiebat de alijs immundis: nam cum manerent extra castra non ponebantur eis aliqua signa, leprosis autem ponebatur in signum, quòd haberēt vestes dissutas,& os opertum veste,& caput nudū Leui. 14.ca.s. quicūque maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitriū sacerdotis habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit.

Tertio quia alias immunditias non reputauerunt gentiles, neque separauerunt homines a cohabitatione

tione aliorum propter eas: nam nullus populus fuit, F
qui fluentem semine separarer a cohabitatione, neq;
nos nunc separamus & multominus pollutum super
mortuo, & tamē leprosum cōsuetudo generalis om-
nium gentium a communi habitatione segregauit,
& nos quoque separamus, extra de coniugio lepro. c.
1. ideo ista erat prima, & maxima immunditia, & sic
quando ponuntur immunditię, quę arcent a sanctifi-
catis, numeratur prima ipsa lepra Leui. 22. cap. Quarto
quia Deus non admonet specialiter cauere aliquam
immunditiam sicut istam Deut. 24. ca. s. diligēter ob-
serua ne incurras plagam leprę: ideo ista erat maxima
immunditiarum, quę non solum immunditia, sed &
plaga, & morbus pessimus erat. Secūda immunditia
erat fluxus seminis, s. quando inuoluntarie fluit: nam
licet omnis fluxus seminis faciebat immunditiam in
Veteri testamento, tamen iste, qui erat inuoluntarius
per modum ęgritudinis faciebat pręcipuam immun-
ditiam: nam si semen fluat per coitum erat immūdi-
tia Leuit. 15. si fluat per nocturnam pollutionem etiā
erat immunditia Deuter. 13. cap. sed quando fluit per
ęgritudinem erat maxima immunditia, vnde obti-
net gradum sequētem post lepram. Cognoscitur au-
tem ista immunditia, & morbus, quē medici gomor-
rhęā vocant, quando per momenta singula, & quasi
continuo fluit Leui. 15. cap. s. vir, qui patitur fluxum
seminis immūdus erit, & tunc iudicabitur huic vitio
subiacere, cum per momenta singula adhęserit carni
illius, atque cōcreuerit fędus humor. Erat autem ista H
immunditia maior alijs post lepram, quia in enarra-
tione immunditiarum, quę arcent a sanctificatis ista
ponitur statim post lepram Leui. 22. ca. 1. homo de se-
mine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum
seminis, non vescetur de sanctificatis donec sanetur.
Secundo quia ista est immunditia, & ęgritudo, aliæ
sunt post eam immunditię, sed non ęgritudines excep-
pro fluxu sanguinis. Tertio quia ista ponitur in male-
dictionem, ex quo apparet, quòd erat detestabilis val-
de inter Iudæos, & non ponuntur aliæ immunditiæ
in maledictionem præter lepram, vt patet 2. Regum
3. cap. vbi maledixit Dauid ipsam Ioab pro occisione
Abner, scilicet, non deficiat de domo Ioab fluxum se-
minis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & ca-
dens gladio, & indigens pane, vnde tam detestabilis
erat, quòd pręmisit eum ibi Dauid ad lepram.

Quarto patet ex magnitudine, & multitudine illo-
rum, quæ immunda reddebantur a patiente hunc
fluxum: nam omne stratum in quo dormierit im-
mundum erit, & vbicunque ille sederit, & si aliquis
tangebat vestem eius, vel sedebat vbi ille sederat im-
mundus erat, & siquis carnem eius tangeret, & si su-
per aliquem mitteret saliuam, efficiebatur immun-
dus, & omne illud super quòd sederet, & qui porta-
ret aliquam rem istarum immundus erat, & si aliquē
tangeret manibus (nisi prius manus lauaret) immun-
dus erat, de his omnibus Leuit. 15. cap. & si tangeret
ille vasa fictilia confringenda erant, si autem vasa li- K
gnea, aut metallina defricanda erant, vt tolleretur im-
munditia, eodem cap. & ita in hoc non videtur differ-
re a leproso, quia non poterat leprosus plus aliquam
rem contaminare, quam illam contaminabat fluens
semine.

Quinto quia alij polluti non ejiciebantur de castris
generaliter, leprosus tamen, & fluens semine de ca-
stris ejiciebantur Num. 5. cap.

Tertia immunditia erat fluxus sanguinis in mulie-
re extra tempora mēstruorum Leui. 15. cap. & pręter
duas prędecentes ista erat maxima omnium immun-
ditiarum, & parum videbatur differre a fluxu semi-
nis, quia idem videtur esse in fœmina fluxus sangui-
nis, quod est in viro fluxus seminis, quando vterque
est inuoluntarius per ęgritudinem.

Et primo patet, quia sicut patiens fluxum seminis,
sic & patiens fluxum sanguinis erat extra castra, vnde
& illa mulier, quæ duodecim annis passa fuerat hunc
fluxum, & quam Christus sanauit extra locum erat,
& non inter turbas, & ideo ciam venit ad tangendum
fimbriam vestimenti Christi, vt colligitur supra 9. &
Mar. 5. & Luc 8.

Secundo quia ista ęgritudo erat immunditia, post
hanc vero nulla erat ęgritudo, & immunditia simul,
sed solum immunditia.

Tertio quia in ista ponuntur multę grauitates, scili-
cet, quòd multa reddebat immunda cum ipsa sic ma-
nebat, scilicet, quia vestes suę erant immūdę, & lectus G
in quo dormiebat, & locus in quo sedebat, vel mane-
bat, & qui tangeret eam erat immundus Leui. 15. ca.

Alię erant immūditię, quę non erant ęgritudines,
& illę iudicantur potius legaliter immunditię quàm
naturaliter, & prima horum est fluxus menstruorum.
Est autem quarta in ordine, quæ quodam modo est
minor quàm immunditia super mortuo, & quodam
modo, immo simpliciter maior, vnum autem erat in
quo erat maior immunditia super mortuo, quia hic
pollutus ejiciebatur de castris Num. 5. cap. pręcipe fi-
lijs Israel, vt ejiciant de castris omnem leprosum, &
fluentem semine, & qui pollutus est super mortuo tā
masculum quàm fœminam, mulier autem mēstrua- H
ta non ejiciebatur de castris, separabatur tamē ab alijs,
sed istud non probat simpliciter istam esse maiorem
immunditiam, quia fluens semine in pollutione no-
cturna cogebatur manere per diem vnum extra ca-
stra, & tamen non erat ista de maximis immunditijs.

Et ideo dicendum, quòd post tres prędecentes ista
erat maxima, primo quia menstruatę mulieres sepa-
rabantur Leui. 12. ca. scilicet, immunda erit sepię die-
bus iuxta dies separationis menstruatæ, & alij immun-
di non separabantur.

Secundo quia si quis tangeret illam, aut ipsa tange-
ret aliquem, polluebatur, & tamen non fiebat sic de
alijs pollutis, & dato, quòd quis polluebatur ex tactu
alicuius immundi, non durabat immunditia huius ni- I
si vsque ad occasum solis, & tamen mēstruata mulier
tangens interdum aliquem reddebat eum immundū
per septem dies, scilicet, siquis coiret cum illa immū-
dus erat septem diebus, Leuit. 15.

Tertio quia in alijs immunditijs non transibat pol-
lutio in tertiam personam, sed vt communiter cum
quis efficeretur immundus, ipse solus immūdus erat,
aut quando plus transibat ad secundam personam, si-
cut putatur de polluto super mortuo, quòd contami-
naret alios tactu suo, sed in tertiam rem non trans-
bat, hic vero transibat, quia mulier menstruata erat
immunda, & siquis coiret cum illa tempore mēstrui
erat immundus septem diebus, & omne stratum in
quo dormiret polluebatur Leui. 15. cap. & hoc non
fiebat in pollutione super mortuo.

Quarto quia siquis coiret cum muliere menstrua-
ta tempore menstrui occidebatur, & illa quoque Le-
uiti. 20. cap. etiam si alias nullam pęnam mererentur,
sed hoc potius erat propter pericula conceptus im-
mundi, qui inde sequi solet, quàm propter magnitu-
dinem immunditię in se, cum tangere leprosum, aut
fluentem semine, aut coitus cum his si nihil aliud in-
tercideret, non erat causa ad mortem.

Quinto quia ponūtur multę grauitates circa hanc
immunditiam: nam qui tangebat eam erat immun-
dus, & id in quo illa sedebat, vel dormiebat pollueba-
tur, qui tangebat lectulum eius, aut vestes, aut aliquid
aliud in quo illa sederet immūdus erat, & grauissime
pollue-

polluebatur qui coibat cum ea tempore mēstrui Le-
ui. 15. durabat autem ista immunditia per septē dies,
ideſt quādocunque fęmina sentiret aduenire sibi flu-
xum menstruorum separare se debebat a cōsortio vi-
ri sui, & aliorum, ne tangēdo eam polluerentur, & du-
rabat per septē dies ista separatio. & in his diebus red-
debatur immundum quicquid illa tāgeret, iuxta om-
nia quæ habentur Leuit. 15. cap.

Quinta erat immunditia mulieris pariētis: nam eo
ipso quòd pariebat erat immunda, & ista immūditia
erat duplex, s. a principio erat, sicut mulieris mēstrua-
tæ: postea vero erat minor. modus autem erat, quòd
si mulier pareret masculum, erat septem diebus im-
munda iuxta morem immunditiæ menstruatæ, Leu.
12. ca. s. omnis immunditia quæ erat menstruatæ erat B
parientis, s. quòd ita contaminabat omnes tangentes
se, & vestes, & lectum, & loca in quibus sedebat, & tā-
gentes vestem, aut lectum eius polluebantur. & siqs
cum illa intra illos septem dies coiret, polluebatur p
septem dies, & omnia alia quæ ponuntur de muliere
menstruata, Leu. 15. post septem autem dies illos ma
nebat rursus immunda trigintatribus diebus, & in il-
lis non contaminabatur tangens eam, neque vestes
suæ, aut lectus polluebātur, nec locus in quo sedebat,
aut aliquid aliorum, sed erat simplex immunditia, s. q
non licebat ei accedere ad Sanctuarium, neque tāge-
re aliquam rem sanctam, Leuiti. 12. & hoc ad omnes
pollutos erat commune, Leui. 15. c. Si autem peperis-
set fęminam duplabatur tempus immunditiæ: nam
quatuordecim diebus separabatur, & reputabatur im- C
munda iuxta immunditiam menstruatæ mulieris, &
sexaginta sex diebus sequentibus erat immūditia sim
plex, vt dictum est. & ita pariens non poterat esse mū-
da ante quadraginta, aut octoginta dies, & tunc
intrabat in Sanctuarium, Leuitici duodecimo ca-
pitulo.

Ista immunditia videtur esse maior quam immun-
ditia menstruorum, nō quidem quòd ad plura se ex-
tenderet, quia nō reddebat plures res pollutas pariēs
quam menstruata, neque plus eas polluebat, sed dura
bat maiori tempore, quia immunditia mēstruatæ so-
lum per septem dies: immunditia autem pariētis per D
quadraginta aut octoginta. sed vnum videtur in quo
immunditia menstruatæ erat maior quam parientis,
quia siquis coiret cum muliere mēstruata occideba-
tur, & ipsa quoque Leui. 20. ca. sed qui coiret cum pa-
riente etiam infra septem dies primos, non videtur,
quòd occideretur.

Sed obijcietur, quòd separabatur mulier pariens il-
lis septem diebus primis iuxta cōsuetudinem mulie-
ris menstruatæ, sed in muliere menstruata erat, quòd
qui coiret cum illa occideretur, ergo pariter, & cū pa-
riente intra primos septem dies.

Dicendum, quòd non occidebatur parientem co-
gnoscens, licet illa in septem primis diebus dicat im-
munda, iuxta immunditiam mēstruatæ, quia hoc est
secundum opinionem legis, quæ inducit qualem vo
luerit immunditiam vbi non est, tamen ad hoc quòd E
occideretur coiens cū menstruata, erat necesse quòd
illa esset actualiter tempore menstruorum, sic dici-
tur, qui coierit cum muliere menstrua in fluxu men-
struo: ideo non oportebat occidi eum, qui coiret
cum illa.

Sexta immunditia erat in cōtactu mortuorum, nā
qui tangebat mortuum erat immundus septem die-
bus. & iam ista est immunditia legalis, quia est per so
lum contactum non existente aliqua reali immundi-
tia, & ideo ista est minor quam præcedentes, quia illę
continent aliquid naturale, sed inter immūditias per
cōtactum ista est maxima, quia in ista maiori tempo-

re durat pollutio, nam qui tetigerit mortuum septē A
diebus est immundus, Num. 19. cap.

Secundo, quia ista immunditia requirebat specia-
lem purificationem, s. cinerem vitulæ rufæ, qui non
erat ad alias maculas tollendas, eod. cap.

Tertio quia pluribus modis contrahebatur immū
ditia circa cōtactum mortuorum, vel res eorū, quam
circa alia immunda, quia non solū contingendo mor
tuum, sed & tangendo sepulchrum, & tangendo ossa
vetera inuenta in agro, aut plangendo, aut intrando
domum contrahitur immunditia, eod. ca. & vt infra
declarabitur.

Quarto, quia moriens contaminabat multa, s. to-
tam domum in qua moriebatur, & omnem supelle-
ctilem domus, & liquorem qui erat in vasis si non ha-
berent vasa operculum, & ideo effundendus erat li- B
quor ille Num. 19. ca ista est lex hominis qui moritur
in tabernaculo, ideſt domo, qui ingrediuntur tento-
rium illius, & vniuersa vasa quę ibi sunt polluta erunt
septem diebus: vas quod non habuerit operculum,
neque ligaturam desuper, immundum erit.

Septima immunditia erat siquis tangeret in agro
cadauer hominis occisi, aut per se mortui, & non dif-
fert, an scienter, vel ignoranter tangerer, ideſt non vi-
deret cū tangeret, quia si postea sciret se tetigisse de-
bebat se iudicare immundum.

Octaua erat siquis inueniret in agro ossa hominis
etiam arida, vel vbicunque, & tāgeret illa, aut aliquod
eorum, immundus enim erat septem diebus.

Nona erat siquis tangeret sepulchrum hominis, et C
si non tangeret ossa, neque cadauer, & de his Nume-
ri. 19. c. s. siquis in agro tetigerit cadauer occisi homi-
nis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrū, im-
mundus erit septem diebus. vnde in hoc purificaban-
tur omnes istæ immunditię super mortuo, quòd quę-
libet durabat septem diebus.

Decima erat circa eos qui plangebant mortuos,
etiam si non tangerent illos, dum tamen comitaren-
tur funera lugendo, & faciendo ceremonias lugen-
tium, quæ erant illo tempore discooperire capita,
euellendo capillos, & rumpendo, vel scindendo ve-
stes.

In quo considerandum, quòd quicunque mortuū
sepeliret, vel quomodocunque tangeret, aut aptaret
ad sepeliēdum, vel iugeret illum, aut interesset sepul-
turæ immundus efficiebatur, & tamen erat opus pie-
tatis sepelire mortuos, & ista officia eis impendere
est laudabile valde, in quo Tobias magnam laudem
assecutus est. & tamen quicunque faciebat aliquid
horum, erat immundus septem diebus, & non lice-
bat ei accedere ad Sanctuarium, neque ad aliquam
rem sacram, neque comedere de sanctificatis, ne-
que de Agno Paschali, si eo tēpore accideret ista im-
munditia, Numeri nono capitul. sed magis merebā-
tur qui immundus esse volebat hoc modo, & non ac-
cedens ad res sacras, vt impenderet pietatis officium
mortuis, quam qui propter seruandam munditiam
abstinebat ab his.

Et ideo considerandum, quòd licet tāgentes mor- E
tuum, & facientes prædicta immundi efficerentur,
non vetabat Deus ista fieri circa mortuos, sed potius
placebat ei, quòd aliqui efficerentur immundi: im-
mo quidam erant qui, nisi vellent immundi effici cir-
ca cadauera morientium, peccābāt grauiter, sicut pa-
ter circa filium, & potius filius circa patrē, & matrē, &
alios, quibus aut propter coniunctionē cognationis,
aut beneficiorū prestitorū tenetur, & aliqñ mandaba
tur aliquibus, q efficerentur immūdi. sicut qñ occidit
Deus duos filios Aaron, s. Nadab, & Abiu in Sanctua-
rio, iussit Moyses Helisaphan, & Misael filijs Oziel

patrui Aaron, quòd educerent illos de Sanctuario: & sic iussit eos contaminari, ne sacerdotes contaminarentur illud idem faciendo Leui. 10. cap.

Est tamen verum, quòd aliquibus erat vetitum tãgere mortuos. & contaminari in rebus eorum, & isti si tangerent eos non solum essent immundi, sed etiã peccarent mortaliter, tanquam diuini præcepti transgressores. Sed in hoc considerandum, q̃ quædã erant quæ in omnibus hominibus vetabantur circa mortuos, alia vero quæ quibusdam specialiter: omnibus autem Iudæis erat generaliter vetitum facere incisuras in vultu propter mortuos, ideſt lacerare genas vnguibus, vel pectora rumpere, sicut solent facere mulieres in quibusdam regionibus. etiam erat vetitum tollere capillos depilando eos, quod etiam multis gẽtibus consuetum est. de hoc Leuit. 19 capi. dicitur super mortuo non incidetis carnem vestram, & Deuteronom. 14. cap. dicitur filij estote Domini Dei vestri, non vos incidetis, neque super mortuo facietis calui-
G tium, quoniam sanctus es Domino Deo tuo. & ideo si quis de Iudæis se incideret, aut caluitium faceret super mortuo peccabat, sed poterant Israelitæ plãgere, sicut eis tunc consuetum erat vestes scindendo, & discooperiendo capita, & seipsos percutiendo.

Aliqui autem erant quibus quomodòcunque lugere mortuos, vel tangere erat uetitum, & hi erãt sacerdotes. sed differt quia erat vnus sacerdos maximꝰ, siue Pontifex, & cæteri erãt minores. sacerdotibus autem minoribus vetitum erat tangere, aut plangere mortuum, aut quomodocunque se polluere super illo, nisi in sex personis, s. super patre, & matre, filio, & filia, fratre, & sorore, Leui. 21. cap. s. non contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis ac propinquis, ideſt super patre, ac matre, filio, ac filia, fratre, atque sorore virgine quæ non est nupta viro, sed neque in principe populi sui contaminabitur, & ratio huius erat, quia isti erant ministri Dei, & magis cauere debebant cõtaminationes quã alij homines. sicut dicitur Leuit. 21. c. sancti, ideſt mũdi erunt Domino Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.

Prædicta autem vera erant, quando sacerdotes illi I
non erant in Templo, vel Sanctuario tempore ministrationis suæ. nam tunc ad nullum mortuũ exire debebant, neque vllo modo exibant de Templo. sic colligitur. 4 Regum 12. & 2. Paralipom. de sacerdotibus qui veniebant ad sabbathum, & manebant ibi, & de alijs qui exibant de sabbato. & idem colligitur Lucæ 1. c. de Zacharia qui sorte exijt, vt offerret incensum, & postea dicitur quòd expletis diebus officij eiꝰ abijt in domum suam: & ita videtur quòd toto tẽpore quo ministrabat manebat per diem & noctem in Sãctuario, & non ibat in domum suam, & hoc fiebat, vt non accederent sacerdotes ad vxores suas vel alias, & polluerentur, sed manerent mundi ab omnibus cõtaminationibus toto tempore quo ministrare debebãt. Et etiam hoc tempore non bibebant vinum, aut aliquid quod posset inebriare Leuit. 30. cap. & tunc etiam si moreretur pater, aut mater, filius, vel filia, vel frater, non tangebant cadauera eorum, neque lugebant. sic patet Leui. 10. cap. quando mortui sunt intra Sãctuarium Nadab, & Abiu filij Aaron præsente illo, & filijs alijs eius, s. Eleazar, & Ithamar, & iussit Moyses, quòd Aaron & filij sui, non tangerẽt illos mortuos: sed alij educerent eos de Sanctuario, quia alias morerentur, cum dicitur, locutus est Moyses ad Aaron, & Eleazar filios eius, capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio, fratres vestri, & omnis do-
F mus Israel plangant incendium, quod Dominus suscitauit, vos autem non egredi emini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ vnctionis super vos est.

De summo Sacerdote secus erat, quia neque patrẽ suum mortuum tangere debebat, neque lugere, ne contaminaretur in aliquo Leui. 21. ca. pontifex, ideſt sacerdos maximus caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet, & ad oẽm mortuum non egredietur omnino, super patre suo quoque, & matre nõ contaminabitur, neque egredietur de sanctis ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum vnctionis sanctæ Dei sui super ipsum est. & ideo si iste lugere vellet aliquem mortuum prosequẽdo funus ad sepulchrũ contaminaretur, & peccaret mortaliter, & periret. sicut dicitur de sacerdotibus minoribus, & maiori simul Leui. 10. cap.

Vndecima immunditia erat etiam super mortuo, & ista non erat quantum ad cæteros, sed solum quantum ad Nazaræos, qui obseruabant illud votum ad tẽpus, nam si aliquis moreretur coram eis subito, etiã si non tangerent illum, neque lugerent contaminabãtur, & debebant radere capillos Num. 6. c.

Duodecima erat siquis tangeret morticinum cuiuscunque animalis, & in hoc non erat differẽtia, an esset in auibus, vel piscibus, vel grestibilibus. quodlibet enim morticinum erat immundum: & ideo tangens illud polluebatur: non enim licebat Iudæis manducare morticina, nec tangere, & qui tãgeret polluebatur Leui. 11. & 22. Deuteron. 14.

Tredecima erat siquis comederet morticinum, & ista immunditia coincidit aliquo modo cum præcedenti, sed differt primo quia maior immũditia est mãducare morticinum quam tangere.

Secundo, & præcipue, quia tangere morticinum erat solum immunditia, sed nõ peccatum: immo interdum erat necessarium portare & tãgere illa, sicut quando animalia moriebantur in domo, necesse erat illa efferri, ne inficerent domum Leui. 11. ca. quicunque morticina eorum tetigerit polluetur, & erit immũdus vsque ad vesperum. & si necesse fuerit, vt portet quispiam horum morticinum lauabit vestimenta sua. comedere autem morticina semper erat vetitum Leui. 17. cap. & Deuteronom. 14. cap. s. quicquid morticinum est non vescemini ex eo, & ideo comedenti morticina inferebat Deus pœnam, tanquam prænari catori legis, portanti autem illa, vel tangenti nullam pœnam inferebat, sed solum mundandus erat.

Tertiò, quia non erat idem modus purgationis, nã qui tangebat vel portabat aliquod morticinum lauabat vestimenta sua solum Leui. vndecimo cap. qui autem comedebat morticinum lauabat carnem, & vestes Leuit. 17. cap.

Quartadecima erat siquis tãgeret aliquod animal occisum a bestia, nam non differebat morticinum esse aut occisum, dum tamen non esset ab homine oc- K
cisum. de hoc Leu. 5. s. anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue occisum a bestia, siue per se mortuum.

Quintadecima erat siquis comederet de animali occiso a bestia, nam immundus erat, & non solum si comederet de occiso a bestia, sed etiam si captum esset, vel demorsum, dato quòd ab homine postea occideretur, nam non licebat talia animalia comedere Iudæis, Exodi vigesimosecundo capit. viri sancti eritis, carnem quæ a bestijs prægustata fuerit non comedetis, sed proijcietis canibus. & æquiparat scriptura animal morticinum & captum a bestia, etiam si ab illa occisum non sit, quia non potest capi sine quadam prægustatione carnis eius, & animalia prægustata vetat comedi, vt dictum est. de hoc Leuitici 17. capitu. scilicet

scilicet adipem animalis morticini, & eius quod a bestia captum est habebitis in vsus varios. in comedẽdo quoque æquiparatur morticinum, vel captum a bestia, quia dicitur, lauabit vestimẽta sua. Sed ista immũditia addit ad præcedentem, sicut comedere morticinum ad portare morticinum vel tãgere. Primo quia maior est immunditia comedere quam tangere solum, quia manet in visceribus, & transit in substantiam.

Sed arguet quis, quòd id quod per os intrat nõ coinquinat, sicut Christus dixit supra 15. cap.

Dici potest vno modo, quòd verum est in nouo testamento, quia Christus abstulit omnia cęremonialia veteris Legis, & ideo nunc, neque tangere, neque comedere est peccatum, & tamen in veteri testamento quando manebant ista cæremonialia, polluebant hominem tangere, & manducare morticinum.

Secundo potest dici, quòd etiam dictum illud erat verum in veteri testamento, quia coinquinare homi nem erat coinquinare animam ad hoc, quòd illa coram Deo esset rea, & tamen hoc non poterat facere cibus: nam tunc etiam siquis violenter gustaret cibũ aliquem, vel ignoranter, polluereturꝙ quod nemo cõcedit, sed polluebatur homo in veteri testamento per hæc quadam pollutione exteriori, ideſt, quòd non accedebat ad res sacras. poterat autem pollui in anima si ageret per inobedientiam aliquid, quia tunc peccatum erat, non quantum ad conditionem rei, sed quia contra præceptum Dei agebatur.

Secundo quantum ad principale differunt, quia tãgere vel portare captum, vel prægustatum a bestia nõ est peccatum, quia non est vitium, sed interdũ est necessarium Leui. 11. c. sed comedere illum semper erat peccatum, quia erat vetitum Exodi 22. & Leuit. 17. & quicunque ageret contra prohibitionem peccabat, quia committebat inobedientiam ad Deum.

Tertio, quia differebat modus mundationis, nam qui tangebat, vel portabat captum, vel occisum a bestia, lauabat vestimenta sua Leui. 11. c. qui autem comedebat occisum vel captum a bestia, lauabat carnẽ, & vestimenta sua Leui. 17. cap.

Decima sexta immunditia erat, quando tangebat quis reptilia, etiam si tangeret ea viuentia, nã immundus erat: in alijs autem animalibus, siue essent ad vsum licita, siue non, immunditia non erat tangere illa viuẽtia, sed solum mortua in reptilibus autem quæ reputabantur execrabilia, Leuit. 11. neque licebat ea tangere viuentia, neque mortua, sed quocunque modo causabatur immunditia Leui. 5. s. anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue per se mortuum, vel quodlibet reptile, & oblita fuerit immunditiæ suæ &c. & Leui. 22. ca. qui tetigerit immundum super mortuo, & qui tangit reptilia immundus erit vsq; ad vesperũ.

Decima septima immunditia erat in eo qui tangebat sordes humanas, ideſt stercora, aut corruptam vrinam, quia per hęc reddebatur immundus Leui. 5. s. & si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, & Leui. 7. c. & ob hoc Iudæi non debebant deponere stercora sua in castris, quando erat Sanctuarium in castris, sed extra castra, & operiebant fœditatem, vel stercora humo, Deuteronom. 23. cap. s. habebis locum extra castra ad quem egredieris ad requisita naturæ, gerẽs paxillum in balteo, cumque sederis per circuitum fodies, & egesta humo operies quo releuatus es. hæc autem consuetudo debuit esse ex obligatione præcepti inter Iudæos quandiu erant in deserto, quia habitabant in circuitu Sanctuarij, & postea Sanctuarium mouendum erat per loca in quibus fuerant castra: & ideo non debebat esse ibi immunditia aliqua. vnde ista causa sub-

A ditur ibi in litera, scilicet Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat, & tradat tibi inimicos tuos, vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fęditatis ne derelinquat te: sed adhuc postea fuit quædam secta Iudæorum qui vbicunque essent non deponebant stercora in conspectu solis, quia putabãt offendi iubar solis si videret aut tangeret stercora, & ideo prius fodiebant terram, & in occulto circumuelati deponebant onera illa, & operiebant terra antequam videretur a radijs solis, sed hoc superstitio erat, quia iam illud mandatum Domini cessauerat cum esset temporale.

Decima octaua immunditia erat si quis tãgeret sordes bestiarum quarumlibet Leu. 7. cap. scilicet, & qui tetigerit immunditiam hominis, vel iumẽti, siue omnis rei quæ polluere potest, & ita immũditia, ideſt stercora iumentorum polluebant.

B Sed dicendum, quòd non reputabatur æqualis immunditia siquis tãgeret sordes hominis, & sordes bestiarum, sed magis pollutus iudicabatur qui tãgebat immunditiam hominis. sic enim erat de morticino, nam morticinum hominum qui tãgeret septem diebus immundus erat Nume. 19. cap. qui vero morticinum animalium erat solum immundus vsque ad solis occasum Leui. 11. c. ita & contingere humana stercora magis polluebat hominem quam polluerent tactus stercorum animalium.

Decima nona erat siquis tangeret leprosum. scriptura tamen non posuit de tactu leprosi, quia iussit leprosos omnes esse extra castra, & habere signa perꝙ de longe cognoscerẽtur ne quis ad eos accederet, scilicet os contectum velle, & vestimenta dissuta, & caput nudum Leui. 14 cap. sed quia in tactu rerum pertinentium ad leprosum erat immunditia, a fortiori esset in tactu leprosi, & colligitur hoc Num. 5. c. s. præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo, tã masculum quam fœminam eijcite de castris, ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum, & ita tangentes eos reddebantur immundi.

Vicesima erat siquis dormiret, aut comederet, vel biberet in domo leprosa, ideſt quę erat clausa propter D
suspitionem leprę Leui. 14. c. s. qui intrauerit domum quando est clausa immundus erit vsque ad vesperum, & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit vestimenta sua.

Vicesima prima erat in eo qui tangebat lectum hominis fluentis semine Leui. 15. omne stratum in quo dormierit immundum erit, & vbicunque sederit, siquis hominum tetigerit locum eius lauabit vestimẽta sua.

Vicesima secunda si sederet quis in loco in quo sederat vir fluens semine Leui. 15. si sederit vbi ille sederat lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit.

Vicesima tertia siquis tangeret carnem fluentis semine. eo. ca. scilicet. qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua.

Vicesima quarta siquis portaret vestem, vel stramẽta lecti in quo ille sederet, eo. c. qui portauerit aliquid horum lauabit vestimenta sua. Vicesima quinta in eo quẽ tangeret manibus ille qui fluit semine, nisi prius ille lauaret manus suas, eo. c. omnis quem tetigerit q talis est nõ prius lotis manibus lauabit vestimẽta sua.

Vicesima sexta in viro qui emittit semen per coitũ qualiscunque coitus ille sit, nam quælibet effusio seminis per coitum reddit hominem immundum, & ista immunditia durabat vsque ad vesperum Leuitic. decimoquinto ca. vir de quo egreditur semen coitus lauabit corpus suum: & non differt, an ad fœminam,

vel ad quodcunque alterum, ad quod sit coitus, vel etiam si fit per molliciem, quia omni modo erat contaminatio: omnia enim ista pertinent ad vnum modum, s. quandocunque semen emittitur voluntarie a vigilante, siue per coitum, siue sine coitu: & ideo dicitur Leui. 22. cap. qui tetigerit immundum, & ex quo egreditur semen, quasi coitus, immundus erit vsque ad vesperum.

Vicesimaseptima immunditia erat eius qui polluebatur in somnio nocturno: nam erat immundus vsq; ad solis occasum Deuter. 23. cap. si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio egredietur extra castra, & non reuertetur donec ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra.

G Considerandum circa hoc, quòd non attendebat in his ex qua causa accidisset pollutio nocturna, cum interdum sit cum peccato, & interdum sine peccato, cum ibi non aduertatur immunditia animæ sed corporis, & quia per quamcunque seminis distillationē fit pollutio corporis, dicebat immundus qui erat pollutus somnio nocturno ex quacunque causa accidisset. Erat & insuper, quia in emissione volūtaria seminis per coitum, vel quasi non fiebat differentia, an licite emitteretur semen, idest, cum vxore, siue meritorie, vt cum fit solum ad reddendum debitum, an illicite, idest cum vxore aliena, vel cū sorore, aut matre, aut masculo, aut pecore. nā omnibus his modis erat immunditia vna, idest quòd lauaret carnem suam, & esset immundus vsque ad vesperum.

Causa huius erat, quia hic cōsiderabantur duo. s. legitimitas aut illegitimitas actus, & immunditia quædam corporalis sequens ex actu quātum ad primum multum differebat: ideo pro actu legitimo, idest coitu ad vxorem nulla pœna erat. pro actu vero illegitimo erat pœna, vt si quis tangeret alienam vxorem, vel sororem suam, vel coiret cum masculo, vel cū pecore occidebatur Leuit. 20. cap. inquantum vero considerabatur immūditia corporalis sequens ex actu nō erat differētia aliqua, quia in omnibus erat æqualiter effusio seminis, & polluebatur corpus, ideo in omnibus his erat vnus modus immunditiæ corporalis, & vna mundatio.

I Amplius considerandum, quòd in his non attendebatur, nisi corporalis pollutio: & ideo si contingeret maiorem esse pollutionem corporalem, etiam si nullum esset peccatū, iudicabatur maior esse immunditia, quam vbi peccatum aliquod erat: dum tamen minus polluereturcorpus. Et apparet, quia tripliciter polluebatur quis in effusione seminis, vno modo quā do fluit per modum ægritudinis Leuit. 15. cap. secundo modo, quando per nocturnam pollutionem in somnio Deuteronom. 23. cap. tertio modo per emissionem voluntariam in coitu vel quasi coitu, scilicet per mollitiem. manifestū est quòd in his primus modus est omnino sine peccato, quia est ægritudo, & res inuoluntaria. alij autem duo modi possunt esse cum K peccato, & tamen immunditia primi modi erat maxima, quia vestes, & lectus, & sedes, & quicquid ille tangeret, aut quicquid ipsum tangeret polluebatur: & tamen in alijs duobus modis solū ipse qui fudit semen & corpus, & vestes polluuntur Leuit. 15. cap, & Deuteronom. 21. Etiam purificatio primi fiebat per octo dies. purificatio duorum secundorum fiebat vsque ad vesperum. eodem c. & rursus pollutio quæ est in somnio nocturno est peccatum veniale in seipsa, licet cogitatio præcedens ex qua illa ortum habuit, potuit esse peccatum mortale, coitus vero potest esse non solum peccatum mortale, sed etiam flagitiū vel scelus. vt si quis sororem, aut matrem, aut masculum, aut pecus cognouerit, & tamen maior immunditia reputa-

F tur ex pollutione nocturna quam in quocunque coitu, quia pp pollutionem nocturnam iubebatur homo exire de castris, & manere tota die extra castra, & post occasum solis redibat. sic Deuteronom. 23. cap. qui vero polluebatur in coitu nō iubebatur ire extra castra, sed solum lauare carnem suam, & vestem quā habuit tempore coitus Leui. 15. & ideo non attendebatur hic ordo in peccato, vel magnitudine eius, aut propinquitate ad illud.

Considerabatur autem in hoc sola immūditia corporalis, ideo illud in quo videbatur esse maior corporalis pollutio, iudicabatur maior immunditia, & imponebatur ei durior lex mundationis. erat autem maior pollutio in fluxu seminis inuoluntario, quia semper fluit, & concretus est carni humor ille turpis, & carnem maculat, & vestes Leuit. decimoquinto cap. vir qui patitur fluxum seminis immundus est, & tūc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per momenta singula adhæserit carni illius, atq; concreuerit fœdus humor. cum vero semē fundebatur per nocturnam pollutionem semel, & non continue fluebat, & ideo minus contaminabat, & tamen polluebat corpus, ga adhærebat partibus eius, & si sic accederet concretus efficiebatur ille humor in parte corporis super quam decurrisset, effusio autem quę est per coitum est in alterum, quia ab altero excipitur semen, & non adhæret emittenti, ideo corporaliter minus polluitur, & H consequenter est minor immunditia quam in somnio nocturno: & tamen omni modo quo semē emittitur corpus polluitur. sic dicit Apostol. 1. Corin. 6. ca. omne peccatum quodcūque homo fecerit extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat.

Vicesimaoctaua immūditia est in muliere, quæ ab aliquo cognoscebatur carnaliter, quia etiam illa immunda erat Leuitic. 15. capit. scilicet mulier cum quæ coierit lauabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum, & etiam in hoc non fit differentia, an licite, vel indebite cognosceretur, quia omni modo erat æqualis immunditia, sicut dictum est cum per coitum esset.

Vicesimanona erat in eo qui tangebat mulierem tempore menstruorum, siue tangeret vestem eius, siue carnem Leuit. 15. ca. s. omnis qui tetigerit eam im- I mundus erit vsque ad vesperum.

Tricesima erat in eo qui tangebat lectulum menstruatæ illo tempore quo erat separata. nam per septē dies separabatur ab alijs, ne polluerет eos Leuit. 12. & 15. cap. & eo tempore qui tangeret lectum eius iacēdo in eo, vel sedendo, vel saltem tangēdo manu erat immundus Leui. 15. cap. s. qui tetigerit lectum eius lauabit vestimenta sua.

Tricesimaprima siquis tangeret aliquod vas, vel stramentum super quod sederet mulier tempore mē struorum, eod. cap. s. omne vas super quod illa sederit quisquis attigerit lauabit vestimenta sua.

K Tricesimasecunda erat siquis coiret cum muliere tempore menstruorum, idest, septem diebus separationis menstruorum, & ista erat magna immunditia. nam alię durabant vsque ad vesperum, ista autem per septem dies. eodem c. s. si coierit vir cum ea tempore sanguinis menstrualis immūdus erit septem diebus. Erat autem ista immunditia maior alijs quæ ex contactu accidebant, nam grauiora imponuntur in ea. Primo quantum ad durationem, quia aliæ ex contactu regulariter durabant vsque ad solis occasum, ista autem durabat per septem dies.

Secundo quia q immundus efficiebat ex contactu alicuius rei immundæ ipse immundus erat, sed alias res non polluebat, sicut qui tetigisset cadauer bestiæ, vel reptile, vel hominem leprosum erat immundus; & ta-

& tamen si ipse tangebat alias res nō polluebat illas, A manebat cremando eam donec in cinerem reduceret, nam sacerdos immolabat eā, & ex hoc solo erat immūdus, alius autem illam cremabat, & etiam erat immundus, eod. c. sed & ille qui combusserit eam lauabit vestimenta sua, & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum.

qui autem coiuisset cum menstruata non solum in se immundus erat, sed etiam lectus in quo dormiret ille polluebatur Leuit. 15. c. scilicet omne stramentum in quo dormierit, polluetur.

Causa huius erat prima, quia ista non erat immunditia simplex, sed plus quā immunditia, eo quòd non erat tactus menstruatæ mulieris, sed tactus ipsorum menstruorum, vnde ex tali concubitu lædūtur interdum viri coeuntes.

Secunda erat ad vetandum valde istum contactum propter viros coniugatos, ne accederēt ad vxores suas tempore mēstruorum, quod facile erat ex magna opportunitate, nisi multum ista vetarentur, & quia pœna immunditiæ non arceret homines sufficiēter, adiuncta fuit alia maior pœna, s. q̄ qui cognosceret mulierem tempore menstruorum occideretur, & illa e- B tiam Leuit. 20 cap.

Tricesimatertia erat si quis tangeret seminā fluentem sanguine multis diebus extra tempora mēstruorum Leui. 15. s. quicunque tetigerit eam lauabit vestimenta sua.

Tricesimaquarta siquis tangeret lectum eius iacēdo in eo, vel tangendo saltem manu.

Tricesimaquinta siquis tangeret stratum quodcūque, aut stramētum, uel rem in qua sederet, quia ista immunda efficiebantur Leuit. 15. ca. s. omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit pollutum erit.

Tricesimasexta siquis cum prædicta fluēte sangui- C ne coiret erat immundus septem diebus Leuit. 15. & tamen ista habebat eandem immunditiam quā menstruata, eod. c. s. mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruorum quandiu huic subiacet passioni immunda erit, quasi sit in tempore menstruorum. ergo qui cum illa coibat septem diebus immundus erat.

Tricesimaseptima in sacerdote magno, quādo imprecabatur peccata totius populi super caput hirci: nā per hoc, quòd manus imponebat capiti eius quasi aligās ei peccata, videbatur tāgere peccata, & per hoc pollui, ideo lauabat carnem suam Leui. 16. cap.

Tricesimaoctaua in eo qui portabat prædictū hir- D cum in desertum, vt relinqueret ibi eum feris, nam cum reuerteretur lauabat corpus suum, & vestimenta, & ita ingrediebatur in castra, & sic erat immūdus, quia aliter non iuberetur lauari, neque etiam maneret aliquandiu extra castra vsquequo lauaretur.

Tricesimanona in eo qui portat vitulum, & hircū qui fuerant immolati pro peccato populi, & sacerdotis magni, quorum sanguis erat introductus ad expiādum intra Sancta sanctorum: nam aliqui efferebant corpora horum integra extra castra, & cremabāt carnes, pellem, cornua, & fimum, & qui hoc faciebant immundi erant Leui. 16. c. nam cogebātur lauare carnem, & vestimenta antequam ingrederent in castra.

Quadragesima in eo qui manducabat carnes vetitas: nam omnes carnes vetitæ erant immundæ, & qui manducāret eas immūdus reddebatur, nam sicut mā E ducando morticinum, & captum a bestia, quæ vetita erant, efficiebatur quis immundus Leui. 17. cap. ita & manducando carnem quamcunque vetitam, qa erat immunda contaminabatur comedens. sic innuitur. 2. Macha. 1. & 2. Macha. 7. cap.

Quadragesimaprima I sacerdote qui cremabat vitulam rufam ad emundationem omnium contaminationum in mortuo, nā ille lauabatur, & ita erat immundus Num. 19. c. s. & tunc demum lotis vestibus, & toto corpore suo ingredietur in castra, commaculatusque erit vsque ad vesperum.

Quadragesimasecunda in illo qui cōburebat, idest

Qualiter, & quomodo tollebantur istæ 45. immunditiæ apud Iudæos. *Quæst. LIII.*

NVNC vero dicendum est de mundationibus harum immunditiarum. Et considerandum q̄ sicut supra dictum est immundit a est duplex. s. legalis, & naturalis, & quæcunque est naturalis est dupliciter immunditia. s. naturaliter & legaliter. naturaliter inquātum habet originem a natura, & manet determinato tempore s̄m causas naturales. legaliter vero, inquantum iuxta reputationem legis illud naturale vocāt immundū, quia fedat, vel dehonestat rem in qua est, & quia cōs naturalis immūditia est, vt quædā ęgritudo, duplex erat eius mundatio. Prima vt sanaret qd naturaliter fiebat. Secūda vt adhiberentur quædā cæremoniæ circa sic sanatū, vt diceret mundus legaliter, & esset ei licitū s̄m legem quod sibi lex interdixerat, immunditiæ autem legales, qa per solam legem iudicabantur immūditiæ per solas quasdam cæremonias legales tollebantur.

Erat autem prima immunditia lepra, & quia erat naturalis primo considerandum erat, vt sanaretur, & quandiu non esset curata lepra nullæ cæremoniæ fiebāt circa leprosum, quia curatio naturalis erat præcipuum, quod ibi attendebatur, quia ista erat naturalis immunditia, & quoniam videre, an esset lepra curata erat magnæ difficultatis, posuit Deus multas considerationes & regulas, quas seruaret sacerdos qui attendebat, an esset curata Leuitici decimotertio ca. si autem contingeret curari aliquando plagam lepræ, siue supernaturaliter, siue naturaliter, vt quando lepra non erat confirmata, incipiebant cæremonię purgationis legalis, & durabat ista mundatio per septem dies, & die octauo poterat intrare, & intrabat qui leprosus fuerat, in Sanctuarium, &

in his diebus fiebant multæ cæremoniæ quæ ponuntur sigillatim Leuit. 14. cap.

Christus quare leprosos sanatos ad sacerdotes mittebat.

Et ista est causa quare cum Christus aliquos leprosos sanabat mittebat eos ad sacerdotes, vt se illis ostēderent, sicut supra 8. & Luc. 17. ſ. quia ipse illis præstabat primam mūditiam, quæ erat naturalis sanitas, vel curatio: deerat autem illis secunda quæ erat purificatio legalis. Et erat ista necessaria propter duo secundū conditionem temporis illius. Primo propter populū, quia siquis fuisset leprosus, etiam si esset curatus miraculose, vel naturaliter, non auderet ille intrare in castra, neque alij auderent conuersari cum eo, quousq; constaret eum mundum esse testimonio sacerdotis factis examinationibus suis circa eum, sicut ponitur Leuit. 13. ca. quia ita Deus tunc volebat. & ob hoc dixit Christus leproso quem curauit circa Capharnaū supra octauo cap. vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, & vt videat te esse mundatum, & testimonio illius recipiaris, vt mundus inter homines, & Luc. 17. ca. ad decem viros leprosos dixit Christus, ite ostendite vos sacerdotibus, ſ. vt videant vos mundos esse, & testimonium perhibebant, & illi dum irent in via mundati sunt, eod. cap.

Secundo vt non tolleretur ius sacerdotum, nā clamarent sacerdotes si Christus mundaret leprosos, & nō mitteret ipsos ad illos, nam ex oblationibus leprosorum proueniebant iura sacerdotibus mundantibus illos legaliter Leu. 14. cap. & si non mitteret Christus mundatos ad sacerdotes, perderent illud ius, ideo vt non esset scandalum sacerdotum ad Christum mittebat Christus leprosos a se mundatos ad sacerdotes, nō solum, vt de illis perhiberent testimonium, sed etiam expresse iubebat illis soluere iura sacerdotalia supra octauo cap. cum dixit Christus ad leprosum mundatum, vade ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis.

Circa domos quoque leprosas, & vestes fiebant cæremoniæ probationis, an essent leprosæ, & cæremoniæ mundationis Leui. 13. & 14. sed nunc nō agimus, nisi de mundatione immunditiæ quæ erat in hominibus.

Secunda immunditia erat viri fluentis semine, & ista quoque erat naturalis immunditia, siue ægritudo I sicut lepra: & ideo attendebatur duplex mūdatio. vna erat naturalis, ideſt sanatio ægritudinis, & hāc non faciebant sacerdotes, sed Deos aut natura, & quousque ista esset non fiebat aliqua cæremonia mundationis, Leuit. 22. capit. homo leprosus, aut patiens fluxum seminis nō vescetur de his quæ sanctificata sunt, donec sanetur. si autem contingeret diuinitus, aut naturaliter curari hunc, tunc sacerdos incipiebat ceremonias suas Leuit. 15. ſ. si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem &c. & durabant cæremoniæ istæ mūdationis per octo dies. nam die octauo introibant in Sanctuarium, eod. c. ſ. si sanatus fuerit &c. numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus K atque toto corpore in aquis viuentibus erit mundus.

Tertia immunditia erat fluxus sanguinis in muliere extra tempora menstruorum, & ista erat naturalis immunditia, & ideo non erat limitatum tempus suū: sed tantum quantum causæ naturales exigerent, aut Deus vellet. sicut patet de muliere quę duodecim annis mansit in fluxu sanguinis Mar. 5. & Luc. 8. & ideo quandiu durabat hæc passio erat mulier immunda, sicut menstruata Leu. 15. & separabat a conuersatione aliorum. si autem contingeret sanari incipiebant tunc cæremonię: nam manebat per septem dies postquam sciret se mundatam, & die octauo offerebat sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbæ ad ostium tabernaculi, vt offerret vnum in holocaustum, F & alterum pro peccato, & ita iam habebatur, vt munda Leuit. 15. cap.

Quarta immunditia, quæ erat fluxus mēstruorum adueniebat mulieribus potentibus concipere semel, quolibet mense quasi regulariter: & ideo menstrua a mensibus vocantur, & cum veniret ista immunditia mulieri separare seipsa debebat statim, vt non cōmunicaret alijs, ne cōtaminarentur legaliter ex tactu ei⁹, manebat autem septem diebus in ista impuritate. & quia non ponitur ei modus purificationis, putant aliqui quòd idem sit modus purificationis mulieris mēstruatæ, & fluentis semine, cum de muliere fluente semine dicatur, quòd erit immunda quasi sit in tempore menstruo, & tamen de fluente semine ponuntur octo dies purificationis Leuit. 15. cap. ideo putant sic esse de menstruata. G

Sed dicendum, quòd non stat, quia litera non ponit aliquam purgationem, ideo non est a nobis ponenda.

Secundo, quia non conuenit istud, nam menstrua ordinaria sunt mulieribus quolibet mense, sicut dicitur Leuitici 15. cap. mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis &c. si autem esset purgatio eadem menstruorum, & sanguinis fluentis sequeretur, quòd quolibet mense deberet mulier per dies quindecim separata esse, & hoc inconueniens esset, quia, maiori parte anni maneret mulier necessario in purificationibus. H

Tertio quia cogeretur quolibet mense ire in Sanctuarium ad offerendum sacrificia de quacūque parte terræ Chanaan, vt sic purgaretur, quia qui omittebat purgationem impositam præuaricabatur legem, & peccabat, & morte dignus erat.

Quarto, quia dicitur Leuit. 15. de muliere fluente sanguine, si fleterit sanguis, & fluere cessauerit, & tamen de menstruis quæ sunt vera menstrua, manifestum est, quòd cessant. ergo non intelligitur, nisi de sanguine fluente extra tempora menstruorum, cuius fluxus incertus est.

Quinto, quia purgatio mēstruorum videtur habere quasi dies tot quot fluxus sanguinis ad purgationē legalem. planum est autem, quòd mulieri non fluūt menstrua, quolibet mense per septē continuos dies, sed forte vno die tantum, & tamen cuilibet mēstruatę imponebatur, quòd esset separata per septem dies Leuit. 12. & 15. cap. ergo illi septem dies videtur, quòd erant sibi ad purgationem legalem. si autem deberēt addi octo dies, sicut in muliere fluēte sanguine, esset hoc quasi in die septimo finitus esset fluxus mēstruorum, & esset quasi purgatio illa naturalis, & sequentes octo dies pertinerent ad legalem purgationem; & tamen falsum est, quia illi septem dies primi non erant in immunditia sua naturali. ergo dabantur pro legali, & consequenter non erant alij dies purgationis addendi.

Dicendum ergo, quòd in fluxu menstruorum regulariter non dabatur aliqua purgatio, nisi illa abstinentia, & separatio septem dierum, sacrificium autē nullum imponebatur, ne grauarētur Iudæi quolibet mense offerendo, & maxime eundo ad locum Sanctuarij: sed solum lauabat mulier menstruata carnem suam, & vestimenta sua quæ tempore illius immunditiæ habebat, & sic mundabatur in septimo die, & hoc colligitur, quia Leu. 15. c. cuilibet tangenti menstruatam dicitur, quòd lauaret vestimenta sua ad hoc quòd esset mundus, & ipsum quod tangebatur ab ea lauandum esset aqua. ergo a fortiori ipsa mulier menstruata lauare debebat se, & vestimenta sua, & sic munda iudicaretur in fine septimi diei post solis occasum.

Quinta

Quinta erat immunditia parientis, & ista durabat diu, l. per dies quadraginta in ea quæ pariebat masculum, & per octuaginta in ea quæ pariebat fœminā Leui. 12. cap. & quia primis diebus 7. vel 14. erat mulier immunda iuxta legem menstruatæ oportebat, quòd in fine illorum dierum lauaret se, & vestimenta sua, vt munda iudicaretur ab illo modo immunditiæ, manebat autem postea alius modus immunditiæ, ſ. quia non licebat accedere ad sacra in sequentibus 33. aut 66. diebus. & illis completis ibat mulier ad Sanctuarium, & offerebat agnum anniculum in holocaustū, & pullum columbæ pro peccato, vel si nō poterat offerre agnum offerebat loco eius vnum turturem, aut pullum columbæ Leui. 12. cap. & istam legem purificationis secuta est domina nostra, & obtulit, aut par turturum, aut duos pullos columbarum Lucæ secundo capitul. & post hoc licebat iam mulieri accedere ad sacra.

Sexta immunditia erat in contactu mortuorum, ſ. cadauerum humanorum: nam in contactu quoque morticinarum omnium rerum erat immunditia, sed non talis qualis in contactu morticini humani, vel occisi. erat enim magna differentia. Prima in homine, siue per se mortuus esset, siue occisus non differebat, quia vtroque modo tangens erat immundus, vt colligitur Numeri 19. in animalibus secus, quia in contactu morticinorum erat semper immunditia Leui. 11. ca. & tamen in contactu occisorum animalium non erat immunditia, & potissime in illis quæ ad cibum pertinebant, de alijs secus. Secunda quia immunditia pro contactu mortui animalis durabat solum vsque ad solis occasum Leui. 11. ca. immunditia autem pro tactu hominis mortui, vel occisi durabat septem diebus Numeri 19. c. Tertia quia purgatio pro contactu mortui animalis erat leuis, ſ. q⁹ lauaret quis vestimenta sua, pro immunditia autem cōtactus morticini humani erat maior purgatio.

Modus autem erat ad purgandum immundos super mortuo ſpecialis, l. occidebatur vitula rufa per sacerdotem, & cremabatur extra castra cum multis cęremonijs, de quibus Nume. 19. & cineres illius seruabantur extra castra in loco mundo, & cum aliquis esset pollutus super mortuo veniebat homo mundus, & ponebat de illis cineribus in vno vase, & cum eis aquam, & miscebat, deinde cum hyssopo aspergebat immūdos super mortuo tertio, & septimo die ab immunditia sua, & rursus in die septimo qui immūdus erat lauabat carnem suam, & vestes, & manebat immundus vsque ad vesperum, & post occasum solis incipiebat esse mundus eod. c. & siquis hoc modo non expiaretur peribat de populo suo. D

Septima autem, & octaua, nona, & decima habebant vnum modum immunditiæ, & purificationis: nam cū essent omnes immunditiæ super mortuo durabat quælibet earum per septem dies, & debebat qui aliquo modo horum esset immundus aspergi aqua il la tertio, & septimo die. de hoc Numeri 19. c. ſ. qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus aspergetur de hac aqua die tertio, & septimo, & sic mundabitur. si die tertio nō fuerit aspersus septimo non poterit emūdari, omnis qui tetigerit humanę animę morticinū, & aspersus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel, quia aqua lustrationis nō est aspersus. & sequitur, siquis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, vel per se mortui, vel os illius, aut sepulchrum, immundus erit septem diebus. & sequitur purificatio, ſ. tollēt de cineribus combustionis atque peccati, & mittēt aquas viuas super eos in vas, in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum aspergetur ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos, atque hoc modo mundus lustrabit immūdum tertio, & septimo die, expiatusque die septimo lauabit se, & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum, & sic purgabatur vnus homo, ita purgabantur multi, & tota domus in qua aliquis fuisset mortuus. nam tota domus polluebatur ī qua moriebatur quis, & omnia vasa quæ erant in domo, & liquores qui erāt in vasis, si non haberent liquores illa operimentum in vasis, vel ligaturam eod. ca. & cum immunda esset accipiebat aliquis homo mundus de cineribus illis mixtis cū aqua, & tingebat ibi hyssopum, & aspergebat totā domum, & omnia vasa die tertio, & septimo a contaminatione facta, & omnes qui fuissent tunc in domo illa, & sic erant mundi tam homines quam domus die septimo. In his autem septem diebus non debebat aliquis habitare in domo illa. A B

Vndecima immunditia erat ſpecialis, ſ. in solis Nazaræis, ideſt obseruantibus votum istud ad tempus: nā in non obseruantibus illud, etiam si essent sacerdotes non habebat locum ista immunditia, vel in obseruātibus in perpetuum, sed in solis obseruātibus ad tempus. quid autem sit votum istud, & de ritu eius dictū est Nume. 6. cap. & quia isti Nazarei eo tempore quo hoc votum obseruabant, videbantur sanctiores cęteris hominibus, & ideo vocabantur Nazaræi, quia erāt separati a cęteris, & electi inter eos, facilius erat eos incurrere immunditiā quam cęteros homines: vnde C si subito moreretur quis coram eis, dicebantur effecti immundi, & ipso die radere debebant totam capitis capillaturam, & iterum septima die radebant, & octauo die offerebāt duos turtures, vel duos pullos colūbæ, vnum in holocaustum alterum pro peccato, & agnum anniculum pro peccato, & ita purificatus erat Nazaræus. dies tamen priores erant irriti, & nō computabantur in obseruatione voti, sed de nouo incipiebat rursus computari tempus Nu. 6. c.

Duodecima immunditia erat siquis tāgeret morticinum, & dicendum, q⁹ siue quis tangeret illud spōte, siue quia necesse erat tangi, vel portari, ęqualē immunditiam incurrebat. durabat autem immunditia ista vsque ad vesperum, ideſt solis occasum, & lauabat homo vestimenta sua, ſ. illa quæ habebat quando tetigit morticinum, & post solis occasum iudicabatur mundus Leui. 11. c.

Qui autem sic erat immundus non separabatur ab humana conuersatione, neque polluebat eos quos tangeret, sed solum arcebatur a tactu rerum sacrarum, ſ. quia non licebat ei accedere ad Sanctuariū, neque comedere de sanctificatis Leui. 22. cap. Et non considerabatur in hoc, an sponte quis tetigisset morticinum, vel ex necessitate: nam quantum ad peccatū poterat differre, sed non quantum ad immunditiam: nam immunditia corporalis erat in tangēdo, & ideo quacunque intentione contingeret quis non differebat cum æqualiter cōtingeret, sed qui tangebat morticina ex necessitate, vel propter aliquam vtilitatem, E ſ. vt efferret ea de habitaculis hominum, vel de locis conuersationis eorum, nō peccabat in aliquo, qui autem pure sponte, ideſt sine aliqua causa, nisi solum, quia volebat, contingebat ea, videbatur contemnere legem de immunditia a Deo datam, & si contemneret quis illam moreretur, & incurreret vere peccatum naturale.

Tredecima erat siquis comederet carnes morticinas. & hoc siue morticina essent de animalibus, quibus alias licebat vesci, siue de immundis ad esum. sed verum est, quòd magis peccabat qui comedebat de immundis morticinis ad cibum quam de alias licitis

ad

ad cibum, quia primo modo agebat quis contra duo F
præcepta, ſ. contra præceptum de immundo, & contra præceptum de morticino.

Secundo modo agebat ſolum contra præceptū de morticino. Erat autem iſta maior immunditia quam præcedens ideſt portando, vel tãgendo morticinum. quia hic erat peccatum, & immunditia, ibi autem ſolum erat immunditia. vnde non erat equalis immunditiæ purificatio, quia in præcedenti lauabantur veſtimenta, hic autem lauabatur caro tota, & veſtimenta Leui. 17. cap. & cauſa huius eſſe videtur, quia comedendo morticinum polluitur caro noſtra, ideo nõ ſolas veſtes lauare debemus inquantũ aliquo modo exterius contingebamus, ſed etiam carnem, quæ potiſſime polluebatur. & iſta immunditia durabat ſolũ vſque ad veſperum eod. capitu. & non arcebat a communicatione hominum, ſed ſolum a tactu ſacrorum, ideſt acceſſu ad Sanctuarium, & eſu carnium ſanctificatarum.

Quartadecima erat ſiquis tãgeret animal occiſum a beſtia. & dicendum, quòd iſta erat immunditia, vt ſiquis tangeret morticinum. nam iſta duo æquiparãtur Leui. 5. & 7. capit. & ideo durabat ſolum vſque ad ſolis occaſum, & lauare debebat veſtimenta ſua, ſ. ꝙ ea die qua quis aliquid de iſtis rebus immundis, tãgeret cenſebatur eſſe immũdus vſque ad ſolis occaſum, & ideo non poterat durare aliqua talium immunditiarũ, niſi per vigintiquatuor horas. & poterat interdum durare ſolum vna hora. vt ſiquis vna hora ante ſolis occaſum tangeret aliquam rem immundam de his, non durabat immunditia, niſi vſque ad ſolis occaſum.

Quintadecima erat ſiquis comederet de animali capto a beſtia: nam hoc immundum erat, quod & Iudæi obſeruant nunc. nam non comedunt de animali quod in venatione captum fuerit a canibus, licet ipſi non occidant illud, quia præguſtãt aliquid, & mordent. & dicendum, quòd iſta immunditia eſt, ſicut ſiquis comederet morticinum, quia lex iſta æquiparat, & durabat immũditia ſolum vſque ad ſolis occaſum, & lauabat qui pollutus erat veſtimẽta ſua, & ſe, & manebat ſolum immundus vſque ad ſolis occaſum Leui. 17. c. ſ. anima quæ comederit morticinum, vel captum a beſtia, tam de aduenis quam de indigenis lauabit veſtimenta ſua, & ſemetipſum aqua, & contaminatus erit vſque ad veſperum. & ratio huius erat, quia comedendo polluerat carnem ſuam. I

Decimaſexta erat ſiquis tangeret reptilia etiam vientia. nam in his tanta erat immunditia, ꝙ non ſolũ mortua, ſed etiam contrahebatur immũditia. & ideo qui tetigiſſet ea manebat immundus vſque ad veſperum, ſicut in ceteris immunditijs quæ erant per contactum. & arcebat iſta immunditia ab acceſſu ad Sanctuarium, & ab eſu ſacrorum Leui. 23. ca. ſ. qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & qui tãgit reptile immundus erit vſque ad veſperum, & non veſcetur de K
his quæ ſanctificata ſunt, ſed cum lauerit carnẽ ſuam aqua, & occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis.

Decimaſeptima erat in tangẽdo ſordes humanas, & decimaoctaua in tangendo ſordes beſtiarum. & licet reputetur maior immunditia humana quam pecorum: tamẽ vtraque polluebat hominem ſolum vſque ad veſperum, & cum lauiſſet veſtimenta ſua mũdus erat, quia regulariter in omnibus quæ per contactum accidebant immunditijs talis modus purgationis erat, vt colligitur Leui. 11. & 22. c.

Decimanona erat in tangendo leproſum, & viceſima in eo qui dormiebat, aut comedebat in domo quæ clauſa erat propter lepram, vtraque enim immũditia erat per contactum, & legalis, ſ. quia tangẽs non efficiebatur leproſus, & durabat vſque ad ſolis occaſum. & tunc cum lauiſſet qui talis erat veſtimenta ſua erat immundus vſque ad veſperũ Leui. decimoquarto capit. & poſtea manebat mundus, ita vt poſſet poſt occaſum ſolis comedere de ſanctificatis Leuitici 22. capitu.

Viceſimaprima, & viceſima ſecunda, & viceſima tertia, & viceſima quarta, & viceſima quinta erãt circa contactum viri fluẽtis ſemine. & in omnibus his iudicabatur immunditia æqualis in tempore, ſ. vſque ad veſperũ. & modus purgationis erat, quòd lauaret qui ſic polluebatur veſtimenta ſua, & poſt ſolis occaſum manebat mundus, vt patet Leui. 15. c de omnibus his, G
& non arcebant iſtæ immunditiæ, niſi a ſacris, & non a conuerſatione humana.

Viceſimaſexta erat in eo qui polluebatur per coitum emiſſo ſemine, vel quaſi per coitum. nã immundus erat, & in hoc non differebat, an quis ſæpe, vel ſemel eodem die exerciſſet coitum. nam tanta immũditia iudicabatur pro vno coitu, ſicut pro multis: dum tamen eſſent in eodem die. & durabat immũditia ſolum vſque ad ſolis occaſum. & purgatio erat, ꝙ lauaret homo carnem ſuam, & veſtimenta ſua Leuitici 15. & manebat impuritas ſolum vſque ad veſperũ eod. c. ſcil. cet vir de quo egreditur ſemen coitus lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit vſque ad H
veſperum.

Cauſa autem quare lauaret carnem erat, quia in effuſione ſeminis neceſſe eſt carnem pollui 1. Corint. 6. capit. omne peccatum quodcunque homo fecerit extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuũ peccat. & licet tota caro non polluatur realiter ex diſtillatione ſeminis, iudicatur tamẽ tota eſſe caro polluta legaliter. & forte verũ eſt, ꝙ tota realiter polluitur, quia ex calore venereo totum corpus alteratur, & hanc trãſmutationem poſſumus vocare pollutionem, ideo tota caro lauanda erat. Etiam veſtimenta iubentur lauari, ſ. ſi vir aliquas veſtes habuit dum fuit in coitu. ſi enim nudus fuit non tenetur lauare veſtes quibus alias vtitur, quia nullam immunditiam legalem, neque realem contrahere potuerũt. Sic dicitur, veſtem, & pellem quam habuerit lauabit aqua, & immunda erit vſque ad veſperum.

Sed quid de ſtramentis lecti in quibus vir cum fœmina conueniret carnaliter, an lauanda eſſent?

Dicendum, quòd ſic, non tamen omnia, ſed immediata ſolum quæ continguntur a corporibus, & polluere poſſunt realiter, quia licet non polluantur, iudicat lex illa eſſe immunda. quæ autem non continguntur a carne, & conſequenter non poſſunt pollui realiter non iudicãtur a lege immunda. & hoc verum eſt, niſi de ſtramento, vel ſindone, in qua vir prima vice iacebat cum vxore ſua, quia illa ſeruabatur, & non lauabatur, ſed ſub cuſtodia diligenti, & teſtibus tenebatur, vt eſſe poſſet in teſtimonium cõtra virum ſi obijcere vellet nomen peſſimum contra puellã dicens, non inueni eã virginem. nam parentes puellæ produ- Signum virginita tis nõ la cebant veſtimẽtum illud corã iudicibus, & ibi oſten- babatur debant ſigna virginitatis Deuteronom. vigeſimoſe- apud Iu cundo capitu. & ideo illud veſtimentum neceſſe erat ſeruari ſic immundum quouſque fieret probatio iſta ſi opus eſſet, vel vir renunciaret huic actioni contra fœminam. raelitas.

Cauſa autem quare durabat vſque ad veſperum ſolum erat, quia immunditiam iſtã ſæpe homines contrahebant, & ſi longius tempus daretur immunditiæ eſſent homines ſemper immundi, & ſemper arcerentur a ſacris, quod erat inconueniens.

Viceſimaſeptima erat in eo qui polluebatur nocturno

ſturno ſomnio. & iſtius erat purgatio durior, & iudicabatur maior immunditia. lubebat enim Deus iſtos ire extra caſtra, & manere vſq; ad ſolis occaſum, ſ. ſiquis hac nocte polluereturſomnio in aurora egrediebatur de caſtris, & non reuertebatur vſque ad occubitum ſolis. Et licet eſſet minor immũditia iſta quæ eſt in ſomnio, imponebat Deus maiorem abſtinentiam in ea, cum iuberet ire extra caſtra, & in emiſſione ſeminis per coitum non iubebat ire extra caſtra. Cauſa huius eſt, quia pollutio nocturna magis accedebat ad eum qui patitur fluxũ ſeminis, quam fluxus ſeminis in coitu. & tamen qui patitur fluxum ſeminis manebat extra caſtra quandiu hanc ſuſtinebat paſſionẽ Numeri 5. c. ergo cum pollutio nocturna ex eo, quòd eſt inuoluntaria habeat magnam ſimilitudinem ad fluxum ſeminis per ægritudinem, debebat exire extra caſtra, qui autem per coitum emittit ſemen voluntarie fundit, & non habet ſimilitudinem ad paſſionem fluxus ſeminis, ideo non iubetur ire extra caſtra.

Secundo, quia pollutio nocturna raro accidit viris, qui pro libito accedunt ad fœminas cum volunt, cum non contingat fieri excreſcẽtiam quæ fluat. in eis vero qui continent ab omni fœmina potius fiet nocturna pollutio per ſomnium. Iudæi autem omnes erant coniugati, & cum nulli eorum eſſet vetitus vſus venereorum, raro paterentur pollutionem per ſomnium, & ideo licet, quando eam paterentur irẽt extra caſtra non eſſet magna difficultas: ſi vero pro coitu eũdum eſſet extra caſtra omnes Iudæi manerent ſemper extra caſtra, quod erat abſurdum. ideo non eij ciebãtur, nec ibant extra caſtra aliqui pro coitu, ſed pro pollutione per ſomnium ibant foras.

Durabat autem immũditia iſta ſolum vſque ad ſolis occaſum, & ideo poſt ſolis occubitum reuertebatur in caſtra qui pollutus fuerat Deuteronom 23. ſ. ſi fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur priuſq; ad veſperã lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum ingredietur in caſtra. & non iubentur hic lauari veſtes, ſed caro. & ratio eſt, quia qui polluebatur per ſomnium nudus erat, & ideo ſola caro polluebatur, ſi tamen veſtitus eſſet, veſtes quoque immundæ erant vſque ad veſperum, & lauabantur aqua, ſicut iuſſum eſt de viro de quo egreditur ſemen coitus, ꝙ carnem lauet, & veſtem quam habuerit Leui. 15. c.

Viceſimaoctaua erat in muliere quæ ab aliquo cognoſcitur. & dicendum, quòd iſta erat omnino ęqualis immunditia ad illã in quam vir incurrebat, quando emittebat ſemen per coitum, quia idem erat actus viri, & fœminæ, & ideo illa erat immunda vſque ad veſperum, ſed non ibat extra caſtra, & lauabat carnẽ ſuam, & ſic manebat munda poſt ſolis occaſum. ſi vero veſtita erat, cum cognoſcebatur polluebatur veſtis Leui. 15. c. ſicut de viro fiebat.

Viceſimanona, & triceſima, & omnes ſequentes vſque ad triceſimam ſextam incluſiue erãt circa contactum mulieris fluentis ſanguine, & mulieris menſtruatæ, & omnes hi modi faciunt ęqualem immunditiam, quæ ſolum durabat vſque ad ſolis occaſum, & immundus lauabat ſolum veſtimenta ſua, vt patet de omnibus Leui. 15. Fallit hoc in triceſimaſecũda, & triceſimaſexta, quia ibi erat maior immũditia, ſ. in eo qui coibat cum menſtruata, vel cum muliere fluente ſanguine. nam quilibet horũ erat immundus ſeptem diebus, & lauare deberet carnem ſuam, vel carnem, & veſtimenta ſi veſtitus erat Leui. 15. ca. Cauſa huius eſt, quia iſta erat magna immunditia. & non ſolũ erat immũditia, ſed etiam peccatum, & periculum læſionis, ideo imponebat Deus grauem legem abſtinẽtiæ, & purgationis, vt homines per hoc arcerentur a præ-

dictis. Triceſimaſeptima erat in Sacerdote magno. & ſciendum, quòd iſta non erat aliqua immunditia realis, ſed ſolum legalis ex quadam fictione. fingebatur enim ſacerdos infectus ex cõtactu peccatorum, quia putabatur, quòd ipſe tãgeret ea ad imponendum ſuper caput hirci portantis ea: peccata autem in veritate tangi non poſſunt, neque videri, quia non ſunt aliquid corporale, ſed ſolum ſpirituale, & maxime poſtquam facta fuerint, quia non manent, niſi ſecundum reatum. & tamen, vt hoc Deus innueret populo rudi ſupponebat ea velut rem tangibilem. nam ſi non poſſent tangi, neque poſſent poni ſuper caput hirci, quia ſpiritualia non locantur, neque alligantur, & tamẽ ſacerdos dicebatur ea ponere ſuper caput hirci illa proferendo Leui. 26. ca. ideo corporalia illa, & tangibilia B
ſupponebat, & conſequenter polluerent omnem tãgentẽ. Si enim vere tangibilia eſſent nihil magis polluere poſſet per contactum quam peccatum. & ideo Sacerdos qui illa imponebat ſuper caput hirci immũdus cenſebatur. & hoc Deus faciebat ad ſignandum quantum eſſent abominabilia peccata, cum etiam ſacerdos qui pro illis precabatur, polluebatur per ea.

Sed conſiderandũ, ꝙ in omnibus immunditijs nulla erat minor quam iſta, ideſt quę minus duret quam vſque ad ſolis occaſum, & tamen iſta ſtatim tollebatur. nam cũ imprecatus eſſet ſacerdos peccata ſuper caput hirci, & portabatur per hominem paratum in ſolitudinem, ſacerdos nudabat ſe prioribus veſtibus, & lauãs carnem ſuam in loco ſancto induebatur rurſus veſtibus ſacris pontificalibus, & immolabat holocauſtũ Leuiti. 16. & cauſa quare non durabat illa immunditia vſque ad ſolis occaſum erat, quia neceſſe C
erat, quòd ſacerdos magnus faceret poſt hoc adhuc alia ſacrificia, quæ non debebat alius facere, vt innuitur eod. c. & ſi maneret immundus non poſſet facere illa, quod erat inconueniens. cũ non poſſent illa fieri niſi die ipſa, quia illa erat dies expiationis, ideo non debebat durare immunditia, niſi quandiu hoc faciebat, & vſquequo lauaretur, vt poſt lotionem poſſet mũdus procedere ad cętera miniſteria eiuſdem diei.

Triceſimaoctaua erat in eo qui portabat hircum in ſolitudine. ſignificabat enim quòd hircus ille portauerat omnia peccata totius Iſrael ſuper caput quæ imprecatus fuerat ſacerdos. & quia ſi rediret hircus ad Iudæos videretur reducere peccata ipſorũ ad eos, iubebat Deus, quòd portaretur per aliquem hominẽ in ſolitudinem in locum beſtiarum, vbi moreretur, vel occideretur, & non poſſet redire ad Iudæos, ideſt ad loca habitata. cum autem ille homo redibat qui portauerat hircum in ſolitudinem, lauabat carnẽ ſuã, & veſtimenta ſua, & non introibat in caſtra quouſq; lauaretur. Cauſa huius erat, vt dictum eſt, quia cenſebatur peccata eſſe tãgibilia, & ideo ſi ſacerdos imprecando, & alligando ea ſuper caput hirci polluebatur, a fortiori pollueretur qui tandiu ſecum portabat hircum, vt dimitteret ipſum in ſolitudine, & ideo lauandus erat.

Sed quare iſte lauabat carnem ſuam, & veſtimenta? Dicendum, quòd hoc fiebat, quia reputabatur iſta magna immunditia, & in ſolis magnis immunditijs quę ad interioꝛa pertingebant, lauabantur caro, & veſtimenta. ſicut ille qui comedebat morticinum lauabat carnem, & veſtimenta, quia magis erat comedere quam tangere ſolum. nã comedens lauabat carnem, & veſtimenta Leui. 22. cap. tangens autem lauabat ſola veſtimanta Leui. 11. ca. ſic, & nunc contaminatio peccatorum cenſebatur eſſe tanta, ꝙ nõ ſolum veſtes, ſed etiam carnem polluebat.

Sed tunc dicetur quare ſacerdos qui polluebatur imprecãdo peccata ſuper hircum, lauabat ſolam carnem,

nem, & non veſtes? nam è contrario fit in omnibus pollutionibus. quandocunque enim aliquis veſtitus exiſtens polluitur. ſi vero caro polluta iudicatur, & lauanda eſt, etiam veſtes immundæ ſunt. ſic patet in eo qui comedit morticinum Leui. 17. & 22. cap. ſed carnem ſolam lauare non inuenitur aliquis, niſi quando nudus erat, qui contraxit immunditiam, ſicut in eo qui polluitur per ſomnium Deuteronom. 23. c. quia ille præſupponitur eſſe nudus per noctem. ſi tamē veſtem habet, etiam veſtem velut immundā lauat. ſicut qui coiuit cum fœmina lauat corpus, & veſtem quā habuit tempore coitus Leui. 15. cap. in ſolo autem ſacerdote magno hac die accidebat pollui carnem, & non veſtem.

Et cauſa huius eſt, quia veſtes quibus tunc erat veſtitus ſacerdos ſacræ erant Leui. 16. c. & ſacrum non poteſt pollui, quia tūc non eſſet aliquid per quod poſſet purgari. ſic patet de Sanctuario. nam etiam ſi res immūdæ ponātur in Sanctuario non polluitur, quod in mortuis apparet. nā omnis domus in qua aliquis moritur polluitur, & purganda eſt per aquam luſtrationis Nume. 19. & tamen licet in Templo moreretur aliquis non polluebatur. ſicut quādo duo filij Aaron Nadab, & Abiu mortui ſunt in Sanctuario corā altari, non fuit pollutū Sanctuarium, cum non iubeatur ibi fieri aliqua expiatio Leuitici. 10. c. & tamen ſi intra Sanctuariū tangeret quis illa cadauera polluerētur. & ob hoc iuſſit ibi Moyſes, ꝙ Aaron, & filij ſui viuentes, ideſt Eleazar, & Ithamar non tangerent illos mortuos ad efferendū eos de Sanctuario, ſed alij eos efferrent eod. c. ita & nunc cum veſtes quibus induebatur tunc ſummus Sacerdos eſſent ſacræ non poterant pollui, ſed caro eius polluebatur, ideo ipſe Sacerdos lauabatur, ſed non veſtes eius. ſecus de laicis quorum non erant ſacræ veſtes, ideo illorum erāt lauandæ veſtes, & caro, ſed ſacerdotis ſola caro lauanda erat.

Triceſimanona in eo qui portabat vitulum, & hircum, qui immolati erant pro peccato, vt cremarentur extra caſtra. nam portans de Sanctuario ad locum extra caſtra, & comburens ibi cadauera eorū polluebatur, & lauare debebat carnem, & veſtes, & ſic regrediebatur in caſtra Leui. 16.

Cauſa huius immunditiæ erat, quia erant pro peccato immolata iſta animalia, & ideo fingebatur ibi eſſe quaſi quidam contactus peccatorū polluens hominem. & quia iſta immunditia erat magna, lauabatur caro, & veſtes, ſicut in præcedentibus.

Quadrageſima erat in eo qui comedebat carnes immundas non morticinas. vt ſiquis comederet carnes equorum, vel reptiliū: hęc enim erant valde abominabilia apud Iudæos. ſicut dicitur Iſa. 66. qui manducauerūt carnem ſuillam, & murem conſumentur. de reptilibus patet in viſione qua reptilia oſtenſa ſunt Petro, vt manducaret Actuum 10. ca. & ipſe dixit, abſit Domine, quia nunquam māducaui commune, & immundum. & ideo qui comederet hæc immundus efficiebatur, cum ipſa eſſent immunda, quia tangens immundum polluitur Leui. 5. & 22. c. Et ideo manebat immundus qui comederet hęc, & durabat immūditia ſolum vſque ad veſperum, vt colligitur Leui. 11. & 22. & lauabat veſtimenta, & carnem ſuam qui hęc comediſſet ad hoc, ꝙ mundus eſſet. patet quia ſimile eſt Leui. 16. cap. in eo qui comedebat morticinū, aut caprum a beſtia. nam lauabat carnem ſuam, & veſtimenta ſua. ſimile erat omnino hic, quia ſicut polluebatur interius comedens morticinum, ita polluebatur comedens quamcunque carnem illicitam. vnde omnis qui per quemcūque cibum polluebatur oportet, quòd lauaret carnem, quia caro videbatur pariter polluta. & quia polluta carne a fortiori erāt veſtes pollutæ lauabantur veſtes, & caro. rurſus ſicut ibi pro immunditia ſuper cibo erat quis vſque ad veſperam pollutus, ita & quæcunque immunditia in cibo redderet hominem vſque ad ſolis occaſum pollutum, & non plus.

Quadrageſimaprima erat in ſacerdote qui immolabat vitulam rufam. nam immundus erat vſque ad veſperam, & erat immunditia ſolum legalis per opinionem, quia non inquinabatur ibi in aliquo Sacerdos faciendo hoc, & ſi aſpergeretur ſanguine, vel rubricaretur, poterat ſtatim lauare manus, & eſſet mundus, & tamen non fiebat ſic, ſed etiam ſi nulla gutta ſanguinis polluiſſet carnem eius, aut veſtes, cenſebatur immundus.

Cauſa autem huius tacta eſt Nume. 19. c. & poteſt eſſe, quia iſta vitula erat ad emūdationem peccati, & ideo quodāmodo continebat oīa peccata quę tollere debebat, & ſic contingens eam, vel aliquid eius, ideſt cinerem polluebatur. & ſic fiebat in eo qui portabat hircum pro peccato in deſerto, & in ſacerdote qui imprecabatur peccata ſuper caput hirci Leui. 16. ca. & ſupra dictum eſt. & ideo vocatur iſta vitula peccati, & cineres eius cineres peccati Nu. 19. c. ſ. tollent de cineribus combuſtionis atque peccati &c. Manebat iſta immunditia vſque ad ſolis occaſum, & lauabat ſacerdos carnem, & veſtimenta, & ſic erat poſtea mundus.

Cauſa primi erat, quia omnes immunditiæ per tactū maxime legales ſunt ſolū vſque ad ſolis occaſum. & quia iſta erat legalis, & per tactum non erat aliqua cauſa, vt maiori tempore duraret.

Sed quare lauabat carnem, & veſtimenta?

Dicendum, quòd erat magna immūditia quaſi eſſet ex contactu peccati, & quia peccatum magis videtur polluere quam cętera, polluebat veſtes, & carnē. ſicut in eo qui portabat hircum in ſolitudinē, & cremabat vitulum, & hircum Leui. 16. c.

Sed dicetur quare ſacerdos in vitula rufa immundus lauabat carnem, & veſtes, cum ſacerdos immundus ſuper hirco emiſſario propter peccata populi non lauabat niſi carnem?

Dicendum, quòd cauſa erat, quia veſtes ſacerdotis imprecantis peccata ſuper caput hirci emiſſarij erant ſacræ, veſtes vero ſacerdotis immolantis vitulam rufam non erant ſacræ, ſed communes. & patet hoc de ſacerdote imprecaturo peccata ſuper caput hirci, qa dicitur Leui. 16. tunica linea veſtietur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti, & ſequitur ibi, hæc ſunt veſtimenta ſancta, quibus cunctis cum lotus fuerit veſtietur. Quod ille qui immolabat vitulam rufam nō haberet veſtes ſacras patet, quia Nume. 19. capi. dicitur, quòd Eleazarus immolaret eam extra caſtra. & tamē extra caſtra non eſt vſus ſanctorum veſtimentorum, ſed ſolum in Sanctuario, ideo foris haberet veſtes cōmunes, & ſic ſacerdos mittens caprum emiſſariū nō lauabat veſtes, quia cum eſſent ſacræ non polluebantur. qui vero immolabat vitulā rufam lauabat veſtes, quia polluebantur, cum eſſent communes.

Quadrageſimaſecunda, & duæ ſequentes erant de cremante, colligente, & aſpergente cineres vitulæ rufæ, quia omnes hi erant immundi, & erat immunditia æqualis, ſ. vſque ad veſperum Nume. 19. capitu. & cauſa erat, quia erat eadem ratio immunditiæ, ſ. tāgere vitulam rufam, vel cineres eius. & ideo cum in ea contraheretur immunditia videbatur, quòd vbique contrahebatur eadem. Etiam ſic immundi lauabant carnem, & veſtimenta ſua. Cauſa huius eſt, quia iſta reputabatur magna immunditia, cum eſſet ex contactu peccati. nihil autē eſt, quod magis poſſit polluere quam peccatum ſi contingatur, ideo penetrabat vſque ad interiora. ita vt caro, & veſtes lauari deberent.

Sed in hoc vī eſſe mirum de iſtorum immunditia, & maxime de immunditia eius qui alterum aſpergebat aquis luſtrationis. nam cum quis eſſet immūdus tollebat vir mundus cineres in aqua mixtos, & intincto hyſſopo aſpergebat hominem immundum, & ſic mundabatur. ipſe vero aſpergens efficiebatur immūdus cum prius eſſet mundus. & ſic eſt inconueniens, quòd id quod eſt mundatiuum polluat aliquem.

Secūdo, quia hoc modo videbitur proceſſus in infinitum, quia ſiquis mundus mundando immūdum efficitur immundus, oportet quòd rurſus ab alio mūdetur. & ſic ad mundandum vnum polluentur omnes, & tandem manebit vnus immundus, ſ. qui vltimo mundauit alium.

Dicendum, quòd iſtud dubium nō militat, niſi circa immunditiam quadrageſimamquartam. nam circa quadrageſimamſecundam nō militat, quia illa eſt eius qui cremabat vitulam rufam, & iſte nullū mundabat, ſed ſolum contingebat vitulam. & quia vitula videbatur continere peccata quæ mundabat, tangēs vitulam quaſi tangeret peccatum polluebatur, & durabat vſque ad veſperum. Numeri decimonono cap. ſcilicet, ſed & ille qui combuſſerit eam lauabit veſtimenta ſua, & corpus, & immundus erit vſque ad veſperum. Neque erat dubium circa quadrageſimamtertiam, quia ibi aſportabat aliquis cineres vitulæ de loco combuſtionis, vt poneret eos ad reſeruandum in loco mundo extra caſtra. & iſte contingendo cineres polluebatur ex cauſa ſupra poſita, & neminē ipſe polluebat, neque mundabat Numeri decimonono cap. ſcilicet colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis, quia pro peccato vacca combuſta eſt: cūque lauerit qui vaccæ portauerit cineres, veſtimenta ſua immundus erit vſque ad veſperum.

Sed dubitatio eſt ſolum de quadrageſimaquarta, quia in hac vir mundus aſpergebat cineres mixtos aqua ſuper virum immundum, & mundabatur immundus, mundus vero polluebatur.

Dicendum tamen, quòd iſtud accidebat rationabiliter, primo quia cineres vitulę cum aqua mixti erant aliquid immundum, ideo non erat mirum, quòd vir mundus tangens eos polluereturnā quicunque tangit aliquid immundum efficitur immundus, vt colligitur Leui. 5. & 7. & 22. cap. & ſic indigebat mūdatione, quòd vero cineres iſti mixti cum aqua mūdarent immundos, non erat quaſi ipſi haberent naturaliter vim mundandi, cum potius haberent, quòd polluerent, ſed quia a Deo inſtituti erant ad tollendum immunditiam ſuper mortuo, ideo illam tollerent, quia non poterat eſſe inefficax remedium, quod a Deo conſtitutum erat.

Secundo, & præcipue, quia non erat inconueniens, quòd polluerent, & mundarent, quia non faciebāt hoc in eodem genere, quia videbatur hoc impoſſibile, vel ſaltem irrationale, ſed polluebant cineres iſti, vt aliquid de ſe impurum, & cuius tactus immundus eſt, Leuitici vigeſimoſecundo capit. & ideo cauſabant immunditiam de ſimplicibus quæ erat per ſolum contactum, & tollebatur per aquam viuentem, ſed immunditia quam tollebant cineres illi erat ſola immunditia ſuper mortuo, Numeri decimonono capitul. & hoc inquantum a domino ad hoc erāt inſtituti. & ita non erat inconueniens, quia vnam immunditiam tollebāt, & aliam cauſabāt, quæ non erat eiuſdem rationis. & patet, quia tollebāt immunditiā quæ erat ſuper mortuo, & durabat ſeptem diebus, & cauſabant ſimplicem immunditiam, quæ durabat ſolum vſque ad veſperum.

Et ſic patet ad primū, & iſta eſt veritas. vnde ſi Deus ſtatuiſſet, quòd immundi ſuper mortuo aſpergerentur ſola aqua viuenti, ille qui aſpergeret eos non polluereturquia aqua non eſt aliquid immundum, ſecus de cineribus mixtis cum aqua, quia certum eſt, quòd ſunt aliquid immundum in ſe cum inficiant per tactum.

Ad ſecundum dicendum, quòd non ſequebatur proceſſus in infinitum. ſequeretur autē ſi omnis immunditia eſſet vnius modi, & omnis mundatio. quia tunc ſi pollutum mundans efficitur immundus, neceſſe eſt tandem manere immundum vnum qui non poſſit mundari, & quòd propter vnum pollui poſſint omnes. ſed non erat ſic, quia immūditia nō eſt vnius modi, ſed eſt quædam immūditia ſuper mortuo quæ iudicabatur maior, & alia communis per contactum rei cuiuslibet immundæ quæ eſt ſimplex. & ideo vna durat vſque ad veſperum ſolum, alia ſeptem diebus. etiam vna tollitur per ſimplicem lotionem in aqua lauando corpus, & veſtimenta, alia autem tollitur per cineres vitulæ aſperſos cum aqua, & ideo qui aſpergebat immundum ſuper mortuo cum his cineribus mundabat illum & ipſe manebat immundus, ſed nō erat ad hoc, quòd mundaretur aſpergēdus cineribus, ſicut ipſe aliium aſperſerat, ſed ſolū lauare ſe in aqua debebat nō aliquis eū mundare, ſed ipſe ſeipſum, ſ. lauando carnem ſuam, & veſtes in aqua, Nume. 19. c. ideo non eſt proceſſus in infinitum, neque aliquod inconueniens.

Aliter etiam poteſt dici quantum ad primū, quòd cineres de vitula aſperſi ſimpliciter habebāt vim polluendi, quia tactus eorum de ſe erat immundus Leui. vigeſimoſecundo c. & ideo tā aſpergens quam aſperſus polluebantur, & ideo vterque indigebat mundatione, & vna eis mundario dabatur, quia vno modo polluebantur per cineres vitulæ, & hoc eſt verum ſimpliciter.

In quo conſiderandum, quòd cineres prædicti, licet de ſe ſint infectiui, quia tactus eorum eſt ſordidus, tamen habent vim tollendi immunditiam cauſatam ſuper mortuo ex diuina inſtitutione. & ideo ſimul mūdant tollendo immūditiam ſuper mortuo, & polluunt cauſando immunditiam ſecundum tactum. neque eſt iſtud incōueniēs, quia etiam naturaliter quædam ſunt quæ tollunt naturales immunditias, ipſa tamen quantum ad tactum polluūt, & ideo qui aſpergitur, quia eſt immūdus mundatur ab illa immunditia quam habet, & incidit in aliā alterius generis quæ eſt minor. qui vero cineres aſpergebat erat mundus, & ideo cum cineres non inuenirent ibi aliquid, quod mundarent non mundabant, ſed polluebant inducēdo ſimplicem immunditiam, quæ erat ſecundum tactum. & ideo manebat immunditia vnius modi in mundante, & mundato poſt aſperſionem cinerum, ſcilicet ſimplex, & ideo ambo indigebant poſtea vna mundatione, & ita fiebat, Numeri decimonono capitul. nam qui aſpergebat aquas cum cineribus lauabat carnem, & veſtimenta, & immūdus manebat vſque ad veſperum, & qui aſperſus erat die tertio, & ſeptimo poſt iſtas aſperſiones lauabat carnem ſuam, & veſtimenta, & manebat immundus vſque ad veſperum, eodem capitulo, & ita iſta lotio carnis, & veſtimentorum non videbatur facta ad tollēdum immunditiam ſuper mortuo, quæ iam erat ablata per aſperſionem cinerum cum aqua, ſed ad tollendum immunditiam ſimplicem, quæ cauſata erat per aſperſionem cinerum ſuper carnem, & veſtes, & ideo

ideo conuenienter veſtes, & caro lauabantur, & iſta F eſt veritas.

Quadrageſima quinta immunditia erat in exercitatione litigiorum, & introitu in prætorium in die feſto. & iſta immunditia non apparet ex alijs quæ poſitæ fuerunt a Deo. fortaſſis autem erat de illis præce G ptis quæ a ſenioribus fuerunt introducta, de quo magis dicetur Ioann. decimooctauo capitu. Sed quomodocunque eſſet, neceſſe erat tolli illam lauando ſaltem veſtes, quia nulla poterat eſſe minor immunditia, quàm vt propter eam ſolę veſtes lauarentur.

Reliqua in Matthæum calamitate temporum, & incuria mortalium deperdita deſiderantur.

Expoſitionis literalis Alphonſi Toſtati in Septimam Partem Matthæi Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Pp, Qq, qui ſunt Terniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D XCVI.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca